


BIBLIOTECA H... GRA... Sala: Estante: Numero:



Gaudium temporale distrahit mentem, tomo. 1. 27. col. 1
Gaudium caeleste homines de se obliuisci facit, to. 1. 128
Gaudium delectatio est quae sequitur rationem, tomo. 1. 146. col. 2
Gaudium in voluntate suscipitur. ibidem. col. 2
Gaudium accidentale quare maius sit de conuersione peccatoris quam de salute iustorum. 225. col. 1
Gazophilatium quid, & quotuplex, tom. 2. 417. col. 1
Gehenna timenda est, tom. 2. 121. col. 1
Gemae non sunt datae, vt illis peccemus, tomo. 2. 282. col. 1
Genealogia Christi continet septuaginta & sex personas, tom. 1. 96. col. 3
Generatio pro generatis aliquando sumitur, tom. 1. 179. col. 3
Genefaria ciuitas est Arabiae, tom. 1. 207. col. 1
Genefarxi qualiter Christum timuerint, tom. 1. 208. col. 4
Gentiles nullum occiderunt prophetam, tom. 2. 113. col. 2
Genus vindictae laudabile, tom. 2. 64. col. 2
Gens popularis paratior est ad correctionem potentibus, tom. 2. 115. col. 1
Gloria sanctorum a morte incipit, tom. 2. 289. col. 1
Gloria impiorum a morte finitur, ibidem.
Gloria quare potius appetenda, tom. 1. 146. col. 1
Gloria seculi fugienda, tom. 2. 197. col. 2
Glorificari & gloriose glorificari differentia, tomo. 2. 173. col. 1
Gradus redeundi in Deum tres, tom. 2. 249. col. 1
Gratiam totam Mariam occupauit, tom. 1. 16. col. 3
Gratia cur non datur nobis copiose, tom. 1. 15. col. 1
Gratia praesupponit naturam, tom. 1. 84. col. 3
Gratia euangelij obseruantia cerimoniarum liberati sumus, tom. 1. 108. col. 4
Gratia praedicandi donum Dei est, tom. 2. 7. col. 2
Gratia prima non cadit sub merito, tom. 1. 162. col. 4
Gratia suo bono vsu augeri meretur, tom. 2. 376. col. 1
Gratia pro beneficijs Deo agenda, tom. 1. 37. col. 3
Gratia infusio a solo Deo est, tom. 1. 86. col. 3
Gratia est quando homini Deus materiam subtrahit peccandi, tom. 1. 112. col. 1
Gratia mors est animae & corporis, tom. 1. 147. col. 3
Habentes Deum omnia habent, tom. 1. 17. col. 1
Habentes Deum de Deo loquuntur, tom. 1. 26. col. 4
Habitus dissuetudine delentur, tom. 2. 374. col. 2
Habitus in malis peior est quam actus, tom. 1. 170. col. 4
Habitus potentiam reddit facilem, tom. 1. 134. col. 1
Habiti efficiunt comparatiua per, men, id est, ab, to. 2. 23. col. 2
Haereticis per prophetas querebant de quibus dubitabant, tom. 2. 333. col. 1
Haereticus gentiuo pro nominatio vtutur, to. 2. 263. col. 2
Haereticus pro prima die, vna dicere solent, to. 2. 300. col. 2
Haemorrhoida fuit prima quae etigit vestem domini, tom. 1. 211. col. 3
Haeretici soli scripturae credentes nihil credunt, tomo. 1. 6. col. 2
Haeretici quare scripturas legant, to. 1. 106. col. 3
Haeretici prohibendi sunt a ministerio verbi diuini, to. 1. 116. col. 2
Haeretici qui sint censendi, tom. 2. 301. col. 1
Haeretici Euangelium audire possunt, tom. 1. 194. col. 1
Haeticos non tene mur corrigere, tom. 2. 301. col. 1
Haeticis non licet Deum patrem appellare, tom. 2. 60. col. 2

Herodes venale fecit sacerdotium, tom. 1. 80. col. 1
Herodes Ioannem Baptistam timebat, tom. 1. 94. col. 1
Herodes quare Christum videre desiderauerit, tomo. 2. 476. col. 1
Herodes quare inimicus erat Pilati, tom. 2. 251. col. 3
Hydropitis descriptio, tom. 2. 192. col. 1
Hierusalem quare non fuerit falsata quando quidem Christus eam saluare voluit, tom. 2. 181. col. 2
Hypocrosis abominabilis est apud Deum, tomo. 2. 276. col. 2
Hypocrite vasa sunt fetida, tom. 2. 184. col. 1
Hypocritarum duplex est fides, tom. 2. 117. col. 1
Hypocrosis definitio, ibidem.
Hypostasis Christi eadem fuit post mortem quae ante, tom. 2. 488. col. 1
Historialis consequentia in scriptura non semper potest stare, tom. 1. 84. col. 1
Historia Noe & Loth, ad omnia tempora referenda sunt, tom. 2. 319. col. 2
Holocaustum quid, tom. 1. 225. col. 4
Holocausti a sacrificio differentia, ibidem.
Homicidae irregularitate puniuntur, tom. 2. 175. col. 3
Homo superbit honore, tom. 1. 6. col. 2
Homo dominus est suae voluntatis, tom. 1. 53. col. 1
Homo in scriptura dicitur qui iustitiam sequitur, tom. 1. 61. col. 2
Homo a principali parte spiritus dicitur, ab inferiori anima, ab exteriori caro, tom. 1. 85. col. 1
Homo cum Dei auxilio se potest disponere ad gratiam, tom. 1. 86. col. 3
Homo in scriptura quasi arbor censetur, to. 1. 87. col. 4
Homo in quocunque statu & mercedem non consequitur, tom. 1. 118. col. 4
Homo dispensare potest in praecipis partim moralibus, & partim cerimonialibus, tom. 1. 134. col. 2
Homo per se potest facere malum non tamen bonum, tom. 2. 326. col. 2
Homo aliquid habet in operibus virtutis, to. 2. 333. col. 2
Homo dupliciter potest esse dignus bono diuino, to. 2. 13. col. 2
Homo naturalius diligit Deum quam se ipsum, tom. 1. 38. col. 2
Homo magis debet seipsum diligere quam proximum, tom. 2. 41. col. 1
Homo magis debet diligere se secundum naturam interiore quam exteriorem, ibidem. col. 2
Homo magis tenetur diligere Deum quam seipsum, to. 2. 42. col. 1
Homo magis tenetur diligere proximum, quam suum corpus, ibidem.
Homo qualiter necessarius Deo dicatur, tom. 2. 63. col. 2
Homo per peccatum constituitur debitor Dei ad poenam, ibidem. col. 2
Homo in scriptura non dicitur malus malitia naturae, tom. 2. 72. col. 2
Homo qualiter a diabolo obsecatur, tom. 2. 79. col. 2
Homo sua libertate bonum & malum facere potest, to. 1. 159. col. 3
Homo in esse moris absolute bonus & malus esse non potest, ibidem.
Homo per peccatum potestate non libertate priuatur, tom. 1. 163. col. 4
Homo sine gratia aliqua bona moralia agere potest, to. 1. 182. col. 3
Homo in scriptura aliquando pro vitio sumitur, tom. 2. 126. col. 2

1277/114

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL  
GRANADA

Sala: P

Estante: 44

Numero: 201

Gaudium temporale distrahit mentem, tomo. 1. 27. col. 1  
col. 4

Gaudium caeleste homines de se obliuisci facit, to. 1. 128

Gaudium delectatio est quae sequitur rationem, tomo. 1  
146. col. 2

Gaudium in voluntate suscipitur. ibidem. col. 2

Gaudium accidentale quare maius sit de conuersione  
peccatoris quam de salute iustorum. 225. col. 1

Gazophilatium quid, & quotuplex, tomo. 2. 417. col. 1

Gehenna timenda est, tomo. 2. 121. col. 1

Geminae non sunt datae, vt illis peccemus, tomo. 2. 282  
col. 1

Genealogia Christi continet septuaginta & sex perso-  
nas, tomo. 1. 96. col. 3

Generatio pro generatis aliquando sumitur, tomo. 1. 179  
col. 3

Genesaria ciuitas est Arabia, tomo. 1. 207. col. 1

Genesarae qualiter Christum timuerint, tomo. 1. 208. col. 4

Gentiles nullum occiderunt prophetam, tomo. 2. 113. col. 2

Genus vindictae laudabile, tomo. 2. 64. col. 2

Gens popularis paratior est ad correctionem potenti-  
bus, tomo. 2. 115. col. 1

Gloria sanctorum a morte incipit, tomo. 2. 289. col. 1

Gloria impiorum morte finitur. ibidem.

Gloria quare potius appetenda, tomo. 1. 146. col. 1

Gloria seculi fugienda, tomo. 2. 197. col. 2

Glorificari & gloriose glorificari differentia, tomo. 2. 173  
col. 1

Gradus redeundi in Deum tres, tomo. 2. 249. col. 1

Gratiam totam Mariam occupauit, tomo. 1. 16. col. 3

Gratia cur non datur nobis copiose, tomo. 1. 15. col. 1

Gratia praesupponit naturam, tomo. 1. 84. col. 3

Gratia euangelij obseruantia: cerimoniarum liberati su-  
nt, tomo. 1. 108. col. 4

Gratia praedicandi donum Dei est, tomo. 2. 7. col. 2

Gratia prima non cadit sub merito, tomo. 1. 162. col. 4

Gratia suo bono vsu augeri meretur, tomo. 2. 376. col. 1

Gratia pro beneficijs Deo agenda, tomo. 1. 57. col. 3

Gratia infusio a solo Deo est, tomo. 1. 86. col. 3

Gratia est quando homini Deus materiam subtrahit  
peccandi, tomo. 1. 112. col. 1

Gratia mors est animae & corporis, tomo. 1. 147. col. 3

H

Habentes Deum omnia habent, tomo. 1. 17. col. 1

Habentes Deum de Deo loquuntur, tomo. 1. 26. col. 4

Habitus dissuetudine delentur, tomo. 2. 374. col. 2

Habitus in malis peior est quam actus, tomo. 1. 170. col. 4

Habitus potentiam reddit facilem, tomo. 1. 134. col. 1

Haereticis efficiunt comparatiua per, men, id est, ab, to. 2.  
col. 2

Haereticis per prophetas querebant de quibus dubita-  
bant, tomo. 2. 333. col. 1

Haebraei genitiuo pro nominatiuo vtuntur, to. 2. 263. col. 2

Haebraei pro prima die, vna dicere solent, to. 2. 300. col. 2

Haemorrhoida fuit prima quae etigit vestem domini,  
tomo. 1. 217. col. 3

Haeretici soli scripturae credentes nihil credunt, tomo. 1. 6  
col. 2

Haeretici quare scripturas legant, to. 1. 106. col. 3

Haeretici prohibendi sunt a ministerio verbi diuini, to.  
1. 116. col. 2

Haeretici qui sint censendi, tomo. 2. 301. col. 1

Haeretici Euangelium audire possunt, tomo. 1. 194. col. 1

Haeticos non teneamus corrigere, tomo. 2. 301. col. 1

Haeticus non licet Deum patrem appellare, tomo. 2. 60  
col. 2

Herodes venale fecit sacerdotium, tomo. 1. 80. col. 1

Herodes Ioannem Baptistam timebat, tomo. 1. 94. col. 1

Herodes quare Christum videre desiderauerit, tomo. 2.  
476. col. 1

Herodes quare inimicus erat Pilati, tomo. 2. 251. col. 3

Hydropisis descriptio, tomo. 2. 192. col. 1

Hierusalem quare non fuerit saluata quando quidem  
Christus eam saluare voluit, tomo. 2. 181. col. 2

Hypocrisis abominabilis est apud Deum, tomo. 2. 276  
col. 2

Hypocrite vasa sunt fetida, tomo. 2. 184. col. 1

Hypocritarum duplex est fictio, tomo. 2. 117. col. 1

Hypocrisis definitio, ibidem.

Hypostasis Christi eadem fuit post mortem quae ante,  
tomo. 2. 488. col. 1

Historialis consequentia in scriptura non semper po-  
test stare, tomo. 1. 84. col. 1

Historiae Noe & Loth, ad omnia tempora referendae  
sunt, tomo. 2. 319. col. 2

Holocaustum quid, tomo. 1. 225. col. 4

Holocausti a sacrificio differentia, ibidem.

Homicidae irregularitate puniuntur, tomo. 2. 175. col. 3

Homo superbit honore, tomo. 1. 6. col. 2

Homo dominus est suae voluntatis, tomo. 1. 53. col. 1

Homo in scriptura dicitur qui iustitiam sequitur, tomo.  
1. 61. col. 2

Homo a principali parte spiritus dicitur, ab inferio-  
ri anima, ab exteriori caro, tomo. 1. 85. col. 1

Homo cum Dei auxilio se potest disponere ad gratiam,  
tomo. 1. 86. col. 3

Homo in scriptura quasi arbor censetur, to. 1. 87. col. 4

Homo in quocunque stata & mercedem non consequi-  
tur, tomo. 1. 118. col. 4

Homo dispensare potest in praecipis partim moralibus,  
& partim ceremonialibus, tomo. 1. 134. col. 2

Homo per se potest facere malum non tamen bonum,  
tomo. 2. 326. col. 2

Homo aliquid habet in operibus virtutis, to. 2. 333. col. 2

Homo dupliciter potest esse dignus bono diuino, to. 2.  
13. col. 2

Homo naturalius diligit Deum quam se ipsam, tomo. 1.  
38. col. 2

Homo magis debet seipsum diligere quam proximum,  
tomo. 2. 41. col. 1

Homo magis debet diligere se secundum naturam inte-  
riorem quam exteriorem. ibidem. col. 2

Homo magis tenetur diligere Deum quam seipsum, to.  
2. 42. col. 1

Homo magis tenetur diligere proximum, quam suum  
corpus, ibidem.

Homo qualiter necessarius Deo dicatur, tomo. 2. 63. col. 2

Homo per peccatum constituitur debitor Dei ad pec-  
nam, ibidem. col. 2

Homo in scriptura non dicitur malus malitia naturae,  
tomo. 2. 72. col. 2

Homo qualiter a diabolo obsecatur, tomo. 2. 79. col. 2

Homo sua libertate bonum & malum facere potest, to.  
1. 159. col. 3

Homo in esse moris absolute bonus & malus esse non  
potest, ibidem.

Homo per peccatum potestate non libertate priuatur,  
tomo. 1. 163. col. 4

Homo sine gratia aliqua bona moralia agere potest, to.  
1. 183. col. 3

Homo in scriptura aliquando pro vitio sumitur, tomo. 2.  
126. col. 2



**Homo** quare in prima sua creatione non fuerit à Deo laudatus, tom. 2. 199. col. 1  
**Homo** in peccato mortali libertatem habet cleuandi se à peccato, non potestatem, tom. 2. 231. col. 2  
**Homo** ante iudicem quando delictum confiteri teneatur, tom. 2. 256. col. 2  
**Homo** dupliciter perdi potest, tom. 2. 212. col. 2  
**Hominis** descriptio, tom. 2. 166. col. 2  
**Homo** aliquando in malum partem sumitur, tom. 2. 144. col. 4  
**Homo** in beatitudine omnino immutatur, tom. 2. 279. col. 2  
**Homo** certus non est quando iuste operetur, tom. 2. 325. col. 1  
**Homo** in mendacio peior est diabolo, tom. 1. 82. col. 2  
**Honestum** inutile esse non potest, tom. 2. 402. col. 2  
**Honor** I. uiciferi Ioannis Baptistæ est datus, to. 1. 91. col. 2  
**Honor** fugientes sequitur, tom. 1. 17. col. 1  
**Honor** virtutis est præmium, tom. 2. 100. col. 2  
**Honor** Dei magis est desiderandus, quam beatitudo nostra, tom. 2. 62. col. 1  
**Hora** mortis quare dominus noluerit à nobis sciri, tom. 2. 153. col. 2  
**Hospitales** non esse peius est peccato Sodomorum, to. 2. 17. col. 1  
**Hostis** maligni natura, tom. 1. 2. col. 1  
**Humanitas** Christi instrumentum est immediatum diuinitatis, tom. 1. 115. col. 3  
**Humanitas** Christi si per impossibile in peccato mortali discessisset gloria æterna priuaretur, to. 2. 185.  
**Humanitas** Christi causa est instrumentalis nostræ resurrectionis, tom. 2. 508. col. 2  
**Humilitas** vera in honoribus splendet, tom. 1. 91. col. 2  
**Humilitas** gratiam conseruat, ibidem.  
**Humilitas** Deum esuriit, tom. 1. 34. col. 4  
**Humilitas** Mariæ quanta sit, tom. 1. 24. col. 2  
**Humilitatis** duplex modus, tom. 1. 27. col. 2  
**Humilitate** immortale nomē comparatur, to. 1. 96. col. 2  
**Humilitas** intelligentiam parit, tom. 2. 330. col. 1  
**Humilitas** cordis vera, ibidem. col. 2  
**Humiliari** aliquando abiectioem significat, tom. 2. 337. col. 2  
**Humilis** tutior est constitutus in dignitate, tom. 1. 159. col. 4  
**Humilior** qualiter alijs dicatur maior, tom. 1. 237. col. 2

I

**Iacob** & Heli fratres non fuerunt, tom. 1. 97. col. 4  
**Iacob** fuit primus martyr apostolorum, tom. 1. 137. col. 3  
**Iactura** quæ pro Christo fit quæstus est, to. 1. 176. col. 1  
**Ieiunium** telum est ad superandas tentationes, tom. 1. 101. col. 2  
**Ieiunium** corpori & animæ est vitile, to. 1. 102. col. 1. & tom. 2. 280. col. 2  
**Ignorantia** à lege naturæ non excusat, to. 1. 153. col. 2  
**Ignorantia** quatuorplex, tom. 2. 160. col. 1  
**Ignorantia** quando à peccato excuset, ibidem.  
**Ignorantia** omnium malorum est fundamentum, to. 2. 230. col. 2  
**Illuminatio** cæci facta à Christo appropinquante Hierico alia est ab ea quam Marcus & Matthæus narrat, tom. 2. 353. col. 1  
**Imperatiuæ** loquutiones aliquando Ironice interpretantur, tom. 1. 111. col. 2

**Imperatiuus** in scriptura aliquando optantis est, tom. 1. 62. col. 1  
**Imperandi** appetitus procedit ex ignorantia sui, tom. 2. 194. col. 2  
**Imperia** mundi lapsu temporis finiuntur, tom. 1. 15. col. 2  
**Impletio** præceptorum Dei sine eius dilectione non est meritoria vitæ æternæ, to. 1. 145. col. 2  
**Impossibile** in scriptura pro difficili ponitur, tom. 1. 159. col. 3  
**Impossibilitas** non prætenditur per impossibile, sed raritas, tom. 2. 299. col. 1  
**Incarnatio** Christi misericordia facta est, tom. 1. 32. col. 1 & 42. col. 2  
**Imposita** nominis signum est dominij, tom. 1. 85. col. 3  
**Impudentes** carnes in scriptura dicuntur, to. 1. ibidem.  
**Incarnationis** mysterium potentia Dei dicitur, to. 1. 32. col. 3  
**Incarnatio** verbi non cadit sub merito, tom. 1. 40. lco. 3  
**Incertitudo** mortis consilium est ad vitam componendam, tom. 2. 151. col. 1  
**Incipere** multorum est, paucorum vero perseverare, to. 2. 313. col. 2  
**Inconstantia** in virtute aliquando ab externo prouenit, tom. 1. 199. col. 2  
**Indumentum** signum est peccati, tom. 1. 47. col. 3  
**Indurati** difficulter resurgunt à peccatis, to. 1. 170. col. 4  
**Infamia** quæ dicitur, tom. 2. 256. col. 2  
**Infamia** non fuit Christo cum infamibus tractare, tom. 2. 221. col. 2  
**Infernus** mortem impij expectat, tom. 2. 289. col. 1  
**Infernus** quare timendus, tom. 1. 146. col. 1  
**Infideles** diabolum habent regem, tom. 1. 19. col. 4  
**Infidelis** saluari potest in sensu diuiso, to. 2. 240. col. 2  
**Infidelium** opera aliquando peccata non sunt, tom. 1. 189. col. 3  
**Infirmities** quas Christus reliquit perfectiones sunt virtutum, tom. 1. 57. col. 2  
**Infirmities** vitales sunt, tom. 1. 111. col. 1. & 115. col. 1  
**Infirmities** animæ sine propria fide sanari non potest, tom. 1. 124. col. 4  
**Infirmittas** à langore differentia, tom. 1. 215. col. 4  
**Infirmus** carnem superatam habet, tom. 1. 140. col. 3  
**Ingratitudo** pessimum est vitiorum, tom. 2. 314. col. 2  
**Ingratitudo** hominum quanta sit, tom. 2. 82. col. 1  
**Inimicus** dupliciter consideratur, tom. 1. 148. col. 3  
**Inimicus**, qualiter necessitatio diligendus sit, ibidem.  
**Inimicus** à communi oratione excludendus non est, ibidem.  
**Inimicum** alloqui debemus ad euitanda scādala, ibidem.  
**Inimicus** magnis bonis nos afficit, ibidem. col. 3  
**Inimicus** frantum est peccatorum, to. 1. 150. col. 1  
**Inimicus** alios persequens se occidit, ibidem. col. 2  
**Inimicus** potius vincitur bonis operibus quam malis, tom. 1. 152. col. 2  
**Inimicus** corde, ore, & opere est diligendus, ibidem. col. 3  
**Iniuriarū** punitio Deo incumbit, to. 2. 301. col. 2  
**Iniuriæ** illatæ Christo quare blasphemix dicantur, to. 2. 472. col. 1  
**Iniuriant** ignoscere ex fide procedit, tom. 2. 302. col. 1  
**Iniustitia** via obliqua dicitur, tom. 1. 84. col. 2  
**Institutio** baptismi Ioannis à Deo fuit, tom. 1. 81. col. 3  
**Intellectus** crimine obæcatus, tom. 1. 3. col. 1  
**Intellectus** hominis ligatus est, tom. 1. 103. col. 1  
**Intellectus** à quo moueatur ad assentiendū rebus fide, tom. 2. 36. col. 1  
**Intellectus** legis qualiter sublatu sit à Iudæis, tom. 201. col. 4

Intent

**Intentio** animæ eius operationes illuminat, tom. 2. 107. col. 2  
**Intentio** imprimit speciem operi, ibidem.  
**Intentio** bona quid, to. 8. col. 1  
**Intercessio** sanctorum maxime est vitilis, tom. 1. 114. col. 2  
**Interrogatio** in scriptura dupliciter solet fieri, tom. 2. 507. col. 1  
**Intuitus** Christi ad Petrum spiritualis fuit, & non corporalis, to. 2. 471. col. 1  
**Inuidia** charitati opponitur, to. 1. 109. col. 4  
**Inuidia** omni bono opponitur, tom. 1. 171. col. 4  
**Inuidia** nulli vitio opponitur, ibidem.  
**Inuidus** discipulus est diaboli, ibidem.  
**Inuidis** omnia cooperantur in malum, ibidem.  
**Inuidi** bonis proximorum offenduntur, tom. 1. 135. col. 4  
**Inuidi** solum considerant opera mortua, tom. 1. 133. col. 2  
**Iob** quare ministerio dæmonis à Deo fuerit correctus, to. 2. 77. col. 1  
**Ioannes** Baptista finis fuit veteris testamenti, tom. 1. 110. col. 3 & 35. col. 3  
**Ioannes** Baptista principium noui testamenti, ibidem.  
**Ioannes** ad duo venit, to. 1. 110. col. 4  
**Ioannes** Baptista corda patrum in filios conuertebat, ibidem.  
**Ioannes** Baptista meruit spiritum alijs, tom. 1. 26. col. 3  
**Ioannes** Euangelista propter baptismam sortitus est nomen, to. 1. 36. col. 4  
**Ioannes** Baptista quare hoc nomine nominetur, 37. col. 2  
**Ioannes** à natiuitate missus, to. 1. 38. col. 3  
**Ioannes** Baptista natus est Apostolus, ibidem.  
**Ioannes** Baptista suo baptismo non remittebat peccata, to. 1. 42. col. 2  
**Ioannes** 25. annis vixit in solitudine, to. 1. 43. col. 4  
**Ioannes** Baptista completis triginta annis coepit prædicare, to. 1. 78. col. 1  
**Ioannes** Baptista sanctitatis paternæ fuit imitator, tom. 1. 81. col. 2  
**Ioannes** Baptista institutor fuit sui baptismi ibidem, col. 3  
**Ioannes** Baptista primus omnium prædicauit regnum cælorum, 82. col. 1  
**Ioannes** Baptista quare dixerit Christum post se venturum, to. 1. 91. col. 1  
**Ioannes** Baptista quia iustus erat ieiunabat, tom. 1. 131. col. 4  
**Ioannes** Euangelista solus fuit virgo inter Apostolos, to. 1. 137. col. 2  
**Ioannes** Euangelista mortuus fuit & resuscitatus corpore & anima, to. 1. 137. col. 3  
**Ioannes** Baptista legem nouam non inchoauit sed fuit dispositor eius, to. 2. 277. col. 1  
**Ioannes** Baptista quare plusquam propheta dicitur & Angelus, to. 1. 179. col. 1  
**Ioannes** Euangelista quare calamitates, venturas super Hierusalem non narrauit, to. 2. 422. col. 1  
**Iosephi** commendatio, to. 1. 14. col. 4  
**Ioseph** pater Christi legalis fuit, 15. col. 1  
**Ita** Christi imperium rationis non præueniebat, tom. 1. 135. col. 3  
**Israelite** non poterant contrahere matrimonium cum gentibus, to. 1. 470. col. 1  
**Iudas** non credidit Christū esse filium Dei to. 1. 138. col. 1  
**Iudas** quare semper pro litor nominetur, ibidem.  
**Iudæi** Christum intellexerunt nasciturum in Bethlehē, to. 1. 46. col. 1

**Iudæi** infirmos poterant curare in sabbatho, tom. 1. 135. col. 2 & to. 2. 190. col. 2  
**Iudæis** mille passus licebat in sabbatho ambulare, tom. 1. 133. col. 2  
**Iudæi** Messiam credebant venturum cum pompa, tom. 1. 168. col. 2  
**Iudæi** quare extra ciuitatem sepeliabantur, tom. 1. 167. col. 2  
**Iudæi** ob quid dispersi sunt per orbem & Iudæa est deserta, to. 2. 185. col. 1  
**Iudæi** maiore habebant laborem in non credendo Christum Messiam quam in credendo, to. 2. 186. col. 1  
**Iudæi** quibus argumentis utebantur ad probandum Christum non esse Messiam, ibidem. col. 2  
**Iudæi** quare duos offerebant agnos in sabbatho, tom. 2. 190. col. 2  
**Iudæi** quare accusabant Christum in sabbatho curantē, to. 2. 191. col. 2  
**Iudæi** duplicem fecerunt concilium aduersus Christum, to. 2. 473. col. 1  
**Iudæi** ob quid vnum hominem in die pasche deuiactum populo dimittebant, to. 2. 478. col. 2  
**Iudæi** quare Simonem Cirenensem ad portandam crucem angariauerunt, to. 2. 480. col. 2  
**Iudicare** quomodo competat Apostolis, tom. 2. 342. col. 1  
**Iudicare** quid, tom. 2. ibidem.  
**Iudicare** quibus modis contingat, to. 2. ibidem.  
**Iudicare** ex signis quando liceat, to. 1. 156. col. 2  
**Iudicia** Dei maxime differunt à iudicijs hominum, to. 2. 276. col. 2  
**Iudicium** temerarium à quo proueniat, to. 2. 54. col. 1. & to. 1. 156. col. 2  
**Iudicium** hominis apud Deum fallax est, tom. 2. 83. col. 1  
**Iudicium** sine charitate in crudelitatem conuertitur, to. 2. 112. col. 2  
**Iudicia** apud veteres in portis fiebant vrbium, tom. 1. 224. col. 1  
**Iudicium** vniuersale ex parte Dei & nostra fieri est expediens, to. 2. 436. col. 1  
**Iuramentum** immutabilitatem consilij Dei significat, to. 1. 166. col. 1  
**Iustitia** vera internam pietatem requirit, tom. 1. 131. col. 4  
**Iustitia** nostra soli Christo tribuenda est, to. 1. 129. col. 4  
**Iustitia** originalis homini concessa fuit tanquā primogenitura, to. 1. 136. col. 4  
**Iustitia** in principio mordere videtur reum, in fine vero non, to. 2. 322. col. 2  
**Iustitia** orationis, causa est quod audiatur oratio, tom. 2. 120. col. 4  
**Iustitia** vera compassionem habet & non indignationē, tom. 1. 187. col. 4  
**Iustitia** distributiua quid, to. 2. 408. col. 2  
**Iustitiæ** officium, to. 2. 47. col. 2  
**Iustitiæ** defectus incrementum est discordiæ, tom. 2. 87. col. 1  
**Iustitiæ** obseruatio pacem gignit, ibidem.  
**Iustus** laude se humiliat, to. 1. 24. col. 2  
**Iustus** in via Dei delectatur, to. 1. 30. col. 2  
**Iustus** etiam de bono alieno gaudet, tom. 1. 32. col. 2  
**Iustus** peccatum veniale ferre non potest, to. 1. 61. col. 3  
**Iustus** morte lætatur, to. 1. 65. col. 1  
**Iustus** domus Dei est, to. 1. 83. col. 1

I N D E X.

Iustus in hac vita maiores consolationes habet impio, to. 1. 84. col. 4  
 Iustus quomodo seruus inutilis dicatur, tom. 2. 303. co. 2  
 Iustus nihil est satis præter Deum, to. 2. 341. col. 2  
 Iustus duplex retinet præmium, tom. 2. 144. co. 2  
 Iustus mortem desiderat, to. 2. 288. col. 2  
 Iustus tribulatione illustrior redditur, tom. 1. 177. col. 3  
 Iusti vita non est tota afflictio, tom. 1. 234. co. 1  
 Iusti in secundo aduentu totalem habebunt quietem, to. 2. 149. col. 1  
 Iusti quare timeant iudicium, to. 2. 432. co. 2  
 Iustum ex iniusto facere maius est quam mundū creare, to. 2. 80. col. 2  
 Iustificaciones ad iudicialia pertinent, to. 1. 6. col. 3  
 Iustificatio beatitudini cælesti assimilatur, tomo. 1. 191. colum. 1  
 Iustificacionis acceptio, to. 1. 180. col. 2  
**L**  
 Labor pro Christo gloriosum fructum præbet, to. 1. 129. col. 3  
 Labor medium est ad promerendum cælum, tom. 2. 168. colum. 1  
 Labores Christi medicinæ extitere nostrorum peccatorum, to. 1. 217. col. 1  
 Lachrymæ omnibus inimicis nostris aduersantur, tom. 1. 185. col. 3  
 Laici in porticum templi Salomonis intrare poterant, to. 2. 114. col. 1  
 Lapidatio contra occisionem nõ distinguitur sicut species contra genus, to. 2. 183. col. 1  
 Largienti elemosynam nunquam deficient necessaria, to. 2. 130. col. 2  
 Laudare Deum idioma cæleste est, to. 1. 171. co. 2  
 Laudare seipsum quando liceat, tom. 1. 91. co. 4  
 Laus humana fugienda, to. 1. 116. col. 3  
 Laus Christiani est persecutiones pro Christo pati, to. 1. 131. col. 3  
 Laus turbæ magnificanda non est, tom. 1. 109. co. 3  
 Laudes vocales a Christianis à primo ortu ecclesiæ reditæ sunt, to. 1. 385. col. 1  
 Legio quid, to. 1. 207. col. 3  
 Leprosus quare præcipiatur se ostendere sacerdotibus, to. 1. 122. col. 4  
 Leprosi quare à Christo ad sacerdotes mittebantur, to. 2. 310. co. 1  
 Lex Dei vt quid data, to. 2. 224. col. 2  
 Lex Dei iugum quare appellatur, to. 2. 274. col. 2  
 Lex Dei magnum donum est, to. 1. 56. col. 3  
 Lex potius est attendenda secundum rationem quã secundum eius verba, tom. 1. 122. co. 1 & tom. 2. 191. col. 1  
 Lex legi aliquando cedere cogitur, to. 1. 133. co. 4  
 Lex humana qualiter sit interpretanda & quando, ibid.  
 Lex Christi in sua authoritate fundatur, to. 1. 140. col. 1  
 Lex Dei quare difficilis videatur, to. 2. 274. col. 1  
 Lex & propheta vsque ad Ioannem præparatoria fuerunt, to. 2. 277. col. 2  
 Lex vetus peccatum non potuit dimittere, tomo. 2. 309. colum. 2  
 Lex Christi omnes leges exuperat, to. 1. 143. col. 3  
 Lex noua veteri correspondet in benedictionibus & maledictionibus, to. 1. 147. col. 1  
 Lex naturalis cordibus nostris insita est, tom. 1. 153. col. 3  
 Lex Christi quare leuis sit, to. 2. 176. col. 2  
 Lex Christi de S. on exiuit, to. 2. 185. col. 1

Legi subici debemus etiam si nõ tenemur, to. 2. 163. co. 1  
 Legi nouæ noua conueniunt vocabula, tom. 2. 61. col. 2  
 Legis naturæ duo sunt communia præcepta, tom. 1. 250. col. 2  
 Legis nouæ ab antiqua differentia, tom. 1. 231. co. 1  
 Libido imperandi iustitiam peruerit, tom. 2. 322. col. 2  
 Liberalis nunquam caret amicis, to. 1. 157. col. 3  
 Liberalitas necessaria etiam propter Deum elargitur, to. 2. 287. col. 1  
 Libertas à potestate differt, to. 1. 163. col. 4  
 Libertas liberi arbitrij quanta sit, to. 1. 198. co. 4  
 Lingua iniusta nemini parcit, to. 2. 281. col. 2  
 Lingua magis nocet quàm manus, tom. 2. 293. col. 2  
 Lingua in corde esse quid, to. 2. 83. col. 2  
 Literatus sine virtute stultus est, to. 2. 33. col. 2  
 Locus ad bonum aptus eligendus est, to. 1. 81. col. 2  
 Locus desertus vtilis est vt Deo seruiamus, tomo. 1. 116. colum. 3  
 Loca quæ in scriptura campestria nominantur, tomo. 1. 138. col. 4  
 Loca sacra maximè veneranda sunt, tom. 2. 368. co. 2  
 Locus ascensionis Christi non fuit in Bethania sed in monte Oliueti, to. 2. 518. col. 1  
 Loculus quid, to. 1. 169. col. 3  
 Locutiones vniuersales scripturæ non sunt intelligendæ in rigore logico, to. 1. 94. col. 4  
 Lucas Christum in carne non vidit, to. 1. 2. co. 3  
 Lucas non tradidit omnia ad salutem necessaria, tom. 1. 3. col. 1  
 Lucas quare in prædicatione Ioannis principes numerat, to. 1. 80. co. 2  
 Lucas quare genealogiam Christi non numerat vt Mattheus, to. 1. 93. co. 1  
 Lucas in narratione tentationum naturalem ordinem non seruat, to. 1. 103. co. 4  
 Lulus prudentiam gignit, to. 1. 147. col. 1  
 Ludere quibus modis accipiatur in scriptura, tom. 1. 147. colum. 3  
 Luxuria hebetat intellectum, to. 1. 69. col. 1  
 Luxuria omnia bona gratiæ consumit, tom. 2. 236. col. 2  
 Luxuria fugiendo vincitur, to. 2. 238. co. 1  
 Luxur vitiorum est fomes, tom. 1. 199. col. 3

M

**M**agister omnem obedientiam debet Deo & ecclesiæ Romanæ, to. 2. 411. co. 2  
 Magistratus secularis ecclesiam defendere tenetur, ibid.  
 Magistratus ecclesiasticus non est prohibitus in illis verbis, reges gentium, &c. to. 2. 457. co. 1  
 Magnanimitas ex quo nascatur, to. 2. 318. co. 1  
 Magnus est qui à Deo commendatur, tom. 1. 10. col. 1  
 Maius & minus in Deo reperiri non possunt, tomo. 1. 153. colum. 3  
 Malitia intentionis ad malitiam operis sufficit, tomo. 2. 108. col. 2  
 Malitia persequenda, to. 1. 150. col. 1  
 Malitia sæpe confunditur ratione veritatis, corrigitur nunquam, to. 2. 394. co. 2  
 Mali in obscænis exultant, to. 1. 28. col. 2  
 Mali mala & non bona proximorum narrant, tom. 1. 38. colum. 1  
 Mali ex voluntate mali sunt, to. 1. 53. co. 1  
 Mali bonis sunt impedimento, to. 1. 70. col. 1  
 Mali mala perficiunt, non tamen bona, tomo. 1. 72. colum. 4

Mali

I N D E X.

Mali loca apta ad mala quarunt, tom. 1. 81. co. 2  
 Malus post mortem radices in terra relinquit, tom. 1. 88. col. 2  
 Mali in hac vita vtilis sunt bonis, tom. 1. 92. col. 1. & to. 2. 6. col. 1  
 Mali semper in peius profunt, tom. 1. 105. col. 3  
 Mali nihil intentatum relinquunt, to. 1. 105. col. 3  
 Mali cur visis mirabilibus timeant, tom. 1. 104. col. 2  
 Mali in malis Deum agnoscunt, to. 1. 120. col. 1  
 Mali immobiles sunt ad bonum, tom. 1. 124. col. 1  
 Mali mirabilibus Dei obstinationes redduntur, tomo. 1. 135. co. 4  
 Mali diabolo adherent sicut membra capiti, tomo. 2. 272. co. 1  
 Mali iacturas proximorum parui faciunt, to. 2. 296. col. 2  
 Mali cor habent in lingua, tom. 2. 83. col. 2  
 Mali exteriora tantum curant, to. 2. 110. col. 1  
 Mali de se omnem parabolam existimant dici, tom. 2. 113. col. 1  
 Mali principium sunt suæ perditionis, tomo. 2. 106. colum. 1  
 Mali in æternum à Deo deserentur, to. 1. 205. col. 2  
 Mali quare focios in malitia habere desiderant, tomo. 2. 188. co. 1  
 Mali speciali puniuntur tristitia habendo Christum iudicem potius quam aliam diuinam personam, tom. 2. 435. co. 1  
 Mali in die iudicij non habebunt locum defensionis, to. 2. 286. col. 2  
 Malis nihil sufficit nec placet, tom. 2. 296. co. 1  
 Malis inditum est ab initio bonos persequi, to. 1. 144. colum. 4  
 Malis in die iudicij quare non dicitur ite maledicti patris mei, sed tantum ite maledicti, to. 1. 440. col. 1  
 Malum de absentibus dicendum non est, tomo. 2. 313. colum. 1  
 Mala eradicanda sunt vt bona efficiantur, to. 2. 329. colum. 1  
 Mala quæ in peccato reperiantur, to. 2. 160. col. 1  
 Mala per se mala, per bonam intentionem totaliter bona effici non possunt, tom. 2. 478. col. 1  
 Mandata ad mortalita pertinet, to. 1. 6. co. 3  
 Manifestaciones factæ patribus vetris testamenti per Angelos factæ fuerunt, to. 2. 32. col. 1  
 Manus complicare quid, tom. 1. 38. col. 4  
 Manus significationes, ibidem.  
 Manus arida ex corde fit arida, to. 1. 34. col. 3  
 Maria virgo quare nupta sit, tom. 1. 15. col. 1  
 Maria beatissima tempore annuntiationis orabat, tom. 1. 16. col. 1  
 Maria omnes creaturas gratia superauit, tomo. 1. 16. col. 3  
 Maria quare non saluatur nomine proprio, ibid. col. 4  
 Mariæ dignitas, ibidem.  
 Mariæ gratia, infinita aliquomodo dici potest, tom. 1. 17. col. 3  
 Maria virgo sola in vtero concepit, to. 1. 19. co. 1  
 Maria in verbis Angeli non dubitauit, to. 1. 21. co. 1  
 Maria modum conceptionis ignorabat, ibidem.  
 Maria Deo virginitatem vouerat, ibidem.  
 Maria magnanima fuit, tom. 1. 24. col. 3  
 Maria quare benedicta, tom. 1. 26. co. 4  
 Maria omnes mulieres superauit, ibidem. col. 4  
 Maria ab omnibus nationibus laudatur, to. n. 1. 31. col. 2  
 Maria prophetauit, tom. 1. 33. col. 3  
 Maria canticum lætitiæ sola canere potest, tomo. 1. 26. columna. 1

Maria beatissima die dominico peperit, tom. 1. 47. col. 1  
 Maria sine dolore peperit, ibidem.  
 Maria mater Christi legi non subiacebat, tom. 1. 59. col. 3  
 Maria plusquam martyr fuit, tom. 1. 67. col. 4  
 Maria passa est in parte impassibili, ibidem.  
 Mariæ gaudium inuento Christo quantum fuerit, tomo. 1. 74. co. 4  
 Maria non sensit dolores in morte, tom. 2. 49. col. 2  
 Maria gloriosa in sua morte demones non vidit, ibid.  
 Maria statim post mortem resurrexit, tom. 2. 51. col. 1  
 Maria melior fuit omnibus Angelis, ibidem.  
 Maria virgo in peccato originali concepta non fuit, to. 2. 99. colum. 1  
 Maria Magdalena quare vnguenta coram Christo attulerit, tom. 183. col. 3  
 Mariæ Magdalene contemplatio, ibidem. col. 4  
 Maria Magdalena quare stetit post terga Christi & capillis pedes absterxit, tom. 1. 184. col. 4  
 Maria Magdalena sexies ad pedes domini processit, to. 1. 186. co. 2  
 Maria Magdalena omnes in dilectione Christi superauit, tom. 1. 190. col. 2  
 Mariæ Magdalene in resurrectione bis Christus apparuit, tom. 2. 260. col. 2  
 Maria Magdalena quinque Angelos vidit in die resurrectionis, ibidem.  
 Maritus vxorem adulteram non tenetur dimittere nisi ipsa fuerit incorrigibilis, tom. 2. 278. co. 2  
 Maritus sine licentia ecclesiæ occultè quantum ad torum separari potest à muliere adultera, ibidem.  
 Maritus vxorem publicè adulteram sine licentia ecclesiæ dimittere potest quod ad habitationem, ibidem.  
 Martha ex charitate querebatur, tom. 2. 53. col. 2  
 Martha non fuit mulier, quæ fluxu sanguinis egrotabat tom. 1. 210. col. 3  
 Martyrium pro Christo pati ad pœnitentiam sufficit, tomo. 2. 123. col. 1  
 Martyrium in virtute continet pœnitentiam, tomo. 2. ibidem. col. 4  
 Martyrium corona baptismi dicitur, ibidem.  
 Martyrium non perficit pœna sed causa pœnæ, tomo. 1. 145. co. 2  
 Matthæus quomodo fecerit conuiuium cum omnia dimiserit, tom. 1. 130. col. 2  
 Matthæus primus omnium euangelium scripsit, tom. 1. 137. col. 4  
 Matrimonium ratum & consummatum quo ad vinculum dissoluitur, tom. 2. 279. col. 1  
 Matrimonium remedium est ad conseruationem generis humani, tom. 2. 206. co. 1  
 Melius est esse principium nobilitatis quam finis, tom. 1. 87. col. 1  
 Melius est versari cum dæmonibus quam cum auro, to. 2. 287. col. 2  
 Membra expertia rationis Deo obediunt, tomo. 1. 135. colum. 3  
 Memoria nostra non est in terra querenda, tomo. 1. 281. colum. 1  
 Memoria beneficiorum omnium virtutum est firmissima, tom. 2. 314. col. 1  
 Mendacium à dæmone, vt à fonte manat, tom. 1. 133. colum. 4  
 Mendicare in veteri lege licitum erat, tom. 2. 285. col. 1  
 Mendicauit Christus quodcum dignitate eius non pugnat, tom. 1. 239. co. 4  
 Meus qualiter in definitione orationis, tom. 2. 71. col. 2

\*\*\* 8

Mensura

Mensura quare detur maior bono quam malo, tomo. 1. 158. col. 1  
 Mentiri quid dicatur formaliter, tomo. 2. 460. col. 1  
 Meritum non est ubi non est libertas, tomo. 1. 55. columna. 1  
 Merita Christi maioris ponderis sunt quam nostra peccata, tomo. 1. 54. col. 4  
 Meritum fundamentum quod, tomo. 1. 146. col. 3. & tomo. 2. 363. col. 2  
 Militia de se mala non est, tomo. 1. 89. col. 3.  
 Milites ministri publici sunt ad defensionem bonorum ibidem.  
 Minores natura duce maiorum exempla sequuntur, tomo. 2. 287. col. 2  
 Ministerium verbi diuini fidelibus est committendum to. 1. 116. column. 2  
 Miraculum incarnationis trinitatis est, tomo. 1. 21. col. 4  
 Miraculum tantum reperitur ex parte nostra, tomo. 1. 22. col. 4. & 171. col. 2  
 Miracula sine necessitate petere tentare Deum est, tomo. 1. 55. col. 2  
 Miraculum factum in probationem conclusionis, conclusionem veram facit, tomo. 1. 103. col. 2  
 Miraculum signa sunt potentiae Dei, tomo. 1. 118. col. 3  
 Miraculum virtutem postulat infinitam, to. 1. 127. col. 1  
 Miracula qualiter inter se aequalia sint, ibidem.  
 Miraculum in instanti fit, tomo. 1. 22. col. 2  
 Miracula non semper sunt facienda, tomo. 2. 296. col. 2  
 Miracula querenda non sunt in his, quae nobis tradit ecclesia, tomo. 2. 296. col. 2  
 Miracula Christi specula erant diuina, tomo. 2. 102. col. 2  
 Miracula nunc necessaria non sunt, tomo. 2. 104. col. 1  
 Miracula facere neminem saluum facit, tomo. 1. 161. col. 1  
 Miraculum facere quid, tomo. 1. 171. col. 2  
 Miraculum filij principis synagogae quare non sit factum coram turba, tomo. 1. 23. col. 4  
 Misericordia obiectum est misericordiae, tomo. 2. 266. col. 2  
 Misericordia & iustitia in Deo pari gradu currunt, to. 1. 139. col. 4  
 Misericordia poenitentibus tantum tribuitur, tomo. 1. ibidem.  
 Misericordia et veritas quando hominem deserant, to. 2. 46. col. 2  
 Misericordiae officium 47. col. 2  
 Misericordiae & charitatis discrimen, ibidem.  
 Misericordia pons est transitus ad Deum, tomo. 2. 65. columna. 1  
 Misericordia Dei quare maior iustitia dicatur, tomo. 1. 155. column. 3  
 Misericordia similes nos efficit, Deo ibidem, col. 4  
 Misericordia quid, tomo. 1. 168. col. 2  
 Misericordia qualiter Deo conueniat, ibidem.  
 Misericordia non iudicat demeritis sed de miseris, ibidem, columna. 3  
 Misericordia Dei necessaria est vt poenitentia a nobis agatur, tomo. 2. 249. col. 2  
 Misericordies ius habent ad misericordiam diuinam, to. 1. 155. col. 1  
 Missio diuina processione ab alio dicit, tomo. 2. 272. col. 4  
 Mytheria diuina humilitate cognoscuntur, tomo. 1. 49. columna. 2  
 Mytheria sancta infidelibus non sunt communicanda, tomo. 1. 112. col. 3  
 Mytherium passionis quare solis discipulis declaratum tomo. 2. 355. col. 1

Mytheria diuina quare paruulis & non potentibus reuelata fuerint, tomo. 2. 25. col. 2  
 Modus salutandi Mariae, tomo. 1. 26. col. 1  
 Modus, quo vsus est diabolus ad cognoscendam filium Dei, tomo. 1. 103. col. 2  
 Modus benedicendi Iudaeorum, tomo. 1. 221. col. 1  
 Modus interpretandi scripturam perfectissimus, tomo. 2. 427. col. 1  
 Molestia dupliciter sumitur, tomo. 2. 67. col. 1  
 Moloc quid sit, tomo. 2. 121. col. 1  
 Monachus, secularis fit secularibus, conuersans, tomo. 1. 74. col. 1  
 Monachus in domibus regum non fit, tomo. 1. 178. columna. 3  
 Mores optimi iudicis assignantur, tomo. 1. 322. col. 2  
 Mors peccatum comitatur, tomo. 1. 43. col. 4  
 Mors in vita consideranda, tomo. 1. 62. col. 4  
 Mors aduentu Christi dulcis facta est, tomo. 1. 64. col. 2  
 Mors ubi bona est vita suauis est, tomo. 2. 250. col. 2  
 Mors iusti proprie mors non est, tomo. 2. 123. col. 1  
 Mors duplex, ibidem  
 Mors nostra quare omnium dicatur, to. 1. 224. col. 2  
 Mors pauperibus bona est & utilis, tomo. 2. 133. col. 1  
 Mors non est in potestate hominis, to. 2. 373. col. 1  
 Mors Christi vitam animarum amplificauit & mortem corporis debilitauit, tomo. 2. 351. col. 1  
 Mors iustorum flenda non est, tomo. 2. 481. col. 1  
 Mors Christi turpissima fuit, 483. col. 1  
 Mortuos sepelire maxime placet Deo, tomo. 1. 167. col. 4  
 Mortui in purgatorio detenti proximi nostri sunt, to. 2. 44. col. 1  
 Moses quare nihil de creatione Angelorum dixit, tomo. 2. 98. col. 2  
 Mos corpus quare occultatum sit, ibidem.  
 Moses & Helias quomodo in transfiguratione fuerint, tomo. 1. 131. col. 4  
 Moses & Helias quare in transfiguratione de passione & non de resurrectione loquantur, tomo. 1. 233. columna. 1  
 Mulier quando audienda sit, tomo. 1. 37. col. 1  
 Mulier adultera a marito quando dimitti non possit, to. 2. 278. col. 2  
 Mulieres quare prius quam Apostoli Christum in resurrectione viderunt, tomo. 1. 167. col. 4  
 Mulier peccatrix quare non nomine proprio in euangelio nominetur, tomo. 1. 182. col. 3  
 Mulier qualis fuerit, ibidem, col. 3  
 Mulier peccatrix in qua erat ciuitate, ibidem, col. 4  
 Mulieres sanctae bis parauerunt aromata vt Christum vngerent, tomo. 2. 475. col. 2  
 Mulieres sanctae qualiter a fide defecerint, tomo. 2. 493. columna. 2  
 Mulieres quae ad monumentum Christi venerunt quot & quae fuerint, tomo. 2. 494. col. 2  
 Mulieribus quasi innatum est non remittere iniurias, tomo. 2. 65. col. 2  
 Multa sunt in scriptura quae in re gesta non inueniuntur, tomo. 2. 59. col. 1  
 Multa in scriptura ab effectu nominantur, tomo. 2. 75. columna. 2  
 Multi sub specie boni tentantur tomo. 1. 2. col. 2  
 Multi orationem in voce tantum habent, tomo. 1. 29. columna. 3  
 Multi Deum credunt & diabolus dominum habent, 30. columna. 1  
 Multi quia saluari nolunt pereunt, tomo. 1. 32. col. 2

Multi

Multi animas in vanum recipiunt, to. 1. 59. column. 4  
 Multi misericordia abutuntur, to. 1. 67. col. 3  
 Multi Deum ex ignorantia amittunt, to. 1. 74. col. 4  
 Multi per ebrietatem mortui sunt, to. 1. 101. col. 4  
 Multi peiores sunt diabolo to. 1. 115. col. 4  
 Multi sequuntur Christum non propter illum sed propter sua bona, to. 1. 225. col. 2  
 Multi qualiter dicantur habere infirmitates non suas, to. 2. 171. col. 1  
 Mundus ad similitudinem falsi artificis operatur, tomo. 1. 24. col. 2  
 Mundus promissa non seruat, to. 1. 34. col. 2  
 Mundus fugiendus est, tomo. 1. 43. columna. 2. & 86. columna. 1  
 Mundus mundo arridet, to. 1. 46. col. 3  
 Mundus in necessitate omnes deserit, to. 1. 54. col. 2  
 Mundus veritatis amatores odit, to. 1. 93. col. 2  
 Mundus mala reddit pro bonis to. 1. 111. col. 1  
 Mundus sibi seruientibus mercedem non tribuit, tomo. 1. 118. col. 2  
 Mundus & diabolus difficillima praecipunt, tomo. 2. 273. column. 1  
 Mando seruire difficilius est quam Deo, 274. col. 1  
 Murmuratio plus commodi quam damni illis in quos intenditur affert, to. 1. 188. col. 4  
 Murmuratio sapientum timenda est, to. 2. 220. col. 2  
 Murmuratio de filio prodigo vera murmuratio fuit, to. 2. 229. col. 1  
 Mutare fortitudinem quid, to. 1. 40. col. 1

## N

Namaan quare solus ab Eliseo curatus sit, tomo. 1. 110. col. 3  
 Narratio Lazari & diuitis historia est & non parabola, to. 2. 297. col. 2  
 Nathan legitimus filius fuit Dauid, to. 1. 97. col. 1  
 Natiuitas Christi omnibus non oportuit statim manifestari, to. 1. 53. col. 3  
 Natura nostra sine Deo parum potest, to. 1. 23. col. 2  
 Natura brutorum hominum duritiam vincit, tomo. 2. 288. col. 2  
 Naturale est quodam modo ciues ciuibus inuidere, to. 1. 110. col. 1  
 Naturale est homini visis insolitis timere, tomo. 1. 113. column. 2  
 Nazaretae peiores diabolo fuerunt, to. 1. 111. col. 2  
 Necessaria ad vitam cum modo querenda sunt, tomo. 2. 137. col. 1  
 Necessitas proximi consideranda est in datione elemosynae, to. 2. 47. col. 2  
 Necessitas & utilitas christianae fidei argumentis probari possunt, to. 2. 297. col. 1  
 Negare Dei quid, to. 1. 119. col. 2  
 Negare quibus modis sumatur, ibidem.  
 Negationes Petri quando inceperint & finitae fuerint, tomo. 2. 338. col. 2  
 Negotiatio quando licita sit, to. 2. 205. col. 1  
 Nemo ab orationibus est excludendus, to. 1. 51. col. 2  
 Nemo sibi sufficit in ecclesia, to. 1. 119. column. 3  
 Nemo in praecipis primae tabulae dispensare potest, to. 1. 134. col. 1  
 Nemo de statu gloriari debet, to. 1. 138. col. 2  
 Nemo in sensu composito Deo & mammonae seruire potest, to. 2. 273. column. 1  
 Non est etiam malus contemnendus est, tomo. 2. 168. col. 1

Nemo audebat appropinquare Deo in lege veteri, tomo. 2. 217. col. 1  
 Nemo post haec vitam mereri aut demereri potest, to. 2. 380. col. 2  
 Nemo debet committere peccatum veniale, vt mortale alterius euitet, to. 2. 299. col. 2  
 Nicolaus vnus ex septem diaconibus haeresim docuit, to. 1. 2. col. 1  
 Nihil a malis accipiendum, to. 1. 103. col. 4  
 Nihil casu fit apud Christum, to. 1. 167. col. 3  
 Ninuiae quare conderinabunt peccatores, tomo. 2. 106. col. 2  
 Nobilitas census est virtuti debitus, to. 1. 15. col. 3  
 Nobilitas corporis est mortalitatibus non subiacere, to. 2. 282. col. 2  
 Nobilitas sanguinis apud Deum nihil valet, tomo. 2. 32. column. 2  
 Nobiles vestes libertatis dicuntur, tomo. 1. 40. col. 1  
 Nomina propria in caelesti patria non reperiuntur, to. 1. 17. column. 1  
 Nomen tetragrammaton soli Deo conuenit, tomo. 1. 24. column. 1  
 Nominis Iesus excellentia, to. 1. 58. col. 2  
 Nomen peccatoris omnibus nominibus est peius, 59. column. 1  
 Nomen Iesus diuinitatem Christi ostendit, ibidem.  
 Nomen demon commune est bonis & malis spiritibus, to. 1. 113. col. 1  
 Nomine animae totus homo significatur, tomo. 1. 135. column. 2  
 Nomen Chaos impossibilitatem significat, tomo. 2. 295. column. 1  
 Nomen Dei qualiter sanctificari non possit, & qualiter in oratione sanctificari petatur, to. 2. 61. col. 2  
 Nomina numeralia in scriptura ab vno vsque ad quinque diminutionem significant a quinque vero vsque ad 10. augmentum, to. 2. 417. col. 1  
 Non in, amen, in aliam linguam transferre non licet, tomo. 2. 442. col. 1  
 Nos quare Dei coadiutores dicamur, to. 1. 163. col. 4  
 Nouitates fugiendae, tomo. 1. 36. col. 4  
 Nubes in transfiguratione miraculose facta est, tomo. 1. 254. col. 3  
 Nubis generatio, tomo. 2. 161. col. 2  
 Nubes, in qua Christus ad iudicandum venturus est supernaturalis erit, to. 2. 437. col. 2  
 Nuptiae a Christo damnatae non sunt, vt Tatianus credit, to. 2. 205. col. 2  
 Numerus quodenus mytherium continet, tomo. 1. 136. col. 3  
 Numerus 100. quare in parabola ouium ponatur & non alius, to. 2. 223. col. 2  
 Numerus pluralis in scriptura pro singulari ponitur & e contra, to. 2. 485. col. 1

## O

Obedientia optime experientia discitur, tomo. 1. 77. col. 4  
 Obedientia vera in quo consistit, to. 1. 118. col. 4  
 Obedientia in omnibus est obseruanda, tomo. 1. 135. col. 2  
 Obedientia vera veritatem mandatis non inquit, to. 2. 310. col. 2  
 Obedientia qualis futura sit, to. 2. 363. column. 1  
 Oblatio quid, to. 1. 215. col. 4  
 Oblitio prosperitas est comes, to. 2. 314. col. 1

\*\*\* 4

Obscuratio

Obsecratio quid, to. 1. 13. col. 1  
 Observatio mandatorum via est cæli, tomo. 1. 175. col. 2  
 Obstinatus quantum potest Deo resistit, to. 1. 40. col. 2  
 Obstinati difficulter agunt pœnitentiam, tomo. 1. 86. col. 1  
 Obstinati peiores fiunt correctione, to. 1. 11. col. 1  
 Obumbrare quid, to. 1. 122. col. 1  
 Occasiones peccati maxime fugiendæ sunt, tomo. 1. 92. col. 2  
 Ociositas mater est vitiorum, to. 2. 168. col. 2  
 Oculi Christi fenestræ sunt salutis, to. 2. 309. col. 1  
 Oculi quando in scriptura aperiri dicantur, to. 2. 309. col. 1  
 Occupationes exteriores contemplationem impediunt, to. 2. 53. col. 1  
 Odium Dei maius est omnibus peccatis, to. 1. 40. col. 3  
 Officium pastoris quid, to. 1. 126. col. 1  
 Officium publicanorum quod, to. 1. 129. col. 3  
 Officium Dei colligere est, to. 2. 89. col. 2  
 Omne verbum, idem est ac multum verbum, to. 1. 23. col. 1  
 Omnes egemus manu Dei, to. 1. 38. col. 4  
 Omnia relinquenda sunt propter Deum, to. 1. 53. col. 4  
 Omnia quæ in Ioanne erat vox erat, to. 1. 82. col. 2  
 Omnes sumus similes in moriendo, to. 2. 290. col. 2  
 Omnis creatura humanitati Christi est subiecta, tomo. 2. 164. col. 4  
 Omnia contenta in euangelio ad pacem ordinantur, to. 2. 46. col. 3  
 Omnes ex charitate diligere tenemur, to. 1. 148. col. 4  
 Onus pro pondere & leuitate accipitur, to. 2. 113. col. 1  
 Opera nostra Deo adscribenda sunt, to. 1. 2. col. 3. & 13. col. 1  
 Opera amore sequuntur, to. 1. 28. col. 3  
 Opera bona illustres viros pariunt, tomo. 137. col. 1  
 Opera Dei alius enarranda sunt, to. 1. 85. col. 2  
 Opera bona ad perfectionem sunt ducenda, tomo. 1. 70. col. 4  
 Opera bona etiam absque lege faciendæ sunt, tomo. 1. 71. col. 4  
 Opera meritoria fieri non possunt in peccato mortali, to. 1. 95. col. 1. & 114. col. 4  
 Opera bona etiam in peccato mortali sunt faciendæ, to. 1. 114. col. 4  
 Opera Dei diligenter sunt operanda, tomo. 1. 117. col. 1  
 Opera inuoluntaria Deo non sunt accepta, tomo. 1. 117. col. 4  
 Opera supererogationis secretè faciendæ sunt, tomo. 1. 122. col. 4  
 Opera nostra ex quo mereantur, to. 2. 303. col. 2  
 Opera nostra quando perfectæ sint, to. 2. 342. col. 2  
 Opera signa sunt charitatis, to. 2. 48. col. 1  
 Opera heroica sine recta intentione nullius sunt valoris, to. 2. 107. col. 2  
 Opera ex amore fieri debent, ibidem.  
 Opus malum esse potest etiam si cum bona fiat intentione, 108. col. 1  
 Opera meritoria peccato mortali extinguuntur, tomo. 2. 108. col. 2  
 Opera bona præmium assequuntur, to. 1. 186. col. 4  
 Opus innocens quod dicatur, to. 1. 229. col. 2  
 Opera naturæ præstantiora sunt artificialis, to. 2. 135. col. 2  
 Opera bona finem præsupponere debent, to. 2. 137. col. 1  
 Opera bona quare lucernæ appellantur, to. 2. 145. col. 1  
 Opera sine charitate facta nullius sunt valoris, ibid. col. 2

Opera seruilia quando in festis licita sint, tomo. 2. 190. col. 2  
 Opera Dei ad iustificationem peccatoris concurrentia triplicia sunt, to. 2. 249. col. 2  
 Opera nostra primam iustificationem non merentur, to. 2. 363. col. 2  
 Opera recta primam iustitiam præcedentia hominem ad eam suscipiendam disponunt, ibidem.  
 Opus ad hoc quod magnificum sit quid requiratur, to. 2. 452. col. 1  
 Opera bona propter murmurationes relinquenda non sunt, to. 1. 135. col. 1  
 Operatio miraculosa in instanti fit, to. 2. 357. col. 2  
 Operatio studiosa quare difficilis sit, to. 2. 176. col. 1  
 Oratio sanctorum Deum non obligat, to. 1. 85. col. 4  
 Oratio antidotus est saluberrimus contra fomitem, to. 1. 95. col. 2  
 Oratio & ieiunium Christi victoriam nobis attulerunt, to. 1. 101. col. 3  
 Orationis definitio, to. 1. 123. col. 4  
 Oratio omnia bona antecellit, to. 2. 321. col. 1  
 Oratio faciendæ est perseveranter, to. 2. 323. col. 2  
 Oratio deficit vbi non est fides, to. 2. ibidem.  
 Oratio vera extra se rapit orantem, to. 2. 325. col. 2  
 Oratio sine humilitate esse non potest, ibidem.  
 Oratio omni tempore faciendæ est, to. 2. 60. col. 2  
 Oratio mentalis nobilior est vocali, 59. col. 2  
 Oratio vocalis maxime utilis est, ibidem.  
 Oratio vocalis obligat ministros ecclesiæ, ibidem.  
 Oratio dominica excellentior omni oratione, ibidem.  
 Oratio futura est celeris, ibidem. col. 3  
 Oratio faciendæ est perseveranter, ibidem. col. 1  
 Oratio ob infortunium non est omittenda, tomo. 2. 67. col. 2  
 Oratio Deum vincit, 70. col. 1  
 Oratio quid, to. 2. 72. col. 1  
 Oratio medium est vt homo transfiguretur, to. 1. 228. col. 4  
 Oratio Christi omnes circumstantias perfectæ orationis complexa est, to. 2. 463. col. 1  
 Oratio Christi in cruce pro persequentibus se facta vtrū exaudita fuerit, to. 2. 483. col. 2  
 Oratio potius corde quam ore faciendæ est, tomo. 2. 308. col. 1  
 Orationis excellentia & virtus, to. 2. 67. col. 1  
 Orationis conditiones quatuor, to. 2. 73. col. 2  
 Orans cælestia solum considerare debet, to. 1. 136. col. 1  
 Orantes sine deuotione Deum tentant, to. 1. 106. col. 4  
 Orate ne intretis in tentationem, octo tantum discipulis dictum fuit, to. 2. 463. col. 1  
 Orbis gubernatione principum indiget, tomo. 1. 96. col. 1  
 Ordo ecclesiæ ab Apostolis traditus est, to. 2. 559. col. 1

## P

Panis corporalis instrumentum est ad beatitudinem, to. 2. 64. col. 1  
 Panis in scriptura omnem cibum significat, to. 1. 188. col. 1  
 Panes propositionis soli sacerdoti comedere licebat, to. 1. 134. col. 1  
 Panes propositionis qui erant, ibidem.  
 Papa maiorem habet auctoritatem omnibus regibus, to. 1. 79. col. 4  
 Papa de rebus fidei iudicare debet, to. 1. 233. col. 4

Papa

Papa potestatem habet claudendi & aperiendi cælum, to. 2. 124. col. 1  
 Papa vt est caput ecclesiæ errare non potest, to. 2. 459. col. 2  
 Parabola qualiter considerari debeat, to. 2. 66. col. 2  
 Parabola quid, to. 2. 200. col. 1  
 Parabola centum ouium de Angelis & natura humana intelligi non potest, to. 2. 118. col. 2  
 Paradisus in pro nissione quam Christus fecit latroni non sinitur pro cælo Empyreo, to. 2. 86. col. 2  
 Parare viam domino in propria potestate est, to. 2. 83. col. 2 & 1  
 Pasce quid, to. 2. 401. col. 1  
 Parentes in virtute filios erudite tenentur, tomo. 1. 72. col. 2  
 Parentibus quare non præcipiatur filios diligere, tomo. 2. 335.  
 Parenti prius quam filijs est subueniendum, ibidem.  
 Parentes quando obediendi sunt, to. 2. 204. col. 1  
 Parere sine dolore est, to. 1. 47. col. 1  
 Participio de futuro vti pro præterito phrasia est græca, to. 1. 172. col. 4  
 Particula dictionis in scriptura aliquando non legitur cum proxima dictione, sed cum remota, to. 2. 102. col. 1  
 Parturire cum dolore est, to. 1. 47. col. 1  
 Paruulus non habens fidem infidelis non est, tomo. 1. 125. col. 1  
 Paruuli maximi sunt apud Deum, to. 2. 333. col. 1  
 Pascha occidere in die azy norum quare necesse fuerit, to. 2. 4. col. 1  
 Pascha idem est quod saltus, ibidem. col. 2  
 Pascha multipliciter sumitur, ibidem.  
 Passionis Christi actiones nominandæ sunt, to. 1. 98. col. 4  
 Passio Christi excessiua fuit quo ad satisfactionem, to. 1. 132. col. 2. & 7.  
 Passio & resurrectio Christi quare saepe in scriptura simul ponantur, to. 2. 50. col. 2  
 Passio Christi quare maxime sentiendæ sit, to. 2. 445. col. 1  
 Passio Christi virtutem dat pœnitentiæ, to. 2. 272. col. 1  
 Pater quare dicatur Petro reuelasse Christum filium esse Dei, to. 2. 224. col. 1  
 Pater æternus qualiter dicatur homo, to. 2. 397. col. 1  
 Pater in diuinis mitti non dicitur, to. 2. 272. col. 2  
 Patientia maxime habenda in infirmitatibus, to. 1. 126. col. 1  
 Patientia tres sunt gradus, to. 2. 426. col. 2  
 Pauci operantur secundum charitatem, to. 1. 68. col. 4  
 Pauci sunt qui adimplent præceptum charitatis, to. 2. 47. col. 1  
 Paulus quare doctor Gentium sit constitutus, to. 2. 84. col. 1  
 Paupertas est velut radix spiritualium diuitiarum, to. 1. 142. col. 2  
 Paupertas vitam humanam sustinet, to. 1. 142. col. 4  
 Paupertas clavis est cælorum, 142. col. 2  
 Paupertas temporaria nō gignit, to. 1. 147. col. 1  
 Paupertas omnium virtutum est custos, to. 1. 109. col. 3  
 Pauper hospitiū est suscipiendo, to. 1. 48. col. 4  
 Pauper minimè contemnendus, to. 1. 113. col. 3. & to. 2. 294. col. 2  
 Pauperes esurientes qualiter beati dicantur, to. 1. 143. col. 4  
 Pauperes in veteri lege medicare poterant, to. 2. 285. col. 1  
 Pauperes de liberalitate Dei queri non possunt, tomo. 2. 152. col. 1. 285. col. 2

Pauperes esse vtilius diuitibus, quam pauperibus diuites esse, 286. col. 1  
 Pauper non est semper pauper, to. 2. 247. col. 2  
 Pauper in necessitate fouendus, to. 2. 337. col. 1  
 Pauperes pascha sunt diuitum, to. 2. 5. col. 1  
 Pauperes beati sunt in vita, in morte & post mortem, to. 2. 142. col. 4  
 Pauperes diuinam hæreditatem in hac vita obtinent, to. 1. 241. col. 3  
 Pauper ob id quid factus, to. 1. 177. col. 2  
 Pauperes ostiatim debent petere eleemosynam & non per alios, to. 1. 164. col. 1  
 Pauperes quare potius inuitandi quam diuites, tomo. 2. 199. col. 1  
 Pauper liberalis esse potest, to. 2. 452. col. 1  
 Pauperibus datum in cælo custoditur, to. 1. 88. col. 4  
 Pax hominis & Angeli facta est in incarnatione, to. 1. 50. col. 2  
 Pax tanquam testamentum nobis commendata est, to. 1. 3. col. 1  
 Pax vera in solo Deo inuenitur, to. 1. 65. col. 3  
 Pax omne bonum importat, to. 2. 1. col. 1  
 Pax Christi pax specialis est, 14. col. 1  
 Pax sancta regnum Christi stare facit, to. 2. 89. col. 1  
 Pax iniqua regnum dæmonis facit stare, ibidem.  
 Pax cum peccato non manet, to. 1. 9. col. 2  
 Pax victoriæ est fructus, to. 2. 510. col. 1  
 Paci mihi magis contrarium quam latrones, to. 2. 334. col. 2  
 Pacem ad aliquem reuerti quid, to. 2. 19. col. 1  
 Peccare Deo quis dicatur, to. 2. 247.  
 Peccator in virtute à diabolo relinquitur, to. 1. 6. col. 2  
 Peccator per ea quæ peccat, punietur, 1. 12. col. 3. & to. 2. 149. col. 3  
 Peccator scelerata non sentit, to. 1. 57. col. 2  
 Peccator captiuus est diaboli, to. 1. 108. col. 4  
 Peccator à suis peccatis captiuus tenetur, tomo. 1. 114. col. 1  
 Peccator separatus à Deo post sua ambulat desideria, to. 1. 115. col. 2  
 Peccator diabolum nō amat etiam si diabolo cōsentiat, to. 2. 272. col. 1  
 Peccator nunquam satiatur, to. 2. 275. col. 2  
 Peccator nomen non habet apud Deum, to. 2. 281. col. 1  
 Peccator qui sua bona prædicat & mala tacet salute caret, to. 2. 318. col. 1  
 Peccator per peccatum omnia bona opera amittit, to. 2. 94. col. 2  
 Peccator in peccato mortali opera meritoria facere nō potest, 94. col. 2  
 Peccator in mortali peccato omnia peccata vitare non potest, 95. col. 1  
 Peccator quadrupliciter per peccatum torquetur, ibidem.  
 Peccator quare in pristinum peccatum recidit, to. 2. 96. col. 1  
 Peccator diligentes se amore carnali diligit, tomo. 1. 115. col. 3  
 Peccator sua peccata non videns & alia reprehendens quare hypocrita dicatur, to. 1. 150. col. 2  
 Peccator in statu peccati bona opera facere debet, to. 1. 162. col. 4  
 Peccator prima sensit peccata alia autem non, tomo. 1. 182. col. 1  
 Peccator à peccato surgere non potest sine Dei auxilio, to. 1. 184. col. 3

\*\*\* 5

Peccator



Peccator contentendus non est, to. 1. 188. col. 2  
 Peccator non est dignus officio prædicatoris, tom. 1. 197. col. 1  
 Peccator obstinatus non exaudit diuinas uocaciones, to. 1. 198. col. 2 & 3.  
 Peccator qualiter à Deo distare dicatur, tomo. 2. 234. col. 2  
 Peccator cum discedit à misericordia Dei in eius iustitiã incidit, to. 2. 236. col. 2  
 Peccator quare à Deo in iudicium uocetur, tomo. 2. 257. col. 1  
 Peccator non solum alijs sed sibi nocet, tomo. 2. 407. col. 1  
 Peccator quare in inferno perpetuo puniatur, to. 2. 440  
 Peccatoribus etiam obstinatis utilissimum est prædicare, tom. 1. 200. col. 2  
 Peccatores duplices sunt, to. 2. 68. col. 2  
 Peccatori omnia sunt doloris plena, tom. 2. 273. col. 2  
 Peccatorem à Deo derelinqui idem est quod Deum derelinqui à peccatore, to. 2. 27. col. 1  
 Peccatum exemplo Christi detestandum, to. 1. 24. col. 4  
 Peccatum in umbra dicitur mortis, to. 1. 42. col. 4  
 Peccati principis damnum, to. 1. 45. col. 1. & 2.  
 Peccatum principis occultum esse nequit, ibidem. col. 4  
 Peccatum hominis grauius punitum est quam Angeli, to. 1. 48. col. 1  
 Peccatum adulto remitti non potest sine propria fide, to. 1. 124. col. 4  
 Peccatum quid, to. 1. 54. col. 4  
 Peccatum in scriptura aliquando pro pœna sumitur, to. 1. 60. col. 3  
 Peccatum aliquando pro immunditia legali accipitur, ibidem.  
 Peccatum causa est excecationis hominum, tomo. 1. 79. col. 1  
 Peccatum omissionis dignum est inferno, tom. 1. 88. col. 2  
 Peccatum causa est alterius peccati, to. 1. 93. col. 2 & 11. col. 4  
 Peccatum pœna est peccati, ibidem.  
 Peccatum etiam leue fugiendum, to. 1. 93. col. 4.  
 Peccatum magnum raro nos in infernum ducit sed paruum in quod quotidie labimur, tom. 1. 114. col. 1  
 Peccatum dimittere solius Dei est, to. 1. 126. col. 4  
 Peccatum onus est intolabile, to. 2. 27. col. 2  
 Peccatum supplicium est peccatoris. 273. col. 2  
 Peccata ex corde exeunt, to. 1. 330. col. 2  
 Peccata ante Deum clamantia quæ sint, tom. 2. 334. col. 1  
 Peccatum dupliciter consideratur, to. 2. 60. col. 4  
 Peccatum inuitat qui non tollit occasiones peccandi, to. 2. 92. col. 2  
 Peccatum non est quid positium, to. 2. 93. col. 2  
 Peccatum omni bono opponitur. 94. col. 1  
 Peccatum summum malum est, ibidem. col. 1  
 Peccatum qualiter Deum eiicit ab anima, ibidem.  
 Peccatum omni bono spirituali hominem priuat, ibid. col. 3  
 Peccata carnalia minora sunt spiritualibus, tomo. 2. 111. col. 1  
 Peccata populi quare prælatis tribuuntur, tomo. 1. 167. col. 2  
 Peccatum causa est instabilitatis in homine, tom. 1. 177. col. 4  
 Peccatum Magdalene quare magis aliorum peccatis apparebant, to. 1. 182. col. 2  
 Peccata grauius grauius indigent lamentis, tom. 1. 185. col. 2  
 Peccata in memoria haberi debent, ibidem. col. 3  
 Peccata quare debita dicantur, to. 1. 289. col. 1  
 Peccata aliquando dimittit quod culpam manente pœna, ibidem. col. 2  
 Peccata prælatorum coram populo arguenda non sunt to. 1. 209. col. 4  
 Peccata quædam suam crucem baiulant, tomo. 1. 236. col. 4  
 Peccatum in cogitatione esse potest, ibidem.  
 Peccatum in Spiritum sanctum quod dicatur, tomo. 2. 124. col. 1  
 Peccata omnia ad superbiam & luxuriam reducuntur, to. 2. 158. col. 1  
 Peccata quæ sũt ex fragilitate minora sunt factis ex malitia, to. 2. 160. col. 1  
 Peccatum omne ex ignorantia est, ibidem.  
 Peccatum carnis hominem reddit bestiam, tomo. 2. 206. col. 2  
 Peccatum publicum facilius secreto curatur, tom. 2. 220. col. 1  
 Peccatum magis dependet ex corde quam ab opere, to. 2. 247. col. 2  
 Peccatum, excusare peccatum est, to. 2. 373. col. 1  
 Peccatum mortem & tristitiam in mundum inuexit, to. 2. 387. col. 2  
 Peccata quæ Christus fleuit super Hierusalem quæ sint, ibidem.  
 Peccatum senis cæteris paribus grauius est peccato iuuenis, tom. 2. 207. col. 4  
 Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur statim trahit ad aliud, to. 2. 399. col. 1  
 Peccata iustorum in die iudicij in cælo apparebunt, to. 2. 437. col. 1  
 Peccatum est orationem dominicam animo vindicte dicere, to. 2. 64. col. 2  
 Peccati ex malitia quanta sit grauitas, tomo. 2. 187. col. 2  
 Peccatorum remissio iudicio diuino pensatur, tomo. 1. 185. col. 3  
 Pecunia nimiam utilitatem affert homini, tomo. 2. 133. col. 2  
 Pedes nostri ad malum sunt proni, to. 1. 24. col. 4  
 Pœna damni maior est omnibus alijs, tomo. 2. 291. col. 2  
 Pœna sensus multiplex, ibidem. col. 2  
 Pœna accidentalit in damnatis augetur, tom. 2. 163. col. 1  
 Pœnitentia in iuuentute est faciendâ, to. 1. 61. col. 4  
 Pœnitentia propter Deum summè dilectum fieri debet, to. 1. 86. col. 2  
 Pœnitentia ex timore mala non est, to. 1. 87. col. 3  
 Pœnitentia ex timore bona non erit nisi ad amorè progrediatur, ibidem.  
 Pœnitentia statim agenda est, ibidem. col. 2 & tomo. 2. 306. col. 2  
 Pœnitentia de peccatis publicis publicè faciendâ est, to. 1. 281. col. 4  
 Pœnitentia vera esse non potest ubi non tollitur occasio peccandi, to. 1. 185. col. 3  
 Pœnitentia quare vsque ad mortis articulum differendâ non sit, to. 2. 152. col. 1  
 Pœnitentia quare secunda tabula post naufragium dicatur, to. 2. 164. col. 2  
 Pœnitentia scaphæ comparari non debet, ibidem.  
 Pœnitentiam habere & à pœnitentia haberi in quo differant, to. 2. 165. col. 2  
 Pœnitentia etiam ab amico Dei vt gloriam consequatur faciendâ est, to. 1. 122. col. 4  
 Pœnitentia facta solum ad fugiendum infernum non est me-

est meritoria vitæ æternæ, to. 1. 145. col. 2  
 Perdere pro Deo lucrum est, to. 1. 121. col. 1  
 Perfectio Christiana operibus constat, to. 1. 88. col. 1. & 139. col. 2  
 Perfectio est cognitio propriæ imperfectionis, to. 2. 173. col. 4 & to. 1. 237. col. 3  
 Perfectio christiana in charitate consistit, tomo. 2. 336. col. 1  
 Perfectio bonorum operum in quibus consistat, tomo. 2. 109. col. 1  
 Perfectio maior est omnia propter Christum dimittere quam alere pauperes, to. 2. 430. col. 2  
 Perfectio via est despiciere quæ amamus, tomo. 2. 336. col. 2  
 Perfecti totam curam ponunt in bonis aliorum, tom. 1. 112. col. 4  
 Perfidia confiteri potest, credere vero non potest, tom. 1. 126. col. 3  
 Periculum est proximum esse rebus quæ concupisci possunt, to. 2. 90. col. 4  
 Periculum quando aggrediendum sit, to. 1. 99. col. 1  
 Persequutores maxime vtilis sunt, to. 2. 120. col. 1  
 Perseuerantia quare donum Dei dicatur, tomo. 1. 140. col. 4  
 Perseuerantia columna est omnium virtutum, tomo. 2. 458. col. 1  
 Perseuerantes in peccatis Deum tentant, to. 1. 106. col. 4  
 Persona vna diuina qualiter in alia sit, tomo. 1. 98. col. 3  
 Persona diuina uocem non potest formare, tomo. 1. 99. col. 3  
 Petrus Apostolus, quare Simon Petrus dicatur, tom. 1. 137. col. 2  
 Petrus Apostolus bis uoluit passionem Christi impedire, to. 1. 333. col. 4  
 Petrus Christum potuit non negare, tomo. 2. 460. col. 2  
 Petrus scindens auriculam Malchi non peccauit, tomo. 2. 467. col. 1  
 Petro quare permissum sit grauius cæteris Apostolis labi, to. 2. 460. col. 1  
 Petrus quare doctor Iudæorum constitutus sit, tomo. 2. 84. col. 1  
 Petere miserum est, to. 2. 70. col. 1  
 Petere adum oris respicit, to. 2. 71. col. 2  
 Petitio bona quæ petit consequitur, tomo. 2. 387. col. 1  
 Pharisei quare potius quam alij Christum arguebant, to. 1. 133. col. 2  
 Pharisei quare pueris assimilantur, to. 1. 180. col. 1  
 Pharisei qualiter iusti dicantur, to. 2. 228. col. 2  
 Pietas Mariæ virginis, to. 1. 26. col. 1  
 Pietas incrementa habet, to. 1. 77. col. 4  
 Pilatus cuius sit, to. 2. 474. col. 1  
 Pilatus quare misit Christum ad Herodem, tomo. 2. 475. col. 2  
 Pilatus quare Christum flagellauit, tomo. 2. 478. col. 1  
 Pilatus ter Christum innocentem confessus est, tom. 2. 479. col. 2  
 Pilatus quare quinquem modis uoluit Christum liberare, ibid.  
 Pilatus minus peccauit in occisione Christi quàm Iudæi. 480. col. 1  
 Pilatus quare titulum super crucem in tribus linguis apposuerit, to. 2. 485. col. 1  
 Pinna seu pinnaculum quid, to. 1. 105. col. 3  
 Plicationis temporalis à spirituali differentia, tom. 1. 120. col. 2  
 Placere iustis hominibus bonum est, tom. 1. 144. col. 4.  
 Plaga tristitia cordis est, to. 2. 45. col. 2  
 Plaga vt plurimum peccatorum pœna sunt, tomo. 2. 309. col. 1  
 Plaga Christi innumerabiles fuerunt, tomo. 2. 478. col. 2  
 Pondus quibus modis falsum sit, tomo. 2. 233. col. 1. & 2  
 Populus Gentilis illuminatus est Christi aduentu, to. 1. 66. col. 1  
 Populus Gentium latera erat diaboli, ibidem.  
 Populus Ecclesiæ ministros tenetur sustentare, to. 1. 123. col. 3  
 Populus ex quo existimauit Christum esse Ioannè Baptistam, to. 1. 223. col. 3  
 Populus Iudæorum nulla in re magis offendit Deum quam in murmuracione, to. 2. 263. col. 4.  
 Possibile moraliter quid, to. 2. 338. col. 1  
 Possidere quid, to. 2. 35. col. 1  
 Potens quid dicatur, to. 1. 33. col. 1  
 Potentes potenter tormenta patientur, tom. 1. 88. col. 1  
 Potentia Dei à Christiano consideranda est, tomo. 1. 31. col. 3  
 Potentia in miraculis requiritur, to. 1. 109. col. 4  
 Potentiæ per actus & obiecta cognoscuntur non solum quo ad esse naturale, sed etiam quo ad formale, tomo. 1. 160. col. 3  
 Potestas in tyrannis sine virtute est, to. 1. 31. col. 4  
 Potestas regia ex Deo est, to. 1. 46. col. 3  
 Potestas Christi non erat ab humanitate, sed à diuinitate, tom. 1. 106. col. 1  
 Potestas humanitatis Christi maior est omnium creaturarum potestate, to. 1. 212. col. 1  
 Potestas faciendi miracula in apostolis non erat qualitas, seu virtus actiua, to. 1. 215. col. 4  
 Potestatis & virtutis differentia, ibidem. col. 4  
 Prauitas malorum in tentacione cognoscitur, tomo. 1. 101. col. 1  
 Præcepta domini facienti omnia eueniunt secundum uoluntatem, to. 1. 55. col. 1  
 Præcepta Dei via Dei, to. 1. 83. col. 3  
 Præcepta Dei omnes seruare tenemur, ibidem.  
 Præcepta Dei sine mora adimplenda sunt, tomo. 1. 118. col. 3  
 Præcepta primæ tabulæ in præceptis secundæ continentur, to. 2. 333. col. 2  
 Præceptum de dilectione Dei non obligat semper, sed pro semper, to. 2. 40. col. 1  
 Præcepta etiam diligenda sunt. 41. col. 1  
 Præcepta custodiri possunt absque eo quod Deus diligatur, to. 2. 41. col. 1  
 Præceptum affirmatiuum maioris est perfectionis negatiuum, to. 1. 153. col. 2  
 Præcepta affirmatiua semper obligant, & non pro semper, ibidem.  
 Præcepta Dei non debent scrutari qualia sint antequam exequantur, to. 2. 380. col. 2  
 Præceptorum de non faciendo furtum, & non concupiscenda re aliena expositio, to. 2. 205. col. 1  
 Præcipere participatiue conuenit humanitati Christi, to. 2. 308. col. 2  
 Præcipites corde qui dicantur, to. 1. 40. col. 1  
 Prædestinatio sine nobis est quantum ad principium, non tamen quantum ad finem, to. 2. 34. col. 2  
 Prædestinatio propria multis reuelata fuit, tomo. 2. 22. col. 2  
 Prædicatio quæ & qualis esse debeat, to. 1. 201. col. 1  
 Prædicatio euangelij uiribus humanis non est aggredienda, to. 2. 126. col. 1. & 424. col. 1  
 Prædicatio ab Apostolis quare ab Hierosolymis ince-

pta fuit, tom. 2. 272. col. 3  
 Prædicationis finis, tom. 1. 201. col. 2  
 Prædicatio euangelij quibus committenda sit, tom. 1. 78  
 colum. 1  
 Prædicator vox est, tom. 1. 83. col. 1  
 Prædicator sit sine peccato, ibidem.  
 Prædicator deuotus est futurus, tom. 1. 104. col. 3  
 Prædicator verbis & factis populum erudire debet, to. 1  
 113. col. 3  
 Prædicator non debet in vno loco quiescere, tom. 1. 116  
 col. 4  
 Prædicator in suum quæstum non debet prædicare, to. 1  
 118 col. 4  
 Prædicator vitam humanam & contemplatiuam exer-  
 cere debet, to. 1. 123. col. 4  
 Prædicator quare operarius dicatur, to. 2. 7 col. 2  
 Prædicator etiam si non audiatur apud Deum meretur,  
 to. 2. 14. col. 1  
 Prædicator à populo debet sustentari, to. 2. 14. col. 2  
 Prædicator etiam in minimis locis prædicare debet, to. 1  
 291 col. 3  
 Prædicator amorem carnalem fugere debet, tom. 1. 202  
 col. 2  
 Prædicator quis à Deo missus dicatur, tom. 2. 201. col. 2  
 Prædicatoris mores sal esse debent eius doctrinæ, tom. 2.  
 212. col. 2  
 Prædicatoris verba honesta esse debent, tom. 1. 172 col. 2  
 Prælati in curia regali aluarix mortuæ sunt, tom. 1. 8.  
 col. 4  
 Prælati defectus subditorum portare debet, tom. 1. 6.  
 col. 2  
 Prælati dignum se habens, tali nomine non est dignus  
 to. 1. 76. col. 1  
 Prælati aliquando meliores habet subditos, tom. 1. 78.  
 col. 2  
 Prælati subditos suauitate tractare debent, tom. 1. 90.  
 col. 1  
 Prælati theologos in ministerium vocare debent, tom. 1.  
 119. col. 4  
 Prælati priores aliis esse debent in obsequium Christi,  
 to. 1. 10. col. 1  
 Prælati qualiter eligendi sint, to. 1. 136. col. 1  
 Prælati sua loca personaliter debent visitare, tom. 1. 5.  
 col. 1  
 Prælati mores subditorum statim exterminare non de-  
 bent, to. 2. 75. col. 1  
 Prælati episcopus futurus est theologus, tom. 1. 185.  
 col. 3  
 Prælati ignarus alios regere non potest, ibidem. col. 3  
 Prælati consilia subditorum audire debent, tom. 1. 219.  
 colum. 1  
 Prælati senes secum debent habere consulares, ibidem.  
 colum. 2  
 Prælati non sunt domini subditorum sed conserui, ibid.  
 colum. 2  
 Prælati malus qualiter à domino diuidendus sit, ibid.  
 Prælati malus qualiter cum infidelibus colloquitur,  
 to. 2. 19. col. 2  
 Prælati murus futurus est ouibus suis, to. 2. 167. col. 2  
 Prælati alius perfectior futurus est, to. n. 194. col. 2  
 Prælati quare sal dicantur, to. 2. 213. col. 2  
 Prælati accusatum ante se debent vocare vt pro se respō  
 deat, to. 2. 257. col. 2  
 Prælati accusatorum nomina aut testium prodere non  
 debent, to. 2. 8. col. 1  
 Prælati etiam improbi obtemperandi sunt, tom. 1. 46.

col. 3 & 77. col. 2. & 19. col. 1. & 312. col. 1  
 Prælati personaliter assistere debet, tom. 1. 8. col. 3. & 49  
 colum. 1  
 Prælati vmbra subditum sanant, to. 1. 9. col. 3  
 Prælati optimis maior gloria conceditur quam subdi-  
 tis, to. 2. 157. col. 2  
 Prælatorum officia quæ, to. 2. 155. col. 1  
 Prælati pessimo nihil peius, tom. 2. 216. col. 1  
 Prælati quærenda non est, to. 1. 237. col. 1  
 Prælati malorum sunt supplicia conscientiarum, tom. 2. 275  
 col. 2  
 Prælati quare ponatur in præcepto de honorandis pa-  
 rentibus, to. 2. 33. col. 1  
 Præmia concessa in hac vita meritis Magdalene, tom. 1  
 186 col. 4  
 Præmium ab his quibus expectandum est, to. 1. 116. col. 3  
 Præmium merito correspondet, to. 1. 58. col. 1  
 Præsentia Dei non ponit necessitatem in rebus, tom. 2  
 460. col. 2  
 Præterire & cadere idem sunt, to. 2. 278. col. 2  
 Præteritum in scriptura sæpe ponitur pro præsentis, to. 2  
 96. col. 1  
 Pretiosus de homine libero non dicitur, tom. 1. 62. col. 1  
 Primogenitus quis dicatur, to. 1. 97. col. 3  
 Primogenitus masculus aperiens vuluam dicitur, to. 1.  
 60. col. 2  
 Primogeniti Abraham Isaac & Iacob in genealogia Chri-  
 sti non numerantur, to. 1. 96. col. 4  
 Primum factum Christi fuit Ioannem visitare, tom. 1  
 26. col. 1  
 Primus gradus conuersionis in Deum est propria cog-  
 noscere iniquitatem, to. 1. 18. col. 2  
 Principatus ecclesie quare Petro tribuatur, tom. 1. 120  
 col. 3  
 Principatus à potestate differentia, to. 2. 497. col. 2  
 Princeps exemplo virtutis magnum affert commodum  
 populo, to. 1. 130. col. 3  
 Principes acceptatores personarum non sunt futuri, to.  
 1. 128. col. 4  
 Principes sacerdotum qui dicantur, to. 2. 395. col. 1  
 Principes sacerdotum qualiter dicantur venisse ad capiē-  
 dum Christum, tom. 2. 457. col. 2  
 Principium salutis à muliere procedit, tom. 1. 29. col. 2  
 Principium conuersionis in Deum quod, tom. 2. 326.  
 colum. 2  
 Prodigus insipienter videtur auaro, to. 1. 222. colum. 1  
 Prodigii stultitia, ibidem.  
 Promissio quando præterire dicatur, tom. 2. 278. col. 1  
 Pronomen, hoc, in consecratione corporis pro quo sup-  
 ponat, to. 2. 153. col. 2  
 Prophetia non est causa operis, to. 2. 147. col. 2  
 Prophetie quare patribus antiquis fuerint obscure, to. 2  
 494. col. 2  
 Prophetare opus Dei est, to. 1. 39. col. 1  
 Prophetie ventura vti præterita prædicebant, tom. 1. 33  
 colum. 2  
 Prophetæ oleo ungebantur apud Hebræos, tom. 1. 51.  
 col. 2  
 Prophetæ omnes vno sunt loquuti ore, tom. 1. 40. col. 2  
 Prophetæ non cognoscunt omnia, to. 1. 87. col. 3  
 Prophetæ quare in propria persona loquebantur de pas-  
 sione Christi loquentes, to. 2. 49. col. 1  
 Prophetæ Nahum & Abachuc post onera multa quare  
 consolationem subiungunt, to. 2. 350. col. 2  
 Prophetæ in actu prophetie mentiri non possunt, to. 2  
 415. col. 1

Prophetæ

Prophetæ suas scripturas intelligebant, tom. 2. 315. col. 1  
 Propria Saluatoris quæ sunt, to. 1. 58. col. 4.  
 Prosperitas inimica est animæ, to. 1. 73. col. 2  
 Proximus etiam si peccator fastidendus non est, tom. 1.  
 121 col. 4  
 Proximus noster quis sit, to. 2. 44. col. 1  
 Proximus libenter est adiutus, to. 2. 55. col. 2  
 Proximum feriens prius Christum ferit, tom. 1. 75. col. 4  
 Prudentia maior est inter virtutes cardinales, tom. 1. 237  
 col. 3  
 Prudentia quid, to. 2. 155. col. 2  
 Prudentia ordinem in virtutibus constituit, ibidem.  
 Publicani qui dicebantur, to. 1. 89. col. 1  
 Publicani Iudæi & Dei cultores erant, tom. 2. 228. col. 1  
 Publicani quare infames habebantur, to. 2. 359. col. 2  
 Pudor rusticus deponendus est, to. 1. 112. col. 1  
 Puellæ clausæ future sunt, to. 1. 16. col. 1  
 Pueri nomen Dei debent primum audire, to. 1. 38. col. 3  
 Pueri sacerdotibus sunt offerendi, to. 2. 175. col. 4  
 Pulsare actum operis respicit, to. 2. 71. col. 2  
 Pusillanimitas vtilitatem spiritualem impedit, tom. 1.  
 84. col. 2  
 Pusillanimitas causa est quod aliqui malis adhæreant,  
 ibidem.  
 Purgatorium esse ex scriptura conuincitur, tom. 2. 125  
 col. 1. & 2.

Q

Quadragesimus numerus poenitentiae est accommo-  
 datus, to. 1. 99. col. 1  
 Quadragesima ab Apostolis ordinata fuit, tom. 2. 509.  
 col. 1  
 Quare actum cordis respicit, to. 2. 71. col. 2  
 Quæ in datione elemosynæ consideranda, tom. 2. 199.  
 col. 2  
 Quæ Deus à sapientibus abscondat, to. 2. 27. col. 2.  
 Qui in vno offendit omnium factus est reus, tom. 1. 6  
 colum. 2  
 Qui in vita peccata non persoluet, in inferno, tom. 1. 44  
 colum. 1  
 Qui de domo Dauid dicantur, to. 1. 46. col. 2  
 Qui sine timore est iustificari non potest, tom. 1. 61. col. 3  
 Qui malum ob timorem vitat proximus est vt peccet,  
 to. 1. 106. col. 2  
 Qui alicui veniam postulat non sibi sed alteri illam pe-  
 tit, to. 2. 65. col. 1  
 Qui de tribulationibus conqueritur Deum offendit, to.  
 1. 145. col. 1  
 Quies non est admittenda in via domini, tom. 1. 6. col. 3  
 Quies & humilitas contemplationi necessaria sunt, to. 2  
 53. col. 1  
 Quis interrogatiue in scriptura pro re difficili sumitur,  
 to. 2. 154. col. 2

R

Ratio humana fidei non est præponenda, tom. 1. 22  
 colum. 4  
 Ratio naturalis abstinentia docet seruare, tom. 2. 282.  
 col. 2  
 Recedere à Deo vera tristitia est, to. 2. 337. col. 2.  
 Recordatio in damnatis ad illorum poenam necessaria  
 est, to. 2. 295. col. 2  
 Recordatio mortis remedium est ad vitanda peccata, to.  
 1. 167. col. 3

Rectitudo animæ corporis animæ rectitudinem signifi-  
 cat, to. 2. 366. col. 2  
 Reges oleo ungebantur, to. 1. 52. col. 2  
 Reges Iudæorum quare nomine Christi vocabantur,  
 to. 2. 474. col. 2  
 Regis imperium in obedientia subditorum consistit, to. 1  
 29 col. 2  
 Regibus iure naturali debentur vectigalia, tom. 1. 89. col.  
 lumna 2.  
 Regina Sabba qualiter dicatur condemnare Iudæos, to.  
 2. 105 col. 2  
 Regnum Dei non terminatur finibus, to. 1. 20. col. 2  
 Regnum Dei quibus prædicandum sit, tom. 1. 70. col.  
 lumna 3.  
 Regnum Iudæorum quare ad Romanos translatum,  
 to. 1. 79. col. 2  
 Regnum cælorum quinque modis possidetur, to. 2. 277  
 col. 2  
 Regnum Dei prius venit ad nos quam nos ad illum, to.  
 2. 88. col. 1  
 Regnum Christi à pauperibus incipit, to. 1. 175. col. 1  
 Regnum Dei qualiter primum omnium quærendum,  
 tom. 2. 137. col. 1  
 Regnum Dei quare præcipiatur quæri & non eius ho-  
 nor, ibidem col. 2  
 Regnum Dei cælorum & Christi idem sunt & quare his  
 dicatur nominibus, to. 2. 173. col. 2  
 Regnum Dei aliquando Christus dicitur, to. 1. 174. col. 1  
 Regula scripturæ necessaria, to. 1. 108. col. 1  
 Regula rerum mutatarum, to. 1. 154. col. 4  
 Regula seruanda in parabolis, to. 2. 228 col. 2  
 Religio Christiana crux est & poenitentia, tom. 1. 131.  
 col. 3  
 Reliquiæ sanctorum venerandæ sunt, tom. 1. 212. col. 4  
 Remissio culpæ & receptio gratiæ in eodem fiunt instā-  
 ti, to. 2. 251. col. 1  
 Renunciare omnibus & relinquere omnia in quo diffe-  
 rant, to. 2. 211 col. 2  
 Reprobatio facta in terra facta in cælo respondet, tom. 2  
 24. col. 1  
 Reprobi palæ vocantur, to. 1. 92. col. 2  
 Reprobi qualiter dicantur non cognosci à Deo, tom. 2.  
 178. col. 1  
 Res quanto charior est tanto maiori dolore quæritur,  
 to. 1. 76. col. 3  
 Res in melius mutatis prioribus nominibus nominan-  
 dæ sunt, to. 1. 137. col. 3  
 Res propria cum offensione diuina repeti non licet, to.  
 1. 153. col. 2  
 Rerum diuisio, tom. 1. 154. col. 4  
 Rerum vsus quando pretium accipi possit, ibidem.  
 Residentia prælatorum in quantum necessaria sit, tom.  
 1. 8. col. 4 & 49. col. 1 & to. 2. col. 1  
 Respicere misereri significat, to. 1. 13. col. 1  
 Respicere in scriptura elargiri dona est, tom. 1. 312. co-  
 lumna 4.  
 Respondere aliquando in scriptura dicere significat, to.  
 2. 171. col. 2  
 Responiones Christi qualiter considerandæ sint, tom.  
 2. 306 col. 2  
 Resurrectio Christi in omnibus fuit articulus difficilis  
 creditu, tom. 2. 495. col. 2  
 Resurrectio Christi illum verum Deum ostendit, tom. 2  
 508. col. 3  
 Resurrectio fidem passionis traxit, ibidem.  
 Resurrectio Christi necessaria fuit, ibidem.

\*\*\* 7

Resurre-



I N D E X

Resurrectio Christi qualiter causa nostrae resurrectionis sit, ibidem. column. 4  
 Reuelare Spiritui sancto appropriatur, to. 1. 62. col. 2  
 Reuelatio diuina Apostolis quando necessaria fuerit, to. 2. 115. col. 2  
 Robur & fortitudo appellata spiritus & virtus, tomo. 1. 10. col. 4

S

Sabbatum quicumque dies festus appellabatur, to. 1. 132. col. 3  
 Sabbathum secundo primum quid dicatur, ibidem. co. 4  
 Sabbathum quare in diem dominicum mutatum sit, to. 2. 190. col. 1  
 Sacerdotes scire debent distinguere inter peccatum & peccatum, to. 1. 123. col. 1  
 Sacerdotes etiam improbi honorandi sunt, ibidem. co. 2  
 Sacerdotes non se debent ostendere graues, tomo. 1. 123. col. 3  
 Sacerdotes potestatem habent dimittendi peccata, tomo. 1. 128. col. 3  
 Sacerdotes veteris legis peccata remittere non poterant, to. 2. 399. col. 2  
 Sacerdotes minores in lege veteri incensum ponere, poterant to. 1. 8. col. 1  
 Sacerdotes oleo ungebantur, to. 1. 51. col. 2  
 Sacerdotes habitaturi iuxta ecclesias, to. 1. 81. col. 2  
 Sacerdotes peccatores a peccatis soluere debent, to. 2. 379. col. 1  
 Sacerdotes quare Christo non resisterunt eos de templo eiciendi, to. 2. 393. col. 2  
 Sacerdotes capillos tondere & corona insigniri quid, to. 2. 46. col. 2  
 Sacerdotes misericordes esse tenentur, ibidem.  
 Sacramenta omnia ad eucharistiam ordinantur tanquam principale, to. 2. 64. col. 1  
 Sacramento accedere solis mundis licet, to. 1. 134. col. 1  
 Salati filius est Ieconia qui dicitur filius Nerei, to. 1. 98. col. 2  
 Salis proprietates, to. 2. 213. col. 2. & 3. & 4.  
 Saluator quis dicatur, to. 2. 36. col. 2  
 Salus animae sollicitudine quaerenda est, to. 1. 124. col. 3  
 Salutatio Mariae noua fuit, to. 1. 16. col. 2  
 Salutatio Mariae ad Elisabeth Christi dicenda est, to. 1. 26. col. 1  
 Salutare Dei nostrum appellatur, to. 1. 65. col. 3  
 Samaritani nec Gentiles nec Iudei erant, to. 1.  
 Samaritani Christum quare non receperint, to. 1. 238. col. 1  
 Samaritani idola colebant, to. 2. 96. col. 2  
 Sanare in firmum imperatiue solius Dei est, to. 1. 127. col. 1  
 Sanare corporaliter quomodo sit equè magnū ac sanare spiritualiter, ibidem.  
 Sanare corpus quomodo maius sit Christo quam sanare animam, to. 1. 127. col. 2  
 Sanguis a Christo in sudore effusus qualiter fuerit naturalis & qualiter miraculosus, to. 2. 465. col. 1  
 Sanguis & aqua a latere Christi effusa verus sanguis & aqua fuerunt, ibidem.  
 Sanguis Christi in circumcisione effusus sufficiens erat ad satisfaciendum pro peccatis nostris, tomo. 1. 232. col. 2  
 Sanitas miraculosa perfecte sanat, to. 1. 114. col. 4  
 Sanitas in diuinis mandatis exercenda est, ibidem.

Sanitas sanctorum quid, to. 1. 8. col. 3  
 Sancta nisi sponte contaminari non possunt, to. 1. 187. col. 4  
 Sancti instrumenta sunt separata diuinitatis, to. 1. 115. col. 3  
 Sancti virtutem habent faciendi miracula, ibidem.  
 Sancti timendi & honorandi sunt, to. 1. 120. col. 2  
 Sancti in hac vita inuocandi sunt, to. 2. 298. col. 1  
 Sancti suas laudes referunt Deo, to. 2. 333. col. 2  
 Sancti a sanctitate Christi dicuntur, to. 1. 22. col. 3  
 Sancti hospitio recepti vtilitatem afferunt, tomo. 1. 34. col. 4  
 Sancti patres incarnationem de congruo meruerunt, to. 1. 40. col. 3  
 Sancti ieiunio maximos exercitus superarunt, to. 1. 101. col. 3  
 Sancti laudibus sunt prosequendi, to. 1. 176. col. 3  
 Sanctorum vigilia quare prius quam festum celebratur, to. 1. 147. col. 4  
 Sancti non solum sunt participes regni Christi sed etiam gloriae, to. 2. 459. col. 1  
 Sancti in caelo pro peccatoribus orant, tomo. 1. 86. col. 4  
 Sanctificari dupliciter sumitur, to. 2. 61. col. 2  
 Sapientia Dei contraria contrariis curat, tomo. 1. 118. col. 4  
 Sapientia Dei ad nihilum redigit sapientiam humanam, to. 2. 172. col. 2  
 Sarepta vrbs erat inter Tyrum & Sidonem, to. 1. 110. col. 3  
 Satum quid, to. 2. 175. col. 1  
 Satisfactio pro peccatis necessaria est, tomo. 1. 191. col. 3  
 Scandalizari in Christum est in ipsum non credere, to. 1. 175. col. 2  
 Scandalizantium poena, to. 2. 300. col. 1  
 Scandalum duplex, 299. col. 1. & to. 2.  
 Scandalum actiuum semper est peccatum, tomo. 1. 135. col. 4  
 Scandala esse necesse est necessitate conditionata, to. 2. 298. col. 2  
 Scandalum actiuum quid, ibidem. 299. col. 1  
 Scandalum passiuum quid, ibidem.  
 Scandalum quando sit peccatum veniale quando vero mortale, ibidem.  
 Scelerati nihil possunt facere in iustos, tomo. 2. 193. col. 1  
 Scientia vituperanda non est, to. 1. 33. col. 1  
 Scientia multiplex fuit in Christo, to. 1. 71. col. 1  
 Scientia virtuti coniuncta bona est, to. 2. 33. col. 1  
 Sciens grauitatem peccatorum & faciens peccata grauius a Deo punietur, to. 2. 100. col. 1  
 Scoria in scriptura pro peccato sumitur, tomo. 2. 329. col. 2  
 Scorta non sunt consentiendi in medijs ciuitatibus, to. 2. 307. col. 2  
 Scribae & pharisaei quare genimina viperarum, tomo. 1. 85. col. 4  
 Scribae quanto plus praedicationis Christi recipiebant deteriores fiebant, to. 1. 111. col. 1  
 Scribae & pharisaei in principio praedicationis Christi cognouerunt illum esse Messiam, to. 2. 180. col. 1  
 Scribae & pharisaei peiores facti sunt Satana in persecutore Christum, to. 2. 445. col. 1  
 Scripturae elegantia in quid, to. 1. 2. col. 2  
 Scriptura sacra in omni verbo habet mysterium, to. 1. 4. col. 1

Scriptura

I N D E X

Recordati sumus quod seductor ille dixit, tomo. 2. 372. col. 1  
 28 Vespere autem sabbati quae lucefcit in prima sabbati, to. 2. 504. col. 1


Marci.

3 Quoniam dicebant, spiritum immundum habet, to. 2. 124. col. 2  
 6 Misit Ioannem in carcerem, to. 1. 94. col. 2  
 Arguebat Ioannes Herodem, to. 1. 93. col. 1. & 172. col. 2  
 Timebat Ioannem Herodes, to. 1. 94. col. 2.  
 Audito Ioanne multa faciebat, to. 1. 6. col. 2.  
 Volo vt des mihi in disco, to. 2. 102. col. 2  
 Erant laborantes in remigando, to. 1. 152. col. 3.  
 7 Redeunt a foro nisi lotis manibus non manducant, to. 2. 110. col. 1  
 9 Habete in vobis sal, to. 2. 215. col. 2  
 10 Venerunt duo caeci, to. 2. 354. col. 1  
 11 Non amplius ex te aliquis fructum manducet, to. 1. 153. col. 1  
 Si non dimiseritis nec pater vester dimittet vobis, to. 2. 301. col. 2  
 13 Cum videritis abominationem desolationis, to. 2. 427. col. 1  
 14 Antequam gallus bis vocem dederit ter me negabis, to. 2. 460. col. 1  
 15 Crucifixerunt eum hora tertia, to. 2. 487. col. 1  
 Qui crucifixi erant cum eo conuinciabatur ei, to. 2. 485. col. 1  
 16 Maria Magdalena, Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, to. 2. 492. col. 1. & sequentibus.  
 Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum, to. 1. 167. col. 4  
 Dicite discipulis eius & Petro, tomo. 2. 450. col. 2. & 559. col. 2  
 Apparuit eis in alia effigie, to. 2. 498. col. 2  
 Exprobrauit incredulitatem eorum, tomo. 1. 198. col. 3  
 Assumptus est in caelum & sedet a dextris Dei, to. 2. 516. col. 2

Ioannis.

1 In principio erat verbum, to. 1. 4. col. 2  
 Quod factum est in ipso vita erat, tomo. 2. 414. col. 2  
 Fuit homo missus a deo cui nomen erat Ioannes, to. 1. 10. col. 1  
 Hic venit in testimonium vt testimonium perhiberet, to. 1. 3. col. 3  
 Verbum caro factum est, to. 1. 100. col. 2  
 Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti, to. 1. 19. col. 3  
 Miserunt Iudei sacerdotes & leuitas ad Ioannem, tomo. 1. 38. col. 2. & 78. col. 4. & 90. col. 2  
 Propheta es tu? to. 1. 42. col. 1  
 Ego vox clamantis in deserto, to. 1. 82. col. 2  
 Dirigite viam domini, to. 1. 83. col. 2  
 Sicut scriptum est in Esaia propheta, to. 1. 82. col. 1  
 Non sum dignus soluere corrigiam calciamenti, to. 1. 90. col. 4  
 2 Sex hydrae posite in Cana Galilaeae, to. 1. 75. col. 1  
 Quid mihi & tibi mulier, to. 1. 213. col. 3. & 221. col. 1  
 Fecit quasi funiculum, to. 2. 438. col. 2  
 Eiecit vendentes & ementes de templo, to. 1. 193. col. 2. & 296. col. 2

3 Quomodo potest homo cum sit senex nasci, to. 1. 214. col. 3. & 220. col. 2  
 Sic Deus dilexit mundum vt filium suum vnigenitum daret, to. 2. 28. col. 1  
 4 Qui non credit iam iudicatus est tomo. 2. 405. col. 2  
 Mulier da mihi bibere, to. 1. 149. col. 2. & to. 2. 499. col. 1  
 Quomodo tu Iudaeus cum sis poscis a me bibere, to. 1. 238. col. 1  
 Reliquit mulier hydriam & abiit, tomo. 1. 133. col. 5  
 Vis sanus fieri, to. 1. 224. col. 3. & deinceps, & to. 356. col. 2  
 Potestatem dedit ei iudicium facere quia filius hominis est, to. 2. 435. col. 1  
 Non veni facere voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me, to. 1. 226. col. 1  
 6 Est qui accusat vos Moyses, to. 2. 162. col. 2  
 Miraculum quinquè panum & duorum piscium, to. 1. 218. col. 1  
 Vidit quia multitudo venit ad eum, to. 1. 31. col. 1  
 Facite homines discumbere, to. 2. 400. col. 1  
 Nisi manducaueritis carnem filij hominis, to. 2. 453. col. 1  
 Verba vitae habes, to. 1. 194. col. 2  
 7 Miserunt Pharisaei vt apprehenderent Iesum, to. 2. 407. col. 2  
 A Galilaea propheta non surgit, to. 1. 21. col. 2  
 8 Digno scribebat in terra, to. 1. 158. col. 1. & to. 2. 233. col. 2. & 230. col. 2  
 Semen Abrahae sumus, nemini seruiuimus vnquam, to. 1. 86. col. 4  
 Qui ex Deo est verba Dei audit, to. 1. 139. col. 3  
 Abcondit se & exiuit de templo, to. 1. 127. col. 4  
 9 Praetereis Iesus vidit caecum a natiuitate, to. 1. 31. col. 1. & to. 2. 51. col. 2  
 Veniet nox quando nemo poterit operari, to. 2. 259. col. 2  
 Adducunt eum ad Pharisaeos, to. 1. 106. col. 2  
 Vbi est ille? to. 2. 183. col. 2  
 Bonus est. Non, sed seducit turbas: & schisma erat inter eos, to. 1. 223. col. 2  
 Non crediderunt ei, to. 2. 352. col. 1  
 Deus peccatores non exaudit, to. 2. 68. col. 2.  
 Ego sum qui loquor tecum, to. 2. 244. col. 2  
 In iudicium veni vt videntes non videant & qui vident caeci fiant, to. 1. 68. col. 2. & 175. col. 2  
 10 Qui non intrat per ostium in ouile ouium fur est, to. 2. 329. col. 1  
 Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, to. 2. 42. col. 1  
 Ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis to. 1. 21. col. 3. & to. 2. 114. col. 2  
 11 Si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus, to. 1. 167. col. 1  
 Quid facimus quia hic homo multa signa facit, to. 2. 401. col. 1  
 Si dimittimus eum sic venient Romani, to. 2. 234. col. 1  
 Cogitauerunt ab illo die illum interficere, to. 1. 45. col. 3  
 12 Nisi granum frumenti cadens in terram, to. 2. 516. col. 2  
 Qui odit animam suam saluam facit, to. 1. 102. col. 1  
 Si exaltatus fuero a terra, to. 1. 251. col. 2



I N D E X.

- Propterea non poterant credere, quia Esaias dixit, excaeca cor populi huius, tom. 2. 177. col. 1. & 338 col. 2  
 Ex principibus multi crediderunt in eum, sed &c. to. 2. 401. col. 2  
 13 Ante diem festum paschae sciens Iesus, tom. 2. 448 col. 1  
 Cum diabolus misisset in cor Iudae, tom. 1. 197. col. 4. & tom. 2. 447. col. 1  
 Omnia dedit ei pater in manus, tom. 2. 29. col. 2. & 30 col. 1  
 Et coena facta surgit a coena, tom. 2. 450. col. 1  
 Cœpit lauare pedes discipulorum in suorum, tom. 1. 103. col. 4. 149. col. 1  
 Tu mihi lauas pedes, tom. 1. 227. col. 4  
 Si non lauero te non habebis partem mecum, to. 1. 24. col. 2 & 220. col. 2. & tom. 2. 40. col. 1  
 14 In domo patris mei mansiones multae sunt tom. 2. 264.  
 Et alium paraclctum dabit vobis, tom. 1. 169. col. 1  
 15 Sine me nihil potestis facere, tom. 1. 153. col. 4. & to. 2. 425. col. 2  
 Maiorem charitatem nemo habet, tom. 1. 154. col. 1  
 16 Si quid petieritis patrem in nomine meo, tom. 2. 73 col. 1  
 Omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se, tom. 2. 108. col. 1  
 Omnia quae habet pater mea sunt, tom. 2. 29. col. 2  
 Modicum & iam non videbitis me, tom. 2. 440. col. 1  
 Tristitia implebit cor vestrum, to. 2. 498. col. 1. & 516. col. 2  
 17 Haec est vita aeterna vt cognoscât te, to. 1. 141. col. 2  
 18 Ego palam locutus sum mundus, tomo. 1. 224. columna. 3  
 19 Et baiulans sibi crucem, tom. 1. 226. col. 2  
 Ioseph discipulus Christi occultus propter metum Iudaeorum, tom. 2. 490. col. 1  
 20 Existimabat Christum hortulanum, to. 2. 398. col. 2  
 Quia tulerunt dominum meum, to n. 2. 341. col. 2  
 Noli me tangere, tomo. 1. 18. columna. 2. & 96. columna. 1  
 Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, to. 1. 14. col. 3  
 Cum sero esset die illa vna sabbathorum, tomo. 2. 510. col. 1  
 Quia vidisti me Thoma credidisti, tom. 1. 18. col. 1  
 21 Petre amas me plus his, tom. 1. 79. col. 1  
 Dixit Iesus petro, Sequere me, tom. 2. 48. col. 2  
 Actorum,  
 1 Et loquens de regno Dei, tomo. 1. 92. columna. 4. & tom. 2. 258. col. 2  
 Ab Ierusalem sabbathi habens iter, tom. 1. 133. col. 2  
 Et possedit agrum de mercede iniquitatis, tomo. 2. 76. col. 2  
 2 Ex omni natione quae sub caelo est, tom. 2. 22. col. 1  
 3 Animas & Saphira partem pretij attulerunt, tomo. 1. 6. col. 2  
 7 Surrexerunt quidam de Synagoga, to. 1. 112. col. 2  
 Positis genibus orabat, ne statuas illis hoc peccatum, tom. 1. 153. col. 4  
 9 Circumfulsit eum lux de caelo, tom. 1. 6. col. 2  
 Saule Saule cur me persequeris, tom. 1. 188. col. 3  
 11 Futuram famem in vniuerso orbe, tomo. 1. 44. columna. 4  
 12 Precinge caligas tuas, tom. 2. 92. col. 1

- 20 Attendite vobis & vniuerso gregi in quo spiritus tom. 2. 156. col. 2  
 26 Opto apud Deum in modico. &c. demptis vinculis his, tom. 1. 132. col. 2

Ad Romanos.

- 1 Fides vestra nunciatur in vniuerso mundo, tomo. 1. 44. col. 4  
 Iustificati ex fide, tom. 1. 191. col. 2  
 Iustus ex fide vivit, tom. 2. 358. col. 1  
 Cum Deum cognouissent non sicut Deum glorificauerunt tom. 2. 31. col. 1  
 2 Tu quis es qui iudicas alienum seruum, tom. 1. 156 columna. 3  
 Secundum impoenitens cor tuum thesaurizas in ira, tom. 2. 148. col. 1  
 4 Traditus est propter delicta nostra, resurrexit propter iustificationem nostram, tom. 2. 488. col. 2  
 5 Fides iustificat peccatores, tom. 1. 191. col. 2  
 Vbi abundauit iniquitas superabundauit & gratia, tom. 2. 147. col. 2  
 Lex subintravit vt abundaret delictum, tom. 1. 195 columna. 4  
 6 Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete, tom. 1. 186. col. 3  
 8 Sapientia carnis inimica est Deo, tom. 1. 38. col. 4  
 Legi Dei non est subiecta, nec enim potest, tomo. 2. 273. col. 1  
 Verba eius spiritus & vita sunt, tom. 1. 194. col. 2  
 Spiritus ingemiscit, tom. 2. 75. col. 2  
 Spiritus postulat gemitibus inerrabilibus, to. 2. 75 columna. 2  
 Vanitati subiecta est creatura, sed liberabitur, to. 2. 282. col. 2  
 12 Date locum irae, tom. 2. 301. col. 2  
 Mihi vindictam & ego retribuam, tom. 1. 151. col. 2  
 Si inimicus tuus esurierit ciba illum. &c. carbones congeres, tom. 1. 152. col. 2  
 13 Induimini dominum Iesum Christum, to. 1. 5. col. 2

1. Ad Corinthios.

- 2 Animalis homo non percipit quae sunt spiritus Dei tom. 1. 30. col. 1  
 Si dominum gloriam cognouissent, non crucifixissent tom. 2. 401. col. 1  
 Nec in cor hominis ascendit quae praeparauit Deus tom. 2. 37. col. 1  
 3 Tanquam prauulis in Christo lac dedi, tom. 2. 157 columna. 1  
 Si quis superaedificat ligna & stipulam, to. 2. 125. col. 2  
 Coadiutores Dei sumus, tom. 1. 163. col. 4  
 Modicum fermentum totam massam corrumpit, tom. 2. 116. col. 1  
 5 Non epulemur in fermento malitiae, tom. 2. 117. col. 1  
 Facti sumus sicut periplasma, tom. 2. 25. col. 1  
 6 Nescitis quod angelos indicabimus, tom. 2. 105. col. 1  
 Preterijt figura huius mundi, tom. 1. 4. col. 2  
 7 Si caro scandalizat fratrem, non manducabo carnem tom. 2. 299. col. 1  
 9 Qui parce seminat, parce & metet, tom. 1. 88. col. 4  
 Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, to. 1. 91. col. 4  
 Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, tom. 1. 147. col. 3  
 10 Fidelis Deus qui non patietur vos tentari ultra id, tom. 1. 100. col. 4

Dominus

I N D E X.

- 11 Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, tom. 2. 83. col. 1  
 12 Excellentiore viam demonstro, tomo. 2. 85. col. 3  
 13 Si linguis hominum loquar & angelorum, tomo. 2. 4. col. 1. & 160. col. 2  
 Si habuero omnem fidem, to. 2. 302. col. 2  
 Charitas patiens est, benigna est, tomo. 1. 150. columna. 2  
 Videmus nunc in aenigmate, to. 1. 11. col. 2  
 Gratia eius in me vacua non fuit, tomo. 2. 167. columna. 4  
 14 Ignorans ignorabitur, to. 2. 160. col. 1  
 Malo in ecclesia quinque verba meo sensu loqui, to. 1. 219. col. 2  
 15 Quem tradidi Satanæ in interitum carnis, tomo. 1. 44. col. 2  
 Non ego sed gratia Dei mecum, to. 1. 221. col. 1  
 Vbi est mors victoria tua? to. 2. 123. col. 1  
 Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur to. 1. 231. col. 1  
 15 Si Christus resurrexit, & nos resurgemus, to. 2. 508. col. 1  
 Absorpta est mors in victoria, to. 2. 511. col. 2  
 Prius quod animale est, deinde quod spirituale, to. 2. 411. col. 1

2. Ad Corinthios.

- 1 Gaudium nostrum hoc est testimonium conscientiae nostrae, to. 1. 28. col. 2  
 4 Semper mortificationem Iesu Christi in corpore vestro circumferentes, to. 1. 226. col. 2  
 5 Omnes oportet nos praesentari ante tribunal Christi, to. 2. 259. col. 2 & 371. col. 1  
 Qui peccatum non nouerat, peccata fecit, tom. 1. 60 col. 3  
 Nos excessimus Deo, to. 2. 26. col. 1  
 7 Disperdit, dedit pauperibus, to. 2. 285. col. 2  
 11 Angelus Satanæ transfiguratur se in angelum lucis, to. 1. 2. col. 2  
 12 Dum infirmior fortior sum, to. 1. 140. col. 2

Ad Galathas.

- 1 Si hominibus placerem Christi seruus non essem, to. 1. 144. col. 4

Ad Ephesios.

- 3 Vt innotescat principibus multiformis gratia, to. 2. 507. col. 1  
 4 Alios autem pastores & doctores, tomo. 2. 156. col. 2  
 Nolite locum dare diabolo, to. 2. 461. col. 2  
 Omnis sermo malus ab ore vestro non procedat, to. 1. 23. col. 1  
 Donec occurramus omnes in virum perfectum, to. 2. 111. col. 2  
 5 Videte fratres quomodo caute ambuletis, tomo. 1. 18. col. 2  
 Redimentes tempus quoniam dies mali sunt, tom. 2. 148. col. 2  
 Cantantes & psallentes in cordibus vestris, tomo. 2. 385. col. 1

Ad Philippenfes.

- 2 Deus operatur in nobis velle & perficere, to. 1. 2. col. 3 & tom. 2. 8. col. 1  
 3 Propter quod dedit illi nomen quod est super, to. 2. 351. col. 1

Saluatorem expectamus dominum Iesum, tom. 1. 231. col. 4

Ad Colossenses.

- 2 Cum essetis mortui delictis, tom. 1. 40. col. 1  
 Delens chirographum quod aduersum nos erat, to. 2. 349. col. 2  
 3 Auaritia est idolorum seruitus, tomo. 2. 127. columna. 2.

Primo ad Theffalonicenses.

- 4 Nolumus vos ignorare de dormientibus, tomo. 1. 214. col. 2  
 Non contristemini sicut ceteri qui spem non habent, to. 1. 169. col. 3  
 5 Dies domini sicut fur in nocte veniet, tomo. 2. 150. col. 1  
 Vt integer spiritus, &c. sine querela in aduentu domini, tom. 1. 3. col. 4

Primo, ad Timotheum.

- 1 Vt milites bonam militiam, habens fidem, tomo. 1. 64. col. 1  
 6 Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum diaboli, to. 2. 340. col. 2

Secundo, ad Timotheum.

- 2 Deus vult omnes homines saluos fieri, tom. 2. 184. col. 1  
 3 Erunt homines seipos amantes cupidi, &c. tomo. 1. 62. col. 1  
 4 Praedica verbum, insta, opportune, importune, to. 1. 194. col. 3  
 De cetero reposita est mihi corona iustitiae, tomo. 2. 304. col. 1. 363. col. 2

Hebraeorum.

- 1 Multifariam multisque modis, tomo. 2. 51. columna. 1.  
 Qui cum sit splendor gloriae, tom. 1. 232. col. 3  
 Et cum iterum introducat Primogenitum, tomo. 2. 512. col. 1  
 5 Recogitate eum qui talem pro nobis, tomo. 2. 28. col. 1  
 6 Benedicta à deo, sin autem maledicto proxima, to. 1. 201. col. 1  
 10 Horrendum est incidere in manus Dei viuientis, to. 2. 439. col. 1  
 11 Fides est substantia, argumentum rerum, tom. 1. 64. col. 1  
 12 Quos diligit corrigit, & flagellat filium, to. 1. 44. col. 1 & to. 2. 118. col. 2  
 Misericordiam non est consecutus Esau, tom. 1. 227. col. 1

Iacobi.

- 1 Auditor verbi & non factor comparabitur, to. 1. 199. col. 1  
 2 Nonne Abraham ex operibus iustificatus est, tom. 1. 180. col. 3  
 Misericordia eius superexaltat iudicium, tomo. 1. 155. col. 3. 157. col. 4

2. Petri.

- 1 Satagite vt per bona opera certam vestram vocationem faciatis, to. 2. 71. col. 1

\* \* \*

1. Ioan-

I N D E X.

I. Ioannis.

- 1 Omnis qui peccat non videt Deum, tomo. 1. 23. col. 1.
  - 2 Nolite diligere mundum, to. 2. 143. co. 2.
  - 3 Qui odit fratrem suum homicida est, tomo. 1. 150. col. 4.
  - 4 Non potest peccare, quia ex Deo natus est, tomo. 2. 273. col. 1.
  - 5 Nunc filij Dei sumus cum apparuerit similes ei erimus, to. 1. 143. col. 2.
  - 6 Qui non diligit manet in morte, tomo. 2. 42. col. 2.
- Iudæ.
- 7 Discebat angelus Michael cum dæmone, tomo. 2. 99. co. 1.
- Apocalypsis.
- 8 Qui vicerit non lædetur à morte secunda, tomo. 2. 123. co. 1.

- 9 Odisti facta Nicolaitarum quæ ego odi, tomo. 2. 351. col. 1.
- 10 Utinam frigidus esses, aut calidus, tomo. 2. 327. co. 2.
- 11 Ego sto ad ostium & pulso, tomo. 1. 83. col. 1.
- 12 Qui sedebat in throno, & viginti quatuor Seniores, tomo. 2. 219. col. 3.
- 13 Qui adorauerunt bestiam requiem non habebant, tomo. 1. 53. co. 1.
- 14 Expectate modicum donec impleatur numerus, to. 2. 76. co. 2.
- 15 Vidi mulierem amictam sole, tomo. 1. 27. co. 4.
- 16 Luna sub pedibus eius, tomo. 2. 50. co. 2.
- 17 Cecidit cecidit Babylon magna, tomo. 2. 7. col. 2.
- 18 Quis non timebit te Domine, quia pius es, tomo. 2. 187. col. 2.
- 19 Laudabant Deum dicentes, Alleluia, tomo. 1. 171. col. 2.

Laus Deo.

# I N D E X O M N I V M O V A E

## I N S I G N I T E R I N H O C O P E R E

dicta sunt, iuxta ordinem literarum  
studiosè digestus.



**A**RON religionem in hæreditatem accepit, Tomo primo, fol. 5. col. 1.

Abbas à suo debet eligi monasterio, tomo. 1. fol. 137. col. 1.

Abarimathæ & Iosephi laudes, to. 2. fol. 474. col. 3.

Abdicatio rerum temporalium charitatis est dispositio, tomo. 2. 337. co. 2.

Abiectio humilitatis est indicium, to. 2. 342. co. 1.

Ablata licitum est sine scandalo repetere, to. 1. 153. co. 2.

Abnegare seipsum quid, to. 1. 225. col. 3.

Ablentia dilecti animæ defectionem parit, to. 1. 62. co. 2.

Abstinentia à venereis homines reddit maxime spirituales, to. 2. 413. co. 2.

Acceptio personarum iustitiæ distributiæ opponitur, to. 2. 408. col. 2.

Accidia tollit homini bona gratiæ & gloriæ, tomo. 2. 376. col. 1.

Accingere lumbos quid, to. 1. 144. co. 2.

Actiones nostræ exordientiæ sunt in nomine Dei, tomo. 1. 118. co. 4.

Actiones Christi vniuersæ ministrare fuerunt, to. 2. 457. col. 2.

Actiones non sunt naturæ sed suppositorum, to. 1. 212. col. 3.

Actus voluntatis duplex, to. 2. 36. col. 1.

Actus elicitus quid, ibidem.

Actus vnus potest diuersam laudem & præmium habere, to. 1. 165. col. 1.

Accusare proprium officium est diaboli, to. 1. 134. col. 3.

Accusatio ad conuincendum inimicos in die iudicij metalis erit, to. 2. 439. co. 2.

Admiratio ex ignorantia procedit, to. 1. 66. co. 2.

Adolefcens bonis debet imbui moribus, tomo. 1. 43. col. 1.

Adolescentia in scriptura large sumitur, tomo. 1. 336. col. 1.

Adoratio patriæ soli Deo tribuenda est, to. 1. 105. col. 2.

Aduentus Christi testimonium habuit ab omni genere personarum, to. 1. 68. co. 4.

Aduentus primus Christi est ab impijs iudicari secundus vero, vt impij ab ipso iudicentur, to. 1. 239. col. 2.

Aduentus Christi die futurus est, to. 2. 149. co. 2.

Aduentus Christi in hora mortis quare furi venienti assimilatur, to. 2. 150. co. 2.

Aduentus Christi ad iudicium quare fulguri assimilatur, to. 2. 317. co. 2.

Aduersarij potius vincuntur rationibus quam cõtumelijs, to. 1. 103. co. 4.

Aduersitas fortunæ, animæ saluti prodest, tomo. 2. 313. col. 2.

Adulatio peccatum nutrit, to. 1. 148. co. 1.

Adulatores increpandi sunt, to. 1. 113. co. 1.

Adulatore nihil peius, to. 2. 410. co. 2.

Afflictio in hac vita indicium prædestinationis est, to. 1. 44. col. 2.

Afflictio signum amoris est, to. 2. 140. co. 1.

Afflictio quænam meritoria dicatur, to. 1. 224. co. 1.

Affluentia diuitiarum non facit hominem amplius vi-

uere, tomo. 2. 128. col. 1.

Agonia quam Christus patiebatur: quæ dicatur esse, to. 2. 464. co. 2.

Altum in scriptura pro profundo sumitur, tomo. 1. 161. col. 1.

Amans non est sui proprius, to. 1. 29. co. 4.

Amans Deum in sensu composito perire non potest, to. 1. 159. co. 3.

Ambitio hæresis est mater, to. 2. 457. co. 2.

Ambitiosi dæmonij sunt martyres, to. 2. 456. co. 1.

Ambulare in peccatis quis dicatur, to. 1. 49. co. 3.

Amicus Dei pro honore Dei vitam amittere non dubitat, to. 1. 172. col. 2.

Amicitia Pilati & Herodis, cuius rei fuerit signum, to. 2. 477. col. 2.

Amicitia cum obstinatis in scriptura reprehenditur, to. 1. 130. col. 4.

Amor proprius causa est malorum, to. 1. 61. co. 4.

Amor omnia facit dulcia, to. 1. 88. co. 2.

Amor diuinus vbicumque est operatur, tomo. 1. 130. col. 3.

Amor diuitiarum immoderatus perfectionem impedit, to. 2. 337. co. 2.

Amor diuitiarum immoderatus non impedit adimplentionem præceptorum, ibidem.

Amor merces est sui ipsius, to. 2. 37. co. 1.

Amor soli Deo competit, to. 2. 38. co. 2.

Amor Dei & proximi inter se separari non possunt, to. 2. 40. col. 2.

Amor Dei principium est mandatorum primæ tabulæ, ibidem.

Amor proximi principium est mandatorum secundæ tabulæ, to. 1. 41. co. 1.

Amor rursus abscondi non potest, to. 1. 154. co. 2.

Amor malus bona mala reddit, to. 1. 176. co. 3.

Amor mudi germinantè suffocat virtutè, to. 1. 199. co. 4.

Amor carnalis maxime obest hominibus perfectis, to. 1. 202. co. 2.

Anabaptistarum error excluditur, to. 2. 211. co. 2.

Andreas apostolus B. Petrum in cognitionem Dei adduxit, to. 1. 234. col. 2.

Andreas propter honorem fratris Petri vocatur, to. 1. 137. col. 3.

Angelus ob quid missus, to. 1. 13. co. 3.

Angelus bonus initio terret, in fine vero consolatur, to. 1. 18. col. 3.

Angelus peccatum coram virgine nominare nõ audet, to. 1. 19. co. 3.

Angelus naturam humanam honorat, tomo. 1. 49. col. 2.

Angelus quare claritate pastoribus apparuit, ibid. col. 3.

Angelus natura excellentior est homine, tomo. 1. 50. co. 4.

Angeli non tantum diliguntur à deo ac homines, ibid.

Angeli morituris adfunt, to. 2. 289. co. 2.

Angeli proximi nostri sunt, to. 2. 44. co. 1.

Angelus non est in alio angelo etiam si in ipsum operetur, to. 2. 77. co. 2.

Angeli amici sunt & vicini de oue inuenta gaudentes, to. 2. 226. co. 2.

Angeli quare dicantur beati à Christo, tom. 2. 413. col. 2  
 Angeli ob id virtutes caelorum vocantur, to. 2. 432. col. 1  
 Angeli in iudicio motu insolito mouebuntur, ibidem.  
 Angelus qui Christum cōsolabatur in tristitia Michael erat, to. 2. 463. col. 1  
 Angelus in loco empyreo conditus fuit, to. n. 2. 21. col. 2  
 Anima magis est vbi amat quā vbi animat, to. 1. 16. col. 1  
 Anima aliquando transit in spiritu n: animam in manibus ponere quid, to. 1. 40. col. 1  
 Anima in infernum missa liberari non poterit, to. 1. 88. col. 2  
 Animæ quare in membris pati dicuntur, to. 1. 293. col. 1  
 Animæ separatae in inferno igne corporeo cruciantur, 294. col. 1  
 Anima separata singularia cognoscit tom. 2. 295. col. 2  
 Anima saepe pro vita corporali sumitur, to. 2. 320. col. 1  
 Anima aliquando pro parte sensitua, to. 2. 36. col. 2  
 Anima naturaliter inclinatur in Deum ex amore, to. 2. 38. col. 2  
 Anima sine charitate mortua manet, to. 2. 42. col. 2.  
 Anima sua natura cupit esse felix, to. 2. 100. col. 1  
 Anima immortalis est, to. 2. 120. col. 2  
 Anima occidi non dicitur neque corpus, to. 2. 121. col. 1  
 Anima nostra seipsam intuetur, to. 1. 187. col. 2  
 Animam pro Christo perdere quid, to. 1. 227. col. 2  
 Anima Christi in principio suæ cōceptionis habuit gloriam animæ, to. 1. 229. col. 4  
 Anima in solo Deo quiescere potest, to. 2. 249. col. 2  
 Anima solo Deo impletur, to. 2. 239. col. 2  
 Anima quare dicatur præcipue res Dei potius quam cætera creatura, to. 2. 412. col. 1  
 Anima glorificata lucem sui corporis potest prohibere ne in visum agat, to. 2. 498. col. 2  
 Anna prophetissa. 105. vixit annos, to. 1. 69. col. 2  
 Antichristus multos efficiet martyres, tom. 2. 320. col. 1  
 Antiqui patres in rebus arduis cantica cōponebant, to. 1. 64. col. 2  
 Antiqui pedes hospitis ante prandium lauabant, tom. 1. 189. col. 3  
 Antiqui felicitatem existimabant sine morbo mori, to. 2. 70. col. 2  
 Aperiens os loquebatur, phrasis est hebræa, to. 1. 37. col. 2  
 Apostoli propter officium missi, to. 1. 38. col. 3  
 Apostoli omnes vnico die in apostolatam sunt electi, to. 1. 29. col. 4  
 Apostoli non sunt omnes vocati à Christo, ibidem.  
 Apostolus Græce, missus est Latine, to. 1. 137. col. 1.  
 Apostolis quare non sit statim præceptum abstinere à venere, to. 2. 336. col. 2  
 Apostoli ob quid omnia reliquerunt, tom. 2. 339. col. 2  
 Apostoli quare non dicantur agni, sed quasi agni, to. 2. 8. col. 2  
 Apostoli ita incedebant vt modo fratres sancti Frãscisci, to. 2. 10. col. 2  
 Apostoli quare pauperes ad prædicandū mittantur, n. co. 1  
 Apostoli aliter Deum viderunt ac patres antiqui, to. 2. 32. col. 1  
 Apostoli potestatem habebant super caelum & terram, & super omnem carnem, to. 1. 216. col. 1  
 Apostoli qualiter portabant panes cum esset prohibitū apportare sacculum, to. 1. 219. col. 4  
 Apostoli quare nō dixerint Christo quod dicebāt quod erat violator legis, to. 1. 223. col. 2  
 Apostoli ob quid in transfiguratione dormierint, tom. 1. 23. col. 2  
 Apostoli gloriam transfigurationis, nec viderunt inci-

pere, nec desinere, tom. 1. 235. col. 2  
 Apostoli sine speciali reuelatione predicare poterant ex doctrina à Christo accepta, tom. 2. 125. col. 2  
 Apostoli qualiter cōdenabūt filios Israel, to. 2. 459. col. 1  
 Apostoli in passione Christi ad præterita redierunt officia, to. 2. 461. col. 1  
 Apostoli qualiter seduci potuerint post aduentum spiritus sancti, to. 2. 420. col. 2  
 Apostoli omnibus gentibus prædicauerunt euangeliū, to. 2. 516. col. 2  
 Appetitus sensituius per voluntatem mouetur, vt conueniat cum superiori parte, to. 2. 36. col. 2  
 Appetitus excellentiæ deiectionē parit, tom. 2. 325. col. 2  
 Arbitrium hominis gratiæ cooperatur, to. 2. 8. col. 1  
 Arreptitij multa facere possunt quæ alij homines non possunt, to. 1. 179. col. 4  
 Articuli fidei non per se simul colliguntur, to. 1. 1. col. 2  
 Aser vnus fuit ex patriarchis filiorū Iacob, to. 1. 68. col. 3  
 Assertio negantium prouidentiam Dei delruitur, to. 1. 122. col. 1  
 Asina quæ fuit ducta à Christo in die Palmarum non fuit communis, to. 2. 380. col. 2  
 Aspectus domini omnia mala sanat, to. 2. 309. col. 1  
 Asperitas vitæ terrori est dæmoni, to. 2. 264. col. 1.  
 Attritio filia est amoris proprii, to. 1. 145. col. 2.  
 Atrium quid, to. 1. 8. col. 2  
 Auaritia difficilius alijs vitijs curatur, tom. 1. 121. col. 3 & tom. 2. 127. col. 1  
 Auaritia deterior est prodigalitate, to. 1. 157. col. 3  
 Auaritia fidem spem, & charitatem in creaturas refert, to. 2. 127. col. 2  
 Auaritia nunquam satiatur, ibidem.  
 Auaritia tempore crescit & non consumitur, ibid. col. 2  
 Auari diuitiarum sunt serui, to. 1. 34. col. 1  
 Auarus nemini est vtilis, to. 2. 280. col. 2  
 Auarus rei pub. maxime nocet, ibidem.  
 Auarus sibi ipsi est inhumanus, to. 2. 127. col. 2  
 Auarus non sibi, sed alijs laborat, to. 2. 131. col. 1  
 Audientes Deum à Deo exaudiuntur, tom. 1. 130. col. 3  
 Auditus spiritualis duplici constat aspiratione, tom. 1. 194. col. 4  
 Aue gratiosa pro gratiam plena recta translatio est, to. 1. 16. col. 3  
 Augustinus & Origenes qualiter sunt intelligendi cum dicunt euangeliū non fuisse prædicatum per apostolos per totum mundum, to. 2. 517. col. 1  
 Auerio à Deo totius mali est origo, to. 2. 232. col. 2  
 Aueritas non habet semper locum, tom. 1. 135. col. 3  
 Auxilium Dei speciale duplex est, to. 2. 248. col. 2  
 Auxilium speciale quod sit homini necessarium, 249. col. 1  
 Auxilia denegari actus est iustitiæ, & misericordiæ, to. 1. 218. col. 1  
 Auxilium Dei verbis explicari nequit, to. 2. 72. col. 2

## B

**B**aptismus Ioannis non dabat gratiam, to. 1. 81. col. 3  
 Baptismus Ioannis obligabat ad non sperni, ibidē.  
 Baptismus Ioannis penitentiae vocabatur, ibidem.  
 Baptismus Ioannis medium fuit inter sacramentū nouæ & veteris legis, to. 2. 277. col. 1  
 Bartholomæus apostolus euangelium in India prædicauit, to. 1. 137. col. 3  
 Batos quid, to. 2. 262. col. 2  
 Beatitudo virtute continetur in fide, tom. 1. 28. col. 3  
 Beatitudo propter seipsam appetitur, tom. 2. 141. col. 1  
 Beatitudo duplex. 141. col. 2

Beatitudo

Beatitudo donum, ab ea quæ est virtus differt, to. 1. 141. col. 3  
 Beatitudo ex rigore iustitiæ debetur seruanti mandata Dei, tom. 1. ibid. col. 4  
 Beatitudo formalis quid, to. 2. 62. col. 2  
 Beatitudo obiectiue quid, ibidem.  
 Beatitudo potius ad nos accedit quam nos ad ipsam, to. 2. 62. col. 1  
 Beatitudo in diuitiis esse non potest, to. 2. 100. col. 2  
 Beattudo in auditione verbi Dei est, vt fructus in semine, to. 2. 101. col. 1  
 Beatitudo in auditione verbi Dei est, vt in signo, ibidem  
 Beatitudo quare maxime optanda, to. 1. 146. col. 2  
 Beatitudo per se quærenda est, to. 2. 137. col. 1  
 Beatitudo quarti debet sine termino, ibidem.  
 Beatitudo caelestis potius explicatur per negationē quā per affirmationem, to. 2. 140. col. 2  
 Beati qui in via domini ambulat dicuntur, to. 1. 84. col. 3  
 Beati pauperes de paupertate, & non de humilitate est intelligendum, to. 1. 142. col. 2  
 Beati qualiter velint in infernum ire, tom. 2. 195. col. 2  
 Beati non essent iusti si non approbarent iudicium iustitiæ beatificantis, ibidem.  
 Beati non ita se amant sicut damnati, to. 2. 186. col. 1  
 Beati operibus facti in caelo non merentur, tom. 2. 259. col. 2  
 Beati obiectiue omnes sunt æqualiter beati, non tamen subiectiue, to. 2. 265. col. 1  
 Beati coronati sunt reges à Christo, to. 2. 458. col. 2  
 Beati qualiter edere & bibere dicantur in regno Dei, ibi.  
 Beati illi dicuntur quos Deus liberat à debito, to. 1. 126. col. 3  
 Beatus maior est omni viatore non tamen melior, to. 1. 179. col. 3  
 Benedicere laudare est, to. 1. 39. col. 1  
 Benedicere in scriptura aliquando maledicere est, tom. 1. 65. col. 3  
 Benedicere quibus præcipue conueniat, to. 2. 330. col. 2  
 Benedicere à malis malum est, to. 1. 148. col. 2  
 Benedicere quid in scriptura significet, to. 1. 17. col. 2  
 Benedicere homini ad hominem bona precari est, to. 1. 66. col. 3  
 Benedicere homini ad Deum laudare est, ibidem.  
 Benedicere Dei ad hominem benefacere est, ibidem.  
 Benefactor proximorum Deum audit, to. 1. 130. col. 3  
 Beneficia Dei ob magnitudinem dici non valent, tom. 1. 32. col. 3  
 Beneficia etiam ingratia faciendū sunt, to. 2. 312. col. 1  
 Beneficiorum tria genera, ibidem. col. 2  
 Beneficia inimico facta extra articulum necessitatis ad perfectionem attinent, to. 1. 152. col. 1  
 Beneficia à Deo collata alijs enarranda sunt, tom. 1. 212. col. 3  
 Bethleem ciuitas fuit Dauid secundum originem, to. 1. 46. col. 2  
 Bethphage quid, to. 2. 378. col. 2  
 Bene viuere in scriptura vigilare dicitur, to. 2. 148. col. 2  
 Blasphemare loquela est inferni, to. 1. 171. col. 2  
 Blasphemia quid, to. 1. 126. col. 3  
 Blasphemia quare peccatum in spiritum sanctum dicitur, to. 2. 124. col. 2  
 Blasphemia quare irremissibilis dicitur, ibidem.  
 Blasphemia Deum ex proprio proposito offendit, to. 1. 125. col. 4  
 Blasphemi accusandi sunt, ibidem.  
 Bona ob difficultatem deferenda non sunt, to. 1. 15. col. 1

Bona nostra Deo offerenda sunt, to. 1. 50. col. 4  
 Bona temporalia Deus paruificat, to. 1. 78. col. 3  
 Bona diuina amicis Dei referuntur, ibidem.  
 Bona mundi vt vmbra transeunt, to. 1. 104. col. 3  
 Bona sunt quæ hominem ad Deum ducunt, tom. 1. 140. col. 2  
 Bona occultè faciendū sunt, to. 2. 328. col. 2  
 Bona nostra demonis sunt quando, & nos eius sumus, to. 2. 82. col. 2  
 Bona dissipare quid, to. 2. 257. col. 1  
 Boni laudandi sunt, to. 1. 27. col. 1  
 Boni in gaudio exultant, to. 1. 28. col. 2  
 Boni proprium est suas virtutes in alio diligere, tom. 1. 35. col. 1  
 Boni à voluntate sunt boni, to. 1. 53. col. 1  
 Boni mutuo se adiuuant in ministerio Dei, to. 1. 70. col. 1  
 Boni loca ad bonum apta quærent, to. 1. 81. col. 2  
 Boni & mali in ecclesia simul continentur, to. 1. 91. col. 4  
 Boni tritico comparantur, to. 1. 92. col. 2  
 Boni vniti sunt quasi vnus cor, to. 1. 92. col. 2  
 Boni à mundo pro nihilo habentur, to. 1. 93. col. 2  
 Boni imitandi sunt, to. 1. 111. col. 1  
 Boni timorem Dei cum reuerentia concipiunt, to. 1. 113. col. 2  
 Boni in bonis & in malis Deum agnoscunt, to. 1. 120. col. 1  
 Boni lætantur, in his, in quibus impij cruciantur, tom. 1. 123. col. 4  
 Boni in miseris sunt futuri fortes, to. 2. 280. col. 1.  
 Boni in omni statu inueniuntur, to. 2. 320. col. 2  
 Boni saepius à malis corrumpuntur quam mali à bonis corrigantur, to. 2. 105. col. 2  
 Boni tentatione à malis distinguuntur, tom. 2. 6. col. 1  
 Boni malum excusant à malitia, to. 2. 81. col. 2  
 Boni linguam habent in corde, to. 2. 83. col. 2  
 Boni suorum obliuiscuntur, propter Dei honorem, to. 1. 172. col. 1  
 Boni est misereri peccatoris, to. 1. 188. col. 1  
 Boni à Deo ad tempus tantum deseruntur, to. 1. 205. col. 2  
 Boni maxime lætabuntur, habendo Christum iudicem, potius quàm aliam diuinam personam, to. 2. 435. col. 2  
 Bonitas discipulorum quanta fuerit, to. 1. 133. col. 2  
 Bonum commune semper quærendum est, to. 1. 50. col. 1  
 Bonum est quod cum voluntate diuina mensuratur, to. 1. 58. col. 4  
 Bonum omni tempore est operandum, tom. 1. 135. col. 1  
 Bonum omni tempore & loco operandum est, ibidem.  
 Bonum absolute soli Deo competit, to. 2. 333. col. 2  
 Bonum vbiunque est, est laudandum, tom. 2. 42. col. 1  
 Bonum potius Deo desiderare debemus quàm nobis, to. 2. 61. col. 2  
 Bonum diuiditur in honestum vtile, & delectabile, to. 2. 92. col. 2  
 Brachiū domini eius potētia dicitur, to. 1. 32. col. 3

## C

**C**adere iniquè agere significat, tom. 1. 135. col. 1  
 Cadere supra Christum quis dicatur, to. 2. 405. col. 1  
 Calciamenta apostolorum tantum erant solea, tom. 1. 176. col. 3  
 Calumnia pie gesta labefaciat, to. 1. 153. col. 2  
 Calumniatores lege rationis damnantur, to. 1. 176. col. 1  
 Canticum Simeonis velut Epilogus est Euangelij, to. 1. 66. col. 2  
 Capharnaum ciuitas Christi appellatur, to. 1. 124. col. 1  
 Capharnaum qualiter vsque ad caelos exaltata dicitur, to. 2. 18. col. 1

Capilli quare numerati esse dicantur, to. 2. 122. col. 2  
 Carnes suas comedere quid, to. 1. 38. col. 4  
 Caro ieiunio est maceranda, to. 1. 69. col. 4  
 Caro & sanguis Christum non inuenerunt, to. 1. 74. col. 1  
 Caro à perferuerantia orationis semouet, to. 2. 140. col. 2  
 Castellum pro vico in scriptura sumitur, to. 2. 54. col. 1  
 Castellum ad quod discipuli mittebantur, non erat Hierusalem, to. 2. 379. col. 1  
 Castigatio contumelia vacare debet, to. 1. 190. col. 4  
 Casus in quibus homo sine peccato occidi potest, tom. 2. 334. col. 1  
 Castitas tribuit corporis sanitatem, to. 1. 69. col. 1  
 Castitas dispositio est ad scrutanda caelestia, ibidem. col. 1  
 Causa cogitationis Mariae, to. 1. 8. col. 2  
 Causa progressionis Mariae ad Elisabeth, to. 1. 24. col. 4 & 25. col. 1  
 Causa precepti diliges dominum Deum tuum, to. 1. 29. col. 4  
 Causa recessus Mariae ab Elisabeth, to. 1. 34. col. 4  
 Causa miraculi potius attendenda quam miraculum, to. 1. 104. col. 2  
 Cauendum ab eo, qui est proprii officij, tom. 2. 81. col. 1  
 Caecitas corporis minor animae caecitate, to. 1. 158. col. 1 & 79. col. 1  
 Caecus quare Christum filium Dauid, & non Abraham vocauit, to. 2. 353. col. 2  
 Caecus vocans Christum filium Dauid Messiam fatetur, 354. col. 1  
 Caecus quare interrogatus quid velit sibi fieri, to. 2. 356. col. 2  
 Caelum in scriptura aliquando aërem significat, to. 1. 110. col. 2  
 Caecum claudi quid, ibidem.  
 Caelum in iudicio à suo statu mutabitur, to. 2. 442. col. 1  
 Caelum quare in baptismo Christi apertum, to. 1. 95. col. 2  
 Cænaculi distantia à loco vbi Christus orauit, to. 2. 462. col. 2  
 Cænaculum in quo Christus cænauit illud est in quo apostoli latuerunt, to. 2. 450. col. 1  
 Centurio morti Christi affuit, to. 1. 162. col. 1  
 Centurio quare dixit, Domine non sum dignus, to. 1. 164. col. 1  
 Cerimoniae custodiunt deuotionem, to. 1. 61. col. 1  
 Cerimoniae ecclesiae custodiendae, ibidem.  
 Cerimoniae ecclesiae non sunt adinventiones humanae, to. 2. 381. col. 1  
 Cæsar Augustus qualiter principes Christianos condēnabit, to. 1. 45. col. 1  
 Caritas in precepto est & modus etiam diligendi, to. 1. 89. col. 1  
 Caritas vera alios secum vult adducere, to. 1. 130. col. 4  
 Caritas, Christi discipulos nos facit, to. 1. 136. col. 2  
 Caritas ad proximum non est in pœna damnatorum, to. 2. 95. col. 2  
 Caritas non eo modo dicitur donum ac reliquæ gratiæ, to. 2. 302. col. 1  
 Caritas sine sacramentis stare non potest, to. 1. 34. col. 2  
 Caritas vita est animæ, to. 2. 42. col. 2  
 Caritas forma fidei est, to. 2. 48. col. 1  
 Caritas vetat ne proximos iudicemus, tom. 1. 156. col. 2  
 Caritas malum non cogitat, to. 1. 159. col. 1  
 Caritas maior inter theologicas virtutes, to. 1. 237. col. 1  
 Caritatem habere maius est quam apostolum esse, to. 2. 160. col. 2  
 Caritatis officium est omnia in bonum consulere, to. 1. 156. col. 2

Christus vt redemptor & doctor venit, to. 1. 1. col. 1  
 Christum induere quid sit, to. 1. 5. col. 2  
 Christus in Nazareth conceptus, to. 1. 14. col. 1  
 Christus dicitur filius Dauid, to. 1. 15. col. 4  
 Christus à reparatione titulum honoris sumit, to. 1. 19. col. 2  
 Christus quare non regnauit in domo Abraham, to. 1. 20. col. 4  
 Christus temporale regnum parui facit, to. 1. 20. col. 2  
 Christus non dicitur filius Dei adoptiuus, to. 1. 22. col. 3  
 Christi honor Ioanni Baptistæ fuit commendatus, to. 1. 23. col. 4  
 Christus absolute dicitur benedictus, to. 1. 27. col. 1  
 Christus in instanti conceptionis fuit perfectus homo, to. 1. 27. col. 3  
 Christus omnibus seipsum præbet, to. 1. 30. col. 3  
 Christus diabolum vicit & spoliavit, to. 1. 40. col. 2  
 Christus nihil egit quod antea non fuerit prophetatum, to. 1. 40. col. 2  
 Christus suo aduentu expulit nostram ignorantiam, to. 1. 42. col. 3  
 Christus quare tempore Angusti Cæsaris venerit, to. 1. 44. col. 3  
 Christus in plenitudine temporis natus, tom. 1. 44. col. 1  
 Christus quare dicitur primogenitus, to. 1. 47. col. 2  
 Christus inuolutus fuit pannis non dissipatis, tom. 1. 47. col. 3  
 Christus pannis inuoluitur tanquam peccator, ibidem. col. 3  
 Christus quare in præsepio ponitur, 48. col. 2  
 Christus in præsepio humilitatem docet, to. 1. 48. col. 2  
 Christus est ab æterno, to. 1. 51. col. 2  
 Christus hominibus est natus, 50. col. 3  
 Christus quantum ad effectum nascitur timētibus Deū, to. 1. 50. col. 4  
 Christus secundum humanitatem saluator est, & causa meritoria gratiæ, 51. col. 2  
 Christus non est vnctus oleo materiali, tom. 1. 51. col. 2  
 Christus secundum vtramque naturam est dominus, ibidem.  
 Christus non pugnans, sed sustinens vicit, ibidem. col. 3  
 Christus in præsepio ostenditur, vt saluator ostendatur, ibidem. col. 4  
 Christus natus est saluator hominis, & angeli, 52. col. 1  
 Christus natus ad gloriam, pacem, & bonam voluntatem, to. 1. 53. col. 2  
 Christus humiliatur, vt nos subleuemur, to. 1. 54. col. 3  
 Christus omnes nostras miseras accepit, ibidem. col. 4  
 Christus non fuit peccator, neque potuit peccare, to. 1. 53. col. 3  
 Christus habuit similitudinem peccati, ibidem.  
 Christus seipsum legi submisit, to. 1. 56. col. 3  
 Christus in circumcisione ostenditur peccator, 57. col. 1  
 Christus in matris purificatione seruus apparet, to. 1. 60. col. 3  
 Christus cognitus est à mundo in cruce, tom. 1. 65. col. 4  
 Christus ab omni populo spectabatur, ibidem.  
 Christus quomodo multis fuit in ruinam, to. 1. 67. col. 1  
 Christus venit in resurrectionem fidelium, to. 1. 67. col. 2  
 Christus positus est nobis in signum, ibidem. col. 3  
 Christus illuminat cæcos, & excæcat videntes, ibidem.  
 Christus ab omni lingua contradicitur, ibidem.  
 Christus scientia experimentalis proficiebat, to. 1. 71. col. 1  
 Christus quare anno ætatis duodecimo sapientiam suam ostendit, to. 1. 71. col. 2  
 Christus quare à duodecimo anno vsque ad trigessimum

siluit, ibidem.  
 Christus cur in festiuitate perditur, to. 1. 73. col. 3  
 Christus an mendicauit ostiatim, tom. 1. 75. col. 2 & 239. col. 4  
 Christus sapientia suum opus incepit, ibidem. col. 4  
 Christus aperte patrem appellat, to. 1. 77. col. 1  
 Christus magis in passione meruit quam in templi disputatione, to. 1. 77. col. 4  
 Christus quare salutare nostrum dicatur, tom. 1. 85. col. 2  
 Christus non fuit vsus calciamentis, to. 1. 91. col. 1  
 Christus quare à Ioanne baptizari voluit, to. 1. 94. col. 4  
 Christus vt peccator venit ad baptismum, ibidem. col. 4  
 Christus ætate viginti nouem annorum baptizatur, to. 1. 96. col. 2  
 Christus non fuit filius Salomonis, to. 1. 98. col. 1  
 Christus plenus gratia plenitudine superabundanti, to. 1. 98. col. 3  
 Christus in deserto vicit dæmonem, 99. col. 1  
 Christus per plures tentationes tentatus fuit, tom. 1. 99. col. 3  
 Christus non potuit tentari, nisi volens, ibidem.  
 Christus supernaturanter famem sustinuit quadraginta diebus, to. 1. 101. col. 3  
 Christus quare spiritualem vitam à ieiunio incepit, ibid.  
 Christus non indiguit ministerio angelorum, to. 1. 106. col. 2  
 Christus diabolum suis armis vicit, ibidem. col. 4  
 Christus vt viator dæmonem superauit, tom. 1. 107. col. 2  
 Christus antequam prædicaret miracula fecit, ibid. col. 3  
 Christus publice prædicauit, ibidem. col. 3  
 Christus prius iuit in Nazareth, quam in Cana Galilææ, ibidem. col. 4  
 Christus plenus fuit donis gratiæ gratis datæ, to. 1. 108. col. 2  
 Christus ad euangelizandum pauperibus venisse dicitur, ibidem. col. 2  
 Christus quare non fecit miracula in Nazareth, to. 1. 109. col. 4  
 Christus quare non recipiatur à Iudæis, tom. 1. 110. col. 2  
 Christus vbi magis offēdebatur maiora præstabat beneficentia, to. 1. 112. col. 4  
 Christus potestate creata spiritus poterat imperare, to. 1. 113. col. 2  
 Christus die noctuque laborabat, to. 1. 115. col. 2  
 Christus quare spiritibus immundis tacere præcepit, to. 1. 115. col. 4  
 Christus nunquam ecclesiam suam derelinquit, tom. 1. 118. col. 1  
 Christus qualiter se habuerit in apostolorum vocatione, to. 1. 121. col. 1  
 Christus quare leprosum tetigerit, to. 1. 121. col. 4  
 Christus per humanitatem operatus est salutem, ibid.  
 Christus tactu leprosi non fecit contra legem, 122. col. 1  
 Christus in necessitatibus spondit se nobis auxiliaturum, to. 1. 122. col. 2  
 Christus quos curauit noluit habere in discipulos, to. 1. 128. col. 1  
 Christus eos sanat qui infirmitates suas profitentur, to. 1. 131. col. 1  
 Christus non venit vocare suæ iustitiæ confidentes, to. 1. 131. col. 2  
 Christus quare appellat pharisæos iustos, ibidem.  
 Christus quare in sabbatho curabat, to. 1. 134. col. 2  
 Christus quatenus homo orabat, to. 1. 136. col. 2. & to. 2. 58. col. 2  
 Christus duodecim tantum elegit apostolos, to. 1. 136. col. 3

Christus quare pauperes vocauit in apostolos, 136. col. 4  
 Christus cur Iudam in apostolum elegerit, tom. 1. 138. col. 2  
 Christus legem perfecit & non soluit, tom. 2. 278. col. 2  
 Christus suos in hac vita & in alia præmiat, tom. 2. 108. col. 3  
 Christus cur transfigurari voluit, to. 1. 239. col. 3  
 Christus quare Hierosolymæ mori voluit, tom. 2. 346. col. 2  
 Christus cur filium hominis seipsum dicit, 347. col. 2  
 Christus missus vocatur in scriptura, to. 2. 3. col. 2  
 Christus inuisibiliter in animas fidelium venit, 4. col. 2  
 Christus salutationem non prohibuit, to. 2. 12. col. 1  
 Christus cur in petitionibus orationis Dominicæ verbo vtatur impersonali, to. 2. 63. col. 2  
 Christus non inuenitur risisse, to. 1. 148. col. 1  
 Christus admiratus fuit secundum scientiam experimentalem, to. 1. 165. col. 3  
 Christus quare aliqua iuramento affirmet, tom. 1. 166. col. 1  
 Christus cur domos publicanorum non rogatus ingrediebatur, non tamen pharisæorum, to. 1. 181. col. 2  
 Christus in suis nec minimam suffert iniuriam, to. 1. 188. col. 3  
 Christus cur parabolis vtēbatur, to. 1. 193. col. 2  
 Christus cur nauiculam ascenderit, to. 1. 203. col. 2  
 Christus si omnia fecisset mirabiliter, nihil fecisset misericorditer, to. 1. 203. col. 2  
 Christus cur cum lauro iuit non autem cum Regulo, to. 1. 210. col. 1  
 Christum erubescere, ex suo genere peccatum mortale est, to. 1. 227. col. 4  
 Christus testes veteris & nouæ legis cur in transfiguratione adduxerit, to. 1. 231. col. 4  
 Christus quare filius hominis in singulari dicatur, to. 2. 154. col. 2  
 Christus qualiter dicatur coarctari ad passionem, tom. 2. 161. col. 1  
 Christus quomodo non venit mittere pacem, ibidem.  
 Christus Herodem vulpem appellat, to. 2. 182. col. 1  
 Christus cur communiorem vitam elegerit, to. 2. 218. col. 1  
 Christus quare ante passionem prædixit mortem, to. 2. 348. col. 1  
 Christus de passione agens cur in tertia persona loquatur, to. 2. 349. col. 1  
 Christus cur nullum curiosum curauit, tom. 2. 356. col. 2  
 Christus quare miracula aliqua fidei tribuit, to. 2. 357. col. 2  
 Christus nobilis dicitur secundum vtramque naturam, to. 1. 370. col. 1  
 Christus cur in die palmarum honorem sibi fieri permisit, to. 2. 383. col. 1  
 Christus in medio triumphis lachrymas effundit, tom. 2. 388. col. 2  
 Christus in sua passione tristatus fuit intensius, & extensius, to. 2. 462. col. 2  
 Christus angelo custode non indiguit, tom. 2. 464. col. 2  
 Christus bis à Iudæis ad concilium ductus est, to. 2. 473. col. 1  
 Christus multoties dixit Iudæis, se Christum esse, ibid. col. 2  
 Christus quare Galilæus existimabatur, tom. 2. 475. col. 2  
 Christus cur Caiphas & Pilato respōdit in sua passione, non autem Herodi, to. 2. 476. col. 2  
 Christus duos in sua passione à morte liberauit, tom. 2. 479. col. 1



I N D E X.

Christus maxime omnium mortalium fuit derisus, to. 2. 484. co. 2  
 Christus qua hora crucifixus sit, to. 2. 486. co. 2  
 Christus eadem hora mortuus est qua Adam peccauit, to. 2. 488. co. 1  
 Christus à septem in cruce glorificatus est, 489. co. 1  
 Christus cur in horto sepeliri voluit, & in monumento alieno, to. 2. 474. co. 2  
 Christus quare sepulchrum egregiū habere voluit, 475. col. 1  
 Christus propria virtute surrexit, to. 2. 494. col. 1  
 Christus cicatrices passionis post resurrectionem serua- uit, to. 2. 513. col. 2  
 Christum pati necessarium fuit, to. 2. 515. col. 1  
 Christus non dixit apostolis aperte se non regnaturum temporaliter, to. 2. 420. co. 2  
 Christus in quantū homo iudicaturus est viuos & mor- tuos, to. 2. 434. col. 2  
 Christus in pane azymo consecrauit, to. 2. 448. col. 1  
 Christus cum adhuc duabat luna decimaquarta mor- tuus est, ibidem.  
 Christus Petro & Ioanni & non Iudæ mensæ præpara- tionem commendauit, ibidem. col. 2  
 Christus omne quod potuit facere fecit cum se nobis in sacramento dedit, to. 2. 452. co. 2  
 Christus testamenti meminit in consecratione calicis, & non in panis consecratione, to. 2. 454. co. 2  
 Christus præmium accidentale, & dominium omnis creature sibi promeruit, to. 2. 502. col. 1  
 Christus primo omnium apparuit matri suæ, to. 2. 505. col. 2  
 Christianus non debet ab ecclesia recedere, to. 1. 12. co. 2  
 Christianus an potest virginis Mariæ beatitudinem as- sequi, to. 1. 31. co. 3  
 Cibi corporalis à spirituali differentia, tom. 2. 219. col. 2  
 Cibus contemplationem impedit, to. 1. 10. col. 3  
 Circuncisio non fiebat in templo, to. 1. 36. col. 2  
 Circuncisio abscisio erat carnis, to. 1. 36. col. 3  
 Circuncisio in remedium peccati originis data, to. 1. 56. col. 4  
 Circuncisio discrimen fuit iudaici & gentilis populi, to. 1. 57. col. 4  
 Circuncisio an cessauit in circuncisione Christi, ibidem.  
 Circuncisio veritatem humanitatis Christi ostendit, to. 2. 59. col. 1  
 Circumstantia legis etiam minima seruanda, to. 1. 123. col. 3  
 Citare dupliciter in scriptura contingit tom. 2. 12. col. 1  
 Clamor electorum formaliter desiderium est beatitudi- nis, to. 2. 323. co. 2  
 Claritas humanitatis Christi, argumentum est eius diui- nitatis, to. 1. 19. co. 3  
 Claritas transfigurationis & resurrectionis, in quibus conueniant, to. 1. 229. co. 4  
 Claritas Christi in transfiguratione eadem fuit specie cū claritate patris, tom. 1. 231. co. 4  
 Cogitationes sceleratorum vanæ sunt, tom. 2. 193. col. 1  
 Cogitationes hominum cognoscere solius Dei est, to. 1. 126. col. 4  
 Cognatio spiritualis carnali anteferenda est, tom. 1. 203. col. 3  
 Cognitio celi nihil prodest non cognoscenti ascensum, to. 1. 1. col. 2  
 Cognitio per fidem inchoatio est cognitionis beatæ, to. 1. 28. col. 3  
 Cognitio fidei perfectior est cognitione scientiæ, ibidem

Cognitio quæ de Deo aliquando per rationem habetur reuelatio dicitur, to. 2. 30. co. 2  
 Collegium Christi bonos & malos habuit, tom. 1. 138. col. 1  
 Columba, in qua spiritus sanctus non fuit vera colum- ba, to. 1. 95. co. 3  
 Comestio Christi post resurrectionem vera comestio fuit, to. 2. 271. co. 2  
 Communitas ob vnius delictum contemnenda non est, to. 1. 138. co. 1  
 Communicare cum peccatore dupliciter dicitur, tom. 2. 366. col. 1  
 Concionatorem eligere maximū opus est, to. 1. 80. col. 2  
 Concinnare quid, to. 2. 17. co. 2  
 Condemnatio iudicium sequitur, to. 1. 156. co. 4  
 Confessio qualiter facienda, to. 2. 78. co. 2  
 Confessio humilis delicti remissionē mereretur, to. 2. 247. col. 1  
 Confessionis vtilitates, to. 2. 251. co. 2  
 Confessor peccatorem carere non debet donec finita sit confessio, to. 2. 501. col. 2  
 Confessio boni latronis tres conditiones habuit vere pœ- nitentis, to. 2. 485. col. 1  
 Confessio exterior de necessitate est salutis, tom. 1. 227. col. 4  
 Confidentia fides dicitur pro formali, to. 1. 166. col. 2  
 Congregatio ad iudicium in momento fiet, tom. 2. 321. col. 2  
 Coniunctio, & aliquando causalis est, tom. 1. 27. co. 3  
 Coniunctio, & aliquando idem valet quod, nam, tom. 1. 164. col. 2  
 Coniunctio, vt, in scriptura aliquando non dicit causam sed consecutionem effectus, to. 1. 190. co. 1  
 Coniunctio, quoniam, aliquando effectum significat, to. 1. 190. co. 1  
 Conscientia bona audaciam præbet, to. 2. 341. co. 1  
 Consecratio sanguinis quare fiat distincte à consecratio- ne corporis, to. 2. 454. co. 2  
 Conseruatio salutis humanæ anteponeuda est obserua- tioni festorum, to. 1. 133. co. 4  
 Consideratio propriæ virtutis mater est humilitatis, to. 1. 30. co. 4  
 Consideratio Dei quid efficiat in homine, tom. 2. 227. col. 2  
 Consilia Dei semitæ vocantur, to. 1. 83. co. 3  
 Consilium seruorum contemnendum non est, to. 1. 110. col. 4  
 Consilium à lege accipiendum est, to. 2. 36. col. 1  
 Consolationes humanæ plenæ sunt amaritudine, to. 1. 86. col. 4  
 Consuetudo bona seruanda est, to. 1. 73. co. 3  
 Consuetudo emendi, & vendendi in templo vnde orta fuerit, to. 2. 692. co. 2  
 Contemplatio quid, to. 2. 75. co. 2  
 Contemplatio in amore consistit, ibidem.  
 Contemptus fortitudinem gignit, to. 1. 147. col. 1  
 Contritio filia est diuini amoris, to. 1. 145. co. 2  
 Conuersationes humanæ fugiendæ, to. 1. 16. co. 1  
 Conuiuia honesta futura, to. 1. 181. co. 4  
 Conuiuia pia à Christo non sunt prohibita, tom. 2. 198. col. 2  
 Conuiuium Dei quare cæna, & non prandium dicatur, to. 2. 201. co. 1  
 Cor in scriptura pro quo sumatur, tom. 2. 264. co. 3  
 Corpus animæ est vestimentum, to. 2. 283. col. 2  
 Corpus B. virginis corruptum non fuit, to. 2. 50. col. 1

Corre-

I N D E X.

Correptio fraternæ quando & quomodo fieri debeat, to. 2. 305. co. 2  
 Corruptio in pœnam peccati venit, to. 2. 50. col. 2  
 Cras in scriptura quomodo accipiatur, tom. 2. 136. co. 1  
 Creatura participatiuè bonæ dicitur, to. 2. 333. col. 2  
 Credere & non, in potentia hominis est, to. 2. 316. col. 2  
 Credentes in Christum tangunt ipsum, to. 1. 140. col. 4  
 Culpa secunda peior est prima, to. 2. 93. co. 2  
 Culpa essentia est peccati, to. 1. 57. co. 1  
 Cura humanarum rerum hominem perturbat, tom. 2. 55. col. 2  
 Curatio miraculosa propter scandalum dimitti non de- buit, to. 1. 135. col. 4

D

Damnati vtuntur in inferno notitia quā habuerunt in via, to. 2. 295. co. 2  
 Damnatis aduentu eorum, quos ad peccata pepulerunt tormentum augetur, to. 2. 269. col. 1  
 Damnatis an melius esset non esse quam sic esse, tom. 2. 179. col. 1  
 Damnatorum non esse omne malum transcendit, to. 2. 179. col. 2  
 Damnati gloriam beatorum videbunt visione intellectu- ua, to. 2. 180. co. 2  
 Damnati in inferno non merentur supplicia propter opera illic facta, to. 2. 259. co. 2  
 Damnati etiam si in die iudicij filium hominis videant, non erunt beati, to. 2. 434. col. 2  
 Damnati dulcedinis vitæ præteritæ non recordantur, to. 2. 500. co. 1  
 Damnati non pœnitent de peccatis, vt sunt Dei offen- sua, to. 2. 294. co. 1  
 Damnatio fidelium cæteris paribus maior est infidelium, to. 2. 18. col. 1  
 Dare præstantius est quam accipere, tom. 2. 70. col. 1  
 Dare locum iræ quid, to. 2. 301. co. 2  
 Dauid apud Iudæos maior omnibus fuit, tom. 2. 415. col. 1  
 Debita non solum verbis rependenda, to. 1. 39. col. 4  
 Debitum plus est quam peccatum, to. 1. 189. col. 1  
 Decimæ in ecclesia non sunt ex lege diuina, neque natu- rali, sed ex positua, tom. 2. 112. co. 2  
 Decimæ constitutæ fuerunt ex institutione Dei, to. 2. 112. col. 1  
 Deducus est à viro improbo laudari, to. 1. 116. col. 2  
 Defectus secreti proximorum reuelandi non sunt, tom. 1. 215. co. 5  
 Delectatio non est per se bonum, to. 2. 100. col. 2  
 Delectatio per se nec bonum nec malum est, ibidem.  
 Delitiæ Christi animæ sint, to. 1. 124. col. 1  
 Delitiæ carnis fugiendæ, to. 1. 132. co. 4  
 De omnibus statibus aliquis saluabitur, tom. 2. 320. co. 2  
 Desiderios perniciosissimi sunt, to. 2. 270. co. 1  
 Deuotio requiritur in miraculis, to. 1. 119. col. 4  
 Desideria bona sine ipsis operibus serè nihil proficiunt, tom. 2. 60. col. 2  
 Deprecantes vindictam alicuius Deum tentant, tom. 1. 106. col. 4  
 Deus solus animam nostram satiat, to. 1. 144. col. 1  
 Deus solum propter seipsum est amandus, tom. 1. 146. col. 1  
 Deus semper fauet his, qui in bonis operibus se exercent to. 1. 167. co. 4  
 Deus misero & egeno subuenit, to. 1. 184. col. 1  
 Deus in afflictionibus innocendus, to. 1. 184. col. 1

Deus in cilicio & cinere innocendus, ibidem. col. 4  
 Deus quare in solennitate sacrificiū offerri iubebat pro peccato, to. 1. 185. co. 4  
 Deus qualiter nos obcaecare dicatur, to. 1. 195. col. 3  
 Deus quomodo exiit cum immutabilis sit, tom. 1. 196. col. 2  
 Deus duritiæ nostræ non est causa effectiue, sed permis- siue, to. 1. 198. co. 4  
 Deus qualiter dormire dicatur, to. 1. 204. co. 2  
 Deus quare ostendit pericula à quibus suos eruit, tom. 1. 204. co. 4  
 Deus cur non præcepit vt patres filios diligant, tom. 1. 209. col. 4  
 Deus nostras vult cognoscamus miseras, vt magis sua ostendat beneficia, to. 1. 213. co. 1  
 Deum mori necesse fuit necessitate conditionata, tom. 1. 224. co. 4  
 Deum alicui faciem ostendere est fauere illi, tom. 1. 138. col. 1  
 Dei dicere, facere est, to. 2. 123. co. 2  
 Deus pater est indigentium, & non diuitum, to. 2. 136. col. 2  
 Deus lætanter & non timide est spectandus, tom. 2. 148. col. 1  
 Deus qualiter dicatur transiens ministrare, 149. co. 1  
 Deus quare charitas sit, to. 2. 160. co. 2  
 Deus eisdem vtitur minis in lege gratiæ, quibus vtatur in lege scriptæ, to. 2. 164. co. 2  
 Deus cur à peccatoribus pœnitentiam exigat, 165. col. 1  
 Deus quare aliquos in hac vita puniat, tom. 2. 166. col. 1  
 Deus quod semel dimisit nunquam repetit, tom. 2. 252. col. 2  
 Deus dimittere potest peccata absque eo quod concedat gratiam, to. 1. 81. col. 4  
 Deus aliquando maiores tribuit consolationes spiritua- les denuo conuersis, to. 2. 253. co. 1  
 Deus bonum opus alio bono opere remunerat, tom. 2. 270. co. 1  
 Deus quando stare dicatur, to. 2. 353. co. 2  
 Deus vbi inueniatur, to. 2. 362. co. 1  
 Deus aliter est in ecclesia, & aliter in foro, to. 2. 368. col. 1  
 Deus dupliciter cognosci potest, to. 2. 372. col. 1  
 Deus cum sit summa bonitas odio haberi nō potest, ibi- dem. 372. co. 1  
 Deus iustas petitiones exaudit, to. 1. 62. co. 2  
 Deus quem vocat commouet rebus ipsi communibus tom. 1. 62. co. 3  
 Deus magnificentior in dando quam in promittendo, to. 1. 63. col. 3  
 Deus nem. nem. ad malum sollicitat, to. 1. 67. col. 1.  
 Deus corripiendo suos, amorem ostendit, tom. 1. 68. co. 2  
 Deus in templo magis adest, to. 1. 72. col. 3.  
 Deus bonos ad tempus relinquit, 73. co. 1  
 Deus in affluentia bonorum magis offenditur, to. 1. 73. col. 2  
 Deus miscet læta tristibus, to. 1. 75. col. 1  
 Deus pœnitentia querendus est, to. 1. 76. col. 4  
 Deus nunquam obliuiscitur nos, to. 1. 80. col. 3  
 Deus non potest sine pœnitentia peccata remittere, to. 1. 81. col. 4  
 Deus cor ab homine petit, ibidem. col. 1  
 Deus quare dicatur non parcere delinquenti, ibidē. co. 4  
 Deus nullum peccatum in punitum relinquit, to. 1. 81. col. 4  
 Deus quare non audit peccatores, to. 1. 83. co. 1  
 Deus non præcipit impossibilia, to. 1. 86. co. 3

Deus



I N D E X.

Deus quomodo poterat ex lapidibus facere filios Abraham, to. 1. 87. col. 1  
 Deus peccatores expectat, to. 1. 92. col. 2  
 Deus aliis dona tribuit, aliis fructum donorum, to. 1. 94. col. 1  
 Deus vocem formare non potest, to. 1. 95. col. 4  
 Deus non permittit hominem tentari ultra id quod potest, to. 1. 100. col. 4  
 Deus quacunque re hominem sustentare potest, to. 1. 103. col. 3  
 Deus potius diligendus quam timendus, to. 1. 106. col. 1  
 Deum tentat qui sine necessitate miraculum petit, ibid. col. 3  
 Deum tentat qui se exponit periculo, ibidem.  
 Deus placabilis redditur tempore plenitudinis gratie, to. 1. 108. col. 4  
 Deus fidem & hominum merita respicit, to. 1. 110. col. 2  
 Dei operibus diligenter incumbendum, to. 1. 113. col. 2. & 54. col. 2  
 Deus nihil inordinatum vult, ibidem.  
 Deo proprium est nomen substantiæ, & substantiæ, to. 1. 4. col. 2  
 Deo placere simul & hominibus magnum quid, to. 1. 6. col. 3  
 Deus afflictione premit suos, to. 1. 6. col. 4. & 44. col. 3  
 Deus omnia videt, to. 1. 8. col. 2  
 Deus fauet his, qui sanctis funguntur officiis, ibid. col. 3  
 Deus leuia suorum amicorum peccata hic punit, to. 1. 11. col. 4  
 Deus abscondit à vulgo sacerdotum defectus, to. 12. col. 3  
 Deus magnificat humilia, to. 1. 14. col. 2  
 Deus vult votum seruari sibi, to. 1. 21. col. 3  
 Deus humilium virtutes manifestat, to. 1. 54. col. 3  
 Deus liberalis ad miserendum, & piger ad vindictam sumendam, to. 1. 25. col. 2  
 Dei proprium est misereri semper & parcere, ibid. col. 3  
 Dei alienum opus punire, ibidem.  
 Deus magnificatur in nobis per actus nostros, to. 1. 29. col. 2  
 Deus dicitur crescere in imperio, ibidem col. 3  
 Deus magnificatus est super omnem terram, to. 1. 29. col. 3  
 Deus potius laudandus anima quam corpore, ibidem. col. 3  
 Deus infirmum quem recipit sanat, to. 1. 30. col. 4  
 Deus promissa complet, to. 1. 34. col. 2. & 41. col. 1.  
 Deus detinet se in conferendo, vt meritum augeat, to. 1. 35. col. 2  
 Deus ex malis bona producit, to. 1. 35. col. 2  
 Deus non mittit flagellum quin misericordiae recorderetur, to. 1. 35. col. 2  
 Deus ora sanctorum aperit, to. 1. 37. col. 2  
 Deus poenitenti dat gratiam, & omnia quæ in statu gratiæ meruerat restituit, to. 37. col. 4  
 Deus cur dicatur Dominus & Deus Israel, to. 1. 39. col. 2  
 Deus ratione deitatis odio haberi non potest, to. 1. 40. col. 3 & to. 2. 272. col. 1  
 Deus quare odio non habeatur, ibidem.  
 Deus pater seipsum dedit nobis in filio, to. 1. 41. col. 1  
 Deus filiali timore seruendus, ibidem. col. 2  
 Deo inferuire non possumus nisi ipse præstiterit, to. 1. 41. col. 3  
 Deus vtitur edicto Cæsaris vt Christus in Bethlehẽ nascatur, to. 1. 46. col. 1  
 Deus etiam post mortem suorum recordatur, ibid. col. 2

Deus apparet vigilantiibus, to. 1. 49. col. 1  
 Deus consolatur dilectos suos opportuno tempore, to. 1. 49. col. 4  
 Deus semper laudandus, vt alij prouocentur, to. 1. 52. col. 2  
 Deus vult homines ab hominibus doceri, to. 1. 55. col. 2  
 Deus factus est homo ob peccatum, to. 1. 59. col. 2  
 Deus aliter ac mundus, suos honorat, to. 2. 295. col. 1  
 Deus illos nescire dicitur, quos non approbat, to. 2. 314. col. 2  
 Deus quare vult nos gratos, 315. col. 1  
 Deum in sua domo offendunt qui in templo peccant, to. 2. 325. col. 2  
 Deus ex malis bona elicit, to. 2. 320. col. 2  
 Deus in lege veteri salutem nostram præfigurauit, to. 2. 374. col. 1  
 Deus omnia facit propter prædestinatos, to. 2. 1. 3. col. 2.  
 Deus quare à nobis vult amari, to. 2. 37. col. 1  
 Deus diligendus quia summum bonum, 38. col. 1  
 Deus diligendus quia dominus, to. 2. 39. col. 1  
 Deus diligendus quia tuus, to. 2. 39. col. 2  
 Deus quomodo diligendus, ibidem. col. 2  
 Deus non obligat nos vt eum diligamus feruentius cæteris rebus, to. 2. 40. col. 2  
 Deus diligi non potest quin eius præcepta custodiantur, to. 2. 41. col. 1  
 Deus quare à nobis velit vocari pater, to. 2. 60. col. 2  
 Deus qua ratione sit bonum nostrum, to. 2. 62. col. 1  
 Deus non est in nobis aliquid formale, ibidem.  
 Deus non est pater eorum qui aliis non parcunt, to. 2. 65. col. 2  
 Deus quare vult, vt nos ab ipso petamus, to. 2. 70. col. 2  
 Deus suam præsentiam in poenam peccati tollit, to. 1. 112. col. 1  
 Deus à nobis recedit ob nostra flagitia, to. 1. 112. col. 2  
 Deus magnum beneficium illi contulit in cuius domum ingreditur, to. 1. 113. col. 4  
 Deus animas peccatorum tripliciter sanat, to. 1. 114. col. 1  
 Deus non vult laudari ab habentibus aliud in ore, & aliud in corde, to. 1. 115. col. 4  
 Deus dilectos suos suauiter in cælum ducit, to. 1. 120. col. 4  
 Deus quare ostendit præmium hominibus, ibidem. col. 4  
 Deus cur pastores in reges, & piscatores in principes ecclesiæ elegit, to. 1. 121. col. 1  
 Deus immunditias peccatorum detestatur, to. 1. 121. col. 2  
 Deo proprium est in instanti agere, to. 1. 122. col. 2  
 Deus plura dat quam ab illo petuntur, to. 1. 126. col. 1  
 Deus facile placatur, to. 1. 126. col. 2  
 Deo obediendum est in prosperitate, & in laboribus, to. 1. 128. col. 2  
 Deus ob quid voluerit peccata sanctorum manifestari, to. 1. 129. col. 3  
 Deus sua sola misericordia nos vocat, ibidem. col. 4  
 Deus in quibus præceptis potest dispensare, to. 1. 134. col. 2  
 Deus ex malis sæpe bona elicit, to. 1. 134. col. 2  
 Deus creauit homines in reparationem angelicæ ruine, to. 1. 136. col. 4  
 Deus ad se tribulationibus trahit, & suauitate vocat, to. 1. 139. col. 2  
 Deus sic vtitur misericordia, vt iustitia sua salua maneat, to. 1. 139. col. 4  
 Deo inferuiens in omni sæculo iucunde viuunt, to. 2. 273. col. 1

Deus

I N D E X.

Deus quare alios diuites & alios pauperes effecit, to. 2. 285. col. 2  
 Deus impiis in hoc sæculo bona elargitur, vt bona quæ in illis sunt remuneret, to. 2. 294. col. 2  
 Deus cur statim puniuit Adam non autem Caim, to. 2. 391. col. 2  
 Deus qualiter à nobis nunc absens dicatur, to. 2. 209. col. 3  
 Deus angelos suos mittit quando aliquid magnum operari vult, to. 2. 493. col. 2  
 Deus cognosci non potest à creatura quantum cognoscibilis est, to. 2. 30. col. 2  
 Deum esse quo ad nos non est per se notum, demonstrabile tamen est, to. 2. 216. col. 4  
 Diabolus est in homine vt motor in eo, quod mouet, to. 2. 33. col. 2  
 Diabolus miracula conatur facere, to. 1. 174. col. 3  
 Diabolus quare volucibus cæli assimilatur, to. 1. 197. col. 4  
 Diabolus ab intellectu & voluntate nostra nihil eripere potest, ibidem. col. 4  
 Diabolus circa phantasmata operari potest, ibidem.  
 Diabolus quare à corde hominum verbum Dei tollere dicitur, 198. col. 1.  
 Diabolus per arreptitium loquens in ventre est, to. 1. 207. col. 1  
 Diabolus in nuditate hominis lætatur, ibidem.  
 Diabolus cum lædit nos in temporalibus animam nostram querit, to. 1. 207. col. 4  
 Diabolus quare concessum in porcos intrare, 208. col. 1.  
 Diabolus scire non potest determinate gloriam beatorum, to. 2. 180. col. 2  
 Diabolus Deum naturali quodam amore plusquàm seipsum diligit, to. 2. 272. col. 1  
 Diabolus in deserto ambulare solet, to. 1. 99. col. 1  
 Diabolus non expugnat qui sui sunt, to. 1. 99. col. 4  
 Diabolus virtuti deditos tentat, ibidem.  
 Diabolus nos spontaneos vincit, to. 1. 100. col. 4  
 Diabolus nos tentat quando virtus debilior est, to. 1. 102. col. 2  
 Diaboli mysterium incarnationis non intellexerunt donec euangelium audierunt prædicari ab apostolis, ibidem. col. 3  
 Diabolus suis minima dat, to. 1. 103. col. 2  
 Diabolus arte magica ostendit Christo mundi gloriam, to. 1. 104. col. 2  
 Diabolus minima re nos tentat, ibidem.  
 Diabolus semper auget tentationes, ibid. col. 4.  
 Diabolo consentientes illum adorant, ibid. col. 4  
 Diabolus in omnibus promissis mendax, 105. col. 1.  
 Diabolus homines extollit, vt in infernum deiciat, to. 1. 105. col. 3  
 Diabolus conatur ducere homines ad exteriora, ibidem. col. 4  
 Diabolus viros probos de confidentia tentat, 106. col. 1.  
 Diabolus ab hominibus timorem conatur auferre, ibid.  
 Diabolus scripturas legit vt decipiat, to. 1. 106. col. 2  
 Diabolus virtuti cedit, 107. col. 1  
 Diabolus non recedit vsque in finem, sed ad tempus, ibid.  
 Diabolus aliquando se sinit vinci, to. 1. 107. col. 2  
 Diabolus facile in principio vincit, to. 1. 2. col. 1.  
 Diaboli tentatio legi non subiacet, ibidem. col. 2  
 Diabolus aperit impiorum ora, to. 1. 37. col. 3  
 Diaboli nos odio habent, quia ipsi Deum odiunt, to. 1. 40. col. 2  
 Diabolus ex bono malum elicit, to. 2. 324. col. 2

Diabolus quare nos ita persequatur, to. 2. 76. col. 1.  
 Diabolus diem iudicij differri vult, ibidem.  
 Diabolus dicitur non vult damnationem nostram, to. 2. 76. col. 4  
 Diabolus quare permittatur ingredi humana corpora, 77. col. 2  
 Diabolus diuersum dominum habet in corpus, & in animam, ibidem. col. 2  
 Diabolus intra animam esse non potest, ibidem.  
 Diabolus à corporibus eicere clare demonstrabat Christum verum esse Messiam in lege promissum, to. 2. 85. col. 2  
 Diaboli principem & principatum habent, to. 2. 87. col. 2  
 Diaboli inter se, vt homini noceant consentiunt, ibid.  
 Diabolus inferiorem dæmonem à corpore eicere potest ibidem.  
 Diabolus ante Christi aduentum duplicem in hominibus habebat potestatem, to. 2. 88. col. 2  
 Diabolo post Christi aduentum potestas non est omnino ablata, ibidem.  
 Diaboli potestas non se extendit ad iustos, ibidem.  
 Diabolus spiritus nequam dicitur non natura, sed moribus, to. 2. 90. col. 2  
 Diabolus quiescere non potest, ibidem.  
 Diabolus turbator est nostrarum cogitationum, to. 2. 94. col. 2  
 Diabolus non dicitur proximus noster, to. 2. 44. col. 1  
 Diabolo quando datur locus, to. 2. 91. col. 2  
 Diabolus maximè in nouitatis inuentione studet, to. 1. 113. col. 1  
 Diabolus etiam si vera prædicet non est audiendus, to. 1. 113. col. 2  
 Diaboli non credebant Christum esse Messiam, to. 1. 115. col. 3  
 Diaboli diem iudicij timent, to. 1. 115. col. 4  
 Diabolus paurosi assimilatur, to. 1. 122. col. 3  
 Diabolus ab abstinentibus fugit, to. 1. 133. col. 1  
 Diabolus ab effectu immundus appellatur, to. 1. 140. col. 3  
 Diabolus caput est impiorum, to. 2. 272. col. 1  
 Diabolus diligi non potest, ibidem.  
 Diabolo adherere, & illum sustinere idem est, ibidem.  
 Diabolus suis nullum dat præmium, to. 2. 273. col. 1  
 Diaboli non habuerunt potestatem in animas iustorum ante Christi aduentum sinum Abrahamæ, to. 2. 289. col. 2  
 Diabolus qualiter in Iudam intrauerit, to. 2. 447. col. 1  
 Diabolus quare fulguri comparatur, to. 2. 21. col. 1  
 Diaboli quinque notantur vitia, to. 1. 107. col. 2  
 Dicere Dei est eius facere, to. 1. 23. col. 1  
 Dicta prophetarum de libertate Israel in Christi aduentu spiritualiter sunt intelligenda, to. 1. 109. col. 1  
 Diebus festis quare ab occupationibus cessatur, to. 1. 107. col. 4  
 Dies iudicij dies retributionis dicitur, to. 1. 108. col. 4  
 Dies iudicij dies Christi dicitur, to. 1. 318. col. 1  
 Dies iudicij à nemine sciri potest sine Dei reuelatione, to. 2. 434. col. 1  
 Dies azymorum quis dicatur, to. 2. 448. col. 1  
 Differentia inter diem sabbathorum, & diem sabbathi, to. 1. 107. col. 4  
 Differentia visionis boni & mali angeli, to. 1. 9. col. 3.  
 Differentia veri à falso propheta, to. 2. 82. col. 2  
 Differentia Dei & idolorum, to. 2. 272. col. 2  
 Differentia libelli repudij à dimissionis vxoris nouæ legis, to. 2. 279. col. 1  
 Differentiæ nostræ origo, to. 1. 11. col. 3  
 Differentia ab orationibus, perseverantia nos semouet, to. 2. 69. col. 2

Digitus

Digitus Dei virtus Dei dicitur, to. 1. 88. col. 1  
 Dignitas hominis per peccatum cecidit, tom. 1. 49. col. 4  
 Dilectio inimici maioris meriti est quam amici, to. 1. 153 col. 4  
 Dilectio proximi modum seruare debet, tom. 1. 90. col. 3  
 Dilectio Dei cum naturalis sit quare præcipiatur, tom. 2. 37. col. 1  
 Dilectio Dei prior est ratione, & natura dilectione proximi, to. 2. 333. col. 2  
 Dilectionis Dei multa, to. 2. 36. & deinceps.  
 Dilectionis proximi quam plurima, tom. 2. 40. col. 2. & sequentibus.  
 Dilectio à voluntate oritur, to. 2. 36. col. 1  
 Diligentia iustorum est Deo placere, to. 1. 5. col. 2  
 Diligentia hypocrite quid, ibidem.  
 Diluuium quare omnia animalia terrestria suffocauerit, to. 2. 206. col. 1  
 Discendum prius quam docendum est, tom. 1. 75. col. 4  
 Disceptatio malorum & bonorum in die iudicij in tempore erit, to. 2. 439. col. 2  
 Discipulo quare non sit permittum ire ad sepeliendum patrem, to. 1. 240. col. 2  
 Discipuli cur Christum non intellexerunt cum de sua passione loquebatur, cum turba intellexerit, tom. 2. 351. col. 2  
 Discipuli Christi ministri sermonis, to. 1. 2. col. 4  
 Discipuli minores septuaginta duo fuerunt, to. 2. 3. col. 2  
 Discipuli quare bini mittebantur, to. 2. 4. col. 1  
 Discipuli Christi mundum virtute diuina superarunt, tom. 2. 10. col. 1  
 Discipulis quare præceptum est pacem offerre hospitibus, to. 2. 12. col. 2  
 Discipulis permittum non præceptum est de omnibus comedere, to. 2. 14. col. 2  
 Discipuli existimabant Christum temporaliter regnatum, to. 2. 420. col. 1  
 Discipuli existimantes Christum temporaliter regnatum non peccabant mortaliter, to. 2. 421. col. 1  
 Discipuli quare de primatu contentebant, tom. 2. 456. col. 1  
 Discipuli quare in Christi apparitione turbabantur, to. 2. 513. col. 1  
 Discipuli Christi tribus casibus puluerem excutiebant, to. 2. 16. col. 1  
 Discipuli Christi potestatem habebant calcandi omnia animalia venenosa, to. 2. 22. col. 1  
 Discipuli euntes in Emaus qui fuerint, tom. 2. 497. col. 1  
 Discipuli euntes in Emaus statim post meridiem Christum inuitauerunt, to. 2. 509. col. 1  
 Discipuli Ioannis in ieiunio summam perfectionem ponebant, to. 1. 131. col. 4  
 Discipuli Ioannis se de oratione iactabant, ibidem. col. 4  
 Discipuli Christi non ieiunabant ieiunia supererogationis, to. 1. 2. col. 1  
 Discipuli Christi filij sponsi, id est, Christi sunt, ibi col. 1  
 Discipuli Christi sunt qui habent charitatem, to. 1. 136. col. 2  
 Discipuli Christi in dilectione cognoscuntur, tom. 1. 79. col. 4  
 Discordia res dilabuntur, to. 1. 8. col. 3  
 Disperdere, opus diaboli est, tom. 2. 184. col. 1  
 Distantia quotuplex sit, to. 2. 234. col. 2  
 Distare longius à Deo quid, to. 2. 235. col. 1  
 Diues non est sui dominus, sed omnium seruus, to. 1. 143. col. 1  
 Diues quis dicendus est, to. 2. 133. col. 1. & tom. 1. 33. col. 1  
 Diuitem intrare in regnum caelorum quare impossibile, to. 2. 204. col. 1  
 Diues epulo ob tria damnatus est, to. 2. 280. col. 1  
 Diues epulo quare non nominatur, 281. col. 1  
 Diues auarus ab omnibus vult adorari, ibidem.  
 Diuitis & pauperis differentia, to. 2. 283. col. 2  
 Diues epulo animā Abraham & Lazari diuinitus cognouit, to. 2. 291. col. 1  
 Diues epulo tantum à paupere Lazaro distabat quantum gratia Dei à peccato, ibidem.  
 Diues epulo ob quid à Lazaro potius quam ab aliis auxilium petebat, to. 2. 293. col. 2  
 Diuinitas Christi cum corpore fuit in cruce mortuo, & cum anima ad inferos descendente, tom. 2. 493. col. 1  
 Diuisio cordis est mors animæ, to. 1. 21. col. 1  
 Diuites à pauperibus regnum caelorum emere debent, to. 1. 143. col. 3  
 Diuites difficulter ad Deum accedunt, to. 1. 59. col. 4  
 Diuites in regnum dei intrare possunt difficulter tamen, to. 2. 338. col. 1  
 Diuites sunt in triplici differentia, ibid. col. 1  
 Diuitiæ veræ potius minuendo cupidinē quam coacervando thesauros acquiruntur, to. 1. 142. col. 3  
 Diuitiæ quare spinis comparantur, to. 1. 199. col. 2  
 Diuitiæ magnas secum afferunt curas, to. 2. 128. col. 2  
 Diuitiæ semper comitantur voluptates, tom. 2. 129. col. 2  
 Diuitiarum pericula, to. 2. 104. col. 2  
 Diuitiæ qualiter iniquæ dicantur, to. 2. 264. col. 1  
 Diuitiæ lingua Assyriorum mammona vocatur, ibid.  
 Diuitiæ temporales vanæ sunt, to. 1. 104. col. 2  
 Diuitiæ & saturitas causa vitiorum, tom. 1. 41. col. 3  
 Diuitiæ tripliciter haberi possunt, to. 2. 338. col. 1  
 Diuitias continere sine auxilio Dei nemo potest, to. 2. 341. col. 1  
 Diuitiæ laquei sunt diaboli, to. 2. 340. col. 2  
 Diuitiæ factæ sunt dominæ per obedientiam illis prestatam, to. 2. 272. col. 2  
 Diuitias habere per se benedictio Dei est, & non malum, ibidem.  
 Diuitijs seruire malum est, ibidem.  
 Diuitiarum amatores lepori sunt maxime similes, to. 2. 288. col. 1  
 Doctores scholastici decepti sunt in expositione aliquorum locorum scripturæ, to. 2. 111. col. 1  
 Doctores sine templo qui dicantur, to. 1. 75. col. 3  
 Doctrina prædicatorum bonis operibus sustentari debet, to. 1. 98. col. 2  
 Doctrina Christi per discipulos ab ore in os translata, to. 1. 1. col. 2  
 Docere alios sine studio est Deum tentare, tom. 1. 106. col. 4  
 Docens extra ecclesiam non docet, sed seducit, tom. 1. 118. col. 1  
 Docere dupliciter contingit, to. 1. 141. col. 1  
 Dominium in deo in sua potentia fundatur, tom. 1. 140. col. 1  
 Dominatio in deo respectu creaturarum non est æterna, to. 1. 29. col. 3  
 Dominium orbis quare in Christi natiuitate describitur, to. 1. 43. col. 3  
 Domus iusti à Christo non dicitur perfodienda, sed impij, to. 2. 150. col. 2  
 Domus ædificari quid in scriptura dicatur, tom. 1. 15. col. 3  
 Domus Pilati quantum à Caluario monte distet, tom. 2. 253. col. 3  
 Dona prophetiæ & scientiæ sine charitate esse possunt, tom. 1.

tomo. 1. 23. col. 2  
 Dona gratiarum aliquando dantur peccatoribus, tom. 2. 179. col. 1  
 Dona dei vigilanter sunt seruanda, to. 1. 73. col. 1  
 Dona spiritualia in seipsis deficiunt si per ea nihil fecerimus, to. 2. 374. col. 2  
 Donum dei quare abscondi dicatur, & quod reddendum deo integrum seruetur, to. 2. ibidem.  
 Donorum exercitatio ad bona dupliciter prodest, tom. 2. 376. col. 2  
 Dona spiritualia aliquando occultanda sunt, tom. 1. 12. col. 4  
 Dona dei fratribus communicanda, to. 1. 25. col. 2  
 Dona à deo data, ipsi offerenda sunt, to. 1. 114. col. 4  
 Dona diuiti sibi attribui pessimum genus superbiæ est, to. 2. 20. col. 2  
 Donec in scriptura temporis æternitatem significat, to. 2. 163. col. 1  
 Ducentæ & octoginta fuerunt inter philosophos de beatitudine sententiæ, to. 2. 100. col. 1  
 Duplex bonum operatur qui eleemosynam tribuit, to. 2. 285. col. 2

## E

EA ad quæ nos tenemur manifestanda sunt, tom. 1. 122. col. 4  
 Ebrus cum flagitium perpetrat non peccat, peccat tamen in suo fonte inebrians se, to. 2. 443. col. 1  
 Ebrietas ianua est omnium malorum, ibidem.  
 Ecce magnum quid significat, to. 1. 12. col. 3. & to. 2. 346. col. 1  
 Ecce aliquando idem est quod utique, to. 1. 23. col. 4.  
 Ecclesia iudicauit euangelium opus Dei esse, tom. 1. 1. col. 3  
 Ecclesia potuit iudicare de scriptura, ibidem.  
 Ecclesia nunquam finietur, to. 1. 1. col. 1  
 Ecclesiæ nostræ quare respiciunt orientem, to. 1. 46. col. 4  
 Ecclesia contēnenda non est etiam si improbi in ea sint, to. 1. 92. col. 3  
 Ecclesia sponsa Christi est, to. 1. 132. col. 1  
 Ecclesia quare noluerit ecclesiasticos viros esse vxoratos, to. 1. 218. col. 4  
 Ecclesia dei vinci non potest, to. 1. 224. col. 1  
 Ecclesia humilitate incrementum suscipit, tom. 2. 139. col. 1  
 Ecclesia quare assimilatur grano sinapis, to. 2. 174. col. 1  
 Ecclesia cur etiam vineæ assimilatur, to. 2. 397. col. 2  
 Ecclesia quibus danda sit, 398. col. 1  
 Ecclesia dominica in ramis instabilem conditionem hominum ostendere in officio conatur, tom. 2. 378. col. 1  
 Ecclesia à tempore apostolorum vtitur benedicere signo crucis, to. 2. 273. col. 2  
 Eclipsis in passione Christi facta, miraculosa fuit, & supernaturalis, to. 2. 487. col. 1  
 Eclipsis in Christi passione vniuersalis fuit per totā terram, ibidem  
 Electio facta in terra, facta in caelo correspondet, to. 1. 24. col. 1  
 Electores digniorem debent in prælatum eligere, tom. 1. 136. col. 2  
 Eleemosyna occulte est eroganda, to. 1. 88. col. 4  
 Eleemosyna pauperibus non diuitibus eroganda est, to. 1. 134. col. 3  
 Eleemosynam non dare ex cordis siccitate prouenit, to. 1. 134. col. 3  
 Eleemosyna iustitia vocatur, to. 2. 285. col. 2  
 Eleemosyna pio animo effecta non potest non esse Deo grata, to. 2. 287. col. 1  
 Eleemosyna ex propriis bonis facienda est, to. 2. 139. col. 1  
 Eleemosynæ vtilitas ipsam facientibus, ibidem.  
 Eleemosyna ob Deum solum non facta vilissimi est pretij, to. 2. 142. col. 2  
 Eleemosyna secreto facienda est, 143. col. 1  
 Eleemosyna in statu gratiæ fieri debet, ibidem.  
 Eleemosyna in Deum solum dirigi debet, tom. 2. 198. col. 2  
 Eleemosyna qualiter facienda sit, to. 2. 262. col. 2  
 Eleemosyna alacriter facienda, to. 2. 267. col. 2  
 Eleemosynæ laus, tom. 2. 266. col. 2. & deinceps.  
 Elisabeth triplicem habuit prophetiæ spiritum, tom. 1. 28. col. 4  
 Elisabeth quomodo cognata sit Mariæ, tom. 1. 23. col. 1  
 Eliseus quare in aduentu Naaman non surrexit, tom. 1. 110. col. 4  
 Episcopi proprium munus docere, to. 1. 158. col. 2  
 Episcopi officium est prædicare, to. 1. 216. col. 4.  
 Episcopi immediatam habent potestatem ordinis à Christo, to. 2. 156. col. 2  
 Episcopi potestatem habent quoad iurisdictionem à Papa, ibidem.  
 Episcopi qui per simoniam vel alijs malis artibus episcopatum adepti sunt verè episcopi sunt etiam si non voluntate Dei, ibidem.  
 Episcoporum residentia in suis ecclesijs, to. 1. 8. col. 3. & sequentibus.  
 Epulones ventrem pro Deo honorant, to. 2. 282. col. 1  
 Error perdit opus, to. 2. 108. col. 1  
 Error de prohibitione laudum vocalium Deo exhibendarum damnatur, to. 2. 384. col. 2  
 Errores circa expositionem parabolarum filij prodigi resurrantur, to. 2. 228. col. 1  
 Esaias euangelista dici meretur, to. 1. 82. col. 2  
 Esaias mundum Babylonem appellat, tom. 1. 86. col. 1  
 Essentia diuina vnitur per modum luminis intellectui humano, to. 1. 146. col. 4  
 Essentialia eadem sunt numero in personis diuinis, to. 2. 30. col. 2  
 Esuries omne necessarium ad vitam significat, tom. 1. 143. col. 4  
 Esuries iustitiam gignit, to. 1. 147. col. 3  
 Esurire est exoptare profectum in omni virtute, tom. 1. 144. col. 1  
 Euangelistæ scribunt fundamenta themata & conclusiones, to. 1. 92. col. 4  
 Euangelistæ quare de Ioanne Baptista, quam de virgine Maria scripserunt, to. 1. 94. col. 3  
 Euangelistæ allegantes scripturam solum sensum exprimentur, to. 1. 108. col. 2  
 Euangelistæ cur de virginis Mariæ assumptione nihil disserunt, to. 2. 51. col. 2  
 Euangelistarum concordia in annumeratione dierum transfigurationis, to. 1. 228. col. 2  
 Euangelistarum concordia in hora, qua Christus dominus crucifixus est, to. 2. 486. col. 2  
 Euangelistarum concordia de apparitione angelorum & mulierum ad sepulchrum, to. 2. 394. col. 2  
 Euangelistæ multoties de se loquuntur quam de alijs, to. 1. 239. col. 3  
 Euangelistæ de quibus pharisæis mentionem fecerint, to. 2. 413. col. 1  
 Euangelium scribi debuit, to. 1. 1. col. 2.  
 Euangelium quid, ibidem. col. 2

I N D E X.

**E**uangelia sunt quatuor flumina à paradiso manantia, to. 1. 1. col. 3  
 Euangelij Lucae tria excellentia, ibidem.  
 Euangelium bonum nuncium sonat, to. 1. 1. col. 3  
 Euangelium in omni prouincia praedicatum est, tom. 1. 85. col. 2  
 Euangelium Ioannis inter omnes scripturas eminentissimum est, to. 1. 137. col. 3  
 Euangelium miraculis fuit praedicatum, tom. 2. 100. col. 2  
 Euangelio credere non est evidens argumentum praedestinationis, to. 2. 261. col. 1  
 Euangelium vniuerso orbi praedicatum fuit ante excidium Hierosolymitanum, to. 2. 516. col. 2  
 Euangelium incredulis etiam praedicandum est, tom. 2. 16. col. 2  
 Eucharistiae sacramenti quam plurima, tom. 2. 45. 2. & deinceps.  
 Eucharistiae nomine omne sacramentum intelligitur, to. 2. 64. col. 1  
 Euge interiectio designat affectum commendantis, to. 2. 374. col. 1  
 Exaltatio praemium est humilitatis, to. 2. 342. col. 2  
 Exercitus circumdans Hierusalem ante eius euersionem quare abominatio dicitur, to. 2. 427. col. 1  
 Excommunicatio euangelium audire non interdicit, to. 1. 194. col. 1  
 Expositio germana parabolae de oue inuenta, to. 2. 224. col. 2  
 Expositio germana parabolae filij prodigi, to. 2. 120. & 227. & deinceps.  
 Ezechias cur conuersus est ad parietem, vt oraret, tom. 1. 81. col. 2

F

**F**ama non contemnenda, to. 1. 15. col. 1  
 Fama difficulter integre restituitur, tom. 1. 175. col. 3  
 Fama bonorum non obscuratur, to. 2. 33. col. 2  
 Fama bona stimulus est ad bene agendum, to. 1. 165. col. 4  
 Fama bona homines, in virtute conseruat, tom. 1. 182. col. 1.  
 Familiae maxima est habenda cura, tom. 1. 172. col. 4.  
 Famuli tales sunt quales domini, to. 2. 287. col. 2.  
 Felicitas malorum sine punitione flagellum est, tom. 1. 4. col. 1.  
 Foeminae religiosiores sunt viris, tom. 1. 192. col. 1.  
 Festa celebranda sunt, tom. 1. 192. col. 1. & 237. col. 2.  
 Festa quare stabilita, tom. 1. 192. col. 1.  
 Fides à solo Deo est, tom. 1. 2. col. 4.  
 Fides sola non iustificat, tom. 1. 5. col. 4.  
 Fides radix est iustificationis, ibidem.  
 Fides dispositio est ad perfectas operationes, tom. 1. 29. columna 1.  
 Fides clarissimis testimonijs fulcita est, tom. 1. 38. col. 1.  
 Fides sola non sufficit ad animae salutem, to. 1. 64. col. 1  
 Fides totum bonum est christianorum, ibidem.  
 Fides non denegabitur facienti quod in se est, tom. 1. 85. col. 2  
 Fides ea quae supra rationem humanam sunt credit, to. 1. 118. col. 3  
 Fides leprosi maior fuit fide Centurionis, to. 1. 121. col. 3  
 Fides duplex est, to. 1. 124. col. 4. & to. 2. 302. col. 1  
 Fides in scriptura pro fide viuua sumitur, to. 1. 125. col. 1  
 Fides sola quare non iustificet, ibidem. col. 2  
 Fides initium est beatitudinis, to. 1. 141. col. 2  
 Fides virtus theologica proprie non dicitur donum, to. 2. 302. col. 1

**F**ides quae est virtus in nostra potestate est, tom. 2. 161. col. 2  
 Fides quae est donum non est in nostra potestate, ibidem.  
 Fides vera non disputat, sed rationem misterijs subijcit, ibidem  
 Fides sine charitate esse potest, ibidem. col. 2  
 Fides à fidendo dicitur, tom. 1. 166. col. 2  
 Fides qualiter dicitur saluare peccatores, to. 1. 191. col. 1  
 Fides origo est vitae spiritualis, ibidem.  
 Fidei viua à mortua differentia, tom. 2. 355. col. 2  
 Fidei finis, tom. 2. 188. col. 2  
 Fides Romanae Ecclesiae nunquam deficiet, to. 1. 450. col. 2  
 Fides cum amicis maxime seruanda, to. 1. 176. col. 2  
 Fidelis qualiter ad confessionem fidei teneatur, tom. 2. 119. col. 1  
 Fidelium plures saluantur, quam damnantur, tom. 2. 374. col. 2  
 Filius Dei non tantum egressus est ex cognitione essentiae, tom. 1. 49. col. 3  
 Filius pacis quis dicitur, tom. 2. 13. col. 2  
 Filij negotio Euangelico à parentibus non dependent, tom. 2. 161. col. 2  
 Filius hominis qualiter dicitur nescire diem iudicij, to. 2. 434. col. 1  
 Filia Hierusalem, & filia Sion idem, tom. 1. 383. col. 2  
 Filij saeculi qualiter prudentiores filijs lucis dicantur, to. 2. 293. col. 2  
 Filiatio per adoptionem nihil prodest christiano sine virtutibus, tom. 2. 32. col. 2  
 Fimbria quid, tom. 1. 211. col. 4  
 Fimbriae cur à Iudaeis deportabantur, ibidem,  
 Finis omnibus in rebus Christus est, tom. 2. 174. col. 2  
 Finis operis à Deo magis attenditur, tom. 1. 145. col. 3  
 Finis huius vitae subito venturus est, tom. 2. 307. col. 1  
 Firmitas status voto stabilitur, tom. 1. 21. col. 2  
 Flatus ventorum aliquando humectat, & aliquando exicat, tom. 2. 161. col. 2  
 Fleas qualiter esse dicatur in damnatis, to. 2. 180. col. 1  
 Fletus arma sunt piorum, tom. 2. 333. col. 1  
 Fomes peccati post baptismum manet, tom. 1. 95. col. 2  
 Fomes peccati quale malum sit, tom. 2. 66. col. 1  
 Forma baptismi Ioannis quae fuerit, tom. 1. 81. col. 3  
 Fornicatio simplex contra legem naturalem, & diuinam est, tom. 2. 334. col. 1  
 Forte vbi nulla est dubitatio ponitur in scriptura, tom. 2. 162. col. 2  
 Fractio qua Christus fregit panem in Emaus miraculosa fuit, tom. 2. 506. col. 2  
 Fratres quatuor modis aliqui in scriptura dicuntur, to. 1. 202. col. 1  
 Fructus charitatis, tom. 1. 5. col. 4  
 Fructus praedicationis soli Deo tribuendus est, tom. 1. 120. col. 2.  
 Fructus passionis Christi maximus fuit, to. 2. 351. col. 1  
 Furiosi fugiendi, tom. 1. 112. col. 2  
 Futurorum contingentium non est certa cognitio, to. 2. 449. col. 2

G

**G**abriel Princeps est suae hierachiae, tom. 1. 14. col. 1  
 Gabrielis significatio, tom. 1. 77. col. 2  
 Gaudium in Deo est tanquam in obiecto, & sine, tom. 1. 30. col. 2  
 Gaudium natiuitatis quare magnum dicatur, tom. 1. 50. col. 1  
 Gaudium mundi fallax, ibidem.

Gaudium

I N D E X.

**S**criptura quod obscure dixit statim declarat, tom. 1. 7. col. 4  
 Scriptura quid apparere dicatur, to. 1. 8. col. 4  
 Scriptura in significatione vulgari, vtitur nominibus, to. 1. 33. col. 1  
 Scriptura more humano ad homines loquitur, tom. 1. 34. col. 3  
 Scriptura aliqua esse dicit quia sic à populo existimatur, to. 1. 59. col. 3  
 Scriptura eundem hominem saepe diuersis nominibus nuncupat, to. 1. 97. col. 3  
 Scriptura saepe singulari pro plurali vtitur, tom. 1. 103. col. 2  
 Scriptura arma habet contra veritatis aduersario, tom. 1. 105. col. 2  
 Scriptura in re minus insigni insigniorem intelligere solet, to. 1. 192. col. 4  
 Scriptura quare non permittatur in vernaculo sermone, to. 1. 193. col. 3  
 Scriptura quando ponit notabilem quantitatem alicuius rei non curat de modico quod deficit, aut superfluo, tom. 1. 219. col. 4  
 Scriptura qualiter interpretanda, to. 1. 238. col. 2  
 Scriptura quomodo labores nostros reiiciat, tom. 1. 119. col. 2  
 Scriptura multa dicit iuxta opinionem illius temporis quo gesta referuntur, to. 1. 131. col. 2  
 Scriptura saepe vtitur hyperbole, to. 2. 322. col. 1  
 Scriptura quibus verbis virtutem Dei vindicatum significet, to. 2. 200. col. 1  
 Scriptura saepe loquitur de multitudine sub vna persona, to. 2. 201. col. 1  
 Scriptura qualiter Deo humanos mores imponat, tom. 2. 206. col. 2  
 Scriptura quando dicit miracula facta esse in virtute fidei, fidem viuam intelligit, to. 2. 26. col. 2  
 Scriptura saepe vocat res ex apparentia, tom. 2. 228. col. 1  
 Scriptura per oleum misericordiam significat, tom. 2. 256. col. 2  
 Scriptura quare tristitia laetis solet adiungere, tom. 2. 350. col. 2  
 Scriptura per personam insigniorem minus notam intelligit, to. 2. 36. col. 2  
 Scriptura de infensibilibus loqui solet ac si sensum haberent, to. 2. 386. col. 1  
 Scriptura simplicibus, & verissimis verbis tradita est, to. 2. 424. col. 1  
 Scriptura quare obscura sit, to. 2. 271. col. 3  
 Scriptura quod ad opprobrium pertinet minutatim narrat, quod vero ad gloriam breuiter, tom. 2. 519. col. 2  
 Scriptura aliquando numero certo pro incerto vtitur, to. 2. 93. col. 1  
 Scriptura ad ornari debet sententijs philosophorum, to. 2. 117. col. 1  
 Scriptura potius est adhibenda fides quam mortuis resurgentibus, to. 2. 296. col. 2  
 Sedes phariseorum quot fuerint, to. 2. 413. col. 1  
 Sequitas praemij potissima pars beatitudinem, to. 1. 179. col. 1  
 Sedere in cathedra pestilentiae quid, to. 2. 188. col. 1  
 Sedes pro statu sumitur, to. 1. 119. col. 4  
 Semen in scriptura aliquando pro prole sumitur, to. 1. 59. col. 3  
 Sempiternum non sumitur semper pro perpetuitate, to. 1. 20. col. 3

**S**enarius numerus mysterium habet, to. 1. 13. col. 2  
 Sensus literalis aliquando ille est qui per similitudinem insinuat, to. 1. 91. col. 2  
 Sensus verus scripturae ex antecedentibus, & consequentibus colligitur, to. 2. 11. col. 1  
 Sensus parabolae quis sit, to. 1. 103. col. 1  
 Sensus verus literalis parabolae filij prodigi, tom. 2. 228. col. 1 & deinceps.  
 Sententia aliorum audienda est, to. 1. 75. col. 4  
 Septuaginta duo discipuli quare non dicantur apostoli, to. 2. 3. col. 2  
 Sepulchra prophetarum ornare quid, to. 2. 113. col. 1  
 Sepulchrum Christi an videre tres Mariae, tom. 2. 492. col. 1  
 Sequi Christum perfectionis Christianae est, tom. 2. 341. col. 1  
 Sequi Christum quid, ibidem.  
 Sequentes consilia Dei saepius à demone tentantur, to. 1. 83. col. 3  
 Sermo noster iudicio semper disponendus est, tom. 1. 100. col. 1  
 Sermo imago est cordis, to. 1. 160. col. 3  
 Seruantes verbum Dei in corde quare mater Dei dicantur, to. 2. 202. col. 4  
 Seruus Christi perpetuo durat, to. 1. 20. col. 4  
 Serui tanquam fratres habendi sunt, to. 1. 162. col. 2  
 Serui in scriptura pueri vocantur, to. 1. 165. col. 1  
 Serui Dei Angelis similes sunt, to. 1. 121. col. 1  
 Seruis Dei naturae necessaria non deficient, tom. 2. 10. col. 2  
 Sibyllae donum habuerunt prophetiae, to. 1. 69. col. 1  
 Sicera nomen est genericum, to. 1. 10. col. 3  
 Sycomorus quid, to. 2. 361. col. 2  
 Signum quid, to. 1. 67. col. 3  
 Signa generalia amicitiae inimicis denegari non possunt, tom. 1. 152. col. 1  
 Silentium murus est deuotionis, to. 1. 81. col. 1  
 Siliqua quae dicitur, to. 2. 242. col. 2  
 Simeon animarum consolationem expectabat, tom. 1. 62. col. 1  
 Simeon viso Christo nihil amplius videre optabat, to. 1. 64. col. 4  
 Similitudo amorem generat, tom. 1. 50. col. 4  
 Simon Phariseus non solum peccauit in Deum sed etiam in Magdalenam, to. 1. 188. col. 1  
 Simon & Iudas fratres fuerunt Iacobi minoris, tom. 1. 137. col. 4  
 Simon Cirenenensis qualiter crucem Christi portauerit, to. 2. 481. col. 1  
 Simplex perfectum sonat, to. 2. 108. col. 1  
 Simulatio facti quando licita sit, to. 2. 265. col. 3.  
 Sinus Abrahamae supra locum poena non fuit, to. 2. 289. col. 2  
 Sinus Abrahamae quare sic dicatur, ibidem.  
 Sol & luna quare ante iudicium obscurabuntur, tom. 2. 450. col. 1 & 2.  
 Sol & luna eodem tempore eclipsari non possunt, ibi. col. 2  
 Solis obscuritas ante iudicium ex quo proueniet, 431. col. 1  
 Sollicitudo rerum temporalium quibus modis illicita sit, to. 2. 133. col. 1  
 Sollicitudo rerum temporalium verbum Dei, 134. col. 2  
 Solitudo murus est deuotionis, to. 1. 81. col. 1  
 Solitudo amplectenda est, to. 1. 43. col. 2  
 Solus paralyticus à Christo in euangelio filius vocatus est, tom. 1. 125. col. 2  
 Solutio quaestionis ortae tempore Apostolorum an ad gentes pertineret salus, to. 2. 379. col. 1

Sperare

I N D E X.

Sperate in Deum debemus semper, tom. 1. 80. col. 3.  
 Spes nostra in Christo ponenda est, tom. 2. 325. col. 1.  
 Spes homini necessaria est, to. 2. 244. col. 2.  
 Spiritus Sanctus quare in specie columbæ venerit, to. 1. 95. col. 3.  
 Spiritus Sanctus ob quid in similitudinem venti ignis & linguæ venerit, to. 1. 121. col. 1.  
 Spiritus Sanctus quare linguis igneis in discipulos apparuit, to. 2. 293. col. 2.  
 Spiritus sanctus quibus infundatur & detur, tomo. 1. 10 col. 3.  
 Spiritus sanctus quos impleat, ibidem.  
 Spiritum sanctum dicere à patre tantum procedere exroneum est, to. 2. 272. col. 4.  
 Spiritus prophetiæ triplex, tom. 1. 28. col. 4.  
 Spiritus acumen, est rationis, to. 1. 30. col. 1.  
 Spiritus ubi sine addito inuenitur in bonâ accipitur partem, to. 2. 90. col. 1.  
 Spiritus malus exiens à corpore non potest ire ubi vult ibidem. col. 2.  
 Spiritus malus quando in loca arida esse dicatur, ibidē.  
 Spiritus domini quare continuit Apostolos ne prædicarent in Asia, to. 2. 98. col. 1.  
 Spiritus variè in scriptura sumitur, tom. 1. 238. col. 4.  
 Spiritus quando carnem adorat, to. 2. 284. col. 2.  
 Spiritus mali quatuor conditiones assignantur, tomo. 1. 140. col. 3.  
 Spiritualia temporalibus anteponenda sunt, tom. 1. 12 col. 4. & 73. col. 3.  
 Spiritualia pro temporalibus omittenda non sunt, tom. 1. 240. col. 2.  
 Splendor exterior cum interiori bonus est, tom. 1. 5. columna 3.  
 Splendor cordis melior est dignitate, to. 1. 21. col. 1.  
 Splendidè comedere interdum vitium non est, tomo. 2. 284. col. 2.  
 Spuere in faciem alicuius apud Iudæos abominabile erat, to. 2. 471. col. 2.  
 Stabilitas loci ad animi stabilitatem confert, tomo. 2. 15. col. 3.  
 Stagni Genezaret descriptio, to. 1. 117. col. 3.  
 Status in quo est virtus cum viciis periculosus est, tom. 1. 6. col. 1.  
 Status continentiæ perfectior est statu coniugij, tomo. 1. 13. col. 2.  
 Status firmitatem dicit, to. 1. 21. col. 2.  
 Status secundus peccati peior est primo, tom. 2. 96. col. 2.  
 Status humilitatis præstantior est quam dignitatis, to. 2. 196. col. 1.  
 Status viuientium qualiter peior sit statu eorum qui in inferno torquentur, to. 2. 221. col. 1.  
 Stare in peccatis quis dicatur, to. 1. 49. col. 3.  
 Stare ad vitam pertinet bene operantis, tom. 1. 134. col. 4.  
 Stare rectè agere significat, to. 1. ibidem.  
 Stidor dentium in damnatis ex qua causa procedat, to. 2. 180. col. 1.  
 Stupidi animi in scriptura dicuntur, tom. 1. 85. col. 3.  
 Subditus præceptorum non est futurus disputator, to. 2. 312. col. 1.  
 Subditus malus prælatus bonus esse non potest, tom. 2. 304. col. 2.  
 Sugilaris quis dicatur, to. 2. 327. col. 1.  
 Summus facidos perpetuus erat to. 1. 80. col. 1.  
 Superbia principium fuit nostræ miseriæ, to. 1. 59. col. 2.  
 Superbia origo est discordiæ, to. 2. 86. col. 2.  
 Superbia occultari non potest, to. 2. 326. col. 1.

Superbia societatem fugit, to. 2. 327. col. 1.  
 Superbia causa est accusationis peccati, to. 2. 202. col. 2.  
 Superbia hominem facit hæreticum, to. 2. 21. col. 2.  
 Superbus in sensu composito saluari non potest, tom. 1. 159. col. 3.  
 Superbus extra se est, to. 2. 203. col. 1.  
 Superborum triplex genus, to. 2. 326. col. 1.  
 Suscipere quid, to. 1. 34. col. 1.  
 Suspicio inanis gloriæ fugienda, to. 1. 116. col. 3.

T

**T**Abernaculi à diuersorio differentia to. 2. 264. col. 2.  
 Tabor montis descriptio, to. 1. 218. col. 4.  
 Teloneum quid, to. 1. 120. col. 3.  
 Temerarij in periculis Deum tentant, tomo. 1. 106. col. 4.  
 Temperantia medicamen est corporis & animæ, tom. 1. 147. col. 4.  
 Templum domus orationis est, to. 2. 325. col. 1.  
 Templum sine doctoribus quid dicatur, tom. 1. 75. col. 3.  
 Templum dupliciter sumitur, to. 2. 114. col. 2.  
 Templum Dei à Iudæis dicatum quare Deus voluerit penitus deuariari, to. 2. 419. col. 1.  
 Templi Salomonis descriptio, to. 1. 114. col. 1.  
 Tempus vitæ ad quid datum, to. 1. 42. col. 1.  
 Tempus dolum tetigit, to. 2. 420. col. 2.  
 Tempus natiuitatis Christi tempus est lætitiæ, tomo. 1. 52. col. 2.  
 Tempore iudicij boni & mali separabuntur, tom. 2. 521. col. 1.  
 Tempore aduentus Christi pax in mundo erat, tomo. 1. 44. col. 4.  
 Temporalia fugienda, to. 1. 20. col. 2.  
 Temporalia in ecclesia Dei tractanda non sunt, tomo. 1. 63. col. 1.  
 Temporalia in oratione non sunt petenda tanquã principalia, to. 2. 61. col. 2.  
 Temporalia non vt nostra petenda sunt, tomo. 2. 138. col. 1.  
 Temporalia male adquisita diu conseruari nequeunt, to. 2. 402. col. 2.  
 Tentatio Christi externa fuit, to. 1. 99. col. 3.  
 Tentatio ab omnibus timenda est, to. 100. col. 1.  
 Tentatio in rebus prosperis maxime timenda, tom. 1. 100. col. 2.  
 Tentatio utilis est, ibidem. col. 2.  
 Tentatio à Deo permittitur, ibidem. col. 4.  
 Tentatio bona est, to. 1. 101. col. 2.  
 Tentatio malis nihil intulit mali, ibidem.  
 Tentatio secunda diaboli ad Christum replica est responsionis primæ, to. 1. 104. col. 1.  
 Tentatio duplex bonum affert, to. 2. 65. col. 2.  
 Tentatio Petri secunda à muliere simul cum homine facta fuit, to. 2. 469. col. 2.  
 Tentationes discipulorum tentationes Christi dicuntur to. 2. 458. col. 1.  
 Tentationibus sine charitate resisti non potest, tomo. 1. 161. col. 3.  
 Tentare demonis officium est, to. 2. 33. col. 2.  
 Tentari vel non tentari non est in nostra voluntate, to. 1. 99. col. 3.  
 Tentari bonum est, to. 2. 65. col. 2.  
 Tepiditas in oratione ab eius perseverantia semouet, to. 2. 69. col. 2.  
 Tepidus quare frigido peior dicatur, to. 1. 327. col. 2.  
 Terra promissionis pars est Syriæ, to. 1. 45. col. 4.

Terrena

I N D E X.

Terrena despicienda sunt, to. 2. 337. col. 2.  
 Terrena animam nostram non complent, tomo. 1. 144. col. 1.  
 Testamentum vetus sanctum dicitur, tomo. 1. 40. col. 4.  
 Testamentum nouum sanctum dicitur, ibidem.  
 Testamentum vetus ad nostræ fidei firmitatem necessarium est, to. 2. 257. col. 2.  
 Testis optimus quis dicatur, tom. 1. 3. col. 3.  
 Tetrarcha quarta pars est regni, to. 1. 79. col. 2.  
 Thesaurus celestis à mundi thesauro differt, tom. 2. 142. col. 1.  
 Thesaurus cordis intentio cogitationis est, tomo. 1. 160. col. 1.  
 Thesaurizare quid, to. 2. 142. col. 1.  
 Thesaurizandi genera, ibidem.  
 Thesaurizare quomodo prohibeatur, ibidem.  
 Tigris fluuius vnde dicatur, to. 2. 129. col. 2.  
 Timens peccata mortem non timet, to. 2. 123. col. 1.  
 Timens Deum ab alijs timoribus liber est, to. 1. 18. col. 4. & to. 2. 121. col. 2.  
 Timor Dei iustitiam conseruat, to. 1. 61. col. 3.  
 Timor poenæ bonus & salutaris est, to. 1. 87. col. 3.  
 Timor poenæ à malo præseruat, to. 1. 106. col. 1.  
 Timor Dei vsu peccandi dimittitur, to. 2. 91. col. 1.  
 Timor humanus quandoque peccatum mortale est, to. 2. 118. col. 2.  
 Timoris species, ibidem. 118. col. 2.  
 Tollere crucem quid, to. 1. 226. col. 4.  
 Tormenta in hac vita amicis Dei parata sunt, to. 2. 118. col. 2.  
 Tormenta quomodo in inferno non consumant damnatos, to. 2. 440. col. 2.  
 Tractatio verborum diuorum magnificanda est, to. 1. 115. col. 2.  
 Tradere quid, to. 2. 447. col. 1.  
 Traditiones ecclesiasticas negare hæreticum est, tom. 2. 19. col. 2.  
 Transfigurari quid, to. 1. 229. col. 4.  
 Transfiguratio Christi nocte facta fuit, tomo. 1. 228. columna 4.  
 Transfiguratio quare non fuit visa ab omnibus apostolis, to. 1. 227. col. 4.  
 Transfigurationem quare reuelare prohibitum sit vsq; ad resurrectionem, to. 1. 235. col. 4.  
 Tribulatio verum amicum ostendit, to. 1. 67. col. 1.  
 Tribulatio quæ à proprijs infertur maxima est, tomo. 1. 111. col. 2.  
 Tribulatio patienter toleranda est, to. 1. 200. col. 3.  
 Tribulatio post Christi aduentum dulcis facta fuit, to. 2. 215. col. 1.  
 Tribulatio Iudæorum in euerfione Hierusalem maior fuit quam illa quæ sub Antichristo erit, tomo. 2. 429. col. 1.  
 Tribulatio, in qua Christus ab angelo confortatus est alia fuit ab ea quam passus est in deserto, tom. 2. 464. col. 1.  
 Tributa quare redduntur, to. 1. 89. col. 2.  
 Tributum à Iudæis Cæsari debitum quale fuerit, tom. 2. 409. col. 1.  
 Trinitas diuina in conuersione peccatorum gaudet, to. 2. 226. col. 2.  
 Tristari excessiue super mortuos nõ licet, to. 1. 169. col. 2.  
 Tristes omnes existimant suæ tristitiæ gnaros esse, tom. 2. 499. col. 1.  
 Triumphus Christi in asello maior omnibus fuit, to. 2. 382. col. 1. & deinceps.

Tunica vna in scriptura necessarium alimentum significat duæ autem superfluum, to. 1. 216. col. 4.  
 Turba fugienda, to. 1. 124. col. 2.  
 Turba quare in montem ascendere non poterat, tom. 1. 139. col. 3.  
 Turba quare tam honorifice Christum in die palmarum recepit, to. 1. 220. col. 1.  
 Turba laudans Deum in die palmarum non omnia laudes intelligebat, ibid. col. 3.  
 Turpe vtile esse non potest, to. 2. 402. col. 2.  
 Tyrus & Sidon ciuitates erant in Syria, tomo. 2. 17. col. 2.

V

**V**Anagloria fugienda est, tomo. 1. 63. col. 3. & 122. col. 2.  
 Vanagloria virtutibus est similis, to. 2. 328. col. 2.  
 Vanagloria omnia bona tollit, ibidem.  
 Vbi amor ibi Deus, to. 1. 37. col. 2.  
 Væ, comminatio est aterna, to. 1. 147. col. 1. & tom. 2. 112. col. 1.  
 Velle, vt delicta puniantur sanctum est, tomo. 1. 153. col. 1.  
 Velum templi scissum fuit in passione Christi, non autem vellum sancta sanctorum, to. 2. 487. col. 1.  
 Venia peccatorum in hoc sæculo petenda est, tom. 2. 294. col. 1.  
 Venter principium est peccati, tomo. 1. 99. col. 1.  
 Verbum, fuit, mutabilitatem ostendit, to. 1. 4. col. 2.  
 Verbum in scriptura sæpe pro facto sumitur, tomo. 1. 53. col. 4.  
 Verbum domini à solitarijs auditur, to. 1. 80. col. 4.  
 Verbum in scriptura aliquando pro re sumitur, tomo. 1. 103. col. 3.  
 Verbum aliquando pro re significata per illud sumitur, to. 1. 113. col. 2.  
 Verbum Dei diligenter quærendum, tomo. 1. 116. col. 4.  
 Verbum Dei peccatorem iustificat & iustum sustinet, to. 1. 117. col. 2.  
 Verbum Dei delectabiliter audire signum est prædestinationis, to. 1. 139. col. 3. & 194. col. 2.  
 Verbum Dei audire ad beatitudinem non est satis, to. 2. 101. col. 2.  
 Verbum, amen, quare in omnibus linguis immutatam remanserit, to. 1. 165. col. 4.  
 Verbum Dei semper opportune prædicatur, tom. 1. 194. col. 3.  
 Verbum Dei magis nobis prodest eucharistia, ibidem: col. 2.  
 Verbum Dei quare vita dicatur, ibidem.  
 Verbum Dei quare verbum crucis appelletur, tomo. 1. 200. col. 4.  
 Verbum Dei propter bonum temporale relinquendum non est, to. 1. 202. col. 3.  
 Verbum Dei sine personatum acceptione prædicandū, to. 2. 187. col. 1.  
 Verba domini per seruos contemnenda non sunt, to. 1. 12. col. 2.  
 Verba sancta cor inflammant, to. 1. 70. col. 3.  
 Verba inutilia charitatem extinguunt, ibidem.  
 Verba Christi spirituales habebant virtutem, tomo. 1. 113. col. 1.  
 Verba Christi gratiam hominibus tribuebant, to. 1. 139. col. 2.  
 Verba Christi instrumenta erant diuinitatis, ibidem.  
 Verba aliquando suppleta sunt in scriptura, to. 2. 390. col. 1.

Vere

I N D E X.

Vere poenitentes corde contriti sunt, tomo. 1. 108. col. 3  
 Veritas propter scandalum minime dimittenda, tomo. 2. 299. col. 2  
 Veritas à quocunque dicatur est magnificanda, tomo. 2. 189. col. 3  
 Veritas quando abscondenda, to. 2. 396. col. 1  
 Veritas in scriptura varia significat, to. 2. 408. col. 2  
 Veritas nullo temporali periculo deferenda, tomo. 2. 474. col. 1  
 Vestimenta Christi in transfiguratione quare niui assimilentur, to. 1. 230. col. 4  
 Vestis deaurata quare hominibus pulchrior lilio videatur, to. 2. 135. col. 2  
 Vestium superflua abundantia mala est, tomo. 1. 17. col. 4  
 Vesper quibus modis sumatur, to. 2. 265. col. 3  
 Via ad dominum per poenitentiam paratur, tomo. 1. 83. col. 2  
 Via ad dominum virtus est, ibidem. col. 3  
 Via recta quae dicitur, ibidem. col. 4  
 Via caeli delectabilior est omnibus diuitiis mundi, tomo. 1. 84. col. 4  
 Victoria est à malis fugere, to. 1. 112. col. 2  
 Videre mortem quid, to. 1. 62. col. 4  
 Videre Christi in scriptura quid, to. 1. 129. col. 1  
 Videntes Christum in hac vita damnari poterant, tomo. 2. 33. col. 1  
 Vidua quasi monialis est, to. 1. 69. col. 2  
 Viduae status bonus est, to. 1. 69. col. 2  
 Vindicta de iniuriis soli Deo reservatur, to. 1. 52. col. 3 & 157. col. 3  
 Vinum mentem ad caelestia volare impedit, tomo. 1. 10. col. 3  
 Vir robur denotat, to. 1. 14. col. 3  
 Viri boni & mali discrimen, to. 1. 21. col. 3  
 Virtus perfectorum gemina, to. 1. 4. col. 1  
 Virtus principio aspera est, to. 1. 18. col. 3  
 Virtus à pueritia est amplectenda, to. 1. 58. col. 1  
 Virtus bonorum in tentatione cognoscitur, tomo. 1. 101. col. 1  
 Virtus spiritus operatiua est signorum, tomo. 1. 107. col. 2  
 Virtus faciendi miracula non est fixè in sanctis, tomo. 1. 115. col. 3  
 Virtus futura abscondita, to. 1. 122. col. 3  
 Virtus humanae naturae est consentanea, to. 2. 274. col. 1  
 Virtus vera ab animo incipit, to. 1. 116. col. 2  
 Virtus falsa externa tantum quaerit, ibidem.  
 Virtus laudibus est honoranda, to. 1. 177. col. 1  
 Virtus perfecta studium vltionis non habet, tomo. 1. 238. col. 4  
 Virtutes narrandae sunt, to. 1. 176. col. 1  
 Virtutis finis considerandus est, to. 1. 18. col. 4  
 Vis charitatis, to. 1. 1. col. 4  
 Vis virtutis ab omnibus laudari est, to. 1. 9. col. 4  
 Visio beatifica nos formaliter bonos reddit, tomo. 2. 62. col. 1  
 Visio beatifica summum bonum nostrum est, ibidem.  
 Visio discipulorum qualiter beata dicatur, tomo. 2. 31. col. 1  
 Visus Dei homines humiles reddit, tomo. 1. 120. col. 1  
 Visus amantis cor amati in se transfert in seipsum, to. 1. 12. col. 1  
 Vita & intentus eadem via ingrediuntur, tomo. 1. 13. col. 3 & 167. col. 2  
 Vita contemplatiua non est semper excellētiore actiua, to. 1. 25. col. 2  
 Vita Christi nostram metietur, to. 1. 55. col. 1  
 Vita nostra contraria vitae Christi, to. 1. 56. col. 4  
 Vita sapientis meditatio est mortis, tomo. 1. 63. col. 1  
 Vita Christi disciplina est morum, tomo. 1. 67. col. 4  
 Vita pro Dei gloria parui facienda, tomo. 1. 72. col. 2  
 Vita praedicatoris qualis futura, tomo. 1. 83. col. 3  
 Vita nostra locus est tentationis, to. 1. 100. col. 2  
 Vita hominis christiani militia est sine pacto, ibidem.  
 Vita nostra ex diuino beneplacito constat, to. 1. 103. col. 3  
 Vita spiritualis à ieiunio incipienda, tomo. 1. 101. col. 3  
 Vita aeterna ab hominibus naturaliter desideratur, to. 2. 34. col. 1  
 Vita aeterna sine bonis operibus assequi non potest, ibidem. col. 2  
 Vita actiua & contemplatiua necessariae sunt in ecclesia, to. 2. 56. col. 2  
 Vita actiua impediri potest non tamen contemplatiua, 57. col. 1  
 Vita actiua aliquando magis meritoria est contemplatiua, ibidem.  
 Vita actiua & contemplatiua sese inuicem adiuuant, ibidem. col. 2  
 Vita & vera vita non separantur, to. 2. 120. col. 1  
 Vita pauperis potior est vita diuitis, tomo. 1. 143. col. 4  
 Vita quare odienda, to. 1. 146. col. 2  
 Vita nostra quare via dicatur, to. 2. 162. col. 2  
 Vita sine morte sustineri non potest, tomo. 2. 166. col. 2  
 Vita aeterna quare merces iustorum appelletur, tomo. 2. 363. col. 2  
 Vitia abiicienda sunt, tomo. 1. 6. col. 2  
 Vitia principio leuia sunt, tomo. 1. 9. columna 3. & 18. col. 3  
 Vitia sua natura homines attrahunt, tomo. 1. 18. col. 4  
 Vitia narrantes authorem non debemus nominare, to. 1. 149. col. 4  
 Vitulus in parabola filij prodigi quid significet, tomo. 2. 229. col. 2  
 Vitulum occidere apud Iudaeos solennissimū erat, ibidem. col. 2  
 Vnusquisque est causa suae punitionis, tomo. 1. 34. columna 1.  
 Vnusquisque in suo statu potest saluari, tomo. 1. 141. col. 4  
 Vnguentum Magdalenaē quale fuit, to. 1. 183. col. 1  
 Voces praedicatorum voces Dei sunt, tomo. 1. 83. col. 1  
 Voluntas Dei nostrae est anteponenda, tomo. 1. 36. col. 3  
 Voluntas radix est boni & mali, to. 1. 53. col. 2  
 Voluntas necessaria est ad iustificationem, tomo. 1. 83. col. 2  
 Voluntas diuina regula est nostrarum operationum, to. 1. 98. col. 4  
 Voluntas Dei eius potestas est, tomo. 1. 122. col. 2  
 Voluntas libera compelli non potest, to. 1. 225. col. 4  
 Voluntas media est inter rationem & appetitum, tomo. 1. 238. col. 4  
 Voluntas Dei causam non habet, to. 2. 28. col. 2  
 Voluntati beneplaciti Dei resisti non potest bene tamen signi, to. 2. 33. col. 1  
 Voluntatis vis, to. 2. 369. col. 2  
 Voluptates artes sunt daemonis, to. 1. 144. col. 2  
 Vox patris aeterni quare in baptismo, & transfiguratione facta fuit, tomo. 1. 96. col. 1  
 Vox Christi mortuos suscitabat, to. 1. 170. col. 4  
 Vox Christi vltima in cruce naturalis non fuit, tomo. 2. 487. col. 2  
 Vsurarius quando licita fuerit, to. 1. 154. col. 2  
 Vsurarius ex natura sua mala est, ibidem.

Vsurarius

I N D E X.

Vsurarius tempus vendit, ibidem. col. 2  
 Vultus lancee Christo factum quare crudele dicatur, tomo. 1. 150. col. 3

Z

Zacharias non fuit summus sacerdos, tomo. 1. 8. col. 1  
 Zacharias incensum posuit ad sacrificium, ibidem. col. 1  
 Zacharias forte exiit sacerdos, ibidem.

Zacharias quare timuit, tomo. 1. 9. col. 2  
 Zachariae oratio quae, ibidem. col. 3  
 Zacharias in fide haesitauit, to. 1. 11. col. 2  
 Zacharias venialiter peccauit, to. 1. 11. col. 4  
 Zachaeus quare ab euangelista nominatur, tomo. 2. 359. col. 2  
 Zachaeus Christum interrogationibus inuitauit, tomo. 2. 364.  
 Zachaeus qualiter filius Abrahae dicatur, tomo. 2. 363. col. 2

F I N I S T A B V L A E.





# BEATI LUCÆ EVANGELISTÆ, IN EVANGELIUM SVVM, P R A E F A T I O.

**Q**UONIAM quidem multi conati sunt ordinare narrationem, qua in nobis completa sunt, rerum, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis: visum est & mihi assequuto omnia, à principio diligenter & ordinatè tibi scribere optime Theophile: vt agnoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.

## AUTHORIS ENARRATIO.



A est admirabilis Dei bonitas & clementia, vt non solum dignatus fuerit in hunc mundum descendere ad inuisendum hominem, quem à misera dæmonis, & mortis tyrânidè eripuit: verum eiusdem hominis intellectum diuinis sui luminis radiis illustrare, & ab eo omnes ignorantiae tenebras repellere, altissimo decreuit consilio: vt vel sic vnusquisque facillimo negotio veritatis doctrinam posset apprehendere, & sanctis institutis seipsum componere, vt tandem felicem illum beatorum statum (quem signato lumine nouimus ipsi homini conditum) non sine magno scenore gloriosus sibi obtineat. Nam non solum propter crimen primi nostri parentis voluntas hominis violata & ex praua natura male affecta extitit: verum etiam ipsius intellectus acumen ea cæcitatibus pœna obrutum & hebetatum mansit, vt in rebus cognoscendis nihil aliud calleat, quam oculi noctuæ ad lumen solis. Quamobrem si ignorat homo quæ sunt cognitu facillima & per ea reperit quæ natura sua manifestissima sunt: nõne in diuini numinis altissima contemplatione, quando humanum caput prorsus superat, ignoranter errabit? Quapropter vnigenitus Dei filius homini cæco & perditum non solum redemptor, verum & doctor suavissimus venit: qui suo precioso sanguine nos redemit, sua nos pauit doctrina, & ignorantiam nostram expulit, vitam sua morte tribuit, & in libertatem asseruit, & tandem moriens cælum aperuit, docens quo pacto illud simus consequuturi. At quid rogo nobis conduceret cælum nobis manifestum esse, nisi cognosceremus simul quid nobis faciendum esset vt ad id conscendere mus? Idcirco cum in omnibus operibus suis Deus absolutissimus sit & perfectus, cum nos redemit, simul etiã nostræ salutis remediũ præstitit: quod & ipse per Osèã prophetam multis retro temporibus iam prædixerat. Tempus autem requirendi dominum cum venerit qui docebit vos iustitiam Hanc sacram Euangelicam doctrinam diuinus concionator, qui simul & magister venit, per vniuersum Iudææ regnũ, & per Galilææ prouinciam prædicauit: quam cælestè

doctrinam sanctissima & purissima vita confirmavit, nec non clarissimis miraculis illustrè reddidit. Vnde necessum erat vt post Christi sermones ad homines habitos, postque eius Ascensionem in cælum, essent scriptores & Euangelistæ, qui vniuersam Christi antea vitam describerent, ipsiusque præclara gesta. Et quanquam Christi doctrina per suos discipulos & Apostolos fuit ab ore in os translata: nihilominus operæ pretium erat libros Euangeliorum scribere, tam ad fidem liberã & incolumem seruandam, quam ad statum noui testamenti, & sanctam morum institutionem. Namque articuli fidei non per se simul colliguntur, sed ex aliquibus longis narrationibus habetur, quas Euangelistæ audierunt, & viderunt, & postea tanquam ministri sermonis sacris litterarum monumentis consecrarunt. Neque aliter impios hæreticos perfrictæ frontis poteramus conuincere, nisi sacros haberemus codices, ex quibus clara veritas nobis elucesceret, quibusque paganorum & hæreticorum imperius valeremus reprimere: Quod si scire cupias, quid Euangelium sacrum sit, id tibi esse intelligas, munitissimam armorum aulam, quam nobis reliquit Dominus ad sui nominis defensionem. Præterea quia non solum erat nobis necessaria fides ad vitam æternam consequendam, sed etiam recta opera: idcirco legem nobis dedit quæ actiones nostras dirigeret, & gubernaret, & hæc in sacro continetur Euangelio. Multi autem in ipsa primitiua ecclesia pseudo prophetæ surrexerunt, qui scriperunt Euangelia vt Basilidas, & Apelles. Itemque & alij falso titulo Euangelium à Bartholomæo & Mathia scriptum suum esse dicebant. Fuit etiã & aliud Euangelium Nazaræorum, & quod vocant Euangelium secundum Aegyptios, & Euangelium secundum duodecim. At Ecclesia sancta Dei diuino illustrata spiritu, hæc omnia Euangelia tanquam apocrypha reiecit, & sacratissima quatuor Euangelistarum volumina Mathæi scilicet, Marci, Lucæ, & Ioannis suscipit, non quod auctoritatem habeant ab Ecclesia (quamuis non sine Ecclesia) quæ sic iudicauit. Quod quidem appositisimo simili tibi ostendam. Gemma ab his reperta qui gem-

Osè. 10.

Matth. 4.



qui gemmarum pretium ignorant, licet suum valorem habeat ex natura sua, attamen eis qui inueniunt nullius est pretij, donec peritorum iudiciū in hac re accedat. Adducam etiam & aliud ex sacra pagina exemplū non minus elegans. Nam cū duæ illæ meretrices ad regem Salomonē accesserunt de puero contendentes, utrius esset filius, cum prudentissimus rex puerū dedit ei, quæ verè mater erat, non id effecit, vt puer propriæ matris esset filius: at decreto iudiciali declarauit, vt deinceps filius illius mulieris reputaretur, & quod de illa renunquā amplius contēderetur. Sic sancta Ecclesia iudicat & definit de scriptura, & hanc habet auctoritatē quia prior est Ecclesia quam scriptura: quæ quidē excipiens doctrinā Christi, suis auctoribus, necnon Apostolorū suorum, vidensque tanta tantūque diuina miracula quibus cælitus comprobata fuit, rectè potuit iudicare de traditionibus scripturarum quæ postea fiebant an conformes essent ei doctrinæ quæ ab Apostolis acceperat. Nā si tu audisses Christi doctrinā, eiusque adfuisse miraculis: nonne postea iudicare posses de scripturæ ubi hæc reconderetur vera esset, necne? Potuit ergo primitiua Ecclesia hæc ob causam de scriptura iudicare, dicente domino. Et vos testimonium perhibebitis quia ab initio mecum estis. Vnde Ioannes nō immerito inquit. Quod audiuius, quod vidimus oculis nostris, annunciamus, &c. Et Beatus Lucas in hac præfatione. Sicut tradiderunt (inquit) nobis qui viderunt. Ita sane Ecclesia catholica quatuor hæc Euāgelia gemmas pretiosissimas iudicauit, & definiuit: alia autē nihili faciendā duxit. Sæcra hæc quatuor Euāgelia quatuor sunt illi vastissimi fluminis in terreno paradiso promanantes: hoc est, ex sacratissimo pectore Christi redemptoris nostri, quæ vniuersam catholicā Ecclesiā lauacro regenerationis inuadunt, & aliis radicibus progagant. Hæc sunt quatuor illa sancta animalia quæ ubi erat imperus spiritus gradiebantur: quique repleti spiritu sancto, eodemque dictante tanquā illius viuæ organa plena fide & veritate sacrosancta Euāgelia conscripserunt. Porro quātā excellētia sit & dignitatis hoc Euāgelium Lucæ inter reliqua alia non ita facile est dictū. Verū omnia præteribo, tria tantū cōmemorās, quibus beatissimus Lucas reliquos Euāgelistas antecellit. Primū a deo elegātī procedit sermone vt dicat sacer Hieronymus, quod redoleat quandā secularem eloquentiam. Neque id mirū cū fuerit philosophus & medicus, & Græci sermonis nō ignarus. Deinde beatus Lucas cæcellarius fuit virginis matris necnō secretarius eiusdē & Christi redēptoris nostri. Solus hic scripsit angelī Gabrielis salutationē, colloquiū virginis cū angelo, visitationem Mariæ ad Elisabeth, canticum Magnificat, Benedictus dominus, Nunc dimittis, conceptū Saluatoris, eius natiuitatē, circūcisionē, virginis purificationē, laudes Annæ & Simeonis, & quidquid ad infantiam & pueritiā Christi pertinet: quæ omnia à virgine Dei genitrice audiuit, cui familiaris semper extitit. Præterea sanctus hic Euāgelista dulcior & suauior est, dum Christi misericordiā & pietatē magnificat & commēdat. Hic est qui maioribus criminibus grauatus & afflictos dulci cōsolatur eloquio. Hic vires ipsis peccatoribus addit, ne de pietate et misericordia diuina desperet, eamque copiose sermone pertractat. Solus

hic scribit Magdalenæ & Zachæi conuersione, vbi maxima pars illius diuinæ bonitatis relucet. Solus enarrat quomodo publicani & peccatores appropinquabāt vt audirent Iesum, vbi parabolā centum ouium & drachmæ apponit. Solus parabolam illam filij Prodigij amoris dulcedine & suauitate plenam scribit: ita graphice & artificiose, vt dura hominum obstinatorum corda, ea audita, tanquam cera liquefiant, & in diuini luminis dilectionem rapiantur & eleuentur. Solus hic scripsit, quomodo Christus in cruce pendens, non oblitus suorū crucifixorū pro illis ad patrē orauit. Denique solus hic meminit quomodo Christus latroni in cruce dixit. Hodie mecū eris in paradiso: & eandem scribit quomodo Christus misericordia motus, dixit viduæ, noli flere. Et turbis, estote misericordes sicut pater vester misericors est, & damnationē & poenā illius diuitis qui pauperis Lazari nō est miserus. Quapropter ego nō potui hoc Euāgelium præ cæteris omnibus summo nō prosequi amore: quod etiā omnes peccatores facere tenentur, quādo quidem portæ cæli & diuinæ misericordiæ clariū in eo, quam in aliis nobis patent. Vnde vt aliquid persoluā huic sacro Euāgelistæ pro mea in illum deuotione (etsi nostrarum virium imbecillitatē multum sit impar) operæpretium duxi illum interpretari, dum diuinum numen calamum simul & mentē direxerit. Sed interim id nobis summis precibus est orandū, vt veniens agnus de tribu Iuda signatū librum dignetur aperire: vt intelligamus, quid ipse per secretariū suum Lucam nobis voluerit cōmendare, & vt possimus legis intelligentiam spiritualem percipere, cum eo qui dixit. Reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua. Accedamus igitur pro ingenij nostri tenuitate ad textus explicationem.

**Q**UONIAM quidem multi conati sunt ordinare narrationem. Solus beatus Lucas inter cæteros Euāgelistas suo Euāgelio præfationē præmittit: quia specialiter ad vnum hominem illud dirigebar. Alij autem Euāgelistæ sine vlla speciali ratione scripserunt. Vbi statim animaduertendum sese offert quātā sit charitatis vis atque potētia. Etenim beatus Lucas non recusat vnus hominis gratia tantū oneris & laboris sibi assumere: vt vel sic eum in accepta fide cōfirmaret, cui etiā acta Apostolorum cōsecrat. Ad eundem modum Christus propter vnam Samaritanam defatigatus ex itinere prædicauit, & post resurrectionem propter vnum Thomam incredulū apparuit. Multi (inquit) conati sunt ordinare narrationem. Non Marthæus, non Marcus, sed Basilius, Apelles, & alij. Ili cœperunt, sed non perfecerunt: cum diuina gratia illis abesset. Mali propria virtute sua opera incipiunt: vnde euenit, vt frustra & sine fructu laborent. Quod diuinus vates Hieremias prædicit. Vt inique agerent laborauerunt. Sic etiam & alij sub Pauli nomine epistolas scripserunt, vt ipse fatetur. Quod quidem de se nimis præsumentes sunt aggressi, vt hoc modo suas hæreses suaderēt, quo fecerunt, vt laborem tantum, non fructum colligerent. Non sic laborauit beatus Euāgelista: sed diuino spiritu sermonis vbertatem ministrante dictorū simul & factorum, feliciter capta cōpleuit. Admonet iste locus vt quidquid vclimus inceptere, sub Christi nomine id

ne id incipiamus non nostro freti auxilio, sed diuino lumine præuio, quod omnes cæcitatibus tenebris & errorum præcipitia potēs est auertere. Hinc est quod dicat Apostolus. Omnia in gloriam Dei facite. Illi namque qui nomē suum gloriosum in terra esse voluerunt, quique cœperunt turrim Babel in Senaar ædificare: quia in nomine Domini non cœperunt, penitus confusi sunt. Certè mihi crede, quod lucebunt opera tua, & optatum finem assequetur, si sub nomine Christi inuicem feceris. Vbi diligenter animaduerte quam cito Angelus Satanæ in Ecclesiam Dei falsam doctrinam voluit inferere, & pecciferū venenum diffundere. Ea etenim est huius maligni hostis natura, vt semper nostris inceptis insidietur. Sic primum nostrū parentem in terreno Paradiso deiecit, sic cū secundo ingentes habuit congressus. Sic & innocentes pueros interfecit fecit. Sic denique initio nascentis Ecclesiæ molitus est hæreses, errores, & mendacia disseminare. Nicolaus vnus ex septem Diaconis ab Apostolis electis hæresim docuit. Et Ebionitæ surrexerunt, negantes Christi Saluatoris nostri diuinitatem, aduersus quos Ioannes Euāgelium scripsit, & multi alij vt noster Lucas ait, conati sunt proprio ducti spiritu. Christi gesta narrare. Sic etiam nobiscum impius hic & nefarius Satan consuevit agere: nam quando in virtute insantes sumus, & Deo seruire incipimus, tunc maximas suas tentationes nobis parat, vt facilius nos in virtutē debiles & imbecilles vincat. Quocirca cum Deum colere cupieris, ab eo discede, & Ecclesiasticum dicentem audi. Fili accedens ad seruitutem Dei præpara animam tuam ad tentationem. Bonis enim inceptis semper insidiatur: quod experimento in Iacob comperies, quem fugientem Laban est persequutus. Sic Pharaon Isaacem abeuntē, persequitur. Nunquam demon eum persequitur qui iam captus est, & in eius seruitute detentus: sed tūc potissime quando Deo seruire cupis, & illum deserere. Vbi (si ita loqui licet) ipse diabolus nos monet: nam eo modo quo in virtute debiles nos tenent, ita etiā principio oportet nos eas vincere, quādo minorem vim habent. Tunc enim recte serpentes alique interfecit, si caput eius obruncaeueris: sic bene ipsum demonem in fersalem serpentes morti trades, si eius caput abscideris: quod quidem tūc abscinditur, si in principio fuerit vincus. Vnde Dominus de muliere loquutus ad serpentes dixit. Ipsa conteret caput tuum. Lubricus est antiquus serpens, qui nisi capite apprehendatur, facile labitur. Vnde dominus in Canticis iubet capi vulpeculas antequam fiant vulpes. David quoque Gigantem Goliath in fronte percussit. Is enim diabolus in fronte percussit: qui initio tentationis illum vincit. Pharaon etiam populum Dei in morte primogenitorum liberum reliquit abire, quod in alijs plagis nō fecerat. Nec diabolus populo Christiano omnino dimittit, donec sancta mater ecclesia correctioni paruulorum studeat, & laborerit, vt interficiat peccata & tentationes dū recēta sunt. Aduerte etiā quod diabolus non solū initio nostra bona studia destruere satagit: sed etiā fucata & palliata pelle se induit, vt sub specie virtutis & recti vitæ insinat. Sic isti sub nomine Christi conati sunt euāgelium scribere, vt aliquibus veritatibus mendaciā ingererēt, & zizaniam inter triticum

seminarent. Sicut vxor Hieroboan quæ mutata veste voluit decipere Ahiam prophetā. Sed Deus reuelauit veritatem prophetæ, & ostendit veritatē simulantis. Et beato Lucæ veritatē euāgelij manifestauit, vt detegeret aliorū insidias & fucata verba. Nec diabolus hac nostra tempestate assueta relinquit, nam etiam nunc multi sub specie boni & recti tētantur, & decipiuntur. Ita nimirū quod sub specie pietatis furtū suader, vt elemosinā de alio tribuas indigētī: & inter virū & vxorē discordias seminat sub specie deuotionis quando ipsis mulieribus prædicat abstinentias quasdam, poenitentias, & peregrinationes. Quādo inter duos principes, Christianū videlicet, & Turcā, bellū aliquod nauale agitur, si forte Christianos Turcarū naues nauigantes & à longè per mare venientes videat, statim ficta principis Christiani vexilla erigunt, vt ipsi Christiani securus ad Turcas accedant, vt vel sic falsi & delusi captiui capiuntur. Sic non dissimiliter Christiani hominis sunt arma & signa charitas, oratio, ieiuniū, &c. diabolus autē inimicus noster fallax & astutus multoties nobis prædicat, & horrat ieiuniū, elemosinā, & peregrinationes, vt quanquā inimicū sit, amicū eum esse putes, cui si omnia tua credas, vt etiā vitam in eius manus constituas, vt tandem tibi in eis sit pereundū. Multi certè stulti & amētes cum ignorant angelum Satanam in angelum lucis figurari, dæmonis tēntationem, diuini spiritus motum esse existimant, & hac de causa multoties à viueritatis aberrant, & toto falluntur iudicio, cum à diaboli tentatione vincantur. Tamen cum ecclesia semper iudex fuerit, & recte cognouerit veras scripturas à falsis distinguere, & apocrypha & mendacia reprobare: ita tu viros doctos & probatæ fidei cōsule, quos sequi debes, nec tuo nisi iudicio. Atque ita nisi omnino errare velis, credere te oportebit ecclesiæ, illud euāgelium esse diui Lucæ, illudque falso beato Bartholomæo adscribi. Ita tu qui inficius es, & arcana scripturarum non nosti, tuas tentationes cum doctis & senioribus hominibus verses, quorum consilio iudiciū tuum submittes. Vnde fiet vt nisi tibi fideris, non errabis. Nam que isti tibi aperient, hanc esse dæmonis tēntationem, & qua via poteris illam euadere, quæ legi diuinæ minime subiecta est, licet boni similitudinē afferat & illud malum esse licet boni similitudinem præferat. Nam igitur ad contextum reuertamur. Quæ in nobis completa sunt verum. Rerum ait nō verborum: elegantia namque scripturæ non est in verbis, sed in factis. Si rhetores, poetas, & humanarum rerum historiographos legeris, in eorū phrasi magnam verborum elegantiam et apparatus inuenies, at verò nihil utilitatis aut fructus inde videbis, nisi mera mendaciā fucatis verbis inuoluta. Et tanquam malus cibus toto hoc indiget condimento, vt comedi valeat. At verò sacra scripturæ animæ nostræ cibus & substantia est succo plenissima, quæ nullum sibi postulat obsoniū vt libet comedatur. Veritas quippe quemadmodum ipsa per se pulchra est, ita nullo ornatu habet opus, & ea maximè quæ in sacris literis nobis aperitur, ipsa etenim sua natura ita iucunda est & suavis, vt nullo addito sibi reliquis omnnes facillime negotio antecellat. Aduerte præterea quod non dicit Lucas à nobis, sed in nobis sibi nihil, Deo

3. Reg. 3.

Ioan. 15. 1. Ioan. 1.

Gen. 2.

Exeb. 1.

Luc. 1.

Luc. 2.

Luc. 7. 19.

Luc. 15.

Luc. 23.

Luc. 7. Luc. 6. Luc. 16.

Apo. 5.

Psal. 118.

Ioan. 4.

Ioan. 20.

1. Thes. 2.

Matt. 11 3. Re. 14

2. Co. 11

omnia tribuens. Quo admonemur loco vt quid fecerimus soli Deo adscribamus: à quo omne bonum nobis promanat. Apostolus namque post longos labores susceptos, & maximas tentationes superatas dixit. Non ego, sed gratia Dei mecum. Quapropter vel vnico hoc exemplo liquidum tibi erit, quomodo sancti collati honoris gratiam Deo potius, quam sibi referunt. Sic sanctissima illa femina Iudith postquam impium Holofernem trucidavit, dixit. In manu feminae percussit illum dominus, non dixit ego percussi, sed dominus, ipsi Deo honorem tribuens. Vnde etiam diuinus Paulus. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Et per Esaiam. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secatur in ea: aut exaltabitur serra contra eum, à quo trahitur.

**1. Co. 1.** Et ipsemet dominus inquit. Sine me nihil potestis facere. Nam quamuis sanus sit oculus, nihil potest cerne, nisi lucis claritate sit adiutus: sic etiam & nos nisi diuino lumine celsius fuerimus adiuti, nihil possumus operari aeterna salute dignum, etiam si bonum oculum, hoc est, etiam si liberum habeamus arbitrium. Quid igitur est, quod tu ipse de bono facto gloriaris? Itaque sicut serra non habet vnde gloriatur, sed artifex qui secatur in ea: sic tu non glorieris de bono quod Deus per te operatus est. Vnde merito diuinus Paulus. Deus est, qui operatur in nobis velle & perficere. Nam in quod libet genere ad vnum primum deuenimus, à quo tanquam à suo principio omnia illius generis descendunt: quod quidem apertum est in motu: nam omnis motus à motu primi mobilis est. Et idem dicendum est de motore, de mouentibus quippe & motis non resultat processus in infinitum, sed deueniendum est ad aliquem motorem primum. Sic etiam omnia bona opera necessario debent deriuari ab illa prima & in exhausta bonitate. Vnde gratia semper Deo agenda est, de quocunque opere quod ipse per nos fuerit operatus. Quapropter David toties idem diuersis verbis replicat. Fortitudo mea & laus mea dominus & factus est mihi in salutem. Et nisi quia dominus adiuuisset me, &c. Et factus est dominus firmamentum meum, & refugium meum. Simile etiam est illud. In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Non dixit nostra virtute, sed in te: hoc est, in virtute tua, & in dextera tua. Iam hic vides omnia in Deum referri, tanquam in authorem vitæ & salutis. Quia vero Moyse & Aaron hunc honorem non tribuerunt, non introduxit illos dominus in terram promissionis. Si Moyse & Aaron qui maximam cum domino inierant amicitiam, ita puniti sunt: quid tecum facies, qui te ipsum laudas, & quocunque bonum opus à tuis viribus profectum esse dicis? Sed de his alias. Sicut tradiderunt nobis qui ab initio viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Vt ex illis verbis, scilicet, ipsi viderunt, doctrinam & scientiam significet: ex illis vero ministris fuerunt sermonis, opera ostendat. Nam cum dicit, sicut tradiderunt nobis qui ab initio viderunt, ostendit, se dominum in carne non vidisse: quia beatus Lucas post Christi mortem ad fidem fuit conuersus, & Paulum sequutus. Quapropter qui dicunt Lucam vnum fuisse ex duobus eantibus in Emaus omnino errant: cum dicat hic ab Apostolis didi-

cisse euangelium. Etenim si Lucas esset vnus ex illis duobus, quibus dominus interpretabatur scripturas, non dixisset, sicut tradiderunt nobis qui viderunt: sed dixisset vtique, sicut tradidit nobis Christus. Accepit namque euangelium à beato Paulo, qui illud per reuelationem habuerat: accepit etiam ab aliis Apostolis qui dominum in carne sequuti sunt, quod Paulus non fecit. Etenim non solus Lucas & Marcus auditu didicerunt que scripserunt, sed etiam Matthæus & Ioannes multa de infantia, de pueritia, & genealogia Saluatoris aliis narrantibus literis consecrarunt. Matthæus namque non vidit transfigurationem domini, nec passionem: nec Ioannes vidit quomodo Christus Magdalene apparuit, nec eorum aliquis vidit resurrectionem domini, quæ tamen scripserunt. Verum licet Apostoli & euangelistæ multa ab hominibus didicerint, fides non est nisi à solo Deo, & donum nobis ab ipso collatum. Etenim fides ex auditu est, quantum ad cogitare de creditis, circa quæ est fides: & est ab illuminatione diuina quantum ad consensum, qui est in fide. Et sic beatissimus Lucas quamuis audierit à virgine Deipara & ab Apostolis, nihilominus Spiritu sancto distante & mouente scripsit: quod quidem ipse sub silentio præterit vt superbiam & iactantiam vitaret. Viri namque boni non audent dicere in suis operibus se à diuino spiritu dirigi: nisi ab aliis cogantur super re aliqua quæ ad laudem & gloriam Dei spectet. Sic beatus Paulus, loquutus ad Corinthios & grauitèr propter eorum peccata indignatus dicit. An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus? Vbi videas rogo sacri Euangelistæ Lucæ humilitatem, qui vt humiliter loqueretur, potius dixit se ab hominibus eruditum quam ab Spiritu sancto dirigi: qui dicendi modus conuenientior est, & maiore à humilitatem ostendit. Id autè oportebit te considerare quod Lucas dicit de Apostolis, & vidisse, & ministros fuisse sermonis: nam in hominibus perfectis gemina virtus est, visio scilicet & actio. Factores etenim fuerunt sancti Apostoli eorum, quæ viderunt & audierunt, illud Iacobi attendentes. Estote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmet ipsos, nam si quis auditor est verbi, & non factor, &c. Docemur etiam iuxta ea, quæ audiuius, & credimus, operari. Namque dominus præcepit in Leuitico vt os turturis sub a scella torqueretur, vt hoc significaret, ori coniungendam esse actionem. Expende etiam dixisse, ministros fuisse sermonis, Sermones vocat res gestas, qui modus dicendi à sacris literis non est alienus: nam in libris Regum sic legimus de Dauide. Non declinauit ab omnibus quæ præceperat ei dominus cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Vriæ Aethæi. Ministri fuerunt Apostoli earum rerum quas viderunt. Certissimus est testis oculus, & Apostoli & discipuli vani testes non fuerunt, quorum vitam miracula declarabant. Non enim quæ Christus gessit vulgariter tradita sunt, sed omni certitudine & indubitata fide sunt edocta. Visum est mihi assequi omnia. Omnia inquam non quæ Christus in vita gessit: nam si singula scriberentur, nec ipse mundus capere posset libros vbi scriberentur. Obserua hic diligenter quod quamuis Lucas dicat assequutum.

assequutum esse omnia, non tamen intelligas quod omnia necessaria ad salutem in suo Evangelio tradiderit. Nam de fide tenendum est, ita vt quis saluus esse non possit, nisi id crediderit, quod Christus conuertit aquam in vinum, & quod illuminauit cæcum à natiuitate, & Lazarum iam mortuum suscitasse, & plura alia quæ Lucas non scripsit, sed Ioannes transfactis iā sexaginta annis post mortem Christi. Nec Ioannes nec Lucas, nec omnes simul scriptores tradiderunt omnia mysteria fidei: nam plura viua traditione ac velut per manum transfusa in omnem ætatem custodiuntur, Paulus enim ait. Tenete traditiones quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam. Videtis quomodo Thessalonicenses monent, vt teneant quæ per sermonem audierunt? Corinthiis etiam ait. Laudo vos fratres, vt per omnia memores mei estis: & sicut tradidi vobis præcepta mea tenebitis. Laudantur quia tenent præcepta sine scriptura. Sine scriptura dico, quia epistola qua eos laudat prima est ad eos scripta, quos non per scripturam, sed viua traditione docuerat. Quæ loca versans D. Chrysostomus sic ait. Hinc patet quod non omnia per epistolam, sed multa etiam sine literis Apostoli Christi tradiderunt. Quorū alibi sæpe meminit Apostolus. At verò tanta fide hæc quam illa sunt digna. Ita quoque traditionem ecclesiæ dignam putauimus, traditio est, nihil quæras amplius. Hæc ille. Eadem fere verba dicunt in hunc locum Pauli, Theophilus, & Vulgarius vetustus auctor probatæ eruditionis, & D. Damascenus in quarto libro fidei orthodoxæ. Itaque vt finem dicendi faciam in hac re, si omnia credenda & agenda sufficienter scripta erant in euangelium Matthæi, Marci, & Lucæ, quid est quod beatus Ioannes necessarium existimauit in extrema sua senectâ quartum euangelium esse superaddendum? Rursum. Si scripturis quatuor euangeliorum omnia comprehendebantur: ad quid erat opus vt Apostoli multa detegerent in suis epistolis? Cur Lucas scripsit Acta Apostolorum: & Ioannes Apocalypsim? Deinde si omnia ad salutem scripta sunt in codicibus noui testamenti: cur dicit Paulus, cætera cum venero, disponam? cur Ioannes dicit, multa habeo vobis scribere: sed nolui per chartam? Cur monent vt persistent in traditionibus per sermonem, vt teneant etiã præcepta tradita, quorum nulla extat scriptura? Ex quo manifestum apparet, quã nullū sit argumentum quod negatiuè sumitur ab auctoritate scripturæ. Non legitur hoc in scripturis sacris, ergo non pertinet ad veritatē religionis Christianæ. Hoc autem alienum est ab omni bona argumentatione, nam illatio negatiua ab auctoritate nihil concludit. Etenim non rectè sequitur, Cicero parens eloquentiæ non fuit eo pacto loquutus: igitur nemo sic dixit Latine. Similiter nõ sequitur. Christus viuens in terris nihil tale docuit, igitur non est credendum. Ipse etenim dixit. Multa habeo vobis loqui, quæ non potestis portare modo. Valet tamen hæc illatio. Christus hoc non docuit, nec propheta ante Christum, nec Apostoli post Christum, nec sancta ecclesia diuino illuminata spiritu hoc tradidit, ergo non pertinet ad veritatem religionis. Iam enim argumentū necessitatis per sufficientem inductionem, à remotione

omnium quibus in hac parte debetur autoritas. Nam si ex eo quod aliquid nõ inueniretur in scriptura ob id non esset credendum, sequeretur inde quod antequam Matthæus scriberet suū euangelium, qui primus omnium scripsit, nihil esset credendum per totum illud spaciū quindecim annorum post Christi ascensionem in quibus nulla erat noui testamenti scriptura: quod quidē inceptissimum est asserere. Denique si hæretici non credunt nisi soli scripturæ, sequitur quod nihil creditur. Nam quis illis dixit hæc euangelia esse Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis, nisi ecclesiæ? Si ergo ecclesiæ non credunt, nec scripturæ credunt, ergo nihil credunt. Verum si scripturæ credit, eo quod dicit ecclesiæ scripturæ diuinæ esse credendū, credant & aliis ab ipsa ecclesiā traditis. Sed de his fatis. Iam euangelistam audiamus Theophilo vltreus dicentem. A principio diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophilo. A principio ait, quia Lucas ordinè seruat historicum, & suū euangelium exorditur à conceptione beati Ioannis Baptistæ, quod nemo alius euangelista facit: nam Marcus & Ioannes à prædicatione beati Baptistæ coeperunt, Matthæus à Christi natiuitate: Lucas vero à conceptione præcuratoris, & incarnatione verbi in initium euangelij sumit. Atque ideo dixit à principio tibi scribere. Vbi iam singula verba notanda veniunt. Diligenter inquit: nam materiæ altitudo & grauitas huius operis & hominem circumspexit & reuerenter loquentē postulabant. Vt maledictionem Ieremiæ fugeret dicentis: Maledictus ille qui opus Dei negligenter facit. Nam quanto diuiniore & altiora sunt quæ tractantur, tanto diligentius scribenda sunt. Qui locus docet operibus Dei diligenter, non segniter esse incumbendum. Vnde Paulus. Cū sollicitudine spiritu seruantes: domino seruientes. Petit dominus in nostris operibus & spiritum & feruorem, nimirum, quia gravior & iucundior est illi vna hora seruicij & ardentior in eius obsequio consumpta, quam mille dispendere dies, segniter & tepide collocatos: etenim quia potius attendit spiritum quo illum colimus, quam tempus male consumptum. Breui quippe temporis spacio si ardentè & cum charitate laboraueris, maiori eris dignus mercede, quam si multū male consumpseris. Paruum quidem fuit momentum temporis quo larro insignis in cruce pendens Christo seruiuit: tamen propter sedulā diligentiam qua Deo mirifice placuit amplissima retributione fuit dignus. Nec absque magno sacramento patris agnus properatè & cū festinatione comedi præcipiebatur vt nobis significaret omni sermone pigritia illi esse inseruiendū. Addit insuper beatus Lucas se ordine velle scribere: quod multū confert ad clariorem sermonis intelligentiam. Nam Apostolus ait. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Sic in Leuitico in oblationibus, & sacrificijs ordinè seruari voluit. Sic Moyse loquutus de sacrificijs dixit. Subiciet in altari ignem, strux lignorum arte composita, & membra quæ sunt cæsa desuper ordinatæ. Vbi iam vides quomodo nihil in compositum aut in ordinatum velit dominus in suis sacrificijs. Vt nos doctissimus in omnibus rectum, & debitum ordinem seruare. Omnia in vobis (dicit Paulus) credendum ordinè fiant. Sapientis enim est & verbis & factis ordinem seruare. Porro Theophilus hic præ-

Leg. Au. cõtra epi. Fundam. m. & ad Iannurium.

Iere. 48.

Rom. 12.

Luc. 23.

Exod. 12

Rom. 8.

Leui 1.

1. Co. 14

hic presul Antiochenus septimus fuit, ex qua vrbe Lucas suam originē traxit: cuius precibus acquiescens euangelium hoc scripsit, nec non etiam eidē acta Apostolorum dicauit. Nec dubium est quin Græco sermone scripsit in partibus Bœotia & Achaia. Quapropter iuxta sanctorum Patrū doctrinam: si qua difficultas oritur in sacris literis ad fontes Hebræorū, & Græcorum (vt vis verbi melius intelligatur) recurrentū est. Multa enim sunt in exemplaribus quæ Latine nec plenē, nec perfectē transferri possunt. Nam literæ nostræ non ex æquo respondēt Hebræo, & habet suas peculiāres phrasas vnaquæque lingua, vt testis est D. Hieronymus. Nam multa sunt in scriptura sacra loca, quæ nisi ad Hebraicam vel Græcam linguam te contuleris, vix ea intelligere poteris. Vt est illud Psalmi. Inimici defecerunt fratrē in sinē: & ciuitates eorum destruxisti. Nā inimici iuxta aliquorum sententiam est nominatiui pluralis casus, sed melius est vt sit genitiuus in hunc sensum. Inimicorum nostrorum vires fractæ, debilitatæque sunt. At vero iuxta Hebraicam veritatem vocatiuus est, & inimice legendum. Atque is error irrepit, ex affinitate litterarum. Loquitur aduersus Goliath Philistin, atque irridens vires eius, miratur quomodo tam celeriter fuerint fractæ. Et in alio Psalmo. Ecce hæreditas domini filij merces, fructus ventris. Nomen filij potest esse genitiuus singula-

ris, aut nominatiuus pluralis, quod rectius videtur, ac si dicat. Hæreditas domini sunt filij, nam hæc erat felicitas veteris legis. Et subdit, qui filij sunt merces & fructus ventris materni. Et alibi etiam. Propterea vnxit te Deus tuus oleo. Et nisi breuitati consulerem plura & fere innumera scripturæ loca afferre possem, vbi lingua Hebræa & Græca necessario consulendæ essent, vt exacte possent interpretari. Vt cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es, veritatem. Hic est sermo & ratio scribendi, vt ad veritatis agnitionem veniamus. Solemus quando quis nobiscum loquitur sine scripturis suspicari ne quid mendacij illis verbis admixtum sit: quando vero quæ loquitur scribit, tunc credimus quod non scriberet, nisi vera diceret. Propterea igitur scripsi tibi euangelium: vt veritatem de qua sine scripturis eruditus es, maiori securitate conserues. Quo circa quam recto ordine, quàm à principio, quàm dextere, exacte, eleganter, & diligenter spiritu sancto dictante beatissimus hic euangelista Lucas hoc volumen scripsit, satis ostendit. Ad cuius explanationem finitiam præfatiuncula auxiliante domino nostro Iesu Christo, eiusque beatissima matre, nec non secretario eius Luca accedamus.

Psal. 44.

CAPVT I.

**D**ESCRIPTVVS Lucas ea, quæ Christus gessit in terris, à natiuitate Ioannis exordium sumit. Ad hoc venerat Ioannes vt testimonium de eo perhiberet. De ipso namque scriptum est. Hic venit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine. Sed nunquid testis vnus saterit vt fidem faciat: cum scriptura dicat. In ore duorum, vel trium stat omne verum? Nonne rectius esset duos, vel tres præcursores à domino mitti, vt suæ diuinitatis sufficiens testimonium ostenderent? Ad quod dubium facile tibi sume responsum. Tantæ, tamque probatæ fidei & integritatis potest esse vnicus testis, vt eius testimonium plus valeat, quam decem alia testimonia contrarium afferentia. Beatissimus Baptista tanta fuit præditus sanctitate, tanto morum & vitæ candore, tam cælesti & admiranda vita, vt vniuersus populus potius ei soli crederet, quam mille aliis testibus. Quapropter quando vitæ integritas testem commendat, qualis fuit beati Baptistæ, dignus est, vt ei soli fides adhibeatur. Etenim insanus & amens esset ille qui tanto tamque probato viro non crederet: qui præter sanctissimam: ipsius vitam, virilitatem & magna cum auidiam ipsos phariseos & primates Hierusalem increpabat, appellans eos genimina viperarum. Qui tamen amicus fuit veritatis, vel aduersus impium Herodem non dubitauerit eam dicere, & tandem pro ea defendenda in capitis & vitæ discrimen seipsum offerre. Intentio igitur euangelistæ fuit, nobis significare & tradere Iesum esse speratum illum Messiam à prophetis & sanctis patribus desideratum, eundemque esse filium Dei & mundi re-

demptorem. Quod statim initio sui euangelij ex duplici capite probat. Primo ex testimonio beatissimi Ioannis qui hoc asseruit: & vt D. Ioannis testimonium magnificet, prius eius personam laudat & extollit, dicens illum esse ortum ex sanctissimis parentibus iam senibus & in sterili ætate constitutis, fuisseque Spiritu sancto plenum antequam ex vtero materno in lucem prodiret. Cuius rei causa rationis vsus in eo ipsum naturæ ordinem superauit: qui tandem cum in deserta loca recederet purissimam & admirandam vitam degit, ita vt cum angelis merito si velis, possis illum conferre. Quamobrem vix credibile est, talem hominem in rebus tanti ponderis & momenti aliquo modo mentiri posse. Vult enim sacer euangelista D. Ioannis personam summopere commendare, vt maiorem autoritatem suis dictis afferat: vt merito tantam fidem illi adhibeas, quantum decem aliis testibus posses adhibere. Secundo probat beatus Lucas suam intentionem, testimonio prophetiæ: quæ olim Iacob morti appropinquans prædixit. Non auferetur (inquit) sceptrum de Iuda, & dux de femore eius: donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentiū. Ostendit igitur euangelista Ioannis excellentiam, vt maiorem ei adhibeas fidem, postquàm dicentem audieris. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ostendit insuper eo tempore quo Christus conceptus & natus fuit ad impletam esse prophetiam Iacob, & finitū esse sceptrum regni Iuda: quia cum temporis imperabat in Iudæa Herodes alienigena, qui natione erat Idumæus. His duobus innitens fundamentis probat euangelista, Iesum verum Messiam esse, & filium Dei, qui tollit peccata mundi: & ita inquit,

Gen. 49.

Ioan. 1.

Fuit

Fuit in diebus Herodis regis Iudæ sacerdos quidam nomine Zacharias. Ad quod vsque tempus huius Herodis rex vel dux in Iuda de eius tribu nunquā defuit. Nam in captiuitate Babyloniæ mortuo Sedechia rege cepit regnare Zorobabel, qui de stirpe Dauid erat, & de domo Iuda. Et quantum Babyloniæ suum imperium exequi non poterat impediēte captiuitate: tamen postea in patriam suam reuersus, cepit regnare, & sceptrum regni accipere, vt liquido constat in Zacharia & in Aggeo. Postea autem successit Neemias, & eius successores, vsque ad summos sacerdotes qui populo imperare cœperunt, eumque regere, vt in Mathatia & in filiis eorum Machabæis. Et isti erant de tribu Iuda: nam summi sacerdotes debebant vxores de tribu regia, de Eliabæ regum, vel de stirpe regali, vt constat in Aaron qui duxit Elisabeth filiam Aminadab, & sororem Naafon ex principibus tribus Iuda. Et temporibus regum Iuda idem factum constat, quia Iosabeth regum, & sororem Ioiadæ summi sacerdotis vxor erat: quæ Iosabæ regem abscondit. Et mortuus tribus fratribus Machabæis regnauit Ioannes Hyrcanus filius Simonis Machabæi, qui sibi ipsi regis coronam imposuit. Postea autem regnauit Aristobolus, deinde Iannæus, deinde vxor eius Alexandria, & postea Hyrcanus vltimus Iudæorū naturalis rex. Statim vero post omnes hos Herodes iste alienigena regnum suscepit, & triginta annis superbe & tyrannice contra Iudæorū voluntatem imperauit. Qui iam tã dura seruitute defessi, vltro sese illius imperio tradiderunt, & regnū obtulerunt, adstringentes illi in posterum suam fidem & obedientiam. Anno igitur trigésimo secundo regni Herodis, & sui legitimi principatus anno primo natus est Christus. Nec frustra euangelista noster dicit tū temporis regnare Herodē in Iudæa: vt intelligas iã adesse tēpus Messie. Porro hic erat Herodes Ascalonita vocatus qui infantes in Bethleē interfecit. Alius fuit Herodes Antipas filius huius, qui Ioanē iugulo tradidit, & Christum in passione derisit. Tertius autē fuit Herodes Agrippa, qui Iacobū decollauit, & Petrū in carcerem detulit: qui tandem ab angelo percussus, verbis cōsumptus est. Tamē quia postquàm in hoc D. Luca opere contextū euangelij fuero interpretatus, statim conuersurus sum eius doctrinam ad mores componendos, & ad commodū & ad vtilitatem animarum: nã vt Paulus ait, quidquid scriptū est, ad nostrā doctrinam scriptum est: statim hic in principio aliqua esse cœso ad nostrā eruditionem notatu digna. Et in primis offert se verbum illud, fuit, præteriti tēporis, à quo noster Lucas exorsus est euangelii suū: quod certē mihi consideratione dignū videtur. Verum namque illud est: nullū esse verbū in tota sacra pagina, vbi aliquod non lateat mysteriū: plena quippe est multis sacramētis licet nobis propter angustiam ingenij nostri ignotis. Cōtingit enim aliquando vt in agro pastorem videas recumbentē super scoribus & eas terentē, cū earū virtutē atque naturā prorsus ignoret, tamē si accedat phar macopola eas magni pendit vt pote necessarias & viles ad preciosa medicamēta cōficiēda. Sic scriptura sacra in scis hominibus mysteriis carere visa est: attamē qui penitus & alta mente illā contemplantur, (si humiliter sibi inuocent diuinū spiritum) nullum verbum inuenient sine myste-

Zach. 10. Aggai. 2.

Num. 2.

4. Re. 11

1. Ma. 16

Matth. 2

Mar. 6.

Matth. 26

Act. 12.

Rom. 15.

Orig. ho. 8. super. Lous.

rio, nullam syllabam sine doctrina, nullā denique litteram sine causa appositam. Deus dixit Abraham. Non vocaberis vltra Abram, sed Abraham. Et Sarai vxori suæ dixit. Non vocaberis Sarai, sed Sara. Vide quo pacto in vnica tantum littera in H aspirazione vel. A. significauerit aliquod magnū latere mysteriū. Lucas igitur à verbo præteriti temporis exorditur: Ioannes autem suum euangelii incipit per verbum erat, imperfecti temporis dicens. In principio erat verbū, in quo aliquid mysterij esse absconditū intelligas. Illud nempe quia cū Ioanēs à diuinis incipiat, vsus est verbo, erat, ad significandam diuinarū personarum æternitatem. Lucas autē ab humanis exordium sumens, per verbū, fuit, incipit propter earū transitionem & mutabilitatem. Etenim diuina manent, humana transeunt & deficiunt. Quod egregius psaltes loquens de creatore & creaturis Deo dixit. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, & tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Deus enim semper est permanens, creatura vero fuit, & desinit esse. Quo nimirum docemur vt omnes nos, & amicitiam nostram in Deum conferamus: vt pote quæ firma & stabilis erit: nō vero in homines, in mundū, nec in creaturas: quia natura sua deficientes & non perpetuæ sunt. Non enim namque Deo magis proprium & peculiare, est nomen subsistentiæ, & substantiæ. Ideo ad Moysen ait. Ego sum qui sum: vel potius iuxta Hebraicam veritatem. Ero qui ero. Et Moyses populo dixit. Qui erit, misit me ad vos. Id est, qui semper futurus est. Etenim voluit significare se Deum esse, cuius vita æterna est: & non esse, sicut sunt dii gentiū. Deus itaque est, qui est, & qui erit, mundus autem non est: nã in sacris literis (vt optime D. Hier. annotat.) ea quæ pereunt, quæ peritura sunt, nō esse merito dicuntur. Vnde Abdias inquit. Viuent omnes gentes iugiter, & erunt, quasi nō sint. Et in libro Hester legimus. Non tradas domine regnum tuū his qui non sunt. Et loquens scriptura sacra de vocatione gentiū ait. Ipsi me irritauerunt in his qui nō sunt dii: & ego eos irritabo super gēre quæ nō est. Dicuntur impij non esse propter eorum nullam vitā quod de omni fas est dicere. Etenim vnus ex his quibus maximis tenentur homines erroribus, is est, existimare in hac vita res aliquas firmas & stabiles esse. Si nihil in mundo stat, si nihil æque consistit, si omnia continuo currunt: qui seripos est vt firmum sit id quod nunquā firmo pede consistit? Homo (inquit sanctissimus Iob) fugit velut vmbra, & nūquam in eodem statu permanet. Nō dicit homo mouetur, sed fugit: vt inuaret velocitatem & breuitatem vitæ. Nec dicit fugit, velut corpus aliquod solidum, sed vt vmbra, qua nihil incōstantius, nihil futilius, nihil fugacius. David etiam inquit. In imagine pertrās sit homo. Et Apostolus. Præterit figura huius mundi. Nō ait substantia, sed figura, vmbra, & imago. Vnde si vt prudēs de aliquius vita interrogaueris, ne dixeris, quot habet annos: sed quot non habet. Vnde B. Augustinus. Res cum crescant & tendunt esse: cum magis crescunt vt sint: eo magis festinant vt non sint. Et Gregorius. Viuere (inquit) est à vita transire. Si cursor quidā maxima cū celeritate euitat hanc pertrās iteret, qui magnis clamoribus & alta voce prædicaret, dicens, mea est hæc ciuitas Salmantina,

Gen. 17.

Ioan. 1.

Psal. 101

Exod. 3.

Hier. in commo. Abdias.

Hest. 14.

Deut. 32

Iob. 14.

Psal. 38.

1. Cor. 7.

Lib. 25.

Mor. cap. 1.



ca est hæc ciuitas Salmantina: qui protinus ab eadem ciuitate discedens, nusquam amplius appareat: nonne huius imperium ridiculum existimaretis? Nonne dignus esset homo iste, vt amens & infans iudicaretur? Talia igitur imperia vt potestates huius mundi debetis iudicare. Ita rex quidam Hispaniæ, & statim alius, quæ tertius est sequutus breuissime transierunt. Quod si mihi in hac re nolis fidē præstare: Iob dictis vellem te acquirere qui inquit: Dies mei velociores transierunt cursore. Dixit velociore cursore: quia etiam si maximā celeritatem & breuitatē in currendo seruet: tamen temporis aliquantulum & in comedendo, & in dormiendo consumit: cuius rei causa aliquantulum moram facit. Tamen dies hominis, modo comedat, modo bibat, modo dormiat tam celeri & veloci cursu in mortem tendunt, vt vix hæc quæ prosequor valeas intelligere. Quapropter sanctissimus Iob verissime fuit loquutus, dicens dies hominis cursoribus, & quis penatis velociores esse. Quod si hoc ita verò consonat, nonne mundi regna & principatus vmbra sunt & vanitas? Citò omnia prætereunt, & in momento temporis iam nō sunt. Nondum ad signatum terminum cursores deueniunt, quando iam inde proficisci coguntur. Ita omnes res mundi cum primū nascuntur, iam earū vix finis imponitur. Quāobrem salubre erit consilium, vt ne in huius mundi res oculos aut mentē conticias, vt pote quæ cras sine dubio peribūt, teque solum derelinquent. Illū non esse hominem dicimus, qui in rebus peragendis inconstans & mutabilis est: ob quā causam eius amicitiam nemo cupit. Huiusmodi sunt omnia terrena, in quibus nullam constantiam, nullamque stabilitatem inuenies. Quocirca res constātes, & quæ natura sua permanentes sunt nimio amore prosequi debes: eas verò odio prosequi, quæ cū mutabiles sint, & inconstātes nullam esse habent. Nam si nunc mudanæ res tibi arideant, lætamque tibi frontem ostendant: nihilominus eis nec credas, nec fidas: sit enim vt vltimo die earū causa in luctum, & in planctū te conuertat. Nam si hodie diligis, crastino die odio habebis. Ita que maxime tibi est obseruandum vt cum eligas amicū qui semper in tua amicitia perseveret, quique nunquam nec in periculoso neque in tuto loco te deserat. Cuius conditionis, & ingenij solum Deum reperiēs, cui te credere possis, cuiusque amicitia tibi adiungere, cū in perpetuum sit duratura. Vbi animaduertere debes Dei curam & diligentiam, qui nunquam mundū dereliquit. Prius quidem iultorum hominum ministerio ecclesiæ prouidit, vt si forē malorū vitia & peccata te pertraherent: bonorū virtus, & eorū studiosa actioes te in charitate solidum & firmū reddant. Tempore Herodis iniqui, vixit etiam Zacharias bonus, ac reclusus: nam si te malus & iniquus ad male agendum prouocat, boni exemplo ad virtutē secundandam inciteris. Sic dedit Heliam temporibus 3. Re. 17. Acab. Sic Esaiam temporibus Manasses. Ieremiā tempore Sedechiæ: qui omnes iniqui & scelerati fuerunt. Et cū ad id tēporis mundus deuenisset, vt omnis caro corrumperet viam suam, inuentus est Noe vir iustus & sanctus. Neque id in hoc loco silentio prætereundum quod cum Helas puraret se solum seruū Dei in terra manere, dixit illi Dñs: 3. Re. 19. Dereliqui mihi in Israhel, septē millia virosū, quo-

rum genua non sunt incuruata ante Baal. Malis regnantibus, mittit Dominus viros iustos & probos ad malitiam reprimendā: & vt plebi suæ prouideat. Habet etenim Dominus suorum curam: ita vt quamuis mali & improbi in mundo reperiantur, non defunt etiam multi boni & probi, quorū virtutes & sequi & imitari possumus. Et si multi ignorantes & inscij sunt, multos doctos & eruditos inuenies, quos possis pro tui ingenij tenuitate consulere. Quod si pauperes & egeni sunt: diuites multi ad sunt qui succurrere possint pauperū egestati. Vbi tertio loco operipitium erit animaduertere quod sub impij regis imperio erat sanctus sacerdos Zacharias: & ita sæpe in mundo cōtigit malos dominari bonis, & sapientes ab stultis regi. Quod quam rationi sit dissonum vel etiam cæcus videre poterit. Neque id sub silentio præterit Ieremias dicens. Serui domini sunt nobis. Neque id nouum in mundo est, aut inuitatum, nam Salmomon cum tot iniqua & scelerata in mundo miraretur: inquit. Vidi malum sub sole: positū stultū in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Vidi seruos in equis: & principē ambulātes super terram, quasi seruos. Hunc tamen deprauatū ordinem adhuc in mundo fieri videmus. In illa namque frondosa & altissima arbore quam vidit Nabuchodonosor in ramis erant aues: & subtus eam habitabāt animalia & bestie. Sed quid quæso hoc genus monstri est, quod vrsi, leones, & qualibet alia fera animalia sursum per superiores ramos hine inde feruntur: at volatilia in uerso naturæ ordine (quem Deus in omnibus præstituit) in imis & infimis premantur locis? Quoties ego vidi impiū exaltatum super cædros Libani? Nam sic Christus Dominus qui in sua transfiguratione præstantiores Apostolos Petrum videlicet Iacobū & Ioannem secum duxit in montem excelsum, quia vt Chrysostomus ait, digniores erant alijs relictis. At nunc hac nostra misera tempestate Iudas impius in altam dignitatem ascendit, Petrus autem in puluere sedēs iacet. Sed de his satis. Iam ad contextū reuertamur: & quia Euangelista dixerat, Zachariam fuisse sacerdotem, modo cuius classis & ordinis fuerit, declarat dicens, \* De vice Abia. Cū Dauid ordinare veller cultum Dei, elegit sibi ex viginti quatuor generationibus viginti quatuor sacerdotēs, qui temporis successū per hebdomadas in templo Domini seruirent: & octaua fors cecidit super Abiam, à quo descendit Zacharias. Discat igitur prælatus qui Christi vices in terris gerit: quo pacto moribus & vita illi studeat esse similis, nemini præbens scandalum, aut offensionis causam: vt sicut Paulus inquit: non vituperetur ministerium eius. Quia si Ioseph ab Arimathea extinctū Christi corpus in munda & candida sindone inuoluit: & illud sepeliuit in monumento in quo nullum aliud fuerat positū: quanto maiori iure Christi corpus viuum in visceribus & anima mundis tu debet recondere, vbi nec cadauer, nec aliquod peccatum mortale sit? Magna equidē debet esse munditia ram corporis quā spiritus illius qui seruetur corpus Domini & manibus & mente contredat. Quod clare ostenditur à Domino dicente, Leuitas Num 8. ter lotos debere esse, vt virulum pro peccato offerrent. \* Et vxor eius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth. Non solum carnem & sanguinem Aaron

Thren. 1.  
Ecc. 10.  
Dan. 4.  
Psal. 36.  
Mat. 17.  
Chry. ho. 57. in Mat.  
Tex. \*  
1. Para. 24.  
2. Cor. 6.  
Mat. 27.  
Num 8.  
Tex. \*

Sap. 18. Aaron in hereditatem accepit, sed etiam religionem & sanctitatem: de Aaronaque scriptura inquit. Propter homo sine querela. Et de Elisabeth & Zacharia ait noster hic euangelista, quod sine querela erant. Quapropter tu, qui nobilis es, & te ex illustri sanguine ortū magnificas, tuorū maiorū studiosa facta & sequi & imitari cures, & ita virtutibus imbutus esse, quales illi fuerūt. Nobilitas namque census quidā perpetuus est virtuti debitus, quæ ex nobilibus progenitū per vniuersum tempus suæ vitæ exoluere tenentur. Nam qui ab hac vera nobilitate deuiant, monstra quædā naturæ sunt à propriis parentibus degenerata. Si ex nobilibus parētibus ortū trahis, maior detentus es obligatione vt bonus & studiosus sis: vt bonis à te gestis operibus clarū tuæ nobilitatis argumētū exhibeas. Ex eadē radice rosa nascitur & spina, & ex eadē matre filius nobilis vel ignobilis nasci potest. Bene poteris tu ex pulchra & nobili radice originē ducere: & nihilominus venenosa spina, & pessimus aculeus videri poteris. Fratres nobiles, & parentes nobiles Cam & Caim & Esau fuerunt: tamen ipsi eorundemque filij viles homines & pagani fuerūt, quique macula eximia dignitatē suam cōtaminarunt. Quod si domū cōstruas, studiosum opus est, si tamen eā perdas, vitiosum. Vnde tu iniquus cū sis, tuam domū quā maiores condiderūt destruis & perdis. Melius est initium familiæ facere, quam familiā finire. Quo circa bonus esse studeas, & à te ea nobilitas incipiet qua tui superiores caruerunt. Si vero fueris vitiosus, etiā si ex nobilissimi patribus duxeris ortū tui causæ genus tuū & splendorem & nobilitatē amittit. Hæc illustris ex Aaron viro sanctissimo originem duxerat, quem simul & maiorū probitatē imitata est. \* Notabis etiā quod proprio nomine eā Euangelista appellat, vt intelligas prophetico spiritu claruisse. Nomina autē matrum Esaiæ & Ieremiæ non referuntur, sed patrū tantummodo, nam vt Hieronymus annotat patres horum prophetarū prophete etiā, nō vero matres fuerunt. Vt cum dicit, visio Esaiæ filij Amos, intelligas prophetam fuisse. At vero & patris & matris nomina beatissimi Ioannis hic apponuntur, quia vierque Prophecia fuit. \* Erāt ambo iusti ante Deū Si igitur scriptum est. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, quomodo coram Deo quis potest dici iustus? Si iustitia attendatur quatenus aliquid culpæ habet admixtū, nullus iustificabitur: quia in multis offendimus omnes, & quasi pannus menstruatus sunt omnes iustitiæ nostræ. Item si collationē feceris nostræ iustitiæ ad iustitiam diuinā nullus equidem saluus fiet. Vnde Iob sanctissimus inquit. Nūquit homo Dei cōparatione iustificabitur? At si secundū modum humana conditione cōmensurati hæc iustitia cōsidereretur, sic electi, & omnes qui in diuina amicitia existunt aliquo modo iusti dicuntur apud Deū. Parum aut nihil est corā hominibus esse iustū vt sunt hypocritæ, qui foris iusti apparēt, intus autē omni virtute sunt vacui. Magni autē faciendū est, aliquem corā Deo iustū esse, vt parēs beati Ioānis, quorū laus (vt inquit Paulus) non ex hominibus sed ex Deo erat. Pharisæi ieiunantes iusti videbantur, sed quales illi fuerint, Christus ostēdit dicens. Vg vobis, qui similes estis sepulchris dealbatis, &c. Homines vident faciē, Deus autē intuetur cor. Illi enim vere

Hiero. in eomē. Sopho. ca. Esa. 1.  
Tex. \*  
Psal. 142  
Iaco. 3.  
Esa. 46.  
Iob. 4.  
Rom. 8.  
Mat. 25.  
1. Re. 16.

iusti dici possunt, qui Deo curant placere. Iusti namque (vt inquit Sapiens) in perpetuum viuēt. Sequitur. Cogitatio eorum apud altissimum. Tota sollicitudo & diligentia iustorum circa id versatur vt Deo placeant. Qua propter Paulus Romanis consulit dicens. Induimini dominū Iesum Christū. Non dicit. Induite vos Christi vestē: nā hoc est habitus tantū & ceremoniis se induere, vt hypocritæ qui vestē iadunt Iesu Christi. Nā vt sancti loquuntur in eorum sermone, in incessu, in facta humilitate, & in pallore vultus iusti videtur: intus autē si eos aspexeris, nō Iesum Christū, sed diaboli serū. Tamen indui aliquē Iesu Christo est, illū in secretioribus animæ, & in intimis penetralibus adducere, qui quidē vera iustitia, & vera sanctitas est. Sicut plurimi Pharisæi nō induebāt Christum nisi tantū exteriori habitu, & iusti erāt corā hominibus, non corā Deo: dixit Iesus turbis. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarū & Pharisæorū, non intrabitis in regnū cælorū. Id autem hoc loco cauere debes, ne existimes nos dānare exteriorē sanctitatis compositionē, nec ceremonias: sed tantū id virio vertimus quod multi vacui interiori virtute, solū hominibus placere student. At qui exteriori cultu religioso & sancte incedūt, & Ecclesiæ ceremonias & præcepta obseruant, & his addūt interiorem animi candorē & munditiā, digni æquidem sunt isti omni laude & veneratione. At exteriorē lauare cuticulam, & quæ corporis sunt tantum curare: hoc impiissimū & nefarium facinus est. Qui corde iustus est, sui ipsius curā habet vt Deo placeat. Ideo de viro iusto dicitur in psalmis. Ascensiones in corde suo disposuit. Et has ascensiones intelligas, de quibus ibidem dicit. Ibit de virtute in virtute: videbitur Deus deorū in Sio. Sicut ascendebant angeli per scalam illā quam vidit Iacob à terra in cælum tangentem. Quas quidem ascensiones vir iustus posuit in corde, per virtutū gradus. At quæ sit vera iustitia, & quæ falsa in fine huius vitæ, & in hora mortis clarius elucefcet. Tūc enim manifestabuntur abscondita tenebrarum & reuelabuntur obscura cordiū. Vne dominus per Palmistā ait. Cū accepero tēpus, ego iustitias iudicabo. Iudicabo in quā & videbitur quis sit iustus corā Deo, & quis corā hominibus. Et addidit vltorius. Liquefacta est terra & omnes qui habitant in ea. Quasi velit nos reminisci, quod tempore nūquā omnis terra candida & pulchra est: at cum venit sol, & liquefecerit niuem, tota terra apparet deformis, & immūda, & loca vbi sunt cadauera & serpentes clare conspiciuntur. Sic hypocritæ falsa iustitia & cādore externi cultus sua peccata & immūdos mores distimulāt, & pulchri & sancti videntur corā hominibus, sicut terra cooperta niue. At cum Christus verus sol iustitiæ apparuerit, sicut nix liquefcit ad solis radios (vt inquit Dauid) ita liquefacta est terra, hoc est homines terreni, & eorū opera exteriora in nihilū conuertētur, & interiora corda apparebūt dolo plena. At iusti & recti viri, qui non terra, sed marmoreæ colūnæ sunt in altū erectæ, quorū cōuersatio in hoc seculo viuēdo, in cælis est tūc in gratia confirmabuntur, iā enim cadere ab amicitia diuina nō poterūt, sed perpetuo in gloria manebūt. Atque ideo subdit Dauid. Ego cōfirmavi columnas eius. Vocātur iusti columnæ terræ, quia illi sustinēt impios in terra: & propter eorū merita

Sap. 5.  
Rom. 13.  
Matt. 5.  
Psal. 83.  
Psal. eodē  
Gen. 28  
1. Cor. 4.  
Psal. 74.  
Mala. 4.

multoties Dominus cum magna patientia suffert peccatores. Nonne fuit Moyses plus quā columna marmorea vniuerso populo Israel: nam cū vellet Dominus illos perdere, orationibus Moysi pēperit illis. Sic & sanctus Loth Sodomā sustinebat. Et eo modo quo sabbato subterniculo torū ruit adificium: ita vniuersa ciuitas Sodoma, statim vt ipse ab illa discessit, funditus euersa & combusta est. Ideo velim vt intelligas, quantum oporteat, vt iustitia tua abundet plus quam Scribarū & Pharisaeorum, ne in die illa tremenda in damnationem aeternam abeas. Non erant Zacharias & Elisabeth sicut illi de quibus Christus dicit. Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus: sed similes Noe, de quo in Genesi dicitur. Noc vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis. Cum Deo ambulauit, & c. Salomon fenestras fecit obliquas in templum: & templum Ezechielis fenestras habebat obliquas in thalamos: foris enim late erant, intus verò strictae, vt parum exterioris luminis reciperent: diuino namque splendore potius quā corporeo lumine illustrabatur. Et si vtrumque lumen bonum sit interius per conscientiam, & exterius per exemplū: tamen multo praestantius est interius quā exterius. Omnis gloria filiae regis ab intus (inquit Dauid) in fimbriis auris circumamicta varietatibus. Ac si vellet dicere. Omnis decor, & pulchritudo interius in anima debet esse claris virtutibus insignata. Et quia curat etiam exteriorem ornatum, vult aureas fimbrias, & exemplorum bonorum varietatem in operibus exterioribus reluctantem. Bonus itaque est vterque splendor, sed ille longè praestantior qui in rectis & sanctis operibus inuenitur. Idque Paulus asseruat. Hæc (inquit) est gloria nostra, testimonium conscientiae nostrae. Quemadmodum pyri & nucis nucleum comedimus, putamina verò in terram reiciimus: sic virtute oblectamur, speciem autem virtutis ab ipsa virtute separatam contemnimus. Vera virtus solum Deum quaerit, & ipsi placere satagit, sicut Zacharias & Elisabeth qui ambo coram Deo iusti erant. ¶ Potest etiam locus iste exponi ad modum loquendi linguæ Hebraicæ coram Domino. Id est, quod vndequaque absolutam & perfectam habebant virtutem. Cum enim diuinæ scripturæ aliquid magnū aut excellens significare volunt vitara phrasi dicunt, coram Domino. Vt est illud Genesis. Robustus venator coram Domino. Id est, excellens venator. Et illud de Sodomitis. Erant peccatores coram Domino, id est, maximi & abominabiles peccatores. ¶ Demum vt concludā illud in hoc loco obseruatione dignū esse cenfeo: nimirū quod vterque & Zacharias & Elisabeth erant iusti. Beata illa domus dici potest in qua vterque coniux eiusdem voluntatis, & vnum quaerunt vt in præceptis Dñi ambulent, & in iustificationibus suis, vt mox dicit Euan gelista. Vbi verò alter coniugū claudicat: & à recto deuiat ordine, accidit id quod in boum iugo si alter fugiat, tunc enim nihil rectè fieri potest. Sic fuerunt illi duo Abrahā & Sara sancto matrimonij iugo copulati, qui in seruiendo hospitibus & peregrinis ambo erat simul. Nec solus Zacharias & peregri nis ambo erat simul. Nec solus Zacharias & peregri nis ambo erat simul. Nec solus Zacharias & peregri nis ambo erat simul. Sed quomodo iusti corā Dño? Si hoc ab impijs Luthe rianis peteres, facile tibi responderēt, quod sola fi-

de: sed si à beato Luca petueris, ipse tibi respōdebit, \*Incidentes in omnia mandatis & iustificationibus Domini. Vides iam quomodo non sola fide iusti sumus, sed obseruatione etiam mada torum Dei? Concedimus enim quod sine fide impossibile est placere Dño. Radix enim & origo iustificationis est. Ideo Petrus de fide ait, quod purificat corda, nempe ab infidelitate: & illud tanquā iustificationis ad gratiam præparat, suscipiendam, qua gratia iustus fit impius. Verū iustificatio non fit per solā fidē, sed per gratiā & bona opera quæ fructus sunt charitatis, iuxta illud. Si quis diligit me, sermonē meum seruabit: obseruatio autē mada torum, charitatis est fructus, & sic etiā cetera bona opera. Itaq; à charitate procedit hæc obseruatio mandatorū quæ hominē iustū efficit. Et Ioannes inquit. Qui habuerit substantiā huius mudi, & viderit fratrem suū necesse habere, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? Nō dicit, quomodo fides Dei, sed quomodo charitas Dei manet in illo, si quidem opera bona sunt fructus, nō fidei, sed charitatis. Demū doctōri illi qui petebat à Christo, quid facturus erat vt viā aeternā possideret, respondit Christus per illā parabolam descendētis à Ierusalem in Iericho, & Samaritani exemplo dixit. Hoc fac & viues. Ideo qui exercet opera misericordiae, exercet charitatem, quæ vitam præstat, non tamen sola fides sufficit. Igitur mandatorum obseruantia homo iustus fit, & anima ex charitate vivit. Alias mortua esset, vt Iacobus testatur. Hoc autē est, quod omnis scriptura proclamat dicente Domino. Filius hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera sua. Non dicit, secundum fidem eius, sed secundum opera eius. Quæ doctrina clarior & illustrior redditur verbis illis Matthæi, quibus multi dicent in illa die. Domine, in nomine tuo dæmonia eiecimus, virtutes multas fecimus. Non poterant equidem isti prophettare, nec dæmonia eicere, nec miracula facere, nisi fidem haberent: qui tamen cum sua fide separantur à Domino, quoniam inanem & vacuum sine diuina charitate eam habuerunt. Et in die illa finalis iudicij, de operibus erit tantum disceptatio: dicit enim Dominus iustus. Esuriui, & deditis mihi manducare: sitiui, & c. fides igitur sine operibus non saluum facit, nec vnit aliquem cum Deo. Et quia inferius in capite septimo huius de fide & iustificatione ducturi sumus, hæc satis sufficiant. ¶ Discite exemplo parentum beati Ioannis Baptistæ, non segniter te habere in viis mandatorum Domini, sed sanctis & rectis operibus incumbere. Nihil tibi proderit si fidem tantum nudam & informem habeas. Nam quid profunt in naui oculi, nisi essent manus? Quid proderit naua in gubernationis chartam respicere, aut solis altitudinem metiri, nisi adit qui puppim voluēt, aut restim nauis apprehendat, aut qui vela compliceat, aut extendat? Sic aliquis qui in caelum dirigit necessum est: tamen quid hoc prodesse, nisi esset simul, qui ad nauis car chesion ascenderet? Sic etiam quid proderit quod in caelum respicias, & quod intellectum habeas, vt Deum cognoscas, & vt credas etiam quicquid ecclesia tener: si manus & pedes colligatos habueris, vt ne quid boni proximo facias? Quid utilitatis tibi

tibi accedit, quod credas Deum in caelis esse: si tu ita vitam agis, ac si Deus nō esset? ¶ Obserua etiam quod non solum incedebat in aliquibus mandatis, sed in omnibus nam quicunq; vniuersam legem seruauerit, dum in vno offenderit, factus est omnium reus. Videbis etenim plurimos castos, bene compositos, qui nemini maledicunt, rebus sacris assistentes: alios verò auaros, & rei alienæ cupidissimos, qui etsi pauperem videant fame pereuntē, nec obulum ei tribuunt. Alios itidē magnificos & liberales videas, qui mundi & perfecte apparent: quorū viscera ambitionis & dignitatis honor crudelissime corrodit. Et denique inuenies plurimos multis virtutibus circumdatos, quos alia etiam vitia comitantur, quæ virtutes conquinant, & labefactant. Quorū status adeo periculosus est, vt peior sit eorum statu qui omnino perditū sunt: nam si omnino mali essent, aliquando suæ conscientiae scrupulus, eos à peccatis seduceret. Tamē isti priores bonis quæ fecerunt, nituntur, & patrata scelera non aduertunt: & bñ se bonos existimant, malorum quæ fecerunt, nunquā poenitentia subit. Et quod deterius est, contingit saepius diabolū Christianis hominibus bona opera consulere, vt his fidentes operibus incauti viuāt: quo fit vt laqueo diaboli detenti magis quieti & tràquilli sint. Facit ad hoc illud Leuitici quod Dñs dixit. Si opererit lepra omnē cutem plagæ, & c. Mirū equidē videtur quod corpus omni ex parte scabie plenū sanū & integrum iudicetur: non autem id quod lepra aliqua parte tetigerit. Quo nimirū ostenditur eum in maiori versari periculo qui aliquas partes habet læsas, aliquas verò intactas, quia iste talis de malis non curat, fiduciam habens in reliquis bonis. Nolite (inquit Ieremias) confidere in verbis mēdacijs, dicentes. Templum Domini, templū Domini est. Putabant namque Iudæi omnia illis esse tuta, si boues & arietes in templo mactarent, si calendæ celebrarent. At Dñs per Esaiam has oblationes & obsequia detestatur, quia manus eorum sanguine erant plene. Sic Simon ille Pharisæus quia aliqua operabatur bona, sanū se existimabat: at Magdalena, quæ vndique coinquinata erat, sanita ē adipsificur. Cum piscator magnum aliquē piscem habet captum, non statim violenter extrahit, sed funiculum extendit, donec piscis hamū simul & escā deglutierit: nam si confestim nimis compellerit, scindetur funiculus, & aufugiet piscis. Sic cum diabolus inimicus noster aliquē peccatorē suo hamo deuinctum habet, scilicet scelere aliquo mortifero constrictum, & voluptatum illecebris alligatum: non illum statim vehementer opprimit, aut discruciat, ne vel hoc irritatus abruptat vincula, & celeriter euadat: sed potius demulcet illum, & sinit aliquibus virtutum actionibus incumbere, & quoad fieri potest funiculum extendit, vt securus illum teneat & possideat. Permitebat namque Herodi, iste nefarius nebulosus, quē hamo suo habebat apprehensum, vt Ioannem Baptistam audiret, & eius consilio nonnulla facta ad iustitiam dirigeret: at habebat illum irretitum luxuriæ fortissimis vinculis. Nam quemadmodū auis si alterum pedem ligatum habeat, nequaquā volare potest: ita homo, licet ad eleemosynam largiendam, & ad preces fundendas, liber esse videatur: nihilominus totus ligatus, & vndique deuinctus, si vel solo vno

vitio fuerit derentus. Nec mirum est, si Dauid noluerit videre eos, qui dimidiam barbā rasam habebant: sed præceperit eis, vt manerēt in Iericho. Sic Dominus nequaquā eos conspiciere potest qui aliquam sui partē intactā, aliquam verò coinquinatam habent. Nec illud quod in Ezechiele legitur mysterio vacat: scilicet quod pennæ sanctorū animalium copulatae erāt vnus ad alterū. Vt vel hoc nobis significaretur, virtutes quæ ad modū alarū se habent, quibus ad celū conscēdimus, debere sibi mutuo coherere. Quapropter apprime necessariū tibi est, vt omnes virtutes tibi copulatas habeas, omnia etiā præcepta Dei obserues: si talis esse cupis, quales Zacharias & Elisabeth fuerunt. Etenim euangelicus ille negotiator inuenta sibi preciosa margarita, vniuersa quæ habuit, vendidit. Et Apostoli Christi obseruantissimi sectatores non partē aliquā, sed omnia bona dereliquerūt. Ecce (inquit angulare fundamētū ecclesiæ) nos reliquimus omnia. Nec immerito Ananias & Zaphira puniti sunt subita & impræuisa morte: eo quod partem pretij vediti agri tulerūt Apostolis, & partē sibi reseruauerūt. Quod si infelices illi nihil sibi reseruassent, nō vtiq; mortui essent. Sic multi se omnino negare nolunt: adimplent etenim voluntarē prælati, in eis in quibus per omnia non coguntur: in his autē in quibus potissime se negare debuissent: suo palato satisfaciunt, suamque voluntatem exequuntur. In aliquibus sunt obtemperantes, in alijs verò obedire recusant: partim diuina mandata custodiunt, partim verò ea transgredi non magnificiunt. Quid rogo, tibi proderit, si vniuersas ciuitatis portas claueris, vnam tamen patentē reliqueris, qua inimici ingredi, & ciuitatē capere possint, & vitam simul & animam auferant? Ad quid con ducit te nouē decalogi præcepta obseruantissime custodire, si vnum illorum frigeris? Maximi enim refert omnia simul custodire. Vnde Dauid cantabat Domino dicēs. Ad omnia madata tua dirige bar, omnē viam iniquā odio habui. Et Christus te gem appellauit iugum omnij præceptorū. Tollite, inquit, iugū meum super vos. Vbi diligenter est animaduertendum, quod non dicit, tollite iugum super collum vestrum, aut super humeros vestros, sed super vos totos. Vniuersa enim Christiani hominis pars iugū legis a sportare debet. Quo sane argumento concludimus, quod qui huius oneris partē recusauerit, sciat se totum iugū abiicisse. Recte Dauid totū hoc onus supra se sentiebat, cū dixit. Omnia ossa dicent: Domine quis similis tibi? quia videlicet Deum gerebat super omnia. Et rursum. Benedic anima inea Dñm, & omnia interiora nomē sanctū eius. Quia ratione cū Paulus iret Damascū, circumdatus est luce cali: vt insinua ret illum oportere in omnibus mandatis incedere. Aliquos circū lucidi sunt, partim verò tenebro si. Oportet enim vt caelesti lumine totus fulgeas, nullam habens partē obscuritatis. Omnia vitia & peccata in te extingua esse debent. Nam cū Pharao perit in mari, simul & vniuersus exercitus suffocatus est, ita vt nec vnus ex eis remanserit. Sic & tu omnia vitia propellere debes. Leprosus namq; qui mundandus erat, secū dum legem omnes capillos tenebatur radere. Sic tu omnia vitia & passiones debes scindere à corde tuo. Præcepit Dominus Sauli

2.Re. 10. Ezch. 1. Mat. 13. Mar. 19. Act. 5. Psal. 118. Mat. 11. Psal. 34. Psal. 102. Act. 9. Exod. 14. Lami. 14. Sauli

**1. Re. 15.** Sauli, vt omnes Amalechitas destrueret, & quod nemini parceret: quia verò hæc non fecit, à Domino reprobatus est. Tu autè quomodo à Domino vis probari, qui vitia quæ tibi omnino nõ placent, destruis: illa verò quibus delectaris viuam relinquis: quemadmodum Saul fecit, qui omnia pecora & armenta pinguiora ex gregibus Amalech sibi referuauit? Quod si Deo placere cupis, omnes Amalechitas debes interficere: hoc est omnia vitia & peccata in te extincta esse debent. ¶ Rursus hic notabis, quod non solum dicit obseruantes seu custodientes omnia mandata: sed incedentes in mandatis. Singula enim verba suam emphasim habent. Non enim satis est vt omnia Dei præcepta custodias, sed opus est vt incedas, & ambules in via mandatorum Dei. Ne igitur in chænice sedecas, aut otio indulgeas: sed propera, ambula, & curre in via mandatorum Dei, & ita ibis de virtute in virtutem, & videbis Deum deorum in Sion. In via Domini non proficere, iactura est. Nã sancta illa animalia quæ vidit Ezechiel, vbi erat impetus spiritus gradiebatur: nec reuertebatur cum ambularent. Sic tu dum diuinus flauerit spiritus, de bono in melius debes proficere. Sicut fluuius, qui semper in mare tendens nunquam ab itinere desistit, quousque ibi consistat: & sicut luna quæ semper crescens, nunquam cessat quousque complementum luminis attingit. Et denique sicut ignis qui semper ascendit, vt quiescat in naturali sua sphaera. Sic proculdubio nos nunquam ab incepto virtutum itinere debemus desistere, quousque ad mortis terminum deuenientes ingrediamur illud gloriosum paradisi mare vbi in Deo sphaera nostra quiescamus. Qui vltra nõ progreditur, retrovertitur. Nã si rota putei nõ semper voluatur, statim retrovertitur, & mutatur. Sic humana mens nunquam in eodem consistit: quocirca si à vitis profectu cessat, statim retrorsum in vitia abit. Sic Isaac proficiebat, donec magnus effectus est. Nec non etiam Dauid, qui robustior semper fiebat. Ideoque Angeli in scala Iacob ascendebant, & descendebant: vt inde tu intelligas quod in via mandatorum Domini (quæ scala sunt caeli) nulla tibi est admittenda quies. ¶ Porro dixit Euangelista quod incedebant in mandatis & in iustificationibus Domini. Mandata quippe ad præcepta moralia pertinent, iustificationes verò ad iudicialia, quibus & ad proximos, & ad Deum rite ordinatur, Nam (vt Origini placet) quãdo bene & rectè de aliquibus iudicamus in iustificationibus Domini incedimus, sed quãdo hoc aut illud facimus in mandatis illius ambulamus. Vnde non immerito Lucas prædicauit in his duobus laudem esse perfectam. Quibus mandatis & iustificationibus intentus erat Dauid, cū dicebat. In mandatis tuis exercebor, & meditabor in iustificationibus tuis. Verum eniuero quia maximè encomium est nõ solum Deo placere, sed hominibus etiam esse grati, subdit sacer Euangelista. *Sine querela.* Maxima profecto hæc est laus iustorum: nam multi boni sunt, et coram Deo iusti: tamen quia nec comes, nec benigne proximi sunt, ideo nec amabiles, nec grati hominibus sunt. Grande quidè negotium est, ita viuere, vt hominibus etiã improbis satisfacias. Nã que de Moyse scriptum est. Dilectus Deo & hominibus Moyse, cuius memoria in benedictione est. Et de Iudith etiam dicitur. Erat in omnibus famo-

sisima, quoniam timebat Dominum valde: nec erat qui loqueretur de ea verbum malum. Vnde diuinus Paulus. Prouidemus (inquit) bona nõ solum coram Deo, sed etiam corã omnibus hominibus. Nec absque consilio præcepit Dominus Noe, vt ligna, ex quibus fabricanda erat arca, vt & intrinsecus & extrinsecus bitumine linerentur. Tales enim nos Dominus desiderat, vt & intus munda conscientia splendeamus, & foris sancta conuersatione hominibus placeamus. Discere igitur nos oportet horum iustorum exemplo, sic de fratribus loqui, & cum illis agere, vt omnibus grati & dilecti simus: iuxta illud Apost. Nemini dantes vllam offensionem, vt non viruperetur ministerium nostrum. Et idem Philippus (seu hortatur, dicēs, Omnia facite sine murmuratione, vt sitis sine querela simplices filij Dei in medio nationis prauæ atque peruersæ. ¶ Potest & locus iste aliter explicari. Potest nãque ambulare aliquis in omnibus mandatis & iustificationibus Domini, non tamen sine querela. Nam quando aliquis adimplet præcepta Domini, & facit quod ipse iubet: at non propter Deum solum, sed potius vt hominibus placeat: is equidè non sine querela operatur. Ideo Dominus. Iuste quod iustum est, persequeretur. Nisi esset iustum aliquid quod non iuste sequeremur, nequaquam nobis præciperetur, vt iuste quod iustum est, sequeremur. Quando iusta Dei præcepta propter ipsum exequimur, in mandatis Domini incedimus, & in iustificationibus his sine querela, & tunc iuste quod iustum est, adimplemus. Aduerte autem quod in græco est, *quisquis*, quod actiue & passiue accipi potest: nec ipsi querebantur, nec de ipsis aliqua erat querela. Et non erat eis filius. Quæ verba non absque digna commendatione sunt prætereunda. Nam cum res illis accidisset tam infelix, scilicet parere prole: non ob id à iustitia recedebant, nam stercilitas antiquis erat opprobrium, & inter precipua vitæ mala numerabatur. Sic Dominus. Non erit infœcunda nec sterilis in terra tua. Et in Deuteronomio. Non erit sterilis apud te vtriusque sexus. Putabant enim eum popululum à Domino esse rejectum, cui foelix aliqua proles nõ obtrigisset. Quo sterilis opprobrium percussit sunt Zacharias & Elisabeth, cùm adhuc essent iusti apud Dominum. Vbi iam aperte vides quomodo Deus dilectis suis afflictiones & tribulationes mittit. Sed quare? Quia infirmitatem nostræ carnis cognoscit: & intelligit multoties homines tum fauoribus, tum honoribus superbire, & hac de re radicitus perdi. Quod si huius rei exempla, vel ad oculum patere cupis: adducã tibi Petrum, qui cùm à Christo laudaretur, hac elatus laude, ausus est Christo contradicere à quo laudatus fuerat. Sic etiam Moyse nimia prosperitate elatus, à Deo petiit, quem erat missurus cum eo, quando cum illo facie ad faciem loquebatur, & dixerat. Noui te ex nomine: quasi vellet Deum compellere vt mysteria abscondita, & arcana sua illi reuelaret. Sic cū sponsus laudaret sponsam, audiens ab ore eius, quod cæteris pulchrior esset, in audacem vocẽ prorupit dicens: Indica mihi quem diligit anima mea: vbi pascas, vbi cubes in meridie. Sic etiam filij Zebedæi, quia affinitate cum ipso Salvatore erant coniuncti, ausi sunt in regno suo dextram & sinistram impetrare. Qui omnes etsi asperum à Domino responsum audierunt,

vtile tamè, & quod spem suæ petitionis præbebat. Petrus namque audiuit. Vade post me Sarana. Moyse. Posteriora mea videbis. Sponsa. Si ignoras te. Et filij Zebedæi: Non est meum dare vobis sedere ad dextram & sinistram. Nam quando alicui famulo vinum purum damnũ infert: præcipit Dominus antequam iterum purum porrigatur, purum aquæ illi admisceri, vt vini robur leniatur. Ita sume Dñs cùm intelligat prosperis & foelicibus superbire, & in multas insanias labi: his tribulationes & afflictiones iungit, vt vel ita vires frangat & extinguat. Ita Moyse contigisse cernimus. Permisit namque Dominus, & voluit septem dierum spatio in mote à Moyse expectari, quibus finitis in septimo illum vocauit Dominus. Vt nimirum ne tanta familiaritate & amore elatus superbiat. Idem fecit cū Abraham dilectissimo: ad quem si aliquando venire dignabatur, nunquã tamè domum eius ingredi voluit. Iustus quippe solet aliquando diuinis fauoribus insolescere: quapropter Dominus eorum prosperitatem temperat, ne eos perdat, quos ardentè diligit. Quod vt tibi clarius elucescat, vel collatione appositissima facile demonstrabo. Nam si aliquis nobilis accipitrem habet, quem maxime æstimat, propria manu ipse necessaria præstat, mira diligentia plumas componit, demulcet, & in eo videndo maximè delectatur. Nec his omnibus contentus Dominus, cõpedibus accipitrem deuincit, & oculis apponit capitium. Quod si quæras quare de causa tantam curam & sollicitudinẽ erga illum habeat? respondebo tibi: quia mirum in modum illum diligit: quod si iterum interrogas, quid est, quod compedibus & funibus illum cõstrictum teneat? responsum tibi accipe: ne dilectus accipiter fugam faciat. Quod quidem Dominus conuenit facere cum amicis & dilectis suis. Vt est videre in sancto Propheta Dauid, qui multis beneficiis & fauoribus affectus fuit à Domino. Fuit namque in regẽ vnctus à Domino, & à custodia ouium educatus, datus fuit illi Propheticus sermo, & gloriosa victoria aduersus gigantem Goliath. Tandem effecit in eius gratiam, vt vniuersus populus in gloriam & laudem eius tympanis & psalterijs caneret, vnanimes virginibus. Saul percussit mille, & Dauid decem millia. Quæ omnia Dominus in illum cõtulit, quia maximè illum diligebat. At ne magarita hæc preciosa amitteretur, nec tot fauoribus elatus superbiat, datus est illi Saul in persequutorẽ, cuius persecutionibus velut quibusdã compedibus opprimebatur. Adducam tibi alium ex non contemnendis dilectis & amicis Dei Ioseph: qui quemadmodum patri suo Iacob amabilis fuit, ita etiam nõ minus iucundus & gratus extitit oculi domini sui Putiphar. At ne tantus amor & indulgentia illum perderet, à fratribus fuit in Aegyptum venditus. Ne autem tanta gratia & amicitia domini sui inflaretur (videbatur namque & sibi ipsi, & aliis dominus cum super vniuersam domum Putiphar imperaret) in carcerem & in ferreas cathenas fuit detrusus veluti accipiter, qui à domino deuincitur, ne in fugam se conuertat. Humiliauit enim Deus (vt de ipso Dauid canit) in compedibus animã eius. Familiaris etiã & charus amicus erat domino propheta Helias, cū quo sæpissime loquebatur: ne autem in superbum euaderet, immisit in illũ persecutionẽ Iezabel, vt vel sic in Sancta humilitate

immobilis persisteret. Et vt de hac re finẽ iam dicendi faciam, audiamus Paulum dicentem. Ne cingitudo reuelationum extollat me, datus est mihi Angelus Satanæ qui me colaphizet, &c. Sic igitur hos iustos sterilitatis opprobrio Dominus humiliavit: ne nimia prosperitate superbiat. Sic etiam propheta sanctus Ezechiel ne multis reuelationibus clarus insolesceret, vocatur à Domino sepe filius hominis. Nam filius hominis Hebræa phrasi verum hominem significat, obnoxium calamitatibus & doloribus, vt vel sic insolentia nullus locus deret, neue tantum lumen propheticum magni lapsus esset causa. Quod quidem non paruum est beneficium in nos collatum ne secundis insolentes simus. Vnde non ab re illud Ezechielis erit in memoriã reuocandum: nimirum quod de igne egrediebatur fulgur: quia ex amoris igne egreditur fulgur calamitatis. Et quemadmodum fulgur terram ferit, & cælum illustrat, sic afflictio propter Deum corpus debilitat, & dolore frangit, mentem autem purificat & clariorem reddit. Vnde euenit vt homo humilietur, & seipsum cognoscat. Mittit igitur Dominus tribulationes pro tanto in nos amore, ne secundis rebus in elatione animi descendamus. ¶ Secundo tribuit Dominus afflictiones amicis suis: vt celerius ad Deum ire satagant: neue his terrenis detineantur. Contingit nãque sæpius viatoribus ex itinere sessis, vt si forte viderint amœna aliqua loca, à recto itinere deuiant & moras necunt, allecti pulchritudine loci, & animi requiescendi gratia. Quæ etiam de causa Dominus dilectis suis iter ad eum facientibus asperum iter facit, ne floribus & amœnitate huius vitæ detenti, ad Deum tendere impediuntur. Tribulationes sic mittit, vt omni sublata mora ad Deum celeriter tendant. Vult nãque Dominus ab his terrenis hominum animos auertere, & ad ea inducere, quæ perpetuo sunt duratura. Ad hoc enim permisit Dominus, vt filij Israel à Pharaone persequerentur, vt terram promissionis maioribus conatibus cuperent: quos velut villia mancipia tractabat, præcipiens illis vt & lateres efficerent, & paleas colligerent ad concoquendos lapides. Sic nimirum vt hæc terrena nobis displiceant, grataque sint illa superna & immortalia bona permittit nos in laboribus & afflictionibus ambulare, Nam si in infatigabili aliquo dierum spatio segregatus esset, vbi omnia quæ veller, quæque placida illi essent, abundanter suppeterent: nulla equidem amplius animi ipsius recordatio propriæ patriæ subiret. At verò sine misera fame & infœlicitatibus ibi premeretur, sine dubio nihil magis quàm propriam patriam ardentè desideraret. Quæ vel vnico exemplo ex sacra pagina adducto non erit incommođum tibi comprobare. Nam tantum temporis Iacob in domo Laban permanfit: quantum quæ sibi placita erant, fiebant: neque aliquando patriæ suæ recordatus fuit, nisi cum domus illa iam illi incepto displicere. At verò quando Laban ipsum Iacob toruis & inimicis oculis aspexit, statim dixit: Volo recedere: non respicit me Laban sicut heri, & audiuertus. In deque fit vt isti sancti coniuges sterilitatis afflictione afficiantur, vt totã suam spem in vnicum Deum reponant. Videbis de his Chrysolomum egregie loquentem. Tam igitur videris, quam iustus & rectus sit Dñs, & quomodo quos diligit,

Lege Gre. lib. 11. Mor. ca. 16.

Psal. 83.

Ezech. 1.

Gene. 26. 2. Reg. 3. Gene. 28.

Orig. li. 2 in Lucã.

Psal. 118.

Eccle. 45.

Iudith 8.

Rom. 12.

Gene. 6.

1. Cor. 6.

Phili. 2.

Orig. li. 2. in Lucã.

Deut. 16.

Exod. 21. Deut. 7.

1. Re. 16. 1. Re. 17.

Mat. 16.

Exod. 33.

Gene. 27.

Gene. 29.

Psal. 104.

Mat. 20.

3. Re. 19.

1. Co. 12.

Ezech. 2.

Ezech. 1.

Exod. 1.

Gene. 30.

Chry. ho. 1. ad pop. Antio.



diliget, flagellat. Vt omnia credas Dei incorruptissimo iudicio fieri. Nec mireris, si aliquando videris simplicem & rectum adolescentem immatura aetate surripit: & deprauatum peccatorem suum in seculo viuere. Quo circa optimo iure canebat domino Propheta regius. Omnia iudicia tua aequitas, iniqui persecuti sunt me. Nunquam Iob proprias facultates amisisset, nisi Dei voluntate traditus esset Saranae. Sic omnia mala poenae, quibus Dominus nos affligit, non sine eius voluntate sunt: quae voluntatem cum tu nullatenus videas, & ignores, in murmuracione prorumpis. Quis obsecro, si oculos conijceret, in bonitatem & simplicitatem Iob, non diceret, iuste posse de eo conqueri? At iudicia Domini abyssus multa. Nec ideo ipsam virtutem deserere statim debes, si Dei seruos oppressos videris. Nam si deformitas & nubecula mulieris suo amatori grata est, cur virtute amantes ea quae ipsi sunt coniuncta & amare, & summo prosequi studio non debent? Voluit etiam alia de causa Dominus, ut Zacharias & Elisabeth tot annis steriles essent: ut postea de suscepto filio maior esset alacritas & gaudium. Nam quae magis desiderata accidit: maiorem voluptatem adducunt. Vbi discere hos sanctos ita spe affligi propter hunc filium, ut postea maiori alacritate & gaudio illo frueretur. Sic Moyses eduxit mel de petra. Nec inuenimus populū de petra mel comedisse, sed aquam bibisse: at cum populus siti defatigatus esset (vt ait Chrysostomus) aqua illa tanquam mel illis sapuit. Mirum in modum gustum recreat, quod fame comeditur. Ita Dominus in hac vita vult nos laboribus opprimere, ut quae postea bona acceperimus melius cognoscamus. Maiori namque gaudio affectus fuit Zacharias cum suscepto filio in senectute, quam si in iuuetute daretur. Vnde Dominus praecipiebat, quod agnus lactucis admixtis comederetur. Tribuebat Dominus eis amarum condimentum, vt in esu agni magis delectarentur. Nam post hyemis grandines, pluias, & tempestates, veris claritas magis aestimatur. Quo circa Dominus in conferendis beneficiis aliquantulum remoratur: priusque labores ad nos mittit, & alia quibus angimur in fortuna, ut postea munus quo a Domino afficimur & pluri fiat, & magis gratum nobis contingat. Quae omnia iterum ex sacris eloquiis adductis testimoniis, non pigebit demonstrare. Nam antequam Dominus Abraham quietem daret, in peregrinatione vitam egit. Et antequam Iacob bonis potiretur, seruiuit Laban. Et Gen. 39. Ioseph antequam dominaretur in Aegypto, multa passus est in fortuna. Et Dauid antequam regno potiretur, mirum est quas calamitates & afflictiones sustulerit. Et filii Israel antequam desiderata terram intraderent, quibus laboribus & infortuniis fuerunt obnoxij? Denique liber aduertere quod quae miraculo fiunt, praestantiora sunt quam quae natura producit. Sic vinum illud effectum a Domino ex aqua in nuptiis in Chana Galilaeae praestantius fuit, quam a vitibus vnquam productum. Vnde qui ex mulieribus sterilibus nati sunt, praestantiores sanctitate fuerunt, quam reliqui alij illius temporis, vt Isaac, Ioseph, Samson, Samuel, & Ioannes Baptista. Vt igitur mundo ostenderet Deus Ioannis Baptistae sanctitatem, & parentes ipsius laetos faceret, voluit vt ex sterili nasceretur. Causam autem cur non esset filius Zachariae & Elisabeth sub-

dit Evangelista dicens. Eo quod Elisabeth esset sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Hunc seruat scriptura morem, vt si quid obscure dixit, statim id explicat. Vt est videre in Genesi vbi dicitur. Erat Sara sterilis, & id statim explicat, dicens. Nec genuerat filios. Et iterum ait, quod dixit Abraham Deo. Ego vado spoliatus, & nudus, & filius procuratoris domus meae. Et statim declarat. Mihi non dedisti semen. Et Esaias. A spicite ad petram vnde excisi estis. Et subdit explicans. Attendite ad Abraham, &c. Et in Deuteronomio. Non connubia iunges cum eis, scilicet cum Chanaanis. Et sequitur. Non dabis filiam tuam filio eius. Sic in praesentiarum: non erat eius filius. Declarat seipsum dicens. Eo quod Elisabeth esset sterilis: & ambo processissent in diebus suis. Ex duplici causa naturaliter filium habere non poterant. Primo, quia natura sua erat sterilis, cum neque in iuuetute concepisset: tum secundo, quia iam anus erat. Ideo concipienti duplex impedimentum abstulit Dominus. Haec sunt diuina & admirabilia opera, nam vbi maior est naturalis difficultas, & vbi nulla profusa spes desiderati relucet, ibi Deus maxime suam gloriam ostendit. Vbi discere oportet, nunquam esse de diuina misericordia desperandum, licet arduum & difficile negotium videatur. Dereliquit dominus filios Israel, quousque iam nullus apparebat aditus. Et cum exercitus Assyriorum duce Holoferne in obsidione haberet Bethuliam, ita vt cum desperati essent, iam decreuerant post quinque dies tradere ciuitatem: tunc dominus cum iam de omni remedio esset desperatum, misit fortissimam sceminam Judith, cuius manu eos liberavit. Et Apostolis qui tota nocte laborantes pernoctauerant apparuit Iesus non in prima vigilia noctis, sed circa quartam vigiliam cum iam sepe de labore desperabant. Qui locus nos admonet, nunquam de Deo: vel etiam in maximis & periculosis rebus desperandum. Na licet aduentum differat, vt expectimentum faciat: veniens tamen veniet & non tardabit. Ideo si moram fecerit expecta eum in omnibus angustiis & tribulationibus, quemadmodum Sancta illa scemina Susanna, de qua dicitur: quod eius cor erat fiduciam habens in domino. Quis rogo crederet post tot sterilitatis annos futurum esse, vt Elisabeth pareret? Insuper & Zacharias iam ad senilem deuenerat aetatem, vt inde intelligas conceptum magis desperatum esse. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suae ante Deum secundum consuetudinem sacerdotum: sorte exiit vt incensum poneret, ingressus in templum domini. Factum est, inquit. Haec loquutionis forma frequens est apud Lucam: ac si diceret. Accidit. Porro Zacharias ingressus est in templum domini, in festo expiationis quod celebrabatur decima die Septembris. Ingressus est autem vt incensum poneret, offerens dona pro peccatis. At nostra hac tempestate multi relinquunt officium offerendi, & assumunt sibi munus auferendi, & expoliandi templum domini. Hinc fit vt isti diuites & pingues fiant bonis ecclesiasticis & decimis, ipsae vero ecclesiae pauperima: quorum domus miro artificio sunt elaboratae, lectum & eius fulcra pauimentis aureis strata, altaria vero domini omni ex parte neglecta. Qui denique argenteis & aureis vasis potum assumunt salices vero multi ecclesiarum plumbo & vili aere

sunt confecti. Sed de his satis. Ex hac autem diuina Lucae lectione existimantur multi Zachariae fuisse summum sacerdotem & pontificem, quia incensum apponere semel in anno intra Sancta sanctorum tantummodo soli pontifici licebat. Sed quia nullus Iudaeorum de hoc pontificatu & sacerdotio loquens aliquam mentionem sacerdotij Zachariae facit mihi restius apparet, si dixerim, illum non fuisse summum sacerdotem. Nam apponere incensum etiam minores sacerdotes facere poterant, quia quilibet lotis manibus & pedibus, accipiens prunas de altari holocaustorum intrans primam partem templi, quae vocatur Sancta concremabatur thymiana & tunc erat sacrificium consummatum. In illam vero partem quae vocatur Sancta sanctorum, solus summus sacerdos intrabat cum sanguine hirci & vituli immolati pro peccato populi, vt illo sanguine propiciatorium aspergeret. At si Zacharias esset ingressus cum tali sanguine in Sancta sanctorum non vitque euangelista tacuisset: cum id esset maximum inter omnia quae ad officium summi sacerdotis pertinebant. Praeterea Angelus apparuit ipsi, dum nuntium afferret, in praecipua parte vbi suum officium exercebat: & hic dicitur quod apparuit ei stans a dextris altaris incensi quod altare non erat intra Sancta sanctorum. Quod si dixeris soli summo sacerdoti licitum esse apponere incensum intra Sancta sanctorum in die expiationis, dicendum id verum esse sed illud aroma non ponebatur ad sacrificium, sed vt nebula inde confurgens operiret locum illum, dum Pontifex aspergebat sanguinem hirci, & vituli. At Zacharias non posuit incensum isto modo, sed offerens illud super altare incensi ad consummationem sacrificij. Denique in patrocinium meae sententiae facere intelligo id, quod in libro Paralipomenon secundo ad sacerdotem loquitur Ezechias: Nolite negligere filij mei. Vos elegit Deus, vt stetit coram eo & ministraretis ei, colaris eum, & cremetis incensum. Hoc ergo incensum, cuius ministerium ad minores sacerdotes attinebat posuit Zacharias accendendo thymiana prunis ardentibus, ponendo hoc incensum super altare incensi, quod item altare aureum appellatur. At autem si literam diui Lucae inspexeris, satis constat quod non erat summus sacerdos cum dicitur illum esse de vice Abiae, qui ex viginti quatuor sacerdotibus minoribus erat, quique sorte exiit, in ordine vicis suae: quae omnia ab minores sacerdotes pertinere clare constat. Notabis etiam quod sacerdotium illud sorte illi contigit, non vsurparum aut male acquisitum. Vbi discas sacerdotium aut officium praelato non ad eundem esse negotiatione, aut ambitu, sed tanquam alteri Aaron. Nam cum Ozias sacerdotis officium arroganter sibi assumeret, lepra coopertus est. Et Core cum suis consumptus est igni. Zacharias autem sorte exiit. Vnde sapiens ait. Dabitur illi fidei donum electum, & fors in templo Dei acceptissima. Illis autem verbis quibus ait, in ordine vicis suae, docemur ne in ecclesia Dei ministeria sint confusa: sed vnusquisque ita ministerium suum exerceat, vt alienum nolit vsurpare. At sunt aliqui homines qui cum ad sua munera obeunda minime sufficientes sint, aliorum officia volunt facere, & sic contingit saepius ministerium domini in ecclesia confundi, vnde etiam fit vt inter ipsos ministros rixae & contentiones oriantur. Ideo do-

minus Aaroni de leuitis loquutus ait. Ad vasa sanctuarij, & altare non ascendant, ne moriantur. Vult namque Dominus vt vnusquisque suo proprio munere fungatur, ne confusio sit in ministerio domini. Vide etiam quod dixit, ordine vicis suae ante Deum, hoc est in conspectu domini. Nam certe quidquid agimus, in diuino conspectu agimus, cum omnia nuda & aperta sint oculis eius. Quod quidem in omni opere & cogitatione tua attentius considerare debes, cum quidquid agas, coram Deo agas. Sed vae hominum impudentiae qui maiori pudore coram hominibus suffunduntur, quam coram Deo. Nam multa audeamus facere in Dei conspectu, quae puderet nos facere coram hominibus, sed beatus est ille (ecclesiasticus inquit) qui videt circumspectionem Dei. Deuenit namque peccator in id genus stupidum stultitiae: vt existimet, quod cum ipse non videat Deum nec ipse videtur a domino: in cuius gratia haec insana verba proferuntur. Quis videt me? Tenebrae circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me. Quem vereor? Delictorum meorum non memoratur altissimus. Et non intellexit quoniam omnia videt oculus illius. Vnde putabat Iudas filius Iacob peccatum suum occultum esse: sed Thamar misit annulum & baculum & patefactum est. Sic Dauidi dixit Nathan, tu fecisti abscondite, ego autem faciam verbum illud in conspectu omnis Israel. Et omnis multitudo populi erat orans foris horam incensi. Hoc est in arrio templo, quia non licebat, secundum legem, populū ingredi Sancta, aut Sancta sanctorum id est, secundam partem templi. Tres namque habebat templū Salomonis potissimas partes. Priorem partem Sancta sanctorum vocabant: secundam vero, Sancta, vbi omnes ministri & sacerdotes ingrediebantur. Tertiā vero partem Atrij appellabant, in quam vnuersus populus congregabatur. Sic etiam & olim in nostris obseruabatur templis & ecclesiis: in cuius rei gratia quoddam decretum erat sanctum, vt laici inter clericos non sederent, interim dum sacra peragitur: quod quoddam sanctae & religiose institutum est. Nam si tanta reuerentia volebat dominus vt in illo templo antiquo omnes incederent, vt dum sacra celebrabantur, non licebat populo templū ingredi, cum omnia illa vmbra essent & figura eorum quae facienda erant in templo nostro vbi Christus verus Deus & hostia immaculata pro peccatis offertur: quanto maiori reuerentia deberet Christianus populus sacris interesse? Tamen ad id genus impudentiae multi seculares deueniunt, vt ita sint altaribus proximi, vt celebrantibus sacerdotibus maximum sint impedimentum, vt ad cornua altaris non possint volui. O vitina, ecclesia nostra plures haberet Ambrosios: qui sanctissimi vir vel ipsi imperatori Theodosio concedere noluit vt prope altare accederet: sed iussit illi, vt recederet in locum ipsi populo signatum. Et illa olim memoria digna erat consuetudo, quod interim dum lectiones & euangelia legebantur vnuersus in templo aderat populus: postea tamen dum sacerdos Christi corpus conficiebat, cieciebantur foras cathedram: nunc etiam non solum seculares & mulieres sed etiam canes vsque ad aras ingrediuntur. Sed de his alias. Vbi autem dicit sacerdotem esse intra Sancta, populum autem foris:

Psa. 118

Iob. 1.

Psal. 35.

Deut. 32

Chry. 10.

5. hom. 9

super il.

Iud. nemo

Laditur

nisi a seipso.

Exod. 12

Gen. 12

Gen. 39.

Gen. 27.

Gen. 29.

1. Re. 19

Ioan. 1.

Gen. 12.

Gen. 15.

Esai. 51.

Deut. 7.

Leui. 16

Judith. 8

Mat. 14

Mat. 6.

Abac. 2.

Dan. 13.

Leui. 23.

2. Pa. 26

Num. 16

4p. 5.

Leui. 16

Hebra. 4

Ecl. 14.

Ecl. 23.

Gen. 32.

2. Re. 12.

De cōs.

disti. 1.

ca. sacer.

dotum.

datum

datur nobis intelligi, quod Christi sacerdos mysteria domini & arcana magis percillere debet quam populus: & cum proximus Deo sit tractare, debet ea frequentius & profundius penetrare. Is enim debet esse pastor & vitæ integritate, & moribus incorruptis, vt ipsius comparatione cæteri greges dicantur. Tenetur namque sacerdos quæ Dei sunt altius & profundius cognoscere, quàm reliqui alij homines. Vtinam non à popularibus edocemur, nec vt propinquiores Deo sint quàm nos, cū multis negotiis secularibus & exterioribus impediti simus. Vtinam cum fatuis virginibus non excludamur: & seculares cum Christo sponso ad gloriam admittantur. *Apparuit illi autem Angelus Domini stans à dextris altaris incensi.* Bene apparuisse dicitur ei (vt Augustinus differit) quando quidem repente eum aspexit. Quod quidē scriptura diuina de Angelis aut de Deo loquens cōsuevit dicere: vt quod prouideri nequit, apparere dicatur. Sic in Genesi dicitur: Apparuit Deus Abraham in cōuale Mambrae. Apparuit autem ad altaris dextrā Angelus læta nunciaturus: nam quæ dextra sunt fœlicitatis nomen fortiuntur. Talem enim locū Angelus elegit, qualia erāt nuncia, ab ipso allata. Vbi non ab re notandum erit: quod nusquam Angeli certius inueniuntur, quā vbi sanctis & piis operibus vacatur. Qualem operum tuorum desideras inspectorem, talia operare. Vbi nāque conuiujs, epulationibus, mendacijs, & carnis voluptatibus datur locus: ibi non Angelus Domini, sed Satan apparebit, quia ipsius operibus assistitur. Præterea non omnibus, sed mūdis corde & sanctis apparuit qualis erat Zacharias. Apparuit illi oranti, & ab amplexibus abstinenti, & à mundana turba separato. Sic nimirū si tu cælestibus cupis frui gaudijs à terrenis necessum est te ipsum abstinere. Denique id diligenter obserua, quod dum Zacharias suo officio & munere fungeretur, apparuit illi Angelus Domini. Quia bono muneri erat intentus, meruit Angelū Domini videre. Fauet enim Dominus hominibus, qui sanctis muneribus funguntur. Sic Dominus Petrum & Andream piscatores vocauit: quos discipulos & Apostolos suos fecit. Nec sine mysterio intelligas Euangelistam dixisse. Erant enim piscatores. Quid enim ad nos facit scire, vel nō scire illos esse piscatores? Quod certe dictum fuit, vt sciamus, multos aliquando ad piscandum ire, qui quidem piscatores non sunt, funguntur enim piscatorio munere, vt delectentur, non vt eo viuunt. Petrus verò & Andreas piscabantur, quia eo munere necessaria vitæ comparabant. Quod quidē Euangelista expressit, vt doceat Deū suis officijs & muneribus intentis fauere, & iis qui suis manibus, nō alienis officijs exequuntur. Sed tu qui Episcopus es, quid ad hæc dices? Et tu qui beneficium habes, & animarum curam: quid est quod eas tradis manibus conducti mercenarij? quid est quod eas nō visitas, non lactas, non pascis, nec sacramenta porrigis? Quare pastor cum sis, pastoris officio nō fungeris? Quare oues iugulo tradis, postquā sanguinē suxisti? Quare ecclesiæ tuæ non assistis? Tibi profecto nō Angelus lucis apparebit à dextris: sed Angelus Satanæ in articulo mortis à sinistris: sicut perpetuo absens es à tua ecclesiā: ita perpetuo diuino regno destitueris. Nec id faceres, si intellexisset, quantam perniciem tuo gregi inferas, cum tua

absentia. Nam absente Moyfi populus idolo latræ seruauit, quod utique non fecisset, si ipse Moyses adesset. Nec mirum si actis Apostolicis legamus, quod umbra Petri sanitate dabat infirmis: vt intelligas quantum interstet; vt Prælati semper suis ouibus custodiendis assistant: cum vel sola umbra sanos eos faciat. In regalibus curijs Prælati nihil aliud mihi videntur, quā mortuæ caluarie. Quando canis molossus, cui data cura est pecus custodiendi, relicto grege in mote domum petit, vt panis quadram, vel aliud quid possit capere, solent filij familias & famuli vocibus obstrepentes canē è domo eiecere, & illum sustibus cedere, dicentes: Abi ad pecus, abi ad pecus, vt iterum ad custodiendas oues abeat. Ita in Regum & aliorū secularium Principum curijs plures Prælatos, & antistites videbis, quibus animarum cura data est, qui semper habent in faciem Regis oculos coniectos, vt si forte pinguior episcopatus, vel alia optima dignitas vacet: quos quidē valde similes ego esse iudico canibus, qui buccellam panis à manibus domini sui ab ore ipsius pendentes expectant. Quos certe Principes, & vniuersi homines à ciuitate vocibus & clamoribus debent expellere, dicentes: Canes nequam & proditores, pergit ad vestras oues custodiendas, nolite amplius hic demorari. Solent aliquando mulieres præsertim illa quæ delicatam nimis & mollem vitam institunt, postquā infantem pepererunt, nutricibus alendum tradere, & illis imponunt omnem laborem & diligentiam, quam ipsæ debent præstare. Et id nulla alia de causa faciunt, nisi quia iterum ipsæ volunt grauidæ fieri, cū maritis carnaliter & vitiosè accumbendo, vt vel sic, nullam curam erga filios nutriendos adhibentes, totas se libidini voluptatibusque tradant. Similes his mulieribus sunt multi ecclesiastici in regū curijs, qui vt in libertate & sine labore viuunt oues sibi creditas, conductis ministris & mercenarijs tradunt, vt secundum regulas carnis in aulis regalibusque domibus assistant. Quod si dixeris alij ecclesiæ in tuum locum substituisse, qui rectè officio tuo possit fungi, quem quidem non in merito omnes credant pro te eandem diligentiam, quam tu præstaturum. Quæro à te, si tibi tanquā digno, & literato huiusmodi officium collatū est, tu verò alium substituis, qui te indignior sit, nō ne oues tibi commissas manifesta iniuria afficis? Si verò mercenarius substitutus ita est dignus, vt tu, & vel fortè dignior maioriq; præmio afficiendus, nunquid illi iniuriam non inferis, si non donaueris illi omnes fructus beneficij, quos tu ociofus colligis, cum illi potius essent tribuendi quando quidem ita doctus, & dignus sicut tu, vel fortè dignior, omne pondus & laborem sustinet, quem tu ignauiā & pigritiā perditus subter fugis? Quod si hæc quæ dicimus vera sunt, quid est quod omnes fructus beneficij ab eo possis, nihil ei relinquens, quo vitæ suæ possit consulere? Qui non laborat (inquit Paulus) non manducet. At si tu non laboras, quare manducas? In Numeris legitur, dixisse dominum sacerdotibus & Leuitis. Excubate in custodia sanctuarij. Nam quemadmodū ianitor, ianua ipsi debet assistere, & nauis gubernator in puppi sedere: ita etiam præsul adesse debet suæ ecclesiæ, vt oues suas doctrina & exemplo pascat, quod proculdubio vel nō, vel summa cum difficul-

Exo. 32. Ast. 5.

1. Tim. 3

Marth. 9 Luc. 7. Ioh. 11.

Luc. 4.

Gen. 31.

4. Re. 17

Prou. 11.

2. Thess. Num. 21.

Ioh. 19.

difficultate absens præstare poterit. Quis non videt, hæc quæ diximus proprium hominem requirere? Qui episcopatum desiderat (inquit Paulus) bonum opus desiderat. Non dicit bonam dignitatem, aut diuitias bonas, voluptates seu redditus (quæ omnia quamuis non damnanda, tamen non est in eis omnis pastoralis cura constituenda) sed bonum opus, & bonum laborem. Per præsentiam suam suscitauit dominus filiam archisynagogi, filium viduæ, & Lazarum: non tamen per procuratorem, aut substitutum. Qua de causa dominum nostrum relinqueret suo exemplo quū per alium salutem largiri posset nūquam legimus validudinem præstitisse, singulis manus imponens (ait noster euangelista) curabat eos. Iacob reddens rationem quomodo oues Laban custodierat, dixit. Notū diuque gelu vergebat, & somnus fugiebat ab oculis meis. Cum dicit, se oues custodisse, non dicit se habitasse in aula regia, nec in Pontificis curia, neue somnos delicatos & dulces cepisse aut per ministerij alicuius oues obseruasse: tunc namque nō diceret: & somnus fugiebat ab oculis meis. Ita nimirum necessum est vt semper pastor ouibus custodiendis adsit. Nam Samaritani tam diu moribus leonum fuerunt infestati: quam diu inter eos sacerdos non fuit: sed postquam ad eos venit sacerdos domini, qui cultum diuinum eos docuit, ira leonum fugit ab eis: ita enim præsentia prælatorum admodum est necessaria, vt illis absentibus, profusus ignoret populus diuinum cultū, & obseruantiam diuinorum mandatorum: sicut contigit illis Samaritanis. Vnde in Prouerbijs habetur Vbi non est gubernator, corrumpit populus. Quando multas dignitates te habere dicis, ridiculū est, vt fatearis, in pluribus posse simul locis esse. Quando in Dei ecclesiā defecerent homines, non mirum esset, si vnus homo episcopus, & cardinalis, & abbas esset: itemque plura haberet beneficia. Tamen immensæ gratiæ ob id Deo agendæ essent, eo quod per multos & sapientes viros & in theologia & in sacris iuribus nobis dedit, tum etiam sanctis moribus imbutos, qui nec buccellam panis ad comedendum habent. Sed quare tria vel quatuor beneficia simul habere vis, cum nec tres homines in illis sint, de quibus cura tibi sit habenda. Præcipue cum pluribus sacerdotibus abundet ecclesiā Dei, qui in misera paupertate vitam agunt, quique ad id beneficium obtinendum te digniores & præstantiores sunt? Quod si generosum & illustrem te esse dicis, & tuæ personæ dignitati omnes illos redditus esse necessarios: assumens tibi omnes redditus, quos vel ditissimus episcopus patris habet, vt tuam libidinem & auaritiā explere possis. O nefandū dictū, & demonis laqueus astutissimus: cū velint isti Christi patrimonio vanitatibus mūdi, & insanie suæ deseruire. Quod certe nihil aliud mihi videtur, quā hominē velle esse centaurū, aut Minotaurū: hoc est mediā feram, & mediū hominem. Nam ecclesiasticus cum sis, & mundo renunciaueris, adhuc mundo impere cupis, & suis voluptatibus immiseri. Non attendēs dictum domini. Regnum meum non est de hoc mundo. Quapropter si saluus esse cupis, vnū tibi accipito beneficium, quod pro dignitate & persona tibi sufficiens sit: cætera autē in bonos & doctos viros conferas:

cumque tuæ ecclesiæ inferueris, & in eo laboraueris, postea refectionem accipe, cum dignus sit mercenarius mercede sua. Namque luna cū minor sit stellis, plus tamē mouet hæc inferiora, quā quilibet illarum: non quod natura sua efficiaciorem habeat virtutem, sed quia proximior est nobis in inferno orbe constituta. Vbi iam videris quantum valeat propinquitas ad mouendum. Eodem modo præsul debet præsentia sua subditos regere, nec ab eis discedere, vt eos possit ad virtutem inclinare, quibus ira familiariter debet agere, vt ipsorum nomina comperta habeat. Quod si dominus voluit vt Adam subditorum animantium nomina cognosceret: quid respondebit prælatus, qui per totum annum ecclesiā non videt? Quomodo nomina eorum cognoscat? Quod si quantū pertinet prælatorum persona in omnibus agendis velis intelligere, scias Giezi non potuisse baculo Elisei mortuum puerum suscitare, quousque ipse Eliseus domum adiuu. Præsentia prælati vel mortuos suscitare valet: ipsius vero absentia nefanda scelera committuntur. Quis enim tam stupidus et mētis inops est, vt non intelligat perpetuam prælatorū absentiam à suis ouibus contra legem diuinam, naturalem & positiuam esse? Etenim scriptura diuina, sacra concilia, necnon & naturalis ratio id nobis demonstrat prælatos teneri suis ecclesijs assistere. Quod si placuerit legas aliquando de hac re beatū Augustinum, Gregorium Nazianzenum, Hieronymum, Ambrosiū, Gregorium, Chrysostomū, Bernardum, & tandem post plura alia concilia sacrum Concilium Tridentinum eleganter de hac re loquutum. Et nihilominus licet hæc ita sint non desunt plurimi Theologi qui in oppositam sententiā abeant, etiā si stimulus conscientie eos pungat, hoc argumento moti, vt episcoporum gratiam sibi concilient, & vt rudi plebi suam scientiam & acumen ingenij ostendant. Id enim est hominum ingenium, vt tunc existiment eorum rudibus & ignorantibus aliquod magnum facinus perfecisse, si singularem aliquam opinionem quantum vires valuerint, defenderint; Nam id quod alij tenent sibi commune videtur, & non se peritos existimant, nisi peculiarem aliquam opinionem tueantur, etiam si ex diametro cum ipsa veritate pugnet. Quos insipiens & stolidum vulgus scientes appellat, cum aduersus communem sententiam insurgunt. Quod hominum genus arrogantiam & superbiam tanquam humilitatem amat: nec mirum si tales aliquando in periculosas hæreses & miseros delabantur errores. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. Quod contigit ex subitō & insolito angeli aspectu, & ex humana fragilitate: sicut Danieli contigit, qui viso angelo dixit. Non remansit in me fortitudo, sed species mea immutata est in me, & non habui quidquam virtutis. Nec subinde mireris, si audieris Zachariam in viso angelo turbatum esse: nam vulgo celebratum erat, cum hominem statim moriturum, qui Deum vidisset & angelum eius. Quod verum esse historia Gedeonis manifestè nobis indicat. Nam videns Gedeon quod angelus ei fuisset loquutus: dixit. Heu mihi domine Deus quia vidi angelum domini facie ad faciem. Dixitque illi Dominus. Ne timeas, non morieris. Sic etiam Manue pater Samsonis intel-

Mat. 10.

Genes. 2.

4. Reg. 4.

Aug. lib. de pasto. Naz. in oratione de statu epif. Elie. epistola ad Oceanū. Amb. Greg. in pasto. Chryf. de sacerdotio. Ber. ser. 77. in can. concil. Trident. sessio. 6. Et sessio. 23. in decreto de reformatione.

Dan. 10.

Ind. 6.

lexit, sibi angelum apparuisse: dixitque ad uxorem suam, Morte moriemur, quia vidimus dominium. *Sic autem ad illum angelus. Ne timeas Zacharia.* Multum interest inter boni angeli, & mali visionem. Nam angeli boni initio visionis terrorem & timorem incutiunt: postea rescidunt, & consolantur. Nam cum primum hic angelus bonus Zachariae apparuit, illum deterruit, statim vero illum consolatur dicens. Ne timeas, & illum letum facit, promittens illi futurum filium, gloriam & decus totius seculi. Apparuit etiam bonus angelus beatissimae virgini, quae licet statim tremuerit: subinde tamen tanto & tam incredibili gaudio illum perfudit, ut humanis verbis explicari nequeat. Apparuit etiam pastoribus: qui etsi principio turbati fuerunt, tamen postea incredibili gaudio sunt perfusi cum laeto nuncio natiuitatis saluatoris. Ita quae sunt Dei nimis ponderosa & graua principio apparent: ut sunt virtutes, quae earum nouos cultores deterrunt: tamen si ipsum finem respicias delectabilis, gratus, & suavis est. Si toracem novum induis, caligas, vel tunicam, prima die defatigatus incedis, ita ut te ipsum mouere non possis: at si tres vel quatuor dies haec assueueris, grata tibi & iucunda videntur. Vade diuinus Paulus dicebat. Induimini dominum Iesum Christum, qui quidem vestis nostra est, nobisque ipsis confecta: qui si principio visus fuerit, non tibi commensuratus, perseverandum tamen tibi est, tunc quaeque illud & corpore & anima indues. At daemon & carnis vitia multo aliter sese habent, na principio dulcia, amica, & iucunda accedunt, postea tamen, animam torquent. Induit enim se daemon cum ad tentandum accedit, laeto & amcenno vultu, tamen in fine animam ipsam tristim relinquit, & inquinamētis carnis contraminatam. Statua illa, quam vidit Nabuchodonosor, caput habebat aureū, pedes vero terreo: quia vitia omnia aureis & pretiosis vestibus induta nobis ostendit, pulchra & decora facie picta: quae (si attentius consideres) finem habent vilem, miserum, & infelicem, qualis est peccati. Vnde memorem te esse oportet in visione tam angeli quā daemoneis istius finis. Virtus namque in fine delectat, vitium vero torquet. Verum ut scias, quomodo sancti angeli fortes reddunt illos, quibus apparuerunt, postquam angelus Zachariae dixit, Noli timere: statim illum consolatur, dicens. *Quoniam exaudita est deprecatio tua.* In primis certum id est, Zachariam non orasse, eo quod dominus illi prolem concederet, quando de ea angeli promittenti desperabat. Quo circa dici solet, quod orabat pro populi salute, qui exauditus est, cum filius datur: namque natiuitas Ioannis Baptistae initium fuit libertatis populi. Verum quantum ego conicere possum, orabat, ut Messias illi daretur, tanquam alter Simon: & ideo subditur ab angelo. *Et Elisabeth pariet tibi filium.* Quorum verborum sensum intelligo Messiam pro quo oras, dabitur: & ultra hoc Elisabeth pariet tibi filium, huius Messiae praecursorē, cuius tu pater eris. Er post pauca addit angelus. Ipse praecedet ante illum. Hoc est praecedet Messiam, pro cuius aduentu deprecatus es. Quae sententia aperte conuincitur, quia relatum illum, non refert nisi Christum, quem Ioannes anteiuit, quem Zacharias summis precibus postulabat: & coniunctio, & additionem signifi-

cat, scilicet, quod pater esset Zacharias praecursoris domini. Vbi obserua, quod quando angelus hic loquutus est Ioseph de partu virginis, non dixit, pariet tibi, sed pariet absolute: quia Ioseph nihil ibi operatus est. At Zachariae dixit, pariet tibi filium: hoc est, pariet filium à te genitum, *Et vocabis nomen eius Ioannem.* Quod quidem magnum priuilegium est, ut ab ipso domino Ioanni nomen imponatur: quod dominus non consuevit facere nisi cum dilectissimis amicis suis, ut cum Abraham & beato Petro. Innuit namque dominus, cum nomen alicui imponit, donum aliquod diuinitus illi esse concessum. Sic dictum est Abraham. Appellaberis Abraham, quia pater multarum gentium constituitur. Et Petro. Tu es Petrus: & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Imponitur enim huic vix nomen apostolicum & sibi conueniens: futurus namque erat Ioannes, ut coram vniuerso mundo gratia & donis diuinitus concessis illustris & splendidus esset. Nam sicut Adam nomen omnibus rebus imposuit conueniens earum qualitibus & naturae: nomen igitur à Deo alicui positum aptius & conuenientius illi adaptabitur. Vnde Psalmista loquens de Deo inquit. Qui numerat multitudinem stellarum, & eis nomina vocat, Omnes namque angelos (quos hic nomine stellarum intelligit) proprio vocat nomine: quamuis scriptura tantum trium meminerit. Tamen si per omnium angelorum & hominum nomina (duobus exceptis) discursum feceris, nullum ita sublime, ita magnificentum & illustre inuenies sicut Ioannis: Ioannes quippe gratum significat, gratia plenum, miris indultis, immunitibus & priuilegiis insignitum. Etenim in humana creatura nihil magis magnificentum, aut excellentius inueniri potest quam Deo placere. Nam si ij, qui in caelis & in sanctorum habitaculo sedent, Deo non placuissent, nequaquam illa beatitudo illis esset: & si qui in infernis torquentur aliquid diuinæ gratiae participarent, vti que miseri non essent, sicut qui in purgatorio demerentur, non sunt miseri. Verè Ioannes beatus & foelix dici potest, qui tale nomen consequi meruit, non ab ore hominum aut angelorum positum, sed ab ore Dei. Et quemadmodum hoc nomen: maius & excellentius est omnibus aliis nominibus: ita ille, cui nomen est impositum maior & illustrior est omnibus hominibus. *Et erit gaudium tibi & exultatio.* Nam ut inquit Salomon, filius sapiens iustificat patrem: filius vero stultus moestitia est matri suae. Zacharias quippe protinus, ut vidit filium, maxime letatus est, & ut suae letitiae signum manifestum ostenderet, cantauit. Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, &c. Sic in prouerbis legimus. Exultet in gaudio pater iusti: & qui genuit sapientem letabitur in eo. *Et multi in natiuitate eius gaudebunt.* Et inferius dicit noster Lucas, quod vicini omnes audientes, magnificasse dominum misericordiam suam cum illa, congratulabantur ei. Quod quidem eueniebat, nam cum Zacharias & Elisabeth iusti & sine querela essent, & nemini malum inferrent: ab omnibus diligebantur, & de bono Zachariae omnes letabantur. Gaudebant etiam videntes miraculum nouiter factum de conceptu sterilibus mulieris, & cum cognoscerent maximam utilitatem

Gen. 17. Matt. 16

Gen. 2.

Psa. 148 Gre. 60. 13. super Gen.

Proh. 10.

tatem venturam populo, & considerabant diuinam visionem, quam habuit Zacharias in templo, completam esse in puero nato. Hoc quidem in huius sancti natiuitate commendatione dignū existimo: quod non solum Christianus populus, sed vniuersus terrarum orbis Mauri, Turcae, & infideles in festo natiuitatis eius miris letitiae & exultationis signis exultant. *Et erit magnus coram Domino.* Mirabile dictum angelum dixisse, Ioannem futurum magnum coram domino. Audite obsecro, qualis & quantae excellentiae sit iste, de quo nobis est sermo. Nam si collatione regis terreni nullus subditorum dicitur magnus: qualem illum existimatis, qui coram Deo, ante cuius conspectum vniuersi imperatores & reges terrae nihil sunt, magnus appellatur? Audias obsecro sapientem Sap. 11. qui Deum alloquitur dicens. Tanquam momentum statera, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris, qui cadit in terram. Et sanctus Esai. 40. Esaias. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatae sunt ei. Omnes fluuij ingredientis mare nomen suum amittunt: nam cum mare ita vastū sit & profundū omnes ingurgitat. Sic nimirū magnitudo & excellentia Dei ita grandis & incomprehensibilis est: ut si quid magnū in nobis esse dixerimus cōparatio- ne facta ad ipsius magnitudinem statim magnitudinis nomen amittet, & nihili nomen assumet. Nam si liberalitatem nostram cum diuina conferre velis, auaritia nomen meritō sortietur, si bonitatem nostram cum diuina equiparare nitaris, malitiae nomen & peruersitatis induet: si denique nostrum esse & diuinum aequa lance perpendas, iam nostrum nihil, & tanquam vmbra esse mirro dies. Sed velim certe intelligere, quid est, quod diuus, Ioannes, non solum magnus appelletur, sed magnus coram domino? Haec quidem magnitudo in admirationem me rapit, ut magnus appelletur iste, in illius conspectu ante quem vniuersae creaturae nihil sunt. Magnus hic fuit non natura, sed aestimatione. Multi coram oculis suis magni sunt, ut superbi, qui & magnos se esse putant, & ad grandia natos: de quibus in Esaiā dicitur. Vx qui estis magni coram oculis vestris. Sic fuit Lucifer, qui sibi ipsi placens demō factus est. Esai. 14. Sic fuit Nabuchodonosor qui rātam sui ipsius voluptatem cepit, ut in irrationale animal fuerit cōuersus. Hi sibi ipsis sunt causa, ut luan poenas, cū se aliquid esse putantes nihil sint. Purantes sapientes se esse, stulti facti sunt. Huiusmodi erat episcopus ille, de quo in Apocalypsi habetur sermo. Dicis quod diues sum, & nullus ego & nescis quod pauper es, & nudus, & cæcus. Solus ille vere magnus habendus, qui à domino plurimi sit qui- que domini statera & in corruptissimō suo iudicio perfectus iudicatus fuerit. Vnde egregie diuinus 2. Cor. 7. Paulus. Non qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat: sicut beatissimus Ioannes commendatus fuit. Sed quem obsecro Deus vnquam sicut Ioannem commendauit? Nemine vti que. Commendauit, & laudauit Nathanaelem dicens. Hic verè Israelita est, in quo dolus non est. Et Magdalenae dixit. Sinite illam, bonum enim opus operata est in me. Mar. 14. Et Petro. Beatus es Simon Bariona. Centurio- Matt. 16 ni. Non inueni tantam fidem in Israel. Paulo.

Vas electionis es mihi. Et Cananæ. O mulier magna est fides tua. Verum enim verò has laudes dominus obiter & velut in transcurso protulit: quae duo tantum vel tria verba continent. At vero non ita se gessit in laudibus Ioannis Baptistae, sed pleno ore, & absoluto sermone in laudes eius prorupit: & postquam illum laudauit, de vitae constantia, de asperitate, & sanctimonia, cum angelum, propheta & plusquam propheta, & inter natos mulierem maiorem appellauit. Talibus encomiis à domino celebrari, magnae laudis est. In quo obsecro diuus Ioannes magnus fuit? Imo in quo non magnus fuit? Magnus in conceptione, magnus in natiuitate, magnus in vita, magnus doctrina, magnus in officio & sanctitate, & magnanimus in sua morte. Habuit namque sacres euangelistas suorum gestorum scriptores, & Christum suarum virtutum egregium concionatorem. Nec illud silentio pretereundum, quod cum Ioannes euangelista tanquam aquila volasset, & postquam mysteria diuinitatis, originem & natiuitatem verbi pertransisset, ad humanas res descendens, prior in quadragradum sistit Ioannes Baptista, tanquam in sublimiori vertice & cacumine totius mundi. Quando quis in lucem respicit, & oculos luce circumfusus habet, si tunc avertat à sole oculos, & aliud transferat, nihil videt, vel maxima debet esse res, ut aliquid videre queat: quo argumento colligitur magnam & sublimem rem esse Ioannem Baptistam. Nam cum sacer euangelista oculos remoueret à radio solis (cū sicut aquila in solem respexisset) statim ad Ioannē Baptistam se conuertit & dixit. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Ut videas quis Ioannes Baptista sit, & quam propinquus sit Deo. Si aliquando videres regem à principibus & magnatibus comitatum per publicam viam incedentem, nonne illum magis familiare regi diceres & magis amicum, qui propinquior regi esset? Coram Christo rege aeterno omnes veteris testamenti patres adierunt, & post eum omnes homines noui testamenti. Sic Abraham dixit. Ambula coram me. Et Ezechias dixit domino. Memento, quod ambulauerim coram te. At vero omnibus noui testamenti dicit. Sequimini me. Petro & Andreae dixit. Venite post me. Idem dixit Matthaeo, & omnibus aliis discipulis. Similiter nobis dicit Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Tamen Ioannes non est ex illis qui praecedunt, aut qui illum sequuntur. Fuit namque finis veteris testamenti, quia lex & prophetae vsque ad Ioannem Baptistam durauerunt: at fuit principium noui testamenti: quia ipse incepit praedicare regnum caelorum. Et de illo dixit Christus. A diebus: Ioannes Baptistae regnum caelorum vita patitur. Ideo nec corā rege, nec post regē, sed proximus regi venit, ut magnū & optimatē illum iudicemus. Et hinc illud est, quod omnes veteris testamenti de futuro praedixerint. Veniet rex. Esai. 40. Ecce dominus veniet. Sic Dauid, sic & alij prophetae. Tamen omnes noui testamenti, qui illum sequuntur, dixerunt regē venisse de praeterito & iā praecessisse. Sic diuinus Paulus. Misit Deus filium suum. Tamen cū Ioannes proximus sit regi, inquit de praesenti illū digito demonstrās. Ecce agnus Dei. Sed cum de excellētia Ioannis multa possemus dicere,

Matth. 8 Act. 9. Mat. 15.

Mat. 11

Ioan.

Gen. 17. Esai 38. Matth. 4. Matth. 9. Luc. 9.

Mat. 11. Esai. 40. Esai. 49.

Galat. 4. Ioan. 1.



brenitatis causa ea omittimus: & quia in visitatione sanctæ Elisabeth aliqua etiam dicemus. *Et vinum & siceram non biberet.* Diuites huius seculi omnem suam felicitatem, laborem & industriam collocant in paradisi sibi cibis lautis & opiparis, potuque frigida niue commixto, quæ res nihil nobilitatis in se habet, imo rusticitatem & ignobilitatē. Nam diui Ioannis magnitudo & excellentia ea fuit, vt se paucissimo cibo & potu aleret: vt mirū sit, quo modo vita ipsa consistere potuit. Ioannes non fecit miraculum, quia omnis eius vita miraculosa erat. Nam siue vitam, siue esum, siue potum, siue denique indumentum respicias: hæc omnia miracula sunt, & portentosa simillima. Porro siceram apud Hebræos nomen genericum est, omnem id significans, quod inebriare potest: dicitur enim à verbo sachar, quod est inebriare. Quo verbo angelus voluit significare, diuum Ioannem ita abstinentissimum esse, vt nec vinum, nec aliquid aliud biberet, quod ad ebrietatem spectaret. Sic etiā angelus apparens vxori Manue, quæ erat conceptura Samsonem, qui saluator erat populum præcepit ne ipsa vinum biberet. Et similiter idem angelus apparens Manue præcepit, ne permitteret filiū eius, qui nasciturus erat, bibere vnquam vinum in omni vita: debebat enim esse Nazareus, hoc est domino consecratus. Quanto melius Ioannes Baptista, qui ab vtero fuit domino consecratus, & qui nunciaturus erat mundi saluatorem, oportebat, vt mirabili abstinentia polleret? Nam cum totus deberet esse in deserto intentus altissimæ contemplationi, ideo oportebat à cibus & vino abstinere: quia impedimento sunt, ne mens à terrenis ad cælestia euolet. Vnde in lege veteri sacerdotibus prohibebantur vinum bibere: quando ingressuri essent sanctuarium domini. Qui locus admonet vt ebrietates & nimios cibos fugiamus, si Deo vacare volumus. Vnde Paulus. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Noe quia vinum biberat nudus iacuit, & irrisus fuit à filio. Holofernes etiam vino sopitus, sua ebrietate extinctus fuit: & filij Iob comedentes & bibentes in domo fratris maioris, cecidit domus vbi erat conuiuium: & omnes perierunt simul. Quid dicam de Loth: quem abstinentia ab incendio Sodomæ liberauit? At in monte postquam vino inebriatus est, ad filias accessit, & cum illis rem habuit. Et Amon filius Dauid cum in conuiuio temulētus esset, miserere occisus fuit: & multi alij sic infortunatam vitam finierunt, quos longum esset recensere. Vnde merito Ecclesiasticum dixisse intelligas. Multi per crapulam perierunt. *Et spiritus sancto replebitur ad huc ex vtero matris sue.* Quemadmodum speculum nulla contagionis macula mundum esse oportet, vt ad viuum imaginem expressam referat: sic nimirum beatissimum Ioannem purum esse oportebat & mundum, vt pote qui speculum esse debebat, quod Deum debebat exprimere, & vbi ipse Deus relucere debebat: & ideo ab vtero matris sanctificatus, & spiritu sancto repletus fuit iuxta illud Ieremiæ. Antequam exires de vulua sanctificauit te, & prophetam dedite. Dicitur autē spiritus sanctus infunditur: illos vero implere dicitur, quos singulari & abundantia perficit gratia. *Et multos filiorum Israel conuertet ad dominum Deum*

*ipsum.* In euangelis etiam legimus, quod egrediebatur ad Ioannem omnis iudææ regio, & Hierosolymitani vniuersi, & baptizabatur ab eo. Noster etiam euangelista inquit, quod milites & publicani veniebant ad eum dicentes, quid essent facturi, vt salui fierēt. Instruebat, & baptizabat omnes confitentes peccata sua: quia verba eius spiritu sancto erant plena, & hominū corda penetrabant; ita vt ea renouaret, & sanctis institutionibus componeret. Ideo vt quæ dixerat angelus probaret, scilicet, ad prædicationem multos esse conuertendos, & illum potentem & illustrem in sua prædicatione futurum, subdit dicens. *Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Helie.* Duobus prophetis expressius figura Ioannis contigit, eo quod in vtero materno uterq; sanctificatus fuit. Ieremiæ quippe dictum est. Antequam exires de vulua sanctificauit te. Cum ambo ex genere sacerdotali fuerint. Helie vero similis fuit vitæ austeritate, & libertate correctionis. Sicut Helias fuit præco iudicis, sic Ioannes fuit præco redemptoris. Ambo in deserto vixerunt parcissimo victu, inculci vestitu, ambo regum insaniam tolerant. Ille Iordanem diuisit, cęlum petiturus: hic ad lauacrū regenerationis quo cælum adiit, hominum corda conuertit. Ille virili pectore, & incredibili libertate vitæ regis Achab arguebat, hic acerrimus erat accusator flagitiorum Herodis. Ille cū domino gaudebat in gloria, hic cum eo conuersabatur in terris. Ille perfectus fuit à Iezabel, hic ab Herodiade. Demū de Helia dicitur, quod erant verba eius sicut facula ardens: de Ioanne vero saluator inquit esse lucernā ardentem. Ambo eodem spiritu & virtute venerūt, & efficax erat verbū eorum. Nominantur hic parentes Ioannis, Helias verò sine parentibus introducit, sicut Melchisedech: quia Ioannes præuenit aduētum in testimoniu carnalis generationis Christi: Helias vero secundum, vbi carnalis generatio nullum locū habebit, sed spiritualis. Vnde ipse saluator: In regeneratione cum sederit filius hominis, &c. ¶ Sed vnum hic aduertendū est quod cum dicit angelus in virtute & spiritu Ioannem venisse nomine virtutis non intelligitur aliqua virtus moralis, aut Theologica: sed per virtutem intelligit hic fortitudinem, siue animi vim: nam beatus Ioannes virili & audaci fuit pectore ad vitia principum & magnatum carpenda: quemadmodum Helias fecisse dicitur: & hoc animi robur & fortitudinem vocauit angelus spiritum & virtutem, quæ ita magna fuit, vt dixerit angelus. *Vt conuertat corda patrum in filios: & incredulos ad prudentiam iustorum.* Vt alter Moyses, qui præparabat corda filiorum Israel vt acciperent legem Dei, dicens, estote parati in diem tertium. Sic Ioannes dicitur Christo præparasse viam. Nam si quis noctu domū perueniat, nō ab omnibus excipitur, sed solum à vigilantibus. Sic Ioannes præparauit populum domino. ¶ Aduertendum autē tibi est, Ioannem à duo venisse: primū, vt præpararet populum ad suscipiendum Messiam: deinde illum, vt ostenderet hunc Christum, esse Messiam illum à sanctis prophetis & patriarchis desideratū. Primum præstitit prædicatio baptismum poenitentiae, secundum vero, quando homines peccata detestabantur, & disponebantur ad vitæ perfectionem: quod efficitur, quando homines se inuicem diligunt,

Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3. Jerem. 1. 3. Re. 19. 4. Reg. 2. Matth. 3. 3. Re. 18. Mat. 6. Eccl. 48. Ioan. 5. 3. Re. 17. Gene. 14. Matt. 19. Exod. 19.

gunt, & inter se concordant. Ideo dicitur, vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum. Secundum efficit negando se esse Messiam & suo sermone saluatorē ostendens. cum dixit. Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. Altera autem die videns Ioannes saluatorem ad se venientem dicit. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Et tamen nemo potest peccata tollere nisi Deus. Ideo clarissimum testimonium perhibuit, illum, quem ipse ostendebat, esse Messiam. Quod quidem Ioannes non semel, sed sæpius populis significauit. Vbi videre poteris maximam iudæorum iniquitatem, quia ipsi putauerunt Ioannem esse Messiam, quod si ipse id de se assereret, vique credidissent: quo circa miserunt ad interrogandum eum, an esset Messias. At cum Ioannes sæpius affirmasset, se non esse Messiam, Christum noluerūt recipere, cum tamen potius Ioanni id dicenti de Christo deberēt credere, quā si diceret se esse Messiam: cum testimoniū ipse prolatum infirmum & nullius momenti sit. ¶ Porro conuertere corda patrum in filios, est efficere vt Iudæi illius temporis essent amabiles & conformes patriarchis & prophetis iam defunctis, inducendo illos ad Christi fidem & Baptismū. Et incredulos, hoc est perfidos Iudæos, conuertat ad prudentiam iustorum: hoc est ad veram sapientiam euangelicamque doctrinam, spiritualemque scripturarum intelligentiam, ne legem carnaliter intelligant, ne literam, quæ occidit, sequantur. Vera autem scientia prudentia est iustorum: qua Deo rationabili obsequio inserviunt. De qua prudentia loquitur Paulus cum inquit. Prudentia spiritus, via & pax. In hac autem reformatione cordium per poenitentiam, vtilitas, quæ inde sequitur est præparatio viæ ad susceptionem Messiae. Ideo sequitur in contextu. *Parare domino plebem perfectam.* Per illam conuersionem ad prudentiam iustorum disponit eos ad euangelicæ legis obseruantiā, per quam fiant plebs Christi perfecta: quia neminem ad perfectum duxit lex, vt Paulus Hebræis inquit. Ideo illa lex dicitur lex timoris: quia imperfectorum est, timore poenæ à malis retrahi. Lex autem euangelica dicitur lex amoris, quia perfectorum est retrahi à malis amore boni. Hæc igitur est narratio angeli, qua laudat sanctissimū domini præcursores, & ostendit virtutem & fructum prædicationis eius. Quæ omnia si diligenter euangelia legeris inuenies à diuo Ioanne perfecta esse. Sed vnde rogo tanta virtus Ioanni inerat, vt suis verbis corda patrum in filios conuertat, & vt præpararet domino plebem perfectam? Ioannes non aliud euangelium, quam nos prædicabat, nec magis subtilia, nec altiora, quam nos proferebat: sed cur tot homines ad Christi perfectionem inducebat, nos vero nullos aut paucos? Fiebat vtiq; cū moribus & vita prædicaret. Cur Helias verbis rex Achab pessimus obtemperauit? Certe quia in suo conspectu hominem videbat poenitentia pallidum, rigidum, squalidum, perizomate & cilicio indutum, & noctu diuque altissimæ contemplatione vacantem. Quis etiam non crederet beatissimo Ioanni capris pellibus induto, & aspera poenitentia confecto? Tremebat homines, & corda eorum in admirationem rapiantur, dum viderent tantam vitæ sanctimoniam

& tam diuinum spiritū semper in cælestia eleuatum. Itaque iam concluditur beatum Ioannem vitæ sanctimonia & asperitate plus prædicasse, quā verbis. Vnde discas prædicator charissime, vt semper vita verbis tuis respondeat, si velis animas ad Christi mandata & ad eius suauissimū iugum flectere. Sed quia de his inferius acturi sumus, vbi opportunus se obtulerit locus, audiamus nūc, quid angelo respondeat Zacharias. *Et dixit Zacharias ad angelum. Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex & vxor mea processit in diebus suis.* Quibus verbis hominum ingratitude iam reprehendenda venit, nam cum pro tanto beneficio & læto nuncio Zacharias, gratias esset acturus: id incredulitate repēdit. Quod non multum alienum est à nobis, nam multoties Dei nunciis & inspirationibus ingrati sumus. Amon derisit nuncios Dauid, atque ideo punitus fuit: & sic etiā Zacharias vt statim in sequentibus videbimus. Nos itidem si nuncios Dei & ipsius sanctas inspirationes contemnimus acriplectemur supplicio. Quam rem Zacharias ratione naturali metuebatur, atque ita ipsi naturæ repugnans videbatur, vt cum eius vxor sterilis & senio esset confecta, & parere posset. Non eius conditionis fuit Abraham, qui (vt Paulus ait) non est infirmatus in fide, nec considerauit corpus suum emortuum, quia considerauit diuinam potentiam. Sed Zacharias hæsitauit: quia tantum humanam rationem considerauit. Vt fidei diuinæ credas, nequaquā humanæ rationi est tibi acquiescendum: quod si huic aures tuas attentas præstiteris, nequaquā poteris in fide constans esse. Quā ob causam necessum tibi erit, naturalem rationem prorsus non admittere. Nam quemadmodū qui plantare vult vitem aliquam, prius extracta terra foueam facit, & statim subrus foueam vitē ponit: quo facto iterum terram in suum locum admouet, vt planta fixa & bene consista maneat: ita nimirum ad fidem plantandam, et inserendam cordibus, rationes naturales (quæ terra sunt) explodere debes: postquam vero plantaueris, rationes naturales poteris iterum admoovere, quibus carnosiores, & confirmes. Nam si ratio naturalis fidem præcesserit, mirum in modum offenditur: quod si post fidem sequatur, & augetur multum, & illustratur. Vnde tuo iudicio adhibitores fidei nunquam metiaris excellunt quippe, & longo interuallo superant omnem humanum captū. Præcipiebat namque dominus in Exodo, vt os quoddam paschalis agni dentibus nō frangeretur, sed vt deglueretur intactum & integrum. Ita tu, res quas ecclesia tradit credendas, integras deuora si nolis te ipsum præcipitem dare. Moyses dominum alloquutus velamen ante faciem ponebat. Sic nunc videre nos oportet in ænigmatē. Si fixis oculis solem aspexeris, statim visu priuaberis: in cælis autem illum facie ad faciem videbis. Tūc (ait Paulus) cognoscam sicut & cognitus sum. Id est, sicut cognitus sum modo à Deo distinctē & clarē: ita tūc ego cognoscam clara & aperta visione. Nolis obsecro, potentiam Dei infinitam tuo fragili iudicio metiri. Certe si tuo intellectu quæcumque in Deo sunt, attingisses: hac eadem ratione ei credere non debuisses. Et enim in illum Deum non es crediturus, quem caput tuū vanum, & iudicium fragile capis. At autē quia mirabilia eius nequaquā

Cap. 3. 8. 10. Rom. 4. 1. Cor. 3. Rom. 8. Hebra. 7. 3. Re. 18. Exod. 12. Exo. 34. 1. Co. 13. B 3

intelligere potes: hoc ideo maxime illi est credendum, quam si comprehendisses. Quod cum ita cognitum sit, milliades milliadam hominum in mundo sunt, qui ei non credunt. Mirum quidem valde est, quod verbis demonis sine vllis signis, sine miraculis credimus: Deo autem post tot confirmationis signa non credimus. Nunquid quando demon primo homini immortalitatem promissit, dedit aliqua signa? simplici verbo credidit. At Zacharias signum petiit dicens: vnde hoc sciam? Sed vnde rogo originem in nobis habuit tanta diffidentia? Arbitror equidem ex malitia nostra nata esse: nam quemadmodum nos fallaces sumus, ita credimus & alios fallaces esse. Namque cum multoties ego & Deo & hominibus fuerim in promissis mentitus, sic idem de aliis iudico. Merito itaque punitus est Zacharias, quia tot aderant signa, vt absque peccato suam incredulitatem saluare nequeat. Nam angelus apparuit ei in loco sacro, ministerio diuino assistenti, & nunciabat ea, quae ad hominum salutem pertinebant, & ad Dei gloriam: quae omnia Zachariae argumento esse deberent, illud bonum esse angelum, perindeque mentiri non posse. Credidit tamen quod solum venialiter deliquit. *Ei respondens angelus dixit ei. Ego sum Gabriel qui aiso ante Deum. Ac si diceret, simul hic, & ante Deum esto. Non sum angelus expulsus a facie domini: vn de nec mentiri queo, cum semper videam dominum, & eo fruor. Quibus etiam verbis significat, se paratum esse ad implenda Dei iussa. Et ita docemur semper debere esse promptissimos ad implendum diuina mandata. Hanc animi promptitudinem habebat Dauid, cum dixit Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiā mandata tua. Parati quidem erant & prompti illi Machabaei ad implendas iustificationes domini, cum dicebat. Parati sumus moxi magis quam patrias & Dei leges praeuaricari. Nec non Esaias ita erat paratus quando illi dixit dominus. Quem mitti? Et quis ibit nobis? Et dixit. Ecce ego, Mitte me. Et Saulus dixit: Domine quid me vis facere? Sed vbi nunc inuenies tales Paulos, tales Esaias, & Machabaeos? Inuenies equidem plurimos ad nefanda scelera & flagitia paratissimos, pedes eorum (inquit Salomō) ad malum currunt: & veloces (inquit Dauid) ad effundendum sanguinem. Et Hieremias omnes conuersi sunt ad cursum suum: quasi equus impetu vadens ad praecipitium. At oportet, vt sicut volumus cum angelis in caelo gaudere, ita illis similes simus coram Deo adstantes, & praecipis ipsius obsequentes. \* Et missus sum loqui ad te: & haec tibi euangelizare. Cum laetum nuncium afferret, verbo euangelizare vsus est: nam verbum euangelium bonum nuncium sonat. \* Ecce, Quae demonstratiua particula in sacris literis semper magnum aliquid significat. \* Eris tacens & non loquens vsque in diem: quo haec fiant. iam appropinquabat tempus, quando incredula synagoga debebat obmutescere. Vnde hac poena in Zachariae animaduertitur, vt ostendatur, in aduentu Christi legi veteri impositum esse silentium, & locum fieri legi euangelicae. Nec mirum est, si obmutuerit ob propriam incredulitatem: cum Ezechielē mutum reddiderit: aliena incredulitas. Deus namque dixit illi. Eris mutus, nec quasi vir oburgans: quia domus exasperata est. Ad tuam autem cruditionē*

aduertere debes, quāto odio sit domino peccatū: ita vt nec veniale in suis amicis reliquerit impunitum. Nō enim angelis (vt inquit Petrus) pepercit, sed eos aeternis ignibus reliquit cruciandos. Non dimisit peccatum Adā impunitum, licet sanctissimus esset. Non peccatum Dauid, licet arctissimo amicitiae vinculo cum eo esset constrictus. Non denique peccatū Moysi, licet dilectissimus ei esset. Quomodo ergo Deus tua scelera & flagitia silentio praeteribit? Non dereliquit peccatum Zachariae impunitum cum veniale fuerit, & putas, quod tua mortalia manebunt impunita? Quod quidem nō absque diuino consilio sanctissimus Lucas perpetuis literarum monumentis consecrauit, vt discas omne peccatum fugere, vt fugias etiam poenā, quā alieno capiti in signi vides. Etenim foelix ille est, qui alieno periculo sit cautus. In numeris legitur precepisse dominum Eleazar, vt tolleret thuribula aenea, in quibus obrulerant illi, quos incendium deuorauerat & vt produceret ea in laminas, vt haberent postea filij Israel, quo recordarentur. Vult etiam dominus vt ista poenitio non excideret à memoria & laminas illas esse ante oculos filiorū Israel: vt cauerent postea in talia crimina incidere, quibus dominus vehementer offenditur, & cū in tales peccatores grauius solet animaduertere. Ita nimirum beatus Lucas haec scripsit, vt diuinam punitionem debita mortali peccato fugias praesertim cum ita seuerē se in illis puniendis gerat, vt Zachariam reddiderit mutum per nouem menses propter veniale peccatum. Secundo docemur praedestinationis esse signum, & amicitiae cum Deo, quae pia in hac vita puniri. In qua re ignoranter errant multi, se foelices & gratos Deo existimantes, cum omnia secundum palatum illis contingunt: qui si attentius rem istam perpenderit, intelligerent vtiue, nullum certum esse signū, aliquem ex numero damnatorum esse quam cū ei omnia prospera & foelicia in hac vita contingūt. Peccauit (inquit peccator) & nihil triste accidit mihi. Qui si responsum huius sui amētissimi sermōnis à me pegeret, dicerem ei, sin. hil triste & calamitosum in hac vita tibi accidit, sempiterna, te manet miseria, & stridor dentium. Quod si id quod Deo nobiscum contingit, exemplo appositisimo videre cupias audi. Solet aliquādo pater, qui charissimos & amantissimos filios sibi habet, ob leuē rem, vel minimam negligentiam grauius eos affligere: quod si publica via incedens, forte alios videat grauiā scelera committentes velut nihil vidēs silentio ea praeterit, & incāpta via pergit, cuius ratio est, quia istorum nulla est illi cura, illos verō maxime diligit. Eodem modo Deus vel ob leuem culpam & ignorantiam eos, qui sui gregis sunt acerrime corrigit, & velut amantissimos filios castigat: extraneos verō vel grauissimis sceleribus contaminatos non curat, imo tradit eos suae libidini & voluntati. Quorum in foelicitas dignis lamentis esset celebranda. Vnde iam videbis argumentum efficacē, quod si deliqueris & non punitus fueris intelligas te à domino esse oblitum, et in libro vitae tuum nomē deletū esse. Quod si huius rei pulcherrimum exemplum in sacra pagina audire velis, legenda tibi erit prophetae Ionae historia. Iona. 1. Cui cum dominus praepisset, vt abiret predicaturus ad Nininitas, ipse aliud sibi elegit iter, & mare

2. Pet. 2.  
Gen. 3.  
2. Re. 12

Num. 24

Num. 16

Ecc. 7.

Iona. 1.

fuit ingressus: cuius causa ingens inter ventos & in mari orta fuit tempestas. Ita vt ipse Ionas dixerit. Propter me tempestas haec orta est: qui cū ciecus esset è nauī, statim sedata fuit tempestas, quae nauis vbi Dei propheta nauigabat, plena erat hominibus idolatris, pessimis & infidelibus, & certum est illos esse Gentiles, cum ex ipsa historia constet. Etenim illi dixerunt prophetae, surge inuoca Deum tuum. Et etiam Ionas dixit. Hebraeus ego sum, & dominum caeli & terrae ego timeo. Vbi vides quomodo impiissimis idolatris Deus parcat, & inobedientiam Ionae ita grauius punit. Quae quidem maris pacatio & tranquillitas prosperitatem peccatorum significat. Sic etiam dominus multa bona temporalia in homines peccatores confert & in Christianos & pios homines multa flagella. Nec ideo propter hoc Christianorum animus inconstans esse debet: nec putare debemus illorum dominum recordari, nos verō obliuioni tradidisse: imo è contrario credendum nobis est, nos tanquam dilectos filios corrigi. Cuius rei typus est populus ille Israheliticus, quem dominus per manus impij Pharaonis punitur, per Nabuchodonosor, per 4. Re. 25. Assur, per Antiochum, per Philisti, & denique Esai. 10. vt vno concludam verbo, per alias barbaras & gentes nationes. Suffert dominus multa patienter inimicos suos, quorum animaduersionem in infernum feruat: dilectis verō suis, statim vt flagitiū committunt, punitionem mittit. Sic animaduertit in peccatum Moysi, sic Mariam sororem eius le. 2. Re. 12. pra percussit, sic dilectissimum Dauid, peccata etiam Ionae, denique & peccatū Zachariae. Facit etiam ad nostrū propositū id, quod in libris Machabaeorum legitur. Etenim multo tempore non sine re peccatores ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficij est indicium. Nō enim sicut in alijs nationibus dominus patienter expectat, vt eas cū iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorū puniat ita & in nobis, & c. Voluit dominus iustā ultionē de peccato Zachariae sumere, vt sciant peccatores, qui impune delicta sua transeunt, grauissima tormenta illis parata esse. Nam si in ligno viridi hoc fit, in sicco autem quid fiet. Tamē sciāt iusti & amici Dei hāc illis insuetā animaduersionē paternam esse: quodque si vna manu de illis supplicium sumit, altera eos ad se allicit, & suis flagellis medetur. Quod quidem luce clarius ex hoc textu colligitur: quia postquā dixit angelus, eristasens, & nō poteris loqui: statim terminum poenae imposuit, dicens, vsque in diem quo haec fiat. Quasi diceret. Non perpetua erit poena, nec durabit multū temporis spaciū, concedet namque tibi dominus filiū cum quo etiam restituerit loquela, & erit tibi ingens gaudium, & laetitia. Vbi iam vides, quo pacto dominus iustos consoletur in suis laboribus & afflictionibus, & quomodo iustitiae suae rigorem pia quadam consolatione mitiget. Ideo ipse ait, Ego percutiam, & ego sanabo. Moyses & Aaron peccauerunt, cuius causa in poenam delicti in terram promissionis non sunt ingressi: quorum poenam ita sedauit, & ambos consolatus est, cum permiserit, vt Eleazarus filius Aaronis ei in sacerdotio succederet cumque eum viderit sacerdotilibus vestibus indutum. Parenti namque in extrema vitae parte constituto, maximum solatium est, vt filius eandem dignitatē & munus subeat, quod ipse

Exod. 1.  
4. Re. 25.  
Esai. 10.  
1. Mat. 1  
Num. 12  
2. Re. 12  
2. Mac. 6  
Num. 12  
2. Re. 12

2. Mac. 6

Luc. 23.

Dant. 11  
Num. 20

Consolatus est etiā dominus Moysen, cum ostēderet illi terram promissionis antequā moreretur. Ideo in Psalmo habetur. Si autem dereliquerint filij eius legem meā, & c. Visito in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Videas ergo quomodo dominus iustitiā suam cum misericordia temperet, nā subdit statim. Misericordiam autem meā non dispergā ab eo. Nec aliis testimoniis tibi opus erit hanc veritatē comprobare, scilicet, quod quamuis dominus in presenti vita iustos corrigit: statim in eadem eos consolatur & fouet, quemadmodum fecisse legitur, cum Iob, Zacharia, & multis alijs, quos modo longum esset recensere, tamen peccatores, qui in hac vita flagella Dei non sentiunt sine vlla misericordia illa in inferno experientur. \* Pro eo quod non credideris verbis meis, quae implebuntur tempore suo. Vt intelligas verba domini per seruos suos prolata non esse contemnēda, nam ipse dicit. Ecce ego mitto angelum meum. Et sequitur: obserua eum & audi vocem eius: nec contemnendum putes, quia non dimittet cum peccaueris, & est nomen meum in eo. Sic per sponsam Christi dilectam ecclesiam catholicam nos docet, quam impij haeretici non audiunt. Qui vos audit (inquit Christus praelatis suis) me audit. \* Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur, quod tardaret ipse in templo. Vide populi huius deuotionem. Nam quamuis sacerdos moras faciebat, non ideo templum deserunt: & domos abeunt, sed expectant donec finita sit oblatio. At hisce nostris temporibus tam exigua deuotio est; vt si concionator plusquam horam concionem protulerit, vel fastidium ingerit, vel saltem ab ecclesia discedunt. Volunt isti pro exigua deuotione sacrificium breue, nec expectant sibi copiam à sacerdote fieri quousque dicat. Ite missa est. Quae misera consuetudo in multis Hispaniae locis iam inualuit, vt post communicationem factam à sacerdote, vnus tantum vel alter in ecclesia remaneat in missis, quas vulgo cantadas vocant. De populo antiquo temporibus Samuelis sacerdotis, habetur in primo regū. Non comesturus est populus panem, donec ille venerit, & benedicat hostiae. Sic Christianus populus non debet ab ecclesia recedere nisi adepta à sacerdote licentia cum dixerit. Ite missa est. Vbi statim benedictionem praebet vt foelices & in pace vadant, \* Egressus autem non poterat loqui ad illos. Quod idem sed diuersimode accidere solet eis qui in diuinam contemplationem rapiuntur. Moyses enim domino dixit. Ex quo loquutus es ad seruum tuum impeditioris & tardioris linguae sum. Et Daniel. In visione tua dissoluta sunt compages meae, & nihil in me mansit virum sed & halitus meus intercluditur. Propter quod in notitiā veritatis deuenerit, & ideo sequitur. \* Et cognouerūt quod visionē viderēt in templo, Quod vtiue cognouerūt ex facta mora in templo, ex subita mutatione vultus, ex colloquio cum angelo, ex priuatione loquela. Porro voluit dominus vt populus sciret, angelū apparuisse Zachariae, vt postea cognita veritate de conceptione beatissimi Ioānis, iā populus se disponderet ad suscipiendā fidē Messiae. Aduerte autem, quod non dicit, populū cognouisse quod Zacharias esset incredulus, sed quod videret visionē in templo. Etenim nō vult dñs vt

Dant. 34.  
Psal. 88.

Iob. 42.

Tex. \*

Exod. 23.

Luc. 10.  
Tex. \*

1. Reg. 9.

Tex. \*

Exod. 4.  
Dan. 10.

Tex. \*



*Psal. 30.* vulgus hominum cognoscat faceret dorum & magnatum defectus: sed quoad fieri potest, eos abscondit; & occultat. Abscondit eos in abscondito faciei suae à conturbatione linguarum. Ita Deus noluit vt Aaron in media congregatione populi Israel moteretur: sed iam monturus iubet, vt ascendat verticem montis. Et Moyfi & Aaroni principibus populi, quando ad aquas contradictionis peccauerunt, non statim principatū abstulit, sed post multos dies. Nec crediderim quod eos publice arguerit, sed secreto & occulte. Vt inde videre possis, quanti faciat dominus suorum sacerdotum honorem. \* Et ipse erat innuens illis, & permanfit mutus. Per ea, quibus quis peccat, punitur. Quia non obediens, factus est surdus, & quia contradixerat, damnatur, vt teneat silentium. Quas punitiones silentio non praeterit hic euangelista. \* Et factum est vt impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. Postquam iam letum tamque iucundum nuncium acceperit, non tanta laetitia elatus superbit, nec ad amplexus vxoris currit: sed expectat, vt adimpleantur dies muneris & ministerij sui, & postea domum proficiscitur. Vt inde coniciamus, viros sanctos & coniunctos Deo omnia mature facere: grauius & circumspecte. Erant quippe sacerdotes illi separati ab vxoribus. Deo in templo seruientes: quousque completerentur dies sui ministerij. Vide obsecro & tu, si sacerdotes veteris legis quorum sacerdotium collatione nostris vile & umbraticum erat: si ita se à propriis vxoribus abstinebant: quam abominandi sunt sacerdotes Euangelici, qui sanctissimum Christi corpus consecrantes, & suis manibus contrahentes vilia scorta suis domibus habent. Si diuites huius seculi mundos sibi eligunt seruos, qui eis ad mensam ministrent: quanto magis munditiae amator erit is, de quo in Canticis dicitur, quod pacitur inter lilia: hoc est, qui inter candorem castitatis delectatur? Nonne æquissimum tibi videtur, & rationi consonum, vt is, qui Christi corpus consecrat, contrahat, & in partum animae sumit, nullatenus mulieribus immisceatur? Quæ sit autem Dauid Abimelech sacerdos, cum esuriret ipse, & qui cum eo erant: an mundi essent pueri, vt panes propositionis possent comedere. Maiori igitur ratione à mulieribus se abstinere debet, qui sacratissimum Christi corpus tangit, conficit, & ministrat fidelibus. Nunquam legitur aliquem post susceptos sacros ordines vxorem duxisse: licuit tamen initio nascens Ecclesiae qui vnicam vxorem duxerat, eamque virginem, vbi illa extremum obisset diem ad sacerdotium, & Episcopatum posse ascendere. Alias nunquam licuit alicui sacerdoti vxorem ducere. Et hoc est, quod Paulus petit ab episcopo, & diacono, quod sint vnius vxoris viri. Quoniam qui ad secundas nuptias transit, tanquam de castitate suspectus non admittitur ad sacerdotium, nec ad diaconi ministerium. Audi igitur dominum Deum tuum, tu qui ad sacra accedis. Sacerdotes (inquit) qui accedunt ad dominum, sanctificentur: ne percutiam eos. Et per Esaiam. Mundamini, qui fertis vasa domini. Post hos autem dies concepit Elisabeth vxor eius. In mense Septembris, octauo Calendas Octobris, luna vnde decima, in æqui noctio Autumnali. Vide quomodo dominus inter flagella dat filium, &

aufert opprobrium sterilitatis. Sic Deo dixit Abacuch. Cum iratus fueris, misericordiae recordaberis. Sic primis nostris parentibus post punitionem fecit illis perizomata, vt defenderentur à frigore & calore. Ex quo loco prælati discere debent, vt postquam subditos ob peccata correxerint, eis etiam amoris & pietatis signa ostendant, nec propterea victum, & quæ necessaria illis sunt, auferant. Nam si peccator puniendus est: homo tamen fouendus, & amoris & pietatis signis tractandus. Qui mos antiquus & familiaris est domino. Nam in Esaiam legimus, quod cum propheta ex mandato domini populum obiurgasset, dixit statim ei. Consolamini, consolamini popule meus. Idem legitur in Osea, vbi post plures reprehensiones plebem Israeliticam consolatur, dicens. Ducam eam in solitudinē, & loquar ad cor eius, ¶ Obserua etiam quod post dies muneris sacerdotalis concepit: in quo ostenditur spiritualia anteponenda esse carnalibus. Prius namque spiritualia compleuit, deinde operibus carnis inseruiuit. Vnde cum Martha solitudinem rerum temporalium potius curaret, quam spiritualium, increpata fuit à domino. Quo circa Christus ait. Primū quærite regnum Dei: & hæc omnia, videlicet temporalia adiciantur vobis. Quod dominus quibusdam dixit, qui relictis Ecclesijs suis, & rebus diuinis, circa res exteriores toti erant intenti: sic inquit. Quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam: propter hoc prohibiti sunt caeli, ne darent rorem, & terra prohibita est, ne daret germen suum. Quia pro temporalibus dereliquistis spiritualia: propter id vtrunque perdidistis. Non sic cogitit Apostolis, qui spiritualia temporalibus præferentes dixerunt. Non est nobis æquum relinquere verbū Dei, & ministrare mensis. Et occultabat se mensibus quinque. Quæ curæ fuerit sanctis viris & mulieribus pudor & verecundia vel ex istis verbis colligi potest: quia & ipsa Elisabeth de re honesta & sancta sic adeo erubuit, vt vel quinque mensibus se occultaret, ne prauis hominibus speciem præberet mali. Namque malorum, id est, ingenium honoris proprii nullam habere rationem, ita vt gaudeant, cum male fecerint & exultent in rebus pessimis. Peccandi consuetudo sanctum & honestum pudorem tollit. Sic virtus tantam honestatem in se continet, vt non solum quod peccatum est facere vereatur, verum etiam id quod affine carni & sanguini (licet licitum sit) facere pertimescat. Cognouerat enim bene hæc sancta & cauta mulier, quæ promptum sit hominum vulgus ad malè de quacunque re iudicandum & loquendum, quod vel leui etiam occasione, quodcumque sese offert nulla adhibita consideratione, statim profert. Sic Paulo contigit, cum Mileri exciperetur, cumque videram in manu eius vidissent, statim dicere coeperunt illum homicidam esse. Quibus docemur sancta propostita & cogitationes, nec non dona spiritualia per aliud quod tempus occultanda esse: ne initio spiritualis vitæ inaniter extollamur, & boni incepti facimus iacturam. Absconditur à sanctis spiritualis conceptio, tanquam lumen sub modio, ne ventus inanis glorie illud extinguat. Vbi consideres oportet, quod iniuria afficiebatur propter conceptum in senecta ætate: putabat quippe indecorum esse in tali

in tali ætate filium generare. Si grauida fieret, tempore iuuentutis, non vtique ob id erubesceret. At tu plus deberes erubescere, quia adolescens cum sis, & robustas vires habeas ad poenitentiam agentem, decrepitam ætatem expectas. Age igitur poenitentiam in adolescentia tua, nec expectes in senili ætate bonas cogitationes concipere: ne sterilis semper sis, nec sine fructu potiores vitæ quæ annos consumas. Illum tu verum pudorem existima, quem concipies, cum ante iudicis tribunal fueris presentatus, quæ iste quem beata Elisabeth de se concepit, cum is miraculose omnino fuerit. Quoniam sic fecit mihi dominus. Non dixit. Sic fecit mihi maritus meus: sed sic fecit mihi dominus: sed gratia Dei totum est tribuendum: ita non dicatur. Ego sum Cepha, ego vero Pauli: sed cum Esaiam. Omnia opera nostra operatus es in nobis. Vbi docemur, omnia quæ Deus operatur in nobis, ipsi Deo adscribi debere, non nobis. Nam cum Moyse & Aaron miraculum in petra factum non Deo tribuissent: dixit illis dominus. Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Nabuchodonosor scriptum laudans dixit. Nonne hæc est Babylon ciuitas magna quam ego ædificauit in domum regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Et statim audiuit vocem de celo dicentem. Regnum tuum transibit à te: & ab hominibus cietis, &c. Samson propter quandam victoriam, quæ illi à domino fuit concessa, dicebat. In mandibula asini percussit eos: & ideo punitus fuit tali poena, vt ferè si ti fuerit peremptus. Sic angelus domini percussit Herodem, eo quod non dederit honorem Deo, & consumptus vermis vix finiuit. Eliezer seruus Abraham omnia bona domini sui ipsi Deo adscribebat. Ita in Exodo scriptum est in illo Canticum populi Israelitici. Fortitudo mea, & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Vbi rex Ezechias iam taxandus venit, nam cum per nuntios à rege Babylonis visitaretur, non dedit gloriam Deo, sed dixit. Venerunt ad me de longinquo: quod quidem non debuisset facere si sanæ mentis esset: sed potius in diuinum miraculum referre. Nam cum mirabiliter conualuisset, cumque sol retrorsum esset versus, misit rex Babylonis legatos ad illum. Ob quam causam obseruandum tibi puto, quod semper in omnibus quæ tui causa dominus operatur, illi te fidelem præstes, nec auferas gloriam Deo, tanquam fur & latro. Præterea admonet locus iste quanti faciendæ sint, beneficia Dei præferam soboles. Dedit tibi dominus vitam & salutem, & opes, & non solum ei gratias non agis, sed nec cognouisti talia beneficia tibi ab eo esse collata. Demum est hic considerandum, quam patienter Zacharias, & Elisabeth opprobriū sterilitatis sustinuerunt. Vnde discere te oportet vt omnia aduersa in multa patientia animi tui tolleres. In diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. Opprobrium scilicet sterilitatis. Eodem modo loquuta fuit Rachel, Abstulit Deus opprobrium meum. Et Sara vxor Tobie iunioris. Peto domine vt de vinculo improprietatis huius absoluas me. Vbi aduertat, quod respicere pro misereri sumitur. Sic Dauid in Psalmo. Respice in me, & miserere mei: quia vnicus & pauper sum

ego. Et inferius scribit Lucas, quendam dixisse Iesu. Obsecro domine respice in filium meum. Id est: miserere ei, & sana, & libera illum à dæmone. Et facit etiam illud. Respexit dominus Petrum, quia miserus est illi. Et in Psalmo habetur: Respexit dominus super filios pauperum, & non spreuit preces eorum. Aliquando solet dominus respicere iratus. Sic respexit super castra Aegyptiorum, & omnes in fluctus deiecit. Respexit etiam dominus Sodomam & Gomorram, & subuertit eas. Et in Psalmo scriptum est. Respice super terram & facis eam tremere. ¶ Expende etiam pro maiori huius literæ declaratione, quod dixit Elisabeth inter homines, non apud Deum: quia infœcundi non erant apud Deum maledicti: cum nec Ieremias, nec Helias viri sanctissimi habuerint vxores: sed maledictio illa fuit erga homines opprobrium: quoniam veluti quidam pudor est, coniugio copulatos, nuptiarum fructu carere. Quod in lege gratiæ nullatenus est intelligendum, nam sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum caeleste. Et enim perfectior status est continentiae, quam coniugij. Quam sterilitatem ipse Sapiens foelicem esse ait, dum inquit. Foelix sterilis & incoquinata, quæ nesciuit torum in delicto. ¶ Sed iam nunc pedetentim ad narrationem sacratissimæ incarnationis diuini verbi gradum faciamus. Postquam Angelus Gabriel præcursoris Christi nunciatur conceptum, subditur. In mense autem sexto. A conceptione Ioannis, qui Martius erat: vt sic eo tempore, quo mundus conditus erat, eodem reparatus esset. Porro velim intelligas senarium numerum non vacare mysterio. Quia enim perfectus est homo inter cætera opera Dei, sexto die conditus est. Ideo Christus venit sexta mundi ætate, & sexto numero annorum, & sexto mense conceptus, & sexta feria passus, & sexta hora in cruce suspensus, vt vel sic significaretur venisse in plenitudine temporum, & perfectione. Distulit autem dominus incarnationem: quia voluit vt intellectus cognosceret peccatū: & voluit vt volūtas haberet remediū desiderij. Ideo duram legem Moyfi dedit, vt cognoscerent grauitatem peccati: & etiam alia ratione aspera & ponderosa fuit, vt ab illa liberari cuperent, & clamantes peterent aduentum Christi, & in eo maxime gauderent. ¶ At postquam venit plenitudo temporis, scilicet, à Deo æterno electi. Venit enim tempus clementiæ, & benignitatis, tempus miserendi eius tempus acceptabile & dies salutis. Audiens igitur pater misericordiarum & Deus totius consolationis gemitus cōpeditorum & clamorem oppressorum: & videns homines, quos impius Pharaon in miseram constituerat seruitutem, non potuit amplius in ira sua persistere, nec misericordiam suam continere, & ideo decreuit filium suum in terram mittere, vt mundus per illum reconciliaretur. Dignus autem nuntius legationis huius. Missus est angelus Gabriel à Deo. Iuris regula singularis est, vt per eandem causas, quibus aliquid fit, dissoluatur. Ita per eandem causas, quibus in mundum ingressa fuit mors, per eandem egreditur. Mors igitur mundum intrauit propter dialogum habitum inter angelum & mulierum: vita itidem ex simili colloquio angeli, scilicet & mulieris. Et sicut per foeminam transgressio facta fuit à muliere quippe ini-

tium omnis peccati est) ita per foeminam opus reparationis contigit. Nam qui vult ex aliqua arbore ramum scindere, non truncum aut fortiore partem arboris sibi sumit, sed debilem & delicatam ramum eligit, vt facilius propositi compos euadat. Ita nimirum inimicus noster (vtpote qui sagax & supra modum astutus est) volens hominem à sua radice & origine segregare, non incipit ab Adam, qui fortior erat & Deo cōiunctior, sed ipsam mulierem fuit aggressus, quæ quidem infirmior & fragilior erat, vt vel sic post eā ipsū virum ad peccandum induceret. Quia autem ea, quæ à Deo sunt, sapienter & miro ordine disposita sunt: cum videret ab ipso hominem per mulierem separatū ritā & ipse, vt hominē sibi vniet mulierem in instrumentum sibi assumit. Vt vel sic eo ordine, quo diabolus fefellit, & ipse falsus sit. Principium namque interitus nostri ortum habuit ex colloquio Euz cum sempente: principium autem reparationis ex colloquio virginis Mariæ cum Gabriele. Ille angelus malus, hic angelus bonus. Ille per terram respit: hic è summo celo à Deo mittitur. Ad hoc (inquit Ioannes) venit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Et sicut regina Vasthi conturbauit regem Assuerum superbia sua: ita Hester placuit ei sua humilitate. Et sicut Eua occidendo obfuit, ita Maria viuificando profuit. Et tandem per eandem viam, per quam noster interitus ingressus fuit, per eandem vitam. Quæ omnia ad id adduximus, vt discas, si spiritaliter mortuus es, vitam quærere ea via, qua mortem inuenimus. Quod si mala cupias fugere, egredere per portam qua intrasti, & veltigia dissolue, quibus malum cōparasti. Nec mirū si cū agitur rarus semper ad portam qua egressus est, redeat: naturali quippe instinctu docerur, per illam viam à laboribus esse euadendum. Quapropter si à mundo exagitatū es, respice portam qua egressus es, scilicet malitiam tuam, & voluntatis tuæ consensum, & eo egredere peccati pœnitentiā ductus. Hoc est, quod tibi Deus præcipit, quando tibi dicit: Pœnitentiam age, vt nimirum voluntas quæ in peccato consensit, postea repugnet. Et quemadmodum consensus voluntatis dæmoni per peccatum portam aperuit: ita etiam det Christo consensus pœnitentiæ. Sed quare Deus Angelum mittit? Nōne posset ipse Deus hoc mysterium ipsi virgini reuelare? Poterat quidem, sed voluit Angelum mittere. Primò vt manifesta sit nobis charitas & amor, quibus nos prosequitur, ita vt ministerio angelorum nostram redemptionem curet. Sic Paulus. Nōne omnes administratores spiritus sunt, propter eos qui hereditatem cupiunt salutis? Ex quo loco iam argumētum potest elicere homo, vt seipsum magnificat, & plurimi æstimet, quādoquidem ipsi cælestes spiritus ad ipsius ministerium mittuntur. Si puer aliquis pædagogum haberet Episcopum, vel optimatē aliquem: vti que statim puerum illum vel regis vel imperatoris filium esse existimares, quem etiam plurimi faceres. Quod exemplum ideo adducimus, vt consideres, quomodo cælestes spiritus tuo ministerio adfunt, vt te custodiant, defendant, & in omnibus viis tuis quasi manu ducant. Quapropter ne obsecro vultibus huius mundi rebus te ipsum tradas: cum gloriari possis de nobilitate, & illi sanguini

ne. Nam si princeps aliquis vel comes se in terram abiiceret, vt colligeret micas quæ ex mensa ceciderunt, contemnacundus profecto esset, & nihili æstimandus. Sic tu qui illustris & generosus à Deo es factus, cum tibi Angelos ministrōs habeas, flecti non debes in hæc terrena, quæ vilia sunt, & nihili æstimanda. Si homo aliquis rusticus infimæ sortis, & media plebe natus, sollicitus ambularet, vt ad suum amorem reginam aliquam mulierem alliceret: non solum talis mulier precibus huius rustici non acquiesceret, verum etiam contra rusticū indignata cum fustibus eadē præciperet. Sic igitur corpus tuum rusticum, sædum, & vile, si aliquando animam excellentem reginam & principem ad turpe aliquod patrandum facinus incitauerit: non solum anima consentire non debet verum fustibus illud & pœnitentiā corrigere, vt in sana eius audaciā, & temeritas debitas pœnas luat. Quod si iterum contra stimulum velit calcitrare lachrymis, verberibus, vigiliis, ieiuniis, & orationibus in illud est animaduertendum, vt obediens sit, ne postea resiliat, & animi compos euadat. Mittitur secundo Angelus, vt maximo honore ipsa angelica natura efferatur. Etenim Angeli erant quasi iniuria lacerati, cum viderent à se proditū illum, qui tantam perniciem nobis moliebatur, vt fuit Lucifer malus angelus, qui in paradiso terreno primos nostros parentes tentauit. Atque ita Dominus decernit nūc angelos honorare: vt quemadmodum angelus fuit causa nostri damni & miserie, ita etiam angelus sit author nostræ foelicitatis, vt de illis neuiquam conqueri possimus: nam si vnus parauit nobis damnum & interitum; alter gloriam & vtilitatem afferat. Quod si tuo intellectui scandalum ingerit angelus qui Eua fefellit: te constantem possit reddere Angelus qui hodie Mariam alloquitur. Vt inde intelligas nequaquam tibi esse murmurandum si aliquos malos videris, nam statim aderit vnus, & alter bonus. Quod vitium sequentiſſimum est hominibus secularibus, qui si aliquando vident religiosum aliquem, vel in minimū peccatum delinquentem, protinus vniuersum monasterium & totam congregationem condemnant: illud peccatum omnibus darrantes, & de honorum afflictionibus gaudetes. Quemadmodū amœnus & fructifer hortus non ideo contemnendus est & eradicandus, eo quod vrtica inter alia olera nascatur: sic nec damnanda est religio si inter multos viros sapientia & virtute præstantes, quidam inueniatur voluptatis, aut ambitionis igne contactus. Nam in sacro Christi collegio fuerunt, apostatæ, qui Christum dereliquerunt, nec vnquam redierunt. Fuerunt etiam gloria humanæ cupidi, qui dextram & sinistram in regno petierunt. Fuit etiam alter, qui illum iuramento asseueranter negaret: fuit etiam quidam proditor, qui Christum triginta argenteis tradidit, qui postea misere & infeliciter vitam finiuit. Sed nunquid rogo, quia isti mali fuerūt, vniuerso Apostolico collegio detracturus es, necnon sanctissimę domini doctrinæ? Nunquid sacras religiones condemnabis, quæ marmoreæ columnæ sunt, quibus bona pars totius Ecclesiæ nititur, propter vnum vel alterum, qui flagitiosus sit? Sed iam hos tam perfidias frontis homines missos facio, neque cum illis vltimus sermonem contexam, ne cum belluis digladiari

Ephe. 1.

Psal. 109.

Dan. 9.

Ab. 9.

Gen. 3.

Gen. 19.

Psal. 138.

Ioan. 1.

Mat. 20.

Mar. 14.

Mat. 26.

Canti. 2.

digladiari videar. Tertio non absque consilio ad hanc salutationem Angelus mittitur, cum lapsus angelorum per Christum incarnatum restaurandi essent: iuxta illud diui Pauli. Quoniam proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum restaurare omnia in Christo: quæ in cælis & quæ in terra sunt in ipso. Et in Psalmo dicitur. Iudicabit in nationibus & implebit ruinas. Nam cum ex singulis choris, & ex singulis speciebus aliqui ceciderint, consentaneum fuit, angelum nunciū mitti, qui negotium ageret attrinens ad restorationem suæ naturæ. Missus fuit Gabriel potius, quam alius, vt promissis dominus stare: nam sicut per hunc angelum mysterium hoc fuit Danieli prædictum, sic per eundem manifestatum fuit virgini. Ecce (inquit Daniel) vir Gabriel quem videram in visione à principio cito volans, teigit me tempore sacrificij vespertini, & docuit me, & sequitur. Septuaginta hebdomadæ abbreviatæ sunt super populum tuum, & super sanctam urbem tuā &c. Præterea quia inquit euangelista, missus fuit à Deo existimauerunt aliqui hunc angelum esse ex supremis Seraphinorum choris: quod ego nō credo: cum illa superiora agmina ab intimis nunquā discedant. Angeli enim infimæ Hierarchiæ à Deo mittuntur & omnes mittuntur ad intra, vel ad extra, mediātē, vel immediātē ab ipso Deo. Crediderim tamen hunc Gabrielem maximum esse inter omnes suæ hierarchiæ, vtpote qui nūciaturus erat tantum & tam diuinum mysterium virgini tantæ & tam eximie virtutis. Vbi etiam cōsideres oportet, quomodo Angeli non dedignantur nobis ipsis ministrare: cum videant & ipsum regem cæli iam propter nos hominem velle fieri. Quia quando famuli regis aliquem hominem vident à rege diligi, & maximi haberi, omnes illū summis honoribus afficiunt, & de eius vtilitate sunt solliciti. Vnde angeli qui Adam & Eua à paradiso eiecerūt, & qui Sodomam castigabant, cum modo videant nos à Domino honorari, & ipsi nostram salutem quærunt. Sic tu amicos Dei quo potueris honore afficere debes: sicut sanctus ille Dauid qui dicebat. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui Deus, &c. Apparuit autem Angelus hic beatissimæ virgini humana specie indutus, pulcherrima, & decora facie, iuuenili etate & candida veste ornatus. Facta autem fuit hæc saluatio vigesima quinta die Martij, feria sexta, ante solis ortum, vt significaret nobis angelus, verum solem iustitiæ Christum redemptorem nostrum iam iam nasciturum. Sed quo mittitur. In ciuitatem Galilæa, cui nomen Nazareth. Non in agro, aut in quouis alio loco Dominus concipi voluit: sed in ciuitate, quæ hominū habitatio est: vtpote qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis: & carnem sumpsit vt Iudæos & Gentiles saluos faceret: propterea in Galilæa, quam hi duo populi tunc incolebat annūciari & concipi voluit. Præterea non absque causa ciuitas, in qua Christus concipitur vocatur Nazareth, quæ florem sonat: cum ipse sit, qui in Canticis alloquitur sponfam dicens. Ego flos campi. Non hortorum, quia flores hortorum humana diligentia & industria nascuntur: at Christus nullo opere interueniente viri, sed spiritu sancto conceptus est. Secundo flos campi omnibus patet: sic Christus omnibus carnem as-

sumit, & omnibus seipsum præbet. Tertio bruta animalia flores conculant, & super eis recumbunt: sed homo prudens colligit: sic Christus ab impiis qui vitam agunt bestiarum more conculcatur, & à iustis honore afficitur. Ideo flos campi, & non hortorum dicitur: Vbi iam ex pendes quanti Deus faciat humilia & abiecta. Elegit namque Nazareth ciuitatem parua ut conciperetur: & in minima Bethleem nasci pro sua misericordia dignatus est: qui humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Ab initio quippe mundi hoc dominus habuit ingenium, vt amator esset humilitatis. Et vt testimonij sacræ paginæ comprobetur hæc veritas, scias, quod ex prioribus fratribus, qui in mūdo geniti sunt Cain scilicet, & Abel, dominus minorem elegit. Et ex filiis Abraham Isaac elegit, qui minor quam Ismael erat: & ex filiis Isaac elegit Iacob qui minoris erat ætatis quam Esau. Et ex duodecim filiis Iacob elegit Ioseph vt dominaretur Aegypto, qui etiam ex minoribus fratribus erat. Et ex octo filiis quos Isai genuerat, sibi Dauidem assumpsit, vt esset rex, & magnus propheta, qui antea paruulus pastor erat, & coram hominibus contemptus. Elegit etiam dominus Saulem in regem, qui ex minori tribu erat, & ex inferiori domo & familia Israel. Et denique in mundum veniens hic sanctissimus humilitatis amator, non magnates aut principes sibi associavit, sed humiles & pauperes piscatores. Nouit minimū animal formica triticum viam regenerationem abrodere, ne nascatur, & crescat, & ipsum ad solem producere, ne putrefiat, & speluncam claudere, ne aqua introeat: & denique alia, multa quæ longum esset recensere, quam scientiam & cognitionem Deus, nec elephanti dedit, nec boui, nec equo maioribus animantibus. Et inter volatilia quid mirabilis cerni potest, quam apum industria in fabricandis fauis: vt si hæc contempleris, in diuinis artificis amorem neuiquam non rapiaris: quam quidem scientiam & industriam, nec aquilæ, nec maioribus aliis volatilibus donauit. At si mundi creationem velis inspicere, iam ex materia prima re vilissima vniuersum tam pulchrū tam quæ diuino artificio elaboratum videbis condidisse. Et tandem si claro testimonio hæc, quæ diximus comprobari velis, conuertas oculos in præclarum, & maximum opus, quod pro nobis fecit: libentissimè. Namque pro nobis mortuus ignominiosus mortis genus subiit, ita vt seipsum humilians vsque ad mortem crucis, factus fuerit obediens. Ita dominus paruulorum fuit semper amicus, vt diceret. Sinne paruulos venire ad me, istorum enim est regnum cælorum: superbiā autem, & elationem Capharnaum, exprobrans inquit. Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cælum exaltaberis: vsque in infernū descendes. Et tu Bethleem humilis & paruula nequam minima es in millibus Iudæ: ex te enim exiit dux qui regat Israel. Nam etiam si parua sis, non ideo te ipsam vili pedas. Hæc quippe de causa Deo gratior & iucundior eris: afferet quippe natalis eius tibi ipsi nobilitatem, et splendorem. Et à Nazareth exigua & contempta (vtpote quam Nathanael illudens dixerit. A Nazareth potest aliquid boni esse: ) exiit conceptus Christus, qui illustrem illam & splendidam faciat. Quod si propter paruitatem & contemptum suum Nazareth

Luc. 2.

Psal. 137.

Gen. 4.

Gen. 25.

Gen. 27.

Gen. 41.

I. Ro. 16.

I. Reg. 9.

Matth. 4.

Gen. 1.

Phi. 2.

Mat. 19.

Mat. 11.

Matth. 2.

Matth. 5.

Ioan. 1.

coram oculis Domini tantum meruit: si pauper & humilis es, cur te istius paupertatis poenitere debet? Ex quo loco humilitatem & abiectiorem semper teneris diligere. Nam quanto profundior est puteus, tanto eius aqua dulcior est: & quanta humilior fueris, tanto Deo gratior & iucundior. Nam cum Centurio de seipso humiliter sentiret, curq; non se dignum existimaret, vt Christus domū suā ingrederetur, omnibus Iudæis illū Dominus antetulit. Et Paulus qui minimū Apostolorum vocauit, præstantiori vi in concionando polluit, & plus omnibus laborauit. Et Petrus, qui se indignū Christi cōsortio iudicauit, factus est Apostolorum princeps, & Ecclesiæ maximus Pontifex. Ex Ioannes qui dixit: Non sum dignus soluere corrigiam calciamenti eius, meruit vt coram eo Christus genibus flexis in Iordane inclinaretur. Vbi nec illud tibi sub silentio prætereatur, quod in humili Nazareth conceptus fuit Christus: & in superba Hierusalem crudelissima morte interemptus. A cordibus humilibus concipitur Christus, & à superbis interficitur. Quapropter esto semper humilitatis amator, & ipsum Christum in anima tua concipies. Quod si ipsum audire velis per Esaiā loquentem, fieri nō poterit, quin in ipsius amorem totus rapiaris. Ad quē, inquit, ego respiciam, nisi ad contritum, & humilē & trementem sermones meos? Secundo in hac re cautus esse debes, vt nunquā glorieris te ex nobili ciuitate natum, quemadmodum multi stolidi & amentes facere consueuerūt. Potuisset namque Dominus, si vellet in ditissimis & potentissimis ciuitatibus nasci, videlicet Romæ, quæ regina est & princeps vniuersi: aut Athenis, vbi tum temporis florebat multi, & sapientissimi & acutissimi philosophi aut Hierusalem vbi tunc sanctitas & religio inualescebat: sed ad Nazareth mittitur Angelus, quæ erat parua & cōtempta ciuitas: vt ostendat se mundana non querere, sed potius ea contemnere, & tantum humilia diligere. Amauit igitur Christum humilitatem in cōceptione, amaui etiam in natiuitate, amaui in vita, amaui in morte: necnon etiam post mortem eiusdem amore tenetur. In conceptione humilē Nazareth elegit, in natiuitate paruam Bethleem, in vita non habuit vbi caput reclinarat, & iam iam moriturus admirabili humilitatis exemplo pedes discipulorū lauit: quod fecit vt innueret, quanto amore illam prosequeretur. Humiliauit semetipsum vsque ad mortem, & post mortem hanc virtutem non tradidit obliuioni. Nam Magdalenæ dixit: Dic fratribus meis. Ascendo ad patrem, &c. Poterat bene illos vocare discipulos & seruos, sicut ipsi vocabant illum magistrum & dominum: sed noluit, vt humilitatem nobis commenderet. Denique & post ascensionem ad cælos non est oblitus huius virtutis, sed Saulo persecutori dixit. Saul Saul cur me persequeris? causam discipulorum pauperū propriam iudicans. Merito ergo & ipse clamat. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, iam igitur vidimus, quis mittitur, & à quo mittitur, restat inuestigare ad quem mittatur. Ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph. Viro dixit, non homini: viri nāque nomen fortitudinē, animi robur & virtutē significat. Ea enim vxor vnicuique quanda est secundum suam fortem & cōditionem. Regi quippe aut duci aut illustri virg nō ancillam

aut Aethiopsam daret. Sic nimirū domicus (vtpro te in cuius operibus semper admirabilem sapientiam & consilium inuenies) volens primo nostro parenti sodalem tribuere, oculos coniecit in vniuersas creaturas: cumq; nullam eius dignitati & altitudini similem inuenisset, quæq; ipsius Dei capax esset, vt Adam, decreuit ex Adæ costa similem ei efficere. Sic nimirum ipse dominus: vt daret sociū & sponsum beatissimæ virginij, non quæsiuit hominem humanis rebus intētum, aut voluptatibus seculi deditum, sed virtum optimum, virtute & sanctitate perfectum, & omnibus suis numeris absolutum. Nam sicut Dominus eam mulierē elegit, vt mater esset filij sui, qua melior aut similis in vniuerso non reperiretur: ita etiam talem virum in sponsum illi matri dedit, quo sanctior, aut purior vix queat reperiri, cū etiam & filij sui custos & pædagogus deberet esse. Et sicut rex custodē filij sui præstantissimum & optimū hominē constituit, sic etiam Dominus virum purissimum, & sanctissimum filio suo præfuit. Nam semper Dominus ad sua ministeria idoneos sibi quærit. Idoneos (inquit Paulus) nos fecit Deus ministros noui testamēti. Cū igitur Ioseph Christi pædagogus futurus esset, necnon maritus eius mulieris, quæ Christi sponsa erat: potest ne aliquis sanæ mentis homo existimare ipsum dominum in tali electione errauisse? Hoc certē stultissimū esset, & ab omni profus humano intellectu alienū. Ipse nāque fuit primus omnium hominum, qui Christum in carne vidit, & adorauit, Extollitur miris laudibus Ioannes Euangelista, & merito quidem, eo quod matrem suam illi Dominus commendauerit: sed Ioanni commēdāta fuit, cū iam virgo adoleuisset, & ad maiores annos ætatis suæ peruenisset: at Iosepho tradita est iunioribus suæ adoleſcētiæ annis. In quo quidem apparet maxima ipsius Ioseph commendatio, Ioannis etiam paucis annis cum ea habitauit: Ioseph verò spatio triginta annorū. Ex hoc itaque coniugio tantum honoris & laudis ipse Ioseph comparauit, vt matrem Dei in subditā habuerit, simul & filium. Nam vt inferius videre est in nostro Luca, Christus erat subditus illis, scilicet Mariæ & Iosepho. Quod si verum est illud quod asseruerat regius propheta, scilicet: Cum sancto sanctus eris: quid iudicandum erit de Ioseph, qui familiarissimē intra eandem domū tot annis cū Christo & sanctissima eius matre angelicam & purissimam vitam egit? Cum nullo homine Christus & sanctissima ipsius mater in hac mortali vita familiariter egerunt. Certē verē loquutus est Christus in illis verbis cū dixit: Qui mihi ministrat, me sequatur, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus: iste in cælos supremos videtur collocandus, qui in terris ipsi Christo familiari obsequio seruiuit, & fidelior omnibus post Mariam inuētus est. Quod si Christus Apostolis dixit: Beati oculi qui vident quæ vos videtis, quanto præstantius obsecro est, non solū videre, sed etiam tangere? Quanto beator est Ioseph, qui nō solum Christū vidit, sed cum sæpius fuit osculatus? Si ille qui prophetæ dederit vas aquæ frigidæ, mercedem ab ipso propheta accipiet: quam mercedem is accipiet, qui nō solum vnum vas aquæ dedit, sed multa, panem & obsonium ipsi prophetarū domino? Denique vt ad alia quæ nos expectant gradū faciamus, meruit in ter-

Genes. 2.

2. Cor. 3.

Ioan. 19.

Luc. 2.

Psal. 17.

Ioan. 12.

Luc. 10.

Mat. 10.

Luc. 2.

Genes. 2.

2. Cor. 3.

Ecc. 41.

Mat. 16.

Ambros. li. 2. cōm. in Luc. cap. 1.

Zacha. 9. Exod. 17.

Esa. 11.

in terris Christi pater appellari, vt inferius capite sequenti noster Lucas inquit: & nullam puram creaturam, sic adeo dilexit beatissima virgo sicut sanctum Ioseph. His omnibus adiciis aduertendum nō solum Iosephum ab Euangelista tanquā patrem putatiuum hic positum esse, sed tanquā verum patrem: non naturalem, sed legalē. Cumque talis esset Ioseph, ipsius genealogiam narrandam sumperunt Euangelistæ, licet virginis matris naturalis esset filius. Et hoc ita fuit, quia Christus in temporalibus succedebat Ioseph, cuius hæres legalis erat. Vnde illi qui asserunt scripturæ morem non esse genealogiam ex parte mulierum, sed virorum computare, non videntur profus satisfacere, quia multoties in sacris literis cum narratur genealogia alicuius, dicitur, talis mulieris fuit filius. Et quamuis in aliis hoc non feret, conueniens fuit in hoc loco: cum Christus ab homine non fuerit genitus, sed tantum à virgine. Primo autem beatissima virgo desponsata fuit, ne cōceptionis causa honor & fama ipsius detrimentum pateretur: quia si innupta conciperet, mala mulier reputaretur. Ne verò sacratissima virgo aliqua infamiae labe cōtaminaretur, voluit Dominus eam viro coniungi. Vbi docemur famam alicuius nunquam esse contemnendam: iuxta illud Sapientis. Cura de bono nomine. Nam qui famam contemnit, flagitiosus est, aut profus inhumanus. Arguendi quippe sunt illi, qui dicūt: mea intentio & cogitatio sancta est, & sincera: dicat autem vnusquisque quæ pro libito voluerit. Quid enim refert tuam intentionem bonam esse, si factum tuum ansam præbet, vt de te homines male suspicentur, & sentiant? Homines quidem intentionem non vident, sed exterius opus, quo eis scandalum præbet: cum prudētiam, in dictis & factis tuis non serues. Et id quod dicimus Dominus commendauit, cū discipulos rogauit, dicens: Quem dicunt homines esse filiū hominis? Bene ipse sciebat quid homines dicerent: sed id fecit, vt nos intelligeremus semper curā habendam esse de bono nomine. Vbi videre licet, quā bonus amicus sit Dominus dilectis suis. Mauult enim Dominus aliquid alicuius detrimenti pati: quam vt patiantur amici. Maluit Dominus (vt inquit Ambrosius) de suo ortu, quam de matris pudore dubitari. O quā fidelis amicus nobis est Deus, & quanti suorum honorem facit, ita vt non velit cum alterius iniuria honorem sibi comparare. Curandum igitur tibi maximè est, vt Deo amicus sis, præsertim cum tanto te ipse prosequatur amore: & mundam fugito & eius amicitiam, quando datam fidem non seruat. Perierunt principes Edom: memoria Amalech euanuit, & superbia Philistinorum dispersa est: tamen sacrosancta Ecclesia, & honor amicorum Dei nunquā finierit, permanet in seculum seculi, & vsque in sempiternum. Secundo voluit Dominus vt sacratissima virgo viro nuberet, vt Ioseph custodia esset, & honestas virginij. Nam sicut frondes arborem defendunt ab iniurijs cæli, sic Ioseph virginem protegebat, ex qua sicut amoenissimus flos egressus est Christus. Et quia flos aliquando in medio foliorū nascitur, ne existimares quod de Ioseph Christus natus est, dixit Esaias. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: non inquam de folio, sed flos qui Christus est de radice, id est, de

virgine natus est, non autem ex Iosepho. De domo David. Videas, obsecro, quibus terminis & sine continentur regna, imperia, & totius mundi principatus. Regia & opulenta domus Dauid, tam potens & magna, cui alij reges obedientiæ signa prestabant: vbi est, aut quo termino & sine clauditur? vique fabro pauperulo contenta est, qui etsi diues & iustus coram Deo, tamen hominum oculis egenus. Quot quantique erunt in Hispania homines, qui originem ducant ex illustri Gothorū sanguine, ipsi tamen sutores, factores, lixæ & pauperissimi sint. Vtique apparet hic quomodo principatus & imperia mundi, & omnis eius nobilitas & potentia lapsu temporis finiuntur: quia mortalium opera, mortalem finem sortiri debent. Sic etiam illustre & præclarum Corinthiorū regnum finitum est, & potentissima Assyriorum Monarchia, Medorum item & Persarum temporū iniuria corruerunt. Vt discas omnia hæc mundana paruifacere, & tantū Deo placere studeas: quippe memoria iustorum vsque in seculum seculi, & in æternum permanet. Dixit autem Ioseph esse de domo Dauid, vt ostendat Christū ex semine Dauid descendisse, sicut ei Dominus promissum. Iurauit Dominus Dauid veritatē & nō frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et Esaias. Super solum Dauid, & super regnum eius sedebit. Et rursus in Ieremia. Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex & sapiens erit. Quāuis autem Ioseph nihil in cōceptione Christi operatus sit, ex hoc colligitur virginem fuisse ex eadē domo. Nam mulieres in hereditate paterna succedentes, non poterant contrahere matrimoniū, nisi cum viris suæ tribus, ne fieret confusio inter fortes, vt habetur ex Domini sententia. Iam igitur videas quomodo Dominus adimplet promissā, cum mittat filium suū ex semine Dauid. Promissit Dominus populo Israelitico filium suum daturū: populus autē promissit Domino ipsius præcepta obseruare: ar quamuis Israel datam fidem non seruauit, nō hilo minus Deus verbum suum adimplet. Promissit Dominus Dauid, filiū suum hominibus miserum, ne autem cum homines viderēt Dauid homicidam & adulterum, existimaret, dominum fecerit agnum futurum filium suum nobis donauit, & cum eo innumerabilia bona. At si Dominus cū eis qui illi fidem frangunt, promissis stat: quantū melius gloriam tibi dabit, si præcepta eius custodieris. Prætereā obseruandū tibi est, quod Christus potius dicitur filius Dauid, quam filius Abraham, cū etiam facta fuerit promissio Abraham, vt nos doceret Dominus, quanto amore Deus prosequitur peccatorem ad se poenitentia cōuersum, vt tu non dubites quantum flagitijs & sceleribus sis contaminatus, ad illum accedere. De peccatis Abraham nihil legimus, imò cōstat, semper Domino obedientem fuisse: at Dauid grauitur Deum offendit. Nihilominus vt Dominus ad poenitentiam peccatores alliceret, maiori honore Dauid affecit, quam ipsum Abraham. Quādo nobilis aliquis ad venationem tendit, si fortē syluestre suem interficiat, plus gaudet ipse & eius famuli, quā si arictē vel bouem ad comedendum interficeret. Ita nimirū viri iusti sunt domestica animalia domus Dei, & quamuis alicuius delicti in quod ceciderunt, subeat eos poenitentia: non ideo tantum gaudium sit,

Psal. 131

Esa. 9.

Iere. 23.

Num. 36.

Deut. 7.

Psal. 131

2. Re. 18

Gen. 22.



fit, quantum per conuersionem vnus peccatoris, qui tanquam rusticum & syluestre animal est, qui appetitum suū sequens, vsque ad præcipitiū non finit currere. Quando igitur dominus huiusmodi peccatorē venatur, maximū fit gaudium super eopœnitentiā agente, &c. Sic David, qui prius carnē & appetitus suos sequebatur, cōuersus est ad Dominū per pœnitentiā: atq; ita maiori honore illū affectū quā Abrahā erit ab ambobus secundū carnē descēderet. Præterea cū ait Euāgelista, de domo David: de familia, sanguine & generatione Dauid intelligendū est. Et sic intelligendum puto id quod in Exodo dicitur de obstericibus Aegypti, quod Deus ædificauit illis domos. Hoc est, quod dedit eis generationē & successiōē. Nam quia ipse pepererunt filiis Hebræorū dedit illis Dominus filios, vt factū illum more Talionis solueret. Aedificare enim est dare posteritatem: quare familia vocatur domus, quia ad modum domus ædificatur: vt in scriptura multiplicare sobolem dicitur ædificare domum. Sic Nathan dixit David, Domū faciet tibi. Id est, familiam multiplicabit. Et paulō inferius. Domus serui tui stabilita erit corā te. Et Rachel dixit Jacob. Ingredere ad ancillam & ædificabor (vt Hebraismus habet) in ea. & in Deuteronomio de muliere quæ spuebat in faciem viri, habetur, quod dicebat. Sic fiet homini qui non ædificauit domum fratris sui. Et in libro Ruth dicitur de Sara & Lia, eas ædificasse domos Israel. Denique pulchrē Euāgelista regalē generationem, & originem Ioseph, & virginis Mariæ expressit: ne Christi parentum paupertas despiceretur: quia quamuis pauperes essent, tamē nobiles erant. Sed hac misera nostra tempestate ille solus nobilis est, qui multas habet pecunias. Nam quantumcūque aliquis nobilis sit, si paupertate premitur, vel ipis fratribus & consanguineis odio habetur, & despiciuntur. Filij namque huius seculi solas diuitias in honore habent. Demum expendas Christum voluisse & nobilem & pauperem esse. Nobilis, quia nobilitas ad virtutē obligat. Diuitiæ autē (vt Apostolus ait) laquei sunt diaboli. Ideo Christi parentes & nobiles & pauperes fuerunt. Et nomen virginis Mariae. Huius nominis sororē habuit Moyses mulierem præstantissimam, omnium earum, quæ transtulerunt per mare rubrum: quæ quidē glorioso caetico Dominū magnificauit dicens. Cante mus Domino gloriosē enim magnificatus est, &c. Hæc autem secundi legislatoris mater diuinis laudibus & canticis Dominū suum exaltauit. Porro non solum nomen sponsi, sed etiam sponsæ Euāgelista expressit: nam sicut Dominus illos coniuxerat in matrimoniu, ita nec hic separandi erāt ab Euāgelista. Nomē autē Ioseph priori loco apponitur: quia vir caput mulieris est. Sic etiam Maria postea honorē contulit ipsi Ioseph dicens. Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et iterum. Erant pater eius & mater mirantes. Sic & Sara virum suum Abraham dominū vocauit. Sed iam in nostra Hispania dolendum est, vt viri suorum vxorum mancipia videantur: nec dū quippe ornata & composita ad similitudinē templi: ita vt si maritos videris simul cum eis ambulātes, illas reginas iudicabis, eos verō seruos, & seruos. Quis obsecro, vnquam vidit talem confessionem, & talem monitum, vt pedes sint caput, caput au-

tem pedes? Vtique prouenit ex carnis concupiscentia, quæ sic adeo creuit, vt homines carnis appetitum & desiderium sicut Deum adorent, & seipos mulieribus sicut bruta animantia tradant. Præterea id obiter annotabis, sacrum Euāgelistam & nomen præuincit nominasse, cuius angelus, virginis, & etiam sponsi: vt intelligas miram diligentiam habuisse, in scribendo hanc historiam. Præterea tot circumstantias, & verborum ambages adduxit, vt inde veritatis certitudo clarius eluceret. Si enim in ciuilibus causis tam serid agitur, vt ipsi scribæ locum apponant, tempus, testes, & eorum nomina: deinde traduntur libelli, & appenduntur sigilla, vt dictis & narratis fides adhibeatur, quāto potiori iure hoc fieri debet in tā ardua causa, nēpe in incarnatione diuini verbi, vt nos de promissionibus certos redderet, & hæreticorū imperus, & Hebræorum obstinationem conuincerent? Signum enim manifeste veritatis est, cum quis tibi aliquid narrat, si locum, & personam, vbi id contingit, significauerit. Sic dum aliquis tibi dixerit te apud multos male audire, nisi personam & locum designauerit. Itam mēdacijs & culpæ venit arguendus: nam sicut vulgō dicitur. Qui fabulam narrat, ipse compositor eius est. Est namque quoddā hominum genus qui amicorum prætextu, te ipsum dictis suis laceant, mētientes illa ab alijs audisse, & cum ipsi authores sint, in alios culpā reiciunt. Illi namque senes qui falso Susannam accusarūt, conuicti postea de mendacio fuerunt: quia vnus dixerat vidisse Susannam adulterantem sub cino, alter verō sub pino testificabatur. Ita tu caute verbis mendacibus detractoris attendere debes, vt sic facile ipsum de mendacio conuincas. Et ingressus Angelus ad eam dixit. Equidē manifestissimæ infantiæ veniet reprehendendus, qui conatus fuerit ad Mariam ingredi, nisi angelicam puritatem prorsus redoluerit. Etenim si in Moyse faciem Israelitæ non poterant oculos intendere propter gloriam vultus eius: quanto minus humanus oculus amictam sole poterit intueri? In quo loco illud intenta animi consideratione debes aduertere, scilicet, quam procul distaret sacratissima virgo ab humanis sollicitudinibus, quam à tergo reliquit humanis honoribus, quantum orationi & cōtemplationi vacans, quando Deus ad altissimam & supremam omnium dignitatē illam euexit, nēpe vt ipse mater esset. Nec sollicitus erat Ioannes quærendis honoribus, cum factum fuit illi verbū Domini in deserto, vt eius præcursor, & concionator esset. Nec vlla sollicitudo Abraham vexabat, cum eduxit illum Dominus de terra sua, & cum fecit in gentem magnam. Et ipse Moyses cum pascedis ouibus curam intenderet, cū ei appareret Dominus, constitutus est in principem populi sui. Et denique David sanctus in deserto oues pascebat, quando ad gubernādum regnum fuit vocatus. Vt his omnibus intelligas, quod si honores & dignitates à tergo reliqueris, & Deo inseruieris, ipse te opportune vocabit. Nec quisquā (ait Paulus) sibi sumit honorem, sed qui vocatur tanquā Aaron. Sicut Christus non semetipsum clarificauit, &c. Quod si honorem fugeris, illum facile obtinebis: si eius fueris oblitus, Deus recordabitur tui. Nam cum sacratissima virgo in secretiori cubili esset clausa, tantæ dignitatis oblita, tunc mater Dei eligitur.

gitur. Cum autē Angelus dicit, quod ingressus fuit ad virginem, manifeste ostendit, beatam virginem iatra clausum ostium esse, & in secreto cubili. Qui locus nos docet, quod si nos Deo tradere cupimus, humani strepitus, & humanæ conuersationes sunt nobis omnino fugiendæ. Nam vt Dominus Abrahæ nota faceret beneficia quibus illū volebat afficere, ab hominum cōuersatione illum educit. Et Moysen perduxit Dominus ad verticē montis Sinai, & præcepit etiam, ne quis ad montē appropinquaret. Et in solitudine montis apparuit Angelus Agar, & Helias ab hominum consortio procul aberat, quando angelum domini vidit. Etenim quando Dominus cor nostrum solum, & omnibus terrenis exurum inuenit, mox veniens cœnat cum eo. Ingrediamur igitur ad cor nostrū, & ipsius aditū negotijs & murmurationibus claudamus, si colloquijs angelicis, & diuina familiaritate frui volumus. Vnde discant oportet puellæ, exemplo sanctissimæ virginis clausæ esse, & sui obseruantissimā custodiam habere. Sic adeo hæc quæ modo diximus in femine sexu Dominus requirit, vt præceperit in veteri lege homines ter in anno ad templum venire, mulieribus autem nec semel in tota vita. Vt inde intelligas oculis Domini pergratum esse mulierum obsequium (& præcipue virginū) si intra priuatos parietes fiat. Ideo beatus Ambrosius ait, beatā virginem cum festinatione ascendisse in montana, vt visitaret Elisabeth, vt pote quæ ab hominū conuētū videri reuebat. Itā infructuosæ arbores in medijs campis & in montibus sunt cōstræ, nec vlla adest illis custodia: at arboribus à quibus fructus in maturo tempore colligi expectatur, & sæpibus & custodia prouidentur. Nec Dina pretiosam virginitatē amitteret, nisi egrediretur ad videndas mulieres regionis illius. Nec in merito Salomonē de mulieribus, quibus & consortia & itinera grata sunt dixisse scias. Ecce occurrit ei mulier in ornatu meretricio, præparata ad decipiēdas animas: garrula & vaga, quieti impatiens, non valens in domibus consistere pedibus suis. Nunc foris, nunc in plateis, &c. At beata virgo merito dicitur & anima & corpore hortus conclusus, tanquā bona & fructuosa arbor. Non inuenit eam Angelus in plateis, non in foro, nec in conuiuijs, sed in cubiculo orantem. Orabat virgo beatissima patrē in abscondito, clauso super se ostio. Nam si conceptio præcursoris annunciat fuit patri sacrificijs & oblationibus intento: probabilius multo iudicandum est, conceptionē Saluatoris virgini annunciatā esse in oratione & cōtemplatione existentis quod si Iudith in secretiori parte domus suæ recondita erat: & Sara vxor Tobias iunioris in supremas domus suæ parres ascendens, tribus diebus & noctibus assidue lachrymis Dominum orabat, vt eam ab omni angustia liberaret: quanto melius de sacratissima virgine dicendum erit, eam ab alijs separata: amin oratione pernoctasse? Erat tum temporis virgo sancta non solum intellectu in Deum transformata, cōtemplans mysterium incarnationis (vt pote quæ nouerat ex scripturis iam iam illam appropinquare) verū & ipsa voluntate, quæ eiusmodi naturæ est, quæ potius & magis est vbi amat, quā vbi animat: namque vbi animat, adest quantum adeste quod habet: at autem vbi amat tantū ad ipsam ope-

rationem. Mirabile quidem visu esset, tum temporis virginis pulchritudinē aspiceret, illius faciem solem & lunam splendore longo intervallo superārem, & denique sanctam ipsius animā in diuinum illud verbum translata, quod statim erat conceptura. Credite enim mihi animā nec pulchriorem nec deformiorem esse se illa, quam studio & amore profectur: nec magis graphicē ab aliquo pictore desingui posse, quam ibi vbi per dilectionem adest. Quod si ita verum est cum diuinitas sculpta esset in preciosissima virginis anima, ab eo desumens excellentiam, quod in se translata erat: quā obsecro pulchritudinē & decorem haberet anima illa cuius Deus imago & idea erat? Talem igitur intelligite fuisse conceptū, qualis in anima fuerat cōtemplatus. Et ita diuina virgo in admirabilem estāsim eleuata, mente & spiritu in Deum transformata incredibili gaudio orans dominum, psallebat. Mitte domine quem missurus es. Ostende nobis domine misericordiam tuā, & salutare tuum da nobis. Veni ad liberandum nos, domine Deus virtutum. Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Ioseph: qui sedes velut Cherubin. Benjamin, & Manasse. Excita potentiam tuam & veni, vt saluos facias nos Deus: conuerter nos, & ostēde faciem tuam, & salu erimus. Ecce sceptrum de Iuda ablatum est, & dux de scemore eius. Danielis hebdomadæ impleræ sunt: veni ergo Domine & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ Israel. Exurge igitur Domine, & miserere Sion, quia tempus miserendi eius, qui venit tempus. Exaudi Domine, placare Domine, attende & fac. Ne moreris propter temeritatem meam, misericordia mea, spes mea à iuuentute mea, & vsque nunc & in æternum. Talibus & similibus orabat virgo, cum fuit ab Angelo salutata, Qui humano & aereo corpore indutus iuuenili ætate, iucunda facie, maxima humilitate & reuerentia salutans virginem, dignitatem ipsius admiratus, colens & honorans illam ait. Ave gratia plena. Similis saluatio nulla inuenitur in sacris literis, nec etiam iuuenitur cur dictum fuerit, ave: quæ sola saluatio beatissima virgini fuit reseruata. Rex Artaxerxes saluatus fuit à dicentibus, Rex in æternum viue. Et Absalon saluatur, Salue Rex. Et Ruth. Benedicatur tibi Dominus. Tobias. Gaudium sit tibi senex. At saluatio hæc virginis noua est, & merito ab ea principium sumit. Quia vx, & calamitas quam propter peccatum introduxit Eua, hæc sacratissima virgo in causa fuit vt cessaret. Ideo non immerito virgini dicitur, Ave: quod idē est, quod, sine vx, sine miseria sine infortuitate. Non enim quippe Eua à contrario sumitur, quia beata virgo per diuersam & contrariam viam remediū miserie contulit, quam Eua antea adduxerat: vt iam diximus. Eua quippe propter leuitatem inobedientiam, & garrulitatem multa perdidit: virgo autem maxima humilitate refarciuit, quidquid Eua amiserat. Quæ circa Angelus à nomine Eua initium salutationis sumit. Saluat enim eam secundum suam qualitatem & merita. At mundus (quæ sua superbia est) omnes titulos elationis maxima tyrannide sibi assumit. In fine quippe sortis & cōditionis homo magnifici titulū sortitur, quem nobiles soliti fuerunt sibi assumere. Nobilis autem illustis vult appellari, sicut potens dux aut comes: & hi

Luc. 15.

Exod. 1.

2. Reg. 7.

Gen. 30.

Deut. 25.

Ruth. 4.

1. Tim. 5.

Exod. 15.

Epht. 5.

Luc. 2.

Gen. 18.

Psa. 143.

Gen. 12.

Exod. 19.

Gen. 21.

Reg. 18.

Exod. 23.

Amb. li.

2. com. in

Lu. cap. 2.

Dan. 13.

Gen. 34.

Exo. 34.

Apo. 12.

Prout. 7.

Canti. 4.

Matth. 6.

Luc. 3.

Gen. 12.

Iudith. 8.

Tob. 3.

Exod. 3.

1. Re. 16.

Heb. 3.



& hi magnates non contenti illustrium nomine, excellentiæ titulum sibi ascribunt. Et denique ad id impudentiæ genus reges peruenerunt, vt diuinum nomen (quod incommunicabile est) arroganter usurpent. At Angelus virginæ appellat eo nomine, quod illi decens erat & conueniens. Nam, quia in vrbantate domus Dei omnia rectissimo ordine sunt constituta: & quia beata virgo omnibus aliis puris creaturis excellentior erat hæc saluatio fuit illi reueruata. Verbum namque *χαίρει* apud Græcos significat valere. Aue (inquit Angelus) ab omni vel tenuissimo peccato originali etiam prorsus immunis, Aue tota pulchra, tota immaculata, tota gratia plena: ita vt nunquā in te vel pro temporis momento, vel ad actum oculi quicquā fuerit, quod Deo displicerit: vt nimirum verissimū sit, quod te totam gratia occupauit, & quod totam gratia possedit. ¶ Habuit namque beatissima virgo gratiam habituales gratum facientē: cuius donis & virtutibus ei annexis diuinitus fuit circummunita. Et licet de beato Stephano dixerit Lucas fuisse plenam gratia, & idem referat Ioannes de Christo Salvatore nostro: non tamen Maria habuit eā gratiæ plenitudinem, quam Christus, licet maiorem Stephano. Quippe gratiæ plenitudo multiplex est. Est enim plenitudo gratiæ quoad sufficientiā, quæ alicui secundū suum statum, & merita sufficiens est, qua ille & contentus & satius est. At hæc in omnibus sanctis est, quam alius vberior, alius verò minor habuit: sua tamen gloria vnusquisque gaudet & contentus est. Maria autem gratia omnes puras creaturas longo discrimine superauit. Nam quanto quis in vno quoque genere primo principio est coniunctior & propinquior, tanto magis effectum illius principij participat. Ideo Angeli vt pote qui propinquiores sunt Deo, ipsius bonitatis magis participes sunt. Vnde cum sacra virgo Deo fuerit coniunctior omni alia quacūque creatura, relinquitur certum, eam maiorem gratiæ habuisse plenitudinem. Nam cum diuina sapientia fateatur, se cum filiis hominū in hoc seculo delectari, id vtique nō posset facere nisi in sacris virtutibus, & ipsarum effectibus: cum igitur præ ceteris cum hac præclara virgine magis delectetur, delectat eam præ cunctis gratiæ donis & titulis exornari. ¶ Verum licet Maria ab instanti suæ purissimæ conceptionis hanc habuerit gratiæ plenitudinem: crediderim tamen angelum hic non loqui, nisi de magna familiaritate, qua beata virgo Deo erat coniuncta, Et ita Græco sermone vnica tantū dictio est, gratia plena: quæ dictio participium est præteriti passiuæ vocis cuiusdam verbi quod acariciat significat, quod latine dicitur beneficiis alligere vel beneficiis exornare. Verbum namque *χαίρει* indulgere significat. Hispanus namque noster sermo ex Græco sermone multas dictiones sumpsit, inter quas est hæc dictio, acariciat, quod vocabulū idem est Græce, quod & Græco sermone dicitur *καίρει*, significatque aliquā gratiosam fuisse factam. Vnde interpres qui hic verit, Aue gratiosa, recte transtulit. Et huius salutationis propria explicatio hæc est. Fœlix sit allecia, quæ fuit domino & grata. Aue gratiosa beneficiis à domino affecta, iucunda, placida, indulgentis & immunibus decorata, quæ maiores fauores & gratias à Domino consequuta es, quæ omnes quæ fuerunt,

quæque in posterum sunt venturæ. Et hic sensus qui germanus & genuinus est literæ nihil à virginis honore detrahit, in dō ipsius honor maximè hac explicatione augetur: quia dicere illā esse gratia plenam, si solum de gratia gratum facientē intelligamus, etiam de quolibet iusto dici potest, vel de infantulo solū octo diebus nato, qui iam baptismum suscepit. At quod dicat angelus magnum fauorem illam obtinuisse erga Deum, maximum quidem est. Maius quippe est aliquē regi familiarē & amicū, quam si subditus sit, vel si alicui ministerio in regali domo sit signatus. Nam rex suos subditos diligit, at familiares & amicos maiori amore prosequitur. Hoc autē quod Angelus dicit, insinuat virginem gratiam gratum facientem, & Dei amicitiam habere: nam certum est, regi familiarem regis gratiā habere, & quod maius est ipsius consuetudinem. Et de hac familiaritate, quæ gratiam præsupponit, loquutus est Angelus, quando dixit, *καίρει*, vocans eam gratiosam, alleciam, & iucundum oculis Domini. ¶ Sed cur Angelus proprio nomine non illam appellauit, dicens: Aue Maria, sed tantum, inquit, Aue? Primo, quia per Antonomasiā eorum personarum nomen intelligimus, quæ dignitate aliqua sunt insignes. Ita si dixeris, hoc sapiens dixit, intelligeretur Salomon: nempe quia mirabili sapientia fuit clarus. Sic nimirum cum Angelus dixit, Aue gratia plena, intelligitur virgo Maria, vt pote quæ omnes puras creaturas dignitate gratiæ superauit: quod quidem in honore cedit virginis, scilicet quod Angelus eam non nominauerit. Nam maiori honore sacrum Euangelistam Ioannem afficeret, si illum appellares discipulum dilectum Iesu: quia statim insinuas inter dilectos à Domino, illū magis fuisse dilectum. Sic virginem vocat Angelus gratiosam, quia inter omnes plenior gratia, inter familiares familiarior, inter pulchras pulchrior, & inter omnes dilectas dilectissima. Itā si vt centū virgines ibi a descent protinus, vt Angelus diceret, Aue gratiosa, intelligeretur angelum de ea fuisse loquentem, cum ipsa gratiosior & iucundior Domino esset. ¶ Secundo, non eam proprio nomine nūcupauit propter suæ dignitatis altitudinem & excellentiam, quia personas in sublimem dignitatis gradū constitutas titulo dignitatis nominamus. Sicut dicimus rex, vel dux, vel Episcopus talis ciuitatis hoc fecit, quia dignitate proprium nomen amittitur. Dignitas quippe sanctissimæ virginis talis ac tanta fuit, vt cuncta sua potentia altiorē maternitatē alicui dare Deus non potuerit. Nam sicut fieri nō potest, quenquam æterno verbo meliorē esse: ita fieri nequit vt altior maternitas, aut dignitate sublimior reperiat. Et ita propter magnitudinem excellentis dignitatis nomen amisit. Postea verò cum vidisset Angelus beatam virginem pro eximia suā humilitate timidam & pauentem, prudentissimè eam salutauit, & proprium nomen expressit, dicens: Ne timeas Maria, quasi dignitatis ipsius oblitus, vt illi responderet. ¶ Tertio, non proprio nomine illam salutauit, quia cum eā tanquam cum ciue cælesti egit. In hac quippe misera & caduca vita omnes propria nomina habemus: nam si aliter fieret, nihil aliud mundus esset, quam chaos & confusio, nullus esset conuersatio inter ipsos homines. Vnde primus noster pater Adam

*Genes. 2.* Adam prudētissime rebus omnibus nomina imposuit, & vnum ex filiis vocauit Cain, aliū Abel, tertium vero Seth. Sic & Abraham filio suo nomen imposuit. Quod vtique fit propter ingenij nostri tenuitatem, & intellectus angustiam. At in beata illa cælesti patria, vbi habitantes sunt perspicacissimi intellectus, nulla sunt propria nomina. Quando autem in scripturis imponitur nomen alicui angelo: id fit cum ad terrā mittitur, vt aliquo munere fungatur: propter quod nomen illi datur quod antea non habebat. Sic ille angelus qui labia Esaiæ calculo ignito terigit, vocatus est Seraphin, cum talis non esset. Et ille qui missus est ad Tobiam vocatus est Raphael, id est videns: quia illū illuminauit. Et hic qui mittitur ad Mariā vocatur Gabriel, vt pote qui potentiam & fortitudinē domini ostensurus erat, quam hoc nomen significabat. Itaque loquitur angelus cum beata virgine tanquam cum cælesti ciue, quibus nullum est impositum nomen. Nam sicut angeli in gratia fuerunt creati, sic virgo Maria: & sicut angeli purissimi, ita & virgo Maria purissima, ad quam ita loquitur angelus, quia etiam si mortali carne erat induta, & in hac lachrymarum valle etiam degebat, tamen cum purissimis angelis conuersabatur, & cælesti contemplatione tota imbebatur. *Dominus tecum.* Per modum deprecantis loquitur, ac si diceret dominus tecum sit. Intellexit autem singularissimo modo, scilicet per verbi incarnationem: ac modum explicandum postea referuauit. Dominus (inquit) tecum non tantum per essentiā, potentia, & presentia, vt est in omnibus rebus, nec solum per gratiā, vt est in aliis hominibus: sed per carnis assumptionem, quia corpus diuinitati vnitum fuit formatū ex beatæ virginis purissimis visceribus & sanguine, & per nouem mensū spatium intra eadem viscera latuit. Nullus dolor, nullaque miseria, o sacra virgo cruciare te poterit, cū in te singulari modo tanquā in proprio tabernaculo requiescat Deus. Nacham dixit Dauidi regi. Quid quid in corde tuo est, vade, age, & perfice illud: tecum enim dominus est. Eodem modo salutauit angelus Gedeonem dicens. Dominus tecum. Cuius verbi virtute percussit ille castra Madianitarum. Quanto obsecro verius potuit angelus virgini dicere, Dominus tecum (Vnde tu adhibeas oportet diligentiam, vt dominus tecum sit, tunc quippe omnia poteris. Qui Deū habet, omnia habet: nam cum Deus omnia habeat, si illum teneris, nihil tibi deerit. Nam si diuitias, opes, honores, aut voluptates sitis: si requiem, lætitiā, gaudium, & consolationem desideras, si pulchritudine delectaris, hic vnus hæc omnia abundanter superpetet: ideo quanto potueris conari age, vt tecum sit. Vnde Dauid qui Dominum habebat, dixit, Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Solus ille qui Deum possidet, dicere poterit, Nihil mihi deerit. Nitere igitur, vt tecum sit dominus. Stultè quippe multi narrant sanctorum vitas, & eorum præclara gesta, & quomodo Deus cum illis fecerit: cum ipsi procul sint à Deo. Quid tibi prodest, aut quod emolumentum inde tu excerpis, quod dominus tecum alius fuerit, si tecum non est? Mihi crede omnia bona cum illo habebis, nec presentiam suam tibi denegabit, dum modo feceris, quantum tuæ vires valuerint: nam facien-

tem quod in se est, nunquam dominus deserit. ¶ Expende etiam, quā rectè subdiderit angelus, Dominus tecum, postquā dixit gratia plena. Quia quemadmodum sine Deo nihil possumus facere, aut habere: ita nec sine eo acquisita conseruare. Ideo post datam gratiam, necesse est vt nobiscum adsit, vt custodiat, quod ipse dedit. Et enim quamuis ipse in danda gratia nos præueniat, tamen adiutores sumus in custodiendo eam, nec vigilat super nos, nisi vigilemus cum eo. ¶ Rursus expēdas, quod dominus Gabrielem virgini miserat: sed ipse dominus priusquam Gabriel, iam virgini aderat. Quod considerans angelus, non dixit, dominus veniet ad te, para ei hospitium: exorna cordis tui thalamum, sed ostendens hæc exorna iam parata esse, & dominum ante ipsum venisse, dixit, Dominus tecum. De aliis sanctis dicitur, quod cum Deo sunt, quod eius voluntati obediunt, & quod faciunt ea, quæ domino sunt placita. Sic Enoch coram domino ambulauit: sed Mariæ dicitur, Dominus tecum: quia Maria super omnes ipsius voluntati obtemperauit. *Benedicta tu in mulieribus.* Obserua tibi in his verbis, quod benedicta nullam designat vocalem laudem, nec fumitur pro benedictione, quæ communi vocabulo dicitur benedicere, nec etiam pro laudare aliquem, aliquam bonitatem vel perfectionem illi tribuens: tamen benedicta idem est ac si diceret, cui dominus benefecit, id est, quæ à domino maxima & diuina beneficia accepit: ita vt nulla in vniuerso beneficio cumulo illi fuerit æqualis. In Hebræo est *Be-rucha*, siue *meborecheth*, id est, benedicta: quæ dictio donum, vel beneficium, vel munus propriè significat. Nec solū in hoc loco, sed in variis scripturæ locis benedictio pro beneficio & munere accipitur. Vbi statim offert se illud primi regum, vbi legitur, quod postquam Abigail obuiam Dauid fuit, & obtulit ei munus suum, nempe ducentos panes & duos vini uterculos, & quinque arietes cum aliis rebus postquam Abigail illum salutauit, dixit. Quapropter suscipe benedictionem hanc, quam attulit tibi ancilla tua domino meo. Vbi clarum est benedictionem ibi pro dono, vel munere accipi. Idem in Genesi inuenies in benedictione Isaac & Iacob: quam benedictionem non existimes, aliquam oris laudē esse vel quid aliud: sed translationem, quam facturus erat Isaac suæ primogenituræ & substantiæ, quæ sub nomine benedictionis significatur. Idem dixit Iacob Esau de Mesopotamia redeunt, cum illum maximo beneficio affect. Esto mihi propitius & suscipe benedictionem, quam attuli tibi. Et Naaman Syrus offerens munera Eliseo dixit. Obsecro vt accipias benedictionem à seruo tuo. Sic igitur benedictio Dei collatio suorum munerum est. Ad quod illud facit. Benedixit dominus domui Aegypti propter Ioseph: & multiplicauit ram in ædibus quam in agris cunctam eius substantiam. Et iterum, Benedicat te Deus Deus tuus in cunctis frugibus, &c. Item dominus benedixit nouissimis sunt illi quatuordecim millia ouium, sex millia camelorum, &c. Itaque cum benedictio Dei sit collocatio munerum, & eorundem multiplicatio: tanto beator est virgo Maria, quanto maiora & altiora munera à domino accepit. Vnde ipsa ram magni-

*Act. 6.*  
*Ioan. 1.*

*Proph. 8.*

*Gen. 5.*

*1. Re. 25*

*Gen. 27.*

*Gen. 33.*

*4. Reg. 5.*

*Gen. 39.*  
*Deut. 6.*

*Tob. 42.*



magnificè ab angelo salutatur non solum propter presentem dignitatem & merita, sed propter mox futuram dignitatem, quæ in prædestinatione fuerat æterna. Quomodo Ozias laudauit Iudith dicens. Benedicta es tu filia à domino. Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Quod idè dixit, quia dominus multa dona contulit Iudith, quæ & castitatem amauit, & Holofernem iugulauit. Sed multo beator virgo fuit, quando dominus illam in matrem elegit. Fecit namque Deus sanctos suos suis muneribus idoneos. Vnde

2. Cor. 3.

duinus Paulus. Idoneos nos fecit ministros noui testamenti. At mundi reges & principes et si maxima officia & munera suis inferioribus tribuant: tamen sufficientes & dignos illis officiis non reddunt eos: quia in eorum potestate non est, hanc sufficientiam illis conferre. Summus namque pontifex et si possit episcopum & cardinalem eligere, tamen non potest eundem illa dignitate dignum & aptum facere. At quando dominus officium aliquod impartitur prius illum aptum reddit ad illa munera obtinenda, eundemque idoneum efficit, vt digne illo munere fungatur. Vnde quando in aliquem Apostolum oculos cõieceris, non statim prima fronte illum apostolum consideras debes, at considerandus homo talis tibi est, eis virtutibus abundans & præditus, vt merito ad apostolatus dignitatem potuerit ascendere. Et idem de euangelista, & de virgine matre estimandum est: quam dominus ita præparauit, ita exornauit, ita illustrauit vt digne mater Dei potuerit esse. Vnde manifeste colligitur, quod cum hæc virgo tanta puritate polluerit, tanta sanctitate fuerit clara, tanta animi mundicie fulgens, & denique tantis virtutum titulis insignita, vt eam Deus in filij sui matrè elegerit: post Christum dominum nullam puram creaturam illi fuisse æqualem. Ideo beatus Anselmus inquit: Decuit virginem ea puritate nitere, qua maior nequit sub Deo intelligi. Vnde aliquatenus virginis maris dignitas infinita dici potest propter partum filij dei: quoniam in alia creatura alia dignitas inueniri nequit, cum qua ista conferatur. Et ideo admiranda maxime, & suspicienda venit sanctissimæ virginis puritas & integritas, ita vt infinita hæc appellare possis. Non quia hæc omnia ex sui natura ad eum gradum, ad quem gratia, peruenire possint, quia hoc Christi proprium est: tamen infinita dicuntur, si personam attendis cui insunt. Si namque id aduerteris, matrem Dei puram creaturam fuisse, intelliges, quod nulla maiori gratia splendere potuit, habuit tamen eam puritatem, quæ in puram creaturam potest cadere, relicta semper absoluta & diuina potentia, loquor solū de ordinaria. Itaque tantam gratiam Deus virgini contulit: quantum puræ creaturæ dare decreuit. Quia credere non est dignum, quidquam gratiæ virgini Deum denegasse, quam secundum potentiā suam puræ creaturæ dare potest. Lege de hac re diuini Thomæ. Vnde Hieronymus. Cæteris virginibus præstat gratia per partes, Mariæ vero tota se infunditur plenitudo gratiæ. Et beatus Anselmus alloquitur virginem dicens. Nihil tibi domina est æquale, nihil comparabile. Omne enim quod est aut supra te est, aut infra te est. Quod supra te est, solus Deus est, quod infra te est, omne quod

Ansel. de consen. virg. cap. 18.

3. par. 9. 7. ar. 10. Hier. ser. Assump. virg. Ansel. de concept. virg.

Deus non est. Considerate ergo hanc virginē, & nō statim matrē Dei, tamē tam sanctā mulierem, tam purā, tam singularē, vt digna mater Dei esse possit. Animaduerte etiam quot quantisque beneficiis à domino fuerit affecta: quam benedicta: quam diues gratia, quā in signis singularibus virtutibus, quantis immunitatibus & priuilegijs decorata, quā denique gratia plena. Sed dicas, rogo, his omnibus beneficiis, quæ virgini à domino sunt collata, nunquid diuinæ bonitatis fons exhaustus est? Nunquid potentia Dei diminuta? Nunquid manus eius abbreviata? Nihil minus. Plura namque & modo potest conferre, quam tu valeas accipere: nec ipsi voluntas deest, vt te suis beneficiis exornet. At quid est in causa, quod tanta beneficia tibi non impartit, quanta, & aliis sanctis? Respondebis, quia non vult, aut quia non potest. Minime: sed quoniam tu manu non porrigis, vt ea accipias. Ipse namque est, qui singularis dicit. Aperi os tuum & ego adimplebo illud. Sed quare non implet os? quia tu non aperis illud. Deus nāque sanctis suis impartit gratiam & multa cum ea beneficia, ipsi vero cum & arbitrium disponant, & pro acceptis laudē referant, vberiore & maiorem illis confert: & hæc est causa quare in domo domini tot sancti & illustres viri fuerunt. Tamen cū tu ingratus sis, & limina cordis tui dño claudas fieri nequit, vt aptus sis suis donis & muneribus accipiendis. Opus est, vt pandas cordis tui ostia, si vis vt dominus gratiā suā illi infundat. Ad quod subseruiet illud Elisei exemplū, qui statim vt domum viduæ fuit ingressus, præcepit vt omnia vasa vacua essent: tam diuque oleū abundauit, quā diu vasa prophætæ apponebatur vacua. Cumque iam omnia vasa essent plena dixit propheta filio viduæ. Affer mihi aliud vas, tuncque cū nullum vacuū superesset, defecit oleū. Dum vasa vacua erāt, dumque apponebantur, non defecit oleum: tamen finitis vas, & oleū finitum est. Quod nimirū insinuat, quod si tu obtuleris domino cor tuum vacuum, terrenis cogitationibus, & ab omni carnis inquinamētō mundum: tunc ipse præsto adest, vt misericordiæ suæ oleū & beneficiorū suorū gratiā in illud infundat, cum ipse sit bonorum omnium fons perpetuo saturans. Namque si oleum cessauit, non ideo est, quia diuina magnitudo finita est, sed quia vasa, quibus oleum erat infundendum defuerunt, quia sicut vidua vasa illa solum adimplenda obruit, toridem si offerret, non dubium quin diuina munificentiā & liberalitate adimplerentur. Sancti ideo multum recipiebāt, quia multum offerebant: tu vero nihil recipis, quia cor tuū mundum Deo non offers, & ab omni mundano amore longe remotum, Primum enim mundanum amorem, à corde tuo oportet expellere, vt cor tuū vacuū domino offeras. Virgo nāque Maria cū amore terrestri vacua esset, meruit profus diuina gratia impleri. Quapropter angelus tot laudibus illam salutat, & gratia plenam illam vocat, & benedictam inter mulieres, hoc est plusquam omnes mulieres. Sed audi, quid inter tanta suæ virtutis præconia sacra virgo erit? Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius. Græce habetur, quæ cum vidisset vñ dō dōra & hoc modo in vetustis exemplaribus scriptum reperitur, & sic legit D. Ambrosius. Sed propter excellentiam sensus

Psal. 80.

4. Reg. 4.

Tex. \*

Lib. 1. of. cap. 18.

Exod. 20.

Ioan. 20.

Ham. 27. in opera imperfe. Ho Mat.

sensus visus multoties in scriptura, ea quæ audiuntur vel quæ tanguntur, videri dicuntur. De priori exemplum est in libro Exodi, vbi dicitur quod omnis populus videbat voces Domini, vbi videre pro audire sumitur. De secundo exemplum habes in Euangelis, vbi de Thoma apostolo dicitur, quod vidit vulnera Dñi. Quia vidisti me (inquit Christus) Thoma credidisti, vbi videre pro tangere sumitur. Interpretes autem nostri transiit, quæ cum audisset, Nam in Græco exemplari videre pro audire sumitur. Nam ex sermone Angeli, quem audierat, turbata fuit beata virgo, quæ quidem turbatio ex virginea vericundia, & vera humilitate processit. Verum ex sermone turbata dicitur, non ex visione, sicut Zacharias, quia virgo solita erat multoties angelos videre. Sermo autem Angeli turbationis fuit causa, cum se tum excellenter audiret laudari, cumque ipsa tam humiliter de se sentiret. Quia (vt inquit Chrysostomus) vir sapiens cum laudatur in facie, percutitur in mente. Hæc enim vera humilitas est, vt quanto quis profundior, & altior in virtute egerit radices, tanto de se humilior iudicet. Huius autem ratio est, quia nunquam quis progredi poterit ulterius in recta vita, nisi intellexerit, plura & maiora superesse, quam quæ hæctenus superauit. Nam in literarum studio quanto quis doctior est, tanto magis suam ignorantiam cognoscit cum intelligat multa alia illi restare, quæ intellectu sunt difficillima. At verò indocti, qui non dum scientiarum limina salutarum iam elati existimant se ingentes fecisse progressus. Ita similiter contingit in ratione bonorū operum, nam qui maiorem vitæ partem in studio virtutorum, quam virtutum consumpsit vehementer insolescit. Sic avari cum maiores opes congesserūt, eo maiori semper cupiditate inflantur. Cernunt namque illo pecuniarum & facultatū incremento aliud maius maiusque superesse. Quæ quidem insatiabilis sitis rerū humanarum semper digna reprehensione nō vacat, at si iste inexhaustus appetitus verorū sit animi bonorum, quæ hominē felicē & beatū reddunt maximis encomiis est celebrandus, vt pote qui summū illud bonum quantum fieri potest conatur imitari. Quod quidem quantumvis quisque in hac vita vires protenderit, nequitā consequi poterit. Hæc igitur ob causam prudentissimā virgo quamuis mirabili præconio esset digna, tamen ei videbatur hanc salutationem suæ humilitatis terminū & lineam profus transcendere. Turbata itaq; fuit beata virgo hac salutatione, & ipsius cor percussum, cū se laudari videret. Humilis namque egrius fert honorē, quā contemptū superbus, & hic quando contemnitur, veniori poena afficitur, quā ille cū laudibus extollitur. Quid obsecro sentite potuit Lucifer superbissimus, quādo à cælo eiectus est? Nihil minus existimo pro exitu sua humilitate virginē sensisse, quando angelus dixit illi: Aue gratia plena, &c. Nec extollitur, sed in humilitate progreditur, & turbatur. Nā vt Sapiēs inquit. Sicut agentū igne probatur, sic virtus ore laudantis. Quod purū argentū est, si ignis accedat, facile examinatur, at quod alchymia vel immundities est in sumum conuertitur. Ita infans cū laudatur, facile deuanescit, humilis verò si laudibus extollitur, tunc de se abiectus existimat. Quæ enim hic virgo gessit, & Christum fecisse in

Ioannis euangelio legimus. Nā cum eū quæreret Gen. 12. anima mea turbata est. Quid nos miseri disturi sumus, qui omnibus virtutibus profus vacui humanas laudes semper sitimus, maiori studio & diligentia, quā Epicurus voluptatē quærebatur, & tunc potissime conturbamur, quādo quis non bene sentit de nobis. \* Et cogitabat qualis esset ista saluatio. \* Nouit nāque virgo beata Satanæ angelū in angelum lucis aliquādo se transfigurare, ideo antequā responderet, prudēter considerauit quid hoc esset, iuxta illud quod Ioannes monet dicēs: Nolite credere omni spiritui, sed probate an ex deo sit. Quod virginis exemplum nos docet, vt in agendis rebus cauti & prouidi simus. Die nāque resurrectionis Dñi primo mane expectauit Magdalena in sepulchro, & cū Dñs apparuit, nequaquā ab ea tāgi permisit, tamen à Thoma incredulo discipulo cōrectari gauisus est. Quod quidē factū profus rationi dissonum tibi videbitur infideli discipulo fauere, & Magdalena eundē fauorē imo disparem nō præstare. \* Vbi aduertas oportet, quam inimicus Dñs sit imprudentis obsequij. Dixit Thomas: Si retigero credam, & per octo dierum spatium in proposito firmus mansit, qua de causa Dñs illius votis acquieuit. Magdalena verò protinus vt nouit Christum, nulla præhabita consideratione in illius pedes se coniecit, & ideo merito expulsa fuit. Non vult Dominus vt præcipitanter aliquid faciamus, sed vt prius maturo & cordato consilio quid faciendum sit iudicemus. Requirat Dñs prudentiā & considerationē in nostris operibus, quia qui futura non prospicit in posterū egere cogetur. Quippe scriptū est. Gens sine consilio & prudentia. Nam si David repente nō credidisset Sibæ, nō vtique protulisset iniustam sententiam aduersus Miphiboseth. Non cuiquam repente fidem adhibeas, quia qui cito credit, leuis corde est. Ne moueas ab omni vento, ne incedas omni via. Vnde Paulus consulit dicens: Videte fratres quomodo caute ambulatis, non quasi insipientes, sed vt sapientes. Ideo priusquam aliquid facias, id cōsidera, quia si prudentiam non habueris, in tenebris & extra viam cures, & tanto maiori periculo curris, quanto maiori impetu proficisceris. Et hæc de causa priusquam aliquid facias, id perpendas, & antequam promittas, ad quid adstringeris. Hisque omnibus ita consideratis nequitam in agendis errabitur. Quando mulier adultera corā Solutore fuit adducta, priusquam accusantibus responderet digito in terra scribebat, Quod sane exemplum fuit, vt priusquam de aliqua re sententiam proferas, aut aliquid faciendum decreueris te prius contineas, & digito considerationis aduertas, quid te oporteat facere. Et antequā ad interrogata responderis, rectè excogita, sicut beata virgo fecit, quæ cogitabat qualis esset ista saluatio, priusquam Angelo responderet. \* Secundo docemur, nunquam debere loqui dum animum aliqua turbatio inuasit, nam sæpe contigit homines ira præcipiti multa fecisse & dixisse, de quibus postea grauissima subit pœnitentia. Quod quidem si appositissimo exemplo sacra paginæ audire cupis, attende. Dixit dominus Esaiæ: Clama, ne cesses. At verò sanctus Esaias antequā clamaret, voluit scire quid esset dicturus, ideo dixit: Quid clamabo? Et audiuit.

Tex. \* 2. Co. 11.

Ioan. 4.

Ioan. 20.

Cent. 38.

2. Re. 19. Eccl. 19. Ephe. 3.

Ioan. 8.

Esa. 40.

Omnis caro foenum. Vide quomodo antequam loqueretur voluit scire, quid esset dicturus, tu autem loqueris quidquid venit in os: ideo tace & cogita priusquam loquaris. Quod si quispiam dixerit de te multa audiuisset, quæ ad honorem tuum attinent, existimare debes vel alio tendere, vel diuerso fine esse, prolata quam tu iudicas. Et tunc in mentem illud adducas de Christo Salvatore multa & maiora mala dicta esse, quam de te dici poterunt, qua via gloriam tibi, & immortalem vitam consequeris. Considera etiam multa secreta flagitia de te pandi posse, quorum manifestatione dignus es, quodque si cognitus esses ab hominibus multa peiora de te possent predicare. Attende etiam quod si minus cautè coram hominibus fueris loquutus, stolidus iudicaberis: quod si tacueris & linguam compresseris, & iniustas hominum contumelias patientè animo tuleris, prudens reputaberis. Audi regium prophetam. Turbatus sum, & non sum loquutus. Videns itaque angelus virginem pauentè & trepidantem, fortè illà reddit, & animum restituit, & aufert ab ea omnem timorem dicens. *Ne timeas Maria, Ne timeas, quia non afferò ignitum gladium vt claudà portà paradisi: imò annuntio eū, qui aperturus est ianuas paradisi. Ne timeas quia non sum missus ad puniendum peccatores, sicut illi angeli qui venerunt vt Gomorram & Sodomā euerterent, sed illius nuntium afferò, qui tollet peccata mundi. Ne timeas, quoniam non afferò legem oneris & timoris, sicut ille angelus, qui apparuit Moyfi in monte Sinai domini vices gerens: sed afferò legis laetorem suauissimum, qui mandata dabit amoris. Ne timeas, quia non venio necem daturus, sed denunciaturus auctorem vitæ. Ne timeas, quia non veni, vt obmutescas, sicut Zacharias, qui meis dictis fidem non adhibuit: sed vt meo nuntio læteris: & vniuersum orbem iucunditate adimpleas.* ¶ Iam verò illud venit obseruandum, quod superius tetigimus: cum idem hic angelus similia verba diceret Zachariæ, scilicet, ne timeret. Solent namque angeli boni initio dum apparent, terre: at in fine maximam consolationem & lætitiã relinquire: quod facile est videre in beata virgine in hoc loco, & cum Zacharia, nec non cum pastoribus & cum aliis multis. Visio autem & apparitio angeli Satanae visioni angeli boni contraria est. Quia omnia mundanarum rerum principia iucunda & delectabilia sunt: finis autem tristis & amarus est: virtutes verò in principio duræ & asperæ sunt, in fine perfectū gaudium gignunt. Quod si hæc, quæ prosequimur exemplo sacrae paginae videre cupias audi. Amon ingenti amore sororem suam Thamar prosequatur: & postquam cum illa accubuit, tantum illius odium concepit, vt dicat scriptura, hoc odium maius esse, quam fuit amor, quo illam prosequatur. Ideo in Prouerbiis dicitur. Fauus distillans labia meretricis: & nitidius oleo guttur eius: nouissima autem illius &c. Ne conicias oculos in pulchritudinem peccati, quod sicut vinum inebriat, calet namque & illo homines euanescent, & suorum sensuum impotentes efficiuntur, & virus tanquam Basiliscus diffundit. Ideo angelus præcepit Loth & vxori ipsius, filiis & filiabus vt domum citius exirent: & vt neque oculos retro

verterent in ciuitates, quæ igne comburebantur. Felicius namque illis contingeret, si iter suum insequentes non retro aspicerent: vitia enim natura sua homines alliciunt, & attrahunt: ita vt si in ea respexeris, omnino detinearis. Quod si ad vitia respexeris, non tam principia, quam exitus illorum considera: at si virtutem non initium, sed finem, nam principio forsitan difficilis via tibi videbitur. Arcta est via, sed id attendas, quod ad vitam ducit. Non sinas hanc corticem aperire & frangere. Intus namque medulam & cibum suauissimū inuenies. Nam malum punicum etiam si corticem amaram & insipidam habeat, nõ ideo est reiciendū. Quod si agricola hyemem horridam grandine, & pluuiis abundantem expauesceret, non vtique messes in maturo tempore colligeret. Respicit tempus fructus, tempus Augusti, in quo maximè delectatur, & gaudet: sic nos attendere debemus ad virtutis exitus, nam si principia inspiciamus, ab incepto desistemus earum asperitate deterriti. Pascebat oues Moyses, cum apparuit illi Dominus, & dixit, vt proiceret virgam in terram, quæ cum proiiceretur, conuersa fuit in colubrum: at Moyses eandem colubri apprehendens, iterum coluber in virgam fuit conuersus. Quod insinuat, vt si virtutis principia apprehēderis, expauescas, & trepidabis, illam colubrum & basilicum iudicans: at si finem inrueris, facilis tibi tanquam virga videbitur. Vnde si quis audeat dicere, Beati pauperes, beati humiles, beati qui lugent, qui persecutionem patiuntur, prima facie protinus mirabitur & deterebitur: at si finem attendat & consideret, quoniam ipsorum est regnum cælorum, & quoniam ipsi confortantur, gaudebit vtique, & animus eius lætitia reficietur, nec non intelliget, quod ex amara virtutis radice dulcissimi, & suauissimi fructus colliguntur. In virtutis exitus vas illud electionis coniectos habebat oculos, quando Corinthiis suis dicebat. Considera. Nihil nobis non ea quæ videntur, sed quæ non videntur: ea verò quæ videntur, momentanea sunt, quæ non videntur, æterna. ¶ Vbi iam tandem in his Angeli verbis considerandum venit, vt in visione Angeli principio beata virgo timuerit, in fine autem Angelus illam consolatur, & timorem propellit, ita vt mater Dei virgo manserit, & in altissima omnium dignitatum constituta: vt inde intelligas, quam beatum & felicem finem ipsa virtus sibi sortiatur. Subdit deinde angelus, vt virginis gaudium magis augeat. *Inuenisti gratiam apud Deum.* Reddit angelus rationē, quare non debeat timere. Timeant illi, qui sunt sceleribus & flagitiis contaminati, timeant peccatores seuerum iudicium domini, timeant malefactores subire tribunal iudicis: tu verò, qui gratiam apud dominum inuenisti, gaude & lætare, tantum abest, vt aliquis timor animum tuum possit inuadere. *Qui Deum non timet, reliqua omnia mundi timere debet: at tu, qui Deum times, immunis manes à reliquis aliis timoribus.* Cain protinus vt timorem domini amisit, totus animo linquebatur, ita vt dixerit. Omnis qui inuenerit me, occidet me. Mirabile quidem est, vt qui animum habuit & vires, ad occidendum crudelissime fratrem, iam se fateretur animi deliquium pati ad vniuersas res mundi. *Quemadmodum enim miles scuto & hasta amissis, magno timore*

corripitur: & vt nauta fracto gubernaculo in medijs fluctibus constitutus maximo metu deterritur: sic homo diuinis gratiæ armis spoliatus, & timore domini amisso pertumescit, ne fluctibus inferni absorbeat. Qui verò Dei gratiam habuerit, nihil est quod timeat. Quo circa dominus Esaia dixit. Ne timeas, quia ego tecum sum. Iacob cum existimaret forsitan aliqua culpa teneri, cum Labā idola sua quærebat, tacuit: at cum omni culpa vacare intellexit, timore repulso audacter eum reprehendit. In quo facto considerare debes quam fortem reddat animum recta conscientia. Quod si recta conscientia non es, tunc Deum times, fulmen times, & infernum, & denique tuorum factorum reddere rationem formidas. Sapiens ait. Fugit impius, nemine persequente: iustus autē vt leo confidit. Tu autem beata virgo noli timere, quia inuenisti gratiam apud dominum. Rex cum comitatus incedit hominibus illis hastatis, & ensibus munitis omnem timorē procul expellit: nescio autem cur timeat homo, cum Deum in custodem suum habeat. Si quando cum amicis & sodalibus incedis, nihil formidas: minus multo timere debes cum Deum in custodiam habeas. Etenim regius vates inquit. Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Dominus salus mea, quem timebo? ¶ Iam verò hæc verba angeli, scilicet, quod apud Deum gratiam inuenit, singula æqua lance sunt perpendenda. Multi namque quærunt gratiã, non apud Deum, sed apud mundum, cuius certè gratia & mendax, & fallax est. O bone Deus quæ anxio labore & solitudine ab istis gratia quæruntur, & quanto labore hæc eadem gratia sustinetur, & quanto animi dolore tandem relinquuntur. Vtinam vt Deo essent gratia, tam anxiam curam & solitudinem præstarent. Hi certè videntur terrena hæc & caduca æternis illis & nunquam perituris bonis antepone. Qui quidem admodum similes sunt Iudæis illis qui tyrannidem Pharaonis in Aegypto ferre maluerunt, potiusquam aliquantulum laboris sustinentes, terram promissionis ingredi. Similes etiam sunt isti conuiuiis illis, de quibus legitur in euangelio, qui plures habuerunt sua negotia cōficere: quam summa animi requie & læticia regis æterni nuptiis interesse. Omnes vtique huic soli rei operam intendunt, in id vires & neruos exhauriunt, vt gratiam principum & magnatum conciliant, gratiam autem Dei vel nihili pendunt. Quod certè studium hominum stupidorum & amentium est. Viri autem iusti eam diligentiam, quam mali adhibēt, vt grati & iucundi sint hominibus seculi, eandem ipsi impendunt, vt grati & chari sint Deo. Quæ quidē sollicitudo & diligentia à beata virgine non fuit aliena, ipsa etenim maiorem gratiam, quam reliquæ omnes mulieres apud Deum fuit consequuta. Sed iam angelus postquam timorem expulit à virgine, incipit suum nuntium declarare dicens. *Ecce concipies in utero.* Expende, quod non dixit folium. Ecce concipies, sed subdidit, in utero, vt ostenderet ipsam paritaram suam virginitate intacta & integra permanente. Sola hæc virgo in utero concepit: reliquæ namque mulieres licet foetus suos in utero portent, tamen non concipiunt in utero, sed extra uterum. Virgo non sic: sed ipsa sola nullo interueniente opere viri, sed Spiritu sancto assistente,

concepit. Quod si conceptum tibi annuntio, nulla macula aut iniuria tuæ virginitati fiet: quia non sicut aliæ mulieres, sed iuxta Esaia vaticinium Spiritu sancto obumbrata concipies. Bene igitur addidit angelus, in utero: nam cum beata virgo cogitaret, esset nec illa salutaris ab angelo lucis, vel à dæmone, cum virginitatis votum promississet, existimaret forsitan illum dæmonem esse, nisi in utero adderet, cum suaderet, vt votum virginitatis frangeret. Ideo sapienter angelus suam salutationem pronunciauit, ac si diceret. *Quia quem paritura es, vnicus est filius Dei, & verus homo, ita modus nascendi peregrinus & inauditus erit: quia matris gaudio fruens, nec ideo amittes coronam virginitatis, quia hoc opus miraculosum erit, factum ab spiritu sancto.* Ideo diuinus Psaltes inquit. Homo natus est in ea, ipse fundauit eam altissimus. Preterea non superuacane addidit, in utero, vt ostenderet diuinum verbum ex virginalis vteri substantia carne summississe, & ex purissimo ipsius sanguine sacratissimum corpus fuisse formatum. *Et paries filium.* Tui ipsius Saluatorem, & omnium, hominum redemptorem, & fiet absque aliquo dolore & pudore tuæ virginitatis. Nam sicut in conceptione libido non erit: ita neque in partu corruptio. *Et vocabis nomē eius Iesum.* In Hebræo Iesuah, quod est Saluator: quæ dictio latine significat eripere, vel aliquid ex aliquo periculo liberare. Itaque Saluator liberatorē vel ereptorem ab aliquo periculo significat. Et ita duces illi constituti à Domino super populū Israeliticū, de quibus fit mērio in libro Iudicū, vt Samson, Geptè, Gedēo, et alij, qui liberabāt filios Israel in aliqua necessitate constitutos Saluatores vocabantur. Suscitauit illis dominus Saluatorem: hoc est virum qui illos ab inimicis eripuit. Sic Christus vocatur Iesus: id est saluator, qui à dæmonis seruitute nos liberauit. *Quemadmodū enim Romani duces illustria nomina sunt sortiti, vt Britannici, Africani, Germani, eo quod animi sui virtute has nationes debellarunt: ita Chnisti inuictissimus dux, rectè Saluatoris nomen sibi accepit, quando quidem humanum genus à morte & imperio dæmonis eripuit.* At Christus multo potiori iure, quia ceteri Romani imperatores à deuastatione, à destructione & à morte honorem vsurparunt: Christus autē à reparatione, à restauratione, & vita honoris iulū sibi asciscit. Namque Scipio ille, qui cognomēro Africanus fuit vocatus, hoc cognomen fortius est, quia Romano imperio Africam subiecit. Christus autē, quia diabolū viciit, & animas tulit, quæ ipsius erāt spolia, hominū Saluator appellatus est. Qua de causa meritisimo, inquit Apostolus, Dedit illi Deus nomē quod est super omne nomē, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. Notabis autem, quod nõ dixit angelus, impones illi nomē, sed vocabis: quia hoc nomē iam illi erat impositū à Deo patre, iuxta illud. Vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit. ¶ Denique obseruandum hic est, quod quādo angelus loquutus fuit cum Iosepho virginis sponso, de hoc sanctissimo & benedicto nomine Iesus dixit. *Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim faciet populū suum liberum à peccatis eorū.* Vbi iam vides quomodo angelus Ioseph & nomē pueri & eius declarationem aperuit. *Quod cum virgine*

neutiquam fecit: tum propter virginis excellens ingenium, cum ipsa ita omnia percelleret, vt nulla emendicata expositione indigeret: tum etiam, quia angelus peccatum nominare noluit coram ea, quae libera ab omni peccati contagione nata fuit. At vero cum nec ipse angelus coram beata virgine ausus fuerit peccatum nominare: tamen hac nostra tepestate multi sunt, se ipsos discruciantes qui maxima curiositate volunt, & reuoluunt libros, vt in ea peccatum inueniant. Qui tamen si attentas & pijs aures sacro vari praestarent, in id amentiae genus non incidissent. Quaretur (inquit) peccatum illius & non inuenietur. Sed post nominis impositionem, qualis futuris sit Saluator, subdit angelus dicens. *Hic erit magnus*. Tot tantique illi erunt virtutum tituli, vt nemini alij, quam homini & Deo conuenire possint. Vnde nec consentaneum rationi esset, vt eo honore, quo Deus vnigenitum filium suum decorauit, reliquit alium illustraret. Namque maximum argumentum erat ad probandam Christi diuinitatem, humanitatis ipsius claritatem considerare. Quod quidem efficax argumentum diuus Ioannes cognouit, cum dixit. Verbum caro factum est. Sequitur Vidimus gloriam eius, gloria quasi vnigeniti a patre. Vbi dictio illa, quasi, neutiquam diminutiuum est, at sonat idem quod, tanquam. Nec adiungenda est nomini vnigeniti, ita vt efficiat sensum. Vidimus gloriam eius, quae tam egressa actanta est, ac si esset gloria vnigeniti filij Dei. Qui quidem non bonus sensus est, quia vere fuit gloria, non quasi vnigeniti, ita quod particula, quasi, diminutionem significet, sed tanquam vnigeniti, quia gloria Christi vere & pure fuit vnigeniti filij Dei gloria. Itaque dictio, quasi, non connectenda aut iungenda est genitiuo vnigeniti, sed accusatiuo, gloriam, & tunc reddit sensum. Data est illi gloria, quae decebat vnigenitum patris aeterni, quae soli illi conueniebat, vel quae in eum solum cadere poterat, vel quae sibi, & non alij tribui poterat, cum esset filius Dei. Filio enim Dei conueniebat ex ea matre nasci, quae ante partum, & in partu, & post partum virgo existeret, & ipsum solum decebat vt in natali suo angeli canerent, & vt eum reges adorarent. Ipse solus est, qui meruit a Simeone, & Anna magnificis laudibus ex olli, a magno Baptista praedicari, & testimonio patris filius declarari, cum dixit. Hic est filius meus dilectus: quae vtique laus & honor ipsi solo conueniebat. Huic soli miracula illa portento tribuenda erant, quae in morte sua, passione, & resurrectione acciderunt. Itaque illius humanitas talibus titulis fuit illustrata, qualibus oportebat filium Dei decorari. Ideo recte dixit angelus. Erit magnus. Et quid vltius addit? Et filius altissimi vocabitur. Ac si diceret. Ita illustris & magnus erit, vt facile possit colligi, eum esse naturale altissimi filium. Et hinc est, quod ipsius gloria & claritas tanta erit, quanta decuerit filium altissimi patris, Antea filius altissimi erat, sed postquam carnem assumpsit, vocatus est a multis vt a Petro, Martha, Centurione & multis alijs. Ideo non dixit, erit, quia antea iam erat, sed vocabitur. Non autem adoptiuus, vt ceteri, sed naturalis, coaeternus, vnicus & coequalis, iuxta illud. Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Experte autem quod qua-

do angelus loquitur de magnitudine, apponitur verbum, erit, futuri temporis: at cum loquitur de filiatione inquit, filius altissimi vocabitur: vt scias, quod quando dixit magnus, de Christo homine intellexit, quia si de Christo Deo intellexeret, non opus esset dicere, magnus erit, sed solum: hic est magnus. Itaque cum dixit, filius altissimi vocabitur, de ipsius diuinitate fuit loquutus, qui semper & ab aeterno filius eius naturalis exiit, ideo non dixit erit, sed vocabitur, vt aeternus pater illum vocabatur, & Centurio & alij. \* Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius. Conditione describit, statum & dignitatem, quam habiturus erat Messias. Dabit (inquit) sedem Dauid. Vbi sedes pro statu sumitur. Ita ad eundem modum dicimus, sedes vacas, cum summus Pontificatus, vel aliud quoduis imperium vacat. Ita consuetus est dici. Papa sedet annis decem, quia tanto temporis intervallo pontificatum gubernauit. Sic intelligendum est illud Exodi, a primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius usque ad primogenitum ancillae quae est ad molam, hoc est, a primogenito, qui gubernat. Sic Christus quatenus homo sedet in domo Dauid, quia sceptrum habuit domus suae, & dominus fuit Dauid, quatenus Deus, Ideo Esaias ait. Multiplicabitur eius imperium & pacis non erit finis. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit: vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia. Vbi animaduertas, Prophetam non dixisse in acquisitione gloriae temporalis, aut diuitiarum terrenarum: nam temporalis gloria fluxa & momentanea est: sed dixit, in iudicio & iustitia. Per hoc enim regnum Christi in omnibus suis fidelibus confirmatur & permanet. Quo circa Romanorum regnum defectu iustitiae cecidit & plura alia regna, quae longum esset commemorare. \* Et regnabit in domo Iacob in aeternum. De hoc Christi regno ait Psalmista. Regnum tuum, regnum omnium seculorum & dominatio tua in omni generatione, & generatione. Et Esaias. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis, super solium Dauid & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud. Et Daniel. Magnum eius regnum sempiternum, &c. Et Michaeas. Regnabit (inquit) super eos in monte Sion ex hoc nunc & usque in seculum. Aduerte autem, quod loquitur angelus de Christo, non dixit, illum regnaturum in domo Abraham quauis pater fidei fuerit, nec in domo Isaac cui facta fuerunt reprobationes, quia Abraham habuit filium Ismaele a quo Ismaeliticum (gens idolatra & infidelis) ortu duxerunt. Similiter Isaac filium habuit Esau, a quo processit rex Edom cum populo suo gentili idolatra & infideli. At filij Iacob omnes fuerunt fideles, a quibus originem traxit Dei populus, & in quo Deus notus erat & adorabatur. Propter infidelitatem filiorum Abraham & Isaac, non regnauit Christus in domo Abraham aut Isaac, non propter peccata, nam in domo Iacob etiam peccatores fuerunt. Omnes namque Christi fideles, licet peccatores sint, dum modo salua & incolumis in illis fides maneat, ad Christi regnum pertinent. Infideles autem heretici, & perfidi Iudaei, diabolum habent regem: nos tamen Christum & regem & ducem nostrum sequimur, qui in sua sancta & catholica regnat ecclesia. Diximus superius omnem illum qui Christi fidem incolumem habet, etiam si aliquo peccati inquinamento noxius sit, nihilominus eiusdem Christi esse

Tex. \*  
Matth. 3  
Matth. 27  
Exod. 11  
Esa. 9.  
Tex. \*  
Psa. 144  
Esa. 9.  
Dan. 3.  
Mich. 3.

Genes. 8. membrum, licet mortuum. Namque in arca ecclesiae animalia sunt munda & immunda & in eadem triticum est paleis admixtum: & item sagena est ubi sunt pisces boni & mali. Quod ideo proficimus, vt totis viribus nitaris, ne huius regni mortuus cuius sis per mortuam fidem, & id praeculis semper habeas, quod Christus dicit. Filij regni eiiciuntur in tenebras exteriores. Vbi manifeste innuit, quo pacto fides sola non sufficiat ad consequendam vitam aeternam: nam Israelitae illi, de quibus Christi est sermo, per fidem erant filij regni, tamen defectu operum exclusi sunt a regno caelestium: cum congregauerit pater familias triticum in horreo suo, paleas comburet igni inextinguibili. Vt intelligat Christologica nequaquam illi de sola fide esse gloriantium. Quod si te sola fide dignum honore putaueris, fortasse continger, vt illam amittas: iuxta illud beatissimi Pauli, de quibusdam haeticis Timotheo scribentis. Habentes bonam conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Si bonam amittis conscientiam: etiam post conscientiam fidem perdes. Conterget quippe illud tibi, quod pomis recoditis, quod quando vnus corrumpitur, corrumpitur etiam alterum illi adiunctum, ita sane voluntate vitia: ex multitudine & affinitate vitiu, multoties & fides in intellectu corrumpitur, intellectus bonus omnibus faciebus ea. Qui enim mandata Dei custodit (inquit Dauid) bonum habebit intellectum ab ipsorum mandatorum obseruancia, & ab ipsa legis custodia, nam dominus non permittit vt in haesum labatur, qui Christi mandatis obtemperat. Qui manum supra oculos suos ponit, ipse sibi est impedimento, ne a solis radiis illuminetur. Quod vtique multi ex catholicis fecerunt, qui inter oculos suos & lumen fidei multa flagitia & scelera constituentes, non luce illis sole iustitiae, fuerunt in causa vt miserum illorum cor excacaretur, & vt in Barathrum haesum laberentur. Princeps huius cateruae fuit Lutherus nostri seculi miseranda pestis, qui prius quam in haesum laberetur, superbus fuit, luxuriosus, & multis alijs flagitijs & sceleribus contaminatus. Nam homini spurcitijs carnis dedito facile suadebis simplicem fornicationem non esse peccatum. Nec erit ab re illud relatum a diuino Augustino, quod quidam nomine Aerius qui episcopatum ambiebat, cum non posset illum attingere, in id insaniam descendit, vt assereret simplicem sacerdotem habere tantam potestatem sicut episcopus. Intellectus namque cum nostrae voluntati assentitur protinus vt in aliquam rem inclinatur, etiam si mala sit, tanquam bona approbat. Vnde Esaias, quem beatus Ioannes citat, ait. Excacauit oculos eorum, & in durauit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligat corde: & conuertatur, & sanem eos. Sed de his alias. Pro maiori autem huius literae explanatione meminisse oportet historiam tertij libri regum recollere, ubi habetur quod domus Iacob Dei cultoris diuisa fuerit in duo regna temporibus Roboam nepotis Dauid: & habuit duos reges scilicet Ieroboam, quem sequuti sunt decem tribus & vocatus est ipse & eius successores rex Israel: & duae tribus sequuntur sunt Roboam, qui vocatus est Iudaea. Ideo ne existimaret beata virgo, quod in regno Iudae solum esset Christus regnaturus, cuius successio est illa, quae profecta est a Dauid, & non in reliquis tribubus, ideo inquam postquam dixit, in

Genes. 8.  
Matth. 13  
Matth. 8  
2. Tim. 1  
Psa. 103  
Aug. lib. de haesibus cap. 53.  
Esa. 6.  
Ioan. 12  
Reg. 12.

domo Dauid patris eius addidit Angelus, regnauit in domo Iacob, vt inde intelligas Christum regnaturum super duodecim tribus, & vtrunque regnum: & imperium Iudae & Israel complexurum, quae tribus omnes erant successores & filij Iacob patriarchae. Vbi autem dicit hoc Christi regnum esse aeternum, manifeste insinuat non esse temporale, sicut multi falso existimant: scilicet Messiam copulaturum omnes duodecim tribus quae antea sparsae & diffusae erant per diuersas nationes & imperaturum omnibus duodecim tribubus, quem admodum Dauid & Salomon. Ita Christum interrogauerunt discipuli dicentes. Domine si in tempore hoc restitues Israel? Ita creditur Herodes, & ideo turbatus est, ne forsitan perderet temporale suum regnum. Item cum dixit Angelus regnum eius aeternum fore, insinuaui clare illud futurum esse spirituale, quia temporalia aeterna non sunt. Sic Daniel de Christi regno inquit. Regnum eius potestas aeterna. Dauid etiam in Psalmo quem de Christo in sensu literali allegat Paulus, dixit. Secunda tua Deus in seculum seculi virga aequitatis, & c. Fere nihil erat Christo ab aliquo imperatore regnum temporale auferre, sicut abstulit a Pharaone: at temporale regnum & omnia quae in eo sunt nihili penditur a Christo. Sed hac nostra misera tempestate, omnis fons & origo discordiae inter reges Christianos est: quis eorum maiori dominaturus sit imperio, aut quis magis aucturus, aut locupletaturus sit suum regnum. Siquatuor palliola ex vililana contexta volentibus tragediam representare in medium adducerentur, & protinus inter eos rixa oriretur, quis meliori lana contextum pallium esset indururus: nonne manifestissima insania haec esset, & omnino isti mentis impotes iudicarentur? Omnia namque palliola ex eadem lana sunt contexta, & peracta comedia sibi manere debent, quia mutata fuerunt. De nihilo alio certe reges inter se pugnant quam de lana caprina, quis maiora regna possideat, quis pluribus gentibus dominetur. Ideo oportet aduertere, ne quis rerum mundanarum imagine capiatur, omnia namque palliola sunt vililana contexta, & omnia hic relinquenda sunt. Quo circa optimo iure Christus hanc controuersiam noluit acceptare: imo fugit quando Iudaei illum in regem eligere voluerunt. Admonet locus iste vt temporalia fugiamus, & vt amemus caelestia. Hec enim quae videntur temporalia sunt quae non videntur aeterna. Quid enim obsecro aliud est aurum & argentum nisi terrae immunditia? Quid haec quibus induimur, nisi ferarum & brutorum coria? Quid bobicinium, & sericum, quibus pretiosae vestes conficiuntur, nisi vilium vermium stercorea? Quid pretiosae purpurae & regalia indumenta nisi animalium vellea? Quid denique supremae arces altissimis mœnijs vallata, quid fortia castella, quid laquearia miro artificio elaborata, quid nisi terra sunt? Omnia quae sub caelo sunt vile stercore & vanitas sunt. Talia Apostolus iudicauit cum dixit. Omnia arbitratus sum stercorea. Et regius vates hos miratus qui superbas istas domos nimis amat dicit. Filij hominum usquequo grauati corde? vt quid diligitis vanitatem & quaeritis mendacium? Vanitatem diligitis & quaeritis mendacium, quia haec non sunt permanentes, nec vera diuitiae.

Act. 1.  
Matth. 2  
Dan. 2.  
Hebra. 10.  
Psal. 44.  
Ioan. 6.  
2. Cor. 4.



*Psal. 16.* Quod si hæc ita sunt, quot & quantos in mundo inuenies qui harum terrenarum rerum amore depercut & superbia elari nimis deuanescunt? Vnde regius Propheta postquam de impiis multa mala dixerat, statim de ipsorum moribus adiecit dicens: de absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Nam si regiam domum vel alterius nobilis ingrediaris protinus omnia cubilia videbis preciosis ornata pauimentis, vasa omnia nitida & fulgentia, lectum & fulcra miro artificio elaborata: lecta denique eburneis, & aureis laquearibus fabricata, quæ omnia si rectè consideres, videbis materiam ab ipso opere superari. At vero si conieceris oculos in alia ministeria infima, non apparent, cum tamen & his domus etiam abundet: quæ nunquam propter earum vilitatem ante conspectum Domini adducuntur. Sic nimirum amor Dei sanctus, virtutes, & multa alia illustria dona in publicum sunt collata, tanquam supellectilia magnifica, & tanquam margaritæ pretiosæ, quæ in conspectu Domini sunt: vt omnibus notæ fiant. Tamen aurum & argentum & aliæ pretiosæ margaritæ humanis oculis in pretio habitæ, diuinis autem contemptæ, in inferioribus terræ partibus reponuntur, vt in ipsius visceribus, & in marinis conchis, vbi ipsæ generantur. At itaque David Domino. Vide & considera quales isti sint, quorum venter & animus de absconditis tuis adimpletur. His namque rebus, quæ ob earundem vilitatem in infimis terræ partibus sunt reconditæ, vt aurum, argentum, gemmæ, & alia huiusmodi his inquam eorum animus & venter est repletus: quibus superbi & elati incedunt, necnon & eas magnificiunt. Quicquid non alio solidiori cibo, quam vento aluntur. Et dimiserunt (inquit) reliquias suas paruulis suis. Hæc quippe bona filiis & hæredibus suis impartuntur, alij domum, alij vineam, alij fundum, quorum singulis singuli sunt contenti. Quod si à diuino vate quæras. Nunquid eius venter his omnibus satiatur? respondet vtique. Ego autem satior cum apparuerit gloria tua. Hic namque bonis spiritalibus (inquit David) satior, & deinde diuinis, & nunquam perituris satis ero contentus. At vero quia de his vberiores fecimus sermonem in primo parte libri, quem de vanitate mundi nos scripsimus superiori anno, quæ tu videre poteris, ad contextum euangelij sancti gradum iam facimus. *Et regni eius non erit finis.* Quæ verba & superflua & Angelo indigna per transennam considerata videbuntur. Quia cum prius dixisset. Et regnabit in domo Iacob in æternum: quid vltius opus erat addere, & regni eius non erit finis? Quia quod æternum est, aperte constat idem finem non habiturum. Quam obiectionem facili negotio diluit: si aduertes coniunctionem, & expositiuam esse. Hæc enim nomina æternum, & sempiternum, multoties in sacra pagina non pro perpetuitate temporis, sed pro multorum annorum spacio vsurpantur. Nam de circumsione dixit Dominus esse pactum sempiternum, quæ tamen modo mortifera est. Si circuncidimini (inquit Paulus) Christus nihil vobis proderit. Et loquutus de sacrificiis dixit, esse legitimum sempiternum: quibus non obstantibus finita sunt iam

sacrificia illa deleta & mortifera. Vnde necessario conficitur legitimum sempiternum in tempus finitum & limitatum debere resolutum. In Exodo etiam dicitur, quod seruus nolens libertatem maneat seruus in seculum: & tamen in anno iubilei omnes sua libertate fruebantur, vt habetur in Leuitico. Idem de festo paschali dicitur in Exodo, & de Sabbato, & de sacrificiis in libro Numerorum. Et plura alia loca in sacra scriptura inuenies, in quibus æternum, & sempiternum, non pro perpetuitate temporis, sed pro longo aliquo interuallo accipiuntur. Itaque coniunctio &, in hoc loco expositiuam est, præcedentia verba declarans. Alia etiam loca inuenies in sacris literis his simillima, vt est illud Genesis, Benedicti decem septimo, & sequitur. Et sanctificauit illum. Hoc enim est benedicere. Et in Matthæo colligit de regno suo omnia scandala: & declarans id Euangelista dicit. Et eos qui faciunt iniquitatem mittent in caminum ignis. Et in Apocalypsi. Fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo. Vbi coniunctio, &, exponit Deum esse patrem Iesu Christi filij sui. Ne igitur beata virgo existimaret regnum Christi tempore finem habiturum, addidit angelus, & regni eius non erit finis. Ac si diceret. Tali modo æternum erit, vt nullis terminis aut finibus claudatur. ¶ Siue aliter tibi placuerit respondeo, quod etiam si æternum significet infinitum tempus: dico tamen quod licet æternum sumatur pro tempore perpetuo & semper duraturo, accipitur hic, regni eius non erit finis pro extensione latitudine & magnitudine regni eius. Quod regnum nullis terminis aut regionibus claudatur, non solum quantum ad durationem temporis, verum etiam tam amplum, tam latum, tam extensum, vt nulla possit circumscribi mensura. Regno quippe Hispaniæ Pirenei montes finem imponunt. Francorum vero Alpes: & alia itidem regna suis finibus continentur. At regnum Christi nec Hispania, nec Gallia, nec Italia, nec Constantinopoli finitur, quia regni eius (inquit angelus) non erit finis: sed in omnem terram, in quamlibet remotissimam regionem vbi aliquis Christi fidelis fuerit, se extendit eius imperium. Vnde & ipse inquit. Regnum celorum intra vos est. Non habet circumscriptionum regnum eius, quia possessio eius vbique est. Dominabitur, (inquit Psalmus) à mari vsque ad mare, & à flumine, &c. ¶ Terriò huic difficultati potest satisfieri, quod cum dixit: & regnabit in domo Iacob in æternum, intellexit de rege Christo: nunc vero cum dicit, & regni eius non erit finis, loquitur de regno eius, hoc est de subditis suis, atque ita rex, & ipsius regnum nullum finem habebunt. Quod prius est, ad regem pertinet: secundum vero ad eius subditos. Poterit ne Hispanus, vel Francus Rex alicui subditorum dicere. Nunquam morieris? An poterit hunc eundem à morte eripere, & perpetuum facere? Minime. Christi autem potentia, vel hoc parum est, qui suis dicit. Capillus de capite vestro non peribit: omnes enim sunt numerati. Nam Christi subditi, qui in celo cum sanctis regnant nunquam mortem agnoscent. Quod si tu perpetuus esse vis, Christi seruus esto: quando quidem humana diligentia nihil aliud magis curat quam se ipsam

se ipsam perpetuam facere: quod vtique consequetur is, qui ex Christi regno fuerit. Si autem mundanus fueris, peribis: siquidem, & mundus perit. *Dixit autem Maria ad Angelum.* Licet Angeli verbis firmiter crederet de conceptione filij: quia tamen non exactè modum concipiendi Angelus explicuit, idcirco rogat beatissima virgo. *Quo modo fiet istud?* Principio turbata est, quia cognouerat satanam, aliquando figuram gerere Angeli lucis, & poterat eam tentare, sicut & ipse Christus tentatus fuit. At cum nedom ipse Angelus sermonem finiisset, cognouit diuinam reuelatione tunc facta, illum non esse dæmonem, sed angelum bonum. Atque ita non dubitauit, sed fidem verbis præstitit. Non sicut Sara, quæ in risum prorupit & in illusionem: nec sicut Zacharias, qui dubitauit, cum vtique sciret angelum esse bonum, qui illis apparuit. Ideo dixit ei Elisabeth. Beata quæ credidisti. Namque virginem non latebat, Esaiam multo antea prædixisse. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. At (vt inquit sacer Augustinus) modum quo conceptura erat ignorabat. Et hoc est quod modo ipsa quærit: quomodo fiet istud? de facto non dubitans, sed prudenter modum inuestigans, ratione subdit suæ interrogationis. *Quoniam virum non cognosco.* Quasi diceret intra se. Si meæ virginittatis iacturam aliquam sum passura, & promissum votum violare, nolo esse mater Dei: ac verò quia scio Dominum potentem esse, vt mea virginitate intacta manente possim parere: Quæro quomodo Dominus id facere disposuerit. Vbi protinus aduertere debes, quam curâ & sollicitudinem habeat beata virgo de obseruando virginittatis voto, & virginittati puritate: dicit namque angelo, se tantam dignitatem & honorem ne utiquam ascendere velle, si aliquantulum derimenti suæ puritatis & virginittatis passura esset. Quod si quæras à beata virgine, nunquid malit virginittatem custodire, quam matrem Dei esse: non dabit quin tibi respondeat, melius & salubrius esse, cordis sinceritate, & animi virtutibus splendere, quam dignitate aliquam quantumuis sublimem & excellentem subire. Omnes namque dignitates & honores parui pendendi sunt, si diuinis mandatis, vel minima aliqua offensa irrogetur. Sed o mûdum omnino perditum, & amentem: quid de te, deque ingenij tui moribus dicam, proflus ignoro. Quis enim hac nostra misera tempestate hominû reperiretur, cui si regalis dignitas oblata esset, quâ vel grauissimis flagitiis esset ascensus, proflus renueret? Sed quid dicò regè? cõtritus esset ille si minimus daretur redditus. Nâ multos hodie inuenies, qui propter lucrandum teritium, vel minimû aliquot stipendiû, grandia, facinora perpetrabunt, imò quotidie perpetrât. At virtus nunc parvipenditur: & gratia sine aliqua necessitate à nobis maximè offenditur. Quæ res in causa est, vt beata virgo tam sollicitè & diligenter, rem hanc requirat, ne forte aliquod ibi lateret incommodum, quod suæ virginittati & puritati nocium esse possit. Quam vtramque curam virginittatis seruandæ, & religiosæ seruandi vota, quæ domino suo vouerunt. Quod autem beata virgo votum fecerit virginittatis aperte ex hoc loco colligitur. Nam si solum hoc intelligeret ipsa de præserita virginittate, quam hactenus custodierat: esset

nihil dicere. Quia virgo quæ nuptias expectat, & nubendi propositum habet, non reputabit inconueniens, dicenti filium se parituram esse, virginittatem hactenus obseruasse. Nam si ipsa diceret, virgo sum, facile ei posset responderi. Poteris nubere viro, & filium parere. Ideo cum Maria iudicauerit ad id inconueniens esse virginittatè, clarè constat, propositum illam habere custodiendi promissam virginittatem. Nam cum dixit, Virû non cognosco, idem est, ac si dixisset, nec cognitura sum. Quæ quidem loquutio Hebraismus est, & apud nos vsu-tatus loquedi modus. Sic Pharaò dixit filiis Israel. Non do vobis paleas. Id est, nec dabo: vt reuera nunquam illis dedit. Sic Ioannes cum misit discipulos suos Christo, vt interrogarent, an ille esset qui venturus erat: ibi venturus in Hebræa veritate est participium præsentis, ac si dicerent, es tu veniens? Et Christus Petro & Ioanni dixit: Tempus meum propè est, apud te facio pascha. Hoc est, decreui pascha vobiscum celebrare. Et alibi. A Galilæa propheta non surgit: pro præterito, surrexit. Sicut & aliquando ponitur præsens pro futuro. Qui loquedi modus frequenter vritur, nam cum aliquem inuitamus, vt vinum bibat, solet respondere. Ego non bibo vinum. Quasi velit dicere: nec bibiturus sum. Vt si aliquem Chartusien-sen monachum inuitares ad comedendas carnes, responderet: non comedo carnes, id est, nunquam comesturus sum illas, quia ex voto & instituto ordinis non possum illas comedere. Sic modo beata virgo inquit. Non cognosco virum, id est, nec illum vnquam cognoscam. Ex quibus verbis colligunt sancti Patres, Augustinus, Bernardus, & Beda voto se castitatis & virginittatis astrinxisse. Quia non solum id in animo habuit, scilicet virginem esse, sed hanc suam virginittatem stabili voto consecrauit. Nam cum fides catholica teneat Mariam perpetuo virginem fuisse, optima ratione elicitur, perfectissimum statum virginittatis habuisse, qualem Dei matrem decebat. Status autem firmitatem sonat, firmitas verò non nisi per vitum stabilitur, quo certum est virginè se ipsam astrinxisse. Hoc enim discriminis est inter bonos & malos: quod boni ita mala decernunt facere, vt facile ab instituto recedant. Non iurant mala facere, nec ad illa vota obligantur: ad bona autem facienda etiam teneti volunt. Sic Abraham iurauit se non nociturum Regi Abimelech. Et David, iurauit, inquit, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Et alibi. Votum vouit Deo Iacob: nunquam ingressurum lectum strati sui, donec inueniret locum Domino. Mali verò bona ita faciunt, aut facere proponunt, vt facile ab incepto desistant: ad mala autem paranda (si opus est) arctissimo se adstringunt voto. Quæ admodum illi, qui promiserant, se nec comesturos, nec bibituros, donec occiderent Paulum. Et Iezabel promittens & iurans, se Hebraeam occisuram dixit. Hæc faciant mihi Dij, & hæc addant, si non, &c. Et quod deterius est, ita se his votis obligant, vt nunquam velint ab eis recedere. Sicut impius Herodes, qui iurauit se daturum saltatrici quidquid peteret. Beata itaque virgo de re iusta votum fecit, quod semper integrum inuolutamque seruauit. Vnde oportet discere, vt non mala, sed bona Domino promittas, & ea firmo & stabili animo semper seruare. Hieremias propheta,

*Gen. 17.*  
*Galat. 5.*  
*Exod. 28*  
*30.*  
*Leui. 16*  
*27.*

*Exod. 21*  
*Leui. 25.*  
*Exod. 12*  
*Exod. 31*  
*Num. 28*  
*Genes. 1.*  
*Matt. 13*  
*Apoc. 1.*  
*Luc. 17.*  
*Psal. 71.*  
*Matt. 10*  
*Luc. 12.*

*1. Ioan. 2*  
*2. Co. 11.*  
*Matth. 4*  
*Gene. 18.*  
*Esa. 9.*  
*Aug. lib. 16 ciiii. cap. 24.*

*Exod. 5.*  
*Matt. 21.*  
*Matt. 26.*  
*Ioan. 7.*  
*Aug. lib. de virgi. cap. 1.*  
*Bern. ser. 4. in can. Beda super Luc.*  
*Gene. 20.*  
*Psal. 118*  
*Psal. 131.*  
*Aff. 23.*  
*3. Reg. 19*  
*Mar. 6.*

**Bar. 6.** propheta, vt habetur in capite vlt. Baruch, qui fuit scriba Hieremæ, mittens epistolam populo Israe- litico in Babylonia captiuo, adducit illis in memo- riam differentiam, quæ est inter Deum Israel, & deos quos Babylonia colebat. Dij Babylonia sunt lignæ, lapidei, aurei, & argentei: si quis illis votum vouerit, neque id reddiderit, nunquã id requirerit. Videte igitur quid facitis, quia agitis cum Deo Israel Deo viuo & vero, qui vobis fidem promissam petet: & grauitè in vos animaduertet, nisi steteritis promissis. Quia Deus lapideus aut surdus nõ est, vt non audiat votum quod tu religiose ei promissisti: nec sine memoria est, nec elinguis aut mutus, vt non possit exactè rationem voti petere. Itaque cuiuslibet religioso aut moniali existimandum est, cum Deo viuo se agere, vt à memoria nõ excidat vota ab eo promissa. Vult nã que Dominus vt adimpleamus vota, etiam si inde nullum cõmodum ipsi eueniat. Nam cum Dominus iustus sit, magis diligit proprium honorè, quam hominum vtilitatem, vt sic honor Dei cultoribus suis proficit. Nam si homo, qui vermis terrenus est, iniuria efficitur, cum promissis illi non statur: ita Dominus ægre fert, vt illi promissa non adimpleantur. Vult etiam Dominus, vt vota persoluamus propter propriam vtilitatẽ nostram, quia maxima vtilitas homini accidit, si Deo promissis satisfecerit. Aliud autem inde notabis, & ad tuam doctrinam disces, quam optimũ sit aliquod bonũ incipere. Maria namque prima omnium virginitatem vouit Dño, quam postea multæ aliæ sunt sequute, iuxta illud psalmi: Adducentur regi virgines post eam, proximæ eius offerentur tibi. Nec Dominus tanti obsequi immemor, grandia beneficia in eos conferit, qui boni alicuius auctores fuerunt. Vt est videre in Aminadab, qui in exitu Israel de Aegypto primus ipse fuit, qui cum sua tribu mare rubrum fuit ingressus. Quapropter tribus Iuda meruit princeps esse inter alias tribus, cum nata non esset maior: & ipse princeps fuit nobilioris tribus ex qua reges originẽ duxerunt. Quo fit vt sponsa in Canticis dicat. Anima mea turbata est propter quadrigas Aminadab. Et in Psalmo. In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro: facta est Iudæa sanctificatio eius. Tunc enim elegit Dñs tribũ Iuda in regiam dignitatẽ, ex qua Christus humanã induens vestem natus est. Deseruit etiam nobis in huius rei exemplum templum illud quod Salomon Hierosolymis ædificauit, licet à Chaldæis destructum fuerit, & in reedificatione Hierusalem post transmigratõẽ Babylonis aliud fuerit à Zorobabel ædificatum: nihilominus templũ illud Salomonis nomẽ retinuit. Quod & confirmat euangelium Ioannis, qui inquit, ambulasse Iesum in porticu Salomonis. Quem honorem sibi Salomon cõparauit, eo quod primum templum ædificauerit, quamuis non illud, in quo redemptor noster ambulabat. Cuius etiam honoris beatus Ioannes Baptistã fuit particeps, quia prior fuit, qui regnũ cælorum nunciavit, & penitentia predicauit. Quem numerum etiam ingreditur sanctus Dei martyr Stephanus, qui antesignanus fuit, qui pro Christi nomine incredibili gaudio sanguinem effudit. Nec memoria tibi excidat, quibus honoribus, quibus laudibus, quibus encomiis celebratur modo, & per seculi immortalitate celebrabitur sanctissi-

mi religionum princeps & fundatores, vt Benedictus, Augustinus, Franciscus, & Dominicus, & alij etiam sancti qui lapides angulares fuerunt Christianæ nostræ religionis. Itaque cũ beatissima virgo prior fuerit, quæ sanctam suam virginitatẽ Deo consecrauit, dici non potest, quibus encomiis, quibusque laudibus digna est, vt celebretur. Vnde tibi curandum est, vt ad quodeunque opus bonum prior & paratior inueniaris. Ita vt si ad rem sacrã pulsatur iam tu alios in itinere præcedas. Si elemosyna est alicui eroganda, nunquam moras neccitas, dicens, cras istud faciam subinde repetens: vt vel ita bono exemplo alios multos allicias ad id faciendum. Nec dubites quin futurus sis particeps horum etiam meritorum in cælo, vbi aduertiuntur præmium tibi augebitur, cum alios videas, qui tuis hortatibus cælum conscenderunt. Dispari autem modo cum eis agitur, qui principes sunt & auctores alicuius mali qui maiori plectuntur supplicio, & in inferno manet illos, aliud accidentariũ. Venit iam præ oculis rei huius exemplũ. Nam Ieroboam ne populus reuerteretur ad domũ Dauid, ascendens vt adoraret Deum Hierosolymis, vt ipse & posteri sui regno temporaliter potirentur, aureos vitulos fecit, vt eos adoraret Israel: quẽ iniquum regem, ipsiusque exemplũ sequuti sunt illius successores, quorum multi idololatræ fuerunt. Vbi aduertas quod sapius scriptura horum scelera Ieroboam ipsi tribuit: nam cum de aliquo scelerato rege loquitur, inquit: Nõ recessit à viis Ieroboam, qui peccare fecit Israel. Vbi scriptura sacra culpam reicit in Ieroboam, nam ipse prior fuit, qui vitulos conseruit, cũ aliis peccandi ansam præbuerit. Vnde & tormenta Ieroboam in damnatione istorũ augebantur. Ideo etiam in libro Numerorum habetur, quod cum filij Israel inuenirent, quendam colligentem ligna in die sabbati, quem iussu Domini lapidauerunt, quia (vt inquit glossa) primus sabbati violator fuit, & occasionem aliis præbuit violandi festos dies. Sic etiam diues ille epulo, qui suo malo exemplo quinque fratres corruerat, rogauit Abraham vt mitteret aliquem, qui eos auerteret à via iniqua, ne ad loca tormentorum peruenirent: quod quidem non motus charitate fecit (cum nullo in inferno habitat) sed propterea quia timuit, ne eorum aduentu grauioribus suppliciis torqueretur. Vnde cauendum tibi est, vt ne aliis occasione delinquendi præbeas: namque hoc tibi imputabitur, vt acrioribus pœnis plectaris. *Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te.* In hoc admirabili & diuino opere sancta Trinitas operatur sine alicuius interuentu: cũque opera Trinitatis externa indiuisa sint, id quod actionis fuit in incarnationis mysterio toti Trinitati tribuendum venit. Vocatur autem opus Spiritus sancti per appropriationem, quia spiritui sancto donũ gratiæ tribuitur, & merito cum hoc fuerit supremum quod in vniuerso ipse operatus fuerit. Namque cum diuinus spiritus distributor sit omnium donorum & gratiarum, quorum omnium cum in Christo summa plenitudo fuerit, ideo Spiritus sanctus auctor conceptionis Christi dicitur. Nam non solum anima Christi, sed etiam ipse caro viuificat, & vitã spirituales largitur, digne eam comedenti: cum verum sit Christi humanitatem gratiam tribuere merito, & etiam efficien-

efficienter. Merito ergo illa humanitas de Spiritu sancto est, qui in spiritum ita absorpta erat, & rapta, vt spiritum largiretur. *Et virtus altissimi obumbrabit tibi.* Qui tenent beatam virginẽ in originali peccato conceptam esse, in hanc abeunt sententiam, vt obumbrare in hoc loco idem sit, quod fomirẽ extinguere. Nam cũ munus vmbre refrigerare sit, ita obumbrare nihil aliud est, quam refrigerare incendium (quod est fomes) quẽ nullum post Christi cõceptum sensit. Alij autem de maiori gratia ei collata ista verba interpretantur. Verum hæc nihil ad rem nostram attinent, sed standum est in sensu literali, & proposito in quo Angelus fuit loquutus. Namque Maria non quærit quæ gratia illi donabitur in verbi incarnatione, aut quod bonum Christi aduentu sit susceptura: sed inuestigat, quomodo hoc fiet. Itaque sensus huius loci legitimus est. Si interrogas õ sacra virgo quomodo istud fiet: dico quod Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Id est, Spiritus sanctus geret vicem viri: & in hac sanctissima conceptione tota Trinitas operabitur. Aderit ibi sacra Trinitas, nam de eius conceptione agimus qui verus Deus erit. In re hæc nullum viri opus interueniet, nam diuina virtus id totum præstabit. Ideo apposuit duo verba quæ matrimonij actionem significant: nimirum superueniet & obumbrabit. Quæ duo verba viro ratione mulieris competunt, scilicet mulierem obumbrare, & pallio illam operire, qui actus est matrimonij. Quod licet videre in libro Ruth, quæ cum ad pedes Booz obdormiret, & eam ipse sentiret, admiratus est: ipsa autem rogabat eum, vt vellet eam in vxorem ducere, quæ in petitione sua ferè his verbis vsã est, dicens: Extende pallium super ancillã tuam: quia propinquus es. Quod idem fuit, ac si diceret. Ducas me in vxorem. Et idem intellexit Booz, vt ex ipsius verbis patet. Quiesce nocte, & factio mane si te voluerit propinquus iure. Lege caput tertium libri Ruth: ibique clare colliges, quod extendere pallium, & obumbrare, & vmbriam facere ad actus matrimonij pertinet, nepe ad amplexũ, & ad amorem quibus vir & mulier copulantur, vt fiant caro vna & cor vnum, qui amor ad matrimonium pernecessarius est. Vnde cum in Exodo dicitur dominum non habere potestatem vendendi ancillam, cuius honorem cõtemptrari dederit, verũ poterit, quoniam operuit eam, id est, quasi si maritus esset, cum illa egit. Nam in Hebræo est verbũ Bagad, quod est tegere & operire. Vnde & Begeid verus est qua quis tegitur & operitur. Mos namque erat Israelitarũ, vt quamprimum aliquis vxorem vellet ducere, extenderet pallium, & cooperiret eam in signum matrimonij: hanc protectionem & tutelam significans, quam vir præstat vxori. Itaque altissimi virtus obumbrabit tibi: quippe in hoc opere sancta Trinitas viri fungitur officio: & tu sacra virgo in conceptione hac concurrens, sicut & cætera mulieres in conceptionibus filiorum. Id tamen non in tempore, sed in instanti fiet: & ita fiet vt naturales & supernaturales mater Dei sis. Supernaturalis, quia concipies sine virili femine: & naturalis, quia verè ex substantia tua Saluatorem gignes. Vnde & dicendum est plus beatam virginem fuisse operatam, quam reliquæ aliæ mulieres, quia ex solo virginis purif-

simo sanguine Christi corpus formatũ fuit: quia secundum carnem Christus non fuit filius alterius personæ, sed solius virginis, quod quidẽ nunquam in mundo accidisse constat. Aduerte tamen quod licet posset Angelus dicere, Deus viri munus præstabit in hac conceptione, vsus tamẽ est verbo obumbrare, hoc est, protegere: vt intelligas talitèr Deũ in hac incarnatione interuenisse, vt sacra virgo & actiue & passiue concurreret. Nam quemadmodum multoties contingit, vt lucidissimis solis radiis caligent nostri oculi, vt nihil operis cõficere valeamus: tamen interuentu alicuius nubeculæ iam oculi suo munere funguntur: nã que nubes illa calorem solis temperat, & mitigar, & radiorũ eius vires debilitat. Ita virtus diuina non aliter vt ostendimus in hoc opere adfuit, & vices viri gessit. Si autem diuina sola potentia opus hoc efficieret, & nihil virgo operaretur, nõ cũ tanta proprietate diceretur mater Dei: ideo temperat Deus potẽtiam & virtutem suã, vt virgo possit operari, & reuera operetur. Possit utique Deus (si vellet) carnẽ hunc anãsumere absque aliquo interuentu virginis & ipsius labore: tamẽ seipsum cõprimere voluit, vt & ipsa operis esset particeps, & tali honore & excellentia gauderet. Vbi iam Dei bonitatẽ & clementiam expendere licet, quæ talis & tanta est, vt aliquãdo suæ potentia vires reprimat, vt amicos & dilectos suos honoribus afficiat. Nam cum ipse sit auctor huius diuini operis: vult tamen quod virgo suam partem accipiat, vt verè titulo matris Dei gaudeat. Quod idem frequenter cõsuevit facere in aliis multis operibus, quorum et si ipse præcipuus auctor sit, non in eis secundum omnem potentiam suam operatur, sed aliquid amicis suis faciendum relinquit, vt eiusdem laudis & honoris sint particeps. Nec opus esset rem istam aliis exemplis illustrare, quam ipsomet experimento. Quid enim Deo erat opus, vt Moyses mare virga percuteret, vt populus liber & incolumis id transiret, nisi Dominus veller ipsum Moysen & laudibus & honoribus afficeret? Possit etiam sine ministerio pallij Elisei Iordanem aperire, id tamẽ voluit, vt suæ virtutis diuini radij in sanctis suis mirabiliter splenderent. Nec illud silentio prætereundum quod Gedeon fecit, vt expugnaret fortissimũ exercitũ Madian: sonare fecit tubas, buccinas tangi, lagenas frangi, quæ omnia infirma & debilia erant ad tantum exercitum debellandũ, nisi Dominus sua virtute vires inimicorum infringeret: nihilominus voluit, vt Gedeon laboris aliquid applicaret, vt insigni victoria illustris redderetur. Nec suũ ingenium adhuc Dominus mutauit: id nãque quod antiquitus fecit, & nobiscum etiam modo facit. I offer namque Dominus sine aliquo nostro impensato labore, ad illam beatõrum patriam vel solo nũmo nos ducere, & nos ab omni peccato immunes, & in gratia cõfirmatos condere: tamen id renuit, vt notus etiam laboribus patriam illam conscendamus, vt illustrior, vt grandior, & vt nobis copiosior laus & gloria inde confluat: quia melius & laudabilius est gloriam nostris meritis adipisci, quam gratis, & in chœnice sedentibus. Quod etiam manifesta veritate videre licet in duobus filiis Zebedæi, quibus noluit concedere honorẽ illum, quem gratia consanguinitatis petebant, nisi prius pallionis calicem degustaret. In quo etiam Domini benignitas, & amor

3. Re. 12.

Ruth. 3.

Num. 15

Luc. 16.

Exod. 21.

Exod. 17.

4. Reg. 20.

Iud. 7.

Mat. 20.

&amp; amor



& amor pro sui admiranda liberalitate multis nominibus splendet, qui plus donauit duobus fratribus, quam ipsi postulabant: animus quippe illorum honorem efflagitabat sine aliquo merito & labore. Ipse verò dominus certos promissi fecit, martyrij lauream illis designans, quod mortis genus necessario gloria cōsequitur. Facile enim posset dominus petitioni eorum acquiescere: tamen potentiam suam mirabili modo compressit, & sine martyrij discrimine gloriam non tribuit, vt verè cum Paulo cooperatores Christi possint dici. Non sunt, inquit, condignæ passionis huius seculi, ad futuram gloriam: tamē quæ Dei bonitas est, & clementia pro tanto in nos amore illam libenter nobis donat: vult tamen & aliquid laboris nos impendere, vt & gloriosius donetur nobis brauiū. Ita vmbra interstitio inter virginem & suæ potentie vires vsus est Dominus, vt non solum ipse, sed etiam beatissima virgo, suum adderet laborem, vt merito tali gloria & honore illustraretur. Ideoque quod nascetur ex te sanctum. Christus sanctū vocat, ad differentiam sanctitatis quæ in nobis est. Christus namque fons & origo est totius sanctitatis: à quo tanquā à principio sanctitas reliquorū iustorum deriuatur: nos autem licet sancti simus, & hoc nomen nobis sortiamur, non ita propriè assumimus (cū tanquam arundines simus mutabiles) sed quadam participatione illius, quæ in Christo capite nostro residet. Lumen quippe à sole ortum lōgo interuallo differt ab eo, quod procedit ab igne. Nam quod ab igne est, semper sumū sibi habet admixtum & aliquam imperfectionem. Nam cū Christus sit lumē de lumine, quemadmodū lux à sole oritur absque aliqua corruptione: non aliter Christus limpidissimum speculū ab hac beata virgine sanctum nascitur. Vocabitur filius Dei. Pro huius literæ clariori intellectu operæpretium est animaduertere, quod solei aliquando in quæstionem verti. ¶ Vtrum Christus quatenus homo sit naturalis filius Dei, aut adoptiuus. Quæ quæstio responsonem habet, esse filium Dei naturalem: nam filiationem suam fundamentum habet in supposito & persona, non autem in natura. In Christo verò non sunt duo supposita, quamuis duabus naturis constet, sed vna tantum persona, eaque simplicissima. Et perinde manifestè cōcluditur, non posse habere hanc filiationem adoptionis cum naturali illi propria sit. Nihil tamen obstat, quod eam gratiā habeat, quæ in nobis sufficiens est causa vt filij adoptiuī dicamur. Qui tamen etiam si virgo, doctor & martyr fuerit, tamē illum habuisse aureolam nō dicimus, quia aureolæ significant participationem perfectionis in actu, cum ipse non habuerit participationem perfectionis, cum fons & origo sit à quo omnes suas perfectiones emendicauerint. Sic etiam in corpore immortalis surrexit, impassibilis, claro, subtili, tamē in ipso non vocantur doctores corporis gloriosi propter connotationem vocabuli. Sic etiam vocandus venit filius naturalis Dei: quia adoptio videtur naturalitatem negare. Aliqui namque dicere voluerūt filium Dei adoptiuum etiam debere nominari, eo quod sanctissima trinitas sine viri ministerio operata fuerat. Literam hanc malè intellexerunt isti, assumentes illam particulam, ideoque in rigore, ita quod significaret causam præcepisse, vt vel sic

Rom. 8.

sequens est. Vt si diceret: Ego sum homo, ideo rifibilis. Simili etiam modo dicunt, Spiritus sanctus superueniet: ideo quod ex te nascetur filius Dei vocabitur. Quia etsi Spiritus sanctus non veniret, erat nihilominus Christus filius Dei naturalis: ergo (inquiunt ipsi) de alia filiatione intelligendum est. Hi certè falso & infirmo nituntur argumento, quia ibi particula, ideo, non dicit causam verborum præcedentium, imò differitur ab effectu ad causam, vt si dixeris: Dies est, ergo lux & claritas est. Et ita intelligendus est locus iste. Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus, &c. ideoque, &c. scilicet. Quia ipse filius naturalis Dei est, ideo Spiritus sanctus superueniet in te. Ideo cognoscer mundus Dei naturalē filium esse. Sic ecclesia hunc locum interpretatur: nam in quodam responsorio loco, ideoque, posuit quod enim ex te nascetur sanctum, &c. Sequitur. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concipiet filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis. Exemplo non erat opus illi, quæ firmiter credebatur: quod circa hic locus dupliciter exponendus venit. Primò dico hoc exemplum adduxisse, non vt crederet, sed ad maiorem lætitiā & gaudium virginis, & ad maiorem firmitatem eorum, quæ circa fidem ipsi virgini dixerat. Quia fides à ratione offenditur, quam ipsam ratio præcedit: tamen secus contingit, quando sequitur. Nam postquā credimus quod naturali ratione non probatur, ratio quæ post fidem sequitur iuuat, & fortior efficit ipsam fidem. Et ita post susceptam fidem, quæ adducuntur rationes, non sunt vt per eas credamus, sed vt cognoscat fidelis, id quod credit consonum rationi esse, etsi humanum prorsus excedat intellectum. Itaque non adduxit hæc Angelus virgini & crederet: sed vt eius animus reficeretur, & vt intelligeret id mysterium secundum rationem esse. Vbi aduertens particulas illas, & ipsa maxima emphasi pollere. Nam si ipsa concepit, à fortiori & tu concipies vt tibi dixi. Ex parte Dei nullum est miraculum, quia quicquid producit libera sua voluntate producit. Ex parte autem nostra maius erat miraculum vt conciperet Elisabeth: nam duo erant illi impedimenta, alterum sterilitas, alterum verò senectus. Nihil enim vnum miraculum sufficeret, quia etsi viginti annis natu esset, non pareret propter sterilitatem: & licet fecunda, non pareret propter senilem ætatem. At vt virgo pareret, vno tantum miraculo fuit opus: quia nec sterilis, nec ad senectatem peruenerat. Restet igitur Angelus disputat, & sumit argumentum à minori ad maius, recensens vtrunque miraculum: alterum quando dixit, concepit filium in senectute sua: alterum verò cū subdit, & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis. Ac si diceret: Si solius hominis conceptionem duo præcedunt miracula, quid mirum si conceptionem veri Dei vnum miraculum antecatur. Secundo locus hic venit exponendus, nā cū Angelus in hac re summo opere virginis consensum optaret, intendebat, vt breuiter ipsi responsum daretur, etenim cupiebat, vt quam citissime donum acceptaret: & ideo dixit, Ecce Elisabeth cognata tua. Nec particula, ecce, sua emphasi caret. Ac si diceret, considera & gloriosa virgo Elisabeth cognata tua filij tui præcurforum ab hinc sex mensibus concepisse, vt vel sic

Num. 36

Nu. vlti.

Exod. 6.

2. Pa. 22

Aug. lib. 2. de consens. euang. cap. 2.

Psa. 148 Rom. 4.

Esa. 9.

Iera. 23.

Psal. 113.

Eph. 4.

Abac. 2.

Eccle. 1.

Exod. 22

Leui. 3.

Exod. 20

1. Ioan. 1

Gene. 4.

sic, virgo sacra dictis annueret. ¶ Sed offert se statim dubium, quomodo Elisabeth cognationē habuerit cum beata virgine, cum lex prohiberet eos, qui diuersæ tribus erant matrimonio copulari, & virgo vt ex priori capite Marthæ constat, erat de tribu Iuda, & de domo Dauid: Elisabeth verò vxor fuit sacerdotis, qui ex tribu Leui ortum ducebat? Satis fit autem huic obiectioni si aduertis, hanc diuisionem factam fuisse propter confusionem possessionum, vt habetur in Numeris. Sed tribus Leui non habebat possessionem: ideo poterat contrahere matrimonium cum aliis tribubus. Mos verò erat sacerdotibus, vt semper contraherent cum filiabus de tribu Iuda, quæ & regalis & nobilior erat. Sic Aaron qui erat ex tribu Leui, accepit in vxorem Elisabeth sororem Naafon, filiam verò Aminadab, qui erat princeps tribus Iuda. Et Ioyada summus sacerdos duxit vxorem Iosabeth filiam Ioram regis Iudæ, sororem regis Ocoziæ: qui erat ex tribu Iuda. Ideo quamuis Zacharias esset de tribu Leui, bene poterat vxor eius beata Elisabeth esse de tribu Iuda. Fuit enim mater Elisabeth soror Annæ matris Mariæ virginis, sed natu minor, quæ virum habuit Aaronitem, ex qua nata est Elisabeth, & sic cognata fuit virginis Mariæ. Nam vt Augustinus ait caro Christi ex viroque genere regum, scilicet & sacerdotum fuit propagata: & Maria virgo Aaronitica erat, & ex semine Dauid regis. Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Quia non solum id quod fit, sed id etiam quod cogitatu comprehendere potest factu facile domino est: cum verbum & oris, & mentis opus ambiat. Ita enim licet diuinam maiestatem venerari & suspicere, vt quemadmodum Angelus absolute dixit, omne verbum: ita intelligas nullum esse verbum, siue oris, siue mentis, siue Angeli, siue diuinæ maiestatis quod Deo factu impossibile sit. Ipse enim est qui dixit, & facta sunt: qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, qui imperium habet sicut & vitæ ita & mortis. Vnde nec dixit Angelus, nulla res est ei impossibilis, sed verbum, quia dicere Dei est facere. Homines multa consuecunt dicere, quæ facere neutiquā possunt. Esaias dixit: Ecce virgo concipiet. Dixit ipse, & factum est ab spiritu sancto. Nihil Deo factu difficile, in cuius poteriā per obedientiā est omnis creatura. Ieremias inquit, Non erit tibi difficile omne verbum, qui facis misericordiam in millibus. Et diuinus Psalter. Omnia quæcunque voluit fecit. ¶ Aduerte autem omne verbū, in hoc loco, idem valere quod nullum: sæpe enim in scriptura sacra particula, non quæ præcedit aut sequitur post dictionem omnis, significat idem quod nullus. Vt ad Ephesios ait Paulus. Omnis sermo malus ab ore vestro non procedat. Id est, nullus sermo malus. Et Abacuch. Omnis spiritus non est in eo. Id est, nullus spiritus. Et in Ecclesiast. Non est omne nouum sub Sole. Et in Exodo Dominus ait. Omnē viduam & pupillum non affligetis. Et in Leuitico. Omnem adipem & omnem sanguinē non comedis. Et iterum in Exodo. Nō facietis omne sculptile. Et Ioannes. Omnis qui peccat nō videt Deū. Et in Genesi. Vt non interficeret eum, omnis qui inueniret eum. Sic in præsentiarum, Non erit impossibile apud Deum omne verbū. ¶ Sed ad ma-

iore huius loci explanationem, non parua videtur hic oriri difficultas. Videtur nāque quod Angelus his verbis velit, parue fidei nota ipsam virginem inuere, vel saltem desperationis crimine: Inquit enim, nihil esse Deo impossibile: quasi ipsa de hoc dubitauerit, vel crediderit, aliquid esse Deo impossibile. Nā si virgo credit hæc omnia esse Deo possibilia: quid opus erat, vt Angelus hæc verba subderet? Solutio huius dubitationis tibi erit, quod illa verba quæ Angelus fuit loquutus, dantur in responsonem his quibus virgo interrogauit cū dixit: Quomodo fiet istud. Ac si diceret: iam tibi modo dixi, scilicet Spiritum sanctum in te venturum esse, & Deum habiturum se loco viri: & non solum hunc modum, sed & alios plures Dominus habet, quos nec possum comprehendere, & me ipsum latent. Hoc tamē vnum scio, nihil difficile aut impossibile esse admirabili suæ potentie, cum multis & variis modis id ipsum possit præstare, tamē hic modus cōuenientior fuit. ¶ Sed his omnibus prætermisissis, aduertat hic Christianus lector, hæc verba. Nihil apud Deum impossibile, maximum esse nobis solatium. Semper namque Dominus vult, & potest nobis vel iam desperatis supplicias ferre. Non possum non eorum animos reprehendere, qui in suis vitis & peccatis iacentes, existimant se nunquam posse ad meliorem vitæ conditionem resipiscere. Aliud hominum genus est, qui nunquam læti incedunt, & iudicant vix fieri posse vt eorum animos aliquando exultatio saluaret. Alij verò sunt ita mentis impotes, & vitio carnis dediti, vt vel monstrum esse fingant, posse vel vno die sine mulieribus conuersari, vel castum & mundum esse. Qui omnes si atentis auribus suæ incitæ reprehensionē velint auscultare, audiant vas illud electionis Paulum dicentem. Omnia possum in eo qui me confortat. Libet namque tibi, quicunque fueris concedimus, sine Deo adiutorio nostro partim aut nihil imbecillam nostrā, & fragilem naturam posse, tamen si ipse Dominus nobis adest, quod pelagus nō audebimus intrare: aut quod periculum non aggrediemur? Illud autē in omni angustia, aut infirmitate agendum tibi est, vt semper rogationibus insistes, virgeas, ores, illum inuocando: potens quippe est, & castitatem tuā custodire, & te obseruare immunē à peccato, & ingentem spiritus consolationem præbere, nisi forte tu fidei imbecillitate ipsi obstaculo fueris. In quorum omnium gratiam, si tibi placuerit, leges septimum caput libri quarti Regum, vbi eleganter videbis quomodo omnia Domino sint facilia, etiā si humanis viribus longè ardua & impossibilia videantur. Dixit enim Eliseus, in tempore hoc erat modius simile vni stateræ. Respondit autē incredulus quidā. Si dominus etiā fecerit catharactas in celo, nunquid poterit esse quod loqueris? Nihilominus factum est, vt dixerat Propheta, & incredulus ille mortuus est. Quocirca tibi laborandum est, Deum semper exorare, vt velit te ad seipsam conuertere, & neruos tuos in id debes intendere: vt adimpleas ea ad quæ teneris: tuncque videbis omnia negotia tua feliciter succedere, etsi hodie tristis es, crastino die lætus eris. Dixit autē Maria. Tunc beatissima virgo auditis verbis angeli, quæ profundissima sua erat humilitas genibus flexis, manibus corporis simul, & mente cleuata, dixit

Phi. 4.

4. Reg. 7.

Ecce

*Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum eum.* Sciamque prolatis verbis angeli & ipsius virginis consensu adhibito quatuor miracula fuerunt facta. Primum, corporis Christi ex puro virginis sanguine conceptio & formatio. Secundum, animae Christi ex nihilo creatio. Tertium, animae ad corpus unio siue infusio. Quartum, assumptio humanitatis nostrae à diuinitate. Quomodo enim terrae vapor solis praestanti vi in sublime fertur, vbi sub aurora concretus in rore conuertitur, qui decidens terram fertile & laetam reddit. Sic purissimus sanguis virginis gloriose virtute spiritus sancti vteru influens sine vlla virilis seminis commixtione creuit in corpus Christi, qui editus in lucem, terram ingenti gaudio affectit, & generi humano spiritus foecunditatem tribuit. Quod intuens Esaias dixit.

*Esai. 45.* Rorate caeli desuper, &c. Aduerte autem haec quatuor in eodem instanti fuisse facta: quia in his non fuit prius aut posterius tempore: sed naturae tantum. Namque non per temporis incrementum formatum fuit corpus Christi sanctissimum, sicut cetera humana corpora, nec anima facta cõpletis quadraginta diebus, sed vnico temporis momento Iesus Christus filius Dei factus est perfectus homo, assumens verbu diuinum naturam humanam in vnitae supposito, in quo eodem instanti celebrare fuerunt in vtero in temeratae virginis nuptiae hypostatice vnionis. O admiranda erga miseriam & fragilitatem hominum diuina dilectio. O diuinus amor qui ex duobus vnum efficit. In primitiua ecclesia erat cor vnum & anima vna. Quod factum intelligendum venit vel in voluntatibus, vel in piis affectionibus: quod re vera non ex duobus vnum conficit: quia etsi duo fratres ardentissimo inter se coniungantur amore: at hic amor finitus est, ne utriusque ex duobus vnum faciat. Veruntamen diuinus ille & supernus amor, quo Deus nos fuit prosequutus, cum nullis finibus aut terminis clauderetur ex duabus naturis personam vnam fecit: quia Christus non duplex, sed vna tantum simplicissima persona est. Descendit pluuia in vellus non autem sicut pluuia in terram, nam tunc sonitum reddit: super vellus autem nullum. Cum igitur filius Dei descenderit non cum sonitu & strepitu, ideo ait egregius Psalter descendi, sicut pluuia in vellus, cum magno silentio & taciturnitate, ita vt ipsum daemone lauerit ingressus eius in virginalem aulam. Praeterea descendit pluuia in vellus, nullo iniecto discrimine in ipsum, sed integro & intacto manente. Sic Christus descendit in virginis vteru, ipsius virginitate intacta & incorrupta manente. Tertio extrahitur aqua à vellere sine corruptione velleris. Sic Christus ab vtero matris micans exiit, ipsius virginitate ex omni parte integra manente. Quarto, purius & nitidius propter pluuia manet vellus. Sic beata virgo sanctior, melior & excellentior fuit post partum quam antea. Addidit vterius Psalmista, Et sicut stillicidia stillantia super terram. Nam si magnus est, submergit & vitiat terram: tamen stillicidium cadens eam vberiore reddidit. Quod quidem mysterium sancta ecclesia significare voluit, cum inquit. Quando natus es ineffabiliter ex virgine, tunc impletae sunt scripturae: sicut pluuia in vellus descendisti. De cuius pluuiae fluxu, sequitur. Vt saluū faceres genus humanu.

¶ Verum enimvero iam erit operæpretium singula verba huius tanti mysterij discutere: & protinus videbimus singulares virtutes quas virgo sacra his excellentibus verbis pandit. Et in primis obserua particulam, ecce, idem esse quod vtique siue facte, estque significatiua obtemperantis seu dedentis se in Dei obsequiu. Vnde Esaias dixit: Ecce ego, mitte me. Et in Psalmo: Tunc dixi, ecce venio. Et quando Dominus apparuit Samueli, respondit Samuel: Ecce ego. Ac si diceret: Paratus sum tuos iussus adimplere. Et in hoc sensu sumitur in isto loco. Significat enim promptum, paratum, sollicitu, diligentem seruum, qui paratus est vt sine difficultate obediat. Ecce ego, non fugio, non me abcondo, prompta sum & parata. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. ¶ Vtitur etiam verbo, fiat. Per primum fiat, conditus est mundus, & per secundum Mariæ reparatus. Hoc verbo fiat vsus est Dominus creaturus caelum, terram, & lucem. Videtur tamen excellentiorem & praestantiorē fortitudinem habuisse hoc virginis, fiat: quam illud quo mundus est conditus. Nam illo Domini, fiat, factae fuerunt omnes creaturae: hoc autem, fiat, virginis, vniuersi creator homo factus est: qui æternus cum esset, nostram mortalitatem induere fuit dignatus. ¶ Obserua etiam non dixisse, fiat in me, sed mihi: cum & optimo iure posset dicere, fiat in me: quandoquidem in ipsa operatus est Dominus illud diuinum mysterium, & in ipsius ventre Christus cõceptus fuit. Sic Angelus. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Et in Psalmo. Nunquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea. Ideo iure optimo posset dicere, fiat in me secundum verbum tuum: sed noluit ira dicere, sed fiat mihi, id est, in meum bonum, in meum honorem, & vtilitatem. Omnes afficiuntur donis hac sancta virginis obedientia, quia omnibus remedium praebuit: tamen maioribus me ornauit beneficiis: quia me elegit in matrem excellenti modo gratia sua me ipsam praeseruens. ¶ Aduerte autem Domini nomen esse in hoc loco, ecce ancilla Domini, nomen proprium. Pro quo sciendum Deum in scriptura sacra multa nomina habere quae aliis communicantur. Nam nomen elohim Deo proprium est, nihilominus Angelis & iudicibus tribuitur. Tamen vnum solum nomen tetragrammaton incommunicabile aliis praeter Deum est, quod quatuor literis constat Iod, He, Vau, & Phœ, quod est iehouah, quod ineffabile erat apud Hebraeos, vel eo quod litera quae nomē componunt quiescentes & insonae sunt, & nullam per se ipsas articulata vocem possint exprimere, vel propter diuinam maiestatis reuerentiam, cuius propriissimum nomen nec audire, nec nominare fas putant. Et quia antiqui gentium poetae audierant Deum appellari Iehouah finxerunt Deum suum, quem vocauerunt Iouem deductum à Iehouah. Quod nomen Dei proprium portabat sacerdos in lamina aurea. Ne autem tam potens & ineffabile nomen Iudaei nominarent, loco Iehouah vtebantur nomine Adonai, quod significat idem quod Dominus: quia Dominus & Deus appellatiua sunt, quia Deus commune nomen, & non singulare est, etsi de vno tantum verificetur. sed id propter suam significationem non est, sed quia dii plures non sunt. Sicuti sol qui verificari non potest,

test, nisi de hoc sole, quæ Dominus condidit: quod nomen appellatiuum est, quia si plures soles essent, quilibet isto nomine gauderet. Eodem modo hoc nomen, dominus, appellatiuum est, & conuenit Deo post creaturarum conditionem, in quas omnes dominium habet. Tamen nomen Iehouah proprium Deo est, & ipsius naturæ: & significat vnitatem naturalem essentiae in trinitate personarum sine aliquo respectu ad creaturas, & sine relatione ad extraneam rem. Significat etiam summam entitatem sine dependentia: significat tandem fontem & originem totius esse. Tanto enim honore nomen hoc apud Hebraeos habebatur, vt si legentes scripturas ipsum inueniret, non voce, sed mente tantum illud proferebant: ita vt dignos se non iudicarent ad tantum nomen exprimentum, & ita loco nominis Iehouah vtebantur nomine Dominus. Et ita in versionibus transferre, Dominus. Virgo autem Maria totu sermonem istum habuit Hebraea lingua. Et ita dixit. Ecce ancilla Iehouah, fiat mihi secundum verbum tuum. ¶ Iam verò videre restat, quas virtutes sacra virgo verbis istis manifestauerit. Primum namque mirabilis obedientia ipsius splendet, cum se ipsam totam in Domini manus committit: vt pro libito in ipsa operetur. Ex qua obedientia poteris tu exemplum elicere, vt praelatis & superioribus obtemperes. Nam Sapiens inquit. Vir obediens loquetur victoriam. Vnde tempore quo Adam obtemperans erat Domino, ipsi omnia subiiciebantur. At verò postquam mandatis Domini non acquieuit animalia etiam obedientiam illi denegauerunt. Nec mireris si aduersus inobedientem Ionam ipsum turbulentum mare, naus & venti insurgat, & resistant: postquam verò Domino se subiecit, piscis qui ipsum deuorauerat, illum euomuit, & Niniuitae se ipsi subiecerunt, & eius dictis obtemperauerunt. Leones subiecti sunt Danieli, corui seruiebant Heliae: nec pueros in caminum iniectos, ignis combussit. Et quod maius est ipsemet Dominus homini obtemperanti obediuit: nam ad vocem Iosue stetit sol in caelo contra Gabaon. ¶ Secundò humilitas eius ostenditur: nam cum in reginam caeli, & matrem Dei eligitur, ancillam se vocat. Quod quidem ingenium est iustoru & sanctorum viorum, qui dum magis laudibus extolluntur, ipsi abiectius & humiliter de se sentiunt. Cuius rei exemplum in rege Dauide experieris: cum Nathan egregia & praecleara dixisset, ingressus templum in terra humiliter sedens dixit: Quis ego sum Domine, &c. Sic & Abigail cum in vxore à Dauide acciperetur, in terram prona humiliter respondisse fertur seruis Dauid. Ecce famula tua sit in ancilla, vt lauet pedes seruoru domini mei. Quomodo enim superbi cum laudantur, & honoribus afficiuntur, magis ac magis insolescunt: sic viri perfecti alius in virtute radices agunt. Artifex naque paruum domum constructurus, non altum iacit fundamentum, quia parietes non multu erigendi sunt. At edificaturus templu, turrim, aut arcem, profunda mittit fundameta. Sic Dominus quando vult aliquem pro sua ingenti in nos liberalitate sanctissimum efficere, prius humilitatis sanctis documentis illum instituit, ita vt quanto perfectior & sanctior fuerit, tanto sit in humilitate profundior. Nec longè huius rei appositissimu testimonium

habes in Ioanne: qui cum exemplar sanctitatis esset, dixit: Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti, &c. Et Paulus Apostolus: Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus. Et alibi: Christus Iesus venit peccatores saluos facere: quorum primus ego sum. Et sanctissimus ille fidei pater. Loquar ad dominu meum, cum sim puluis & cinis. Nec beatissima virgo super omnes angelorum choros exaltata esset, nisi prius infra omnes humiles seipsam abiiceret. Cum igitur beata mater promouenda esset ad tantam dignitatis celsitudinem: ideo profundissima humilitate decuit exornari. Verum enimvero si in hac re mundanum morem attenderis, videbis eum ad similitudinem falsi artificis operari. Nam quos mundus extollit, nullis iactis humilitatis fundamentis, cito corruunt. Et in hoc facile dignosces eos, qui vel à mundo, vel à Deo extolluntur. Quippe quos Dominus ad dignitates & excelsa munera eligit, ij suis officiis humiliter praesunt, & in suis honoribus, nec lata vnguem ab humilitate discedunt. At electi à mundo superbe imperant. Vnde beata virgo sicut dignitate omnes antecelluit: sic omnibus humilitate praestator. Et ita ab angelo salurata, & à Deo exaltata respondit: Ecce ancilla Domini. Nec mirum videri debet, quod in infimo statu aliquis constitutus humilis sit: sed illud maximum est, & omni laude dignissimum, vt inter honores & dignitates sedens, humilitatis documentum in ipso splendeat. Quod si forsitan dixeris Dei matrem non fuisse humilem, quia maior humilitas est honores à se abiicere, quam acceptare illos, vt est videre in illis, quibus episcopatus, & maximae dignitates offeruntur: quas renunt, & Christus humiliter se gessit, quado in regem illum voluerunt eligere. Quod si Maria humilis erat, quid esset, cur hanc dignitatem acceptauit? Ad quod attendas rogo. Aliter namque cum hominibus aliter cum Deo agendu, quia dignitates, quae ab hominibus tribuuntur, cedunt multoties in acceptantium dispendium & periculum. At quod Deus iubet, in nostram vtilitatem redundat, & humilitas est, id amplecti: esset autem superbum obicem apponere. Si autem Deo contradiceres venires arguendus superbiae, cum significares, Deum in praecipis errare, te vero non falli. Vnde Christus dominus merito Petrum reprehedit, cum nollet, vt eius pedes laueret. Existimabat Petrus, dominum id quod faciebat ignorare: quod genus superbiae est. Si magnum aliquis famulo suo praeciperet, vt in scabello sederet, volens illius pedes lauare, si tunc famulus resisteret, superbus esset: quia existimaret se recto consilio duci, dominum autem suum aberrare. Humilitas exercetur, cum de voluntate superioris constat ipsi obedientiam praestari: cum vero virgini diuina reuelatione constaret, illum esse angelum domini, & velle dominum virginem in matrem suscipere: quamquam ipsi videbatur tanti honoris esse indignam, tamen se ipsam diuinæ voluntati obtulit templum immaculatum. Potest etiam responderi appetitum nostrum honoris fictientem duabus indui virtutibus humilitate scilicet, quae retrahit ne voluntas aliquem honorem ambiat praeter debitum ordinem. Ex altera autem parte adest huic appetitui magnanimitatis virtus, quae animum addit & stimulum voluntati, ne dig-

*Esai. 45.*

*Esai. 45.*

*Psal. 71.*

*Esai. 6.*

*Psal. 39.*

*1. Reg. 3.*

*Psal. 107.*

*Genes. 1.*

*Matth. 1.*

*Psal. 86.*

*Prov. 2.*

*Genes. 3.*

*Ion. 1.*

*Dan. 14.*

*3. Re. 17.*

*Dan. 2.*

*1. Esai. 10.*

*2. Reg. 7.*

*1. Re. 25.*

*Exod. 28.*

*Ioan. 1.*

*1. Cor. 15.*

*1. Tim. 1.*

*Gen. 19.*

*Ioan. 6.*

*Ioan. 13.*

ne dignitatem subire timeat, quando illum Dominus confert in multorum utilitatem. Quae duae virtutes in sacra virgine micarunt: namque magnanima fuit acceptando dignitatem, quae futura erat remedium hu mani generis. Itē & humilitate fuit praecleara: quia nec dignitatem cupiuit, nec sollicita de illa fuit, sed ex diuina Domini voluntate virgini confertur. Quo facto non solum obedientiae & humilitatis exemplum dedit, sed etiam praecleara magnanimitatis, cuius munus est, alta & egregia sua lance conferre. ¶ Ostendit etiam animi sui fiduciam. Posset namque tunc temporis virgo Angelo respondere. Videas me parentes habere, quibus huius rei rationem sum redditura. Quid enim Ioseph vir meus dicet, si grauidam me viderit? Quid secum cogitabit? Si autem altruero opus esse Spiritus sancti, nequaquam distis meis fides dabitur. Iudicator blasphemata. Cōfidit virgo in Domino: & se omniaque sua in eius manus commendauit.

**Dan. 13.** pro nimia spe & fiducia animi sui. Sic de Susanna legitur, quod cum falso accusaretur, cor eius habebat fiduciam in Domino. Et denique vt breuius agamus in hac incarnationis historia nouem praeclearas & excellentes virtutes de virgine sacra narrat Euangelista. Virginitatem, cum inquit. Missus est Angelus Gabriel ad virginem. Vitae suae honestatem, cum dicit: ingressus Angelus ad eam. Verecundiam, his verbis. Turbata est in sermone eius. Silentium, his, cogitabat qualis esset ista saluatio. Prudentiam, vbi inquit. Quomodo fiet istud? Obedientiam. Fiat mihi. Humilitatem, seipsam domini ancillam vocans. Magnanimitatem: quia pro vniuersi generis humani salute matris dignitate acceptauit. Fiduciam, quia se tota Deo commisit. ¶ Postquam Angelus legationem suam absoluit, cum iam in virginis utero filius Dei esset conceptus incredibili laetitia, quasi licentiam postulans à regina sua, quam vt Dei matrem iam veneretur. *Dixit Angelus ab ea.* Crediderim ego maioris reuerentiae signa Angelum in discessu ostendisse, quae principio salutationis: nam prius futuram matris Dei cultum praebuit, postea verò ipsam veneratus est, vt pote quae iam reuera Domini mater effecta erat. ¶ Scias autem oportet praeter omnes virtutes enarratas sacram virginem excellenti charitate fuisse praeditam, quae regina est & princeps omnium virtutum. Nam protinus post angeli discessum, non montium asperitate detenta omni difficultate itineris aut laboris procul reiecta ascendit in montana. Proprium quippe charitatis ingenium est, omnia ferre, omnia inuisito animo tolerare. Abiit per loca aspera, inuia, & quae virum alio qui robustum & fortem à tanto labore possent detertere, vt visitaret Elisabeth: quia locus vbi Zacharias morabatur, altior erat Galilaeae, à qua recessit Maria. *Exurgens Maria abiit in montana.* Cum rex ad aliud regnum proficiscitur, nemini non est notum, quo professionem suam dirigat, ita vt nihil aliud in omnium ora incidat, quam regis professio, & omnes incedunt, dicentes. Quid sibi vult hoc inopinatum regis iter? Quod est modo negotium ita arduum & difficile vt possit regem à proprio regno & à propria patria commouere? Huius autem rei causa ea est, quia nobiles & principes in aliis locis & in sublimi sunt constituti, ita vt gressus eorum non possint non ab omnibus iudicari: & si aliqua-

do pro imbecillitate oculorum existiment se à nemine videri. Ecce nunc rex regum, & dominus dominantium proficiscitur in breui virginis utero à Galilaeae in Iudaeam, à prouincia in prouincia non deterritus itineris asperitate. Equidem non sine causa, non sine altissimo consilio tales ac tanti viatores iter aggrediuntur. Duabus igitur moti rationibus tendunt à Galilaeae in Iudaeam. Primum, ea voluntate motus vt ei operi initiū daret, ad quod in mundū venit, vt peccatores saluos faceret. Proficiscitur iam diuinus hic mercator animam Ioannis lucraturus. Incipit iam suo diuino redemptoris munere fungi: & initium facit libertatis peccati ab anima diuina Ioannis. Vnde postquam Esaias dixit. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, propter tantam natiuitatem Domini: subdit statim. Accelera, festina, praedare: antequam puer sciat vocare patrem, aut matrem, & praedam ab ore ipsius extrahet. Et in Psalmo egregius vates postquam de Christi natiuitate fuit loquutus, inquit. Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Et subdit. Exultauit virgigas ad currendam viam. Quod idem insinuat Matthaeus dicens. Cū natus esset Iesus in Bethleem Iudaeae ecce Magi ab oriente venerunt. Ac si diceret. Statim vt natus est Christus vocauit gentes, & venerunt ab oriente. Non distulit eorum vocationem, nec procrastinauit in distribuendis suae pietatis & misericordiae thesauris: nam nondum natus, Magis se ostendit: & nondum conceptus, Ioannem Baptistam vocauit. Certè inertia nostra & segnitates digna reprehensione non vacat: nam cum Christus ita diligenter segerat in nostra salute seruanda, nihil magis nos posteriori manitae mandamus cum sit nobis diuinus Paulus exemplum praesentissimum, qui inquit. Cursum consummaui. Et Dauid. Viam mandatorum tuorum cucurri. Bene igitur Esaias inquit. Depraedare, accelera, spolia. Nam si ad huc infantulus manibus & pedibus deuinctis, in ventre clausus, o sanctissime redemptor, talem praedam è draconis faucibus eripuisti: quid de te in Caluariae apertis brachiis poterimus expectare? Non possum equidem non mirari, o bene Christe, tuam istam sedulam diligentiam, & sollicitudinem: quae erga oues tuas lucrandas attulisti. Nam cū posses Ioannem à Nazareth sanctum efficere, & gratiam tuam illi conferre, dignatus es ad illum proficisci: vt maiorum donorum cumulo tibi deuinctus teneretur. Rectè Dauid in persona Ioannis inquit. Dominus sollicitus est mei. Non dixit, quod illius curam habebat: sicut rex suorum subditorum habet, aut alius quippiam, sed sollicitus est. Vt rectè verba verbis, & promissa promissis consonent. Quia non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel. ¶ In cuius loci consideratione gradum scitas oportet, & videas quanto odio peccata Dominus prosequatur: nam protinus vt in virgineo utero carnē assumpsit, incepit ipsum peccatum expugnare. Qui locum nihil aliud nos admonet, quam vt semper peccata tanquam perniciosissimam pestem detestemur, vel eo maxime quia Iesus Christus maximis laboribus, & tanto suae vitae discrimine id ab animabus relegauit. Quod si videre cupis quo gradu ipsum peccatum oderit, pluribus possem demonstrare: sed vt reliquis patientes aures mihi accommodes breuius

Apoc. 1

1. Tim. 1

Esa. 9.

Psal. 11.

Matth. 11.

2. Tim. 4.

Psal. 119.

Psal. 39.

Psal. 120.

Matth. 7

tecum

tecum agam modo. Itā dominus peccatum detestatur, vt illius causa filium suū interfecerit. Quae ratio deberet te ipsum ita conuincere, & commouere, vt nihil magis à te alicuiquam, quam flagitium committere. ¶ Secundo proficiscitur virgo in domum Zachariae, vt semper in illa maiora beneficia & honores cumularetur. Vult enim dominus vt virginis dignitas, & excellentia quae ab Angelis erat solum cognita, nota sit etiam hominibus, vt ipsa tanquam mater Dei laudetur. Postquam enim Angelus matris honore illam salutauerat, vult etiam vt à beata Elisabeth laudetur & debita veneratione colatur, cum dixit. Vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? Vbi diligenter aduertas obsecro, quantum adhibeat dominus diligentiam incolendis suis amicis, & in manifestandis mundo ipsorum virtutibus, quas ipsi propter humilitatis virtutem abscondunt. Quis enim valebit dicere, etiam si flumen ingenij pro animi sententia ei natura concesserit, quibus encomiis, quibus laudibus & honoribus sanctum Ioseph in Aegypto venditum extulerit? Quis beneficia Dauidi collata (etiam si lacteus eloquentiae fons illi foeliciter conigerit) poterit enarrare? Quis denique attingere audebit laudem Moysi narrationem, qui electus à domino fuit in ducem populi Israel? Nec mirum si tecum paratissimus sit id facere, si vanas mundi laudes non captaueris & soli Deo placere studueris. Namque officium domini & munus est, absconditis mundi inuestigare, vbi sanctis vitae documentis serui sui delitescunt, vt eorum nomina per totum terrarum orbem celebret & praedicet. Itaque exurgens beatissima virgo abiit in montana, non de verbis Angeli incerta, sed lumine caelesti illustrata dictis Angeli fidem adhibens: vt vel sic per eius aduentum ea Ioanni contingerent, quae Angelus Gabriel praedixerat, scilicet, vt adimpleretur Spiritu sancto. Quod autem verbo exurgeret videretur, hebraea loquutio est, aliquid agendum significans. Vt est illud canticorum, Surge prope amica mea. Et in Psalms. Surge domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuae. Et iterum. Exurge domine non prauealeat homo. Et exurgat Deus, & dissipentur omnes inimici eius. Et possemus idem sexcentis aliis locis comprobare. ¶ Quod si attentius hunc locum considerare velis, inuenies aliquid adhuc, quod possit in tuum lucrum & emolumentum cedere. Nam sicut beata virgo cum primum iter aggreditur montes & laboriosa loca inuenit, nec his omnibus ab incepto destitit: sic tu si aliquid virtutis opus facere inceperis, scias multos labores paratos tibi esse, multa obstacula & impedimenta, quae omnia leuissima esse debent, vt te ipsum possint deterere. Omnes namque qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patientur. Vnde iam te persuasum esse velim, vt nolis per mollia & blanda vitae tuae cursum peragere, nolis vitis & voluptatibus pacato animo indulgere: sed manu semper apprehende ea, quae difficilia & aspera sunt, vt per semitam virtutis recto tramite ad culmen gloriae valeas peruenire. Secundo aduertat, ne vquam difficultatis causa à bono incepto discedas: quia non sine labore ascenditur ad montana loca. Nam Saluatoris est dictum. Ardua est via, quae ducit ad vitam. Huius namque

gradum retrahit. Israelitae etenim audientes fertilitatem terrae promissionis gaudii sunt valde, & seipsos parauerunt, ad possidendam eam, & ad praeliandum: at postquam difficultatem & laboriosum iter inspexerunt ingenti timore sunt percussi. Tertio scias oportet non satis esse vt omnia tibi sint prospera & felicia, & quod nihil tibi desit: sed etiam est pernecessarium, vt fratrum & vicinorum tuorum curam semper habeas: vt & in laboribus & afflictionibus eos consolaris, & in necessitatibus liberali & amica manu eis subuenias. Abiit Dauid, vt visitaret fratres suos in proelio constitutos, & interfecit Goliath. Abiit etiam Ioseph, vt inuiderit fratres suos: & quamuis prius ueditus fuit, inde tamen consequutus est sedē regni. Licet etiam aliquando vitam contemplatiuam relinquere, vt actiuae possis ministeria praestare. Etenim etsi contemplatiua excellentior sit actiua, nihilominus multoties propter commodum proximi eam licet deserere. Vt est exemplum sacrae virginis, quae vt visitaret Elisabeth contemplationem reliquit. Nec intelligas magis meritorium semper esse contemplatiuam vitam, quam actiuam. Huius autem rei ratio est, nam meritum, charitatis perpendiculo mensuratur. Vnde cum aliquis ita feruidus in Dei amore actiuo operi possit incumbere, alius verò remisse & repide contemplationi vacare: inde manifesto elicitur eo casu actiuam vitam vt beatissimus Paulus dicat, se velle à suauitate contemplationis abduci propter salutem fratrum, quibus praedicandi munere maiorem dei partem consumebat: quod quidem actiuae vitae praeclearum, exercitium est, & magnū pietatis & misericordiae opus. Hae duae naque vitae ita mutuis officiis se adiuuant, vt nequeat contemplatiua dici, qui actiuae non succurrerit, videns proximum in necessitate constitutum. ¶ Quinto loco curandum tibi est, ne dona tibi à domino collata parca manu tuis fratribus communices. Ne tibi contingat, quod seruo illi in euangelio, qui damnatus fuit, eo quod talentum à domino traditum abscondit. Ad cuius rei recordationem te facile adducet pulchritudo & ornatus caeli, Sol, luna, stellae, arbores, & denique vniuersae creaturae: quae omnia sedulo ministerio, & sui creatoris mutui obediunt, & nobis suas virtutes communicant. Cur igitur dedignaberis tu, eruditione & doctrina tua alios instruere, non recordatus Pauli dictum. Dispensatores sumus ministeriorum Dei. Non dicit, Domini sumus, sed dispensatores. Voluit beatissima virgo donum Dei communicare Sanctis Zachariae & Elisabeth: vt eius aduentu Ioannes Spiritu sancto adimpleretur, & vt Zacharias & Elisabeth spiritu prophetico clari essent. ¶ Vt autem intelligas Deo esse seruendum non tepide aut ignaue, subdit statim euangelista virginē abiisse. *Cum festinatione.* Quid verba haec sibi volunt, vt virgo honestissima, itineris inimica, cubilis amatrix, cum tanta festinatione proficiscatur? Certè id altissimo mysterio non vacat. Ex omnibus, quae protinus & incitare & inuitare nos debent, vt in domini obsequium diligentes essemus, id vnum est, cū videamus pro eximio suo in nos amore, eum pigrum esse ad vindictam summam: liberalem autem & magnificum in venia condonanda. Nam cum primum primus noster parens

Num. 14

1. Re. 17. Gen. 37.

Rom. 9.

Matth. 25



*Gen. 3.* in delictū incidit, inquit scriptura, quod deambulabat Dominus ad aurā post meridiem: quando venerat sumptuosus de scelere vindictam. Non dicit scriptura, quod currebat, sed deambulabat: ut intelligas, pedetentim, & plusquam testudineo gradu incedere, cū vult supplicium infligere. Cuius rei exemplum videre licet. Nam cū esset in animo grauius in Sodomitas animaduercere ad Abraham loquitur, & fit illi obuiā: ut pro tam iniquo populo rogaret. Cuius voluntatis signū euidentissimū est, ut dixerit, quod si decē iusti in ciuitatibus illis inuenirentur, se relicturū illas ciuitates liberas & incolumes. Et cū decreuit vniuersum aquis diluuii subuercere, centū annis ante subuersionē id Noe manifestauit. Et Pharaonē septies monuit priusquam in mari rubro illum submergeret. Et Niniuitas etiā prius monuit & misit ad eos Ionā prædicaturū. Contrarium autē morem obseruauit, cū tendit sua misericordia cū aliquo vsurus: festinat, accelerat, sollicitus & anxius tendit. Nam Zachæo dixit, Zachæe festinans descēde. Quare cū festinatione? quia tendebat ad iustificandū peccatorem: in his autē quæ spectant ad misericordiā nō opus est mora. Et impio illi ac nefario Iudæ dixit. Quod facturus es, fac citius. Cupiebat iam piissimus Redemptor pretiū nostræ salutis persolvere. Et ipse Dominus ait. Baptismo habeo baptizari: & quomodo coarctor donec perficiam illū? Loquebatur de sua passione, & redemptione nostra. Sic Spiritus sanctus repente descēdit super Apostolos, eos sanctificaturus. Nec id silētio prætereundū quod centum & quinquaginta diebus diluuiū durauit, paucioribus verō aquæ defecerūt: ut ostenderet se magis pronū esse ad miserendum quam ad flagellandum, & vix ferre possit semper in punitione persistere. Et Esaias inquit. Prædicare animum placabilem domino, & diem vltionis Deo nostro. Vbi elegantibus verbis iam videris, vltionem vnica tantum die claudi, expiationem verō & misericordiā per anni spatium. Quod etiam idem Esaias confirmauit dicens. In momento indignationis abscondi faciem meā à te, & in misericordia sempiternis congregabo te. Perpēdas autem, quomodo indignatio per temporis momentum duret: misericordia autem sempiterna sit. Nec mirum si Dominus pronior sit ad miserendum quā ad vindicandum. Nec mirum etiam si piger & cum tarditate ad puniendum abeat, ad condonandū verō cum properatione. Nam si lapidē sursum velis in altum ædificium collocare magnis ingeniis, machinis, & funibus opus est. Quod si in centrū vsque velis eam proicere: non alia vi indiget, nisi vt à manu excidat, cum grauis natura deorsum sit tendere, leuis autem sursum. Itā sanē sicuti lapidi proprium est nulla facta mora descēdere: itā Deo proprium miserationibus vti. Vnde Ecclesia sancta diuino spiritu gubernata domino canit, Deus, cui propriū est misereri, semper & parcere. Peccatoribus irasci, & in eos animaduercere, opus Deo alienum est, ut inquit Esaias: quia ei aduertitum est ratione transgressionis mandatorū. Idē quasi coactus, & nostris flagitiis exigentibus dolens panit, ut ipsemet per Esaiam inquit. Heu consolabor super hostibus meis: & vindicabor de inimicis meis. Ratio autem cur domini proprium sit misereri, ea est: quia ad completam rationē effectus

misericiardiæ non requiritur actus, vel meritū nostrum, sed solum quod Dei est. Ad rationē autem effectus iustitiæ meritorum exigentia requiritur. Idē proprium est ei parcere & misereri, alienum autem punire. Vnde idem Esaias hoc domini, ingenium clarioribus verbis expressit dicens: Egreditur Deus de loco suo dum puniat. Et Ieremias in Threnis dicit non ex corde suo abiicisse filios hominum. Diligens itaque est dum miseretur. Hac de causa virgo beata properat in domum Zachariæ cū festinatione. Mouebat Christus gressus matris vt festinanter incederet, quia ibat ad parcendum peccata. Ad quid ō beata virgo cum tanta festinatione properas? Non certē vt aliquem occidas, non vt vindictam sumas, sed vt parcat, & vt misericordia vtatur. Ingenium hoc est filij tui, vt festinanter pergat ad condonandum, quod idem à te non esse alienum existimo. ¶ At nos ad nihil aliud videmur voluntatem Dei cognoscere, nisi vt in omnibus & per omnia aduersarij illi simus. Velocissimi namque sunt pedes nostri ad vindictam de illis iniuriis reposcendam, ad debita exigenda, & vt appetitus nostri semper adimpleantur, & vt voluptatibus nostris latissimus pateat campus. Diligens mercator surgit prima mane, vt diuitias sibi cumulet. Impiger extremos currit mercator ad Indos. Per mare pauperem fugiens, per saxa, per ignes. Et alius, vt illatam iniuriam vindicet, nocte diuque in cogitationibus eua nescit: itā vt velocissimo cursu vadat ad effundendum sanguinem. Et Sapiens inquit. Pedes impiorum ad malum currunt. Et Ieremias. Omnes conuersi sunt ad cursum suum quasi equus impetu vadens ad prælium. Mirum enim est videre quot, quanti que sunt, qui vel vno die, imō vnica tantum hora multos, & varios ascendunt equos vt celerius, vt breuius, & vt maiori impetu in infernum prolabantur. Currentes properant à peccato in peccatum, & mille sceditatum & abominatum genera inueniunt vt grauius, & vt crudelius contra se Deum incitent. Itā currunt vt brauium constituti videatur ei, qui prius ad illū miserum & infelicem locum appulerit. Vt autem Deo seruiant non est opus meis dictis, vt videas quam segniter se habeant in via mandatorum Domini. Non itā faciebat ille qui dixit. Viam mandatorum tuorum cucurri. Et Paulus, vt moneat nos in via mandatorum Domini esse incedendum inquit. Sic currite vt comprehendaris. Sed iam vltterius progrediamur vt innotescat nobis, quo tam properanter sacra virgo abeat. In ciuitatem Iudæ. Vbi erat domus Zachariæ. Et intrauit in domum Zachariæ. Qui senex & mutus erat. Vt nobis fieret exemplum eos, qui recta valetudine fruuntur, ituros esse, vt videant, vt consolentur & vt subueniant ægrotis & indigentibus. Itā vt in nobis adimpleatur illud. Non te pigeat ministrare in firmo, ex hoc enim in dilectione firmaberis. Et expende quod dicit, intrauit. Ingrederis tu domū amici vel familiaris tui nulla licentia impetrata, aut vt plerunque contingit hospite insalutato. At ignoti domum vt intrēs vel inimici, prius ad fores pulsas & clamas. Itā Dominus domum Zachariæ iusti, ingreditur sine pulsatione tanquam domum familiaris sui: quia ianuam apertam inuenit. At peccatorum ianuas prius pulsas, & foris

*Esa. 23.*  
*Thren. i.*  
*Hor. 1.*  
*Psal. 119.*  
*Prov. 1.*  
*Iere. 1.*  
*Psal. 111.*  
*1. Co. 9.*  
*Ecl. 7.*

ad postes stat, expectans & rogans an velint illi aditum præbere, vt amicitiam cum eis incant. Vt facile videre est in illo Apocalypsis loco: Ego sto ad ostium & pulso: si quis aperuerit mihi, &c. Fœlix ille nuncupari potest, qui portas animæ suæ patentes habet vt Deum excipiat. Et verē beatum eum dicere possis qui in corde suo nullū obicem posuerit, vt Dominus dignetur ingredi: tamen sunt multi eiusmodi ingenij & conditionis ad cuius fores per multū temporis spatium Dominus clamat, nec ipsi aditus datur. Quod si nos tāta dona & beneficia, quibus quotidie afficimur, vel aliquo obsequij genere penderemus, videremus certē quomodo amicorum suorum domos dignetur visitare, cū nec vocatus, nec inuitatus fuerit. Imō ipse est qui maximis bonis cumulatus, nos inuitat: vt videre licet in sacro euangelio *Luc. 19.* *Luc. 10.* *Luc. 19.* *Luc. 10.* *Ioan. 20.* *Luc. 24.* *Luc. 10.* *Matt. 10.* *2. Co. 12.* *Luc. 22.* *1. Cor. 9.* *Matt. 20.*

Lucæ, vbi legitur ad Zachæum dixisse. Hodie in domo tua oportet me manere. Sic etiam in domum Marthæ & Mariæ tendebat, vt beneficio hospitalitatis gauderet. Itā nec Zacharias nec Elisabeth domum inuitat, vt ad eos veniret: ipse tamen gaudens & libens proficiscitur: nam eius moris est, vt semper maximam & sollicitā curam adhibeat erga ea, quæ suorum amicorum sunt. Et salutauit Elisabeth. Quid dixerit, Euangelista non explicat. Sed ego crediderim alterum duorum dixisse. Pax vobis: vel, Pax huic domui. Primo salutandi modo vsus est Christus: secundum autem ipse docuit discipulos, vt ingredientibus aliqua domum eo vterentur. Hoc verō si male videret, quia vt inquit Augustinus, prius beati virginis fuit Christus magister, quam filius. Et idē quod postea docuit discipulos, docet & nunc matrem. Et si discipulis dixit: Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis: quanto potius id modo faceret, cū diuino spiritu matris lingua moueretur? Filius loquitur per os matris, & sicut postea ipse dixit pax vobis, itā & nunc. Hæc nostra salutatio debuerat esse, & hic loquendi modus: sicut Paulus multoties vt inquit in epistolis suis salutabat. Mundi, heu, vanitas Christi sermonis suffocat, & stultus iam habetur & irritetur qui ad exemplum Christi loquitur. ¶ Vbi virginis matris pietas iam venit multis nominibus prædicanda, quæ tantum sibi sumit laborem, vt congratularetur Elisabeth de Ioannis conceptione. Namque vera pietas potius congaudet de felicitate aliena, quam studeat iactare suam. Vnde diuino incensus amore Paulus dicebat. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Nec mirum si regis summi mater militis matrem saluter, & ministret vt sanctissimis humilitatis documētis nos instruat. Qui humilitatis magister inquit. Quisunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester seruus. Quod faciebat Paulus cū dixit. Cū liber essem ex omnibus, omnium me feci seruū. Quod idē piissimus redemptor adimpleuit, qui de seipso inquit. Non veni ministrari, sed ministrare. Et iterum. Ecce ego in medio vobiscum sum tanquam seruus. ¶ Verum enimvero hæc salutatio non tam dicenda est virginis ad Elisabeth, quam Christi ad Ioannem. Sed non potest non factum istud me ipsum in admirationem rapere. Id namque quod prius fecit Christus post incarnationem fuit Ioannem visitare. Nec dubitandū est, caprum

fuisse dominum Ioannis amoribus: quandoquidē protinus vt humanam induit vestē ad ipsum accedit. Rex Assuerus maiori fuit amore prosequutus Hufam ciuitatem, quā reliquis omnibus sui imperij, ea tantū ductus ratione, quia regni sui principium fuerat: vnde singulis annis ibi omnibus splendida cōiunia solebat facere. Dauid etiam nimio amore ciuitatis Sion tenebatur, & itā speciali privilegio illam suā esse vocabat, quia prior erat quam ipse acquisierat: & itā arcam fœderis eo tulit, vt arcæ præsentia, benediceretur ciuitas. Id namque quod magis diligimus, & maiori ipsius amore tenemur, maioribus afficimur beneficiis. Sic prior ciuitas quam Dominus expugnauit fuit Ioannes Baptista, & sui regni principium: & itā gratior & dilectior regi Christo præ cæteris aliis fuit. Nō magnū regem primo mane surgere ante ortam lucē iturus ad visitandū seruū: vbi coniunctio, magnam familiaritatem videtur exprimere. Nōne satis est seruum accersere? nō equidem si Dominus nimio ipsius teneatur amore. Ita Dominus sua præsentia Ioannem visitat: nec id immerito, cum dixerit Angelus eum magnum esse corā Domino. Hæc enim est differentia inter mediæ plebis homines & magnates: quod ad magnatum & nobilium domos vadit magister, eos dociturus. Christum docturū Apostolos ipsi sequuntur relictiis rebus & domibus: at in domū Ioannis magister cælestis properat, vt eum doceat. Vbi iam vides quomodo Dñs cum Ioanne agat tanquam cum magnate & principe regni sui. Vnde in maximam admirationē rapiebatur sanctissimus Iob, cū dixit: Quid est homo quia magnificas eū, aut quid? &c. Quis est, ō Christe sancte, iste Ioannes, qui cū sit homo tot, tantisque honoris ornamentis à te afficitur? Ad cuius cor nullo verborū strepitu & murmure itā loqueris? quem itā diligenter & sollicitè inquiris, vt ante diluculū illum visites: vt rectè admiretur Iob (vistas eū diluculo) nec in his gradum sis, sed subito probes illū? Quod si inquirat aliquis, quomodo probatur Ioannes; intelligat ita probari, vt Christi honor in ipsius manibus fuerit constitutus. Ecclesiam Dominus cōmisit Petro, & suum vicarium illum constituit: & matrem suam Ioanni Euangelistæ credidit, corpus suum Ioseph ab Arimathea, crumenam suam Iudæ: at honorem (qui totius humanæ vitæ pondus est & quo nihil pretiosius, nihil excellentius aut pulchrius hominibus existimatur) Ioanni Baptistæ tradidit. Namque cum rogatur, sit ne ipse Christus, clarè & verè respondit, nō esse; imō nec esse dignū, vt soluat Christi calciamenta. Quod si interrogationis affirmatiuā parè astrueret, nihil dubites, protinus ipsum tanquam Christum coli & suscipi. Vbi iam videris quomodo Christi honor rotus ab ore & responsione Ioannis pendeat. Et factū est. Ac si dixisset. Accidit vel contigit. Vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in utero eius. Cum spiritus Domini malus exagitabat Saulē (vt legitur in primo regum) accipiebat Dauid citharā, & statim spiritus nequam ab eo recedebat. Sic Christus velut alter Dauid accipiens, vt instrumentū sanctissimā matrem labia ipsius mouēdo propulsauit à Ioanne spiritum nequam: & sic ad virginis salutationē exultat infans in utero repletus Spiritu sancto.

*Hes. 8.*  
*2. Reg. 5.*  
*2. Re. 6.*  
*Matt. 4.*  
*Iob. 7.*  
*Ioan. 1.*  
*1. Re. 16.*



¶ Vbi iam expendere libet quàm magnam beneficium Domini fuerit incarnatio Christi, cum voluerit Spiritus sanctus tanto cultu & obseruantia per hunc puerum manifestari & celebrari: Docemur itidē, quid singuli facturi simus maiores natu, & ætate perfecti, quandoquidē inter breues corporis angustias puer iste clausus talē habuit obseruantiam. Exultauit gaudio, itā vt externis corporis signis internum gaudiū demonstrauerit. Si rex sanctus Dauid corā arca Domini constitutus canebat & saltabat, quo iubilo, quibus gaudiis credendum est virginem sacram, & Christum à Ioanne fuisse acceptos? Si gauisus fuit Abraham, hunc diem in spiritu videns: qui iam præsentē eundem habebat quid credas eum fecisse? O quam diligens seruus diuus Ioannes appellati potest, qui cum nondum cælū & terrā vidisset, iam cæli & terræ creatorē adorabat. Vix erat ei spiritus vitæ, & iam inerat spiritus gratiæ. Ab vtero matris præcursoris officio fungi incipiebat: nam cū esset homo ostendens Iesum digito dixit: Ecce agnus Dei. Sic modo cum intueretur illum oculis animæ, corporis obsequio eundem demonstrauit: & quem verbis salutare non potuit prophætico cognouit spiritu. Sicut enim in horologijs solaribus contingit, vt cum index vitio ex aliqua parte laborat, cum primum à magnete tangitur, statim correctus ad septentrionalem polum vertitur, certam horam designans: sic beatissimus Ioannes in ventre matris delitescens, Spiritus sanctū gratia tactus, digito Saluatorē indicat, & tempus iam aduenisse, in quo mundum perditum visitandum esse censuit, cum & rationis vsus ipsi diuino beneficio fuerit acceleratus. Vnde & ipsius pater Zacharias cum eo loquens dicit: Tu puer Propheta altissimi vocaberis, præbis enim, &c. Sed miraberis forsitan, quod de rebus tanti ponderis & momēti cū puero agat, nec puer cū sit, de puerilibus sit sermo: at neuiquā mirari oportet, quia etsi Ioannes infans erat non eū latent, quæ proferuntur à patre. Nam quæ quod multi viri iusti & sancti fecerunt adhuc ad senectutem peruenientes, ipse diuinitus adiutus à matris vtero præstitit. Mirū etenim non est, quod quis ad triginta vel quadraginta annorum numerum accedēs iudicio & intellectu polleat: at si his in vtero matris vtatur, omnē profus admirationem superat. Contingit enim frequenter, vt aliquibus viginti annis natis iudicium accedat, alijs triginta, alijs verò quadraginta, alijs verò post sexaginta & septuaginta nondum illud contigit. Nec mirum si post tempus hoc cū iam senescerint ornati incedāt, compti & perpolitī, & in idementiæ & stultitiæ genus lapsi sint, vt mulierum amatores efficiantur. At nostro Iōāni priusquam nasceretur, iudiciū cōtigit & vsus illius. Ab vtero materno dominum cognouit, & cubicularij ministerio præcipuo regi gloriæ Christo deseruiuit in cubiculo virginali vteri conclusus. Ventris abstruso recubans cubili, Senferas regem thalamo manentem. Sed mirabile est quod sequitur. Hinc parēs nati, meritis vterque Abdita pādīt. Quæ admodum enim antiquitus accepit Dominus de spiritu Moyſi, quem inter septuaginta viros diuisit: sic modo de spiritu Ioannis accepit, quem parentibus suis impartitus est. Tantum Moyses & Ioannes apud dominum meruerunt, vt ipsi alijs

etiam spiritū meruerint. Itaque non quia parēs Ioannis Prophætæ fuerunt, idē & Ioannes Propheta fuit, sed è diuerso intelligere debes. Et ex abundantia gratiæ filij patris aliquid in parentes redundauit, itā vt in sequentibus verbis subditur. *Repleta Spiritu sancto Elisabeth.* Nihil mirū si Christi aduentu & ipsius præsentia diuino spiritu, & multis alijs donis repleatur. Nā si olim Dominus præsentia Iacob multa bona contulit Laban, & præsentia Ioseph largitus est multa Putifar, Quāto potius Christi aduentu repleti debet Spiritu sancto Elisabeth? Et itā. *Exclamaus voce magna, & dixit.* Ex plenitudine internæ deuotionis in altas voces prorupit: nā que ex abundantia cordis loquitur. Qui Deū secū habet, de Deo loquitur: qui verò Satanæ spiritū, blasphemat, malè dicit, peierat, & proximi sui famā ignominiosis verbis intingit. Quilibet enim homo suo sermone satis aperte demonstrat, qualis sit, aut quo ducatur spiritu. Sicut es sono cognoscitur quale sit, & an habeat aliquod metallum, quod rationi sonitus non bene adaptetur: & quemadmodū si intus horologii rotæ bene cōpositæ sunt, etiam cymbalum foris deditum sonitū emittit itā etiā homo verbis rationi rectæ dissonis clarè demonstrat intus nullū ordinem in conscientia habere. At sancta Elisabeth, vt pote quæ plena erat Spiritu sancto, in Dñi laudes prorumpit: necnon sanctissimæ matris eius. *Benedicta tu in mulieribus.* Sunt mulieres benedictæ propter donū & aureolam virginitatis: & in veteri testamento propter fecunditatē. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Sed tu o sacra virgo maiore benedictionē es adepta: quia & intacta virgo exiſtis, & foecū diffimæ prolis mater. Vnde in Canticis dicitur. Omnia poma noua & vetera seruaui tibi. Pomum vetus est, matrē esse: pomum verò nouum esse virginem. Aliæ mulieres vel virgines sunt, vel matris munere funguntur, & propter alterū benedicuntur: sed tu alterutram benedictionem attingis, quia mater es & virgo. ¶ Non solum autem inter omnes benedicta quia mater est & virgo, sed quia vt beatus Hieronymus ait, cæteris virginibus præstat gratia per partes, Mariæ verò tota se infudit plenitudo gratiæ. Solent omnes virtutes diuise reperiri in cæteris mulieribus, sed in vna Maria omnes simul tanquam in cumulum conuenerunt. Nam si de hac recessum velis facere, nulla tibi tanta nature & eloquentiæ subsidia contigerint, vt possis foelici pede rem itā difficillimam pro sui magnitudine & excellentia exprimere. Etenim si vrbaniatē & humilitatē quæras, inuenies alterā Rebeccam à qua cū famulus ille Abraham aquā efflagitasset, respondit se non solū illi, sed etiam camelis omnibus libenter concedere. Si animi constantiam & iudicium ad gubernandum expetēs, quis hæc præstantiori modo habuit, quam Debora, Iudith, & Esther: quæ imperatorum officijs functæ sunt. Si prudētiam, quis maiore quam Abigail? Si hospitalitatem, nulla maior quam in Raab, & Sunnamite. Et in nouo testamento Lidia, Purpuraria, Thabita Priscilla, & mulieres illæ quæ Christum sequuntæ sunt insignibus virtutibus floruerūt. Paulus laudat Saræ fidē, quia fide concepit sterilis: sed dignior laude est sacra virgo, quia Sara risit, & virgo credit Angelo. Et idē dixit ei Elisabeth.

Gen. 31. Gen. 39.

Luc. 6.

Psal. 27.

Cantiq.

Serm. af. fump. virg.

Gen. 24.

Iud. 4. Iud. 14. Esther 5.

1. Reg. 25. Iosue. 2. 4. Reg. 4. Ath. 9.

Ath. 18. Luc. 8.

Heb. 11. Gen. 18.

Beata

Beata quæ credidisti. Itæ mulieres singulæ singulis virtutibus excellentes fuerunt: sed virgo Maria omnes quas temporis obliuio deleuit, quæque in posterum venturæ sunt facillimo negotio longo intervallo superat. Nam que ipsa sola omnes gratias, quas reliquæ habuerūt dispersas in cumulum comparauit. Quemadmodum egregius ille pictor Zeuxis graphicè & appositè volens Iunonis figuram depingere omnibus virginibus Agrigentinis inspectis, quinque illarum elegit, ex quibus quod præstantius & pulchrius erat penicillo expressit, vt imaginem absolutam & perfectissimā effingeret: ita Dominus pro admirabili sua sapientia omnes foeminarū perfectiones & gratias visus est in virginem matrem cumulasse, cuius splendescens corona vniuersum mulierū opprobrium abstulit, in qua sola plus reperitur eximia laude dignū, quam in omnibus vt vituperetur. Itaque excedit longo discrimine beata virgo reliquas alias mulieres, quarum laudes à sacra pagina decantantur. Vnde spiritus angelici alter ad alterum admirari dicebant. Quæ est ista quæ ascendit, pulchra vt luna, electa vt sol, &c. Sedes solis in medio planetarū habitat: tres subtes se habet, tres verò supra se. Itā sanè altiori ordine supra virginem nihil aliud pulchrius constitutum est, nisi diuinæ illæ tres personæ: sub se verò tres angelorum hierarchias habet, & omnia quæ à domino effecta sunt. Sic acēdit in mondana ludæa, pulchra vt luna, electa vt sol, & terribilis varia virtutum supellecile circummunta. Et idē meritissimò laude eximia inuēta est inter omnes mulieres. ¶ Ex quo loco iam aliud documentum tibi suboritur, vt semper probos laudibus afficias, & eorum virtutes insignibus ornatis prosequaris. Nam Angelus & beata Elisabeth spiritu diuino repleta in virginis laudes prorumpunt, & illam benedicūt, illud Ecclesiastici recordati. Laudemus viros gloriosos, & parēs nostros in generatione sua. Sed de his vberior alibi contingeret sermo: nunc autem historiam prosequamur, & dictis Elisabeth aures accommodemus, quæ vltius addit. *Et benedictus fructus ventris tui.* Quæ verba Angelus non protulit, quia tunc nondum beata virgo filium Dei conceperat: sed expensas obsecro differentiam. Nam Mariam benedictam appellat cum limitatione & restrictione inter mulieres dicens, at verò ipsum Iesum benedictum dicit, sine aliquo termino, sine limitatione nulla denique facta collatione. Vbi obseruabis, quod quando Deus in peccatum Adæ animaduertit, maledictionē intulit in serpentem: homini autem non maledixit, sed terræ propter eum. Cuius rei mysteriū est, nam Dominus bene nouerat se aliquando sumpturum carnem, quapropter humanam naturā noluit maledictionis nota inuere: fructus enim virginis multis benedictionibus erat afficiendus. Præterà Christus secundum vtramque naturam benedictus est, quamuis diuerso modo. Nam quatenus diuinitatis est compos per naturam benedictus est & sanctus. Iuxta illud: Benedictus es Domine Deus paterum nostrorum. Secundū verò humanam naturam per gratiam dicitur benedictus, quoniam plenitudo gratiæ ipsi fuit collata nullis terminis, aut mensura clausa. Sed id adueras, quod fructus non benedicitur propter arborē, sed arbor propter fructum. Vnde Christus nō matris causa benedicitur,

Cant. 6.

Eccle. 44.

Gen. 3.

Dan. 3.

imò mater ipsius causa absoluta & perfecta benedictione decoratur. Quapropter coniunctio, & valet pro, quia. Ac si diceret: Benedicta tu in mulieribus, quia benedictus fructus ventris tui. Consequitur namque scriptura coniunctio, & accipere pro quia vt hic: & in Marci euangelio, vbi dicitur: Annuntia illis quanta tibi fecerit Deus, & miseratus est tui: id est, quia miseratus est tui. Et in Psalmo. Da nobis auxiliū: & vana salus hominū, id est, quia vana salus est ab homine. Et Esaias: Tu iratus fuisti, & nos peccauimus: id est, quia nos peccauimus. Et in Ioanne habetur Christi dixisse, scio illum, & mandata eius seruo. Sic etiam illud intelligendū esse puto. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus, id est, quia in terra pax: quæ contigit pro bona Dei voluntate erga homines, aut hominū erga Deum. Quem locum itā interpretatur Gregorius Nisenus in homilia natalis Domini. *Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Quemadmodum Ruth mirabatur quādo venit ad Booz, dicebat enim: Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos: & nosse me digneris peregrinam mulierem? Petrus etiam expauescens Christi præsentiam dixit: Exti à me Domine, quia homo peccator sum. Et Centurio, ipsius maiestatem admiratus dixit: Domine non sum dignus, vt intres sub rectum meum, &c. Sic sancta Elisabeth cum solis & lunæ claritatē intueretur, suæ paucitatis venit in cognitionē: & itā his verbis exclamat: Vnde hoc mihi? Duos humilitatis modos esse comperimus. Alterum ad quem deueniūt serui & ministri sustibus & flagellis icti, quæ humilitas tribulationum, & persecutionum causa in eis nascitur: quæ potius humiliationis (vt itā loquar) & abiectiois nomen meretur, quā humilitatis. Alter est nobilis & vrbanus qui nō tantum coactione, & vi fit, quantum bono hominis arbitrio. Hanc humilitatē habuit beata virgo, Ioannes, & Elisabeth. Miratur aliqui diuum Ioannem, cum itā humilis, itā sanctus, & omnibus gratissimus fuerit: sed ego in maiorem admirationē rapior, quare humiles non sumus, quando itā peccatis & flagitijs sumus detenti. Peccatori namque facile erit suum humilitatis fontē inuenire, quia in medio sui locatus est. Tamen in his qui innocenti & immaculata vita vixerunt, vt Ioannes & Elisabeth, vnde hoc principium & ortum habet? A Deo quidem, & è cælo manat & à consideratione diuinæ potentie & magnitudinis. Animaduertas rogo id virorum proborum & rectorum ingenium: nam quæcunque ipsi habent & possident, omnia existimant à Deo sibi tradita esse, nihilque boni suis viribus comparasse. Si ferrum igne accensum cum ipso igne vellet competere, vti que diceret ignis: quod tibi mutuatum & emedicatum à me est deponere: & statim videbis quantū valeas, & quousque tuæ se extendant vires. Sic viri sancti & iusti, quanto Dei altiorē cognitionem sunt assequuti: tanto humilior & abiectior de seipsis iudicant, & sentiunt. Quo circa sanctissimus & humillimus Iob dicebat: Oculis meis videri te, propterea ego in cinere & fauilla poenitentiam ago. Quia Domine vidi & cognoui quam magnus & potens sis, propterea me ipsum puluerem iudicavi. Gloriarur quis maximè de suis natalibus, & aliquid imperium

Ma. 11.

Psal. 59.

Esa. 64.

Ioan. 5.

Luc. 2.

Ruth. 3.

Luc. 5.

Matth. 8.

Iob. 42.

2. Reg. 6.

Ioan. 8.

Vide Augustinū ser. 3. 108. Bap. Ioan. 1.

Exod. 28.

tium habere videtur: at si iste ad regis vel imperatoris curiam accedat, statim suae incitiae & amicitiae in cognitionem venit, nec vlla collatione cum his, quae diximus habere. Nobilis quippe si à propria patria non recesserit magnum se existimat, & potentem: in curia vero cum nemini notus sit, parui ducitur & habetur. Ita nimirum quantumvis aliquis homo potentissimus & ditissimus sit, si cum domino velit comparari nomen potius amētis & insipientis subibit, quam aliquid faciat, ex quo vel minimum laudis sibi comparet. Nam cum longo discrimine à Deo distemus, ideo fit, ut nostra aetimatione & iudicio plurimi ducimur: & hinc superbia nostra orrum ducit: tamen si ad diuinum illius fontis lumen accedamus, nihil nos esse fatibimur. Vnde factum est, ut qui iustiores & sanctiores erāt, potissime de humilitate gloriabantur: ratio enim quis sibi humilior videtur, quanto propinquior & coniunctior est Deo. Sic Abraham. Loquar ad dominum meum cum sim puluis & cinis. Vnde fit, ut beata Elisabeth cum sanctissima esset ita humiliter & reuerenter loquitur: Quia repleta Spiritu sancto ipso inspirante matrem Dei cognouit. Edocta namque diuino Spiritu cognouit illam, & hominis & Dei esse matrem: quo fit, ut tanta reuerentia & obseruantia puerum & matrem coleret. At tu cum Deum ignores, nulla obseruatione & reuerentia erga illum vteris. Veluti rusticus & agrestis, qui obuius regi fit, nulla veneratione illum afficit, cum incognitus illi sit. Anima nostra multoties ipsum Deum contemnit: quia altitudinem ipsius non attingit, nec vquam quis sit, cognouit. Nobilis autem, qui semper & regem alloquitur, & in ipsius ministerio diu vixit, maxima veneratione & reuerentia ipsum regem veneratur, cum & illum cognouerit, familiariter egerit, & denique cum nimio ipsius amore teneatur. Sic viri sancti & iusti, utpote qui in regia aula nutriti & educati humiliter ipsum colunt: at peccatores qui à modum similes sunt rusticis hominibus in syluis educatis, quibus semper custodia porcorum sibi cura est, Deum & Dominum suum despiciunt, & ipsum nulla veneratione prosequuntur. At beata Elisabeth virginis matris dignitatem considerans, summa reuerentia exceperit illam. Vbi discere oportet, ut non negligenter, non ignaue, sed attentissime virginem beatam colas & obserues. Nam si à tota caelesti curia summo venerationis studio prosequitur: quanto potius nos, qui virtutis sumus inopes, studio sistimè illam venerari oportet? Ex verbis sanctae Elisabeth aperte colligitur Christum redemptorem nostrum instanti suae conceptionis perfectum fuisse hominè: nam ista verba prolata sunt paucis diebus post incarnationem: sed si imperfecta proles inchoatio esset in virgine, sicut & in aliis mulieribus, in quibus transeunt saltem quadraginta dies antequam corpus infantuli organizetur, & anima infundatur, tunc beata Elisabeth, imò diuinus spiritus, qui ipsius labia mouit, non dixisset mater domini mei, sed mater embryonis. Vide etiā, quibus laudibus, & encomiis sacra virgo ab Elisabeth tam b. cuius & tucantibus verbis extollatur. Aliqui dicunt sacros Evangelistas in virginis laudibus laconice fuisse v. s. Qui certe nulla verosimili ratione mouentur, quia etsi in eius laudibus pauca verba cumularunt, nihil secius hac tanta breui-

tate altissimas & heroicæ ipsius virtutes decantant. Quibus obscuro verborum ambagibus, aut quibus eloquentiae & facundiae luminibus altius possit extollere virginis matris encomia sacer Euangelista Matthaeus, quam breui loquuo illo. Ex quo natus est Iesus qui vocatur Christus? Quid magis supremum, quid diuinius, aut excellentius de illa possit canere? Equidem vnicò verbo id omne protulit, quod in pura creatura laude dignum inueniri potest. Sic in isto loco beata Elisabeth, cum Mariam matrem Dei appellat, tacite dicit virgini matri maiorem gratiam fuisse collatam, quam purae alij creaturae. Itaque esse Apostolum, Euangelistam, Prophetam, Martyrem, Angelum, Seraphim, & Cherubim, velut nihilum reputabis hæc omnia, si matris Dei dignitatem cum illis velis componere. Nec mirum si hæc constanti animo asseramus, quando nobiscum confertur Angelicus Doctor ditus Thomas, qui dicit, matrem Dei infinitam dignitatem habere, propter infinitum bonum qui Deus est. Nihil enim beatius & egregius, quam mater Dei in quantum terminatur in Deum, quia finis & terminus dignitatis virginis, Deus est. Et hoc esse matrem Dei excellentiam quandam magnitudinem, atque dignitatem supremam securam assertit. Nam cum cuiusvis mater significet illius esse authorem & principium, quamuis non actiuum, sed passiuum principium sit: sic mater Dei esse aliquo modo principium, & rei causam & authorem Dei denotat esse, in quo Deus aliquo modo virgini subiectus existit, quia eius filius est. Quo circa noster Lucas dixit, Christum subditum fuisse virginis. Nihilominus quauis omnia hæc dicta sint humanitatis titulo, etiam meritissimo & pleno ore matrem Dei illam appellamus: nam etsi hominem concepit, hic homo Deus etiā erat. Res equidem non parua admiratione digna, nam beata virgo vnicò solo partu præcipuum locum, & magis excellentem inter omnes creaturas obtinuit, ita ut nihil sit illi æquale, nisi solus Deus, qui virginem super omnem modum excedit. Nec mireris si Ioannes in Apocalypsi illam viderit amictam sole iustitiae Christo redemptore nostro, & sub eius pedibus lunam: quia vniuersæ creaturae, quæ mutabiles sunt sicut luna, inferiores sunt illa. Graphicè igitur, & apposite beata Elisabeth virginem laudauit, matris domini titulo, ex quo omnes excellentiae, immunitates, gratiae & priuilegia ipsi concessa tanquam à suo fonte & origine dimanarunt. Vbi iam aduertite liber, quomodo magnam illud & diuinum incarnationis mysterium vniuersis hominibus absconditū mutuo à duabus sanctis mulieribus explicetur & proferatur. Cuius facti non possum non magnopere mirari, cum apud Plurarchum legerim libro de vitis illustribus Catonem illum Cenforinum dixisse: se de tribus facturum poenitentiam, si aliquando per totum vitæ suae spatium illi contigissent. Quorum primū erat si mulieri aliquid arcanum aliquando decessisset. At contrarium factum videmus à Christo, qui & sapientior & prudentior erat Catone: mysterium incarnationis humanæ omni sapientia incognitum duabus mulieribus reuelauit, & de quo inuicè ab illis confertur. Nam quando mulieres sunt prudentes, non inconuenit negotia illis pandere, cum audiamus Ecclesiasticū dicentem. Mulier sensata & tacita

Matth. 1

1. par. qd  
25. ar. vl  
imo ad

Luc. 2

Apoc. 12

Eccle. 26

Genes. 3.

Ioan. 1.

Gen. 25.

2. Re. 6.

Matth. 2.

Matth. 13  
Col. 3.  
Luc. 19.

Psal. 41.

& tacita non est immutatio eruditæ animæ. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata. Sed iam opus est attentas aures Elisabeth præstare. *Ecce enim ut facta est vox saluationis tua in auribus meis, exultauit in gaudiis infantis in utero meo.* Protinus, ut facta est vox. O quam mirum & cunctissimum est opus diuini Spiritus. Statim, ut facta est vox. In illo instanti, eo temporis momento, quo vox facta est, gaudium infantis nascitur: quia statim ut vox aurium intima penetrauit, eodem temporis articulo virtus spiritalis attingit cordis penetralia audientis. Nec solum genitricem, sed & gentium Dei amore aduenientis accendit. Profluit puer nondum natus, velut occurrere gestiens domino suo, ac debitum honoris officium exhibere: & applaudens voci, quæ Adam in paradiso timuit audire. Adam de publico in absconditum fugit: Ioannes vero de abscondito in lucem gessit, ut omnibus manifestet agnū, qui tollit peccata mundi. Sentiens Ioannes Domini præsentiam, exultat: Christus largitur illi gratiam, Ioannesque ipsi gratiam rependit ob acceptum beneficium: ita ut vterque infans inuicem certabant, alter gratiam tribuens, alter vero gratum animum ostendens ob acceptum beneficium, & in posterum ardentissimi obsequij signa demonstans. Quorum infantum pugna longo distat discrimine, ab ea quæ fuit inter Iacob & Esau. Pugnant namque illi vter esset prius in lucem euasurus: at certamen istud amoris pugna est. Vbi aduertas oportet: ex hoc motu Spiritu sancto reuelante matrem collegisse diuinam virtutem in puerum esse infusam ob maximam reuerentiam in eius conditorem. Erat quippe Hebrais mos in diuino cultu motum corporis ex spiritali læticia colligere. Vnde legimus hac incredibili animi exultatione Dauidem coram arca Domini saltasse. Existimabat namque gloriosissimus ille vates rem dignissimam esse deposito regali sceptro coram arca testamenti tripudiare. Quanto rogo meliori iure coram arca viua oportebat externis signis, internum animi gaudium demonstrare? Nam si Magi illi (ut refert Matthaeus) videntes stellam, gaudium magno sunt gauisi: quid illum facere oportet, qui iustitiae solem verum præsentem habebat? Quod si euangelicus ille negotiorum inuento thesauro, præ gaudio nimia abiit & vendidit omnia quæ habuit, quid deceat Ioannem facere, cum iam sibi inuenisset fontem illum, in quo omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei sunt. Quemadmodum enim Zachæus ingenti spiritus gaudio Christum excepit: sic oportebat, ut lætus & gaudens ipsam suscipere, ita ut signa interioris lætitiæ in externa prodirent: in quo motu ipsa Elisabeth Spiritu sancto reuelante, cognouit Christum esse clausum inter breues virginis vteri angustias. Vbi diligenter obseruandum est, quomodo ad Christi & ipsius matris aduentum, & Elisabeth & Ioannes exultant. Nemo quippe verè exultare potest, nisi Christi præsentia. Omnia læta, omnia felicia, tranquilla & tuta sunt Christo præsentem: quia ipse perfectum & absolutum est gaudium animi nostri: at verò sine ipso omnia tristitia & misera sunt. Nec mirum si ipse regius vates ita absentiam Domini lamentetur, dicens: Fuerunt (inquit) lacrymæ meæ panes die ac nocte. Sed quid est in causa, quod huiusmodi lacrymas ita fuderit Dauid

sanctus? Si ab ipso quaesieris respōdebit tibi. Dum dicitur mihi quotidie: Vbi est Deus tuus? Nihil aliud restat miseris peccatoribus, qui propter scelera & flagitia exterminati sunt à Domino, nisi suam tristitiam & solitudinem dignis lamentis celebrare. Exemplum huius rei appositissimum in sacris literis erit nobis, filius ille prodigus, qui domum paternam egressus, nihil aliud inuenit nisi famem, miseriam, & dolorem: at reuersus inuenit vitulum faginatam, tympana & choræas. Ità sanè peccator si à domo domini fugerit: non valebis numerare quot ætūnas, quot miseras, quot calamitates & angustias sibi paratas habet. Verum si ad paternam domum in animo fuerit reuertus, omnia gaudio plena sine dubio inueniet. Sed quid de te dicam infans, qui per huius mundi denia & peritura lætitiā quaeris: cum fieri non possit, ut in his vera lætitiā & gaudium possit consistere? Reuertere, reuertere, ne ita cæcus in miserias inferni tenebras incidas, & solum Christum quaerere vbi verum iubilum, propriam sedem habet. Sed de his inferius in parabola filij prodigi contingeret sermo. Vterius verò operapretium est aduertas, non solum dixisse beatam Elisabeth, in fans exultauit, sed addidit, in gaudio, quod quidem digna consideratione non vacat. Omnes namque tam boni, quam mali lætantur & gaudent: sed id est discriminis, quod boni exultant in gaudio, mali vero minimè. Id enim de peccatoribus in Proverbiis dictum est. Lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Sed pro dolor, gaudet peccator quia illam iniuriam digna compensatione vindicauit, alius vero quia obscœnum & iniuriam suorum desideriorum pelagus expleuit: & tandem alius, quia cum diuitias sibi undus coquu piseret, eas sibi comparauit. Sed ut vera dicam, hæc lætitiā & exultatio vana est, quæ à rebus infirmis & perituris suam originem ducit: exultatio autem iusti firmum & stabile subterniculum habet in gaudio interiori rectæ & immaculatæ conscientie. Vnde diuinus Paulus: Gaudium nostrum (inquit) hoc est, testimonium conscientie nostræ. Ideo enim mundi gaudium nullius momenti est, quia infirmum sibi iacet fundamentum: quo fit, ut citò cadat & areseat. Desitit Ismaeli aqua, qui filius erat Abraham secundum carnem: tamen Isaac non defuit, quia filius spiritualis erat. Mundi solatia, & gaudia carnis facile carnalibus hominibus finiuntur: tamen iustorum gaudia fontes sunt aquæ viuæ perpetuè scaturientes, sicut putei Isaac, qui nunquam exhausti sunt. Vana enim mundi oblectamenta & voluptates minimè animi interiora attingunt. Nam si adusta febris laborat: guttas minimas aquæ dederis, ut palato satisfaciatur, nequam sitis extinguitur, imò magis ac magis videtur exardescere: quippe nimius calor guttas illas minimas prius consumit, quam ad stomachum perueniant. Ità non dissimiliter malos & flagitiosos mundi voluptates non satiant: quia non vterius, quam ad corporis sensus pertraeunt. Nā si homini fame pereuntibus horum multitudinē in pectus coniceres, utique famē illius non subtraheres, quia eibus in loco suo non est repositus. Quod quidem manifesta ratio conuincit, cum famem intra ipsam hominem sit, eibus autē exterius adsit. Sic nimirum gaudium & voluptas in corde sunt, & omnia

Luc. 16.

Cap. 15.

Prov. 2.

2. Cor. 14

Gen. 16,  
Gene. 26.

ista bona mundi, quæ perfectam lætitiã non generant: at gaudium animæ perfectum est, & idcirco iusti exultant in illo, quemadmodum Ioannes: quæ quidẽ exultatio propria est iustorũ. Sed iam illam vltierius procedentẽ audiamus. *Et beata quæ credidisti.* Virtutis fidem in ipsã commendat, quæ veluti annulus est, quo anima Christo coniungitur, quam beatissima virgo Dei genitrix, & sponsa gloriosa mirabili & supremo modo habuit. Nam cum fides lumẽ quoddam sic animæ nostræ in caligine mundi huius degenti, clarum est beatã virginem præ omnibus fuisse illuminatã, quãdo fidei lumine super omnes illustrata fuit. Beata autem dicitur, quia credidit: quia cognitio per fidem, inchoatio quædam est cognitionis beatæ in patria: ipsum quoque credere ex charitate meritorium est beatitudinis cõsummatæ, & ad illud dirigitur tanquam meritũ ad præmium. Quemadmodũ enim clara & aperta visio summi illius rerum omnium conditoris in ciuitate illa sanctorum patriæ beatitudo dicitur: itã sanẽ cognitio fidei & beatitudo viæ, quia initium est beatitudinis, beatitudo nũcupatur, quæ auriga est ducens nos in ciuitatẽ illam Ierusalem cælestem. Sicut enim fructus in virtute sunt in semine: sic in virtute continetur beatitudo nostra, & foelicitas in fide. Omnium primum est credere, vnde diuinus amor continuo proficiscitur & deriuatur: amorem verò ipsa opera sequuntur: ex operibus verò in diuina amicitia factis foelicitas & beatitudo nostra confurgit: quo fit vt merito credentes beati dicantur. Vnde facillimũ est colligere fidei cognitionem præstantiorẽ esse, quacunque alia scientiarũ & rerum omnium notitia: quia hæc nullam foelicitatem stabilem secum afferunt, illa verò beatorum in patria cælesti nos efficit. Quæ ratione ductus Spiritus sanctus in Canticis Ecclesiam laudat, dicens: Meliora sunt vbera tua vino. Multum interest inter lac quod infantulus ex matris vberibus sugit, & vinum: quia quando vinum bibimus, cõtinuo nobis innotescit quem colorem foriatur, album sit necne, vel rubrũ, vel flauum: at puer neutiquam percipere potest cuius coloris sit lac. Omnes humanæ scientiæ veluti Philosophia, Astrologia, Cosmographia, & scientiæ illæ quæ de rebus humanis tractant, sunt veluti vinum, quæ & ipso experimẽto cognoscuntur. Nam si tibi dixerit Philosophus, nihil esse vacuum in natura, vel cælum esse rotundum, vel minimam stellam maiore esse terra: vel alias similes propositiones, nullo modo illi fidem adhibebis, nisi id tibi firma ratione probauerit. Itaque quando his propositionibus assentiris, oculis internis ipsius intellectus eas conspicias: nam alias non præstares illi fidem. At si fidelis homo dicat tibi Deum esse trinum & vnum, si huius rei rationẽ petas, nulla tibi reddetur, quia trinitas in diuinis nulla ratione naturali tibi probabitur. Eodẽ pacto neque aliquis tibi probabit vlla ratione naturali quantumuis subtili & peregrina aliquẽ articulũ fidei. Et ideo aduertere oportet fidem esse veluti lac, quod ex vberibus sancti spiritus nostræ matris ecclesiæ sugere oportet, captiuantes intellectum in ipsius obsequium. ¶ Sed nunquid puer dicit matri, cum ab ea propriis vberibus lactatur, vt ostendat illi cuius coloris sit lac? minime. Sic nimirum tu nulla ratione licet, vt ab ecclesiã postules, quid est quod credis, aut quo-

modo id propriis oculis cognoscas. Sed potius audire debes principem Ecclesiæ Petrum tibi dicentem. Quasi modo geniti infantem sine dolo lac concupiscite. Bene igitur & eleganter inquit. Meliora sunt vbera tua vino. Ac si clarius diceret. O sancta Ecclesia catholica, quod filiis tuis docendum proponis, omni scientia præstãtius & excellentius est. Fides igitur melior est quam reliquæ omnes scientiæ naturales. Sed iam id percontari libet qua ratione præstantior, & excellentior sit? Ea sanẽ, quia in fide & propter fidem digni sumus premio, aliis verò scientiis nihil meremur. Sed si à me roges, si Lunam dixerò maiorem quam terram esse, idque probauerò tibi ratione naturali: si meis rationibus assenseris, mereris aliquid? Nihil prorsus. Quod si itidem in natura nihil esse vacuum dixerò, & manifesta experientia tibi comprobauerò: qua mercede ob id rogo ero dignus? nulla certẽ. Tamen si Deum optimum maximum, dixerim tibi mortem libenti animo subisse, & mortuos iterum debere resurgere, quid mererò? vberam illam foelicitatem. Meliora igitur sunt vbera tua vino, quia meliora sunt ea, quæ homines beatos faciunt, quàm illa, quæ foelices reddere nequeunt. Beata igitur Maria quæ credidisti, & assensum præbuit his, quæ omnem prorsus humani ingenij capacitatem superabant. Beata enim es, quia hæc tua fides initium est illius beatitudinis, quam postea tanto angelorum gaudio, & cælestium spirituum iubilo consequutura es. ¶ Sed iam etiam opus est aduertere, beatam virginem non laudari ab Elisabeth ob grandem diuitiarum supellestem, aut propter mundi huius prosperitatem: quemadmodum consueuerunt facere mundani, & amentes homines qui dixerunt: Beatus populus cui hæc sunt: sed eam commendat ob eximias, & admirabiles virtutes, quæ in ipsa reucebant, & præcipuè de fide, quæ radix est omnium aliarum virtutum. At multo aliter mundus, qui carnis pulchritudinem laudat, vitia & peccata, vt solent facere scurræ & gnatores, qui principum & magnatum pessimos mores eximias laudibus prosequuntur, vt eorum bonis stomacho suo satisfaciant. ¶ Idem obseruandum est in hoc loco, quod ex his, quæ hic loquitur sancta Elisabeth ostendit perfectum habuisse spiritum prophetiæ. Triplex namque est (vt optime explicat D. Gregorius) spiritus prophetiæ de præterito, de præsentem, & de futuro. De præterito prophetauit Moyses cum dixit: In principio creauit Deus cælum & terram. De futuro Esaias dicens: Ecce virgo concipiet & pariet filium. De præsentem verò cum Paulus dixit: Si autem omnes propheterant, intret autem quis infidelis, vel idiota conuincitur ab omnibus: diudicatur ab omnibus, occulta enim cordis eius manifesta fiunt. Cum dicit, occulta cordis eius manifesta fiunt, ostenditur per hunc modum prophetiæ spiritum non prædicere quod futurũ est, sed quod iam est. Rectẽ prophetia dicitur, non quia prædicat ventura, sed quia prædicat occulta. Ventura enim res venturo tempore occultatur, præsens autem cogitatio absconditur in latenti corde. Est enim prophetia præsens, cum res quilibet non per animum, sed per absentem locum regitur, quæ tamen per spiritũ denuciatur: & ibi sic præsens prophetantis animus, vbi per præsentiam non est corpus. Nam Giezi longẽ

1. Pet. 2.

Psal. 143.

Homi. 1. super Ezech. Gen. 1. Esai. 7.

1. Co. 14.

4. Reg. 5.

à propheta recesserat cum Naaman Syri munera perciperebat, cui tamen idem propheta dixit. Nonne cor meum in presenti erat, quando reuerfus est homo de curru suo in occursum tui? Itaque manifestò colligitur beatam Elisabeth de præterito prophetaffe, cum dixit: Beata quæ credidisti, scilicet, verbis angeli. Nouit enim illustrata diuino Spiritu habitum colloquium inter angelum & virginem. De præsentem verò prophetiã explicuit, cum dixit. Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Namque diuino spiritu cognouit illam, quam oculis intuebatur esse matrẽ Dei & hominis. Prophetiam etiam de futuro pandit, cum virginem nunciauit, adimplenda esse quæ Angelus illi promiserat, dicens: *Quoniam perficientur quæ dicta sunt tibi à Domino* Quia verbis angeli integrã fidem præstidisti, omnia dicta tibi ab angelo suo tempore à domino complebuntur. Obserua autem quod ex fide duplici modo procedunt opera perfectionis & miraculorum. Primum per dispositionis modũ, quia fides est dispositio ad operationes perfectas, & naturam transcendentes. Quippe grande & superbum ædificium nequit stabili, nisi prius firmissima fundamenta fuerint iacta. Oportet igitur fidem stabilem permanere, in eo qui perfectus operibus illam corroborauerit. Idcirco diuinus vates. Omnia opera eius in fide. Quia verò Maria firma stetit in fide, credens angelo nuncianti ex parte domini, inde factum est, vt in ea diuina & mirabilia opera facta fuerint. Alio modo procedunt opera per modum meriti. Nam multorũ fides meruit, vt Christus in eis operaretur & exterius & interius. Vt videre licet in Magdalena, Cananæ, Centurione, Paralytico, & in multis aliis, qui propter fidem in pristinam valetudinem sunt redacti. Sic etiã beatissima virgo fide meruit, vt in ea perficerentur quæ dicta sunt ab angelo. Optime igitur hæc diuina miracula tribuit fidei beata Elisabeth, dicens: Beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea, &c. ¶ Sed iam rogo quid erat quod adhuc restabat perfici, an non iam erat mater Dei? Audi. Octo dixerat Angelus virgini Mariæ, & vnũ tantum cum hæc loquebatur ei Elisabeth, erat adimplendum: alia verò septem adimplẽda & perficienda erant. Primum dixit Angelus: Ecce concipies in utero: quod iam peractum erat. Secundo dixit, & paries filium: quod adimpletum fuit in Christi natiuitate. Tertium dixit: Et vocabis nomen eius Iesum: hoc impletum fuit in eius circumcisione. Quartum dixit: hic erit magnus: quod sanẽ tunc temporis factum est, quãdo Christus in signia miracula faciebat & prædicabat: nam tunc effectus est magnus coram hominibus, qui dicebant: Propheta magnus surrexit in nobis. Quinto loco dixit: Filius altissimi vocabitur, quod factũ est quãdo Petrus, Martha, & Centurio dixerunt illũ esse filium Dei. Sexto subdidit. Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius: hoc quidem adimpletum est post resurrectionem, cum ipse discipulis dixit: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Septimo: Regnabit in domo Iacob in æternum, quod factum fuit cũ assumptus est in cælum, & sedit à dextris altissimi. Octauo dixit: Et regni eius non erit finis. Regnum eius (vt inquit Psal. 144) quotidie videmus adimpleri, nam Christus per se-

Psal. 32.

Luc. 7. Matt. 15. Matth. 8. Ioan. 5.

Luc. 7.

Mat. 16. Ioan. 11. Matt. 27. Matth. 28.

Mat. 15. Psal. 144.

culorum omnium immortalitatem, supremus iudex regnabit. Vides igitur quam rectẽ dixerit Elisabeth, perficienda esse in Meria ea quæ dicta sunt ab angelo, cum ex omnibus vnum tantum, idque primum opere esset completum? Nunc ergo si in te laudamus silentium, & solitudinem: videas obsecro optime à sapiente dictum, tempus loquendi, tempus tacẽdi. Modo iam õ beatissima virgo tempus est loquendi, ne diuinis in te collatis beneficiis videaris ingrata. Nã si Anna mater Samuelis post sterilitatis opprobrium, quia conceperat prophetam, laudauit Dominum & canticum cecinit, dicens: Exultauit cor meum in Domino: quãto potius tu id facere debes qui prophetarum doctor, & summũ totius vniuersi opificem genuisti? Cecinit Debora canticum Domino: cecinit & casta Iudith pro victoriis, nunc & tu primas non feres inter omnes tuo mirabili cantico? *Et ait Maria.* Canunt sancti, & celebrant suum dominum propter summa beneficia in eos collata, sicuti David qui psalmos composuit, & beatissima virgo: nos verò sicut ingrati, & immemores beneficiorũ domini ea silentio inuoluimus. Expede etiam quod ante Ioannem propheta Elisabeth, & ante ortum Saluatoris propheta Maria. Quia sicuti peccatum incepit à muliere, & deinde descendit in virũ: sic & principium salutis à mulieribus habuit ortum. Itaque ne forsitan ingrati animi sacra virgo argui possit, vt pote quæ gratum & promptũ animum super omnes domino suo semper ostendit, in ipsius laudes concinit. *Magnificat anima mea Dominum.* Si tu sancta Elisabeth me ipsam laudibus effers, si magnis me celebras encomiis: verũ cum sciam me nihil boni habere, vniuersa ista quæ tu me cõiicis, ego in dominum meum refero: ipsumque immensum & summum dominũ fateor. Deum magnificare dicimur, cum ipsius maiestatem, sanctitatẽ, & diuinitatis suæ altitudinẽ nostris verbis, & operibus ostendimus. Vnde fit quod impij dicantur sanctum nomen domini polluere, quoniam quãtum pro viribus possunt illum dedecorant & inhonestant. Itaque magnificamus Deum, siue Deus magnificatur in nobis, non quod ei aliquid accrescat, sed quia magnificatur in nobis per actus nostros diuino suo iuuamine affectos. Regis nãque imperium non in ipsius persona, sed in subditorũ obedientia consistit. Sic dixit Esaias. Erit sicut seruus Dominus, & sicut an: illa domina eius. Illi igitur, qui non tantummodo sunt contenti obsequio & obedientia domini, sed vltierius gradum mouent, exhibentes ei alia excellentiora officia, ij sanẽ magni & potentẽ dominũ faciunt. Quo fit, vt rex sanctus dicat. Accedet homo ad cor altũ, & exaltabitur Deus. Etenim vniuersis naturæ bonis renuntiare, & nihil de futurum iudicare magnanimitate & excellentis viri cogitatio est. At verò mundani homines abiectum & infirmum animum habent, custodientes hæc bona sicut pupillã oculi, & existimantes sibi omnia de futura, qui Deum ipsum terminis & mensura claudunt de ipsius potentia desperantes. At verò quando quis virili animo rebus omnibus huius mudi contempserit, patria, substantia, & parentibus & amicis posthabitis religionẽ ingreditur, tunc temporis magnificatur: quia magnis illum suspicimus & veneramus. In maiore & excellentiorem dignitatis altitudinem Deus non cõ-

Ecc. 3.

1. Reg. 2.

Iud. 5. Iud. 16.

Aug. ser. 2. assum. virgi. 10.

Eccl. 37.

Esa. 24.

Psal. 63.

Canti. 1.

2. Co. 10.



potest ascen dere: tamen aliquo modo potest cre-  
 cere in famulis & seruis suis, si illorum numerus  
 magis ac magis crescat & multiplicetur. Imperiū  
 namque quidam respectus est creaturarū ad do-  
 minum: & sicut creaturæ nō sunt æternæ, etā nec  
 dominatio in Deo est æterna: quia dominus quis  
 non dicitur, nisi seruum & famulitium habeat: &  
 ita Deus creuit in imperio suo quando homo ipse  
 in obedientia domini creuit & augetur. Beata  
 igitur Maria omnes suas potentias offerens domi-  
 no suo, & exhibens ipsi quantam poterat obedi-  
 etiam, magnificat & extollit domini imperium. Et  
 ideo vocauit illum dominum, & non Deum, quia  
 eius dominium magnificatur, non autē maiestas,  
 nec deitas. ¶ Secundo, quia ante incarnationē eius  
 dominiū breuioribus terminis clauderetur: quia  
 notus in ludæa Deus: sed post incarnationē ma-  
 gnificatus est super omnem terram. Idcirco agens  
 beata virgo de incarnatione per quam notus fa-  
 ctus est Deus per totum orbem, magnificat & præ-  
 dicat ipsius dominiū. ¶ Tertiō, cū Christus ima-  
 go sit Dei inuisibilis, & anima nostra imago sit  
 illius: cum illum cognitione & operibus venera-  
 mur, tum imago nostra in nobis grandis efficitur,  
 & ipse Dominus in nobis magnificatur. Nec mirū  
 si Maria hoc fecerit exemplo sanctissimi Dauidis,  
 qui dixit: Magnificate Dominū mecum, & exulte-  
 mus nomen eius in id ipsum. Sed cū singula ver-  
 ba huius cantici dignissima sint consideratione,  
 operæpretium erit ea expendere. Anima, inquit,  
 mea: & merito cum Deus potius mēte & animo,  
 quam voce sit laudandus, iuxta illud Pauli. Can-  
 tantes in cordibus vestris Deo. Vnde etiā dicebat:  
 Psallam in spiritu, psallam & in mente. Magnifi-  
 cat, inquit, anima mea: quia lingua balbutiens est,  
 vt tanta in me collata beneficia possit numerare:  
 ideo interiorum animi affectum in agendis gratia-  
 rum laudibus offero. Anima, inquit, mea. Quasi  
 diceret. Mirabilia quæ Deus protulit, in meo cor-  
 pore exercebat: sed non infructifera erit anima  
 mea apud Deū. Conuenit namque mihi & volun-  
 tatis fructum producere. Nam quanto ampliori  
 docet miraculo, tanto maiori vinculo tenet eū  
 glorificare, qui talia in me operatur. Vbi docemur  
 Deum potius laudandum esse animo & mente,  
 quam corpore. Sed multi habent vocis & oris ora-  
 tionem tantum, non autem cordis: quibus Domi-  
 nus dicit: Populus hic labiis me honorat, cor au-  
 tem eorum longè est à me. Similes admodū sunt  
 isti leoni illi, quem Samson interfecit, qui habebat  
 in ore mel, & ipse non comedebat, sed pater eius,  
 & mater, & ipse Samson. Sic multi modo canunt  
 suauiter in choro, & habent mel in ore, sed ipsi  
 non percipiunt internam animi dulcedinem: imò  
 potius si aliqui sentiunt, seculares sunt venientes  
 ad ecclesiam qui spiritali læticia gaudent: sicut  
 Samson & parentes eius, qui comederunt de mel-  
 le oris leonis, ipse verò leo icinius mansit. ¶ Sed  
 iam modo aduertere debes beatam virginem non  
 fuisse suam animam exhortatā, vt Deum magni-  
 ficaret: sicut legitimus Mariam sororem Moysi fe-  
 cisse: quæ pro uocans alias mulieres, dixit: Cante-  
 mus domino, gloriosè enim magnificatus est. Ne-  
 que uti Dauid, qui in pluribus psalmis exhortatur  
 & inuitat animum suam, vt velit Deum laudare.  
 ¶ Psal. 145. Vt ibi: Lauda anima mea Dominum. Et iterum.

Benedic anima mea dñm. Et sepius ait in Psalms: *Psa. 102*  
 Benedicam dominum in omni tempore. At beata *Psal. 33.*  
 virgo non dixit, lauda, magnifica, seu benedic, sed  
 magnificat: quia ipso actu in illo instanti erat lau-  
 dans & benedicens dominum: nam audiis his,  
 quæ dicebantur ab Elisabeth, & visis illis myste-  
 riis in domo Zachariæ, sanctissima ipsius anima in  
 Dominum suum erat translata: quod fuit in causa  
 ne effet opus se ipsam incitare in domini sui lau-  
 des. ¶ Obserua etiam non tantum dixisse, Magni-  
 ficat anima, sed addidit, mea. Namque ille solus po-  
 test dicere anima mea, qui immūnē illam habuerit  
 ab omni sceleris & flagitij contagione. Nam etiam  
 si multi existiment se animam habere, falluntur  
 omnino: quia pro mundano amore, proque vanis  
 & perituris voluptatibus illam venderūt. Amor  
 quippe distrahit amantem propter rem amatam:  
 itā vt amans nō sit suus proprius, sed potius illius  
 rei, quam studio & amore prosequitur. Quocirca  
 præceptum est à Domino, vt illum super omnia  
 diligere: non autem ob id, quia amoribus no-  
 stris indiget, sed ob id solum, quia de nostro lucro,  
 de utilitate, & honore agit. Quia cum voluntas  
 ociose esse non possit, cumque necessum sit ali-  
 quid diligere: fit consequens quod quando diui-  
 tiarum amore teneris, animam tuam pro opibus  
 vendis, cumque ipsa pretiosior sit omnibus mun-  
 di opibus pro vili stercore illam mutuas tanquam  
 puer vberibus matris lactatus, qui lapidem pretio-  
 sum contemnit, si potum ei offeratur. Quamob-  
 rem præcepit Dominus, vt illum toto pectore, &  
 totis animi viribus diligamus, vt hanc miserā mu-  
 tuationem tollat honoris, quam in nobis mundus  
 efficit, qua quidem & fallitur & decipimur.  
 Idcirco, si animam tuam thesaurum pretiosissi-  
 mum, Dei compotem & participem pro miseris  
 voluptatibus tradidisti: iterum eam redde Domi-  
 no tuo, vt vel itā non solum ore, sed etiam anima  
 tua ipsum Dominū magnificare possis, tanquam  
 re & possessione propria, cuius Dominus es.  
 ¶ Notabis præterea vterius non dixisse beatam  
 virginem, Magnificat anima mea filium, sponsum,  
 vel Deum, vel Dominum meum: sed absolute dixit  
 Dominum. Vbi intelliges psalmum istum alti-  
 tissimis mysteriis non vacare, & vnumquodque  
 ipsius verbum proprium pondus secum habere.  
 Non dicit virgo, sponsum filium, aut patrem, quā-  
 uis singula & omnia verè dicere poterit, sed tan-  
 tum dicit Dominum, vt in omnibus & per omnia  
 laudes proprias fugeret. Etenim si dixisset Domi-  
 num suum, humilitatem tacuisset: si autem dixisset,  
 sponsum, patrem, vel filium, multum laudis  
 sibi adscriberet. Idcirco Dominū apposuit, quod  
 ad seruum & ancillam respectum habet: quod  
 etiam nomen quandam vilitatem & abiectionem  
 secum importat. Dicens Dominum, seipsam an-  
 cillam vocauit. Et quemadmodum respondens  
 Angelo dixit: Ecce ancilla Domini: itā modo in  
 suo Cantico non dedignata est id nomen sibi su-  
 mēre. Dominum etiam dixit absolute, quia nō est  
 loquuta de aliquo Domino, qui aliquam huius  
 mundi partem possidebat, sed de illo, de quo est  
 scriptum. Dominus vniuersorum tu es: & in di-  
 ctione tua cuncta sunt posita. Dominum itidē dixit,  
 vt suam mentem ad illius timorem & reueren-  
 tiam excitaret: quia inildium sapientia timor Do-  
 mini.

mini. ¶ Age & tu vt Deus sanctus, & omnipo-  
 tens sit Dominus tuus. Quid, obsecro, tibi prode-  
 rit, si vniuersorū sit Dominus, super te verò nul-  
 lum habeat dominium? Multi namque sunt, qui  
 illum in Deum habent, non autem in Dominum.  
 Credunt etenim Christiani illum esse Deum, &  
 illum tanquam Deum verum adorant: sed diabo-  
 lum habent dominum, cui obediunt, cui infer-  
 uiunt, & ad nutum obtemperant. Sed id obsecro,  
 vt quemadmodum Deus tuus est, itā & sit domi-  
 nus: & tunc erit Dominus tuus, si ipsius mandata  
 sedula diligentia obseruaueris, si in omnibus &  
 per omnia illi placere studueris. Merito quidem  
 regius vates inquit. Beatus cuius Deus, Dominus  
 illorum est. Beatus populus qui habet Deum in  
 Dominum. Vt igitur omnia dicta in compendium  
 redigamus: quia primus fructus spiritus est pax &  
 gaudium, & virgo sancta totam sibi auferat spiri-  
 tus gratiam, merito subiungit. Et exultauit spiri-  
 tus meus. Id est, anima rationalis. Idem sonat ani-  
 ma & spiritus, sed anima dicitur eo quod viuifi-  
 cat corpus. Vnde fit, vt vitæ integritate & sancti-  
 tate hæc Deum magnificat, qui fecit illam. Dicitur  
 autē spiritus propterea quod celestia & altissima  
 contemplantur, cuius est proprium in Deo exulta-  
 re. Anima enim talē vim habet, vt possit se à cor-  
 pore segregare, atque in Deum suum conuertit: &  
 tunc in spiritum transit, & tunc vocatur spiritus.  
 Quod si ab igne similitudinem velis accipere, cum  
 ignis ligno admouetur, vt in id possit agere, pri-  
 mum ad id se applicat & extendit vt illud inflam-  
 met: deinde verò curat, vt ab ipso separetur, vt  
 seorsum in spheram suam euolet. Sic anima dum  
 visum corpori præstat illi se comunicat, atque ob  
 id tum temporis multum corporeæ naturæ esse  
 videtur: verum dum separatur à corpore tanquā  
 in propriam naturam conuersa, tanquam fortissi-  
 mus spiritus alta & sublimia pete diuina charita-  
 te incensus. Atque spiritus hic est acumen ipsius  
 rationis, & quodammodo intellectu superior, quo  
 in primis ipse Deus à nobis percipitur. Si Apo-  
 stolus distinxit inter spiritum & animam, cum  
 Thessalonicensibus dixit: Vt integer spiritus vide-  
 tur & anima & corpus sine quærala in aduentu  
 Domini nostri Iesu Christi cōseruetur. Vnde per  
 spiritum intelligere possumus præcipuam & po-  
 tissimam hominis partē, qua diuina percipit: ani-  
 ma verò ea pars dicitur, quæ naturales exercet  
 ratiocinationes, corpus verò affectus, qui nescio  
 quid corporeum sapiunt, qui nisi regantur & fra-  
 gentur hominem ipsum seruum & immanē red-  
 dunt. Quam ob causam apud eundem Paulū re-  
 peries, alios homines spirituales appellari, alios ani-  
 males, alios verò carnales: spirituales dicit omnia  
 diiudicare, ipsum verò à nemine diiudicari, vt pote  
 cuius mens diuinis illustrata fulgoribus omnibus  
 superior sit. Animalem verò qui ductum rationis  
 sequitur, tamen caret diuinis & supernaturalibus  
 illustrationibus, quales fuerunt ethnici illi philo-  
 sophi, qui quamuis multa acutissimè & sapienter  
 excogitarunt, non tamen illam supremam diuini  
 spiritus altitudinem assequerantur. Quo fit, vt di-  
 uinus Paulus dixerit. Animalis homo non perci-  
 pit ea quæ sunt spiritus Dei. Carnalis verò dicitur,  
 qui contempta & pro nihilo habita ratione affe-  
 ctus immoderatos carnis sequitur, Quare eos car-

nales appellabat Paulus, qui æmulationibus & cō-  
 tentionibus operam dabant. Cum in vobis, inquit,  
 sit æmulatio & contentio, nōne carnales estis &  
 secundum hominem ambulatis? Quod si hæc ita  
 se habent quantum existimas procul esse à diui-  
 no spiritu eos qui carnales sunt, & nihil aliud quā  
 carnem & terram sapiunt? Dilectus ex beatissi-  
 ma virgine Deum nostrū & anima & spiritu sum-  
 mis laudibus prosequi: ita vt possimus verè cum  
 regio propheta canere. Benedic anima mea domi-  
 no, & omnia quæ intra me sunt, nomen sancto  
 eius. Omnia interiora nostra, cor, animam, men-  
 tem, & affectus Domino Deo nostro offeramus.  
 Discere etiam nos oportet Deum omni tempore  
 laudare, corde, ore, & spiritu. Paulus namque &  
 Silas ardentissimi in diuino amore per mediā no-  
 ctis silentium quando corpora in quiete debe-  
 bant esse, tum temporis in Dei laudes erumpunt.  
 Er tres pueri in camino ignis inter medias flamas  
 constituti, studiosissime Deo benedicebant. Er pa-  
 tientissimus ille Iob in ipsa rerū omnium & filio-  
 rum iactura, generosa illa verba protulit. Dominus  
 dedit, &c. Nec tonas in ventre immanis piscis clau-  
 sus est oblitus nouo hymno Dei magnificentiam  
 predicare. Vnde Esaias inquit. Cōstitet tibi Do-  
 mine cum iratus es mihi. ¶ Exultet itaque spiritus  
 Mariæ in Deo: hæc enim exultatio est futura: vitæ  
 quoddam pignus & repræsentatio, de qua scribi-  
 tur. In æternum exultabis, & habitabis in ea. Et  
 primum, Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in  
 cubilibus suis. Exultationes Dei in gutture eorum.  
 Nam exultare in Deo non possunt, nisi qui se to-  
 tos illi dedicauerunt, & ita ut vt statim videbi-  
 mus salutarem appellat, quod in scripturis sa-  
 cris frequens est. Vt, lætabimur in salutari tuo. Et  
 super salutare tuū exultabunt vehementer. Er, ab  
 ipso enim salutare meum. Et in Cantico Annæ.  
 Lætera sum in salutari tuo. Quam exultationem  
 & lætitiā insanus mundus non intelligit: qui in  
 rebus pessimis lætatur & gloriatur. Sic gloriaba-  
 tur Arfaxat in ingenti copia diuitiarū, & in mul-  
 titudine quadrigarum suarum. In hoc breuissimo  
 vitæ nostræ tempore gaudere, & lætari in mundi  
 voluptatibus falsis, insanire potius est, quā aliud  
 facere. Qui certè admodum similes sint eis, qui  
 cum phrenesi grauissimo morbo insensentur iam  
 proximi morti delirio capitis ridet & cachinnan-  
 tur. At forsitan hæc exultatio beatæ virginis pro-  
 uenit ex aliquo mundi honore, quo afficitur. Ex  
 carnis aliquo falso oblectamēto? Ex generis nobi-  
 litate? Ex formæ eximia pulchritudine, vel ex mū-  
 di prosperis & foelicibus? Non equidē, sed. In Deo  
 salutari meo. Quod gaudium est in Deo tanquam  
 in obiecto, causa, & fine: non autem in se neque  
 in aliquo alio. Quo fit, vt Apostolus dicat. Qui glo-  
 riarur, in Domino gloriatur. Et iterum. Gaudete  
 in Domino semper, iterū dico gaudete. Sic Dauid  
 in Psalmo. In via testimoniorum tuorū delectatus  
 sum, sicut in omnibus diuitiis. Alij in auto & ar-  
 gento, alij in vestibus, alij in possessionibus, alij in  
 agris: in diuersis denique habent singuli suas dele-  
 ctationes: sed vir sanctus in via testimoniorū Dei  
 delectatur. Itaque beatæ virginis non solū anima,  
 sed etiam spiritus exultat in Deo salutari suo. Me-  
 lius equidem ipsa quā Dauid posset dicere. Cor  
 meum & caro mea exultauerunt in Deū viuum.  
 Quod

Psal. 75

Orig. ho. 8. super Luc.

Psal. 53

Epho. 4. 1. Co. 14

Mat. 15. Psal. 29

Mat. 14

Exod. 15

Psal. 145

Mat. 22

Esther. 1

Sap. 1

Psa. 143

1. Thef. 5

1. Co. 3

1. Co. 2

1. Cor. 3

Psal. 102

Aff. 16

Dan. 3

Iob. 1. Iona 2

Esa. 12

Psal. 5

Psa. 149

Psal. 192. Psal. 20

1. Re. 2

Prom. 2. Iud. 1

1. Co. 10. Phi. 4

Psal. 118

Leg. Ana. ser. 2. Asp. sumpt. virg.

Psal. 88



Quod quidem magnū priuilegium est iustorum, ut non solum spiritus, sed & anima sensitua, & caro insurgant cum spiritu in diuinis laudes: quae quamuis mortalis sit, tamē in Deo gaudet. Porro Dominus dicitur ratione gubernationis: Deu ratione creationis: & tandem salutare siue salutari, ratione iustificationis. Singularem tamen modo fuit Deus Dominus, & salutare Mariæ: propter singularia dona & beneficia illi collata. Fuit duobus potissimis modis salutare suum. Primò, quia eam solum singulari quodā modo redemit: quia ipsam ab omni peccato immunē tam actuali quā originali seruaui. Secundò, quia ipsa sola dedit illū nobis in carne, ut omnibus mederetur, ut redimeret: & ut à captiuitate in pristinam libertatem nos affereret. Vnde antonomasticè Christus virginis salutare dicitur. Quare in ipsius persona, inquit Dauid. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi, & anima mea quā redemisti. Si enim Patriarchæ & Prophetæ sic adeò exultauerunt propter huius salutaris expectationem, & Abraham exultauit ut videret diem hunc: quanto potiori iure interterni animi iubilis gaudere debuit, quæ incarnationem iam in vtero suo hoc diuinum verbum videbat? Sed neque his omnibus contemplatis, velim obliuiscaris, Deum per amorem, tuum facere, ita, ut possis cum Abacuch dicere. Gaudebo in Deo Iesu meo. Et etiam huius memor esto, ne Christi sanguis pretiosissimus in te pereat: sed quæadmodum pro omnibus mortem libentissimè subiit, & omnium est salutare: ita tibi Dominus & redemptor sit, ut ipsius crux, & passio debitam utilitatem afferant. Nihil tibi proderit Deus, nisi ad maiorem damnationem, si ipsum tanquā tuum salutare non fueris amplexus. Omnibus Christus seipsum præbet, & nemini se occultat & negat: ita ut si illum quaeris, sine dubio illum tecum habebis, & si in hoc seculo illum habueris, in sempiternū illo fruieris. Itaque beatæ virginis exemplo omnis noster spiritus exultet in Deo salutari suo: totis viribus ipsum magnificans. Magnificet illum memoria nostra recolens ipsius in nos diuina beneficia: intellectus noster, ipsius excellentiam contemplando, voluntas, in eius amorem accedatur: lingua & vox, cum laudet. Modo autem causam subdit beatissima virgo, quare tot laudibus & encomiis ipsum prosequatur ipsius beneficia recolēs. Quia respexit humilitatem ancilla sua. Id est, meā exiguitatem & paruitatem. Et quātum coniectari possum, fuerit mea sententia sacrā virginē in hoc loco nō fuisse locutam de humilitatis virtute. Nā in Græco codice habetur ταπεινωσις, quod vocabulum paruitatem sonat. Ac si dixisset clarius: Quamuis paruala sim & minima ancilla Domini: ipse tamen adeò est humilitatis amator, ut oculos coniciat in infimam ancillā suam: Quis enim sicut Dñs Deus noster qui in altis habitat: & humilia respicit in cælo & in terra? Non seipsam gloriatur, aut iactat sancta virgo de humilitatis virtute: etsi aliquando viris perfectis & virtute præcellentibus liceat hoc facere, ut ipse Paulus multoties fecisse legitur: sed hic mater Dei non loquitur nisi de sua paruitate. Ex quo facillè vniciue erit colligere, quam alto & supremo gradu in humilitatis virtute radices egerat: quando cum tam præclaris virtutum dotibus illustris, se infimā ancillā existi-

*Psal. 70.*  
*Ioan. 8.*  
*Abac. 3.*

*Psal. 112.*  
*2. Co. 12.*

ma bat. Atque ita quamuis his verbis virtus humilitatis virginis nō significatur voce: tamē ipso opere exercetur. Nec contenta fuit sacra virgo pro sua eximia humilitatis virtute dicere: respexit ancillā suam, sed exiguitatem ancillæ suæ. Et hanc exiguitatem quo ad merita debes attendere. Quippe quæ seipsam nullius meriti, nulliusque virtutis existimabat. Neque id fictè aut falso, quoniam considerabat suarum virium præstantiam: non autem ex parte Dei dona in ipsam collata. Hæc enim consideratio mater est humilis cordis, cuius radix in ipsa anima est. Qua quidem humili consideratione, quam virgo de seipsa cœcepit, digna fuit ut tot donis & priuilegiis ab ipso domino illustraretur: sic adeò ut ipsius mater fuerit effecta. Hanc à longè respicit Deus propter cordis humilitatem. Sic Samuel Sauli dixit. Cū eras paruulus in oculis tuis, caput in filiis Israel factus es, &c. Præterea id tibi aduertendum est, quod respicere in sacris literis plus aliquid significat quā videre. Significat enim misereri, auxiliari, & dona conferre. Vnde in Exodo dicitur. Respexit Dominus filios Israel: & vide quid statim sequatur. Et liberauit, inquit, eos. Et Iudith Domino dixit: Respice ad humilitatem nostram, hoc est: respice abiectiōem nostram, & adiuua nos. Et in Psalm. Respexit Dominus orationē humilium, & nō spreuit preces eorum. Et iterum. De cælo respexit Dominus, & vidit omnes filios hominum. Quapropter subdit statim. Quoniam adiutor eorum, & protector eorū est. Ex quo iam plane colliges quod respicere adiuuare sit auxiliari, misereri, & dona elargiri. Cū autem egregius vates hoc domini ingenium bene nouisset, quod cum aliquem respicit, aliis vberibus & excellentioribus bonis cumulat, in maximis angustiis & necessitatibus constitutus ad Dominum clamabat, dicens: Deus, Deus meus respice in me: quare me dereliquisti. Aspice rogo, & oculos tuæ pietatis & misericordiæ ad me conuerte: scio enim & cū his multa bona mihi esse vêtura. Et alibi ipse diuinus vates inquit: Respice in me & miserere mei, quia vnicus & pauper sum. Et in Genisi dicitur. Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius: idque propter fauorem & beneficium quod in eum contulit, acceptādo ipsius oblationes. Ad Cain autem nequitiam respexit, quia illius dona non suscepit. Itaque cum audieris dominum oculos suos in aliquem iustum coniciere, nullatenus dubites ipsius aures paratas & attentissimas esse ad exaudiendas illius preces. Vnde in Psalm. Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorū. Longum autem est discrimen inter aspectum Dei & principum mundi: sit enim vt multi homines alios intueantur, nec aliqua bona illis tribuant. Solent enim ad seinuicem dicere illi qui in curiis regū versantur. An aspexit te rex? & respondet ille: Etiam. Veruntamen multi quotidie aspiciuntur, nulli tamen aliquid confertur. Bonum esset & æquum vtcum rex te infirmum aspiceret ipsius visione ac infirmitate tua liber & incolumis euaderes. Sed multo & excellentior & efficacior est Dei visio: quia infirmum quem respicit, sanat & erigit. Si pauper est, amplissimis diuitiis auctum ac locuple tatum reddit: si peccator & flagitijs coopertus, ignoscit & lauat: si forte ad lapidē offendit, onus releuat & fouet. Respexit Christus Petrum, & li-

*1. Reg. 15.*  
*Exod. 3.*  
*Iud. 6.*  
*Psal. 103.*  
*Psal. 32.*  
*Psal. 21.*  
*Psal. 24.*  
*Gene. 4.*  
*Psal. 33.*  
*Mar. 14.*  
*Matth. 9.*

*Matth. 4.*  
*Ioan. 9.*  
*Matth. 5.*  
*Ioan. 6.*  
*Psal. 24.*  
*Psa. 137.*

quefactū est tor illius, & ad Dominū conuersum. Respexit Matthæum: & protinus ab infirmitate munerē fuit reuocatus, & in altiore dignitate euectus. Coniecit oculos in discipulos piscatores, eosque vocauit: qui relictis retibus & omnibus quæ possidebant, sequuti sunt Christum. Respexit cæcum illum à sua natiuitate, & statim visus illi restitutus est. Respexit turbas, quæ sequebantur eum, & ascendens in montem docebat eos dicēs: Beati pauperes, &c. cum quibus longū sermonis discursum habuit. Et alia die cū leuasset oculos Iesus, & vidisset multitudinem magnā ad eum venientem, dixit Philippo: Vnde ememus panes, ut manducet hii? Et denique necessaria illis ad victū ministravit, mittens illos in domos suas. Et nunc beatissima virgo. Respexit, inquit, humilitatē ancillæ suæ, & subdit statim. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quod si à beata virgine interrogas, quid fuerit cōsequuta ex eo, quod suā paruitatem & abiectiōem aspexerit, respondebit tibi. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ac si diceret. Quia respexit me Dominus (cuius aspectus nihil est aliud quā beneficiorū collatio) hac de causa omnes generationes me beatam dicent. Quamobrem nō incaute imò prouide & sapienter feceris, si tui clamores tanti fuerint ut aures Domini pertingant, ut te velit respicere exemplo illius regij vatis, qui dicebat. Respice in me & miserere mei: quia vnicus & pauper sum ego. Si illi qui negotium aliquod cū rege, vel cum aliquo ex domesticis ipsius habent, coram se constituunt, ut non possint non videri, ita ut rex non sit eorum immemor, vtque negotia facilius expediantur, quā maior ratione tibi est opus ut coram oculis Dñi patens sis: ut tuis negotiis prouideat, vtque tuæ necessitati succurrat. Si pauperes ita sese in medijs viis diuitibus offerunt, ut vel possint in illos offendere, & vulnera sua illis ostendunt, vt diuites illis subueniant & misereantur: quantis iustioribus de causis debes tu ante Dominū sistere, & vulnera, & afflictiones tuas præsentis illi facere, ut sua ineffabili misericordia velit tecū vti. Ne obsecro te abscondas, ne fugias ab oculis Domini, quia benignus & misericors est: ut & in te oculos suæ misericordiæ coniciat, & ut tuis vulneribus possit mederi. Expende etiam, quod beatissima virgo ab omnibus benedicatur: quia suis oculis paruula & abiecta fuit. Humilia enim fableuar, & alta à longè cognoscit. In quo quidē nō aliud docemur, nisi quod si magni esse volumus, & ab omnibus in pretio haberi, oportet nos sanctissimā humilitatis virtutē amplecti. Namque ij omnes, quos modo mundus prædicat, quosque summis laudibus celebrat & encomiis, nō alia potissima & certiori via hoc dignitatis fastigium ascenderūt, quam sanctis humilitatis amplexibus fugientes vanos & perituros seculi honores. Nemo sanè ita honore dignus est, quam is qui ipsam honorem fugit: nec ditior aliquis, quā qui minimo cū Christo cōtentus: nec altior quis, quam qui contemni cupit: nec vilius sanè (vt omnia suo per pēdiculo metiamur) ita ab hominū memoria deletus, ut ille, qui suum nomen in hoc seculo æternū esse studuerit. Grandis quidem error est honorem quaerere inter ignominiosam mundi huius conditionem: nāque tum maximè confundimur vbi lucrum sectamur. Hu-

milem autem Mariam, quæ gloriam mundi non stitabat omnes generationes beatā prædicat. Non famam aut nomen huius mundi quærebat, nec in linguis hominum sedem habere desiderabat: quo factum est, ut modo ab omnibus per seculi æternitatem celebraretur. Videor namque mihi illud de Iosia rege, & virgini sacræ aptius posse occommodari. In omni ore quasi mel indulcorabitur eius memoria, & ut musica in conuiuio vini. Præterea aduertere oportet, quod ab omni generatione benedicatur tam ab Angelis, quam hominibus: ita ut vel inter ipsos immanes & barbaros homines commendetur. Omnes namque nationes beatam & foelicē illam prædicant: nam ex omni natione aliqui salui fiunt: dignatur enim Dominus pro sua pietate singulari, aliquos suæ fidei diuinis radiis illustrare, ut verum sit illud. Viderūt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Ne autē beatissima virgo suis meritis videretur adscribere has tantas & tam supremas laudes, referens illas in proprium autorem inquit. Quia fecit mihi magna. Quæadmodum est consuetudo bonorū diuina opera magnificare & extollere, ita impiorum diminere & labefactare. Moyse vir sanctus & iustus terram promissionis maximore cōmendauit: sed quidam impij Israelitæ dixerunt. Non dedisti nobis hereditatem agri & vini. Virgo autē beata opera Dei in ipsa facta summis laudibus effert. Non, inquit, per me aut in me fecit magna, sed mihi, inquit, fecit. Quod enim in ea ad omnium salutem factum est, hoc priuilegio electionis ad ipsius gloriam singulariter est ordinatū. Et idcirco dicit magna, nec dicit, qualia, quia cum omnia Dei opera humani sensus capacitatem exuperent, inter ea omnia potissimum locum obtinet sacramentū incarnationis verbi. Nihil vnquam in vniuerso ita factum est mirabile, quā quod Deus fieret homo: & qui nā turæ erat incomprehensibilis, ita corporis substantiam sibi vniret, ut nec illi fuerit additum nec diminutum quidquam. Hæc adeò magna sunt, vt si ea velis explicare in medio itineris gradum sistas oportet, quo vadas omnino nescius & ignarus. Nec mirū si beatissima virgo breui verborū compendio fuerit vsā, nam plus tacens quā aliquid dicens expressit. Sic diuinus Paulus raptus in tertium cælum plus dixit tacendo, quā loquendo posset exprimere: quia lingua nostra balbutiens & inepta est, ut in diuinorum mysteriorū explicatione ali-quid valeat. Vnde Eliaſ huius rei contemplatione ductus, cū eius anima plena esset dulcedine diuini spiritus, dicebat. Secretū meū mihi, secretū meum mihi. Nā interni animi inspirationes & dulcedines illæ iustorū & amicorū Dei, melius significatur silentio, quā si verborū ambage miscantur. Sancti quippe & amici Dei non similes sunt hominibus huius nostræ tempestatis, qui statim ut interiorum animi lætitiā & impulsum sentiunt, iam sanctitatem ipsam videntur edocere, & omnibus continuo prædicāt id, quod in oratione Dominus eis communicauit. Contingit aliquādo ei, qui graui dolore infestatur, ut nequeat illum exprimere propterea quod ipsius grauitas sensum impedit, ne lingua exprimat quod sentit. Sic Dauid suspensam dicit orationem. Anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsquequod id est, quousque me ipsum adiuuabis, aut obliuisceris? Eodem modo in

*Eccl. 49.*  
*Psal. 97.*  
*Num. 16.*  
*2. Co. 11.*  
*Psal. 24.*  
*Psal. 6.*  
*Psal. 50.*

alio Psalmo. Miserere mei Deus secundū magnam misericordiam tuam. Quod si ab illo roges, quid est tibi, cuius velis misereri? Nesciet exprimere, nec potest propter doloris magnitudinem. Multo ergo magis multitudo beneficiorū Dei impedit propriam narrationem. Quis, obsecro, sic ad eō ingenio & dexteritate dicendi valebit, vt narrare possit quanta fecerit mihi Dominus? Quæ sunt ista? Præ ipsorū magnitudine dicere non valeo. ¶ Vbi insigne documentum tibi iam suboriri poterit, quod quāuis hæc omnia dicta sint de virgine Maria: nemo tamen nostrū est, qui non possit eadem dicere. Quia fecit mihi magna. Si res magna tibi videtur (vt reuera est) virginē gesta esse in vtero filii Dei, atque vberibus suis fuisse lactatū: cum quædam mulier dixisset, beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti, &c. Subdit ipse Christus statim. Quinimo, beati qui audiunt verbum Dei. Vbi iam cernis ipsum Dominum obseruantiam verbi diuini prætulisse dignitati matris suæ, quæ quidem excellentissima erat. Eodē paradoxo alibi vsus est, cū dicens, ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes loqui tibi, respōdit: Quæ est mater mea & fratres mei? Qui fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est. Quare si quis inuidet tantæ foelicitati huius virginis, eo quod fuerit mater Dei: audiatur ab ipso Dei filio se posse assequi hanc beatitudinem. Ideo qui Domini voluntati obtemperauerit, poterit dicere, fecit mihi magna. Nonne tecum fecit magna, qui creauit te ad imaginē & similitudinem suam, qui misit filium suum de cælo, vt te à morte liberaret, qui in vtero matris te custodiuit, qui baptismatis fonte lauauit? Sed, proh dolor, horum omnium immemores sumus, & tantum cura nobis est honoris & pecuniæ. At ergo beata virgo non solum loquens de incarnatione, sed de beneficiis, quæ Deus priuatim illi contulit. Magna in me contulit beneficia Dominus: vt nisi ipsius omnipotentia non consideres, meis dictis non præstabis fidē, idcirco addit modo. *Qui potens est.* Non propter mea merita voluit in me talia operari, sed quia ipse est cuncta potens. Ac si clarius diceret. Si mea vobis conceptio in causa est, vt miremini neque eam potestis intelligere: hoc idē fit, quia potentiam Domini non cōtemplamini. Quo circa humilitate induimini, & attendite Deū plus posse facere quam vos potestis intelligere. Quod si neque valetis comprehendere quomodo cū sim mater, etiam virgo remanserim: & cum sim creatura, creatoris eū mater sim, considerate Dei potentiam infinitam, & sic vestræ hæsitacioni erit satisfactum. Ille qui ex nihilo omnia fecit, qui vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt: ille in tanta & tam præclara operatus est. ¶ Expēde etiā non dixisse beatam virginem, hoc vel illud potēs, sed potens est: vt omnipotentē eū esse intelligas, qui nulla exceptione facta omnia potest: de quo quidem verissimè dicitur immensum esse. A beatant ergo modo qui de suo sensu gloriantur, quique diuina opera humana ratione discutunt, existimantes ipsius potentiam aliquibus terminis aut regionibus posse contineri. *Et sanctum nomen eius.* Sanctum est in se, & in nobis: dū nos in nomine ipsius sanctificationē accipimus. Sed iam rogo quod est nomen eius? Vtique fama ipsius, cognitio eius, fides eius. Hoc nomē cum sanctis sanctum est: quia

à sanctis magnificatur & benedicitur, ab iniquis verò & sceleratis hominibus blasphematur. Et nomen Dei per vos blasphematur in gentibus. *Igitur quia magna fecit sanctificationem est nomē eius: quia dum verbum in carne mirabiliter nascitur, gloria Dei per verbum in hominibus declaratur. ¶ Aduerte autem virginem Mariam sui nominis sanctitatem cum potestate. Deī adiunxisse & copulasse: quia imperium & potestas sine sanctitate tyrannus est: cuiusmodi habuerunt Pharaō, Nabuchodonosor, Antiochus, Aman, & alij. Itaque Deus noster in nihilo cōmunicat cum potentibus huius seculi: quia ipse sanctus simul & potens est. Sanctum & terribile nomen eius. Et alibi idē propheta. Cōfiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile & sanctum est. Sanctitatem semper iungere oportet cum potestate: ne potestas sine virtute & sanctitate in crudelem tyrannidē euadat. Nemo enim verè de hoc magnifico & diuino opere gloriari poterit: sed omnis laus & gloria, quæ inde cōfurgit in illius artificem reicienda est. Docemur itidem sanctæ virginis documento magnalia Dei prædicare, & omnia suæ potentie adscribere, non autem nostris meritis. Gloriam in ipsum Deū debet refundere tanquam præcipuum autorem totius boni: ne vsurpare velis id, quod nemini largiri voluit, ipse enim est qui ait. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum à quo trahitur? Existimabat sanctus Iob magnum committi crimē ab eo, qui manum osculabatur, quod tu facile facis cū te iactas & prædicas de aliquibus operibus quæ te fecisse fateris, auferens Domino debitū obseruationis cultum. ¶ Præterea id vnū inter omnia reliqua tibi commendare iubet, vt quando diuinum nomen audis sanctum & immaculatum esse, ne tuis labijs illum polluas & dedecores: nam huius criminis maximè conuerterit Dominus (signum quidem euidentissimum, grauius animaduersurum in eos qui sanctum nomen eius polluunt) inquit enim. Nomen meū per vos quotidie blasphematur. Ne accipias nomē Dei in vanum: sed audi, rogo, illum dicentē. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Disce etiam timorē Domini in tuo corde semper obseruare, & in eo considerare & sperare, cū audias eum potentem esse, quia vires habet vt flagitiosorum hominū peccata puniat, & vt liberet te à malis omnibus. Poterit quidē de tuis peccatis dignam animaduersionem sumere, sicut exemplo tibi esse potest sceleratus ille Pharaō, Core, Datan, & Abiron, & alij multi, quorum mentionē sacra pagina refert. Poterit etiam te liberare à malis, & solatium in tuis miserijs præbere, sicut liberauit filios Israel à seruitute Aegyptiorum, Loth à Sodomitica gente, Iob ab vlcibus & calamitatibus suis, & quemadmodū eripuit Daniele ab vnguibus leonū, & tres pueros in camino ignis intactos & liberos seruauit: Dauid à persecutione Saulis, Heliā à manibus Iezabelis, Susannā à falso crimine, Petrū à carcere Herodis, & Paulum à multis periculis, ita vt in hæc verba proruperit. Sicut abundans Christi passiones in nobis, ita & per Christū abundare consolatio nostra. Potens quippe Dominus est, facere omnem gratiam in nobis abundare. Nam si aliquo animi dolore tristis es, poterit Dominus hanc tristitiam in ingens animi*

*Esai. 1.*  
*Rom. 2.*

*Psa. 110*  
*Psal. 98.*

*Iosue. 7.*

*Esai. 10.*

*Iob. 31.*

*Esai. 52.*  
*Leui. 20.*

*Exod. 14*

*Exod. 14*  
*Gen. 19.*  
*Iob. 42.*  
*Dan. 14.*  
*Dan. 2.*  
*1. Re. 26*  
*3. Re. 18.*  
*Dan. 13.*  
*Ab. 12.*  
*2. Cor. 1.*  
*2. Co. 9.*

*Ab. 10.*  
*Iohn. 4.*

*Psal. 118*

*Hebr. 2.*

*Rom. 5.*

*Psal. 84.*

*Luc. 2.*

gaudium cōuertere. Quod si aliqua graui infirmitate laboras, poterit Deus in istu oculi in pristinam & antiquam valetudinē te ipsum reuocare. Si autem dixeris, te magno flagitiorum & scelerū pelago esse submersum, dicto citius poterit Dominus sua omnī potenti virtute animā tuam mundare. Neque vnquam tibi desperandum est in tuis laboribus & afflictionibus de diuina benignitate & misericordia, quin potius fidendum tibi est, cū ipse sit potens ab his omnibus te liberare. Nāque multos vidimus in carceribus cōstrictos, & alieno ære grauatos, postea in altis & sublimes dignitates euectos. Sed forsitan his dictis obicies: non meliater Deum infinitam habere virtutē, & facilimè posse me ab his omnibus incolumē seruare, sed maximū timorem id incurrit, quod maximus peccator sum, & indignus sua gratia, & ita existimo me omnino à libro vitæ deletum esse, & Deū mei esse immemorem. Si his timidus & pauidus es, audi, obsecro, in fiduciam & spem animi tui sanctissimā virginem dicentem. *Et misericordia eius à progenie in progenies.* Domini misericordia infinita est, nec aliquibus terminis au finibus potest cōtineri: & ideo potens est, vt saluos nos faciat, & vt nostri mereatur. Mihi, inquit, fecit, non tamen soli singulariter, sed vni excellenti quodam modo: veruntamen eius misericordia à progenie in progenies. Nemo à gratia excluditur, sed per omnes gentes eius pietas & misericordia dispergitur. Vnde dicebat Apostolus Petrus. In veritate comperi, quia Deus acceptator personarum non est. A progenie inquam Iudæorū, quia salus ex Iudæis est, & opus incarnationis effecta est in virginē natione Iudæa: in progenies gentium, quia incarnationis dominicæ beneficium in totum mundum quasi torrens variis aquarum riuulis diffunditur. Quod quidem abditissimum mysterium regius vates illis verbis expressit. Misericordia domini plena est terra. Non dixit cælū, sed terrā: quia diuinū verbū nō assumptis carnis nostræ veitē propter diuinos spiritus, sed propter nos homines & propter nosrā salutē descendit de cælis. Nunquā enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit, ita vt effectus æternæ pietatis & gratiæ diuini illius pectoris ad omnē progeniem extenderetur. ¶ Vbi aduertere oportet, quod beneficium incarnationis misericordiam vocat, quia tale & tam diuinum opus sub nullo merito comprehenditur, sed sola diuina misericordia factum est. Vnde fit vt diuinus Paulus dicat. Commēdat autem Deus charitatē suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores, &c. Et idcirco sanctus Dauid, cupiens Dei filium incarnatum videre, à domino petebat. Ostēde nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Ostendisti enim potentiam tuam, cū omnia ex nihilo creasti: sapientiā mirabilē in gubernatione, rectam & sanctā iustitiam in peccatorum punitione: at restat domine, vt misericordiam tuam (quæ thesaurus est inexhaustus & abundantissimus diuitiarum tuarum) in filij tui incarnatione liberali animo ostendas. Et salutare tuum da nobis, qui in crucis ramis nostram operetur salutem, quique redimat nos pretiosi sanguinis sui numismate. Sic beata virgo in superioribus & sanctus Simeon salutare vocauerunt verbū incarnationis, & nobis datum: quod idē datū petebat rex

sanctus Dauid. ¶ Expende etiam quod postquam sua recolit beneficia, in hoc carmine & sequentibus magnificat Deum pro tantis sibi & aliis omnibus collatis beneficiis. Quod quidem ingenium est iustorum, vt sic de alieno bono gaudeant, tanquā de peculiari & proprio. Quo charitatis amore Paulus accensus dicebat. Quis infumatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego nō vror? Gratiar agit beata virgo pro beneficiis aliis exhibitis, quia gaudet tanquā si in ipsam essent collata. Vtinam & nos hæc eadem vestigia insequeremur, nec inuidia bonorum proximi nostrā viscera torqueret. Verum, quia beneficij incarnationis, quāuis sufficienti virtute ad omnes extendatur: quia non extenditur ad omnes quoad efficaciam, subdit dicens. *Timentibus eum.* Ac si diceret. Non omnes huius beneficij gratiam consequentur: sed illi solum qui timorem Domini custodiunt in cordibus suis. In hac gratia omnis homo communicat, siue natione sit Græcus, siue Scythia, siue Italus, siue Hispanus, siue Gallus, siue seruus aut liber: seu denique apud barbaras gentes, & in Indis extremis regionibus sit natus, dummodo timore domini eius anima fuerit exornata. Nunquid pro vno solum Deus carnem sumpsit, & mortuus est, & non pro omnibus? Minime. Misericordia eius à progenie in progenies. Sed libet modo interrogare, quæ sit causa, quare omnes non salui fiant, & quare omnes nō ex æquo participes sūt: huius agni pretiosissimi sanguinis pro nobis effusi? Vtique quia salui esse nolunt. Quia si flumen abundantibus aquæ riuulis aliquam ciuitatē pertransiret, ita, vt sufficiens esset, vt sitim exstingeret & mitigaret omnium habitatorū illius ciuitatis: nunquid si aliquis nolet se ipsum incurare, & inclinare, vt aquam hauriret, & ita siti periisset, aliqua culpa in fluium est retorquēda? Nullatenus. Fluius quippe abundantissimus est, vt satiare possit omnium sitim: tamen qui tantæ ignauitiæ fuerit & negligentia, vt nolit capere aquā, peribit sine dubio siti. Sic Christus perennis fluius vitæ & salutis omnes vocat & dicit. *Qui sitit veniat ad me, & bibat.* Veniat, vt gratiam accipiat, & emolumentum tantæ passionis, & incarnationis. Omnes vocat, omnes recipit & amplectitur, omnibus optulatur: fuerit tamen reiciendum in tuam culpam, nisi his tantis beneficiis perfrui volueris. Misericordia Dei omnes vocat, tamen ea non omnes fruuntur, nisi illi solum, qui timorem domini vigilantissime obseruauerint. Misericordia domini (inquit regius vates) ab æterno & vsque in æternum, super timentes eum. Ab æterno & vsque in æternum, quoad sufficientiam ad omnes: & super timentes eum, quantum ad efficaciam. Sic propheta Malachias loquens de incarnatione, & ortu Saluatoris inquit. Orietur sol iustitiæ vobis, timentibus nomen suum. Fa enim est solis natura, vt non solum ægros oculos non recreet, verum eos vehementer offēdat & noceat. Sic sanè Christi redemptoris nostri humilitas, paupertas, & sanctissimū vitæ suæ institutum, multis molestum est, ingrātū & iniucundum. Et idcirco Malachias rectissime, oritur sol iustitiæ timentibus nomē suum. Quod idē beatissima virgo concinit suo diuino carmine, vt vel sic merito nemo hominū huius rei ignorantiam possit pati. Ita, vt si libenter fatemur misericordiam

*2. Co. 11.*

*Iohn. 7.*

*Psa. 120*

*Mala. 4.*

sericordiam domini infinitam esse, & nullis terminis comprehendi: ita etiam fateamur oportet, infinitam eius iustitiam, ne forsitan in misericordiae anchora confidentes, iustitiam contemnamus. Ne forsitan nobis contingat id, quod euenite solet illis, qui ob infirmitatem oculorum specillis vtuntur, vt res sibi maiores & grandiores appareant: quique per angustum pontem transire volunt, existimantes latum esse & amplum in aere pedes figunt, & ita in profundū fluij cadūt, & obruuntur. Quod exemplum tibi adducimus, vt intelligas diuinā misericordiam nihil aliud esse nisi pontem, sine quo ex hac mortali vita ad illā quae felicissima est beatorum patriā, transire non possumus. In qua si specillis nostrae vāgē fiducię vti fuerimus, sic adeo vt de diuina misericordia maximē gloriemur, nihil diuinę iustitię tribuentes, proculdubio peribimus. Fit enim, vt scelera sceleribus addentes, figamus in aere pedes, ita vt in miserum calamitatū locum praecipitemur. In diuina igitur pietate & benignitate ita nobis sperandū est, vt nec latum vnguem ab ipsius iustitia oculos diuertamus. Vnde postquam beatissima virgo diuinā misericordiam altissime diuino spiritu afflata cecinit, in sequentibus verbis occasionē lapsus peccatoribus adimit diuinę iustitię potentissimas vires ob oculos ponit. *Fecit potentiam in brachio suo.* Ostendit iam beatissima virgo, quid Deus hoc altissimo incarnationis mysterio erga genus humanū facere decreuerit. Superbus namque & magnatibus huius seculi brachium suę potentię ostendit vt eos deprimat, humiles verō & subleuat, & exultat: & pauperes ingente diuitiarū supellestile ditat. Quę quidem noui testamenti dispositio est. Nam in veteri testamento diuitię promittebātur: sed in nouo nulla diuitiarum aut opum cōmemoratio fit, sed potius pauperum piscatorum sequela maximē commendatur. Primum itaque opus potentię est, robur constituisse in brachio suo. Vbi primū aduertendum tibi est, Deum spiritū esse, nec habere brachia, oculos, aut pedes sicuti homines: sed multoties sacra scriptura metaphorice loquitur, vt qualem cognitionem diuinorū operum attingamus. Nam licet hęc membra referat scriptura nō iuxta literam intelligenda sunt, sed inde inuestiganda sunt latentia, & alta secreta rebus illis significata. Itaque cum audis in Deo caput esse, per id intelligas diuinam essentiam, quę omnia nullis terminis praecedit. Cumque audieris oculis illū esse ornatū, scias illum talem & tam perspicacem cognitionē habere, ita vt nihil eum latere possit, vtpote cuius oculis omnia nuda & aperta sunt. Et cum audis auribus pollere, id insinuat nullū verbum quantum submisit prolatum ab eo non audiri: de cuius auribus ad Sapientē dicitur: Auris Dei audit omnia, & tumultus murmurationis non absconditur. Itaque domini brachium, & robur & imperium ipsius est, quod vtrunque significat verbum *μάχης*. Vbi etiam non silentio illud est praetercundum, non sine maximo mysterio opus incarnationis virginem vocasse potentiā brachij & roboris. Etenim ea quę per potentiam parua fieri possunt, etiam vel solo digito adimplere valebis. Nam è solo palca in digito leuabis: si autem velis magnū aliquod pondus assumere, & viribus & brachijs tibi erit opus. Vnde beata virgo, vt ostend-

deret magnitudinē & celsitudinē altissimi incarnationis mysterij, dixit dominū potentiam & virtutem suam in brachio forti demonstrasse: quia hoc non fuit digitorū opus, veluti illa quę in conditione & constitutione mundi fuerunt facta, vt creare caelos, solem & lunam, & reliquā planetarum pulchritudinem. Quod quidem eleganter regius vates insinuat cum dixit. Quoniam videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum: lunā & stellas quę tu fundasti. Deus nāque sua omnipotenti virtute minimum opus iudicauit, solem, lunā, stellas, & reliquas vniuersi creaturas, vel solo nutu condere, ipse enim dixit & facta sunt: tamē diuini verbi incarnatio nullis verbis exprimi potest quāti roboris quantāque virtutis fuerit opus. Solet etiam ab aliquibus per brachium, Dei filius intelligi, qui Dei robur & fortitudo patris est. Quod sane pulchre in Psalmis ostenditur cum dicitur. Redemisti enim in brachio tuo domine populū tuū. Et apud Esaiam. Dominus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Et rursus idē. Parauit Dominus brachium sanctū suum, in oculis omnium gentium. Et videbunt omnes fines terrę salutare Dei nostri. Per ipsum namque vniuersa creauit, per ipsum redemit mundū, diaboli caput fregit, inferni portas dissipauit, cælum aperuit: & tandem per ipsum stupenda miracula, & inaudita mirabilia operatus est. Vult igitur dicere beata virgo. Iam nō erit sicut tēporibus Moyfi & Iosue, quibus per seruos & ministros suos magna operabatur Dominus, & vincebat Reges: iam non per manū Angeli vincet exercitū Sennacherib, sed per manū filij sui, qui robur, & fortitudo eius est, destruet inimicos nostros. Verbum postquam Deum ratione suę potentię & clementię cōmendauit: eum iterum commendat ab effectibus suę iustitię. Vt autem scias in eo esse & faciem hominis, & faciem leonis, ne fortē ab ipsius miserationibus ansam peccandi sumas suę iustitię vires inexpectus, subdit statim. *Dispersit superbos mente cordis sui.* Potenter se gessit Dominus erga potentes veteris testamenti, & ad nihilum reduxit consilia eorum. An nō in nihilum redēgit Babylonicos illos, qui eo superbię & insanie deuenerunt, vt dixerint. Venite faciamus nobis ciuitatē & turrim, cuius culmen pertingat cælum, & celebrem nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersas terras? Nunquid similem amentiam aliquādo audisti? Sed destruxit Dominus consilia eorum. Ait enim: Venite descendamus, & confundamus linguā eorū, vt non audiat vnusquisque vocē proximi sui. Eodem modo destruxit Pharaonis, Sennacherib, & Achitophelis cōsilia. Possumus etiam in hoc loco non incōmodē intelligere superbos Iudæos, qui gloriabantur se de stirpe Abraham descendere, & de ipsius iustitia nimis persumebant. Istos ergo superbos facta potētia in brachio suo, dispersit mente cordis sui. Vnde conuenienter adiunxit. *Deposuit potentes de sede.* Quia Iudæos impios, qui sedem regni habebant ignominiosē deturbauit: & humiles, hoc est, Gentiles exaltauit: quia gētes quę abiectę erant, per humilem confessionē in confortium regni, atque in filiorum adoptionem assumpti: factū est enim vt Iudæi, qui prius electi erant, postea reprobandentur & Gentiles, qui prius erant reprobi, postea assumerentur. Hoc itaq; profundo

*Psal. 18.*  
*Psa. 148.*  
*Psal. 76.*  
*Esa. 40.*  
*Esa. 50.*  
*Psal. 97.*  
*4. Re. 19.*  
*Ezec. 1.*  
*Gen. 11.*  
*Exod. 14.*  
*4. Re. 19.*  
*2. Re. 17.*  
*Ioan. 8.*  
*Rom. 10.*  
*Rom. 3.*

*Rom. 11.*  
*Matt. 23.*  
*Sapient. 5.*  
*1. Reg. 2.*

& altissimo consilio factū est, vt omnia sub peccato concluderet Deus, vt omnium misereretur. Quo circa diuinus apostolus in consideratione huius tā profundi sapientię pelagi exclamans, dicit. O altitudo diuitiarum sapientię & scientię Dei, quam incomprehensibilia. &c. ¶ Obserua pręterea, quod non dicit. Deposuit sedes potentium, sed deposuit potentes: quia magistratus & sciētia non merēt vituperiū. At superbi literati qui seipfos de sapientia iactant, quales erant illi scribę & legis doctores, abiiciendi sunt & irridenti. Super cathedrā Moyfi (inquit Christus) sederunt scribę & pharisę, quę dixerint vobis facere facite: secūdem autem opera eorum nolite facere. Non damnat Christus cathedram Moyfi, aut doctrinā, sed superbiā, & praua opera scribarū & pharisæorum. Vnde sit, quod beata virgo non dicat, deposuisse sedes potentium, quia sedes optima est: sed potentes dicit abiicisse, ab honoribus & dignitatibus, & eos in cinerem & fauillā redēgit. Conuerterit in terram, qui in hoc mundo res terrenas ambiunt & sectantur. Vox enim dum proferitur aliquid magnū videtur, nam ad ipsam multa concurrunt, scilicet, lingua, dētes, palatum & labia: quam si rectē consideraueris inuenies nil aliud esse quam aerem verberatum. Sic superbi principes quamdiu gubernationis sceptrū tenent, multa concurrūt, quę eos in sua potentia, in opibus & mundi gloria amplificare & stabilire videntur: at postquā in angustō sepulchri domicilio recondūtur, vbi veritas elucescit, continuo cognosces eos, qui potētes & illustres se gloriabantur puluerem & cinerē esse & vermiū palū. Quos si roges, vbi sit gloria illa & pompa mundi, in qua veluti in marinoreis columnis confidebant: si roges, vbi sit honor & dignitas, in quorum anchoris totam suā fiduciam reponcbant: vbi denique sit tantū & tam superbum famulitū, vbi argentea & aurea vasa, vbi lectus pretiosissimus, & eius sulcra miro artificio elaborata? vtiq; respondebūt tibi. Transierunt omnia illa, sicut vmbra & tanquam nuncijs percurrētes. Sic dominus solet animos superborum confringere, & eorū ambitionē depōnere. Vnde Anna illa mater Samuelis in suo cātico dicebat. Arcus fortū superatus est: & infirmi accincti sunt robore. ¶ Sed forsitan non inconcinne obiiciet aliquis. Si similitudo amicitiam conciliare solet, & Deus summē potēs & magnus sit (vt beata virgo in hoc cantico retulit) quid est quod potens dicitur, humiles vero exaltat & fouet? Quia mos scripturę est: in ea significatiōe nominibus vti, quę hominibus in consuetudine habetur. Diuites namque homines appellamus eos, qui pecunias, agros domos magnificas & cetera huiusmodi possident: pauperes verō qui his omnibus sunt destituti. Potentes vocamus eos, qui damna possunt alijs inferre, & etiam eos, qui magnis beneficijs alios possunt afficere: imbecilles verō, qui ista non valent perficere. Sic pulchros appellamus eos, qui pręstanti corporis forma polent, qui viribus & integra corporis valetudine pręstant: eos verō qui his non valent, inualidos & infirmos appellamus. At cum ista hominē exteriorem tantum exornēt, & vera hominis ratio in animi bonis internis sit constituta, cumque Deus rerū amet veritatē, cum ipse sit summa & infallibilis veritas: non reputat potentes, diuites, aut fortes eos, qui vulgo tales no-

minantur, quoniam vt vera loquar nihil in se habent talibus nominibus dignū. Sed solę illę verę diuitię dicendę sunt, vera pulchritudo, robur & fortitudo, quę ipsum animū hominis illustrēt & diuinam partē condecorant, exornāt, & perficiūt. Etenim is non verē potens & diues dicendus est, qui infinitam pecunię multitudinē congestā habet in arca, cuius animus summa penuria & egestate laborat. Quid prodest (ait Salomon) stulto habere diuitias, cum sapientiā emere nō possit? Vt debis sanē aliquando hominē, qui intus nihilo ab equo vel asino differat: corpore tamen incedit pura, bombicino, gēmis, & auro ornatus. Nunquid appellabis hunc diuitem? Quo iure? An non quia magnum pretiū in corpore gestat? Quod si hęc ita se habent & meritissimō eūā poteris asinū argento & auro onustum diuitē & potētē appellare. Si hęc verō, quę modo subdidi, ridicula existimas, nihilominus teneris astruere, hominē omni virtute destitutū, & nullis animi bonis illustratū, ferum animal in ipsis syluis nutritū. Rursus si potētē & fortē cum dicis, qui vrbes expugnare possit, qui leones interficere, quique cum hostibus manus conferere audeat: ex altera verō parte eum ostendis ita luxuria, auaritia & superbia deuinctū, vt nullo in tēpore se in libertatē redigat: in Salomonis sententiā incidēs, qui inquit. Melior est pātēs viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnator vrbiū. Merito ergo dominus huiusmodi potentes a sedibus suis deturbauit, quia istud nomen iniuste sibi vendicant, humiles verō ad eas exaltauit: vtpote qui magni sunt apud dominū, qui non verba, aut nomen, sed ipsa opera attēdit. Verū eniuero iam libet te ipsum exorare, vt audias quid potens & diues, sed humilis David dicat. Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non seruabit me: sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio vultus tui. Et iterum. Fortitudinem meam ad te custodiam. Sed mirum est, quod cum tanta roboris & virium magnitudine polleret: vt vel ipsis manibus vifos & leones confringeret, non in illa fortitudine sibi placebat, sed omnia Deo ferebat accepta Dominus (inquit) qui eripuit me de manu leonis & de manu vifū, ipse liberabit me de manu Philistę huius. Non dixit: ego qui obtuncaui leonem & vrsū, etiam hūc Philistęum facillē superabo. Verē illi potentes & magni appellandi sunt, qui se ipsos intra suos terminos ita continent, vt omnem fortitudinem suam & robur Deum esse consciantur, existimantes ob momentaneam accessionem diuitiarum non maiores, aut potentiores esse, memores communis naturę cursus. Ob quam causam patientissimus ille & ditissimus Iob non dedignabatur iudicium subire cum seruo & ancila sua. Et sanctus patriarcha Abraham qui ingenti diuitiarū supellestile cumularus erat, ipse in gregem abiuit, & attulit vitulum, & illum parauit in conuiuium: & Sara vxor ipsius subcinericios panes fecit vt peregrinis ministraret. Hi sanē licet diuitias ingentes possidebant, tamen humiles erant, & verē potentes, non propter externas opes, sed quia virtutibus & sanctitate erant insignes. Cum autem hęc sit vera hominis magnitudo, idcirco dominus eos tantquam magnos & potentes ad suprema illa cęlestium spirituum habitacula euexit. Eos verō, qui belluinam conditio-

*Pro. 17.*  
*Pro. 16.*  
*Psal. 43.*  
*Psal. 58.*  
*1. Re. 17.*  
*Iob. 31.*  
*Gene. 18.*

*Esa. 1.*  
*Ioan. 4.*  
*Eze. 4.*  
*Sap. 1.*



uent & arrogantiam in ducunt de externis corporis bonis se iactantes in bruta animantia redigit, vt contigit Nabuchodonosor, qui elatus & superbiis potentia magna in hanc amentiam descendit, vt dixerit. Nonne hæc est ciuitas magna quam edificauit in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cui protinus insonuit vox de cælo dicens. Tibi dicitur Nabuchodonosor: Regnū tuum transibit à te. Videant obsecro qui literis, opibus, & potentia fidunt, in quot miseris ignorantia tenebris vitam degunt: discant quæ si magni esse volunt in humilitate persistere. ¶ Sed iam aduersas oportet, quod plerunq; homines de tribus solent gloriari: de sapientia scilicet, de potentia, de facultatibus huius mundi: vt autem scias & cognoscas quibus potens sit dominus, nulla est sapientia, quā dominus destruere non possit: nulla potentia est, quam vel solo nutu non possit subuertere: nulla denique diuitiā quas si velit non possit perdere: quod quidem beata virgo his tribus versibus aperit, iuxta illud Ieremæ. Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues in diuitiis suis. Primum horum dixit Maria cum inquit, dispersit superbos mentis cordis sui: secundum cum ait, deposuit potentes de sede, hoc est, sapientes à cathedra magistrali. Tertium dixit cum post hæc in versiculo sequenti ait diuites dimisit inanes. Hos sapientes, potentes, & diuites superbos contemnit Deus: & loco istorum exaltat humiles, & esurientes implet bonis. Ideo sequitur. *Et exaltauit humiles.* Hoc Esaias prædixit debere fieri in aduentu Christi. Incuruabitur, inquit, sublimitas hominū, & humiliabitur altitudo virorum. Et Anna mater Samuelis ait. Dominus suscitauit de puluere egenum, & de stercore eleuauit pauperem: vt sedeat cū principibus, & solium gloriæ teneat. Exaltauit humiles, id est, apostolos, quos & constituit principes super omnem terram: de quibus scriptum est. Quoniam dii fortes terræ eleuati sunt vehementer. Non solum exaltauit discipulos suos in vita illa beata, sed etiam in hac peregrinatione dedit eis virtutem calcandi serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. ¶ Præterea etiam ambobus oculis id intueri licet, quod Deus aliquando in hac vita (vt modo retulimus) superbos humiliat, vt fecit cum Nabuchodonosore, qui ob animi elationem expulsus à regno inter bruta animantia vitam debebat ad morem illorum pacens, oculis in terram pronis, ne forte eleuatis iram sui conditoris, quem summè offenderat, aduersus se prouocaret. Humiles verò exaltat sicut Ioseph & Dauid. Quod in plurimum non fit in hac vita, sed in futura: quia cum multis in hac vita dissimulat, ita vt cum sint superbi, non deprimuntur: neque alij humiles exaltantur. Sed id tibi firmissimum statue, quod in futura vita vtrisque remittitur prout facta sua meruerint, vt videre est in Saule & Acab, & etiam in Lazaro paupere & diuite epulone. ¶ Sed vnum hic diligenter est obseruandum, quod cum virgo sacra de venturis prophetauerit, dicens ea, quæ à Christo erant adimplenda in suo aduentu, de præterito loquitur, dispersit, deposuit, exaltauit: quod ideo fecit propter certitudinem & infallibilitatē prophetiæ. Qua loquēdi phrasī vsi sunt prophætæ, quia sicuti nihil cer-

tius nobis est quā præteritū: ita prophætæ vti præterita ventura prædicebant. Sic regius propheta locutus de Christi passione inquit. Super vestem meam miserunt sortem. Dinumerauerunt omnia ossa mea. Foderunt manus meas & pedes meos. &c. Et multa alia his similia in psalmis, in Esaiâ & in alijs locis inuenies. Nam vt D. Hieron. in comment. super Esaiam inquit. Tam certa sunt quæ futura dicuntur, vt putentur esse præterita. Quia sicut fieri nequit, quæ iam facta sunt, facta non esse: sic etiam impossibile est, ita non fore hæc, quæ dicuntur. *Esurientes impleuit bonis.* Non dicit opibus aut facultatibus sed bonis. Bona namque ea sunt, quæ possessoribus suis semper profunt, & nūquam obfunt. At huius seculi diuitiæ, honores, dignitates, magistratus, regna, & imperia, hæc plerumque suos possessores in mille pericula & præcipitia ferunt. Bona autem, quibus isti esurientes implentur sunt pax illa, quam Paulus dicit omnem mentem superare: animi tranquillitas, spes certa eorum bonorum, quibus carent, quæ post huius vitæ curriculum se assequuntur certo sciunt. Beatus August. dicit, quod hi filij esurientes humiles & abiectissimi quique sunt, sese prorsus inanes & vacuos gratia reputantes. Hos implet Spiritus domini, & horum habitat corda & animos. Nam vt Sapiens inquit, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, transfiguratur autem se in animas sanctas. Humilitas quippe Deum esurit, & spiritualia bona auidè cupit. Vnde fit, vt humiles famelicidantur, quia fatentur se ex omnibus partibus egenos, & nihil boni habere. Sic beatissimus ille Petrus dicebat. Exi à me domine, quia homo peccator sum. Et Saul. Quis ego sum, aut quæ cognatio patris mei? Hos dominus spiritualibus diuinis, & veris animi bonis implet: nam vt vas in pureo impletur aqua, necessum est, vt incuruetur, & submittatur. Quo fit, vt Christus dicat. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et per Esaiam dominus dicit. Ad quem ego respiciam nisi ad contritum & humilium? Et sicut implet bonis humiles esurientes, ita diuites superbos vacuos dimittit. Et ideo sequitur. *Et diuites.* Hoc est temporalium bonorum nimis cupidos amatores, spiritualibus ea quæ diuina sunt præferentes. Diuites inquam in cogitationibus suis, quamuis pauperes & miseros coram Deo. *Dimisit inanes.* Sicut vasa ignominia, quæ in hac vita misericordiae non fuerunt recordata in interitum sunt reiecta. Inanes illos dimisit, quia omni diuina gratia vacui fuerunt: & omnibus rebus temporalibus: quia auaro tam deest id quod habet, quam quod non habet: ita vt nemo sit pauperior ipso, quia Dominus non est eorum, quæ sunt in sua potestate. Sunt enim auari veluti pueri, qui suam vitam consumunt propter ademptionem vnius plumæ per aerem volantis: quibus postquam nox aduenit nihil aliud quam importunus labor domi remanet: & sæpius contingit, vt pedibus lapides offendere, & sua capita comminuerit, & ita his laboribus pei pessis domum plorantes redeunt. Sic huius seculi diuites perpetuo labore defatigati post mundi diuitias & honores ventos subsequuntur & bibunt, quas postquam iam acquirerunt immenso labore à latronibus & tinea defraudant. At cum mors subito foribus aderit, protinus intelligunt

Psal. 21.

Hier. in. 5. Esa.

Philipp. 4

Aug. lib. 50. hom. 44.

Sap. 10.

Luc. 5.

1. Reg. 19

Matt. 11

Luc. 10.

Esa. 66.

Psal. 75.

4. Reg. 1. 4. Reg. 4. Exod. 11

Psal. 146

Psal. 58.

1. Ioan. 4

Ibidem.

Iean. 3.

gent suam laborem inanem & nullius momenti fuisse: quando quidem si ad manus coniecissent oculos, vacuus omnino reperiret, quo fiet, vt in infernum perpetuum miseriarum pelagus vlulantes discendant. Etenim, vt regius propheta inquit, viri diuitiarum dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt in manibus suis. Vbi eleganter sanctus propheta eos viros diuitiarum appellat: quia non domini erant, sed diuitiarum serui. Quemadmodum in sacra pagina sancti viri Dei vocantur, quia Deo fidele obsequium præstiterunt: sic auari viri diuitiarum dicuntur, quia eis perpetuo ministerio sunt mancipati. Sic populus Israeliticus humilis & contemptus Aegyptios spoliavit, & Aegyptij manserunt inanes. Quapropter Sapientia decimo dicitur. Iusti tulerunt spolia imperiorum. Sed iam beata virgo in cantico ulterius progrediens specialia beneficia exhibita populo Iudæorum recollit. *Suscipit Israel puerum suum.* Suscipere idè sonat atque liberare, protegere, vel auxiliari: vt in psalmis inuenitur. Suscipiens māsuetos dominus: humiliatus sum, & liberauit me. Porro à Latinis in dubium vertitur cuius casus sit nomen Israel: sed dubitari non debet, quin sit in accusatiuo. Et est sensus. Deus suscepit puerum suum Israel. Hætenus enim videbatur Deus & misericordiae suæ & gentis nostræ oblitus: videbatur vniuersum Israel reiecit. at modo suam mentem aperuit ostendens nunquam sui populi immemorem fuisse, neque exiisse misericordiam, de qua maximè ipse gloriatur. Suscepit igitur Israel, id est, curā ipsius. Adeo namque erga illum dominus est affectus, vt in ipso populo carnem suscipere voluerit. ¶ Vbi expendas rogo virginis humilitatē, quæ verbis rectis loquitur de incarnationis beneficio. Poterat enim dicere. Ego sum mater filij Dei, ego electa sum, vt Messia vniuerso orbi parerem, & vt ministerio meo mudi salus perageretur. At non tam apertis verbis loquitur, vt pote quæ humilitatis exemplū alijs esse debebat: sed hoc mecum fecit. *Recordatus misericordiae suæ.* Vt carnis nostræ mortalitatē indueret, nō coniecit oculos ad peccata nostra, nec ad hominū ingratitudinē: sed diuinam suā misericordiam attendit, & huius recordatione, omnia illa obliuiscitur, quæ huic diuino operi poterant esse impedimēto. Vnde fit vt egregius psalter dicat. Misericordia eius super omnia opera eius. Quemadmodū enim oleū in sublime fertur super omnes reliquos liquores: ita sanè diuina misericordia super omnia opera eius. Nam cum in se iustitiā suam contraheret, suam misericordiam in nos protendit. Namque hoc illi propriū est ingenium (vt sancta Ecclesia de illo concini) misereri semper & parcere. Nam si te punire, tua est culpa, cum id & maius aliud supplicium tua peccata exposuissent: verū vt tibi peccata remittantur, nō tu solus sufficis, nisi dominus adueniat sua reuē vntus misericordia. Ne igitur existimaret aliquis nostris meritis Deum misisse filiū suū, sed tantū diuina sua miseratione motus, dixit, recordatus misericordiae suæ. Sic beatus Ioānes. In hoc apparet charitas Dei in nobis, quoniam filium suū vniuersum misit Deus in mundū, vt viuamus per eū. Et rursus Ipse prius dilexit nos, & misit filium suum pro peccationem pro peccatis nostris. Et ipsemet Christus in euangelio. Sic Deus dilexit mundū: vt filium suū vniuersum daret. Dedit itaque illum mi-

sericordiae suæ recordatus. Ex quo loco id tu tibi documentum debes elicere, vt non recorderis iniuriarum, quas quis in te contulit, vt de illis vindictā sumas: sed vt ipsius fragilitatem & miseriā in mentem adducas. Etenim dominus delictorū nostrorū memor non est, vt in nos animaduertat: sed vt miseretur, & condoleat. Nam de sanctissimo illo Ioseph sacra pagina inquit, fuisse recordatum somniorum, quæ aliquando viderat: neque dicitur recordatum esse iniuriarū, sed somniorum. ¶ Porro in Deo non habet locum recordatio aut obliuio: sed Deus habet se ad modum recordationis, dum misereri non differt: & per modum obliuiscens, dum differt: nam scriptura sacra cum ad homines loquitur, more humano loquitur. Et sic dicit, Deū irasci, Deum poenitere, & his similibus vtitur modis loquendi, non eo, quod tales affectiones in Deum cadere possint, sed vt iam diximus, more humano loquitur vt vel sic domini ingenium intelligamus. Sic & nunc cum sint coram Deo omnia præsentia dicitur recordari misericordiae, quia non distulit misereri. Recordatus enim est cū misit filium patribus antiquis promissum. Et ideo subditur. *Sicut loquutus est ad patres nostros Abraham & semini eius in secula.* Postquam beata virgo aliquantulum temporis in prædicationis factis diuinis ministris encomijs consumpsit: reuertitur modo ad id cuius causa suam caticum inceperat, ita vt his vltimis versibus compendium facere videatur. Ait igitur. Sicut loquutus est ad patres nostros &c. Ac si diceret. Non hic quicquam sorte fortuna factum est: sed quod dominus antiquitus promiserat, id factum adimpleuit, tanquam is, qui nec fallere, nec falli vnquam assuevit. Nam sanctissimo illi patriarchæ Abraham dictum est. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et Dauid. Iurauit Dominus Dauid veritatem, &c. Et Esaias. Egredietur virga de radice Iesse. &c. Et iterum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Et Ieremias. Nouum faciet dominus super terram, mulier circundabit virum. Et Baruch. Postea in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Vbi iam vides, quomodo Deus promissa firmissimis factis compleuit. Etenim ipse est, qui ait. Quæ procedūt de labijs meis non faciam irrita. Nam inter cætera mirabilia, quæ in Deo tanquam in primo suo fonte & origine relucent, id vnum est veritas: vt ea quæ promissit in fallibili ratione compleat. Sed id non possum non iniquum & sceleratum iudicare, vt nos domino promissa non adimpleamus: ipse vero in nihilo nobiscum deficiat. Videre namque oportet, vt quemadmodum dominus patribus nostris promissa adimpleuit: ita tu memor sis, vt vota adimpleas, quibus te ipsi Deo adstrinxisti & obligasti. ¶ Vbi etiam docemur ne utiquam cum mundo tutum esse amicitiam inire, sed tantum cum solo Deo: quia id est, hominum ingenium, vt semper gaudeant cum eis conuersari, in quorum ore semper veritas inuenitur: è contra verò eos summè detestatur, qui mendacij & falsitatis sunt amatores. Cuiusmodi conditionis mūdus est qui montes aureos promittit, postea verò nascitur ridiculus mus. Omnia bona & scelicia promittit, postea verò statuto tempore in mala conuertuntur. Promittit quierem, & tranquillitatem animi, & in his mille laboribus & angustiis te con-

Gen. 42.

Gen. li. 17 Mor. ca. 1

Gen. 21

Psal. 131

Esa. 11.

Esa. 7. Ierem. 36

Bar. 3.

Psal. 88.



rat. Quod si iterum lætitiã & voluptates ad nutu tibi promittat, certè nihil falsius, nihilque magis ridendum credas: nã statim tibi foribus aderint inæror, tristitia, luctus, & afflictio, quæ omnia nũcij certissimi sunt eorũ, quæ animus patietur. At tandem si in abundantia & rerum humanarum affluentia longævam vitam tibi astruxerit, nihil credas procul à veritate distare, cum & ocus & velocius currat naui fluctuanti per aquas, cuius vestigium ob rantam brevitatem nullatenus oportet inquirere. Quod quidem appositissimo exemplo sacræ scripturæ libet tibi demonstrare. Nam cum sanctus Iacob septennio temporis spatio vitam egisset in ministerio Laban socii sui, vt pulchritudine & decore formosæ Rachelis matrimonij vinculo gauderet: in temporis plenitudine falsus Laban Liam obtulit, quæ & deformis erat, & lippis oculis suam deformitatẽ ostendebat. Cuius conditionis & ingenij iam tibi ostendimus apertè miserum mundũ esse: qui alta & pretiosa promittens, vilia & abiecta largitur. At qui in mũdo sunt & ipsius ministerio fetotos consecrarunt, hanc ipsius palliatam fraudem non agnoscunt: quo vsq; huius seculi transacta nocte (quæ & obscurissima est, & mundanos in tanta caligine detinet) à somno experge facti oculos & mentem aperiant, quibus mundi fraudes facile possint intelligere. Ex quo id tibi sume documentum, vt nunquã ipsius verbis acquiescas, nam semper falsa promittit: sed fiduciam in Deum tanquam in tutissimã anchorã conice, qui rectè nouit & promittere, & multoties plusquam promissis, cõcedere. Nec eius animi est vt aliquando promissis pœniteat: & idcirco dixit in seculũ. Quia quod semel assumpsit, nunquã dimisit: ita vt perpetuo humana caro Deo maneat coniuncta. His igitur verbis virgo sacra sum canticum absoluit: qui & decem versibus clauditur, vt hæc verbis prophetæ consonent, qui dixit. Deus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi. Omnia cantica quæ ante hoc tempus cani solebant, tristitia erant: solus namque ille voluptatis & lætitiæ carmina cantare potest, qui verè lætus & iucundus est, cum musica & ipsi cordi conformis sit. Vnde meritisimo beata virgo sola lætitiæ & alacritatis canticum psallere potest, cum & ipsa sola peccati & sceleris tristitia caruerit. Cantica, quæ temporibus retro actis concinni solebant in ætorem & tristitiam afferebant, propter cantores, qui sceleribus & flagitiis erant contaminati: at carmen hoc ideo lætitiæ & iubilo est plenum cum cantatrix immunis prorsus fuerit ab omni sceleris contagione. Decachordo enim cecinit carmine vt Dei mirabilia proferat. In primo itaque diuinam & supremã diuinitatis altitudinem dulci modulo canit, dicens. Magnificat anima mea dominum. In secũdo verò redemptionis maximum beneficium, dicens. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. In tercio vero liberalitatem & magnificentiam, qua nostras respicit miseras. Quia respexit humilitatem, &c. In quarto vero suorum operum stabilitatẽ, dicens. Quia fecit mihi magna, qui potens est. Et in quinto suæ misericordiæ patentes fores ostendit. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus cum. In sexto suæ virtutis & iustitiæ rectitudinem cõmemorat, cum dicit. Dispersit superbos mente cordis sui. In

septimo brachium suæ potentie ostendit, subdēs. Deposuit potentes de sede. In octauo suorum beneficiorum magnitudinem recordatur. Esuriētes impleuit bonis. In nono clementiæ suæ nos esse memores vult. Suscepit Israel puerum suum. Decimo vero carmine claudit verborũ suorum adimplementum subiiciens. Sicut loquutus est ad patres nostros Abraham &c. Hæc igitur dicta sint de cãtico beate virginis: nunc autem sacrum euangelium audiamus prosequentẽ historiam nostræ redẽptionis. *Manſit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: & reuersa est in domum suam.* In Nazareth, scilicet provincie Galilee, in qua diuinũ verbũ cepit, & à qua recesserat vt cognatam suam Elisabeth visitaret. Vbi documentũ nobis est vt nõ cito bonorũ consortiũ dimittamus, vbi facultas est per aliquid tempus commemorari: nec leuitate animi discedendum est ab his, in quibus sanctum vitæ institutum esse cognoscitur. Porro antequã completeretur tres menses domũ suã reuertitur, quia iam appropinquaret partus Elisabeth: namque tum tẽporis conueniebãt aliæ mulieres, & idcirco sanctissimæ virginis obsequiũ, nõ erat adeo necessariũ. Neque ob id Maria ingenium mutauerat, quia cum clausi cubilis, & solitudinis esset amaritix tantæ multitudinis strepitu conuenientis ad partũ Elisabeth ferre non poterat: & ideo maxime, quia cum eius cõceptio miraculosa esset, nouitatibus amica multitudo quotidie accedebat. Fiebat etiam id alia de causa, quia beata Elisabeth summopere ab omnibus diligebatur, & grata erat corã oculis omnium & idcirco tot tantique concurrebant, vt aliquo ministerio ipsi obtẽperarent. Virgo autem Maria (vt modo retulimus) cum pudicitiam semper sectaretur, & cubilis penetralia diligeret: paucis diebus ante partum domum suã adire statuit, & à tumultibus gẽtium fugere. Vbi iam videre licet quomodo bonorũ hõminum cõsuetudo & amicitia semper in maximum nostrum commodum redundet. Nam statim in ipso virginis ingressu in domum Zachariæ tantum bonum oritur, vt ad virginis salutationem puer in vtero exultauerit, & spiritu sancto insantis mater repletetur. Quid igitur dicendum est de tot tantisque utilitatibus & commodis in temporis discursu subsequutis propter virginis præsentiam? Facit ad hoc id, quod legitur secundo regum scilicet, quod arca fœderis domini mansit in domo Obedon sacerdotis triũ mensium spatio: & benedixit dominus Obedon, & omnem domum eius: ita vt cum hæc videret sanctus rex Dauid decreuerit fere illam in domum suam. Sed quantum maius bonorum culmen tibi credendum est dominum contulisse domui Zachariæ spacio trium illorum mensium, quibus sanctissima illa arca fœderis Maria virgo ibi mansit, quæ angelorum panem intra sua claustra portabat? Benedixit itaque Deus sacerdoti Zachariæ, & domui eius propter arcam quam domi tenuit tribus illis mēſibus, ad cuius etiam præsentiam filius suus sanctificatus est, vxor repleta diuino spiritu, & ipse Zacharias illustratus est altissimo dono prophetiæ. Vbi non immerito monemur, vt semper nobis cura sit hospitio sanctos viros recipere, vt pote qui semper nobis maximas utilitates afferent. Sic factum est cum Laban, eo quod in domo habuit sanctum Iacob, ynde eidem postea dictum

2. Reg. 6.

fuit.

fuit. Modicum habuisti atequam venire ad te: & nunc diues effectus es: benedixitque tibi Deus ad introitum meum. Et iterum in Genesi. Benedixit dominus domui Aegypti propter Ioseph: & multiplicauit eam in ædibus, quam in agris, cunctam eius substantiam. Nec his consideratis immemor sis egregij illius facti, quomodo dominus multiplicauit oleum & farinam Sareptanæ illius viduæ, quæ victum ministravit Helix. Si igitur Deustor bona contulit recipientibus seruos suos: quanto melius credendum est maioribus & locupletioribus bonis cumularum eos, qui ipsum Christum receperint? Vtique cum hospitio suscipis pauperes, Christum suscipis: nam ipse est, qui dicit. Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. & subdit statim. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ex quo quidem id tibi documentum summa diligentia elicere debes; vt semper digneris pauperibus, & egenis subuenire, vt & tecum in omnibus dominus sit, & vt multiplicet tibi tam spiritalia, quam temporalia bona: quam doctrinam nisi animus esse breuitati consulere, variis sanctarum literarum exemplis tibi comprobarem. Vbi etiam expendere debes quantum gaudium secum afferat iustorum præsentia. Ioannes namque protinus exultat in gaudio, & omnes qui in domo Zachariæ sunt. Vnde egregius psaltes in persona virginis dicebat. Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur. Qui timent te (inquit) quia cum boni semper timorem domini in cordibus afferant, lætantur: mali vero torquentur, quia iustorum vitacacitæ malorum mores & instituta reprehendit. Quo fiebat vt ipse Christus, qui oculos Simeonis, Annæ, & apostolorum sua præsentia lætificabat, alios offendebat: vt visum est in illis Genazarenis, qui rogauerunt, vt ab eis discederet. Alij noluerunt illum excipere, vt Samaritani. At iusti (vt hic Dauid inquit) videntes iustum lætantur. Est namque bonorum proprium suas virtutes in aliis diligere. Paulus enim accessit Hierosolymã, vt iustos videret, & cum Petro mansit diebus quindecim, vt ex eius familiaritate aliquid sanctitatis sibi compararet. Vnde etiam factũ est, vt sic adeo Milesi profecissent in D. Pauli doctrina & conuersione, vt cum vellet ab eis discedere Hierosolymã iturus valde fuerint contristati, ita vt multis lacrymis fuis illum ad nauem duxerint. Quod idẽ credendum est sanctos illos fecisse in discessu beatissimæ virginis, vt pote qui tot bonis ipsius aduentu erant cumulati. Sed quid post hæc factum sit audiamus. *Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium.* Phrasis hæc (impletũ est tempus) modus loquendi accommodatus est tempori iustorum, quia isti dies suos plenos, & non vacuos habent: peccatores vero vacuos & inanēs dies possident iuxta illud Iob. Dies vacuos enumerari. At iste interpretandi modus violenter extortus est à vero & genuino literæ sensu. Sed verè id explicabis si dixeris euangelistam docere voluisse, quod cum iuuenis erat Elisabeth, nondũ erat tempus pariendi, nec tempus aduenisse, quo Deus illam pariturã decreuerat: quia eius partus in maiorẽ tẽporis maturitatẽ statutus erat, scilicet, in senectutẽ. Vbi aduertere debes, nunquã de diuina pietate & misericordia esse diffidendum: quia licet aliquãdo lento & plusquã testudineo gradu incedere videatur, non

Gen. 50. Gene. 39

3. Reg. 17

Matt. 25

Psal. 118

Matt. 8. Luc. 9.

Galat. 1.

Act. 10.

Iob. 7.

id facit vt suis beneficiis nos destituat, sed vt maiora & locupletiora dona conferat. Detinet se dominus in conferendo, vt in nobis crescat & augeatur meritum, vt digniores simus beneficiis suis suscipiendis. Patiens esto, & in sanctis petitionibus persiste, copiosiora namque bona tibi elargietur, quã exoptulas. Zacharias quippe et Elisabeth quolibet filio illis dato contenti essent, & cum filia etiã, vt sterilitatis opprobrium à se exterminarent: tamen dominus, vt pote qui semper pietate & misericordia nouit vt plus petito & optato concessit, quia talem filium dedit, vt merito inter natos mulierum maior aut sanctior non reperiretur. Præterea ex hoc loco apertè colligitur, virginem Mariã nõ adfuisse natiuitati Ioannis: quia postquã dixit euangelista. Et reuersa est Maria in domum suã, subdit. Impletum esse Elisabeth tempus pariendi. Ex quibus verbis facile est colligere, ante Elisabeth partũ virginem domum suã abiisse. Aduertere etiã in hoc loco domini bonitatẽ, qui non solũ ex bonis bona, verũ ex malis bona producit. Voluit namque ex sterilitatis opprobrio Ioannẽ Baptistã oriri, & ex ingenti tristitia gaudiũ magnum crexit: quale fuit illud, quo omnes in natiuitate Ioãnis sunt gaudiũ. Ita etiam ex peccatis humilitatẽ & vigilantiã educere solet, quibus peccatores non labantur in pristina peccata. Petrus quippe, qui se fortè & magnanimũ asseuerabat maxima cũ arrogantia, postquam peccauit, & poenitentiam commissi criminis egit, ita prudens & cautus permansit, vt rogatus à Christo, plus ne cæteris illum diligeret? sanctissimo humilitatis documento Christo respondit, Tu scis domine, quia amo te. Nulla in alios illata iniuria respondit. Et Dauid etiam ex perpetrato peccato humilitatem eduxit. Et B. Paulus ex graui persecutione in qua versabatur tantam sibi humilitatem cõparauit, vt dixerit se omnibus peccatoribus maiorẽ esse. Iraque hæc omnia relata ideo intelligas, vt scias diuinam misericordiã ex ipsis malis bona producere: vt ex peccatis humilitatem, & ex sterilitatis opprobrio excellentem & illustrem vitum, ita, vt ipsius causa dixerit euangelista. *Audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam eum illa, & congratulabatur ei.* Post opprobrium sterilitatis, misericordiam faciã. Nunquam dominus flagellum suum mittit, quin suæ misericordiæ recordetur. Vnde in psalmo postquã dominus minatus est flagellis subdit dicens. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Et in Esaia legitur, quod postquam dominus populũ Israeliticũ arguit, dicit. Idcirco hæc dicit dominus. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, id est, Christum. Possit namque rectè dicere. O impij & scelerati Iudæi, quia mei fuistis immemores, Ecce ego funditus euertam vos, aut mittam in vos lupos & leones, qui diripiant & absument vos: sed potius dixit. Quoniam mei estis immemores, & scelere & flagitio pascimini, ego mittam vestrũ saluatorem. Etenim digni erant Israelitæ pœnatione & tormentis, quorum loco misit illis dominus saluatorem. Et in Osea legitur, quod ibi post amatores suos, & Dei obliuiscatur, &c. Propter hoc etiam, ecce ego lætabor eam, & ducam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Vides iam quomodo dominus nunquam tam iratus incedit vindictã de aliquo sumpturus, quin in medio itineris

Matt. 11

Matt. 26

Ioan. 21.

Psal. 118. 1. Tim. 1

Psal. 88.

Esa. 28.

Osea. 20.

suæ misericordiaz & pietatis recorderetur? Sic modo inter flagella sterilitatis, & inter amissionē loquelę Zacharię suam misericordiam magnificat, tribuēs illis fructum benedictionis desideratum. ¶ Præterea vocat Euangelista hunc Elisabeth partum misericordiam. Magna quippe & excellens misericordia est domini, in mundum iustos mittere. Quid enim factum esset de Aegypto septem illis annis quando vniversam terram famēs occupauerat, nisi altissimus dominus tum temporis Ioseph mitteret illis, qui & eriperet eos, & suæ necessitati præsentissimo remedio prouideret? Quid de Eliphaz, & de duobus amicis Iob, si sanctissimus Iob pro illis non exorasset? Quid actum esset de Israhelico populo, quando Deus loquutus Moysi dixit, se illum destruere velle, & alium maiorem ædificare: ni Moyses pro illis exorasset? Oravit Moyses placatusque est ne faceret malum, quod loquutus fuerat aduersus populum suum. Quid iterum de eodem populo factum esset, quando prouocata domini ira, cœpit ipsos corrigere & interficere: nisi Aaron intercessisset pro populo Dei? Vides igitur quàm magna misericordia domini sit cum mittit iustos in mundum: quod signum erit in nos anim aduertere velle, cum iniquos & sceleratos miserit, & de medio tulerit rectos. Itã Sodomam euerſus de medio rapuit Loth: & quando Aegyptiũ etiam Israhelicum populum eduxit de regno, & de Ierusalem sanctum Iosiam, cum veller illam subuercere. Fuit namque mors Iosia: signum vltionis, quam Deus volebat sumere. Rapit iustos de mundo illum subuersurus. Iustus quippe (vt inquit Paulus) mundus non est dignus. Imò ipse cum & in factis & in cogitationibus sit cæcus, ipsos iustos, quorum beneficio & viuit, & sustinetur, plusquam nouercali odio prosequitur. ¶ Audiētes autem cognati & vicini Elisabeth hanc domini factam misericordiam congratulabantur ipsi Elisabeth præcipuē. Sciebant enim illam sterilem semper fuisse, & iam ætate pronectam, & idcirco ei congratulabantur: eo quod dominus illustri progenie gloriam & honorem illi dederat. Nisi particulari gratia & beneficio fieri non poterat, vt prolis fructum ederet. Sic enim angelus Zacharię prædixerat. Multi in natiuitate eius gaudent. Nam in montibus illis Iudææ multa lætitię carmina resonabant, & potius vicini & cognati Elisabeth cælestes habitatores, quam terrestres videbantur. Videtur sanē gaudium hoc referre aues & passeruli, qui in principio veris tota nocte taciti secum silentia reuoluunt: quod si roges, quis tale silentium illis imposuit? vtrique noctis obscuritas & tristitia. At prima luce adueniente mirum est quam dulci & sonoro cantu ad inuicem modulentur, suis vocibus prænunciantes iam esse ortum solem. Clarum enim est secundum apostoli dictum veterem legem noctem fuisse, nouam vero clarum & relucem diem. Nox præcessit, & autem appropinquauit. Nec mirum si tenebris & obscuritati diui Ioannis natali finis impositus fuerit, qui non aliter ac lucifer ortus est denūzians Christum redemptorem nostrum, qui suo admirabili ortu diem gratiæ faciebat appropinquare. Idcirco dominus dixit. Lex & prophetæ vsque ad Ioannem Baptistam. In vniuerso tempore noctis veteris legis magnum fuit silentium, tristi-

tia, & linguarum defectus. Moyses nãque vir magnus & populi Israhelici dux dixit Deo. Incircumciscus labiis ego sum. Et angelus ad Esaiam venit qui diuino prophetiæ lumine maxime erat illustratus, & forcipibus prunam cepit, & labia eius purificauit. Et Hieremias qui superno beneficio in ventre matris fuerat sanctificatus, conuerſus, dicens se loqui nescire. A, a, a, domine Deus, ecce ego nescio loqui. Vides iam quo pacto illius temporis potiores, & optimates conuerſuntur ex defectu linguarum? Quod silentium apertissime significauit taciturnitas Zacharię, quæ legem veterem mutatam & noctis tristitiam designabat. Quid emolumentum natiuitas Ioannis secum affert? Vtrique linguarum defectum supplet, & cum nascitur Zacharię linguam soluit, & cecinit. Benedictus Dominus Deus Israhel. &c. Tum præterea omnes illius temporis summis laudibus Deum extollere cœperunt. Sic enim mundus lætatus est nouo Ioannis natali, vt illi gaudere solent, qui inaudita & iucunda nũcia recipiunt: quibus & vilitas, & ingens bonũ subsequitur. Et ideo sancta mater ecclesia solennibus hymnis, & exultationis canticis diē natalis Ioanis celebrat. In eo quippe saluatoris & redemptoris aduentus nobis Christianis denūciatus est, & ipse Ioannes prior omnibus regnũ cælorũ prædicauit. Ob id quæ factũ est, vt nemo fuerit qui in tanto natali non exultauerit, & gauisus fuerit. ¶ Sed iam tu videas oportet, vt sic vitam agas, vt omnibus in domino gratus & iucundus sis: & non solum eis, qui bono & modesto sunt animo, sed etiã illis, qui hæc nõ sapiũt. Cum autē Elisabeth & sanctis vitæ institutis, & candidis moribus esset imbuta, ita vt necui malediceret, nec rixã pararet alicui, ideo omnes pro tãto illi collato beneficio lætabãtur. Quod si tu illius exemplo vitã vellis componere, ita viuas, vt nemo de illata iniuria, de cõmissio crimine, iniecto malo possit cõqueri de te. Nõ eo modo quo tyranni & superbi huius mundi, quibus pauperes maledicunt: de quibus viduæ frequenter querelas afferunt, & mortem illis exoptant, necnon in calumitibus & infortuniis eorum maxime lætantur. ¶ Vbi id debes iã aduertere, quod vicini & cognati congratulabantur ei in naturali beatissimi Ioannis: & merito id faciunt illi, qui cum eo deliciis, voluptatibus & vanis huius mundi felicitatibus bellum indixerunt. Namque qui conuiujs & oblectamentis carnis toto tẽporis curriculo indulgent, progenio non merito lætantur in beatissimi Ioannis ortu. Nemo enim qui vitã suã peccatis & flagitijs coinquinauerit his nuncijs gaudere poterit. Cum & eius vitæ asperitas peccatorum delicias damnet, & sancta poenitentia ipsius confusionem eisdem pariat. ¶ Aspice etiam illorum temporum sinceritatem, & charitatẽ, qua vicini & cognati erga bonum proximorum afficiebantur. Postet dicere Elisabeth id quod Sara dixit olim. Omnis qui audierit iridebit mihi. Ex quo etiam id tibi documenti poteris elicere, vt tristeris cum flentibus, & gaudeas cum gaudentibus. Sic Ietro sacerdos Madiar lætatus est cum Moysē pro beneficijs factis populo Israhelico: & non solum lætatus est, sed etiam gratias domino egit. Benedictus (inquit) Deus, qui eruit vos, &c. Sed, õ huius nostri seculi inuidiam detestandam, ita vt nemo cum proximo bono & augmento gaudeat: sic adeo vt si tuas fa-

Exod. 3.

Esa. 6.

Hier. 1

Gen. 21.

Exod. 16

culatates

Gen. 37. 1. Re. 18. Mat. 27

cultates augeri videant, siue cum regibus & magnatibus fauorem comparasse ipsi vicini & cognati primi sunt, qui misera inuidia intus torquentur. Hæc enim inuidia (quæ tanquam mortifera pestis vniuersum orbem inuadit) murmuratorũ linguas disertas facit: cum & hæc eadem fuerit quæ Ioseph vendidit, quæ Dauid mille persecutionibus affecit: & tandem (quod magis mirandũ est) ipsum Christũ dominũ cruci affixit. Sciebat enim Pilatus, quod per inuidiam tradidissent eum. Inuidus namque tale induit ingenium vt existimet, honorem proximo collatum, sibi ipsi auferri. Est ne obsecro aliud maius sceleris & flagitij genus, quam vt aliquem poeniteat, Deum esse bonũ. Est ne aliquid aliud maiori detestatione dignius, quã vt creaturam poeniteat, de sui conditoris & redemptoris bonitate? Quid est igitur õ insane quod te poeniteat, Deum bonũ esse & piũ in conferendis proximo tuo honoribus, diuitijs, & ingenio? Nunquid tibi auferit, quod proximo elargitur? Nũquid tibi debitor existit? Quid est obsecro, quod cum Deus liberalitate & magnificentia sua cum alijs vtatur: tu flagitiosam & sceleratam mentem induis? Equidem nullum cenſeo flagitium hac inuidia infelicis, tristius aut miserius, aut quodd (si ita fas est loqui) minus emolumentum suis amatoribus afferat. Nam etsi alij peccatores post huius vitę cursum miserẽ in inferno torqueantur, viuentes tamen aliquod sibi commodum proponunt, & lætantur in vitijs & voluptatibus quibus dediti sunt. Luxuriosus quippe corporis voluptatem quaerit, auarus auri & argenti copiam ambitiosus ad honores & dignitates aspirat, & tandem gula amator sese ingurgitat cibis. At miser & infelix inuidus nullum honorem, nullam voluptatem, nullas opes aut facultates sibi propter inuidiam comparat. Piscator etenim sub fallaci cibo hamum occultat, vt vel sic attractus piscis eius manibus succumbat: sic demon hamo mortis piscatur auarum, abscondens illum sub dulci diuitiarum siti, quæ tam anxios & sollicitos ipsos mortales efficit: superbum verõ honoribus & dignitatibus ad se allicit: quæ quidem esca non minus sapit hominibus, quàm modo relata. Et tandem libidini deditos, ipsis voluptatibus carnis vel lanæ filo facilius trahit: at ipse in felix inuidus nullo cibi genere comprehenditur, ipse enim sibi inimicus, se ipsum tradit. Itã, vt peiorem inducit conditionem omnibus bestiis maris: quia nullus itã ignarus & sine sensu est, vt nullo apposto cibo hamum ore comprehendat. Quibus omnibus iam videre licet quam improuidus, quam amens & stultus sit inuidus: quandoquidẽ mortis & inferni hamum imbibit nullis circũscriptum diuitijs, nullis palliarum honoribus, aut huius seculi voluptatibus inuolutum. Nam si inuidiã tristitia est causa alieni boni, quid superest ipso inuidio lucrũ? Si alij peccant sectantur bonum ad minus appareas: inuidus tamen nudo hamo comprehenditur: qui & in hac vita tormentum, & in futura perpetuos cruciatus patitur. Nec mirum si duplicem sibi parauerit gehennam, & in hac & in futura vita. Sed & aliud restat illi maius malum. Nam fieri non potest, vt illum possit capere celum: quia si ipsum inuidum õ bono proximo poenitet, cum omnes in illa ciuitate sancta læti, felices, diuites & opulenti sint,

quid obsecro ibi faciet? Certẽ viscera eius inuidiã igne comburentur, & misera morte peribit, cum videat omnes prosperos & felices: Et idcirco locus illi adpratus est in inferno, vbi nihil aliud miser videbit, quam perpetuum luctum & denium fridorem. Fiet igitur, vt deinceps ab hac pestilenti bestia procul fugias: nam si hæc cor tuum comprehenderit, nihil sane efficere poteris quod Deo gratum & iucundum sit, cum & ipse summa charitas & bonitas sit. Nam si vel tantillum veneni huius animum tuum tetigerit, omnia bona, quæ feceris procul dubio inficiet. Facies igitur horum vicinorum exemplo, vt semper de bono proximi gaudeas, & eis congratuleris: & tunc dignabitur dominus maiora tibi conferre. *Et factũ est die octauo venerunt circumcidere puerum.* Ex quo factõ liquido constat, olim circumcisionem non fieri in templo, sed in priuatis domibus: nam aderat hic Elisabeth, quæ vsque ad quadragesimum diem nequibat ingredi templum. Octauo autem die circumciditur, iuxta domini mandatum, qui ait. Infans octo dierum circumcidetur in vobis. Vbi manifeste docemur in diebus scelis & lætitię nequitiam nos obliuisci debere mandatorum domini. Etenim cum omnes tunc implerentur lætitiã ob Ioannis natiuitatem, nihilominus nõn dabat neglectui domini mandatum. Nam postquam sancti isti sua desideria finem habuisse viderunt, non Deum obliuiscuntur nec eorum, quæ dominus in lege præceperat. At modo sunt multi: qui filios à domino peiunt, qui in pristinam valetudinem restitui desiderant, vel aliquod imminens periculũ euadere: quorum causa magna vota Deo promittunt: sed cum hæc obtinuerunt, datã fidẽ frangunt, & voti profus immemores sunt. O quot, quantumque sunt qui humanis felicitatibus & honoribus adeptis, Deum suum obliuiscuntur: cum antea tribulationis, & calamitatis tempore in suum patrocinium, & auxilium aduocauerint. Cum rei appositissimum exemplum nobis erit Pharaõ, qui in die tribulationis cum corripatur à domino, ipsum inuocabat, & exorabat: at cum se à plagarum labore creptum videret, & in pristinam salutem restitutum, vtrique Deum non agnoscebat. Et multi etiam in festo natiuitatis Ioannis, sic in vitijs & voluptatibus, & in taurorum agitatione gaudent: vt nec rem sacram, nec concionem audiant. Quo fit, vt in huiusmodi diebus pauci homines in ecclesijs conueniant cum & illa dies & nox etiam suis vanitatibus, delicijs, & insanijs ab eis sit consecrata. Sed proh dolor, vt nesciant iam homines Christiani voluptatem & gaudium sumere, nisi in suum dominum & conditorẽ peccando: & frangendo ipsius diuina mãdara. Nunquid istæ sunt festiuitates Christianis hominibus in diuinum honorem consecratæ? Nũquid neomenias istas, & sabbara ista non odit dominus? Sed vã illis, qui his flagitijs & sceleribus dies sanctos domino consecratos violant. Obserua (inquit dominus populo Israhelico) ne quando obliuiscaris domini Dei tui, & negligas mandata eius, & iudicia atque cæremonias, quas ego præcipuo tibi: nõ postquam comederis, & satius fueris, & domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, habuerisque armenta bouum, & ouis greges, argenti, & auri cunctarumque rerum copiam;

Gen. 17

Exod. 8.

Esa. 1.

Denie. 8.

E 4

cleuetur

eleuetur cor tuum, et non reminiscaris domini dei tui, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Sed diui Baptistae parentes et si foelices & laeti erant propter sublatam sterilitatis opprobrium, & talem donatum filium: nihilominus non ob id obliuiscuntur id, quod in lege a domino praecipuum erat. *Et vocabant nomine patris sui Zachariam.* Nam sicuti hodie fieri solet, vt filij cum baptizantur proprium sortiantur nomen: ita fiebat tunc in circuncisione. Vbi summè notandum est aduersus haereticos nostri temporis, qui clamant nihil in ecclesia tentandum, quod expresso Dei verbo, non sit mandatum. Nulla namque extat scriptura sancta, quae dicat Indæis in die circuncisionis nomina imponenda esse filiis: tamen id ex pia consuetudine faciebant & obseruabant. Reprehendunt igitur Zachariam & Elisabeth, & alios patriarchas, qui hoc fecerunt. Reprehendant & Apostolos, qui sine expresso Christi verbo vestes asinae, qua Christus erat incessurus imposuerunt. Sed quia initio huius libri de his vidimus ad alia faciamus gradum. ¶ Appellabant (inquit Lucas) beatissimum hunc infantem nomine patris sui Zachariam. Id namque consuetudo iam obtinuit vt filij, maxime primogeniti nomine paterno vocentur. Ex quo loco discas oportet, quod prius circuncidebatur puer, & postea imponebatur illi nomen: quia prius signaculum domini imponebatur, quam quoduis aliud. Praeterea circuncisio, quaedam erat carnis abscisio: vt significetur nullum esse dignum vocari militem Dei, & in libro vitae nomen eius scribi: nisi prius carnalia abiecerit, & amputauerit. Verum cognati isti & vicini Elisabeth prohibito id faciebant, nondum cõscij caelestis mysterij quo iam pridem illi erat designatum nomen: quod non deberet humano mutari consilio. Itaque cum videret beata Elisabeth eos in nominis impositione à diuina voluntate dissentire, vt pote quae diuino spiritu nouerat qui vocandus esset, illis continuo restitit. *Et respondens mater eius dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes.* Bono animo atque intentione vicini volebant puero nomen patris imponere, quia primogenitus erat, sed aliud visum est Elisabeth: non quod mariti nomen displiceret, sed quia id diuino nouerat spiritu. Vbi statim docemur in omnibus diuinam voluntatem nostrae antepone. Sic Christus cum videret humanam voluntatem diuinæ contradicentem, dixit. Non mea voluntas, sed tua fiat. Et iterum. Non veni facere voluntatem meam, sed eius, qui misit me. Et erudiens nos modum, quem seruare debemus in petitionibus nostris, dixit ita esse orandum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo, & in terra. Et Saul, qui vocem domini non audiuit, reprehensus à Samuele, dictum est illi. Nunquid vult dominus holocausta & victimas: & non potius vt obediatur voci domini? Ecce Elisabeth, quae maritum tenerè diligebat, voluntatem Dei mariti praetulit dilectioni: & nomen Ioannes vult vt infanti imponatur iuxta diuinam voluntatem. Multae enim sunt mulieres, quae maritorum placita diuinæ voluntati anteferunt, & vt gratæ ipsis maritis appareant, mille modis ipsum dominum offendunt. Et tunc quidem amor carnis, amor Dei anteponitur: & humana voluntas pluris, quam diuina habetur. Cuius rei non erit in-

utile exemplum illud Iezabelæ, quæ cum Achab regem vitum suum videret tristem, vt ei placeret, & faceret laetum, id sceleris patrauit, vt illius causa Naboth fuerit interfectus, & vinea sua illi ablata. Zares Aman vxor vt viro suo placeret, crucem Mardocheo parandam decreuit. Ista mulieres maritis suis cum Dei offensa & iniuria placere volunt. Nos verò eam curam & sollicitudinem adhibeamus oportet, vt potius diuinæ quàm nostræ voluntati placeamus. Ità Elisabeth fecit. Ità sanctus ille Ioseph, qui cogebatur impudico dominæ suæ amori succumbere. Et etiam virili animo perstitit sanctissimum illud castitatis exemplum Susanna quando ad turpem amorem à falsis senibus compellebatur. Idem fecerunt sancti illi Machabæi: qui crudeliter pati potius maluerunt, quam voluntatem Dei transgredi. Et idem fecisse legimus beatum Petrum ecclesiae principem, qui respõdit magistratibus. Obedire oportet Deo, magis quam hominibus. De excellentia verò nominis Ioannis iam in superioribus loquuti sumus, vbi Angelus Zachariae dixit. Vocabis nomen eius Ioannem, sed forsitan inferius aliqua adiciemus. *Et dixerunt ad illa: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.* Ex his verbis intelligitur, quare cognati parentis nomen puero vellent imponere: ne forsitan à nominibus suæ cognationis viderentur discedere, & aliud nomen inuestigare. Et ob id matris dictis non acquiescebant, ignorantes id fieri Spiritus sancti opere. Qui locus docet, vt semper nouitatis fugiamus, & eas potissimum, quæ ratione non nituntur. Sed in hac re illud accidit, quod Esaias reprehendens ait. Vae qui dicitis malum bonum & bonum malum, & appellatis, &c. Ex quo textu etiam licet colligere Ioannem euangelistam hoc nomen sortiri propter Baptistam: & propter ipsius respectum & obseruationem. Quia Salome mater Ioannis euangelistæ soror erat virginis Mariae, & Maria (vt Angelus illi dixit) cognata erat Elisabeth, vnde factum est, vt Ioannes Baptista & Euangelista cognati essent. Quod si Ioannes Euangelista prius natusceretur, quàm Baptista, non vtique diceret isti, nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Vnde aperte constat Euangelistam post Baptistam natum esse. Quo factum est, vt cum tanta miraculosa facta in natali Ioannis diuulgarentur: multi admirati & præcipue cognati filius nomen Ioannis imponebant, quasi nomen à caelo missum, & ab Angelo nunciatum ob reuerentiam beati Baptistæ. Itaque quemadmodum tu, qui deuotione pia affectus es in beatum Petrum, Petri nomen filio tuo imponis: & ille, qui deuotionem cum diuo Antonio habet, filium suum Antonium nuncupat: ita Ioannis Euangelistæ parentes tantæ miraculorum magnitudinem venerati, filium suum Ioannem appellarunt. ¶ Expede etiam, quod quædam admodum cognati illi Elisabeth volebant, vt præcursor Christi Zacharias vocaretur, & mirabantur, quod mater, Ioannis nomen imponeret, quia nemo in tota cognatione tali nomine ostendebatur: ita modo multi sunt, qui pios & Christianos parentes arguunt, si filios suos religioni & sanctitati studere faciunt, & non mundanis lucris. Volunt isti, quod si parentes mercatorum officio funguntur, quod etiam filij eadem vestigia sectentur. Si verò in sacram & cutissimam religionis anchoram se conse-

3. Re. 21.

Ester 5.

Gen. 39.

Dan. 13.

2. Mac. 7.

Act. 4.

Esa. 5.

Gen. 21.

1. Ioan. 4.

Ioan. 20.

2. Par. 24.

Matt. 23

se conferunt, mœrore & tristitia seipso conficiunt. existimantes filios illos fructum esse inanem & omnino perditum. *Innebant parri eius, quem vellet vocari eum.* O quantus clamor in nominis impositione suboritur: namque non satis fuit vt id declararet mater, sed etiam patris voluntate dignoscere cupiunt: vt ipsius licentia & autoritate filio nomen imponatur. Sed mirum est, quantum insanit mundus circa nominis impositionem. Nam etiam si homo vilis sit, & infimo genere natus, nihilominus illustrem & nobilem titulum sibi asciscit. Quod si nobiliorē sortem ex matris, quàm ex patris sanguine compararunt, matris nomē assumunt. Neque his solum contenti aurorū & proauorum stirpem scrutantur, vt vel fortè nobilitatē aliquam inde possint sibi mendicare. Nunc equidem (quod magnum & ingens delirij genus est) tota felicitas mundi, in nominis & sanguinis dignitate constituitur: neque id curatur, quomodo id nomen in signibus virtutum autique sibi compararunt, vt vel sic virtutum amore incenduntur & inflammentur. Plures enim facere debent bonam & studiosam vitam, quam bonum nomen. Nam bona opera, nō nomina, illustres & generosos viros pariunt. Quid enim tibi proderit, si bonum nomen, & vilia & abiecta opera habueris? Quæ certe conditio propria mundi est, qui in externo nomine suam constituit sollicitudinem, cum & intus vacuus sit omni virtute & nobilitate. *Et postulans pugillarem scripsit, dicens. Pugillarem, id est, tabellam ceram, in his enim olim scribebatur: pugillar est quem Graeci πικιδιον vocant.* Sed si erat mutus, quomodo loquebatur? Id referendum est ad Zachariam, non lingua, sed scripto loquentem. *Ioannes est nomen eius.* Vides quam verè dixerit Euangelista Zachariam & Elisabeth iustos esse coram Domino. Namque inter matrimonio coniunctos dū modo concordia adstet, amor in bono persistit. Quod maritus, idem & vxor vult, & è contrario. Nomē quod ipsa vxor imposuerat, vir confirmauit. Qui locus edocet mulierem auscultandam esse, quando secundum voluntatem Dei loquitur. Dixit Dominus Abraham: In omnibus quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius. Maximū bonū habitat inter matrimonio ligatos, si pacis semper fuerint amatores. Nam bene cordata musica dulcem auribus generat sonū, & lyra tunc grata auribus audientium est, quādo ex proportione chordarum melos & suavis concentus auribus sonat. Itaque nunquā cordatam harmoniam facient ij, qui inter se fuerint discordantes. Vnde vbi concordia est inter virum & mulierem, ibi Deus habitat: vbi autē deficit procul Dominus abest, quia Deus charitas est: & vbi amor est, ibi Deus est. Sic in die resurrectionis apparuit dominus vbi erāt discipuli congregati, & non solum in corporibus, verum etiam in voluntatibus, sed pro dolor, quātæ sunt domus, in quibus Christus nunquam habitat, sed diabolus, quia sepius multa iurgia & discordiæ inter coniuges oriri solent. ¶ Sed dubiū statim confurgit, quare voluit Dominus hunc puerū, Ioannem, & non Zachariam vocari, quod nomē erat patris: quandoquidem multi & insignes viri hoc nomine fuerunt nuncupati, vt fuit Zacharias filius Ioiadæ sacerdotis, qui tanta fuit sanctitate præditus, vt ipse Christus de ea mentionem fecerit, &

alter etiam Zacharias Propheta domini sanctus? Ad quod dicendum censeo, quod si cum Ioanne mansisset lex vetus & antiquū sacerdotium, consentaneum esset, vt Zacharias vocaretur. Sed cum Ioannes esset finis veteris legis (quia lex & Propheta vsque ad Ioannem) & principium legis gratiæ, quia à diebus Ioannis Baptistæ, regnum caelorum vim patitur: idē non decuit nomē paternū illi imponere. Idē Angelus in Ioannis cõceptione nouum nomen denunciat, nomen in quā nouæ gratiæ, populo nouo, nouoquē sacerdotio maxime accommodatum. Ioannes igitur quamvis sacerdotis filius, in officio tamen sacerdotali, nec in nomine successit patri: quia Deus dixerat. Ecce noua facio omnia. Nam sicut in Ioanne finitum est sacerdotium & lex vetus, quippe, vt inquit Paulus, translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat, sic finitum est nomen Zachariae. Et quia multiplex fuit gratia in domini præcursore, & tempus gratiæ inchoabat: rectè vocatus est Ioannes. Ipse enim prior omnibus regnum caelorum prædicauit dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum caelorum. A pte itaque dictus est Ioannes, qui mundo sub ira Dei laboranti gratiā per Christum conciliandam prædixit. Idque nō vt reliqui Prophetae de longinquo & obscuris sermonibus & ænigmaticis, sed planè & manifestis signis ipsum gratiæ authorem verbo prophetauit: quem etiam digito demonstrauit. Merito ergo nomen gratiæ habuit ille qui tantum culum gratiæ habiturus erat. ¶ Obserua autē Zachariæ nō dixisse. Imponamus illi nomen, vel voco illum Ioannē, quia iam ab ipso domino erat impositum, & ab Angelo nunciatum, sed dixit: Ioannes est nomen eius. Tanquam si clarioribus dixisset verbis. Non est opus, vt humano more illi nomē imponamus: quandoquidem ipse Deus propriū nomē illi dedit, nec nos nomen nouum imponendū declaramus. *Et mirati sunt vniuersi.* Eo quod placeret nouū nomen, & ob id etiam quia pater mutus, cū matre in nomine conuenissent. Mirabantur vt homines, quia ignorabant quid cum infante diuinitus ageretur. Sed vt magis mirentur, audi quid sequitur. *Aperitū est autem illius os eius & lingua eius.* Hoc est, data est illi facultas, vt loqueretur. Phraſis enim scripturæ est. Aperiens os suum loquebatur. Sic in Mattheo legimus, aperiens Christus os suum docebat eos, id est, loquebatur ad illos. Et in libro Iudicum dixit Iepse: quoniam nouerat se occisurum quidquid ei reuertenti de prælio occurrisset. Aperui, inquit, os meum ad Dominum. Sic etiam in libro Iob. Post hæc aperuit Iob os suū & loquutus est. Et in Psalmo. Aperiam in parabilis os meum, Ioh. 3. Psal. 77. quar propositiones ab initio. Et in Ecclesiastico. 39: Aperiet os suū in oratione. Et in Actis. Aperiens Philippus os suum, & incipiens, à scriptura ista euangelizauit illis Iesum. Iterumque aperiens Petrus os suum dixit. In veritate cõperi, quia Deus, &c. Apertum est igitur os Zachariæ, sed à quo? Nāquid à Deo, vel à dæmone? Id certè cognosces ex sequentibus verbis. *Et loquebatur benedicens Deum.* Vides iam quomodo à Domino os eius fuerit apertum, quando in ipſius Dei laudes prorupit. Sanctorum os Dominus aperit, & implet illud eloquio suo, sicut cum Moyſe fecit, quando

Mat. 11.

Apo. 21.

Hebr. 7.

Matt. 3.

Mar. 3.

Matt. 5.

Iud. 11.

Iob. 3.

Psal. 77.

Eccle. 39:

Act. 8.

Act. 10.



**Exod. 3.** illi dixit: Ego aperiam os tuum & instruam te, quæ oportet te loqui. Sed per Dauidem etiam inquit dominus. Dilata os tuum & ego adimplebo illud. Et **Psal. 80.** beatissimus Paulus dicebat: Vt detur mihi sermo in adpersione oris mei. Illi igitur os habent apertum à Domino, qui in ipsius laudes prorumpunt. Alij autem multi sunt, quorum ora diabolus aperit, quia mendacia loquuntur, aduersus proximū effrenato impetu insurgunt, & aliorum famā in icu oculi diripiūt. Quod si vis ut ostendam, quomodo diabolus istorum ora aperiat, audi: nā diabolus dixit falsis prophetis Achab. Ego spiritus ego mendax in ore omnium prophetarum eius. Et **3. Re. 22.** de scelerato illo Iuda dicit Ioannes, diabolū misisse in cor eius, ut traderet Dominum. Ipse enim aperuit os eius, ut loqueretur cum principibus sacerdotum & Pharisæis, quomodo Christum esset traditurus accepta pecunia. Zacharias loquitur ut laudet Dominum, tu verò ut illum offendas. Satius enim tibi foret, quādo istum pessimū loquēdi modum induisti, ut murus & elinguis fieres: ut vel sic in tantam conditoris tui ignominiam inintrepidus non curteres. Vbi aduertere oportet quod ipsa loquela vnumquēque manifestū facit, cuius sit. Nam ancilla illa hostiaria dixit Petro. Tu Galileus es, nam & loquela tua te manifestū facit. Vnusquisque enim materno loquitur sermone. Gallus enim gallico, Hispanus hispano, &c. Nam cælestis lingua tota in laudibus sui creatoris versatur: inferni verò lingua in blasphemias, nugas, & mendacia prorumpit. Quod si tu semper fœda & scelera verba loqueris, signum euidentis est te ex numero electorum non esse: imò cōfortium habere cum illis qui in perpetua miseria & luctu detinentur. Si autem ad illam cælestem patriam peruenire cupis, in diuinis encomiis continuus esto: nam diuinus Paulus in multis suarum epistolarum locis hortatur semper Dominū esse benedicendum. ¶ Secundo obseruandum est, quod id, quod primo Ioannes audit à patre suo, id est, sanctissimis verbis & benedictionibus Deum extolli. Vtinam modo priora verba, quæ pueri à parentibus audiunt similia essent. At (quod maximè dolendum est) his nostris temporibus, prius pueri nouerunt maledicere, & nomen Satanæ in oribus suis ferre, quam dulcissimū & suauissimum Iesu nomen: & prius fœda & obscœna cantica didicerunt, quam dominicam orationem, quia mendacis & diuini nominis offensione gaudent, & hæc priora sunt, quæ adhuc lactantes in vberibus matris pueri didicerunt. ¶ Admonemur itidē, quod quemadmodum Zacharias statim restituta sibi loquela domino benedixit propter acceptum beneficium: sic nos illi gratias agamus, quia nos eripuit à malis, & tantis muneribus ornauit. Alioquin ingratiudinis vitio Deo maximè inuiso veniemus taxandi. Vnde fit quod ipse Dominus per Esaiam conqueratur dicens. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Primū vitium carpendum à quo Propheta exordium sumpsit, fuit ingratiudino: cælum & terram in testes adducit, ut ostendat nullum malum si mile huic esse. Et Dominus per Ieremiam. Nunquid reddetur pro bonum malum? Igitur, ut huius vitij non arguaris, gratias semper agas Domino. ¶ Tertio loco animaduertendum venit, quā breui tempore beatus

Ioannes suum munus cœpit exercere. Fuit enim Ioannes secundus poenitentiae dux, & ipse fuit qui vexilla poenitentiae statim in circuncisione in altū leuauit: etiam si nullo scelere esset contaminatus. Qui etiam in sua natiuitate poenitentiam prædicare voluit: & cum pro ætatis imbecillitate non posset, id muneris parenti suo demandauit, cuius os cum mutū esset, apertum est, & prophetauit. Quādo aliquis infans rector eligitur, quousque puer ad maturiorem ætatem deueniat, in qua puer iam grandis factus munus suum rectè exercere valeat. Itā sanè cum paruulus esset Ioannes ad prædicationis officium, illud onus patri imponitur: quo factum est ut illustratus prophetiae munere ipsum Messiam denuntiat, & in signa poenitentiae effert. ¶ Quarto tibi obseruandum est, quo pacto restituta est loquela Zachariae, qua antea priuatus erat: propter peccatum factus est mutus, & propter poenitentiam restitutus in pristina dignitate. Quod si in melius vitam tuam transfuraueris, & poenitentiam egeris, mutabit utique Dominus sententiam, si tu vitam mutaueris. Donat enim Dominus libenter gratiā peccatori per poenitentiam, quam per peccatum perdidit, & non solum gratiam, sed etiam omnia quæ in statu gratiae meruerat, tribuit illi. Quid, obsecro, Zacharias perdidit per peccatum? Loquelam utique: modo autem (quæ Domini clementia est & benignitas) non solum loquelam restituit, verum etiam altissimum prophetiae spiritum tribuit, quem antea non habebat. Si igitur Dominus tanta liberalitate & magnificentia utitur erga eos, qui ad se conuertuntur, quid est cur ad illū non conuerteris? Quare in posterum distrahis poenitentiam? &c. Nunc autem pro maiori litere explanatione dubitari potest: quod cum Zacharias punitus fuerit propter incredulitatis peccatum, cum verbis Angeli non credidit: postea verò cum vidit filium natum, fidem adhibuit, de culpa emendatus est: quid in quā est in causa, quare in die natiuitatis Ioannis ipsi parenti non fuit loquela restituta, sed protracta est vsque in diem circuncisionis filij, id est, vsque ad diem octauum post natiuitatem? Ad quod facile est dicendum, Deum voluisse grandi honore Ioannem afficere, & ipsi mundo sanctitatem eius ostendere, ut gratus acceptusque sit hominibus. Namque munus & officium Ioannis, ad quod uenerat, fuit ut testimonium perhiberet de Christo: & ad hoc testimonium oportebat, ut ipsi Ioanni magna fides adhiberetur. Itaque voluit Dominus, ut hæc miracula nota & patentia essent, ut ipse Ioannes magis commendaretur. Quocirca si hoc miraculum factum esset in natali diui Ioannis, illud quidem paucis notum esset, sed solum illis qui in domo habitabant. At cum peruolasset fama illis diebus sterilem Elisabeth peperisse, multa gentium multitudo per illos octo dies conuenit in domū Zachariae: & in illa solennitate voluit Dominus linguam Zachariae soluere, ut & mirabilia diceret, & de aduentu Messiae prophetaret. Sic adeo miraculum hoc sparsum est, ut dixerit Euangelista, quod in omni montana Iudææ diuulgabatur omnia verba hæc. Hoc enim domini erat intentū, ut viso hoc miraculo dictis & verbis Ioannis, fides adhiberetur: utpote qui Christum erat prædicaturus, ut ipsius fidē omnes amplecterentur. Et hæc de causa oportuit miraculum hoc in eius circuncisione fieri, ut omnibus patens esset. Secundò etiā responderi potest, quod in natiuitate Ioannis nō duntaxat verba Angeli in totū erant adimpleta. Quia Angelus non solum dixit ipsi Zachariae nasciturum esse filium, sed etiam nōmine Ioannis appellandum, & multa alia prædixit, scilicet, quod multri gauisuri erant in sua natiuitate. Quæ omnia in die natalis non fuerunt adimpleta, quia Angelus vsque ad nominis impositionem dixit cum mutus permanens, dicens. Donec hæc omnia fiant: & idē mutus vsque ad illū diem permansit. Sed iam tot prodigijs visis. Factus timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc. De rebus nouis, ac præter vñtatum naturæ: cursum accidētibus mirari solent homines ac timere hic autem multa erant, quæ merito generare poterant ingentem admirationem. Itaque vicini omnes timebant, ignorantibus quid sibi omnia illa vellent. Videbantur enim ibi diuinæ potentiae argumēta efficacia quā plurima, & hæc cælestis mysterij ignaris timorem iniuebant. Mox verò cuncta hæc per loca illa diuulgabantur, & alij alijs vel quæ viderant, vel quæ audierant enarrabant: idque fiebat non sine occulto Dei mysterio, ut maioris essent fidei apud omnes illa quæ multorum testimonio confirmabantur. Sic fides nostra sanctissima & verissima (utpote quæ Deum ipsum infallibilem veritatem suam assertorem & doctorem habet) clarissimis semper est fulcra testimonij: itā ut nihil apud nos incertum, nihil obscurū, nihilque commentitium sit. ¶ Vbi docemur Dei mirabilia, & bona proximorum nota facere, ut ipse Dominus magis laudetur & extollatur. Sic dictum fuit Tobie ab Angelo. Opera Dei reuelare honorificum est. Sed iam his nostris temporibus non cum animi induerunt ut beneficia à Domino collata, & à proximis accepta narrent, sed potius siquid est defectus, & vitij id omnibus notum & manifestum faciunt. Statua illa quam vidit Nabuchodonosor, habebat caput aureum, brachia argentea, & ex metallis multis reliqua erant fabricata, pedes verò luteos habebat: in quos cecidit lapis. Itā mali non caput aureum, non argentea brachia, non ventrem æreum, per quem virtutes gratiæ & alia naturæ dona significatur, perungunt, sed ad debilia & abiecta oculis conuertunt, ut si quid mali in proximis videant, id omnibus notum faciant: virtutes verò secū taciti reuoluunt: cuiusmodi hominibus mundus plenus est. Et poenitentiam omnes qui audierunt in corde suo dicentes. Vtinam & nos omnia verba & mysteria Domini in corde nostro seruaremus: iuxta illud Prophetæ. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Tamen Dei verba quemadmodum perynam aures ingrediuntur, itā per aures obliuionis aures exeunt. Et hinc euenit, ut tantis auditis concionibus, tantis prædicatorū vocibus parum vel nihil fructus reporteretur: quia nulla nobis cura est, verba Dei in penetrabilibus animæ recondere, ut vel sic, vberimos & salutaris fructus nobis pariant. Sed quia de his inferius octauo & yndecimo capitibus habendus erit sermo: modo videmus, quid isti vicini & cognati Ioannis, qui

hæc miracula audierunt, ad inuicē inter se loquatur. Quis puer iste erit. Quod si huius pueri à sanctissimo Dauide vate sententiam quæras hyperbolicis fuisse loquutum in eius sanctitate demonstranda: sic adeo, ut ipsum eandem sanctitatem & iustitiam appelleret. Iustitia, inquit, ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos. Si autem à Malachia rogaueris qualis sit iste puer: utique respondebit tibi. Ecce ego mitto Angelū meum, qui præparabit viam tuam ante te. Nec ex his verbis intelligas beatum Ioannem naturā Angelum fuisse, sed potius vitæ puritate & integritate conscientiae. Itā enim sanctissimè & purissimè vixit, ut in hac miseriarum valle vitam degens, meruit cælestibus spiritibus assimilari, quando eius vita & conuersatio patriam illam beatam & sanctam potius redolebat, quam miserum hoc nostrum calamitatum pelagus. Si hoc ab Angelo Gabriele perieris, dicit tibi, cum magnum futurū esse coram Domino: itā, ut visus fuerit ipsius naturæ prodigium cum & terrenis, & cælestibus habitatoribus admirationē pepererit. Quod si rogaueris, in quo beatus Ioannes magnus fuerit: rogabo itidem & te, in quo magnus non fuerit? Magnus & admirabilis in cōceptione, magnus in suo natali, magnus in vita, magnus in doctrina: in officio, in sanctitate, in dignitate & autoritate, in morte & gloria. Itā sanè magnus fuit, ut existimarent multum illum esse Messiam: & idcirco missi sunt ad eū Sacerdotes & Leuitæ à Iudæis, ut ab eo quærent, vtrum esset Christus. Hinc certè clarè colligitur quanta fuerit ipsius Baptista maiestas, quanta vitæ candor & splendor: ut cōcepta esset opinio illum esse Messiam, & perinde Deum. Ex quo loco etiam facillimo negotio illam peruulgatam quæstionem poteris componere. Vt scilicet fuerit sanctior Ioannes Baptista, an Euangelista. Etenim Baptista non contendit, nec certamen inicit cum aliquo sanctorum: nam homines suam sanctitatem videntes non cum alio, quā cum filio Dei illum conferunt. Hoc sanè satis dictum putes de laudibus Baptista, ut illum omnibus præferas in gloria & honore, factam fuisse collationem inter eum & Christum, esset nec ille filius Dei, an non? Quod si inter sapientes & eruditos vitros dubitatio esset in hac re: sufficit tamen in nostro proposito à populo Messiam iudicari. Et itā inquit Lucas capite tertio. Existimante autem populo an esset Christus. Sunt enim aliqua corpora itā parua, ut à longā distantia minime videantur: alia verò etsi magna sint, tamen propter hebetē oculorum aciem non videntur: alia denique itā maxima & clara sunt: ut etiam si longe distent, tamen à quocunque videri & cognosci possunt. Itā sunt aliqui sancti, quorum iustitia & sanctitas in ecclesia Christi cognoscitur, & sua festa celebrat: Alij autem sunt, qui etsi numerati adsint cælestibus illis ciuibus, & cum Deo regnent in secula, tamen ecclesia nec eos videt, nec suā bonitatem & sanctitatem iudicauit. Tertio verò ordine sunt alij itā sanctissimi & illustres, ut à longē distantes ab omnibus cognoscuntur, qualis fuit Ioannes Baptista. Namque nō solū nos, qui vberibus ecclesie Christi tanquā proprii filij lactati sumus, quique fidei lumē diuinitus in suum mētibus nostris habemus. Verum illi, qui extra ecclesiam sunt delitescētes in

3. Re. 22

Ioan. 13

Matt. 26

Esa. I.

Iere. 18.

Psal. 84: Mala. 40

Ioan. I.

Ioan. I.

Tob. 12.

Dan. 2.

Psal. 118



miseris ignorantiae & cæcitatibus tenebris beatum Ioannem Baptistam sanctissimū esse cognoscunt, quem maximè honorant, & illi festum celebrant: de cuius magnitudine & excellentia in superioribus multa diximus, in verbis illis Angeli. Erit magnus coram Domino. ¶ Si verò à patre Zacharia quaesieris qualis ille sit, dicit tibi. Et tu puer Propheta altissimi vocaberis: præbis enim, &c. Et si à matre idè rogaueris, respondebit. Vocabitur Ioannes: in quo est gratia, quia totus plenus fuit gratia & Spiritu sancto, ut is, qui in vtero sanctificatus fuit. Si autem Euangelistam roges, dicit tibi. Fuit homo missus à Deo, cui nomē erat Ioannes. Apostoli etiam erant missi, tamē hi propter officium: Ioannes verò, per natiuitatem: qui ad hoc de ventre matris natus est, & ad hoc venit in mundū, ut testimonium perhiberet de lumine. Quod solum de filio Dei dicitur. Ego ad hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Idcirco Apostolus vocari potest naturalis, Dei patris: illi verò electi sunt à filio Dei, ut nomen suum manifestum facerent: tamen Ioannes natus est Apostolus, & missus à patre, ut filii sui testimonium faceret in omnē mundū. Verè quidem de Ioanne dici potest quod ad magna fuerit natus. Si quaeras à filio Dei, quis putas puer iste erit? Respondebit protinus, quod inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Quā magnus fuerit diuus Ioannes, quantaque eius excellentia & dignitas, infra in capite septimo in expositione horum verborum dicemus. Si denique à me quaesieris, quis puer iste erit, statim dicā tibi, futurum esse patriarchā, Apostolum, martyrem, virginem, confessorem, eremitam, præcursores, scholam virtutum, magistrum vitæ, sanctitatis formam, normam iustitiae, pudicitiae titulum, virginis speculum, castitatis exemplum, poenitentiae viam, peccatorū veniam, fidei disciplinam, maiorem homine, parem Angelo, legis summā, euangelij sanctionem, Apostolorum vocem, silentium prophetarum, lucernam mundi, Christi mediatorem domini testem, & totius Trinitatis medium. Denique cum aduersariorum testimonij maximi sit momenti. Si ab Herode quaeras, qui crudelissimus hostis Ioanni fuit, quique ipsum interfecit: quid de puero isto sentiat? virtutibus eius conuictus & coactus dicit tibi. Quem ego decollavi, Ioannes, surrexit à mortuis, & virtutes operantur in illo. Sciebat enim Herodes Ioannem virū sanctum, & iustum, & libenter audiebat eum. Tanta fuit beatissimi Ioannis sanctitas, ut eius occisus & inimicus clarum de illo testimonium reddiderit. Demum si à turbis quaeras, quis puer iste erit, vide quid respondeant. *Etenim manus Domini erat cum illo.* Manus, inquit, Domini, id est, virtus Dei operatrix miraculorū, in eius annunciatione, conceptione, & natiuitate. Ex quibus probabili ratione arguebat, quod in processu temporis magnus futurus esset. Rex Ioas misit sagittam salutis, sed posuit Eliseus manus. Sic verba Ioannis erāt sicut sagitta, sicut Esaias de ipso inquit. Posuit me Dominus quasi sagittam electam. Sed manus Domini erat cū illo sicut manus Elisei: atque ideo tot corda & animos penetrabat. Sic tu quicumque fueris prædicator, non poteris auditorum corda verbo Dei penetrare, nisi Dominus posuerit manus su-

per te. Iste autem modus loquēdi hebraismus est frequens in sacris literis. Solet etiam manus nō solum accipi pro virtute operatiua miraculorū, ut modo diximus: sed etiam in aliis significationibus. Solet enim aliquando manus accipi pro opere, ut in Psalmo: Qui docet manus meas ad praelium. Et in Ecclesiaste: Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas. Manus complicare est illas ad opera nō extendere, sed turpi otio & quieti se tradere: carnes autem suas comedere est carnis operibus oblectari, & carnis prudentiā sequi: quam merito diuus Paulus mortem appellat, eo quod aduersus dominium, qui vita est, effrenato impetu feratur: nam subdit statim, Sapientia carnis inimica est Deo: vel, ut potest etiam ex Græco verti, inimica est aduersus Deum. Qui virtutibus non studet, manus, id est, opera claudit & contrahit: & carnis suis pascitur & oblectatur. Vbi iā vides aperte quomodo manus pro ipso opere accipiatur. Ita capite primo Aggæi propheta. Factū est verbū domini in manu Aggæi propheta. Hoc est, loquutus est Dominus Aggæo: qui talia fecit opera ut dignatus fuerit Dominus cū ipso loqui. Aliquando etiam manus sumitur pro officio, ut in Prouerbiis. Moēs & vita in manibus linguæ. Aliquando pro potestate, ut apud Iosue. Et nunc ecce nos in manu tua. Aliquando pro flagello & percussione, ut apud Esaiam. Cōuertam manum meam ad te. Et in Psalmo. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua conueniat eos, qui te oderunt. Et Iob. Manus Domini tetigit me. Aliquando & pro spiritu prophetico sumitur, ut in Ezechiele. Cecidit super me manus Domini. Hoc est, fui diuino lumine illustratus & raptus & splendore interno spiritus prophetici repletus. Denique manus Domini accipitur pro diuina consolatione, & auxilio, ut est videre apud eundem Ezechielem. Manus Domini erat mecum confortans me. Et Esaias. In manu, inquit, forti erudiuit me. Et in Psalmo. Posuisti super me manū tuam, & manus tua deducit me. Accipitur hic manus pro favore, protectione, cura & auxilio. Nemo enim vnquā tam fortis & magnus est, ut quemadmodum infantes, Dei auxilio egent, ita & ipsi diuino favore & sub sterniculo: qui certè si ignorat, quā in necessaria illis sit hæc manus, proculdubio miserè & infelicitè corruent. Quod cū benecelligeret propheta ita cum Domino agit, velut infans, qui matris sub sterniculo audet pedicentim ambulare. Domine, inquit, non est exaltatum cor meum, nec elati sunt oculi mei. Neque ambulavi in magnis nec in mirabilibus, &c. Sicut ablatus super matrem suam, ita retributio in anima mea. Quid ergo? speret Israel in Domino, ex hoc nunc & vsque in seculum. Et quis est iam insolens (dicit aliquis) qui non ingenuè fateatur se hac Dei manu egeri? Certè bona hominum pars videtur mihi hoc in errore versari. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Qui dicunt, auerte à me viam, declinate à me semitam, cesser à facie nostra sanctus Israel. An non eiusmodi suat, qui peruerso itinere, & ab euangelicis legibus alieno gradiuntur, & nullum scelerum genus reiciunt? modo opes congerant, facultates augeant, honores adipiscantur, qui malunt suis cogitationibus, quā diuinis cōsiliis fidere.

Tu

Psal. 54.

Matt. 6.

2. Pet. 1.

1. Co. 14.

1. Tim. 2.

2. Cor. 1.

Psal. 143.

Psa. 102.

Tu ne dicere audebis ab illius manu vel duci: qui cum manum porrigat, tu eam contrahis? Vtique non tu auctus Prophetam, qui inquit, Prolece cogitatum tuum in Dominū, & ipse te enutriet. Hæc verba quid aliud sunt, nisi quædam manus porrectio: à qua rogaris ut velis illam tanquā ducem & sustentaculum amplecti? Tu verò omnia tentare cupis potius, quam illius auxilium. Admoneris in euangelio, ne sollicitus sis quid manducabis, aut quo opereris: sed id etiam, ut quaeras regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia tibi statim adiciuntur. Tu verò potius areæ tuæ & horreo pleno, quam diuinis verbis fides. Hoc quidem non est velle duci Dei manu. *Et Zacharias pater eius impletus est Spiritu sancto, & prophetauit, dicens:* Superius hoc eodem capite scripserat sanctus Lucas Zachariam virum iustum fuisse: iustus autē esse non poterat, nisi sancto Spiritu indutus esset. Cur igitur hic dicit impletus esse Spiritu sancto? Intelligendū est, abundantiori Spiritu sancti gratia: nam prophetiæ manus accepit. Obserua autē prius dixisse repletū esse Spiritu sancto, postea verò illū prophetasse: quia prophetae opus Dei est, iuxta illud Petri Non voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei omnes. Quo circa operæpretium erat ut prius Spiritu sancto repletur, quā propheteret. Vbi etiam aduertat etiā beatam Elisabeth repletam fuisse Spiritu sancto, & prophetae ut in superioribus ostendimus: sed paucis sermonem absoluit: Zacharias autem prolixiori cantico prophetauit, & in laudes Domini prorupit. In qua te doceat mulieres paucis debere loqui, nec munus prædicationis illis esse committendum: uti sunt aliqua quæ publicè prædicare verbum Dei populo assuecunt. Aliæ autē sunt mulieres, quæ in libellis publicis suā sententiam proferunt: existimantes se aliquid scire, cum nihil sapiant, & ira superbiunt & insulantur, ut velint prolixos de Deo sermones aliis prædicare, neque in his pro sua infania, & amentia sistunt, sed conuicatorū verba examinare nituntur, & suis vanis capitulis in medio proferre sententiam, & denique interpretes fiunt eorum, quæ sacerdotes in ecclesia Christi proferunt. Quæ quidem si Apostolum Paulum audissent, suæ dementiae damnationem audirent. Mulieres, inquit, in ecclesia taceant, non enim permittitur eis loqui, si quid autem volunt dicere, domi viros suos interrogent. Et iterum. Mulier cum silentio discat, in omni subiectione, &c. ¶ Sed iam videndum superest, quid vterius Zacharias dicat. Demonstrat etenim quid Christus nondum natus suo tempore facturus esset: adiungens etiam de puero Ioanne, id quod iam pridem ab Angelo dixerat. *Benedictus Dominus Deus Israel.* Quando nobis consuetum est dicere, Lauderet Deus, siue Deo sit laus. Iudeis est mos dicere: Benedictus Deus. Sic diuus Paulus: Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi. Et in Psalmo legitur: Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad praelium. Et iterum. Benedic anima Dominū. Id est, lauda, magna, & magna ipsius prædica. Namque benedicere laudare significat. Laudibus immensus Deus est extollendus, qui pro tanta sua pietate & misericordia dignatus est inaudi-

to & mirabili modo populum suum inuisere, qui miseræ pristinaeque seruitutis tedio laborabat: aduersus quem peccatum & mundus inualuerunt, nec non ipse Satanas Christiani nominis accerrimus hostis, sic adeo ut nulla spes esset in lege, quæ ad perfectum in caeremoniis suis non adduxit. ¶ Præterea Dominum vocat iure possessionis: de ipso namque scriptū est: Dominus vnuerforum tu es. Et rursus. Domine rex omnipotens, in ditio- ne tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere voluntati tuæ. Et in Sapientia dicitur. Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas: & cū magna reuerentia disponis nos. Dominus etiam est ratione imperij, ut dicitur in libro Iob. Quem constituit alium super terrā, aut posuit super orbem quem fabricatus est? Ratione quoque gubernationis Dominus est: iuxta illud Psalmi. Dominus nomen illi. Vocatur itē & Deus ratione creationis. In principio creauit Deus cælū & terram. Et Esaias inquit. Ego ipse, ego ipse primus & nouissimus. Et in super Deus Israel vocatur potissimè quā alterius cuiusvis nationis, duabus de causis. Tum quia folus populus Iudæorū vnum Deum colebat verum. Vnde Deus Israel sæpius in sacris literis appellatur. Ut est illud Psalmi. Notus in Iudæa Deus, & in Israel magnū nomen eius. Et in Deuteronomio. Dominū Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Et iterū in Psalmo. Qui annunciat verbū suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Secundo non ob id solū, quia potissimè à populo Israel colebatur, Deus Israel dicitur: sed etiā propter peculiaria beneficia huic populo exhibita. Vnde in Deuteronomio. Moy- ses huic populo inquit. Te elegit Dominus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram, quia dilexit te Dominus. Non enim (ut regius psalmographus ait) fecit taliter omnī nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Quod aperte ipse Dominus ostēdit eis dicens. Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Ac si diceret: Peculiari quodammodo Deus tuus sum, quia maxima & illustra beneficia in te contuli. Id autē vnum magnū fuit, quod eduxi te de terra Aegypti: vbi manus tuæ serui- runt, & linguam quam non noueras audisti. Huc etiam pertinet id, quod in Mathæo legitur, Dominum dixisse mulieri Cananæ: Nō sum missus nisi ad oues quæ perierūt domus Israel. Quod si peculiariter dicitur est Dominus Deus Israel, quia singularia beneficia contulit in illum populum: quid est, quod non potius Deum tuū, & dominum tuū illum appelles cū pluribus & maioribus nominibus id tu possis facere, quandoquidē cum tantis sis flagitiis & sceleribus cooperatus, toties te liberauit, & in pristinam animi valetudinē restituit? Nō enim sanguinem suū pro illis, sicuti pro te misero peccatore effudit. Si illos duxit de Aegypto & de seruitute impij Pharaonis: te autē ab infidelitate, ab ignorantie tenebris, & a dæmonis tyrannide liberalissimè eripuit: & in suæ ecclesie libertatem te constituit, ut possis tandē hæreditatem illam adipisci, in qua ipse cū sanctis suis gloriosissimè habitat. Quod si familiariter cum illis agebat, tecum etiam propinquius & familiarius agit: quia in sacratissimo altaris mysterio illum in anima & corpore tuo sumis, quod quidem hu-

manis

manis verbis nequam exprimi potest quanta familiaritatis & amicitiae signum euides sit. Illi quidem dicebant. Non est alio natio tam grandis, quae habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. De qua re melius tu gloriaripoteras cum Deo & redemptore tuo ita tibi coniunctum habeas. Quemadmodum igitur quilibet sua propria bona diligenter tu Deum diligere debes, qui sic adeo tuus est, ut seipsum totum tibi se tradiderit corpus & sanguinem praebens. Quid igitur est, quod si tuum esse dicis, tu illi non te tradis, ut ipse voluntati obtemperes? Ne quibus enim illius esse miles si carni & rerum mundanarum amoribus te ipsum consecraueris. Modo autem subdit Zacharias causam, quare Dominus laudandus & colendus sit. *Quia visitauit.* Visitauit nos, non aliter ac peritus medicus iacentem infirmum, ut illum subleuet. sanitate restituat, & ut doloribus & angoribus suis finem imponat. Quod quidem eleganter in Exodo exprimitur. Visitando visitauit vos, & vidi afflictionem vestram. Et Sophonias. Visitabit, inquit, eos dominus Deus eorum, & auertet captiuitatem eorum. Et regius vates ad Dominum clamabat dicens, visita nos, in salutari tuo. Hoc ipse olim per Prophetam suum promiserat dicens. Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas. Quod dixerat adimpleuit, quando humanitate assumpta venit quare & saluare afflictos corde. Sic enim turba clamauit, videns tanta miracula, Deus visitauit plebem suam. De illo namque (ut noster Lucas ait) exibit virtus, & sanabat omnes. Vbi diligenter aduertere debes, ne talem visitationem contempnas. Caue ne cum tanta aegritudine laboraueris, ipsi caelesti medico fores claudas. Etenim si illum benignum & misericordem contempnis: timeo certe ne postea illum iracundum non valeas sustinere. Nam ipse dicit. In die afflictionis visitabo, & hoc peccatum eorum. Et in Leuitico. Quod si non audieris me, sed spreueris leges meas. Et in Psalmo ipsemet. Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint: visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Quid est, quod tam acerbum supplicium minatur Dominus. Certè non ob aliud, nisi quia ut ipse Saluator ait, non cognouit tempus visitationis suae. O quam diuino amore, quantum ad ostium clamoribus, quantum in inspirationibus supernus iste medicus te visitat: qui cum sic ad te tuam salutem & incolumitatem desideret, si cum his in melius non proficis, ulterius in curatione persistit, & alia antidota componit, scilicet infirmitates, amicorum & parentum subitas mortes. Quae sane omnia ea ratione adductus facit ne in tremenda illa die extremi iudicii in manus eius incidas, qui tanquam rectissimus medicus te iudicaturus veniet. De qua die beatissimus Petrus ait, Humiliamini sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in die visitationis. Sed ulterius progrediamur, ut videamus quid caelestis iste medicus in sua visitatione fecerit, utrum opera an sola verba fuerint. *Et fecit redemptionem plebis suae.* Ut videamus quanta sit differentia in visitationibus prophetarum, & in suo aduentu, in quo sacratissimum incarnationis mysterium fuit factum. Ille enim amor, quo semper nos persequutus fuerat, non verba solum nobis non dedit, sed etiam admirandum opus perfecit. Fecit enim sanctissima sua passione redem-

ptionem tale, quae tale pretium postulabat, nimirum sanguinem illum immaculatum agni, qui pro nobis in arca crucis fuit effusus. Vbi tu discere debes, ne debita solum verbis rependas, & etiam id semper praeculis constituendum putes, ut animam tuam plurimi facias, quando tanti steterit, ut non minus quam Dei sanguis pro illa fuerit solutus. Empti enim estis (inquit Apostolus Paulus) pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore vestro. Quod si intelligere cupis quanti valoris pretium hoc fuerit, audi Apostolum Petrum ecclesiae principem. Non enim corruptibilibus auro & argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterna traditionis: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi. Fecit praeterea redemptionem, non quam veniens suam inuenit, sed quam visitando & redimendo suam fecit. Obserua etiam dixisse factam redemptionem, quia foribus aderat, cum ei Angelus dixit filium suum Messiam praecessurum in spiritu & veritate Heliae: vel eo certe, quod Spiritu sancto repletus intellexerit, ipsum Messiam in virginis utero iam esse conceptum. Dixit itaque iam factam propter certitudinem euentus. Id enim sanctus Dauid ob certitudinem redemptionis futurae multis retro seculis dixit. Redemptionem misit Dominus populo suo. Et alibi ob eandem causam ad noua cantica inuitat, dicens: Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Saluauit sibi, &c. Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Viderunt omnes termini terrae salutare Dei nostri. Iam vides quomodo regius vates pro tanta rei certitudine mirabili encomio ea praedicet, quae multis postea temporibus erant adimplenda. Sic etiam sanctus Esaias hanc felicitatem toti orbi venturam quasi praesentem contemplans dicebat. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus, &c. Et alibi, prosperam ecclesiae fortunam intuens ait. Exulta sterilis, quae non parit, &c. Et videns Israelitici populi angustiam habitationem propter tantam gentis multitudinem, quae conuertenda erat ad fidem, inquit. Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extendende. Ne parcas longos fac funiculos tuos & clauos tuos consolida. Ad dexteram enim & laeuam penetrabis, & semen tuum gentes hereditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. Et contemplantur Apostolos & euangelicos Praedicatores, qui orbem terrarum erant peragraturi, inquit. Quam pulchri sunt super montes pedes annuntiantis, & praedicantis pacem, annuntiantis bonum, praedicantis salutem, dicens: Sion: Regnabit Deus tuus. Haec illi tot ante secula gratulantes canebant. Nos vero qui haec omnia impleta cernimus tam ingrati sumus, ut mirum sit si quando eorum contemplatio animos nostros subeat. Perpende etiam quomodo beneficia suo generi collata priuatis anteponit. Non laetatur, non gratulatur ob susceptum filium ac tantum filium, quantum futurum audierat ab Angelo: sed praeparatae redemptionis duntaxat suo populo meminuit. Benedictus, inquit, Dominus Deus Israel. Quare? Non quia dedit mihi filium, non quia restituit loquelam, & abstulit opprobrium sterilitatis: sed quia fecit redemptionem populo suo. *Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid patris sui.* Cum lingua Hebraea vetustissima sit, tales sibi habet visitationes lo-

quendi modos, qui in aliis linguis non inueniuntur: qui quidem nisi recte intelligantur impediunt proculdubio sanctorum scripturarum sensum: ob cuius causam multi in miseros errores fuerunt lapsi. Nam cum significare vult, aliquem vitam suam discrimini mortis offerre: dicit habere vel ponere animam in manibus. Ut est illud. Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus. Hoc est, quamuis cunctis periculis expositus essem, nunquam tamen obliuiscerem tuae legis. Et de Dauid de dicit Ionatas patri suo. Posuit animam in manu tua, id est, se obtulit morte propter te. Sic Pythomissa eidem Sauli, posuit animam meam in manu tua. Ite pro eo quod est facultates & familiam augere, haec lingua dicit, edificat sibi domum. Ut est illud. Nisi Dominus edificauerit domum. Et cum Ruth fuit data Booz in uxorem, dicebant vicini. Faciat tibi dominus sicut Lix & Rachel, quae edificauerunt domum Israel. Et in Exodo de obstericibus quae sauerunt Israelis: edificauit, inquit, illis dominus domos. Et in codice de Moyse dicitur. Fuit in manibus eius fidelitas, id est, fuerunt manus eius firmiter extensae. Vocant dominum verborum, eum qui habeat causas: praecipites corde, vocat pusillanimes, dicunt mutare fortitudinem, pro armare se responsis, eos vocat qui coram iudice habet causam discutiendam: appellant vestes libertatis nobiles, vocant primogenitum mortis dolorem grauissimum. Multaque his similia dicunt, quae cum a nostro sermone aliena sunt, aduertenda esse oportet ad sacrae paginae studiosis, ne grauitur errare & decipi velint. Hoc in loco cornu accipitur pro fortitudine, victoria, virtute, gloria & regno, potentia & maiestate. Quadrupedum namque animalium robur & virtus cornua sunt, quibus huiusmodi bestiae aduersus alia animalia bella gerunt & superbiunt. Reges enim sancto cornu oleo ungebantur. Sic ille propheta antiquus Zacharias ait: Ecce quatuor cornua, id est regna. Et in Threnis dicitur. Confregit in ira sua omne cornu Israel, id est, omnem fortitudinem. Et Anna mater Samuelis in suo cantico sic dicit: Dominus iudicabit fines terrae, & dabit imperium regi suo: & sublimabit cornu Christi sui, hoc est regnum & potestatem Christi sublimabit. Itaque in hoc loco cornu pro fortitudine & regia potentia sumitur, ut sit sensus. Excitabit potentissimum & fortissimum regem, in domo Dauid regis, qui tantum viribus praestet ut manus conferens cum inimico Satana ipsum superet & vincat. Potens erat tyrannus qui plurimo satellitio stipatus omne genus hominum expugnabat, a quo viribus humanis vindicari non poterat libertas Israelitarum. Solus Deus hoste potentior dedit infirmis robur, mittens potentissimum & inuisibilissimum ducem, qui diuinae virtutis cornu opes & vires aduersariorum infirmeret & labefacteret. In domo Dauid inquit: quia hoc beneficium Dauidi promiserat dicens. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam: peruenturum hunc ad omnes, qui iuxta spiritum promentur esse filij Dauid, non degenerates a veritate patris. Huius pugnae praeludium fuit pugna Dauidis aduersus illum superbissimum Goliath, & huius meminuit Christus cum dicit: Fortis armatus custodit atrium suum, in pace, &c. Huius etiam pugnae meminit Paulus dicens. Et vos cum essetis mortui in delictis, & in praecipio carnis vestrae: hoc est

in gentilitate & in idololatria vestra, conuiuificauit Deum Christo, donans vobis omnia delicta, delens quod erat aduersus vos chirographum decreti, quod erat contrarium vobis, &c. Vbi eleganter diuus Paulus hoc in loco aduersarios nostros a Christo non tantum victos, sed etiam omnibus armis & praesidiis spoliatos, id quod sacrum euangelium ostendit. Et Paulus ad Hebraeos testatur Christum per mortem suam eum destruxisse, qui mortis habebat imperium. Etenim quis posset nos a daemonis potestate & seruitute eripere: cum de ipso dicat Iob nulla esse potentiam super terram quam cum illo valeat comparari? Bene quidem dicit patientissimus Iob super terram, huius crudelissimi tyranni expertus vires, nam filius Dei a summo caelo descendit incredibili & diuina virtute eum destruturus. *Sicut loquutus est per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius.* Sic in Actis legitur. Huic omnes prophetae testimonium perhibent. Et iterum. Deus qui praenuntiavit per os omnium prophetarum pati Christum, adimpleuit sic. Obserua autem, non dixisse per ora, sed per os: ut scias quod quamuis diuersis temporibus, vno tamen ore omnes Prophetae loquuti sunt, & eadem docuerunt, & concordi animo de filio Dei prophetauerunt. Vbi etiam nec illud obliuisci debet quod sanctos appellat Prophetas, ut eos semper summa veneratione colas & suspicias. Praeterea longum id esset modo omnia testimonia quae de Christo loquuntur in sacra pagina in medium adducere. Nihil enim egit, aut passus est, quod antea non fuerit in veteri lege prophetatum. Nam eius incarnatio, natiuitas, Magorum aduentus, doctrina, miracula, passio, resurrectio a mortuis, ascensio in caelum, Spiritus sancti missio, & denique caetera alia longè antea a Prophetis praedicta fuerunt. Vnde merito ipse Christus dixit: Scrutamini scripturas, quia ille testimonium perhibent de me. Et iterum. Si Moyse credideris, utique & mihi: de me enim ille scripsit. Et rursum. Quoniam sic scriptum est, & ita oportebat Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Sed videamus quid ulterius addat. *Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.* Quod Zacharias antea obscuris verbis dixerat de cornu erectione, idem modo interpretatur. Excitatum est cornu, sed non frustra, quoniam cum ipso restituta est nobis salus ab inimicis, ne ultra animas violenter raperet. Liberauit nos Christus Dominus ab hostibus nostris. Hanc salutem ex inimicis promiserat olim Deus ecclesiae suae dicens: Exaltabitur manus tua super hostes tuos: & omnes inimici tui interibunt. Et beatus Ioannes ait: In hoc apparet filius Dei, ut dissoluat opera diaboli. Quod sane non de corporalibus inimicis intelligendum venit, sed de spiritualibus, qui semper nos maximo odio persequuntur. Hos Christus vicit in cruce, & de eis insigni & gloriosa victoria triumphauit, ut ipse postea dicit: qui & dedit virtutem suis calcandi super serpentes & scorpiones, & supra virtutem omnem inimici. Vbi obseruandum est quod daemones non odio nos habent, quia aliquod mali ipsis intulimus, sed quia ipsi oderunt Deum, & quia sciunt ipsum velle sanctificationem nostram: ne autem voluntas domini adimpleatur impedimenta ponunt iustificationi nostrae. Obstinatus enim & sua malitia induratus pro viribus suis diuinae voluntati

Deut. 4.

Exod. 3. Sopho. 2.

Ezech. 10. Ezech. 34.

Luc. 4. Luc. 7. Luc. 6.

Exod. 32. Leui. 26.

Psal. 88.

Luc. 19.

1. Pet. 5.

1. Cor. 6.

1. Pet. 1.

Psal. 100.

Psal. 97.

Esa. 40.

Esa. 54.

Esa. 52.

Psal. 118.

1. Re. 20. 1. Re. 28.

Psal. 126. Ruth. 4.

Exod. 1.

Exod. 2.

Zacha. 2. Thren. 2.

1. Re. 2.

Psal. 131.

1. Re. 17.

Luc. 11.

Colo. 2.

Hebr. 2.

Iob. 4.

Act. 10. Act. 2.

Ioan. 5.

Luc. 24.

Mich. 3. 1. Ioan. 3.

Luc. 10.

voluntati resistit, & in id conatum adhibet vt nūquam adimpleatur. Expende etiam quod Deus odio haberi minime potest ratione sua: Deitatis nam cum voluntatis obiectū sit bonū, impossibile est vt Deus qui per essentiam bonus est, odio à sua creatura habeatur. Habetur enim odio à damnatis & peccatoribus, & præcipue à dæmonibus per quosdam effectus, qui repugnant inordinatæ voluntati: sicut inflictiō pœnæ, & etiam cohibitio peccatorum per legem diuinam, quæ repugnant voluntati deprauatæ per peccatum, & quantum ad considerationem talium effectuum odio haberi potest Deus, in quantum apprehenditur, vt peccatorum prohibitor, & pœnarum inflictor. Sic in Psalmo dicitur. Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper. Et apud Ioannem Christus de Pharisæis inquit. Nunc autem viderunt & oderunt me, & patrem meum, vt impleatur quod in lege eorum scriptum est. Quia odio habuerunt me gratis. Hoc peccatum grauissimum est: nam hæc voluntaria auersio à Deo per se ipsam diuinū odium importat, in aliis autem participatiuè & secundū aliud. Quemadmodum enim voluntas ei inhæret quod amat, ita per se refugit id quod odit: & idcirco quando aliquis odit Deum, voluntas ipsius per se ab eo auertitur. At in aliis peccatis sicut in furto aut in fornicatione non auertitur per se à Deo, sed per aliud, in quantum appetit inordinatum commodum, aut delectationem, quæ habet adiunctam auersionem à Deo. Semper autem id quod est per se, est prius, quam id quod est per aliud, quapropter odium Dei inter alia peccata grauius est. Demones igitur nos persequuntur: quia scelerato hoc vitio sunt pleni. Venit igitur Dominus ad faciendam misericordiam cū patribus nostris. Memorari testamenti sui sancti. Neque ad scribendam putes hanc liberationem ab inimicis, tuis meritis, nihil enim nobis debebat: sed sua tantum benignitate motus carnē mortalem induere fuit dignatus, vt ab inimicis nostris nos eriperet. Nullo sub merito cadere potest diuini verbi incarnatio. Vnde D. Paulus: Propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos Deus, misit filium suum vnigenitū natum ex muliere, factum sub lege, &c. Et iterum. Nō ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrū regenerationis, quā effudit in nos abunde. Et Dauid loquutus de incarnatione inquit: Ostende nobis Domine misericordiam tuā, & salutare tuum da nobis. Misericordiam, inquit, fecit Deus cū patribus nostris, quia incarnatio, redemptio, & liberatio à dæmonis tyrānide opus fuit ineffabilis misericordix, & maximè pietatis Dei: quāuis de congruo meruerunt hoc sancti patres desiderando & petendo: congruum enim erat, vt Deus exaudiret eos, qui ipsius mandatis obediēbāt. Facienda erat cum sanctis patribus misericordia, qui fidē veram, & obedientiam promptam Domino seruauerunt cum omnibus sanctis Prophetis, qui hæc prædixerunt futura, & pro veritate ludibria, mortem, & ignominiosa tormenta passi sunt. Prolata est hæc misericordia, vt magis ac magis cresceret desiderium eorum, & vt magis eorum affectus inflammarentur. Propterea testamentū sanctum, cuius memor sit, promissio est futurorū, promissio inquam filij sui sancti sanctorum, & firma pollici-

ratio bonorum caelestium, cuius memor fuit, cum plenitudo temporis venit. Hoc est quod petebat Dauid dicens: Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spēs dedisti. Ex verbo datur spes: & ideo Dauid fiduciam & spem habebat in verbo, cuius memorem dominū esse vult. Aduerte autē quod aliud est testamentum sanctū, & aliud testamentum sancti sui. Testamentū sanctum, est testamentum vetus, ab homine datum: sed testamentū sancti sui, est testamentum Christi Redemptoris nostri, quod est nouum. Sic Dauid. Respice in testamentū tuum, id est, illud quod proposuit per filium suum sanctū, cuius Zacharias dicit dominum memorari. De hoc etiā loquitur Ieremias dicens: Ecce dies veniunt dicit Dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda pactum nouum, alias testamentum nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris in die, quā apprehendi manum eorū, vt educerem eos de terra Aegypti. Testamentum sanctum sanguinem habet hircorum, taurorum, vitulorum, & aliorū animalium, nec liberationem captiuorum, sed in nouo instrumento fuit sanguis filij Dei, & libertas animarum sicut prædictum fuerat per alium Zachariam prophetam. Tu quoque, inquit, in sanguine testamenti tui eduxisti victos de lacu, in quo non erat aqua. De quo sanguine Dominus ait discipulis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionē peccatorū. In vita enim potest testator aliud instituire testamentum firmius: ideoque testamentum sanctum reuocatum est, testamentum quēque sancti sui morte testatoris confirmatum est, & ideo irrevocabile quod Christi morte fuit signatum, vbi obseruabis quod memorari sui testamenti sancti dicitur, quia habuit se admodum recordationis, quando diuinum illud pactū impleuit. Vnde Esaias. Ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Sed quia inter patres promissio illa, quæ Abraham facta fuerat celebratissima habebatur, merito in sequentibus Zacharias addidit dicens. *Iurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis.* Hic modus loquendi scilicet, iurandum quod iurauit: frequens est in sacris literis, vt expectans expectauit, exultatione exultabunt, benedicens benedicam, multiplicās multiplicabo dolores tuos. Quidam dicunt hoc esse idioma Hebraicæ linguæ: alij verò dicunt quandam vehementiam & confirmationem sententiæ significare, vt videns vidi, id est, optimè vidi: cognoscēdo cognoui, id est, valde vel maximè cognoui. Sic & in proposito iurandū, quod iurauit: quia vehementer quodā affectu iurauit Abraham Christum ex eius semine esse nasciturū. Per me metipsum iurauit (inquit Dominus) quia fecisti hanc rem, & non peperisti filio tuo vnigenito propter me benedicam tibi, & multiplicabo, &c. Hoc etiam asseruit D. Paulus ad Galatas & Hebræos. Postquam dixerat Zacharias misericordiam fecisse cum patribus nostris, vbi opus misericordix ostendit incarnationē fuisse: modo cū dicit in hoc versiculo iurandum quod iurauit, addit promissionem sub iuramento factam Abraham. Ex quibus etiam colligimus opus incarnationis opus misericordix fuisse & debiti. Sed dices protinus, si misericordix fuit, quomodo & debiti? & si debiti, quomodo misericordix? Audi debebat nobis,

Psal. 118.

Psal. 72.

Iere. 31.

Zacha. 2.

Luc. 22.

Hebr. 9.

Esa. 52.

Gen. 22.

Galat. 3.

Heb. 6.

Gen. 3.

Psal. 118.

Psal. 131.

Gen. 22.

Psal. 64.

Exod. 24.

Psal. 131.

2. Re. 11.

Psal. 50.

Thron. 3.

nobis, aut potius sibi ipsi, quia promiserat, redemptionem: sed eam promiserat, non nostris adductus meritis, nec nostris demeritis prohibitus, quod sanè totum misericordix & gratix fuit. Sed iam obsecro vt gratiam & misericordiam videas. Adam & Eva primi nostri parentes diuinū mandatum transgressi, merentur pœnā æternam: verum Deus ab his non rogatus, nullisque meritis prouocatus, vltro pollicetur saluatorem, dicens. Inimicitias ponā inter te & serpentem, & semem tuum, & semē illius, & ipsum suum semen conteret caput tuum. Hic promisit saluatorem, qui serpentis caput, id est diabolum cum quo loquebatur, conteret. Sicut igitur dominus sua bonitate & clementia adductus ipsum hominem condidit, ita eademmet ductus benignitate hominē suapte malitia lapsū restituit. Ideo redemptionis opus merito misericordix opus dicitur. Misericordix enim est, eo quod promiserat nullis nostris meritis exigentibus: debiti tamen eo quod promissa exhibuit. Idcirco Dauid promissum tanquā debitum petit, dicens. Memor esto verbi tui, in quo mihi spem dedisti. Nemo namque redemptionem expectare posset, nisi dominus illam esset pollicitus: sed pollicitatione facta, iam confidetur & audacter illam expectare possumus. Iurauit Dauid veritatem, & nō frustrabitur eum de fructu ventris, &c. Et Abraham dixit. Per me ipsum iuravi &c. His promissionibus nitentur patres veteris testamenti, & bene sciebāt illas non fore irritas, sed rogabant, vt citò adimplerentur. Hinc illæ voces. Vtinam dñi petes celos & descenderes. Vbi diligēter obseruabis quomodo tuam promissa sua dominus impleat, quamuis Iudæi pactum, quod illi promiserant, non verum fecerunt. Ipsi enim dixerunt Moyse, quodcunque nobis iusserit Deus faciemus. Nihilominus cito preuaricati sunt pactū, sed ideo dominus promissa nō reuocauit. Vide quam firmæ & stabiles sint diuinæ promissiones, quia adimplet quod pollicitus est, licet ij, quibus promissiones sunt, nequam fidem datam compleant. Promiserat Dauidi Christum: cum autem peccauit Dauid possent multi existimare, Deum suam promissionem reuocaturum: sed dominus qui si missus est in suis verbis, quique nunquam falli nec fallere quenquam assuevit, promissis sterit. Hinc ipse Dauid. Vt iustificeris, inquit, in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Ac si diceret. Præsta promissum tuum, non quia ego dignus sum, sed vt appareat & eluceat, quā verax & iustus sis in tuis promissionibus. Sic in præsentia Zacharias inquit, dominum promississe semini Abraham salutem illis daturum per Christum. Sed cum ipsi reiicerent legem Dei, existimare possent dominum verbum suum reuocaturum: verum incredulitas eorū diuinum pactū non fregit, potest esse quippe dominus quibuscunque promissa sua vera facere. Promiserat igitur filium suum daturum nobis, & in rei veritate, vt dixit, adimpleuit. Quia Deus pater seipsum dedit nobis in filio cum eiusdem naturæ sit, & substantiæ cum patre. Dicitur etiam se ipsum dare eis, quibus gratiam & charitatem infundit. Sicut enim datus est Iudæis, datus est etiam tibi per gratiam & charitatem. Ea enim est liberalissima dilectio, qua quis alteri seipsum præbet. Sic Ieremias, Dominus pars mea, dixit anima mea,

propterea expectabo eū. Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis. Vbi videre licet Dei liberalitatem & magnificentiam. Si promissum daturum se nobis, & illum dedit: quomodo cum illo, non omnia nobis donauit? Sed forsitan dicet aliquis. Ad quid hoc spectabat? Quid hæc, quæ regulum sibi voluit? Quis redemptionis nostræ finis? Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi. Liberavit nos dominus per crucem & passionem suam à morte, & à tanta dæmonis tyrannide, non simus toti intenti ebrietatibus & deliciis, sed, vt sine timore ipsi Deo seruiamus. Vult enim vt filiali illo timore, quo sancti Deo obsequuntur, seruiamus illi: non autem timore seruili quem charitas foras mittit. Vt seruiamus illi, & non alteri: vt videretur illud Deuteronomij recordari. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruis. Nemo namque duobus dominis inter se tam longo discrimine dissidentibus seruire potest, vt sunt Deus & diabolus. Necessè erat prius liberari morte filij Dei de manu inimicorum nostrorum qui dæmones sunt, quam Deo seruiremus. Prius soluenda sunt peccatorum vincula, prius à carceribus & compedibus exire oportet, quam vt possimus sedulum famularum Deo exhibere. Et idcirco prius ostendit, à qua seruitute liberandi sumus, scilicet, ab inimicorū manibus, & statim cui in seruendum sit summa diligentia & sollicitudine. Hoc est, quod Paulus inquit ad Romanos scribens. Liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ. Et Abraham locutus est dominus in hunc modum dicens. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, hoc est occupabit ciuitates, & munitissima quæque loca inimicorum suorū. His concinit sanctus sacerdos dicens. Vt sine timore de manu inimicorum, &c. Quamuis hæc, quæ dicit Zacharias melius intelligenda putem de inimicis inuisibilibus: nam Christus nō liberavit israelem à seruitute Romanorum. Nec temporalis fuit redemptio, vt multi Iudæorum, falso existimabant, sed potius spiritalis: quia spiritaliter liberavit nos Christus sua morte à dæmonum potestate. Verum antequam ad alium versum gradū faciamus, duo hic obseruanda sunt. Primum est, ideo optandum esse ab hostiū molestiis liberari, vt tranquillius Deo vacare possimus, & maiori cum libertate illi seruire. Nunc verò ingratiissimi homines tunc temporis potius à Deo procul fugiant, cum ab hostium tumultibus tuti & tranquilli sedent: cum ab ipso Deo liberalissimo tot tantique inimici procul sint fugati. Et quod nō sine lachrymis dici potest, cum maiori pace fruuntur, tanto maioribus vitiiis contaminantur. Ob quam causam benignissimus dominus qui salutem spiritualem animæ nostræ vehementer exoptat, bella, egestatem, & pestem immittit, vt solet pater sceleribus filij adductus in eum animaduertente, cum licentia deterior sit. Quam rem pulchrè & eleganter exprimit Esaias cum in persona vineæ de ingrato filio loquitur. Plantaui, inquit, vineam electam, ædificauit turrin, &c. Quid debui facere vineæ meæ, & non feci? Quare expectante me vt faceret vvas, fecit labruscas? Sequitur. Auferam sarpem eius, & erit in direptionem, dirnam maccrām eius, &c. Quid est igitur quod dominus sic cum illa se habuit? Sequitur. Vt, qui coniungitis domum

Esa. 9. Rom. 8.

1. Ioan. 4. Deut. 6.

Matth. 6.

Rom. 6. Gene. 22.

Esa. 5.



domum ad domum, & agrum agro copulatis. Primum propter auaritiam, secundum ob crapulam addidit. Idcirco ait. Vt, qui confurgitis mane ad ebrietatem sectandam. Diuitiæ & sarutitas sunt causa vitiorum, & idcirco flagellis animaduertit, vt meliorem vitæ conditionem induamus. ¶ Secundum obſerua tibi, quod vt nos Deo tradamus, oportet vt ipſe prius ſe nobis tradat & vt illi ſeruiamus, oportet vt ipſe prius viam oſtendat, quomodo illi ſit inſeruendum. Et idcirco in verſiculo præcedenti dixit ſe nobis daturum, & poſtea dixit: vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi. Hoc eſt, ideo promiſit dominus Abraham ſeipſum nobis daturum, & nos liberaturum de manibus inimicorum, vt ſeruiremus illi. Namque ni prius ipſe nobis aliquid præſtiterit, quod ei poſſimus donare: ita natura ſumus pauperes, vt nullo digno miniſterio ei inſeruere poſſimus. Hinc eſt quod in pſalmo inquit Dauid. Quid retribuam domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi? Reſpondit dicens. Calicem ſalutaris accipia, & nomen domini inuocabo. Vota mea domino reddam coram, &c. Dignum quidem admiratione eſt, quod quando Dauid videtur diligentiam adhibere, vt quærat, quid retribuatur domino: nihil aliud nouit dicere, niſi calicem ſalutaris accipiam: quod quidē factō maiori vinculo domino videbatur adſtrictus, vt maiori obſequio illi inſeruierit. Itaque verū eſt quod ſancti nihil aliud inueniebāt de quo gloriari poſſent, niſi quod debitis onuſti eſſent, & tãto quis plus ſubſtantiæ habet: quanto minus aliis debet: qui vero aliquid poſſidet, & totum debet, ſe verè nihil poſſidere, affirmare poterit. Sancti igitur & amici Dei, qui omne quod habent, Deo debere fatentur: nihil habent, de quo iactari poſſint niſi de eo ſolum, quod nihil à ſe ipſiſ habent, ſed à Deo, & propter Deum. De plenitudine eius omnes accipimus (inquit Ioannes) gratiam pro gratia. Et quia illud donare poſſumus, quod à liberali manu ipſius Dei accepimus: poſtquam propheta dixit. Calicē ſalutaris accipia, ſtati inuocant quid retribuere poſſent, & dixit, Vota mea domino reddā: quia cū calicem domini recepiſſet, (non opere mortē obuendo, ſed deſiderio & voluntate) & ſe fortem in virtute nominis Dei inueniens, dixit protinus. Vota mea domino reddā, corā omni populo eius, qui & hominibus & angelis conſtat. Nec ob id ſi pro eo moriatur, multum faciā: quia nullis meritis prius vitam mihi donauit, & poſtea me liberaliſſime redemit. Itaque lumine prophetiæ duplici titulo vitam meam ipſi debere, & quia de nihilo condidit, & quia ſuo ſanguine iterum in captiuitate conſtitutum meipſum redemit. Et hic ſane videtur mihi huius literę ſenſus genuinus & proprius. Vnde aduertendum tibi eſt, vota in hoc loco non ſumi pro aliquibus operibus maioris boni, ſed pro vltimo deſiderio moriendi pro Chriſto: quod quilibet quadam animi præparatione habere debet. Nam eſt ſemper Deus nec vitam nec ſanguinem petat, ego autem ſemper illi debitam exiſtimo: & idcirco promptiſſimus ſemper eſſe debeo, vt ſi opus fuerit libentiſſime ſanguinem pro ipſo fundam. Colligas igitur ex dictis, quod, vt aliquid Deo tribuamus nec eſſe eſt, vt prius ſe nobis det: & ita in hoc loco prius dixit Zacharias ſe ipſum nobis dediſſe, & ab inimicis noſtris liberaſſe: vt ſtatim nos ipſos illius

miniſterio conſecremus. Verum vt ſcias quomodo liberatus à dæmone illi inſeruendum ſit, ſubdit ſtatim. In ſanctitate & iuſtitia coram ipſo. Hoc eſt impunitate & integritate animi, habens Deum corā te, qui opera, & corda ſcrutatur. Tãta nãque conſcientiæ rectitudine ſemper incidere debes, tanquam is, qui Deū præſentem habet: In quo loco aduertere debes, quā circunſpectus & cautus eſſes, ſi corā rege in negotio aliquo ſiſteres: maiori certè cura deberes eſſe coram Deo qui reges & potentes omnes, & teipſum iudicaturus eſt. In ſanctitate igitur & animi probitate viuere oportet: nam ipſe dominus inquit. Sancti eſtote, quoniã ego ſanctus ſum. Et in Deo. Perfectus, inquit, & abſq; macula eris cū domino. Deo tuo. Venit igitur Chriſtus, vt per ipſius paſſionē libere illi ſeruiamus, non vt in lege Moysi, quæ timorē ſuis ſeruatoribus inculcabat. Hæc autē eſt lex amoris, in qua in ſanctitate & iuſtitia eſt ſeruendū, ſed nūquid ſeruendū eſt per vnū menſem, vel annū? Omnibus diebus noſtris. Id eſt, nulla cunctatione, nullo tēporis interſtitio, ſed omnibus diebus vitæ noſtræ. Saul quidem bene incepit: quia nō perfeuerauit omnibus diebus ſuis, damnatus eſt. Quid enim prodeſt homini vineam plantare, ſi prius quam fructus producat, ab eius cultura deſiſtit: ita, vt poſtea nullum fructum poſſit colligere? Et quid prodeſt bobus terram arare, & frumentū debito modo ſpargere: ſi poſtea maturo tempore negligit meſſem colligere? Aut quod emolumentum ſequitur militi, ſi adueniente hoſte vltro arma capit, vt viriliter cum eo pugnet: ſi poſtea nondū obſenta victoria contingat arma proicere? Aut quid prodeſt nauarē, mari ſe committere, & ſtantibus ventis expandere vela, & felici curſu nauigare: ſi poſtea in portu fracta naui perire contingat? Ex quibus liquido conſtat, omnem laudē & gloriam in eo conſiſtere, ſi finem belli fuerit conſequutus. Idcirco monet diuinus Apoſtolus. Bonum facientes, non deſiciamus: tempore enim ſuo metemus. Et iterum. Non coronabitur niſi qui legitime certauerit. Et Chriſtus Saluator noſter. Qui perfeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit. ¶ Obſerua autem, tunc nos in ſanctitate Deo ſeruire, cum illi firmiter credimus, cum illum ardenti amore diligimus, cum laudamus, cum timemus, & denique cum prauas & peſtiferas cupiditates in nobis inſurgentes mortificamus, cum veterem hominem exuimus, & illum cum omnibus ſuis concupiſcentiis, & prauis affectibus cohibemus. Tunc autem Deo noſtro in iuſtitia ſeruiamus, quando proximo noſtro opera impendimus, quæ ipſi nobis deſideramus: imò ſi talia contulerimus, qualia ipſe dominus nobis fecit. Nemo autem eſt qui non deſideret in peccatis compaſſionem, in grauaminibus auxilium, & in paupertate ſubſidium. Pro vt vultis, vt faciant vobis homines, ita facite illis: inquit Chriſtus. Quod ſi videris aliquem in peccata prolabi, ne exules, aut illum prouoces: ſed potius cum inſtrues in ſpiritu lenitatis iuxta Pauli doctrinam, conſiderans nē forte & ipſe tenteris ¶ Aduerte etiam quod tria bona enumerat, quæ nobis contulit Chriſti aduentus: ſcilicet, vt liberemur ab inimicis, vt ſeruiamus Deo in iuſtitia & ſanctitate, & quod hæc faciamus cunctis diebus noſtris. Hæc tria ita connectuntur in recto vitæ inſtituto, vt ſi

Leu. 12. Deut. 18

1. Reg. 9. 1. Re. 15.

Galat. 6.

2. Tim. 2. Mat. 10

Colo. 3.

Luc. 6.

Galat. 6.

2. Cor. 3.

Mat. 6.

Ioan. 9.

2. Cor. 6.

Mat. 11

Ioan. 1.

vnū deficiat, vita recta & perfecta conſtare non poteſt. Primum à malo liberari, ſecundo in ſanctitate & iuſtitia ſeruire: tertium perfeuerare omnibus diebus noſtris. Vbi ſpiritus domini ibi libertas ſanctæ: & quia inimicus ſemper bella gerit, Saluator noſter docuit nos ſemper dicere, ſed libera nos à malo. Vt autem nos liberet, factus eſt nobis cornu. Libertas nobis contingit, cum corruptibilibus exiit affectus, & cum ſanctitate & iuſtitia illi miniſtramus: tuncque ſupra humanum ſenſum vita agitur, cum mores ſanctis virtutibus componuntur. ¶ Denique, vt concludam, vnū hic aduertendum eſt, non ſolum dixiſſe Zachariam, vt ſeruiamus Deo omnibus diebus, ſed omnibus diebus noſtris: quia tēpus vitæ huius mortalitatis, quod nobis conceditur, datum eſt nobis vt in illo noſtris actibus vitam æternam conſequamur. Nam veniet mors quando iam non erit locus poenitendi. Idcirco dominus. Operamini dum dies eſt, veniet nox quando nemo poterit operari. Vnde diuinus Paulus: Ecce nunc tempus, ecce nunc dies ſalutis in omnibus exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros. Nunc autem ad filium conuertit ſuum ſermonem Zacharias dicens. Et tu puer propheta altissimi vocaberis, præſtibis enim ante faciem domini parare vias eius. Zacharias plenus ſpiritu ſancto duas prophetias prædicat: alteram de Chriſto, alteram vero de Ioanne. Haſtenus dixerat, quanta dominus facturus erat populo ſuo per Meſſiam multis retro tēporibus promiſſum: nunc autem ad puerum loquitur ea quæ ab angelo audierat. Vidimus enim in ſuperioribus quomodo ante conceptionem ei dixerat Gabriel. Ipſe præſtibit ante illum in ſpiritu & virtute Helia: parare domino plebem perfectam. Ita & hoc quod ad puerum loquitur potius eſt patefactio celeſtis oraculi, quam canticū prophetiæ: quoniam ipſe propheterico ſpiritu loqueretur. Id enim erat Ioannis munus & ad hoc venerat in mundum, vt diſponeret hominū corda ad ſuſcipiendum Meſſiam. Sed nemo ipſum Zachariam irideat eo quod cum inſante octo nato dierum loquebatur, qui nec verba formare, nec ipſum patrem intelligere valebat. Sed non mireris quia ille, qui in vtero matris clauſus regem ſuum agnouit, & exiliens Chriſti nunciavit aduentum, & præter curſum naturæ communem rationis vſum habuit: bene poterat & patris verba percipere, & intelligere: non quidem ſecundum naturalē ſuam virtutē. Sed ſecundū eius potentiam à quo in vtero fuerat ſanctificatus. Sed ad verborū explicationē accedamus. Tu puer propheta altissimi vocaberis, &c. fuit Ioānes propheta & pluſquam propheta: nam quem alij propheta venturū dixerunt ipſe digito oſtendit Chriſtū. Multis enim nominibus Ioannes fuit appellatus. Amicus ſponſi, angelus, Chriſti præcurſor, Baptiſta, propheta, & pluſquam propheta, Helias, lucerna ardens & lucens. Sed ſi beatus Ioannes erat propheta quid eſt, quod interrogatus an eſſet propheta, reſpondit, non eſſe prophetam? Ad quod dicendū, quod cum interrogatus fuit, an eſſet Chriſtus, & poſtea an eſſet Helias: interrogatus etiã fuit an eſſet ex præſiſ & antiquis prophetis. Et ideo nō ſimpliciter interrogabatur an prophetiſmum ſpiritus haberet, ſed an eſſet ex illis antiquis prophetis. Et addit vltra Zacharias illum præſtaturum ante

faciem, id eſt, ante Chriſti corporalē præſentiam, quia antequam Chriſtus prædicaret, ipſe prædicauit baptiſmum, poenitentiam, & regnum cælorum, præceſſit etiam in limbo, quo ſit, vt præcurſor domini merito dicatur. Nec mirum ſi tanta in huius viri commendationē proferamus, quando quidem ipſe Malachias de eo inquit. Ecce ego mitto angelum meum, qui præparabit viam ante faciem tuam. Ad dandam ſcientiã ſalutis plebi eius. Munus & officium Ioannis erat ipſum populū erudire, quænam eſſet vera & certa via ad ſalutem comparandam. Fuit enim Ioannes tanquam ductor ſacculum ſerens ardentem, quo venientem regem illuminat, vt ab omnibus videatur. Et id omne neceſſum erat, nam mundus tanta ignorantia & tenebris erat inuolutus, vt miniſterio & directione Ioannis indigeret, vt veri luminis doctrina illuſtraretur. Expende autem quod non dicit ſanctus Zacharias ad dandam ſalutem, ſed ad dandam ſcientiam ſalutis, id eſt, vt notum faceret ipſum Saluatorē. Tu docebis (inquit pater) filios Abraham quid illos facere oporteat. Audit populus Iſrael per omne Sabbatum legem, & Prophetas, & audit, & nihil intelligit: quoniam non habet qui ſyncere erudiat. In remiſſionem peccatorum. Scribæ & Phariſæi non ſic docent, quia claudunt regnum cælorum: tu autem non ſic, ſed remiſſionem peccatorum prædica, & caeſte regnum apertum. Obſerua autem quod Ioānes ſuo baptiſmo non remittebat peccata, ſed præparabat homines ad poenitentiam: ideo in Græcis codicibus non eſt in remiſſionem, ſed in præparandum, oſtendit illum qui peccata remittebat, cum dixit. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Vbi diſcant oportet ſacri euangeliſ concionatores, vt nunquā populo ſeipſos prædicent, aut vanitates, nec apochrypha vel ſacra quæ ad niſum prouocent: ſed ea tantū, quæ ad remiſſionē peccatorū adducere poſſunt, vt ſunt lachrymæ, compunctio, & cætera huiusmodi. Multi in ſuis concionibus varias mouent Theologicas quæſtiones & philoſophicas, & allegant nomina authorum inaudita & exquisita: interdum propoſitiones obſcuras & ſpecularias adducunt, & eas diſferunt, vt vel ſic maximi concionatores habeantur & à populo laudentur. Quod quidē ſi rectè conſideres vanitas & ſtultitia eſt. Laudes tuæ lachrymæ auditorum ſint. Neque aliud quid concupiſcas, quā animarum ſalutem & libertatē, vt faciebat Ioānes baptiſta: Et hoc modo maiorem vtilitatem populo afferes, & gratior & iucundior domino eris, quam ſi elegantibus & perpolitis ſermonibus ad populū loquaris Per viſcera miſericordie Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto. Per miſericordiam & benignitatem ſuam, qua dignatus eſt in hunc mundum venire, ad viſitandum nos: vt in illa ineffabili & incomprehenſibili dilectione tribuatur hominibus remiſſio peccatorum. Quia carnem ſuſcipere, naſci, docere, & in patibulo crucis acerrimam mortē ſubire voluit, vt noſtra peccata remitterentur. Expende quod quædam modum beata virgo omnia beneficia, quæ accepimus Dei miſericordie tribuit, cum dixit: Suſcepit Iſrael puerum ſuum, recordatus miſericordie ſuæ: ita & Zacharias dicens per viſcera miſericordie Dei noſtri hæc nobis tribuit per ſuam charitatem & amorem. Non ex operibus iuſtitie quæ feci-

Mal. 4.

Ag. 13.

Luc. 11.

Ioan. 1.

Hier. ad Nepotian.



ENARR. IN CAPVT II.

**Tit. 3.** mus nos (inquit Paulus) sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Et ad Galatas. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. **Galat. 2.** Et ad Ephesios inquit. Propter nimiam charitatē qua dilexit nos Deus, filium suum misit in mundum. **Ephes. 2.** Omnes enim iustitiæ nostræ tanquam panus menstruatae. Ideo cum in se dominus suam contraheret iustitiam, super nos suam misericordiam extendit: & nostræ miseriam & imbecillitatem confuluit. Itaque miserus nostri dominus pro tanta suā clementia non potuit pati nos in tanta seruitute constrictos, & oppressos videre: imo non solum voluit sua viscera amoris plena demonstrare, verum etiam profundam suam humilitatem, quando à caelesti suo habitaculo, descendere ad infima terræ voluit: & cum naturæ esset immortalis & impassibilis, pro tanto in nos amore mortalem & passibilem fieri voluit. Hæc omnia tecum peccator reuolue, vt illum verearis offendere, qui tanta amoris pignora tibi dedit. Nam cum esses infirmus te à summo caelo visitauit: & in hoc exilium descendit, & pro te talem redemptionem soluit, vt non minus, quam sumpibus sui pretiosissimi sanguinis salutem tuam operatus est. **Mala. 4.** Vide autem quod vocat Christum Orientem, iuxta illud Malachia. Orietur sol iustitiæ vobis in diebus nomen suum. Et in Zacharia. Ecce, vir oriens nomen eius. Et subter eum oriens, ædificabit templum domino. Vbi Paraphrasis Chaldaicus pro oriente vertit Messiam. Oriens itaque ex alto propter suam maximam misericordiam & nimiam charitatem dilexit nos: tribuens salutem suo sanguine pretiosissimo. **Zacha. 6.** Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent. Prosequitur metaphorā, quā incepit dicens, Ortum esse ex alto, tanquam solis cuius natura est eos illuminare qui in tenebris & ignorantia sunt. Quod sane ipse Esaias multo antea prædixerat. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: ambulantes in regione & in umbra mortis, lux orta est eis. Sed ne hoc de corporali luce intelligeremus, aut de corporalibus tenebris, dixit, umbra mortis, vt insinueret quod de spiritualibus animæ tenebris fuerit locutus. Christus enim velut verus sol iustitiæ suo auentu tenebras ignorantiae expulit, & profligauit caliginem peccatorum & frigida corda nostra igne charitatis suæ accendit. Nox (inquit Paulus) præcessit, dies autem appropinquauit. Lex etenim Moyli quam Paulus hic noctem appellat iam præcessit, & orto vero sole iustitiæ Christo omnia illuminata fuerunt. Antea omnia erant umbrae, figurae: nam vt inquit Paulus omnia in figura continebantur illis: modo vero omnia clara sunt & aperta, & aduentu solis illuminata. Præterea iacebamus in tenebris, & non poteramus ad eum oculos leuare, sed cū ipse ueniret ad nos, sui lumen nis radiis in animos nostros immittis dies serenus ac clarus nobis illuxit. Qui prius in tenebris peccatorum, & in desperatione mortis sedebamus, excæcati idololatriæ & cupiditatis, terrena pro diuinis amplectentes, & umbras rerum carnaliū pro spiritualibus ortus est sol iustitiæ, lux vera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundū. Sed vide quam longè antea hoc idē prædixerat Esaias. Surge, inquit, illuminare Ierusalē, quia uenit lumen tuum: & gloria domini super te orta est. Venit Ioānes Baptista, vt

eos illuminaret, qui erant in tenebris, vt hanc splendidam & micantem lucem possint videre. Quia quemadmodum illi, qui in densas tenebras & caliginem obscuram sunt iniecti, si ibi diu detineantur: non possunt subitam solis claritatem intueri, sed oportet prius aliquod minus lumen aspicere, alioquin obcæcabantur repentino splendore: sic mortales scelerum maculis contaminati, & ignorantiae tenebris sepulti non possunt in excellentem illā claritatē Iesum redemptorē nostrum oculos conicere, nisi prius aliquo minori lumine fuerint illustrati. Christus enim uerus sol iustitiæ est, vt Malachias inquit. Ipse etiam est lux illa, de qua inquit D. Ioannes. Ille erat lux vera, quæ illuminat omnē hominē uenientē in hunc mundū, de qua ait ipsemet Christus. Ego sum lux mundi. Eū que uocat apostolus splendore gloriæ & figuram substantiæ eius. De Ioanne autē Christus saluator noster dixit, esse lucernam ardentē & lucentem. Obcæcatus esset mundus pro oculorū suorū imbecillitate si repente uidisset solē iustitiæ Christū, quia excellens sensibile corrūpit sensum. Igitur, vt mundus, qui in tenebris iacebat, posset Christum intueri ne obcæcetur, oportebat vt Ioannes tanquam lucerna esset media, vt sic uiderēt homines solem iustitiæ Christū. Ideo ait pater quod uenit filius illuminare his, qui in tenebris sedēt, vt lumine suæ doctrinæ pararet corda hominū vt Christum susciperēt. Porro Zachariæ uaticinium non solū de illuminatione Iudæorū, sed etiā Gentiliū intelligitur. In hoc autē quod dixit, sedere in umbra mortis, non solū de spiritualibus tenebris loquitur, sed etiā in quandā secretiorē considerationē incidit. Mors enim est priuatio uitæ: & separatio animæ uitalis à corpore uitam habente: umbra uero mortis est somnus, siue dormitio, quæ proprie dicitur mortis imago. Sic etiam mors est peccatū, quod nos separat à Deo, qui uita est animæ nostræ: umbra uero mortis est quædam carētia ueræ cognitionis, ueritatis, fidei, & lucis æternæ. Fit enim umbra in aere ab obiecto & corpore lucis: quo remoto aeris pars clara manet. Sic fit in animabus hominū, quādo aliquid supernæ & internæ luci obicitur, unde umbra illa mortis generatur. Sed remoueri potest, dum uiuitur, quousque animæ detradatur in infernū. Potest etiā hic locus exponi quod corpus sit mors corporalis, umbra uero mortis, peccatū: nam sicut sequitur umbra corpus, sic ubi mors, ibi peccatū, quia peccatū secū mortem adduxit, per unum hominem peccatū, & per peccatum mors inquit Paulus, & Christus propter peccata nostra mortuus, non propter sua. Merito igitur peccatū dicitur umbra mortis, quia semper comitatur ipsum mors. Vt autē significaret quantum homines in peccatis suis & flagitiis detinerentur, vsus est uerbo, sedere, & non stare, quia plusquam quinque milia annorū transacta erant, à quibus totum genus humanū deuinctū tenebatur in peccatis. **Ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis.** Tenebris huiusmodi depulsis, & umbra mortis abiecta pedes nostri, id est, affectus & intellectus noster dirigantur in uiam pacis. In uiam illā scilicet pacis, quā mundus non potest dare, quā mundus ignorat: quia superat omnē sensum & caput humanū, quam quidē Christus suæ passioni proximus suis discipulis reliquit, dicens. **Pacē meā do uobis: pacem**

relinquo uobis. Quis igitur nostrum in illā uiam non accingeretur, quæ secum habet omnia bona? omnia mundi bona bellum & perturbationes afferunt, tantum igitur abest, vt pacem afferere possint. Huic Christi paci uehementer aduersamur, malumque perpetuis molestiis affici, quam ad tranquillum pacis oblatum portum nos recipere: digni sanē, vt in priores tenebras, quæ mundum antea occupauerant, relegemur. **Rotæ illæ, super quas ambulabant illa quatuor sancta animalia, quatuor uidentur erant, sed vna omnes uidebatur:** quia vna erat earum similitudo, & ita erat vna, vt quatuor esse uiderentur. Ideo dixit Ezechiel. Et aspectus earū similitudo vna quatuor. Ac si diceret. Omnes quatuor habebant vnam & eandem similitudinē, si miles erāt inter se, & maximè conformes. Tales debent esse Christi fideles per has rotas significati. **Quemadmodum enim in bono horologio rotæ ita compositæ sunt vt circulos suos æqualiter conficiant, & mota vna, aliæ iridē mouentur, & ad quietem uisus & reliquæ quiescunt, ita, vt multæ cum sint numero ordine & concordia vna sint: eodem modo in Christiana republica omnibus debet esse æqualis uoluntas, & tanta omnium concordia, vt cum multa sint corpora tamen vnus homo consensibus uoluntatibus iudicetur. Nam ad hoc uenit Christus, vt dirigat pedes nostros in uiam pacis. **Quamobrem monet D. Paulus: Vt simus solliciti seruare vnanimitatem spiritus in uinculo pacis.** Et alibi. Non est (inquit) regū Dei cæca & potus: sed iustitia & pax. Sicut spiritus non uerget membra, nisi fuerint coagmentata: sic spiritus sanctus nō uificat ecclesiæ membra, nisi cōcordi pace fuerint colligata. Qui enim non diligit (vt inquit Ioannes) manet in morte. Sic quia apostoli erant cōgregati in Ierusalē uenit spiritus sanctus in linguis igneis super eos. Impij uero, quibus, vt Esaias inquit, nō est pax, seminant discordias inter fratres: quod septimum erat, quod detestabatur dominus, vt inquit Salomon in Prouerbiis. **Haec tenus sanctus senex locutus est, & his uerbis suo cantico hinc impo-suit.** Modo uero euangelista Lucas prosequitur quid post hæc beatissimus Ioannes fecerit usque ad annum trigésimum, ex quo ex domini præcepto uenit in Iordanē baptisum: poenitentiæ in remissionē peccatorū prædicās. **Puer autē crescebat & confortabatur spiritu.** Quemadmodum per gratiæ beatus Ioannes corpore crescebat, ita per afflatum diuini numinis semper proficiebat in maiori spiritus firmitate & uirtute. Quod sane exemplum deberet nobis esse, vt quædam modū quotidie maiori corporis quātitate augetur ita in mētis diuinitatis facultates augeamus. Cuius rei exemplū habes in apostolo Paulo cuius uerba sunt. Cū essem paruulus sapiebā vt paruulus, & loquebar vt paruulus: post quā autē factus sum uir, euacuauī ea, quæ sunt paruuli. Sed multo aliter id fit, quia crescūt modo homines ætate, & magis crescunt in flagitiis & peccatis: & quod peius & lamentum dignum est, quod in ipsis peccatis senescunt, & ita senescentes, & obitanti in eisdem moriuntur. Idcirco Ieremias Bonum est uiro cū porruerit iugum ab adolescentia sua. Et in Prouerbiis dicitur. Adolescentens iuxta uiam suā, etiam cū senuerit, non recedet ab ea. Et idcirco oportet vt à pueritia sanctis moribuste induas: & si deprauatam aliquā inclinationem habueris, eam**

depone, priusquam senescat: nā tunc eū difficultate tollitur. Arbores namque quando tenellæ sunt, si in curuitate abierint, possunt dirigi, & de loco in locum deferri, vt in serantur: tamen si in ueterascunt, nullū adest remediū nec dirigi, nec alio deferri possunt. Ita sane tu postquā senueris maxima cum difficultate teipsum corrigere poteris, si uitā tuam peruersis moribus consumpsisti. **O sancte & beate puer, qui tam tenellus ætate humeris tuis iugum domini suauē imposuisti, qui contemneris opulentiam parentis domū admirandam & horribilem poenitentiam egisti: & quemadmodum omnes uirtute & sanctitate superas, ita etiā facillimo negotio uitā asperitatem reliquos excedere uideris.** Et erat in deserto usque in diem ostensionis suæ ad Ierusalē. Noluī in parentis domo diu commorari, sed ab ipsa statim pueritia in qua reliqui sibi indulgēt, ab hominum frequentia procul fugit: ne vel ex vulgi commercio vel minimam labē contraheret, qui in materno utero singulari beneficio fuerat sanctificatus. De quo sancta ecclesia sic canit. Antra deserti teneris sub annis, Ciuium turmas, fugiens peristi, Ne leue saltem maculare uitam, Flamme posses. Vbi statim docemur hominū tumultus, & mūdi familiaritatem fugere, exemplo beatissimi præcursoris. Quod sane exemplū & multalij sancti nobis præstant. Dauid enim sic inquit. Elongauī fugiens, & mansi in solitudine. Esaias solus dominum exercituum uidet, & laudes Seraphin contēplatur. Moyses solus ascendit in montem & ibi cum domino familiariter cōuersatus, legē accepit. Et in deserto angelus domini cōsolatus est Agar. Et Helias habitas in solitudine pascebat panem angelico. Tale uitā decebat agere, qui à domino mirabatur, vt uniuerso poenitentiam prædicaret, & locus ille deserti conuenientissimus erat prophetiæ, quā de ipso prædixerat Esaias. Vox clamantis in deserto. Hoc in loco sanctissimus puer latitabat, quo maior nullus inter natos mulierum erat. Hic silebat, vt in suo tempore maiori auctoritate & maiestate, & cum maiori animarum fructu postea loqueretur. Mirandum quidem est, vt eo tempore quo reliqui pueri se & mundum cognoscere incipiunt, & quando alij cachinnos mouent, ludos quærunť pueriles delicias nutritiur in gremio matrum: tunc tēporis sanctissimus Baptista solus uitā ageret in deserto inter syluestria animalia, inter fera bestias, sine domo, sine igne, sine famulo, sine societate, sine pane & uino, sine aliquo alio cibo præter syluestre mel & locustas. Non lectulum habebat aureis pauimentis ornatum, sed in humido solo iacebat in cauernis, solis & frigoris iniurias patiebatur, & his omnibus uiuatus in oratione & cōtemplatione pernoctabat. O diuinum et admirandum puerum, o prodigiosum eremitam, o diuinū monachum, qui omnem mundum tuo natali perteruisti: modo autem deserta habitans, tua angelica uita celum ipsum & angelos in admirationem prouocas. Quis obscuro angelorum aut supernorum spirituum à summo caelo non descendit hoc tantum miraculum uisurus? O quanta omnes rapiebantur admiratione in uisendo puero, quantumque in puero hoc diuinam sapientiam uenerabantur, quam illi uoluit infundere. Quæ rogo (vt tecum paucis agam sancti sime puer) peccata, quæ homicidia, quæ uel adulteria perpetrasti: vt tam

**Psal. 54.**  
**Exod. 19**  
**Gen. 19**  
**3. Re. 19.**

**Exod. 40**  
**Matt. 11**

**Rom. 5.**

**Ioan. 14.**  
**relinquo**

aspera & mirabili poenitentia vitam ageres? Sed vae nobis miseris peccatoribus sub quorū pedibus ardet infernus, suisque flammis expectat, vt nos deuoret: qui cum onusti peccatis simus, & tanto flagitiorum & scelerum pelago submersi, diem ieiunij & sanctitatem simulamus, neque vel momentum poenitentiae facere volumus. O nos miseris & caecos, qui tanta tenebrarum & obscuritatis caligine laboramus, si huic puero propter rarā sanctimoniam tantum honorem exhibemus, quare operibus nostris illum nō imitatur? Non tantam pro peccatis agebat poenitentiam: sed quia verus poenitentiae praedicator erat, id factis voluit ostendere, quod verbis postea docturus erat: vt ipsum Christum sanctorū omnium magistrū videretur imitari, qui facere & docere cepit. Cibis eius in tā parua erat quantitate, vt sine diuini numinis miraculo corpus illud sustineret & ali nequiuere, &

sic ipse Christus de eo dixit. Venit Ioannes non manducans nec bibens: quia eius cibus tātus erat, ac si non comederet, & eius potus ac si non biberet: vestitus, vt si nihil profus indueret: & tandem vita magis angelica & diuina quā humana. Hoc igitur modo in ista solitudine vixit quinquaginta annorum spatio vitā degit, quousque a deserto profectus praedicaturus in Iordanē venit. Quae omnia vel eo diximus vt nunquam à memoria excidant, sed quo ad potueris sanctissimum Christi praeforem imiteris, quia ob hanc causam sacri euangelistae mirabilia Ioannis in nostram vtilitatem scripserunt, vt illius exemplo sanctis vitae documentis nostram vitam institueremus: quia paratus est dominus in omni tempore nostris votis & petitionibus annuere. Et ne longius quā par est immoremur, praestet huic primo cap. finem Iesus Christus Mariae filius. Amen.

CAPVT II.



OST QVAM Euangelista noster Lucas in superioribus egit de occulto Dei aduentu in hunc mundū per admirabilem verbi incarnationem, conuertit modo sermonem ad manifestum aduentum, qui fuit per natiuitatē ab vtero sanctissimae virginis, in quo clausus per nouem mēsum spatium lacuerat. Aderat enim iam sancta illa plenitudo temporis, miserationis eius: cū misit Deus filium suum primogenitū, natū ex muliere & factū sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret, & omnes homines beneficium gratiae & redēptionis acciperent: illi potissimū, qui ad vitam aeternam ab ipsa aeternitate erāt destinati, quosque Deus elegerat ante mundi constitutionē. Medio igitur tempore incarnationis & partus beatissimae virginis multa huic natiuitati conuenientia contigerunt in commendationē tanti mysterij. Modò autē facit Euangelista sequentibus prosequitur, quomodo rex noster mutato habitu ingressus sit bellum, nec in ea gloria & maiestate, in qua vnus est cum patre & imago bonitatis illius: sed potius in humilitate nostra & in similitudinem carnis peccati fortē illum deuicerit, qui mortis habebat imperiū. Ad certitudinem autem historiae narrat euangelista eū qui tunc temporis imperabat orbi illa dicendi facūdia & grauitate, quae tantum historicum decet, praecipue cum de re tam graui & excellenti suum instituat sermonem. *Factum est autem in diebus illis, exiit aduersus Caesarem Augustum vt describeretur vniuersus orbis.* In re tam serua conuenientissimum fuit, vt & tempora, & eius temporis imperiū Euangelista nobis designaret. Nam si quando Ioannes exiit ad praedicationis munus, descēdit ipse nobis imperium, & tetrarchas regni illius Iudaeorū, & iudei sacerdotium dicens. Anno quinto imperij Tiberij Caesaris procurante Pontio Pilato, &c. Quāto potius in Christi Saluatoris nostri natiuitate oportebat imperij & orbis dominium scribere: vt vel sic ostēderet euangelista, qua occasione Maria virgo & sanctissimus ipse Ioseph ac ceteri uenerunt Bethlehē vt obire periret: sacris scripturis, quae de Christi ortu scriptae erant: mentionē facit Euangelista de edito Augusti Caesaris. Notum est plusquam, vt de-

claratione indigeat hunc Augustum, fuisse secundum Romanorū imperatorem, & successorem. C. Iulij Caesaris, qui fugato Pompeio inuasit imperiū. Hic cum Octauianus proprio nomine appellaretur, Caesar dictus est in recordationē & gratiā sui praedecessoris, à quo imperatores Caesares dicti sunt. Qui quidē Octauianus deuictis Cassio et Bruto ac deinde Marco Antonio & Lepido pacifice totius orbis dominus factus est. A domino certe factū est istud, & est mirabile in oculis nostris: vt vel ita Christi fides postea propagaretur & vt altas ageret radices per doctrinam & ministeriū Apostolorum & discipulorū Christi. Quia cū mundus existeret sub vnus imperio non fuit coarctata euangelica praedicatione in vno tantū regno aut provincia. Construxit hic Octauianus alta moenia & superba templa in Romana vrbe, quae bellorū ciuiliū tumultu collapsa fuerant: vnde seipsum iactās dicere solitus erat. Vrbe lateritiā inueni, marmoreā relinquo. Qua propter cognomēto dictus est Augustus, eo quod aedificia, opes & imperiū Romanorum magnificē amplificauit & auxit. Et idcirco tempore huius nascitur Christus secundum carnem: quia hunc inferiorē orbem admirandis & diuinis virtutibus auxit: superiorem verō, supra quam humanus captus capere possit excellentissimē decorauit. Et non solum ipsum auxit & illustrauit: imō antequam humanā vestem indueret mirabili artificio illū condidit, quia mundus per ipsum factus est, ipsumque describit, quia cuncta cognoscit. Nec iste tyrannus est, vt Augustus Caesar, aut inique vsurpat imperiū, sed constitutus est ab aeterno patre haeres vniuersorum, per quem fecit & secula. Freterea venire voluit eo tempore, quo vniuersum vnus imperio tenebatur, cum & ipse vniuersorū esset dominus, rex regū & dominus dominantium, & princeps regū terrae: cuius pedibus pater omnia subiecit, & omnem potestatem dedit in caelo, et in terra. Pacato itaque toto terrarum orbe, exiit editum à Caesare Augusto vt cognosceret numerū eorum omnium, qui suo imperio subdebantur, vt sic ab eis tributum exigeret. Idem legimus David in suo regno fecisse, cum superbia elatus iussit per manus Ioab omnem suum populum numerari. Quod

Luc. 7.

Hebr. 12.

Leui. 24. Ori. ho. 4 in Lo.

Nam. 2

Gen. 42. Gens. 43.

Luc. 16.

Leg. Gra. li. 5. Mor. c. 15.

Ioan. 1.

Hebr. 1.

Apoc. 19. Psal. 109. Matt. 28.

2. Re. 24.

Davidis peccatū grauitē puniuit dominus magna grassante peste: peccatū autem Augusti Caesaris reliquit impunitū, cum maius esset peccato Davidis. Namque David solum iussit numerare populum, Octavianus autem auaritiē igne incensus tributa ab omnibus exigebat. Et hinc colliges verissimum & indubitatum illud esse, quos diligit Deus corrigit, & flagellat omnem filium, quem recepit. At cum iniquis & sceleratis peccatoribus dissimulat, quorum punitionem in inferos referuat. Vnde in Leuitico habetur. Qui maledixerit Deo portauit peccatum suum: qui autem assumpserit nomē Dei, morte moriatur. Mirabile quidem est (vt Origines annotat) quod qui maledicit nomini Dei nō multatur poena: qui autem nomen Dei assumpserit, non minus, quam mortis poena animaduertetur. Nonne multo grauius est Deo maledicere, quā cum nominare quamuis in vanum? Equidē minus peccatum expiatur hic poena mortis, vt poenam aeterni ignis non inueniat. Sed qui portat peccatum suum, & hic non persoluit, aeterna supplicia inueniet. Grauius ergo est accipere peccatum, quam morte multari. Hic enim mors in vindictam accipitur, & apud iustum iudicem non vindictam bis in idipsum. Vbi autem non est soluta vindicta peccatum manet aeternis ignibus exigendum. Quod autem haec verissima sint: adducam tibi in testes ex sacris literis Ruben & Iudam patriarchas: qui cum Beniamin vellēt ducere in Aegyptum propter foedus quod pepigerant cum fratre Ioseph, Ruben ita ad patrem loquitur. Duos filios meos occide, nisi adduxero ad te Beniamin. Iudas verō ait. Si non reduxero & reddidero eum tibi: ero reus peccati in te omni tempore. Iacob ergo eorum pater, cum sciret multo esse grauius, quod promiserat Iudas dicens, Ero peccati reus, quam id alterum, occide filios meos, Ruben quidem non tradidit filium Beniamin tanquam illi qui leuiorem elegerit poenam: Iudas verō tradidit sciens grauius esse quod elegerat. Idcirco grauius puniuit ille, qui eo quod maledixit Deo, portat peccatum: quam ille, qui occiditur. Sicut grauius puniuit is, qui in hac vita non exoluit poenas peccato debitas: quam ille, qui multis afflictionibus & calamitatibus premitur. Et quis dubitat quin ille diues, qui quotidie epulabatur splendide, lautis & opiparis ciborum generibus vtens, purpura & bysso semper indutus grauius & acrius sit punitus, quā Lazarus pauper, qui in hoc seculo multis calamitatibus fuit flagellatus? Quod si diues hic nullas fuit passus aerumnas, nullas tribulationes & calamitates, tamen aeternis gehennae ignibus perpetuo cruciatur: cui sanē melius esset, vt in hac vita calamitatus, & angustiis premeretur, ne postea illa omnia aeternis ignibus exoleret. Namque haec flagella, quae hic iniiciuntur, momentanea sunt: illa vero perpetuo sunt duratura. Melius igitur & salubrius actum est cum sanctissimo Davide, quam cura Augusto Caesare. David enim hic fuit punitus quia populum numerauit. At Augustus portauit secum peccatum suum, & reus fuit peccati, quem aeterni ignes discruciant. Vt pro comperito habebas grauius esse & lamentabilius peccatum secum ferre vsque ad inferos, quā in hac vita aliqua mala pati in ipsius condonationem. Quocirca cum haec quae diximus Paulum

Apostolum non lateant, imo conducentia esse fidelibus: de quodam, qui peccauerat inquit, Quē tradidi, inquit, Satanā in inuentionem carnis, hoc est poena mortis eum multasse. Quis autem sit fructus huius mortis temporalis ostendit in sequentibus dicens. Vt spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi. Vides ergo quam eleganter vtilitatem temporalis mortis ostenderit? Sic ille Machabaeus Antiocho regi tyranno dixit. Nos propter nos ipsos haec patimur, peccantes in Deū nostrum: tu autem ne existimes impune futurū, quod contra Deum, &c. In quo loco gradum sistas oportet, & consideres, quanta dominus benignitate & pietate nobiscum vtatur, dum in hac vita flagellis & afflictionibus tradit, cum & id certissimum indicium sit nostrae praedestinationis: & itā cōtrarium argumentum in eos militat, qui cum per totum vitam spatium sceleribus & flagitiis se ipsos conquinēt, nulla eis afflictio immittitur, nulla calamitas, nullum denique supplicium. Equidē malorū felicitas & prosperitas sine punitione, incognitū quoddam & durissimum flagellum est. De quo si velis audi tibi Ieremiam dicentem. Dolore & flagello castigaberis Hierusalem: ut ne abscedat anima mea ab te. Haec sane vox est misericordiae & amoris plena: sed audi iustitiam. Nam cum multa sacrilega & nefaria numerasset, quae populus commiserat, addidit. Propter quod non visitabo super filias vestras cum mœchantur. Terribile enim est supplicij genus, quod scilicet medicus non visitet infirmum: non tiriacam apponat, non purgationes praecipiat, nec sanguinis missiones, cum haec omnia pristinae salutis infirmum reducant. Nam cum in peccatis abundaueris & excellueris, tunc dominus zelans auertit à te zelum suum. Aufertur, inquit, zelus meus à te, & non irascor, &c. Nec ideo feliciorem te ipsum iudicare debes, si omnia secundum animi sententiam successerint: imo tūc temporis te ipsum lamentari debes. Nam quanto dominus arcum suae punitionis intendit, tanto acrius & fortius suae punitionis & flagelli sagittam emittit. Quippe eos, quos proinus, vt delinquit, punit, nequaquam in aeternum torquetur. At illis maximē est timendum, quorum animaduersionem in suum interitum seruat. Qui enim arcum flectit, nec totas vires exhaurit, certē is parum aut nihil nocimenti iniicere curat: at si acrius & fortius arcum intenderit, signum est vulnus futurum mortiforum & incurabile. Ita sane dominus dum in punitione demoratur & animaduersionem differt, tantō peius & deterior. Quae omnia rustico exemplo tibi comprobabimus. Nam boues dum aratro & labori custodiuntur fortibus funibus alligantur: at qui iugulo & morti sunt tradendi pro arbitrio suo in campis & floribus pascunt. Et Augustinus, super illud, Zelauit pacem peccatoribus videns, inquit. Quot sunt, qui lacuiis, vt boues & vaccae ad iugulum tendunt: & canentes & saltantes iter parant ad infernū? Derehquit dominus malos vt suo palato in hac vita satisfaciunt: atque ita bonos persequuntur, & eorum sententia praevalet. Cuius rei sanctus vates non oblitus inquit. Dimisit eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis. Et Alibi. Manducauerūt & saturati sunt nimis, & desiderij eorum abstulit Deus. Quando dominus aduersus

1. Cor. 3.

2. Mac. 7.

Iera. 46.

Eze. 16.

An. in ps. 72.

Psal. 80. Psal. 72.

aduersus filios Israe irascebatur, desideria sua adimplebat, & permittebat concupitis sariari. Nam si pater sceleratum filium ad rectae vitae institutum traducere nequit, eundem non impedit ut ampla sua desideria sequatur, suis voluptatibus & deliciis frui, ut tandem sceleribus constriktus filius suspēdatur patibulo. Quod si aliqui superuenientes parenti dixerint, quid est quod tantis filij tui flagitiis non obstas, hoc enim scelus fecisse dicitur, tūc pater responderet. Iste, quem vos dicitis, neutiquam est filius meus, nec cum eo quidquam mihi commune est. Sic dominus cum nostra scelera ad id inuenire perueniunt, ut diuinam indignationem penitus mereantur, concedit nobis omnia secundū palatū quoulsque solus infernus perpetuum habitaculum nobis maneat. O bone & sancte Deus quid est, quod non conticis oculos in filium tuum, quem proprio sanguine redemisti? Sinite illū (inquit dominus) quia nec filius meus est, nec hereditatis meae particeps. Dimisit illos secundum desideria cordis eorum. Vidistis igitur quomodo aduersitates & tribulationes animae nostrae sint medelae. Hinc illud est, quod Angelus Raphael Tobiae dixit. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, ut tentatio probaret te. Et patētissimus Iob. Beatus homo, qui corripitur à domino. Et sancta femina Iudith variis exēplis docet, omnes qui Deo placuerūt per multas tribulationes transisse. Et Paulus hoc idem multis in locis suarum epistolarum docet. Et Apostolus Iacobus subscribit dicens. Omne gaudium existimate fratres mei, cum in varias tentationes incideritis. Igitur si tribulatio gaudium est, ne tristis incedas, dum tribulationibus visitaris. Nāque si aliquis domum suam igne succensam videret quem ipse solus suscipere extingueret, libet animo oblatam aquā suscipere, obsequiū et donum non persequutionem id existimaret. Quanto igitur potiori iure, cum domus conscientiae tuae igne cupidinis ardet, tribulationis aquam, maximum beneficium & auxilium existimare debes, non autē calamitatem & aduersum, cum istud non aduersus te, imo pro teipso facit? Contra verò ut sapius tibi repetimus humanam prosperitatem signum esse diximus aeternae indignationis. Quod Paulus docet, dum inquit. Quis enim filius, quem non corripit pater? Quod si extra disciplinā estis, adulteri & non filij estis. Et psalmista. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Et sequitur. Ideò tenuit eos superbia, operi sunt iniquitate & impietate sua. Arboribus enim bonis & fructuosis omnes virgulti eas suffocates abscinduntur, ne sint impedimento, quominus ad sperati fructus maturitatē perueniant: at arbores in fructifere quales sunt vltimi & robora isto beneficio carent, nec concutiuntur, sed potius truncatae & abscissa in ignem mittuntur. Sic boni, qui filij Dei sunt in hac vita varias patiuntur calamitates, ut reseruetur in caelis: at qui hic non affiguntur perpetuis ignibus cruciabantur. Quocirca factum est, ut peccatum Dauidis sancti, in hac vita punitione non careret, peccatum autem Augusti caesaris tormentis inferni referuatur, qui in hac vita princeps sibi possedit diuitias, variis voluptatibus imbutus vitam suam finiuit. Sed quia de his in superiori capite, in illis verbis Angeli ad Zachariam, multa diximus, nunc ad alia gradum faciamus. ¶ Secundo

libet aduerrere, quod à principio mundi, vsque ad aduentum Christi solus populus Israeliticus iustus est frequēter numerari, quod poterit colligi ex variis veteris testamenti locis: ita, ut ostēderit dominus illorum solum curam sibi suscepisse, quasi aliarum nationes ad ipsum non pertinerent. Quod quidem Amos ex mandato diuino expressit. Vos tantū cognoui ex omnibus nationibus terrae. At postquam venit plenitudo temporis, in quo omnium misereri disposuit Deus, totum orbem describere voluit. Vnde per psalmistam inquit. Memor ero Raab, & Babylonis scientium me. Ecce populus Aethiopum, &c. Ac si apertius diceret. Ego, qui antea non recordabar Aegypti & Babylonis, quia ignorabant me: iam nūc illorum memor ero, quia cognouerunt me. Et filij Palaestinarū & Tyrij & Aethiopes, qui antea in ciuitate mea erāt hospites & aduenae, iam nunc vocabantur Hierosolymitani. ¶ Tertio obseruabis, id, quod dicit noster Lucas, exiit edictum, ut vniuersus orbis scriberetur, non id dictum intelligas de toto orbe terrarum: nam multae erant tunc temporis provinciae, quae non subdebantur Romano imperio. Quo circa vniuersus hic accipitur pro maiori parte orbis. Iste namque vniuersales loquutiones in sacris literis non totam vniuersitatem ambiunt, sed aliquam partē, vt sacri doctores intelligunt. Sic est illud quod de Salomone legitur secundo libro Paralipomen. quod magnificatus est praeter omnibus rebus vniuersae terrae: quod quidem praeter omnibus regionis illius intelligendum est. Et cum in Actis dicitur, futuram famem significari in vniuerso orbe terrarū intelligendum est de tota Idumaea per synecdochen. Nā vt inquit, Diuus Hieronymus, idioma commune est sacrae scripturae, vt per omnem terram, eam intelligat provinciam, de qua sermo incidit. Et apud Esaiam. Dominus exercituum praecipit militiae belli vt disperderet omnem terram: quod tantum de Babylone intelligitur. Et illud Genesis. Vocauit Adam uxorem suam Euam, eo quod mater esset cunctorum viuentium: quod ad irrationalia non extenditur. Et illud. Omnis terra venit in Aegyptum. Id est bona pars, Et Paulus. Fides vestra nunciatur in vniuerso orbe. Id est, multis in locis. Et illud. Eritis odio omnibus hominibus: cum à multis fuerint dilecti Apostoli. Et illud. Omnes qui ante me fuerunt, fures fuerunt & latrones. Et etiam id. Omnes in Adam peccauerunt: dempta vnica virgine Maria. Et item illud ad Hebraeos. Omnes sancti patres mortui sunt. Et tamen Enoch mortuus non est, quem in cathalogo Paulus nominauit. Sed de his satis. ¶ Carterum tempore pacis Christus dignatus est nasci, quia omnibus in ipsum credentibus veram animi pacem erat daturus, & eam annuntiaturus, his qui propē & his, qui longe erant: vt nos doceret vnitatē spiritus seruare in vinculo pacis. Sicut enim ex virgine matre natus, virginealem gloriam & angelicum puritatis decus ostendit sibi esse gratissimum: sic quoque tranquillo tempore natus significationem dedit, pacis summopere amatorem esse. Et quemadmodum adueniente aquila, omnium auium principes, reliquae aues alas submitunt & in pace quiescunt nec pugnare audent: sic adueniente de caelo aquila illa diuina Christo redemptore: nostro, qui rex regum est & Dominus dominantium, omnes

Num. 1. 26.  
Amos. 3.  
Galat. 4.  
Psal. 86.  
Amb. lib. 3. de v. ca. gen. 2. Para 9  
Act. 11.  
Hi. in ca. 13. Esa. 13.  
Genes. 2.  
Gen. 41.  
Rom. 1.  
Matt. 24  
Ioan. 10.  
Rom. 5.  
Heb. 11.  
Genes. 5.  
Eph. 4.

omnes reges terrae conuicuerunt, quoniam iam ille apparebat, qui est vera pax, de quo Apostolus ait: Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Tunc praepropto Augusti clausum est templū Iani, quod non nisi in summa pace erit omnium fieri solitum erat, vt testis est Sueronius. Tranquillus in vita Augusti Caesaris: quod quidē ab vrbe condita asseuerat semel tantū, aut bis clausum fuisse. Tempore igitur pacis nascitur Christus, vt pote qui conciliaturus erat pacē inter Deum & hominem, Iudaeū quoque & Gentile, quia ex vtrisque vnum erat facturus. Hanc sanctā pacem secū attulit, quae & Angeli in eius natiuitate hominibus praenunciaverunt: quam postea & ipse praedicauit, & discipulis suis reliquit. Pacem, inquit, meā do vobis: pacem relinquo vobis. In qua pace populo suo benedixit, & sine qua nemo Deum videbit. Quapropter diuinus Propheeta singulis & omnibus inquit. Inquire pacem & persequere eam. Denique hic adimpletum legitimus id quod in Esaiam & Michae Prophetis scriptū est. Constabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Nō leuabit gens contra gentem gladium. Et in libro Psalmarū: Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Nullatenus cohærere posset secundū sine priorū: nam vbi nulla viget iustitia, pax esse non potest. Vnusquisque tunc sicut tempore Salomonis pacificē sub sicca viuēbat, & tanta erat pax, vt omnia ruta essent itinera, nec vllus erat qui auderet alicui damnum inferre. Sed nunc, proh dolor, quot rapinae, quot homicidia, surta, incendia, & virginum oppressiones fiunt? Vnde Dominus per Esaiam. Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, &c. Sicut Niniuitae & regina Sabba surgēt in iudicium, vt condemnationem gentem Iudaicā: sic Augustus Caesar surget & cōdemnabit principes Christianos, qui cum Gentilis esset, & idolorum cultui consecratus maiorē iustitiam cōseruauit in suo imperio, quā nostri principes Christiani. Sed de his satis, iam ad cōtextam reuertamur. Hac descriptio prima facta est à praefide Syria Cirino. Si Cirino iustum esset, vt aliquam vidiuam à poena debita absolueret, forsitan in adimplendo mandato detineretur & morā faceret. Quod si de regis negotio agit, etiam si iniustum sit, nihilominus sine mora aliqua exequutioni mandatur. Sic Ioab protinus, vt audiuit regis mandatū de morte Vtrae omni adhibita diligentia eum interficere fecit. Non sic Ionathas, qui cum ei esset praeproptum à Saule rege, vt Dauidem interficeret, mortem eius distulit, & pro Dauidis partibus stetit dicens: Quid tibi mali fecit, &c. ¶ Secundo diligenter expendas, quantum damni & calamitatis multis afferat, regis aut principis siue praelati peccatum. Quod enim praeproptum Augustus Imperator, illud statim Cirino Syriae praefes fieri studet. Idemque ipsum Macedoniae, Sclauoniae, Africae, Hispaniae, & aliarum provinciarum praefides & gubernatores facere debent. Nam ad motum rotae molendini, statim & mobilis lapis in circulū trahitur, & omnes etiam molendini rotae. Itā sanē propter peccatum principis vel praelati mouentur subditi, nec facere verentur subditi, quā à principibus perpetrari viderunt. Regis ad imperium (inquit Claudianus) facile componitur orbis. Mobile mutatur

vna cum principe vulgus. Multoties quidē idque deterius est, maiorem rotam quietam esse, minores verò semper moueri. Vt ille, qui funes conficit, qui cum semel moueat rotā, ipse quietus manet, rotā verò non ideo quiescit. Ita principis peccatum tantum mali & nocuenti infert reipublicae, quod quamuis rex maneat & quiescat, & peccati poeniteat: non ideo subditi à peccatis & murmurationibus desistunt. Vt vel his videas quantum mali pariat principis aut praelati peccatum. Quemadmodum enim mare praesertim mediterraneum ipsum aerem imitatur, ita vt si aer tranquillus sit, maris quoque tranquillitas viget: quod si procellosus est, etiam mare procellis huc & illuc agitur: sic populus principem suū sequitur, qui semper bonum aut malum ipsius exemplum imitatur. Nam vt riuius fontis sequitur naturā: sic populus principis ingenium. Et sicut turbato fonte turbatur etiam riuius, ita turbato rege, turbatur etiam populus. Quod quidē Matthaeus insinuauit dicens: Rex Herodes turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Vnde & in Ecclesia-  
stico habetur. Qualis est rector ciuitatis, tales habitates in ea. Idcirco cum rex aut praelatus malis moribus est imbutus, plurimos seuorū suorū ad interitum secum manu ducit. Namque si ab alto ruar paruulus lapis, ipse solus in inferiorē locum descendit: at si ex montis cacumine grāde saxum in descēsum reuoluatur, alios lapides minores secū trahit. Itā nimirū, quando subditus delinquit, ipse solus reus manet peccati sui: tamen quando princeps aut praelatus offendit, plurimos alios suo malo exemplo in interitū animae defert. Nam quemadmodū in vita praesentis magnates & principes semper grandi famulatio incedebant stipatit: itā sanē morientes non solum in infernum abeunt, sed plurima comitatur eos caterua, quae malo & deprauato eorū exemplo conuinati sunt. Quando riuius à cursu naturali & consueto aliquantum defleuit, parum nocuenti facit: at si fluuius maximus à se exierit, si conuetum iter aufugerit, periclitantur sanē omnes vicini loci, quibus maximum inferunt damnum sua inundatione. Itā quando subditus peccat vel nulli alij, quā sibi dānum infert: tamen si praelatus ceciderit, grauissimi mali subditis est causa: cū & subditi superiorū exempla & mores plerūque sequantur. Sic adeo haec miseranda calamitas, & lues humanū ingenium inuasit, vt nō solum subditi, principes suos in vestitu & ornatu sequantur (quod malū vtrique tolerari posset) sed etiam eorum sectas & fidē sequuntur. Sic sanē Sichimitae dominum suū in circuncisione fuerunt sequuti. Et quia Emor princeps Sichem circuncisus est, ideo omnes subditi sui circuncisi fuerunt, principis sui vestigia insequentes. At quam facillē propter exemplū principis mutant subditi religionem, & nouam aliam amplectantur (quod non sine lachrymis est dicendum) facillē videre licet in Anglia & Germania. Angli etenim regem suum Henricū apostatam sunt sequuti, & Germania principes haereticos sanctae Romanae ecclesiae impudentissimos & nefarios inimicos. Vnde & in sacra pagina videas quod cū Saul occisus esset, statim armiger eius seipsum interfecit: quia minores magnates curant imitari, vt milites hic, de quo modo diximus, & Cirinus ipsum

Apoc. 19.  
Eph. 4.  
Ioan. 14.  
Psal. 33.  
Esa. 2.  
Mich. 4.  
Psal. 71.  
3. Reg. 4.  
Esa. 1.  
Matt. 12.  
2. Re. 11.  
1. Re. 20.  
Gen. 24  
I. Re. 31.  
Ecl. 10.  
Gen. 24  
I. Re. 31.  
F 5  
Caesarem.



E N A R R . I N C A P V T I I .

Cæsarem. Et in concilio illo maledicto, quod pō-  
tiffices & Pharisæi contra, Christum collegerunt,  
magna de Christo incidit contradictio, alij nam-  
que bene, & alij malè de ipso sentiebant. Tamen  
postquam Caiphas pontifex dixit: Expedi vobis,  
vt vnus moriatur: Euangelista, Omnes ab illa  
die cogitauerunt illum interficere. Sed considera  
quo pacto animus & sententia pontificis cætero-  
rum iudicia secū detulit. Quam rem & modo in  
multis electionibus & decretis ipso experimento  
cognouimus. Nam quando subditi prælatus volun-  
tatem in partem alteram declinare vident, spon-  
tanei & vitronei, illum sequuntur ita vt quod su-  
perior vult, nihil magis subditi in votis habeant.  
Quo fit, vt si prælatus in peccata labatur, facilè &  
ipsum eos sequantur. Nam si oliua confusa sit in vi-  
neis nihil damni ipsis vitibus infert, quia parum  
terræ occupat: quod si nucem plantes inter ipsas  
vites grande illis infert malum, cum & magnum  
terræ spatium ambiat. Sic nimirū si mediæ plebis  
homo peccatū committat, parum aliis calamita-  
tis infert: tamen si prælatus id faciat, cum & ma-  
gnus sit, & in sublimi loco constitutus, maximum  
damnum ipsi reipublicæ affert. Non aliter ac si ex  
superbo ædificio aliquis paruus lapis cadat, facilè  
illud malum refarciri poterit: at si angularis pe-  
tra ceciderit, certè tota ruet machina & solo æqua-  
bitur. Sic est prælatus, qui suo deprauato exemplo  
multos alios ad peccandum inducit. Lepra Ozia  
regis in fronte erat, quæ omnibus erat in propa-  
tulo. Moyse autem ipsas manus lepra habebat  
infectas, quas facilè abscondere poterat, si eas in  
sinum intromitteret. Ità lepra & peccatum prin-  
cipis in fronte est, vt omnibus notum fiat: subdi-  
torum verò in manibus quæ abscondi possunt. Et  
idecirco maximè illis curandum est vt sancte & im-  
maculate vitam suam componant. Etenim maio-  
rum actus, vt lex inquit: pro lege accipiuntur.  
Iosue & Caleb exploratores terræ promissionis  
non solum fuerunt, verum adduxerunt secū gran-  
dem & pinguem vuarum racemum: cuius facti ra-  
tione & opere & exemplo suorum dictorum ve-  
ritatem comprobarent. Sic nimirum non satis est,  
vt prælatus (qui aliorum sunt lucernæ) subditis suis  
bona gloriæ prædicent, doceant, & consulant: sed  
opus etiam, vt ipsorum operum exemplis eandem  
veritatem demonstrarent. Etenim Eliseus manus pos-  
uit super manus regis Iosias: & missa est sagitta sa-  
lutaris contra Syriam. Quod si huius exemplo prælatus  
manus suas nostris adiungerent, vtique celeri  
cursu sagitta, quæ bonū opus est aduolare: quia  
bona prælatorum exempla nostris operibus auxi-  
liarentur, eaque fortia in dies efficerent. Sed, proh  
dolor, quia nec digito suo subditorum opera nec  
tangere, nec adiuuare volunt, sed potius sua igna-  
uia & relaxatione ea impediunt, & populum in  
confusionis Barathrum mittunt. Sed quæ grauiter  
in hos prælatus & principes dominus sit animad-  
uersurus, constat aperte ex illa Dauidis historia.  
Qui postquam reprehensus est à Nathan, & pen-  
itentiam peccati cum fletu egit, rediit ad eū Pro-  
pheta ex mandato Domini, & dixit: Dñs transtulit  
peccatum tuum à te. Verum quia blasphemare  
fecisti inimicos nomen Domini, propter verbum  
hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur. Pec-  
cauit Dauid tibi accipiendo Bethabe: & licet in

secreto peccasset, tamen peccata regum & prin-  
cipum in occulto esse nequeunt. Nam cum sub-  
diti semper pendeant ab oculis principum, nihil  
cōmittere possunt, quod ab ipsis nō cōspiciatur.  
Atque ita Dauidis peccatū etiam si secretū esset,  
nihilominus ipsi populo factum est notissimum.  
Vnde populus dementi iudicio falsus peccatū Da-  
uid, quod illi & fragilitati suæ erat imputandum,  
Deo ipsi tribuebat, dicens: Male nobiscum fecit  
Deus, quia abstulit à nobis Saul bonū regem, &  
reliquit nobis Dauid. Etenim Saul non rapiebat  
à consortio virorum vxores suas, nec eos interfici  
præcipiebat, &c. Ideo dixit Nathan Dauid: Pec-  
catum quod vt fragilis homo perpetrasti, iam tibi  
Dominus id remittit per cōtributionem tuā: tamen  
quia blasphemare fecisti nomen Dei, hoc est, quia  
iniquo exemplo ipsis peccatoribus anam dedisti,  
vt in nomen Domini blasphemarent, hoc inquæ  
scandalum animaduertet Dominus grauiter in  
te. Sed iam videas, quam leuiter & velut in trans-  
uersu Deus punit peccatum Dauid: grauiter autē  
exemplum iniquum aliis exhibitum. Sic sanctus  
Dauid postea Domino dicebat: Ab occultis meis  
munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo.  
De peccatis carnalibus & adulterijs commissi lo-  
quebatur cum dixit, ab occultis meis munda me:  
quia hæc peccata secreto & occulto committun-  
tur. Ab alienis autem petit, vt parcat: quia aliis  
occasionem peccandi strauit. Quia verò peccata  
carnis adeo immunda & sordida sunt, vsus est ver-  
bo mundare. Petit itaque vt ei aliena peccata par-  
cantur quorum ipse fuit causa, cum recē sciret  
grauem pœnam illis esse paratam à Domino. Vt  
videre licet in rege illo Ieroboam, qui graui suppli-  
cio fuit correctus, eo quod vitulos aureos con-  
stituit, & alios induxit ad peccandum. Et saepe scri-  
ptura sacra de aliis regibus loquens, ipsi impingit  
peccatum, dicens: Non recessit à visis Ieroboam  
qui peccare fecit Israel. Vbi diligenter est tibi ad-  
uertendum, quomodo Dominus nō tradat obli-  
uioni eos, qui fuerunt in causa vt alij delinque-  
rent, vt in hos pœnam aliis debita contorqueat.  
Qua de causa quāuis Eleazar poterat carnes por-  
cinas non comedere absque peccato: tamen ne  
aliis esset offensionis scandalum, potius mori vo-  
luit, quam malum exemplum exhibere, cum &  
princeps constitutus esset. Sed vt ad id vnde di-  
gressi sumus reuertamur, hæc descriptio prima di-  
citur, quia tunc coepit, quando Cyrinus missus est  
in Syriam à Cæsare Augusto. Namque terra pro-  
missionis quædā pars est Syriæ: quæ Syria multas  
& potentes in se continet regiones: quia Palaesti-  
nam, quæ Iudæa est, & Samariā, & Phœnicē, cuius  
prouinciæ etiā Galilæa est ita superior, vt inferior.  
Continet etiā Coelefyriam Damasci, Idumæam,  
Mesopotamiam, & Traconitidem regionē: ita vt  
longitudo eius à Septentrione vsque ad meridiem  
extendatur, ab Aegypto vsque ad Capadociam:  
& latitudo ab oriente vsque ad occidentē: id est à  
mari Mediterraneo vsque ad magnū fluiuiū Eu-  
phratem. Et omnis hæc terra his nostris tēporibus  
vocatür Suria penultima longa. Porro Cyrinus  
hic (vt Iosephus inquit) vnus fuit de his, qui con-  
sultationi aderant: vir in magnis functionibus &  
officiis celebratus: qui ad culmen dignitatis, & in  
aliis claris dignitatibus constitutus, cum paucis in  
Syriam

Psal. 12.  
3. Reg. 15  
2. Mac. 6.  
Ios. lib. 18. antiq. ca. 1.

Syriam venit, censore gentis ab ipso Cæsare desti-  
natus. Cum igitur hoc edictū promulgaretur, in-  
quit Lucas. Et ibant omnes, vt profiterentur singuli  
in ciuitatem suam. A qua vnusquisque originem  
trahebat. Quæ descriptio præcepta erat, vt fieret in  
præcipuis ciuitatibus non solum quantum ad nu-  
merum personarum, sed etiam quantum ad deter-  
minationem stirpium nobilium, vt cognitus esset  
numerus determinatus virorum nobilium & igno-  
bilium: & hoc est, quod dicitur, quod singuli ibant  
in ciuitatem suam vt profiterentur. Duplitem au-  
tem profiterentur subditos esse Romano impe-  
rio, scilicet scripto, quia eorum nomina scribebā-  
tur: & facto, quia vestigal soluebant imperatori.  
Qua propter. Ascendit & Ioseph à Galilæa de ciui-  
tate Nazareth in Iudæam ciuitatē Dauid quæ vo-  
cabatur Bethlehem. Vbi libet & suspicere & admi-  
rari altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ  
Dei: quam incōprehensibilia sunt iudicia eius, &  
inuestigabiles viæ eius, iudicia enim Dei abyssus  
multa. Ea namque, quæ Augustus & Cyrinus in  
suam vilitatem faciunt, idem dominus reducit in  
commodum & emolumentum totius vniuersi.  
Sapient. 1. Omnium est enim artifex, omnē habens virtutē,  
omnia prospiciens. Equidē Dominus mirabilis &  
diuinus artifex est. Nunquid quando peritissimus  
artifex templum sublime, aut superbam domum  
construere vult, nōne prius modellū quendam  
efficit: postea verò lapides & ligna aptari iubet,  
& à rustico portari lapides præcipit? Quod si ab eo  
rogas, quid portas? Vtique responderit tibi. Hunc  
lapidem sero ad talis domus vel templi ædificiū.  
Quod si iterum peias, quomodo iste lapis aptan-  
dus est? Subiciet tibi, id ego ignorō: operis autem  
præfectus explicabit. Ipse ianū (inquit rusticus)  
mea mercedem quæro. Itā sanè Dominus per-  
mittit hanc descriptionem fieri per manus Octa-  
uiani & Cyri: tamen ad supremū artificem spe-  
ctat cognoscere descriptionem totius fabricæ, quæ  
ad vilitatē vniuersi futura est. Dixerat enim Mi-  
chæas. Et tu Bethlehe Ephrata paruula es in mil-  
libus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit domina-  
tor Israel. Et Iudæi ipsi quamuis multis in rebus  
fuerint obræcati: tamen hanc saltim intellexerūt,  
scilicet Messiam nasciturum esse in Bethlehem: &  
itā responderunt Herodi, roganti de natiuitate  
Christi. Et quia crediderunt Iudæi Christū esse à  
Nazareth de Galilæa, & non à Bethlehem: hæc de  
causa noluerunt illi tanquā vero Messia credere,  
etsi & miracula eius viderunt & cognouerunt: itā  
vt in hæc verba prodirent. Nōne scriptura dicit,  
quod de Bethlehem de castello Dauid? Ideo quia  
hoc adimpleretur exiit edictum à Cæsare Augu-  
sto: & hoc adimpleri præcipit Cyrinus, vt descri-  
ptio adimpleatur quæ dominus efficit, & Chri-  
stus veniat nasciturus Bethlehem. Nam si edictū  
exiret decem mensibus post incarnationē, pareret  
virgo in Nazareth, & post natum Christū ascen-  
deret Bethlehem. Et si edictū ante incarnationem  
exiret, quamuis ascenderet Bethlehem, tamē pa-  
ritura rediret Nazareth. At sic Dominus ordina-  
uit, vt edictum exiret iam virgine partu propin-  
qua: quod factū est, vt cū peruenisset Bethlehem,  
adimpleretur tempus pariendi, & prophetiarum  
dicentium Christum nasciturum esse in Bethlehem.  
Quod si ab Octauiano quaereres, quid de hoc my-

Rom. 11.  
Psal. 35.  
Sapient. 1.  
Mich. 5.  
Matt. 2.  
Ioan. 6.

sterio sentiret, vtique se ignorare diceret: sed nihil  
aliud quam suum commodum intendere. Quod  
si idem à Cyrino postules, dicit tibi, id facere, vt  
tantum placeat palato imperatoris, nec aliud my-  
sterium in de inuestigare. An Cyrius non moliris,  
vt beata virgo exeat vt pariat in Bethlehem? dicit  
sanè nihil manus quam id mihi curæ est. Verum  
enimvero si ab ipso sancto Ioseph virginis spon-  
so rogares, quod istos duos lapides viuos tecum du-  
cis? Fortassis responderet tibi, se maioris domini  
iussis obtēperare, & præfectū opificij id tantū sci-  
re: qui (vt semper cōsuevit) omnia suo diuino or-  
dine disponit, vt Christus redemptor noster nasca-  
tur in Bethlehem, vt & nemo ambigat cum esse  
verum Messia in lege promissum. His itaque vsus  
est dominus tanquā instrumentis vt opus descri-  
ptionis perficeret, quam à summo celo & ab ipsa  
æternitate statuerat, ita vt ipsi aliud cogitarent, a-  
liud verò dominus efficeret, ita vt in altiore finē  
eorum cogitatio eleuaret. Propheta Abacuch vi-  
ctum & potum messoribus deferebat. Quo istum  
potum & cibū defers? Messoribus inquit: & quā-  
do prandium condiebat & parabat, id etiam mi-  
nisterio messorum faciebat: at reuera non messo-  
ribus fuit paratum, sed Danieli, qui Babylonie in-  
ter vngues leonum erat constitutus. Alia erat ho-  
minum mens, alius verò animus Deo. Parabat  
Abacuch prandium messoribus: at diuinum ma-  
gistrum non latebat cui potus & cibus pararetur.  
Aduerte etiam quod postquam sacer euangelista  
dixit, ascendisse Ioseph in ciuitatem Dauid, addi-  
dit subinde, quæ vocatur Bethlehem: ad differen-  
tiam Sion, quæ appellata est ciuitas Dauid, vt ha-  
beatur regum secundum Bethlehem: quippe fuit ci-  
uitas Dauid secundum originem: Sion autem se-  
cundum regiam habitationem. Vbi etiam ope-  
ræpretium est animaduertas. Deum nostrū fide-  
lissimum & bonum effeciamicum: ita vt nec post  
mortem suorum obliuiscatur, vt consuevit mun-  
dus facere: imò semper eos memoria inuoluit per  
millia millium agnorum. Ostendit enim Domi-  
nus seipsum ita gratum & memorē ministerij  
Dauid serui sui, ita vt cum velit illum grandi ho-  
nore afficere, ab eius patria libet ortum ducere, &  
de semine Dauid secundum carnem descendere.  
Egregiè quidem diuinus Pates de Deo cecinit,  
dicens: Nimis honorati sunt amici tui Deus. Et  
peccata Salomonis impunita relinquens, dixit illi  
Deus. Scindam regnum tuum: sed in diebus tuis  
non faciam propter Dauid seruum meū, qui cu-  
stodiuit præcepta mea. Sic honorauit Moysen cū  
arguit Mariam & Aaron, ipsum vsque ad astra  
laudibus efferens. Sic etiam, vt honorem cōferret  
Ioanni Baptistæ Iudæam reliquit, & petiuit Gali-  
læam: vt Ioannes Baptizaret & audiretur, &c. *Et  
quod esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur  
cum Maria vxore sibi pragnante. Quomodo  
autē Maria & Ioseph essent de domo Dauid, de-  
que Christi stirpe in sequenti capite iuvante Dño  
explicabimus: vbi noster Lucas singulari quodam  
ingenio Christi Domini genialogiam describit.  
Interim verò hic vnū adnotabis. Descendentes à  
mulieribus ex Dauid, de domo Dauid erant, non  
autem ex familia Dauidis: at qui descendebat per  
lineam masculinā, isti de domo & familia Dauidis  
erant. Vt autē sacer Euangelista nobis exponeret,  
Iosephum*

Dan. 14.  
2. Reg. 5.  
Psal. 138  
3. Re. 11  
Nan. 16  
Ioan. 4.



Iosephum per masculinam lineam descendisse, dixit de domo & familia. Insuper aduertendum est, quod id quod dicitur, vt profiteretur, ad Ioseph tantum referendum est, quia soli viri profitebantur: & cū dicitur hic cum Maria, refertur ad verbum ascendit, non tamen ad verbum profiteretur. Et licet sanctissima Dei materiter suscipere tringintaquinque parafangarum, quibus distat Bethlehem à Nazareth, tamen ob id non grauabatur: tanquam auis quæ non oneratur nec grauatur plumis suis, sed his & leuior & agilior est. Vbi iam obsecro & obtestor, vt teneram virginem consideres longo itinere defessam & defatigatam & nullum inuenientem hospitium. Mundus enim mundo aridet, nec alius quā suæ factionis fauet. In propria veniens non cognouit mundus suum authorem. Aduerte etiam, quem laborem virgo sacra in hoc itinere passura erat, cum tempus illi contrarium esset, & parsimonia cibi, & paupertate laboraret. Ex quibus omnibus & tu documentum elicere debes, vt huiusmodi virginis gressus, & iter pro te susceptum imiteris, nec piger sis vt tantis & tam diuinis peregrinis aliquo pio ministerio subuenias. Consideres etiam oportet, quomodo adiuuicem de Deo loquuntur in labore itineris: quandoque orant aliquando contemplantur, & dulciter loquuntur, vt vel sic tantum itineris laborē vincerent. Ioseph in labore itineris virginem adiuuat, & hac de causa illi fuit desponsata, vt illius in omnibus laboribus suis pro suæ ætatis infantia eundem comitem & adiutorem haberet. Nos autem in hoc loco docemur primum hoc Christi domini facti, regiam potestatem à domino esse, quæ & honore & obseruantia digna est. Sic hic censum Cæsari soluit, & exactoribus Cæsaris voluit per Petrum dari tributū: & iterum interrogatus, an tributum reddendū esset Cæsari, respondit: Reddite quæ sunt Cæsari, Cæsari. Voluit etenim ab ipso suæ natiuitatis exordio legibus subici: ne qui aliis futurus erat & vitæ & sanctitatis exemplum, ipsam rempublicam conturbaret: qui etiam venerat, vt iacturam resarciret: vt etiam insinuaret iustum imperium sanctiones habere omnibus acceptas, dum in pace atque iustitia respublica conseruatur. Et ob id neminē mortalium potestatibus sublimioribus aduersari debere, cum eis Christus humilitatis exemplū subici voluerit. Secundo docemur prælati nostris obedire, non solum bonis & modestis, sed etiam discipulis, vt Petrus inquit: cum & ipse Christus rex regum, & Dominus dominantium, & Ioseph sponsus, & sacra virgo nō fuerint designati imperatori ethnico & profano obedire. Vt merito sanctissima virgo cum puero possent dicere. Sic decet nos implere omnem iustitiam: docentes nos obtemperare omni potestati sublimiori. Nec enim quid grande facies, quamuis literatus, sapiens aut nobilis sis, si propter diuinum amorē, illi obtemperaueris, qui te aut minor aut inferior fuerit: quādo omnipotens dominus tui ipsius causā homini gentili obedire voluit. Quod si asperum & difficile tibi videretur prælato obtemperare. Deum ipsum dilige, fiet namque vt diuinus ipsius amor hæc omnia dulcia & suaui tibi reddat. Namque si in cardine portæ, quæ hæc tibi dicit dum aperitur & clauditur, oleum diffudis, nihil postea au-

dis. Si verò ignauo animo & voluntate ea compleris, quæ tibi præcipiuntur, immitte, obsecro, in cor tuum oleum diuini amoris, & tecū meditare hoc Christi & virginis matris iter, & tunc suauiter spiritus & animi consolatione facies quidquid tibi fuerit iustum. Etenim prælatus locum Dei obtinet, & quod præcipit prælatus, ipse Deus præcipit, dummodo id non fuerit contra legem. In ipso namque Deum honorare debes, cum & eius personam sustineat, nam etsi ipse malus sit prælatus, officium eius sanctum est. Dauid honorabat Saulem, quia & rex & eius dominus erat: quamquam eundem sciebat & malum esse & à domino reprobatum. Ait enim dominus. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Factum est autem cum essent ibi impleti sunt dies, ut pareret. Bene quidem & verissime inquit facer euangelista, impleti: quia in plenitudine temporis fuit Christus conceptus & natus. Vnde Paulus. At postquā venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege, &c. Animaduerte autem dixisse euangelistā, impleti sunt dies. Possent namque dicere, impleti sunt tempus parienti, vt de Elisabeth dixit, vel adimpleti sunt nouem menses. Nihil tale dixit, sed impleti sunt dies, vt vel sic aliquo modo insinuaret, quāta lux suborta est hominibus in natali Christi. Nam sicut in ortu solis lucefit dies: sic Saluatoris natali noua & diuina luce perfundimur, & dies ille sanctificatus nobis illuxit. Ortus est nobis sol iustitiæ, vt Malachias prædixerat: qui omnes nostræ animæ tenebras fugauit: & verò gaudio & luce mentes illustrauit. Vnde nec mysterio vacat ecclesiis & templa nostra ad orientem respicere: cum præcepit Dominus Moysi, vt legis veteris tabernaculum situm esset ad occidentem: quod iusta de causa obseruauit Moyses, quippe omnes statim, vt moriebantur in limbum descendebant, & nemo ad cælum nascebatur, vt frueretur luce illa vera Christo redemptore nostro: quousque venit ille, qui oriens vocatur secundum Zachariam, id est is, qui nascitur, qui & Iesus Christus Saluator noster est natus de sanctissima virgine. Et id circō cū in ecclesiis oramus, facies nostras ad orientem dirigimus, vbi natus est nobis verus sol iustitiæ Christus. Approximante igitur die illo cunctis mortalibus foelicissimo & fausto plusquā humanus captus intelligere aut explicare valebit, inquit noster Euangelista, quod gloriosa & immaculata virgo Maria. Peperit filium suū primogenitum. O breuia & compendiosa verba, quæ nisi ipso diuino spiritu, quo & dicta sunt, & literis mandata, nequam explicari poterit, quanta & quam profunda mysteria & sacramenta in ipsis sint recondita. O diuinum & admirabile beneficium ipsis hominibus nullo modo debitum. Foelix terra, quam Christus sua præsentia sanctificauit. Vbi protinus o homo peccator considerare debes filium Dei vni-genitum, ipsi patri æterno coæqualem propter te iam hominem esse factum. Credo equidem inter ipsos choros cælestes nullum remānisse spiritum, qui non descenderit tantum miraculum visurus. Descendebant enim tanquam agmina certatim, & tanquam apes ad mellis fauam confluunt, sic Angeli in angustum & pauperrimū illud Bethlehemiūcum domicilium. Rapta igitur beatissima virgo

virgo diuina contemplatione vsque ad supremos cælos, plena quadam inaudita cælestis gloriæ consolatione & dulcedine (cui nullam similem habuisse dicendum est) sine dolore & corruptione cælestis aulæ regem Angelorū, & totius vitæ nostræ restauratorē peperit. Requiesce igitur in hoc loco, & silete gradū parū per anima mea: effunde lachrymarum fontem sine cunctatione, & huius infantis pedes laua, qui, vt te ipsam quaereret, pro immenso in nos amore, è summo cælo descendit vestem nostrā sumpturus, nec sine vitæ suæ maximo dispedio. Quod enim nimis diligitur, etiam cum dolore quaeritur: & ob id Christus te ipsum multo labore, lachrymis, paupertate & doloribus quesuit, nec quietē agnouit, donec te ipsum ouem perditā ad ouile reduxit. Quod si, o anima mea, Deum tuum cognoscere cupis, considera, rogo, quid ipse pro te, & quid tu ipsius causa sis. Ipse namque cum esset Deus tui causa pauper & mortalis effectus est: tu verò propter illum ex paupere, mendico, & abiecto, factus es consors Angelorū, & cælestis beatitudinis particeps. Itaque beatissima virgo filium Dei & orbis reparatorem peperit in die dominico & media nocte: quæ & antequā tangeret pro sua profunda humilitate genu flexo, & in terram prona adorauit. Deinde summa quadam lætitia sancto timori coniuncta, animo in admirationem rapto, infantē manibus & amplexu cepit, vt & videre postis reginam cæli & matrem Dei, quæ ab Angelis deberet ministrari ipsam sibi & filio ministrantem. Aduerte autem Christum media nocte fuisse natū: ea noctis hora qua homines rerum omnium, & sui etiam oblitii in vtramuis dormierunt aurē, cum nullo vexat illos sollicitudo. Tunc igitur singulare hoc beneficium piissimus Dominus hominibus præstat. Vnde merito in Canticis dicitur: Ego dormio, & cor meum vigilat: ait sponsa adolescentulis. Ego dormio, & cor meum, id est, sponsus meus, dilectus meus, amor meus, qui cor meum est, in ipse vigilat. Cū igitur in vtramuis aurē dormirem, & sponsi mei obblita essem: ipse conferens in me beneficia vigilabat. Cū in obdormiret mundus in peccatis, tanto amore illum prosequutus est Dominus, vt nasci fuerit dignatus ex tanta virgine. Vnde in Sapiente dicitur. Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu, &c. Vt nimirum per hæc intelligamus, quod dū ipse peccator in vitiis & peccatis demergitur, tunc ipse Dominus in eū confert beneficia. Natus itaque est in nocte, vt noctem nostram illumineret: hic lumine diuinæ gratiæ, illic autem luce æternæ gloriæ. Insuper & in hyeme natus est, vt peccata nostra frigida diuini sui amoris flama incenderet. Denique filius Dei factus est filius hominis, vt ipse homo filius Dei efficeretur. Sed iam singula verba consideranda veniunt. Peperit, inquit, filium suum primogenitum. Nō dixit parturuit, quia significat verbum hoc cū dolore parere, & angustias partus sentire. Peperit sacra virgo eum sine dolore, quem sine corruptione concepit. Nec infans nascens aliquo dolore matrem affect, qui futurus erat gaudij vniuerso mundo. Et hoc est, quod vt præteritū Esaias prædixit. Antequam parturiret, peperit. Non inuenit locū in sancta virgine maledictio illa Euzæ, cui Dominus dixit, la dolere paries filios: nam beata virgo

summa quadam lætitia filium Dei peperit, Filium etiam suū peperisse dicitur: cum in propriis visceribus & vtero illum conceperit & gestauerit. Denique primogenitum eum vocat, quia nullū antea pepererat, nec postea aliquem peperit, & virgo tandē permanet. Dicitur enim ille in scriptura primogenitus, qui prior nascitur, etiam si nullus alius frater ipsum sequatur: non tamen is, quæ & alij sequuntur, sed ante quem nullus est. Quod sanè conuincitur ex illo Numerorum. Quidquid primum erumpet è vulua cunctæ carnis, quam offerunt Domino, siue ex hominibus siue ex pecoribus fuerit, sui iuris erit: ita duntaxat vt primogenito hominis pretium accipias. Vbi Dominus definiuit, quis sit primogenitus, dum inquit, quidquid primū erumpet de vulua. Ad hoc enim, vt primogenitus sit, non sunt coniciendi oculi: ad eos qui oriri debent, se ad iam natum. Hoc idem fatetur Hieronymus in primum caput Matthæi. Quod si græcum textum consulimus, vbi nos habemus primogenitus, habetur πρώτο τοκος, quod omnes interpretantur primogenitus, & rectè: est enim compositum à πρώτος, quod est primū seu primo, & τοκος, quod est fetus seu parius. Et sic stando in significationis rigore, intelligemus primum partum seu primum nascentē. Idem enim est primogenitus & vnigenitus. Nam in phrasi hebræa vnus idē est atq; primus. Vt est videre in illo Genesis. Factus est dies vnus, id est, primus. Sic Iosephus interpretatur libro primo antiquitatum capite primo. Vnde postquam in textu dicitur, dies vnus, subiungitur statim, dies secundus, dies tertius, dies quartus, &c. Et in capite vigesimo nono vbi Septuaginta ex Hebræo transtulerunt, κατὰ μὲν τὴν ἑβραϊκὴν τὴν ἑβραϊκὴν ἡμερῶν Hieronymus vertit, mensis enim septimi prima die. Et similiter in capite primo Aggæi, vbi vulgata editio habet in die vna mensis, quidam vertit, in die prima mensis. Et in Marthæo initio capitis vigesimi octauo ait, εἰς μὴν οὐκ ἔσονται. Theophilus tradidit, prima sabbatorum. Itaque vnigenitus idē est quod primogenitus. Cuius vocabuli interpretationi Iuxta arident. Demum, vt concludā si vt impius Heluidius ausus est blasphemare in Dei matrem, si primogenitus intelligitur ratione aliorū subsequentium sequeretur quod iura primogeniti non haberent locum in primo genito: nam tunc temporis expectandus esset alius secundus filius, vt primogenitus esset offerendus in templo. Quod si alius filius esset expectandus, ad hoc quod primogenitus esset offerendus, quadragesimo die post suum natale, quomodo poterat lex seruari, cum in natiuitate secundi iam serè vnum haberet annū primogenitus? Et licet omnes masculi, vt plerunque quadragesima die offerrentur: tamen primogeniti consecrabantur Domino, eo quod Dominus percussit primogenitos Aegyptiorum, & primogenitos de tribu Leui seruire iugiter Deo. Aliarum verò tribuum primogeniti offerebantur, & quinque siclis redimebantur. Quæ lex nullo pacto seruari posset, si primogenitus diceretur respectu aliorum subsequentiū. Nam Hebræi primo filio nato, hoc facere tenebantur, licet postea nullū alium filium haberent, qui primogenitus vocatur, eo quod ante illum nullus sit natus, licet vnigenitus esset non habens postea fratrem. Denique in

Ioan. 1.

Mat. 17

Mat. 22.

1. Pet. 2.

Mat. 3.

1. Ro. 24.

Luc. 10.

Galat. 4.

Mala. 4.

Exod. 25

Zacha. 6.

Cant. 5.

Sap. 18.

Esa. 66.

Genes. 3.

Num. 18

Genes. 1.

Pano. ca.

subst. Co.

Bal. l. 1.

C. de iuro

emphitem

l. de in l.

cū antiq.

col. 4.

verfi. Co

primo

primitto

C. de iuro

deliberā-

di Co ad-

denda Co

adquirē-

da hare-

ditate.

Exodo

*Exod. 12* Exodo legimus Dominum percussisse primogenitum in omni regno Aegypti, nec erat domus, in qua non iaceret defunctus. Nunquid in omni domo plures erant filii? Aliquæ sanè essent ubi vnicus solum esset filius qui mortuus fuit, quia primogenitus erat. *Et pannis cum inuoluit.* Aliqui pia quadam deuotione ducti existimant Christum Dominum inuolutum fuisse vilibus & dissipatis pannis, quia uocabulum pannus id significare uideatur, quod quidè mihi uerum non uideatur. Nam licet sacratissima uirgo pauperissima fuerit, at ex sua paupertate (quia prouida & prudētissima erat) parata habebat munda lintea, quibus filium inuolueret. Nulla quidem ita pauper mulier est, cui aliqui boni & mundi panni non sint ad inuolendum filium aliquibus retrò diebus parati, & id præcipuè cum in tali ætate in fantes diligantur grandi amore, ut & beata uirgo filium suum amauit. In originali graeco est, *ἐν τῷ γάρβον*, quod sanat infasciavit, id est, fasciculis inuoluit: ne quis existimaret dissipatos pannos. ¶ Obserua autem multoties contingere ut homines ingredientis domos, & templa, detineantur in contemplandis imaginibus, picturis, & in aliis huiusmodi. At Christus in uili tugurio natus nihil pompæ habere uoluit, ut ipsum solum contempleretur & aspicimus. Nam externus cultus solet mentem distrahere, ut modo hic, modo alibi aduertat, eo neglecto, quod potissimum expectandū erat. Christus autem in sua natiuitate ita pauper & abiectus est, ut nihil uelit præter ipsum considerari. Nihil aliud, ò Christiane, tibi considerandum proponere, nisi unum Christum pro te in præsepio natum inter ipsa bruta animantia, in medio hyemis, frigore trementem, pauperem, abiectum, & culpâ tuas & flagitia tua plorantem. ¶ Obseruabis autem, quod cū Adam uitam degebat in illo innocentie statu, nudus erat, nec ob id erubescere, at postquam peccauit, ministravit illi Dominus perizomata quibus operiretur. Quia peccauit homo, data est illi uelut, qua tegetur: ita ut in uelut signum uelut evidentissimum sit peccati. Considera igitur Dominum peccatoris, in signibus & indumentis uelut: quia peccauit homo, dedit illi Dominus pannos, quibus uelut ligaret: ut & Christum etiam uideas uelut & pannis inuolutum, uti peccatorem & plagatum cum peccatu ex diametro cum illo pugnet, & distet ab eo plusquam bis diapasson. Vnde diuinus Paulus inquit uenisse Christum in similitudinem carnis peccati. Peccatoris uelut induerat, et si peccator non esset. Serpens ille, quem Moyses in monte in sublime crexit serpentis tantum figuram habebat, uenenum uero minimè. Sic Christus in similitudinem uenit peccati, & indutus peccatoris uelut: cum ipse ab omni peccati labe prorsus esset immunis. Ita sanè si quis cum uelut ligatum conspexerit, uelut habere intelliget, cum reuera non sit ita. Videbit tamen in illo ueritatem expressam figuræ Iacob iusti & sancti, qui uelut E sau peccatoris indutus erat: ut patris æterni benedictione, omnibus fratribus post illum uenturis, accipiat, qui sanè illi sunt, qui fidei ratione Christi filij & fratres appellantur. O quantum te Deo debere existimandum est, quâdo non solum pro te humanam carnem dignatus fuerit accipere, uerum pannis inuoluit & alligari, uelut habens uelut, & id

quidem ut tua propria sanaret. Quod si peccati uelut Dominus est indutus: quid est, quod te ipsum iactes tuo uelut? Quid est, quod marthas, purpuram, sericas, & bombicinas uelut induis? Sunt quidam pueri, qui cum famosi latrones sint, & merito possent suspendi, ob ætatis paruertatem rigore legis non ualent puniri: tamen super istorum caput in latronis signum appenditur cymbalum quoddam ferreæ uelut adiunctum. Quod si quis ita stupidus & amens esset, ut de huiusmodi signo seipsum iactaret: nonne merito irridendus esset? At si uelut signum est infamie & ignominie, sicut cymbalum nota latronis, quid est quod in ipso dedecore honorem quaeris? Stultus sanè ille appellandus est, qui de signis fragilitatis & uelut sui seipsum iactat. In quo loco iam manifesto docemur quanta infamia sit, pretiosas uelut quaerere, & multum temporis in corporis ornatum consumere: quandoquidem ille, qui claris sideribus & stellarum iurare cælum illustrauit, a uelut plumas coloribus uelut relucens dedit, & fortibus pellibus animalia induit, sibi elegit panis pauperimis & uelut induit uelut. Considera tandem Christum in brumali tempore natum, & ita fiet, ut à te multas curas & sollicitudines reicias. *Et reclinauit eum in præsepio.* Non in blando & eburneo lecto, aureis pauimentis & fulcris exornato, ut faciunt homines lasciuientes, qui uelut suo deseruiunt. Non equidem reclinauit eum in lectulo tapetibus ex Indorum extremis regionibus strato: non sindonibus odoriferis aquis delibutis: non in cuna bysso aut purpura composita, sed potius in præsepio, in antro quodam ex uiuo lapide exciso. Sed iam obsecro, ut Christi paruertatem & charitatem aduertas. Quæ maior audita unquam est humilitas, quam in stabulo nasci? quæ maior paupertas, quam inuolui tam pauperibus pannis? Quæ maior asperitas, quam in tam tenera ætate ita præsepio reclinari? Quæ maior charitas, quam uniuersarum rerum Dominum tam grandes labores pro te pati? Equidem in suo natali non habuit domum, sed uile stabulum: & in morte in alieno sepulchro positus, & in uita non habuit ubi caput suum reclinaret: tu autem cum uelut terre uermiculis sis, alta palatia ædificas, domos superbas construis? Væ illi qui dicis, ædificabo mihi domum latam & spatiosam cœnaculam. Vnde Amos in persona Domini. Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi. Ecce in hoc paruo terre spatio cœlorum conditor natus est: hic uisus à pastoribus, hic ostensus à stella, hic adoratus à Magis. Ille cuius pugillo mundus complectitur, præsepium continetur angustia. ¶ At liber & recumbens, ò regina cœlorum, parumper loqui. Quæ tam dura & rigida mater est, quæ filium suum modo natum, sine indulgentia tractet? Quod si dixeris non esse locum in diuersorio: nunquid in uelut tuis non est locus? Credo equidè ibi contentus erit, & potius quam in cunctis regalibus aulis. Cur illum ab uelutibus semoues, & in præsepio collocas? Cur beatissima uirgo puerum tenellum tam rigidè tractauit? Vtique edoceta à filio id fecit. Sic enim illi fuit placitum. Modo autem ad filium liber sermonem conuertere & interrogare. Cur ò castissimus puer ab uelut matris tolli, & in præsepio collocari uoluit? Vtique non sine alto consilio id fecit: & uelut

*Luc. 9. Iero. 22. Amos. 6.*

*Psal. 48.*

*Act. 1.*

his omnibus quod à nobis desiderat consequeretur. Quare in præsepio animalium & bestiarum loco? Quia Adam erat in Paradiso terreno & cum honore; cum autem misere lapsus fuit, animal factus est, & in locum animalium eiectus. Homo enim cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Cum autè puer iste hominem perditum quaerit, eum in loco suo quaerit. Præsepium enim locus est iumentorum. Consideret, rogo, peccator, ibi Dominum esse uoluisse: ubi sua peccata illum collocauerant. Uoluit sanè diuina bonitas & maiestas eo usque descendere quousque per peccatum homo descenderat. Et idcirco ad præsepium uadit, ubi illum inuenturus erat. ¶ Præterea cum Christus uenit facere & docere: cumque docturus esset poitèa, cum in uicitas fueris ad uelut, recumbens in nouissimo loco: ita ipse modo potius ut nascitur recumbit in humili & nouissimo loco: ut nos profunde & inaudita humilitatis exemplo doceret. Expende etiam præsepium non hominibus, sed animalibus fuisse factum. Christus nauque sua facit multo aliter, quam mundus. Pauper enim re uelut ad duo officia fungitur: nã si pallium non habet, lecti capit lodicem ut se cooperiat: ita, ut lodix pro pallio etiam deseruiat. Sicut enim pauper ex lodice palliū facit, ita Christus ex præsepio eunam. Tanta enim Dominus fuit operatus ut nos in humilitate perficeret, ut difficile sit ea explicare. Nihil enim prius, quam hominis & Angeli superbiam offendit: qualibet res consideranda est, & secūdam qualitatem delicti castiganda. Namque si superficie tenus rem ipsam perpendamus, uidebitur sanè ipse dominus magis acriter & asperè eum Angelis quam cū hominibus seipsum habuisse: cum reuera ego crediderim durius & acrius hominum naturam quam Angelorum esse punitam. Nec de poena loquor in quam incidit Adam & eius successores, sed de poena unius Christi? & in hunc maiorem fuisse animaduersionem quam in omnes daemones. Nec dicere ualet angelorum poenam ipsam infernum fuisse: quæ tandem non tantum descendunt quantum uoluerunt ascendere. Nam (ut de Lucifero loquamur) uelut iustam suæ insanie suscipere mercedem infinito quodam modo à Deo esset deiiciendus: quia cōtra infinitè potentè eum suum eleuauit. Et idcirco, quia huic poenæ locus non fuit: non pleno rigore fuit adimpleta sententia diuina. Factus tamen Christus homo in animalium præsepio locatus: in uniuersum soluit quod ipse homo peccauerat. Sed iam considera quo pacto hominis peccatū grauius fuit in Christo homine punitū, quam Angelorū. Et istæ hominis poenæ tali modo medicina attulerunt, ut satisfactoria fuerint: quia pro nobis exoluit Christus, atque hæc solutio summa medela fuit nostræ elationis & superbiae. Quæ, obsecro, maior medela esse potuit ad nostram superbiam curandam? Quid, obsecro, uehementius in humilitatis amore nos incedere potuissent, quam cum Christum uideamus inter bruta animantia in medio præsepio constitutum? Et quâuis in ecclesia cantetur Deū mundum uniuersum condidisse, & fecisse Angelos silentio præterit, & creasse homines audit. Tamen sum dicitur, & homo factus est, omnis homo ge-

nu flectit & seipsum incuruat, in uelut & obseruantiam tanti & tam diuini mysterij. O hominum superbiam detestandam, qui in cognitione tanti beneficii non elationem suam deponunt. In quo quidem loco nihil dicendum existimo de humilitate sanctorum: nam si cum hac Christi redemptoris nostri conferatur, potius appellanda uelut superbia quam humilitas. Uelut terra humilis, quia pedibus conteritur, cum proprius locus illi sit: tamen si cælum cum terra coniungeretur, magnam istam dices inclinatione & humilitatem. Homo enim non potest amplius inclinari cū omnibus uelut sit destitutus. Tamen tu cælum considera in terram ipsam inclinatum: ita sanè Christus Dei uelut seipsum humiliavit, ut non solum paruulus puer factus fuerit, sed in præsepio locari uoluit. Induit filius Dei carnem, ut nos uelut spiritus indueremus. Descendit de cælo ad terram, ut nos de terra ad cælum eleuaret. Scribi uoluit in terra, ut nomina nostra scriberentur in cælis: & ciuitatem ascendit, ut nos ad patriam cælestem ascendamus. Euenim non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquitimus: & ille qui totum mundum uelut ornatum, panis inuoluitur: ut nos stolam primam recipere-mus: manus pedesque sui fasciculis adstringuntur, ut nostræ manus ad opus bonum exerceantur, & nostræ pedes dirigantur in uiam pacis. Denique in præsepio collocari uoluit, ut nos ò bestis homines efficeret, & humilitatem doceret. Si rex in aurea lectica uel triumphali curru iter ageret, præciperetque ut omnes potentes & magnates regni nullis equis nec mulis ascensum illum comitarentur, dicerent ipsi neutiquam illum comitari uelut tanquam tales serui. Tamen si rex iter suum ageret non ascendens equum, mulam, aut currum, omnes alij magnates illum comitarentur uelut, & quamuis ipsi iam equos ascendissent, eos deponerent. Sic legitur quod cū magnus ille Alexander Persiæ regnū debellarer, tanta nix & tempesta cecidit, dicitur, ut nullus militum iter agere auderet. Quod cum ipse Alexander uideret, ab equo descendit, & per medium gelu iter pandit, ut inquit Curtius, quod erubescerent omnes sequuti sunt eum amici prius, deinde copiarum duces, & ultimo loco milites. Considera igitur Christum regem gloriæ, qui cum mundi huius uelut pompam & apparatus uideret, ut eos ad humilitatem adduceret, & ad honorum & uelut contemptum, ipse prius in humili præsepio locatur. Quod si milites illi Alexandri erubuerunt, dominum suum uidentes ab equo descendisse: ut quid tu qui & Christianus es, & de Christianismo gloriaris, istam pompam & uelut apparatus non deponis? Vias dixit Dauid: Dñs meus Iob super terræ faciem, & ego ingrediar domum meam, ut comedam & dormiam cum uelut mea: Sed quid est, quod tu non pudore suffunderis, in uelut uelut & deliciis uiuendo, cum Christum duccem tuum uideas in duro præsepio iacentem, & aspero frigore trementem? Statim cū nascitur iste puer, ut doctor è cathedra, sic ipse à præsepio humilitatis lectionem legit, non uelut, sed ipsis operibus nos instruens, ut uehementius nos ipsos excitaret ad illum imitandum. At postquam hamilitatis lectione nos instruxit, docet etiam diuitiarum

*2. Cor. 13.*

*2. Cor. 13. lib. 5.*

*2. Ro. 11.*

contem.

contemptū, quando in loco pauperrimo & abiectioe nasci dignatus est. Mira quidem & superna lectione nos docet omnia, quæ in mundo sunt contemptui esse habenda. Clamat vile stabulum, clamat arctum præseppe, clamat alienum & cōmune hospitiiū. Si quis non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Anteposuit infantulus iste humilem paupertatem, eundem mundi diuitiis. Tertio loco docet, carnis prudentiam mortem propinare, & quod qui secundum carnem vixerit, morte morietur. Propterea ipse elegit quæ aspera & dura sunt. Clamat hoc noctis, hyemis, & peregrinationis asperitas. Clamat fames, vagitus & lachrymæ. Si quis vult venire post me abneget semetipsum. Docuit quanto amorem nostrum transferendum esse à mundanis & terrenis ad cælestia: nihil enim mundanum, nihil carnis, nihil temporale in hoc stabulo Christus habere voluit. O beata paupertas à Dei filio & eius sanctissima matre consecrata. Fecit Deus pater, vt magister geometriæ, qui cū videat discipulos nec proficere nec intelligere ea quæ dicuntur, figuras proponit in terra: vt vel sic ipsi scholastici aliquod emolumentum excerpant. Sic etiam Dominus olim loquutus patribus in Prophetis de sancta humilitate, de paupertate, de mundi contemptu, parum aut nihil proficiebant: quocirca factum est, vt modo in isto puero quidquid antea prædicauerat, ostenderet in terra mirabili quodam exemplo. O gloriosissime & sanctissime puer, quam bene dixisti Pilato: Regnū meum nō est de hoc mundo. Et vt vera loquar, quamuis alia ratio non esset, ad mundi vanitatem propellendam, hæc sola deberet sufficere ad eorum confusione, qui de nomine Christianorū gloriantur. Sed respondeas mihi tu qui homo Christianus es: esne tu prudentior quam Deus? Ideo attende, vt semper id eligas quod Christus elegit: si hanc mundi vanitatem reicere cupis. Namque præsepium hoc durum delicias huius mundi condemnat: hoc stabulum efficaciter demonstrat quam vani sint honores mundani: & viles illi panni, quibus diuina maiestas fuit inuoluta, nobis ostendunt qualis conditionis sint diuitiæ huius seculi. At si tu, o anima Christiana videris Isaac sponsum tuū per terram peregrinantem, debes cooperiri pallio sicut altera Rebecca, erubescens, cum videas Christum in præsepio duro iacentem, teque in camello alto huius mundi honoris & potentiae: & ita descendens sicut altera Rebecca fecit, & contemnendo vanitates seculi præsentis, vitam redemptoris tui insequere, quandoquidem nosti illum errare non posse. Sed iam subdit causam sanctus Euangelista, cur beata virgo infantē in præsepio reposerit, scilicet. *Quia non erat ei locus in diuersorio.* Diuersorium domus est, ad quam hospitādi gratia ab itinere quis diuertit: quod Hispanice vocatur, Meson. At quoniā multi causa professionis in Bethlehem venerant, & diuersoria occupauerant, nullus locus supersuit sacre virginis statim filium Dei pariturae. Necessē igitur fuit ad stabulum diuerrere: & ideo dicitur, non erat locus in diuersorio, id est, in hospicio conducto. Vbi manifeste apparet quod præsepium erat extra diuersoriū sive hospitium. Nam cū dicitur, *non erat locus in diuersorio*, aperte significatur

nullū locū esse illis in hospicio, & perinde præsepium esse extra hospitium. Nā si intra diuersorium esset, nō vtiq; dixisset, nō erat ei locus, sed non erat ei alius locus in diuersorio. Totū quippe diuersoriū occupabat ab aliis, cumque pauperes illi essent, nemo eos excipere voluit: & ideo necesse fuit foras progredi, & pauperrimo tugurio & vili stabulo sese recipere nostri amoris causa. Sed pietate animi motus, dices forsitan: Si ego illie essem, vtique eos reciperē. Sed quomodo illud facies, cū quotidie clamer ad ostiū cordis tui, nec aperis illi? Claudis Christo portam, & diabolo ipsius inimico aperis, & dicis te illis daturū hospitium? Sed in super quomodo tu illos exciperes, si pauperes non excipis? Tu Christianus? Quod si Euangelio credis dicenti, quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: quid est quod pauperē non excipis, qui nudus & in medio gelu ambulat: cum & ex eodem euangelio sis edoctus, quod si hunc excipis, & Christū excipis? Isti enim pauperes, pro quibus Christus sanguinem suum effudit, nullum operimentum habent, nec domum, in porticu domus tuæ tota nocte frigore pereuntes: tu autem dormis, & stertis in lecto purpureis pauiementis & taperibus ornato. At dolendum est, vt quod illi Bethlehemicis cū Domino fecerunt, quem non cognoscebant, idem tu cū eo facis quē lumine fidei cognoscis, nec cum recipis, qui mutatis vestibus venit in paupere. Sed iam viterius progrediamur. *Pastores erant in eadem regione.* Oportebat enim, vt post natum infantem Iesum, vt eius natiuitas non esset occulta, sed aliquibus manifestaretur: nam non decebat tantum & tam grande bonum cunctis mortalibus occultari. Sic enim Raphael Angelus inquit, Sacramentū regis abscondere bonum est, opera autem Dei reuelare honorificum est. Nemo lucernam ardentē ponit sub vase, sed super candelabrum, vt intrantes domum, lumen videant. At egressus Iesus ab utero matris tanquā lampas igne diuini amoris incensus, venit, vt ardeat in cordibus nostris. Ideo Euangelista ostendit, quomodo natus Iesus, hic fuerit pastoribus nunciatus. Quem & postea Apostoli vbique & omni creaturae regnum cælorum prædicantes, manifestauerunt: & tunc viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Expende etiam, quod non solum Christus exaltatus à terra omnia traxit ad se, sed etiam reclinatus in humili præsepio. Potentior voluit videri Christus in humilitate & paupertate, quam in maiestate. In cruce pendens adduxit latronem, & Centurionē, & plurimos alios qui percutientes pectora sua reuertebantur: & positus in præsepio adduxit pastores & Magos ab oriente. Dicit ergo Euangelista, quod pastores erant in regione eadem. *Vigilantes & custodientes vigilas noctis.* Distabant isti pastores à Bethlehē mille passus: & in planicie quadam pascabant greges iuxta turrim inter Bethlehem & Ierusalem, vbi Iacob ex Mesopotamia rediens, commemoratus est cum suis gregibus: vbi etiā mortua & sepulca est Rachel. Dicebatur turris gregis: de qua illud Michæ exponitur. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion ad te veni. Verum hic aliqua erunt obseruanda. Et non indignum consideratione est, quomodo ea, quæ Dei sunt loca interuallō differant ab his, quæ mundi sunt.

Matt. 23

Matt. 25

Matt. 26

Matt. 27

Matt. 28

Matt. 29

Matt. 30

Matt. 31

Matt. 32

Matt. 33

Matt. 34

Matt. 35

Matt. 36

Matt. 37

Matt. 38

Matt. 39

Matt. 40

Matt. 41

Matt. 42

Matt. 43

Matt. 44

Matt. 45

Matt. 46

Matt. 47

Matt. 48

Matt. 49

Matt. 50

Matt. 51

Matt. 52

Matt. 53

Matt. 54

Matt. 55

Matt. 56

Matt. 57

Matt. 58

Matt. 59

Matt. 60

Matt. 61

Nuncia nāque prius regibus, imperatoribus, principibus, & magnatibus deferuntur, deinde ad nobiles, & alios deriuantur: quando vero ad pauperes perueniunt iam veterascunt. Sed multo aliter fit in domo domini, nam nuncia natalis Christi nō imperatori Cæsari Augusto, non principibus & magnatibus qui erant in Ierusalē deferuntur: sed pauperibus pastoribus, qui postea aliis nuntiat & ipsis principibus. Ea namque quæ diuina sunt & superna, non superbis sed humilibus reuelantur. Sic Christus respondit discipulis Ioannis. Pauperes euangelizantur. Aduertite quod bona gloriæ & nūcia regni cælestis humilibus & non superbis diuitibus dantur. Namque per horum prædicationem fieri debet notum istis regnū cælorū. Sic loquutus Christus cum aeterno patre inquit. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Non per sapientiam, sed per sanctam humilitatem diuina cognoscuntur mysteria. Sic apostolus & pauperrimis discipulis reuelauit dominus, quod potētibz huius seculi aperire noluit. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à patre meo, &c. Ideo Paulus. Non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt, &c. Secundo denunciatur est prius natiuitas pastoribus, quam aliis, quia pastoris est nascētes agniculos inter dumeta quærere & færa. Itē ergo & dicitur pastoribus, vt agniculum Bethlehemiticū porticu natum veniant quærere. Illum in quā de quo Esaias. Quasi agnus corā tondente. &c. Et Ioannes Ecce agnus Dei. Tertio pastorū vita, pauper, dura, & poenitens est. His enim Deus manifestum se facit, & hos vult suæ natiuitatis futuros prædicatores. Sic vult dominus prædicatores suos abstinentes esse, pauperes, & à mundo abiectos. Et non sicut plurimi, qui hac nostra tempestate subuculis olandæis & bombicinis vestibus induti tendunt prædicaturi aliis paupertatē & poenitentiam. Non sic sancti apostoli: qui euntes ibant & siebant mittentes semina sua. Sine baculo, pera, & calceamentis misit illos dominus, & nudi nomen Dei portauerunt. Istis sane humilibus & pauperibus pastoribus conueniens est reuelatio diuinorum, & prædicatio euangelij. Quarto pastoris elegit, vt his prius suę sacratissime natiuitatis sacramentum ostēderet: quia iam tempus aderat: quo solus ipse & verus pastor promiserat per prophetam dicens. Ecce ego requiram oues meas, & visitabo eas sicut pastor visitat gregem suum, &c. Et post pauca. Et suscitabo super eas pastorem vnum: qui pascat eas, seruum meum Dauid, &c. Et cessare faciam. &c. Quod neutiquam intelligi potest de Dauide illo rege Israël, qui iā multis retro annis mortuus fuerat, nec iterum suscitandus erat. Quo circa ad literam intelligenda venit de Christo illa propheta, qui idē dicit. Ego sum pastor bonus. Aduerte autem quod isti pastoribus vigilatibus & non dormientibus, apparuit angelus domini, vt dicas in mandatis domini semper vigilare. Vnde Paulus Timotheo ait. Tu semper vigila, in omnibus labora. Hinc Petrus. Vigilate quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens, &c. Et Christus. Videte, vigilate & orate. Et iterum. Beatus ille seruus, quē cum venerit dominus eius, inuenit vigilantem. Sed hoc præcipue ad prælatos spectat: qui animarum custodes & pastores sunt. Sed quia ipsi dormiebant sicut Saul prælatus & rex

Matt. 1

Matt. 2

Matt. 3

Matt. 4

Matt. 5

Matt. 6

Matt. 7

Matt. 8

Matt. 9

Matt. 10

Matt. 11

Matt. 12

Matt. 13

Matt. 14

Matt. 15

Matt. 16

Matt. 17

Matt. 18

Matt. 19

Matt. 20

Matt. 21

Matt. 22

Matt. 23

Matt. 24

Matt. 25

Matt. 26

Matt. 27

Matt. 28

Matt. 29

Matt. 30

Matt. 31

Matt. 32

Matt. 33

Matt. 34

Matt. 35

Matt. 36

Matt. 37

Israel cui abstulit Dauid lanceā & cyphum aquę: sic quia prælati ecclesię dormiebant, venit Lutherus impius inimicus, & disseminauit zizaniam in medio tritici: vt intelligas quantū referat reges, & prælatos vigilare semper in custodia gregis sui. Vtique vigilanti Moyse & gregem custodienti apparuit Deus, quem populi sui principē constituit. Et cum gregem obseruaret Dauid, in regē Israel fuit electus. Et Amos pecora custodiebat, cum efficitur à domino propheta: vt verē ex his intelligas eos esse tali munere & officio dignos, qui semper vigilant & laborant, neque vnquam otiosi sunt. His verō temporibus prælati, qui deberent potius greges custodire, in regalibus curiis maiorem partem vitæ consumunt, & commissas oues arbitrio mercenarij regendas tradunt, vt vel sic ipsi prælati in vtramuis dormiant aurem: quo factum est, vt tanta vitia & errores ecclesiam Dei fuerint ingressi. Etenim multa quæ vicarij exercere non possunt, poterant & ipsi iuxta spiritualem vitam subditorum. Namque Eliseus præsens suscitauit puerum Sunamitis, quem Giezi baculo suscitare non potuit. Medici etiam corporales melius & aprius sanitatem conferunt, si ipsi infirmos visitent, & male affectam partem tangant. Sic dominus ipse non legitur per alium infirmos curasse. Qui Lazarum absens suscitare poterat, suam præsentiam adhibuit. Et Centurioni dixit. Ego veniam & curabo eum. Et leprosum propria manu tetigit. Et in nostro Luca legimus, quod singulis manus imponēs curabat eos. Subditi enim semper quærunt prælatos suos, sicut mulier Sunamitis Eliseum. Sed huius iam omittis, videamus quid addat vterius noster euangelista. *Super gregem suum.* Non super alienum. Non tibi ratio exigetur de alieno grege: sed de tuo. Nam seruo illi dominus dixit. Redde rationē villicationis tuæ. Nā non parū efficit, si te ipsum corrigis, tuasque oues custodieris: nec opus est corrigere id, quod ad te non attinet. Ideo inuigilandum semper super gregem tuū & alienus dimittendus. *Ecce angelus domini stetit iuxta illos.* Decebat certē vt sanctam natiuitatem sanctus angelus prænunciaret: eo quod ex inde homines adducēdi erant per Christum. Pax etiā reformata est per beneficium incarnationis inter angelos & homines. Ideoque rectē dixit quod stetit angelus iuxta illos quasi amicus & familiaris illis: & in hoc familiaritatem & aequalitatem ostendit. Nō supra illos stetit sicut ante exaltationem humanæ naturæ in Christo, quia permittebant angeli adorari, vt factum est ab Abraham & ab aliis: quod quidem minime fecerunt post assumptā à verbo humanitatem. Nam Ioannes euangelista relegatus in insulā Pathmos, volēs angelū, qui ei apparuerat adorare, dixit illi angelus. Vide ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratru tuorum. Honorauerunt angeli naturam humanā post verbi diuini incarnationē. Expende etiā quod non absolute vocauit illū angelū, sed angelū domini: quia venerat nūciaturus ea solū quæ domini erant. Ipse enim erat angelus Gabriel, qui nunciavit præcurforē, qui missus fuit ad virginē: & idem ipse est, qui modo venit Iesum iam natum pastoribus nūciaturus, corpore ex aere formato. Qui quidē duplici honoris signo ab angelo affecti sunt, scilicet consortio & loquutione, & claritatis diuinæ illustratione. Qua de causa inquit

1. Re. 26

Matt. 13

Exod. 3

1. Re. 16

Amos. 1

4. Reg. 4

Ioan. 11

Matth. 8

Mar. 7

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4

Luc. 4



*Psal. 111* euangelista. Et claritas Dei circumfulsit illos. Ad incrementum maioris gaudij visus est claritate quod antiquis patribus nunquam contigit. Exortu est in tenebris lumen rectis corde: & sic nato nouo lumine in hoc mundo, decens erat, vt qui illud nunciaret, nouo luminis radio eos illustraret: quod nec prophetis nec patriarchis contigerat. Nam in vniuerso veteri instrumento non inuenitur, quod talis lux circumfulserit homines, sicut modo pastores. Post hoc etiam lux de caelo circumfulsit Paulum: & Petro lumen refulsit in cubili carceris detentio. Itaque tribus de causis angelus tanto lumine apparuit. Primum quia verum lumen nunciabat, ipse enim ait. Ego sum lux mundi. Vnde etiam pater ad illum. In splendoribus sanctorum, ex vtro ante Luciferum genui te. Et vt litera Hebraea habet, in splendoribus sanctitatum. At quia haec obscura sunt, explicatione indigent. Si enim in patre producente filium vnicum esset attributum quod splenderet, aut vnica sanctitas, quae splendorem emitteret: recte diceretur, in splendore illius sanctitatis genui te. Sed cum pater in sua diuinitate rerum omnium naturas comprehendat (non corporaliter sed eminenter) sintque in patre infinitae perfectiones & sanctitates, (licet omnes illae vnicae sint) idcirco omnes illae creaturae & omnes illae perfectiones sunt sanctitates in Deo splendentes. Cum primum namque pater in sua aeternitate contemplatus est se & suas perfectiones & rerum naturas quas in se continebat: tunc illa omnia intellectum diuino splenduerunt, & plenissime sunt a diuina mente concepta: ex quorum omnium notitia & intuitu verbum diuinum prodit. Recte ergo verbum diuinum genitum est non in vnico splendore tantum diuinae essentiae, sed in splendoribus omnium rerum sanctarum, quas pater in se continebat & intelligebat. Itaque quia filius non tantum de cognitione diuinae essentiae est egressus, sed etiam ex cognitione bonitatis, sapientiae, & potentiae, & denique omnium creaturarum dicit psalmus, in splendoribus sanctorum vel sanctitatum genui te. Igitur filius Dei, qui ex tot splendoribus genitus erat, & quidem ipse (vt ait Paulus) cum splendor esset gloriae, nobis ex alto ortus est sicut sol refulgens in suis splendoribus totum orbem illuminans. Ille enim qui ex splendoribus sanctorum genitus est ab aeterno, tanquam sol ortus est nobis, & a tenebris nostris tenebras ignorantiae fugauit: & tantis tamque diuinis splendoribus intellectum illuminauit. Et idcirco Esaias loquutus de Christi natiuitate hanc lucem vaticinatus est, dicens. Populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: ambulantes in regione & vmbra mortis, lux orta est eis. Is qui male agit & de malo dolet & compungitur, is in tenebris est: nondum sedet, sed ambulat adhuc: at is, qui laetatur dum mala efficit, is sedet in tenebris, quia peccatis adhaesit, & in vmbra mortis. Beatus ille qui non abiit in consilio impiorum, nec sedit nec sedet. Sed vere miser qui in via peccati vel stat vel sedet. Tales erant homines: nam quidam illorum ambulabant in peccatis suis, & bona pars sedebat in eis: & hic ita: ut peccati, plane est mortis & inferni. Qui vero compungitur cum peccati vmbra non habet vitae: sed qui in profundum peccatorum venit & contemnit, is sanè miserè iacet in

inferni vmbra. His igitur in Christi natiuitate lux orta est. Præterea non dicit populum, qui ambulabat in tenebris illuminatum, sed dicit, populum, qui ambulabat in tenebris vidit lucem, & non solum lucem, sed lucem magnam: nec dicit habitantibus in regione, mortis lux orta est, sed lux est eis orta. Et ideo sancta ecclesia diuino spiritu gubernata in ingressu missae secundae solemnitatis natiuitatis dominicae canit, Lux fulgebit hodie super nos, quia natus est nobis hodie, &c. Quapropter nos, quia haec lux nobis illuxit merito cum rege David canere possumus. Benedictus qui venit in nomine domini: Deus dominus & illuxit nobis. Ideoque pastores isti circumdati sunt tanta luce, quia lucem mundi nunciabat illis angelus, & iam apparuerat natus Christus in Bethlehem. Secundo tanta claritate & splendore angelus apparuit illuminans pastores, non solum in corpore, sed etiam in corde, vt minime parui penderent tam insolitum factum, quod tanto claritatis lumine demonstrabatur. Tertio tanta apparuit claritate, quia illustrandus erat mundus nouis doctrinis, sacramentis, atque decretis tantum & tam magni principis, qui ad praecleara facta nascebatur: & vt depelleret omnes idololatriæ tenebras, & cunctas prauitates à corde credentium, vt vera lux merito posset dici, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Vide autem quod hanc lucem vocauit euangelista claritatem Dei, quia magna erat. Hebraice lingua more quae magna appellare consuevit diuina: vt montes Dei, cedros Dei, hoc est, ingentes, & excelsas. Ceterum dicitur etiam haec claritas Dei: quia diuina virtute fuit facta. Et timor vni timore magno. Ob angeli maiestatem, & luminis claritatem timuerunt. Qui timor ex humana fragilitate provenit, quae peccati insequitur. Idque sanè mirabile est non timore percuti cor, quae consolatio nobis afferat. Sic illi tres apostoli visa domini transfiguratione, ceciderunt in terram. Et Paulus in apparitione luminis caecus factus est, & cecidit. Et Daniel inquit. Vidi visionem grandem, & non remansit in me fortitudo: sed species quoque immutata est in me, nec habui quidquam virtutis. Et Ezechiel in visione concidit, donec spiritus eius reuersus erigeret eum in pedes suos. Equidem manifestum est, quomodo natura nostra corruerit à sua tanta nobilitate & dignitate: & ideo pastores deterriti sunt, quando potissimum & ingens solatium suscipere deberent. Sicut timuerunt mulieres, quae in die resurrectionis, se in monumentum contulerunt, cum viderunt angelos. Certè dignitas hominum per peccatum cecidit: quandoquidem is, qui ad inueniendum Deum natus est, nec angeli aspectum ferre valer. Expende quod isti pastores deterriti fuerunt prius & timuerunt valde, sed cito consolatus est illos angelus. Sic dominus aliquando videtur dilectos suos derelinquere, vt eos probet: sed cito consolatur eos. Sic egit cum patriarcha Abraham cum praecipit illi vt filium suum in sacrificium offerret. Sic etiam fecit cum filiis Israel in deserto, cum audierit sonitum buccinae, voces, & tonitrua, montemque fumigantem, timuerunt & perterriti sunt: quibus dixit Moyses. Nolite timere, vt enim probaret vos, venit Deus. Idem enim experimentum fecit in Tobia: quare Raphael angelus dixit ei. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. Sic etiam saepe

saepe dominus tibi immittit flagella, & tribulationes, vt vel ipso experimento cognoscas, quae altas radices egeris in virtute. Tamen semper constanti esto animo in tribulationibus, nec ideo delinquas: quia oportuno tempore iuuabit dominus te ipsum & consolabitur. Sed vide quo pacto angelus eos fortes reddiderit. Ecce ego euangelizo vobis gaudium magnum. Angelizare est bona & laeta nuntiare: quo verbo optime vsus est angelus, qui tantum & tam grande bonum vobis nuntiabat. Felix & in prosperitate erat homo in terreno paradiso: ac cum misere peccauit, versa est in Iustitiam nostra, & organum nostrum in voce essentium. Sed cum Dei filius iam nascitur, vt nos ab exilio in pristina libertate astrueret, merito hominibus gaudium angelus nuntiatur. Christi namque natiuitas vniuersum gaudium attulit mundo: quia venit, vt saluos faceret peccatores, & vt tribueret eis veram vitam. Fecit gaudium rex Pharaon in Aegyptio, sed in illa tanta natalis sui festiuitate occisus est pistor & sanguis humanus effusus. Celebratur quoque festum natalis sui Herodes, & ibi occisus est Ioannes Baptista: quia illi non nati sunt saluatores, sed interemptores. Et non solum isti, sed etiam viri sancti (vt Ieremias qui in materno vtero sanctificatus fuit) dixit. Maledictus dies, in quo natus sum, & nox in qua dictum est, coceptus est homo. Et sanctissimus Iob. Pereat dies, in quo natus sum, &c. At Christi natiuitas gaudium attulit vniuerso mundo, & idcirco gaudium nunciatur in eius natiuitate futurum. Vide etiam, quod non solum gaudium nunciatur, sed id magnum. Propter duo gaudium hoc magnum est. Primo quia verum & perpetuo duraturum est: ad differentiam vniuersi gaudij, quod momentaneum est. Esaias enim inquit. Ingemuerunt omnes qui laetabantur corde. Cessauit gaudium tympanorum, & quicquid sonitus laetitiae. Quem admodum gaudium auium fallax & mendax est, dum sub retibus grana tritici comedunt: & piscium dum iacto hamo escam deglutiunt, quando non minus, quam vita hanc laetitiam exolunt: ita mundanorum hominum exultatio vana, breuis, fallax, & mendax est, cum ipsam mortem & infernum sub voluptate propinet. Vana quidem est huius mundi voluptas, cum inter immensa viuamus pericula. Dicit enim sapiens. Risum reputaui errorem, & gaudium dixi. Quid frustra deciperis? Quo circa gaudium Dei, magni nomen meretur: quia a omni gaudium est perpetuo duraturum. Propterea apostolus admoet. Qui gloriatur, in domino gloriatur. Et iterum. Gaudete in domino semper, iterum dico, gaudete. Non est gustus: qui sine Deo verus sit. Omnis mundana laetitia facile & breui perit. Ismaeli Abraham filio secundum carnem finita est aqua, qua portabat cum matre Agar: tamen Isaac, qui filius erat spiritus, non defecit. Facile mundanae consolationes in tristitiam, & luctum conuertuntur: tamen iustis sunt viuientium aquarum putei, qui sine cessatione fluunt. Solum domini gaudium certum & securum est, de quo ait dominus. Gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Secundo gaudium hoc magnum dicitur, quia vniuersale est. Bonum namque ex propria natura habet, vt seipsum diffundat & communicet: & propterea, quia hoc gaudium optimum & vniuersale, ideo magnum. Et quia ad omnes & in omnes diffunditur, addidit

angelus quod erit omni populo. Non dicit, quod cui gaudium multis sicut de Ioanne Baptista dixerat: sed dixit omni populo: scilicet Iudaeis, & gentibus, & omni populo, & omnibus hominibus cuiuscunque nationis aut conditionis sint: quia pro omnibus natus & mortuus est. Præterea obseruandum, quod omnis distributio est accommodata: non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum. Nam quauis Christus pro omnibus natus & mortuus sit, non tam omnes consequuti sunt effectum salutis: quia non omnes beneficio Dei sufficientissimo vti voluerunt. Quapropter iusti illi cadentes ad pedes agni dixerunt. Redemisti nos domine ex omni tribu, populo, & lingua, & natione. Non dixit quo ad efficaciam orationem tribu, omnem populum, & omnem nationem esse redemptam. Sed ex omni populo aliqui effectum & gratiam consequuti sunt. Ex quo loco docemur bonum commune semper querere & vtilitatem proximorum, neminem ab orationibus nostris excludendo: quandoquidem redemptor noster pro omnibus nasci voluit: & angelus nuntiat gaudium natiuitatis futurum esse omni populo. Itaque Christus pro omnibus nascitur. Homines vero hac nostra tempestate sibi ipsis solum videntur, non vero aliis. Infelix ille, qui sibi soli natus est. Sunt enim quidam homines ita natura sua miseri & auari, qui solum sibi suo commodo & non alieno inferuiunt. Nihil aliud es tu qui hoc modo visis, ac si non natus esses. Nulli amicus nisi tibi solus es. Sed cur te ipsum sic adeo amas & non Deum? Aut cur in omnibus te ipsum & tuam vtilitatem quæris, & non proximorum? Certè quia tecum multum, & parum cum Deo agis. Homo enim, qui vel in vico pauperrimo vel in vili patria nascitur, existimat illum locum feliciorē & meliorē cunctis mundi locis. Nunquam nisi de tuo commodo agis: & tantam tecum ipsae familiaritatem iniisti, vt sit causa tam inordinari amoris, quo te ipsum prosequeris. Si apostolus tantum Deum diligebat, vt diceret, nullam posse à Christo separari: non mirum est, si ipse etiam dicat conuersatio nostra in caelis est. Certè diuinus apostolus multum cum Deo, & parum seculi conuersabatur: & idcirco Deum plurimum, seipsum parum diligebat. Considera obsecro non solum tibi, sed & aliis natum esse: & considera Christum qui omnibus nascitur, & se totum cunctorum vtilitati accommodat: & ita tu vtilis esto omnibus proximis tuis. Obserua etiam gaudium natiuitatis Christi commune esse omni populo, cuiusmodi non est gaudium mundi: nam quando vnus nascitur, alter flet. Victor suum celebrat triumphum: & victus suam lamentatur miseriam. Vnus in triumphali curru quat, alius in vinculis constrictus manet. Vnus in dignitate ascendit: & qui cadit, tristis est. Gaudet & laetatur haeres: & plangit & moritur qui haereditatem deponit. Alij diuites & laeti sunt: alij pauperes & tristes. Alij cum gaudio viuunt: alij in infelicitate & amaritudine vitæ. Itaque mundus, ita pauper & egenus est, vt si quem ditare velit, alium necessum est, vt in paupertatem constituat: & si quem in Hispania regem exaltat alium à dignitate deponit. Et idcirco gaudium mundi non est omni populo, sed aliquibus. At Christi gaudium plenum est & vniuerso populo venit. Gaudium (inquit angelus) erit omni populo. Qui seruiunt Deo, omnes gaudent: quia multa habet Deus bona quibus

Act. 9. Act. 12.

Ioan. 8. Psal. 109

Psal. 117

Iob. 30.

Genes. 40

Mar. 6.

Iere. 20.

Iob. 3.

Ioan. 1.

Esa. 24.

Matt. 17

Act. 9 Dan. 10.

Ezech. 2.

Eccles. 2.

Mar. 16.

2. Co. 10. Eph. 4. Gen. 21.

Gen. 22.

Ioan. 16.

Exod. 22

Tob. 12.

saepe

Apo. 5.

Roth 8. Philapp. 3

quibus eos amplificet et locupletet, cum ditissimus sit: & omnes potest voluptatibus & lætitiis afficere, alterius voluptate non diminuta. Percurre igitur si libet omnem huius mundi gloriam & facile inuenies vnus foelicitatem, alterius esse luctum: & gaudium alterius, dolore alteri parare: & vnus salus alteri mortem parat. Et ideo nullum præter hoc diuinum gaudium est omni populo. Sed vt his concludam, obsecro vt animaduertas, quod si magnum gaudium est, Christum; considerare pauperem, infantem, pannis inuolutum, positum in præsepio quod gaudium erit illum videre inter ipsos angelicos choros gloriosum & exaltatum in caelo? Certè id gaudium tale erit, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit: nec in cor hominis ascēdit. Ibi perfectum possidebis gaudium & omnes rationes illius, sine vllō timore tristitiæ. Id gaudium tale erit, quod si obtinueris nemo a te auferet, in cuius comparatione omnis lætitiā tristitiā est. omnis suauitas dolor: dulcedo est amaritudo: pulchritudo, deformitas: & angor spiritus, id omne quod oblectare potest. Vnde subdit angelus. *Quia natus est vobis hodie saluator mundi.* O quam bona nunciā hic angelus mundo attulit. Ille qui æternus erat & sine principio voluit nasci, & terrenus ciuis fieri: vt confortem cælestis patriæ te ipsum efficeret. Paruulus namque datus est nobis & filius natus est nobis. Paruulus facile placatur: Si infantem contumelia affeceris, relecti, & paruo aliquo dono iniuriam remittet. Contemplare igitur filium Dei pauperem, & humilem, peccata plangentem, quæ tu deberes plangere, plorat autem ipse ne tu in infernum abeas ploraturus. Nō districto nascitur ense, quia non ad vindictam, sed ad condonationem venit. Modo sane ad illum accedere potes, dum pater æternus de illo dicat. *Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus: in quo bene complacuit animæ meæ.* Sequitur. *Non contendet ad modum mali & seueri iudicis, nec clamabit.* Equidem opportunum est tempus, vt ab eo veniam efflagites. Caue ne oblatam amittas occasione: ne postea illum acerrimū iudicem experiaris: quia nunc non contendet ad modum iudicis nec clamabit. Sicut Eliseus descendens de monte puero mortuo fuit coniunctus, vt illum suscitaret: ita verbum Dei descendens à summo caelo, nostræ mensuræ se accommodauit, vt nos à morte culpæ eriperet, & nobis gratiæ & gloriæ vitam daret. Natus est, inquit, vobis. Primo exponitur, vobis hominibus natus est hodie: nam nobis non hodie sed ab ipsa æternitate. Si enim dixisset, tantum natus est hodie: vtique dixisset anam hæreticis, existimandi, cum hodie cepisset esse: sed cum, vobis, subdidit, manifesto innuit ab ipsa æternitate illum fuisse. Vobis natus est à matre virgine in tempore, qui nobis semper nascitur & natus est à patre æterno. Vobis est Bethlehem natus, nobis in caelo: vobis natus est paruulus, sed nos illum possidemus magnū & potētem: vos pannis inuolutum habetis: nos vero illū gloria vestitum tenemus. Secundo vobis inquit: hoc est, ad vestram vtilitatem & commodū. Ideo Zacharias. *Ecce rex tuus tibi venit mansuetus & humilis.* Nunquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Non dicit assumptus, aut accepit, sed apprehendit. Tunc dicimus ali-

quem posse apprehendi, quando cursu possumus illum attingere. Exules eramus per carnis desideria, & tandem apprehendit nos. Totus itaque noster est. Eius lachrymæ, nostræ: gemitus, nostræ: labores, nostræ: & nostra etiam ipsius mors: & nostra redemptio, quam ipse in ligno crucis fuit operatus: nam propter nos homines & propter nostram salutem, descendit de caelo. Sed considera tu & animaduerte qui diues es, Christum nō sibi, sed tibi narum: & tu non tibi soli natū esse existimes, pauperibus & proximis elegit synā elargiendo. Sed de his iam multa diximus. Tertio exponitur vobis. Hoc est, vobis humilibus, pauperibus, & simplicibus pastoribus: qui à mundanis hominibus despecti estis, qui vestro labore & sudore viuitis. Non superbis, diuitibus, auaris, otiosis, carnalibus, & impudicis, nec illis qui primas cathedras diligunt. Non ad istorum consolationē Christus nascitur: quia viles pāni saluatoris mundi cōtemnuntur eis, qui delicatissimis linteis & olandis carni suæ indulgent, qui fucū & odorifera vnguēta sibi parant. Præsepium durum non consolatur eos, qui tota nocte leuibis dormiunt cervicalibus: nec eos, qui media die consurgunt. Equidem paupertas Christi minime consolatur eos, qui inexhaustam habēt diuitiarum sitim. Nec humile & abiectum præsepium eos consolari potest, qui per totum vitæ discursum contendunt, vt in potiori loco sedebit. Propterea Malachias locutus de Christi natiuitate non dixi, quod Christus nasciturus esset in omnium consolationē. Sed terminū imponit dicens, Orietur sol iustitiæ. Quibus obsecro an superbis, auaris, & voluptatibus deditis? Minime, sed vobis timentibus nomen suum. Istis tantū nascitur & isti eius natiuitate gaudent, & eius fructum consequuntur. Nascitur Sol manens, & quamuis omnibus oriatur: tamē si quis in cauernis terræ fuerit absconditus nequaquam isti nascitur, nec illi etiam, qui fenestram domus claudit, nec permittit illum introire, nec illi etiam oriatur, qui infirmitate oculorum laborat: qui tātū abest, vt illi oriatur, vt etiam eius oculos offendat. Ita Christus verus sol iustitiæ quamuis omnibus oriatur ne vlli suum lumē & splendore denegat: tamē non iis nascitur, qui odio & mala voluntate sunt pleni quique vitam suam flagitiorum inquinamentis polluerunt. Solum illis nascitur, quantum ad effectum, qui timēt nomen domini. Quare aduertendū tibi est maxime, quod qui sole frui voluerit, opus est vt vmbra fugiat & terga illi vertat. Sic omnia hæc tēpēna sunt velut vmbra, & transeunt velut vmbra. Terga verte mundo, vmbra, & vanitatē illius contēnens, & frueris splendidiſſimo sole iustitiæ tibi nato, cuius radij te ipsum consolabuntur. Nemo sane tāto solis istius splendore gaudet, nisi is qui mundū reliquerit. Expende etiam quod nobis nasci voluit, vt nostrum amorē cōciliaret. Diligitur enim aliquis propter similitudinem, nā similitudo causa amoris est. Hac ratione Deus similis nobis in nostra apparuit humanitate, vt à nobis diligeretur: & ideo non est factus angelus sed homo, quia plus dilexit naturam humanam quam angelicam, vt nos illum summo profeceremur amore. Excellētoris naturæ sunt angeli, tamē nos plus dilexit dominus quam illos. Si cui manus dextra vel sinistra amputaretur & eidem daretur altera aurea & lapidibus pretiosis

pretiosis confecta: hanc secundam eligeret? nullus ita insanē mentis homo esset, qui vellet sibi propriam manū amputari, vt aurea vel argentea donaretur. Nam quamuis manus argento confecta vel auro maioris sit valoris, tamen carnea, est propria eius substantia à venis, neruis, & sanguine roborata. Ita nos sumus Christi membra, & manus eius carnea, angeli vero sicut aurea manus & argentea: & quamuis metalli genus pretiosius sit, tamen Deus maiori amore nos diligit, tanquā ipsius manū carnē. Itaque si similitudo amorē generat, iā videas filiū Dei propter te hominem factum & tibi si milē. Antea quidem grandis dissimilitudo erat: nam ille immortalis erat, & tu mortalis: ille inuisibilis, tu visibilis: ille impassibilis, tu passibilis. At modo nobis donatus est visibilis, mortalis, passibilis, & nobis similis, dempto ipso peccato, à quo prorsus immunis fuit. Secundo ea quæ nobis præsentia sunt magis diliguntur: cum & obiectū præsens fortius moueat potentiā, quam absens: & quæ absentia sunt, multoties solemus obliuisci, cum à nobis non videantur. Nā quāuis Deus antea ubique esset per suā potentiā, præsentia, & essentia: sed eū nō videbamus, quod fiebat vt tanquā absens à multis reputaretur. At modo in humanitate assumpta adest nobis præsens & visibilis: & cū ad patre abiit oportuit, sacrū eucharistiæ mysteriū nobis instituit vt semper corporalē ipsius præsentia nobiscū haberemus. Idcirco nasci nobis dicitur, vt cū nobis esset similis & semper nobis adesset præsens, nostrū amorē conciliaret ille, qui sic adeo nos dilexit, vt nostrū lapsum reparauerit, potius quam angelorum: & illos sine remedio reliquit, nos autem nimio complexus est amore. Denique vt cōcludam hoc vnū rem restat animaduertere, nō dixisse angelū, natus est vobis saluator in hac nocte, sed hodie: quia rem legatū nunciabat. Nō enim pro qualitate tēporis dicit hodie, sed pro qualitate rei. Vbi enim de rebus tristibus agitur, nox nominatur: vt est illud. Omnes vos scādālū patiemini in ista nocte. Et alibi. Priusquā Gallus canter in hac nocte, ter me negabis. Et de Iuda traditore inquit Ioannes. Cum accepisset buccellā exiit continuo. Sequitur. Erat autē nox. Sic etiā diuiti avaro dictum est. Stulte hac nocte tollēt animā tuā à te: quia anima, quæ ad tenebras ducitur, nō in die sed in nocte aufertur. Sic etiā Salomon sapientiā non per mansuram non in die sed in nocte accepit. Nicodemus etiam nocte venit ad Christum: quia longe erat à vera Christi cognitione. Prospera autē & læta nomen Dei accipiunt, vt optime notat D. Ambr. Nā cum Petrus nocte Christū negasset, in die illū confessus est, dicens. Tu scis domine, quia amo te. Angeli etiā ad Abrahā meridie veniūt: punitur autē Sodomā vespere venisse dicuntur. Et patētissimum Iob dicitur eam tentationē, quæ cū victoria finiebatur, in die sumpsisse. Quadam die cū venissent filij Dei & assisterent corā domino. Et cū, die, inquit, ostendit foeliciter Iob euenturam illā tentationē. Et illi quatuor leprosi quamuis in nocte inuenerūt castra Assyriorū plena cibis & diuitiis dixerūt. Hæc dies boni nūcij est: si tacuerimus vsque mane, &c. lætā noctem diē vocauerunt. Ideoque angelus quia foelicitā & læta nunciabat, non dixit hac nocte licet reuera nox esset: sed dixit hodie. Secundo etiam hoc dixit, quia Christi natiuitas nostræ

illam in diem conuerterat. Verè enim dies est, cū sol nascitur super terrā. Nox (inquit Propheta) sicut dies illuminabitur, sol iustitiæ Christo mirabili quodam modo illustrata. Præterea quā ipse saluator Christus ab angelo appellatur, quia iudicis est saluator noster: nā secundū diuinā naturā per auctoritatē & efficientiā principalē dator est salutis & gratiæ: & secundū humanitatē assumptā est saluator per efficientiā instrumentalē, & velut meritoria causa gratiæ & salutis. Sua enim passione absterfit peccata nostra, & saluauit nos & contulit gratiā & salutē, liberauit tandem nos à diaboli & mortis seruitute. Nāque saluator is dicitur, qui aliquem ab aliquo periculo eripit. Ideoque dominus per Oseā inquit. Ego sum dominus Deus tuus, & saluator non est alius præter me. Et Esaias. Deus ipse veniet & saluabit nos. Expende etiam, quod non dixit eū esse saluatorē ab hoc vel illo malo, sed absolute: ad significandū, quod est nobis saluator & liberator ab omni periculo & malo. Sed iā angelū audiamus se ipsum declarantē. *Qui est Christus dominus in ciuitate David* Hebræum vocabulum Messias, significat Græcis Christū, & Latinis vnctum. Vngebantur enim apud Hebræos reges, vt videre est in Saule, Dauide, Salomone, & Iehu. Vngebantur etiā sacerdotes vt habetur in Leuitico, & apertius in Exodo. Vngebantur etiam prophete vt Helias, qui de mandato domini vnxit Elisum in prophetam. Christus tamen hoc materiali oleo nō est vnctus, quia regnū eius, sapiētia & sacerdotium æternum erat: non quemadmodum fuit regnum istorum tēporale, & breuissimū. Nō vnctus oleo Aaron cuius sacerdotiū finitum est: sed oleo æterno Melchisedech de quo in Psalmo dicitur. Tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech. Vnctus enim fuit Christus oleo sancti spiritus, de quo ad literam inquit Esaias. Spiritus domini super me, euangelizare pauperibus misit me. Et secundum humanitatē vnctus est diuina & superna naturali vnctione & plenitudine gratiæ, nec non spiritus sancti donis iuxta illud propheta. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præconfortibus tuis. Etenim non ad mensurā datus est illi spiritus, de cuius plenitudine omnes accepimus. Quia ipse erat rex regū & dominus dominantū: desideratus cūditis gentibus, qui mittendus erat. Quo adueniente iuxta Aggai vaticiniū vnctio Iudaorū cessare debebat, & sceptrū de Iuda quemadmodum Iacob prophetauerat esse auferendum. Et ideo vt omnia in Christo confirmarentur factus est ipse rex & sacerdos in æternum. Præterea vocat illum angelus dominū, dicens, qui est Christus dominus, quia secundū vtrāque naturā dominus est: quāuis diuerso modo. Quia vt Deus est dominus per independentē auctoritatē: & secundū humanitatē est dominus, per potestātē & gratiā tēporaliter datā, creatā & instrumentalē. Ideo ipse ait. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Obserua vero, quod licet alij in scriptura sacra vocati sint domini & Christi, antonomatice tamen solus Iesus Saluator, & redemptor noster dicitur Christus Dominus, quia vt est rex regū & sacerdos in æternū, ita est Dominus omnium & nobis vnicus sacerdos. Vnde Paulus. Alij plures facti sunt sacerdotes: hic autē, quia manet in æternū, sempiternū habet sacerdotiū. Expende autē & cōsidera Dei bonitatē

1. Cor. 2.

Esai. 9.

Esai. 42.

4. Reg. 4.

Zach. 9. Habr. 2.

Matt. 21.

Mal. 4.

Matt. 26.

Mar. 14.

Ioan. 13.

Luc. 12.

3. Reg. 3.

Amb. super ca. 22.

Luc.

Ioan. 21.

Gen. 18.

Gen. 19.

Iob. 1.

4. Reg. 7.

Psal. 138

Ose. 13. Esai. 35.

1. Re. 10.

1. Re. 16.

3. Reg. 1.

4. Reg. 9.

Leu. 8.

Exod. 29.

Psal. 109.

Esai. 61.

Luc. 4.

Psal. 44.

Colo. 2.

Apoc. 19.

Aggai. 2.

Gene. 49.

Matt. 28.

Heb. 7.

Exod. 20 & clementiam & quam mutata sint tempora. Ille autem qui antea vocabatur Zelotes, vindicās peccata patrū in filiosque ad quartā generationē, & dominus exercitū, & Deus vltionū. Et ille qui antea in virga ferrea regebat, vocatur iā vnctus, manufectus, & lenis. Ille qui respicit terram & facit eam tremere, ille cui adstant millia millium, & ignis à facie eius exardescit, qui de cælo intonat & mittit sagittas & dissipat hostes, fulgura multiplicat, & cōturbat eos: qui si aspicit, dissoluit gentes, & conterit montes seculi, qui tangit montes & fumigant: ecce manus eius adest & humilis, oleo benignitatis & misericordie vnctus, clemens, & pius, in præsepio vagiēs. Vnde tibi maximè est cauendū, ne in hac lege & in hac noua gratia malus, & peccator sis: nā coges dominū tuis peccatis, vt Christi nomē deserat, & vt sumat sibi nomen antiquum seueri iudicis, & exactoris. ¶ Denique quia Dauid natus & nutritus fuit Bethlehē, vocatur ciuitas Dauid Bethlehē: Christus tamē quia filius eius erat, oportuit, vt in Bethlehē nasceretur iuxta prophetiam. Signū tamen vt à pastoribus inueniri possit, quia iuxta Paulum Iudæi signa petunt, dedit angelus dicens. *Hoc vobis signum. Inuenietis infantem, pannis inuolutum, & posium in præsepio* Quid hoc sibi vult minister Dei? quia cū vrbānus sis & ciuis cælestis natus ad rusticos & agrestes venis vt eos derideas? Quæ signa sunt hæc? Si saluat or iste est, quē tu dicis, & ad saluandos homines venit: vbi sunt illi inexpugnabiles & fortes milites, & vbi sunt copie eius? Vbi sunt vexilla sua, vbi armorū strepitus, vbi tormenta, vbi iacula & spicula, vbi tandē intrumenta omnia bellica? Vbi thesaurus opulētus, quo mercedē militibus exoluat? Vbi ducis nostri fortitudo, qua nos excepturus est à potestate inimicorū? Vbi strepitus aduentus eū eo curiæ? vbi magnates & principes regni ipsi famulantes? Vbi est illa mūdi subuersio & cōturbatio, qua inimicū profecquitur? An exercitus eius est virgo tenera & sanctus senex Ioseph, & eorū paupertas thesaurus? Nunquid vexilla extensa sunt telæ illæ aranearū in stabulo extensa? Vide quid dicas angele, an irrides nos? *Hoc vobis signum: inuenietis, &c.* Hoc maximum argumentū est & necessariū signū, vt cognoscatur. Etenim non est quid magnū, aut magnā arguit fortitudinē, vt potens princeps inexpugnabili exercitu in fugam inimicum vertat & captum ad se reducat: nec etiam est mirum, vt magno tormentorum strepitu fortes subuerere muros. At nō ingenti copia, nec fortibus armis indutus, sed humana imbecillitate adiutus in præsepio positus, superbum vincere inimicum: hoc quidē maximæ potentie est tribuendum & ducis Christi virili brachio. Ideo iste est rex potens & saluator vester: qui pannis inuolutus tyrannos reges tremere facit: & in præsepio repositus, cælos prouocat, & puerilibus pannis, vt diximus, inuolutus inimicos in certamina vocat: & prius eos vincit, quam certamen aggrediatur. Et ita suo aduentu mundi princeps ostenditur, & omnium creaturarum possessor: vt angeli & sidera cæli ad nutū illi obtemperare nō dubitent. Hoc erit signū euidentissimū quod vobis ostendere possim, inquit angelus: nam hoc est genus armorū Dei, vt Esaias inquit. Latrabunt coram te sicut latrāt in messe, & c. sicut in die Madiam. Legitur in libro Iudicū, Gedeonem trecentis

1. Re. 16. Mich. 5. 1. Cor. 1. Esai. 9. Iud. 7.

viris sibi assumptis vicisse exercitum Madianitarū: qui non pugnaverunt lancea, gladio, aut sagitta: sed tenentes lanceas in manibus & tubas clangentes. Non isti pugnant armis percipientes, sed ferentes: non aggredientes, sed resistentes vicerunt. Sic Christus sicut in die Madiam non pugnant, sed sustinens vicit. O sanctissime rex Messias, o gloriosus infans & saluator noster, hæc tua facinora, has victorias & triumphos neque intelligere (inquit Esaias) quibus possum ea omnia cōferre, nisi cum victoria Madiam. Ibi ego similitudinē tuæ victorie & triumphū vidi. Nā sicut illi non pugnat sed ferentes & resistentes potentem Madiam exercitū, vicerunt: ita tu sine armis, & nudus, solis lachrymis, & à præsepio vagiens potentem Satanæ exercitum debellasti. Frigus illud, lachrymæ & labores, certe arma sunt, quibus vicisti. Viros tibi sunt non in armis: sed in virtute cordis, & in fortitudine animi. Namque si bicipitē ensem arripis debili & infirmo brachio, nihil mali inferes. Samson sine armis quacunque alia re sumpta viriliter pugnat: & timorē inferebat, propter suam fortitudinē: nam cū asini mandibula mille interfecit viros. Qui infinita potētia nascitur, quibus liberuit armis vincere poterit Idcirco angelus hæc signa dedit, vt pastores intelligerent illum verū esse Messiam & mūdi redemptorem. ¶ Insuper non potuit angelus potiora ostendere signa, vt significaret eū esse mundi saluatorem: nisi ostendēs eundē pauperem, abiectū, & in præsepio natum. Duo quippe præcipui saluatores Israel nati sunt sic. Moyses qui liberauit populum à seruitute Aegyptiorum sic natus est: qui inuentus est à Pharaonis filia morti expositus & in flumine proiectus in fascella iuncea. Cyrus etiam rex qui liberauit eos de captiuitate Babylonica statim post natiuitatē ab Astiage rege Medorū auo suo (vt Iustinus refert) interficī iussus est. Et Arpago quondā miles in quodā nemore puerum dimisit à bestiis & ab auibus dilacerandū & comedendū. Et idcirco angelus in natiuitate domini signum dedit abiectiois & paupertatis dicens. Inuenietis infantē pannis inuolutū, &c. Ac si diceret. Considerate o pastores eos, qui à duplici captiuitate Aegypti & Babylonie vos liberarūt. Moysen videlicet & Cyrū sic natos esse. Et vt credatis hunc vestrum esse saluatorem attendite quod vobis adhibeo signum, non quidē pompæ, honoris, aut diuitiarum, sed paupertatis & abiectiois. Hæc propria signa sunt saluatorū Israel, sed quia hic liberaturus est vos à potestate dæmonis & mortis, quorū vires potētiores sunt, quā humanæ, Deus est: & quia redemptio vestra est, ideo factus est homo: & rectē quidem in fragilitate carnis & despectu vestriū esse saluatorem ostendit. Filius Dei, quia ad liberandū hominem venit, natus est homo, & mortalitatis signa gerebat, ea videlicet quæ angelus prædixerat. Cognoscitur enim quis à quo sanguine ortū ducat ex insigniis & stigmatibus quæ in tapetibus defert. Leones namque & Castella Hispaniæ reges significant: & flores vulgo de Lis, Franciæ regis sunt insignia: & ira ex insigniis cognoscitur quis à quo sanguine genus suū deducat. Sic si Christus nasceretur gloriosus & potens, magnus vt gigas, vel nasceretur solū immortalis & impassibilis, non utique haberetur homo. Ideo opus erat pauperem nasci, passibilem, & frigore tementem, vt illum hominem esse

Iudi. 15. Exod. 2. 1. Esai. 1. Iessi. li. 2. abbrevi. Trogi. Pomp. Xenoph. in Pedia. Herodo. li. 1. Clis.

nem esse cognosceremus, & ex genere hominum ortū. Vnde factū est, vt protinus arma & signa, quibus nascitur, ostendat: vt his signis ostensis veritatem assumptæ humanitatis dignoscas, eūque verū esse saluatorem & redemptorem. Sic saluatorē tuum panis inuolutū videbis, & lachrymis madidū, vt vel cognoscas iā incipere exolvere pœnā tuis flagitiis debitā: & vt etiā videas munus saluatoris exequentē. O foelices panni, quibus diuina maiestas inuoluitur & clauditur. O ferox leo, qui iā humilis et mansuerus agnus factus es. O iterū foelices panni, qui fortis & vastissimi gigantis manus deuinxerūt, ne nostra puniret delicta. O foelices iterū, quibus nostra vulnera fuerūt ligata. O panni semel bis, terque quaterque beati, quibus sanguis nostrorū vulnerū fuit restrictus. Beati tandē, quibus vt alter Ieremias à profunditate & puteo culpæ productum fuit genus humanū. Beati etiā luctus & lachrymæ quibus saluator mūdi ignē profundi lacus extinxit. Foelices gemitus, quibus Christus nos à luctu æterni liberauit. Foelix planctus, qui nostrorū delictorum corporē lauit. Iam tandē foelix præsepium, quod reclinatoriū esse meruit illius, qui sola manu & cælū & terram sustinet. O sancte nate Dei, qui mundū ingressus crucē iam sustines & portas, & ea perpeti iuuat, quæ carnales homines abhorrent: vt sic prius exēplo & opere, postea vero sermone doceas, arctam esse viā que ducit ad vitā, & regnū cælorum vim pati, & quod violenti rapiunt illud. Sic sane docuisti, bonum esse viro, si portauerit iugum ab adolescentia sua, & etiā ab infantia: imò à materno utero, vt tu fecisti. Nos vero misericordiam tantū in voluptatibus & deliciis carnis constituimus, omni oblectamento fruimur: nihil oculi nostri desiderant, quod eis ad libitū non ostēdamus, &c. Et *(subito facta est cum angelo multitudo militia cælestis laudantium Deum & dicentium. Ne vnicus solū angelus videretur assistere, ad authoritatis cōprobationē multitudo angelorum fuit adiuncta. Quod si in ore duorū vel trium stat omne verū: quāto potius tātā multitudini fides erit adhibēda? Mirabatur quidē cælestis illa militia ducem suum talibus armis indutū: & vocibus laudat, quod admirabatur. Nam mos est assistentū ministrorum regē suum laudare: illique plaudere: noua induto veste. Ne autē crederetur iste homo de terra terrenus, sed de cælo cælestis, idcirco militia cælestis eū laudibus & canticis, effert. Quæ idcirco militia cælestis dicitur, quia sequitur militia ducē, qui cōtra principes mundi, & rectores tenebrarū debellaturus mundū ingreditur. Pra liantur ipsi contra inimicos nostros, & ad tutelā nostrā sunt destinati: vt custodiāt nos in omnibus viis nostris, ne ad offensionis lapidē aut ad scandali petram verbo aut opere incidamus. Rectē ergo angeli descenderūt à cælo in terrā, eo quod angelorū rex nascebatur in terra. ¶ Expende etiā quod in hac natiuitate angeli Deū laudāt, & homines ad laudandū inuitāt, quia non solū humanū genus redemptū est, sed etiam angelorū ruina reparata. Quia igitur utique creatura communis saluator natus est: merito vtrique simul gaudēt, & se mutuo ad laudandū prouocāt. Ideo nō mirandū si angeli in Christi natiuitate exultant, quādo nostra redēptio illorū reparatio est. Nulla enim erat creatura nec in cælo nec in terra, à qua angelorū ruina resarci possēt, nisi ab homi-*

Iere. 38. Matth. 7. Matt. 11. Thron. 3. Deut. 17. Philipp. 1. Psal. 90. 1. Pet. 2.

ne. Et ad hoc Deus hominē creauit, vt possideret quæ diabolus perdidit. Et quamuis diabolus de huiusmodi hominis foelicitate pœnerebat, nihil nō intentauit vt huiusmodi Dei propositum impediret: tamē diuina bonitas multis modis diaboli malitiam superauit. Imò vt ipse diabolus videret, hoc diuinum propositum sine aliqua mutatione permanfurū Deus ipse humanam naturā assumpsit, & aduersus diabolū in medio cæpo gradū sistit, donec illū vinceret. Vt vel ex his omnibus homo Christianus discat suā redemptionē magnificare. Nam si angeli tantæ estimarunt ruinæ suę reparationē, quanti nos facere debemus nostrā reparationem? Erant enim illi beati, & beati permansissent quāuis Deus nō fieret homo. Quāto igitur maior argumentum habemus, vt pro tanto dono in nos collato Deo gratias agamus? Cantemus igitur illi cum Dauid canticū nouū quia mirabilia fecit. Nōtum fecit dominus salutare suū, &c. Etenim antequam Christus nasceretur, nulla alia, quam luctus & tristitiæ erat causa. Nihil aliud nisi peccatum videbatur, & nullus, qui auxiliū conferret. Nunc autem nato iā Christo tēpus lætitiæ & exultationis est, & tempus canendi. Hic attulit nobis gaudium, vitam, gratiam, & benedictionem & omne bonū. Cātemus igitur, quia mirabilia fecit. Quid obsecro mirabilis, quā vt is, qui cælū terrāque regit, puer efficiatur? quā vt creator omnium efficiatur creatura? qui Deus erat & est, hominis mortalitatem assumat, sapientia & verbum patris infans efficiat, & qui omnipotens erat infirmus & æger? Qui dicit, cælum & terram ego impleo, iacet in humili & arcto præsepio: qui vita est & fons vitæ, mortalis sit: & qui verbo virtutis suæ omnia portat, in vlnis gestatur à matre. Cuius terra est & plenitudo eius, in stabulo nascitur: qui omnibus facultates tribuit, pauper efficiatur: & qui animalibus & vniuersis creaturis pascua suggerit, lacte materino alitur: & qui omnia mirabilia varietate vestit, nudus & frigori exponitur. Et vt vno verbo omnia dicta complectar, qui summus erat, fit infimus. Equidem mirabilia fecit dominus in mundi constitutione, & cum Israeliticis magna fuit operatus: nihil tamen collationis habent cum his, quæ nobiscum egit. Etenim vnum hoc maioris ponderis & valoris est quam reliqua omnia. Deus homo factus est. Nouis & inauditis mirabilibus nouum canticum conuenit. Cantemus ergo & nos cum Angelis magnificantes dominum, cum & maior ratio horum encomiorū nostrę curæ sit imposita. *Gloria in altissimis Deo.* Mirabile quidem est, vt in præsepio iacens, Angeli gloriam in altissimis canent. Vbi manifestatur eius potentia & magnitudo simul. Iacob in canalibus virgas posuit: quarum aliquæ cortice erant cooperiæ, alæ verò sine cortice. Sic Christus hic fecit. Quid rogo magis occultum aut inauditum quā vt Christus tanquam peccator plorat? Et quid manifestius quam gloriam eius Angelos cantare, & illum pleno ore Saluatorem dicere? Obserua, quod Christus tacet, & canūt Angeli. Sic tu laudes tuas silentio prætereas, vt alienum os tua encomia exaltet. Secūdo obserua, quod dum quis ab vno laudatur, statim ab aliis multis laudibus profecquitur. Sic tu lauda Deū, vt alios ad ipsius laudes prouocet. Sic Maria Soror Moyfi accepit tympanū in manu, egressēque sunt

Psal. 47. Iere. 23. Hebr. 1. Psal. 33. Gens. 30. Prou. 27. Exod. 15.



omnes mulieres cum illa cum tympanis & choris cantantes. Sic etiam viuere te oportet, vt tuo exemplo alios exhorteris, vt vitam suam sancte componant. Ideo dominus. Luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra, &c. Sic etiam vnus Angelus laudans Christum natum, alios ad laudem prouocauit: qui omnes simul cecinerunt. Gloria in excelsis Deo. ¶ Aduerte autem dominum tibi sibi reseruasse, quae nulli alij communicare voluit. Primum est vindicta de illatis iniurijs, ipse enim ait. Mihi vindicta, & ego retribuam. Et iterum. Mea est ultio, & ego retribuam in tempore. Non quando vobis, sed tunc quando mihi placuerit. Secundo sibi reseruauit iudicium de oculis, imo de omnibus malis: & ideo ipsemet. Pater omne iudicium dedit filio. Quo circa Paulus admonet. Nolite ante tempus iudicare. Et rursus. Tu quis es qui iudices alienum seruum? Et dominus. Nolite iudicare & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. Tertio reseruauit sibi gloriam. Cum ipse dicat. Gloriam meam alteri non dabo. In omnibus (inquit Paulus) glorificetur deus per Iesum Christum dominum nostrum. Sic etiam idem Apostolus de Romanis & philosophis ait. Non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et Pharisei qui gloriam ad inuicem accipiebant, excedati sunt. Ex quo loco discere oportet in omni re & euentu vni Deo soli gloriam tribuere: neque talis animum tuum inuadat cogitatio, vt eam ipsi rapere velis, quia grauissimo peccatis supplicio. Etenim in quo cunque bono, quod feceris duo considerantur, & honor & commodum: ex quibus Deus voluit sibi honorem eligere, tibi autem commodum & lucrum reseruare. Et ideo quia honor Deo debitum violenta & sacrilega manu rapis, praemium quod tui erat, auferet de dominis a te. Itaque si hoc grande facinus perpetraueris, non solum non eris muneris dignus, verum grauissimè in te animaduertet. Sic Herodem, vt in Actis scribit Lucas, percussit Angelus, eo quod non dedit honorem Deo. Manifestum quippe furtum & latrocinium est, proprium Deo debitum honorem surripere: nihilominus quam vicino vas argenteum subtrahere. Sic Paulus loquutus de Christo, ad id se referens furtum quod Lucifer intentauit facere, dixit. Non rapinam arbitratus est, se esse aequalem Deo, sed se ipsum exinanituit, &c. Sub forma Dei nihil praeter Deum esse poterit: sicut sub forma solis, est sol. Cum ergo Deus esset sub forma Dei, erat Deus: & quod Christus similem se faceret Deo, non furtum erat sicut illud Luciferi, qui erat sub forma Angeli, & voluit esse sub forma Dei. Ita fecisse Iezabel sacra refert pagina, quae violenta manu sumpsit vineam Naboth. Caue autem ne tale committas scelus, quia tanquam in latro punieris, qui non solum quod abstulit restituere compellitur, verum etiam bonorum suorum septuplum exoluit: & hac de causa dominus in te ipsum animaduertit, auferens tibi commodum, quia tu illi honorem abstulisti. Sanctus ille Ioseph quando iudicabat eum domina eum ad peccandum inducebat, sic dixit. Dominus meus tradidit mihi omnia praeter te, quae vxor eius es: quomodo possum peccare in dominum meum?

Sic etiam Deus tradidit tibi omnia praeter gloriam suam, quae vxor eius est: quomodo ergo peccare poteris in Deum tuum eripiendo illi gloriam suam? Vide ergo quod sicut Ioseph noluit dominam suam, quia vxor domini sui erat, ita nec tu gloriam domini tibi impudenter ambias, quia vxor eius est, & illam tibi soli reseruauit. In secundo libro Regum legitur, quod dux Ioab habebat captam ciuitatem Rabbat misit ad Dauid. Obside ciuitatem & cape eam: vt cum a me vastata fuerit vrbs, nomini tuo adscribatur victoria. Fidelis subditus Dauid fuit Ioab: qui quanquam deuastatam ciuitatem iam habebat, quia eius rex & dominus erat Dauid, & bellum inceptum erat ipsius expensis, gloriam & honorem victoriae voluit tribuere Dauid: quamuis qui pugnabat & fortitudinem animi ostendebat erat ipse Ioab. Sic tu, qui militas diuinis stipendijs & eius auxilio & fauore aduersus carnem pugnas, mundum, & diabolum, & eos vincis: gloriam tribue Deo, quia miles eius es, & in nomine eius vincis & pugnas. Ne autem ab inani gloria & mundi vanitate opera nostra bona extinguantur, admonuit nos Christus dicens. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Sic opus est, vt iustitiam tuam hoc est bona opera tua abscondas: ita vt nesciat sinistra, quid faciat dextera tua. Nisi enim hoc feceris, contingeret tibi quod filiis Israel in Aegypto qui filios marces statim, vt in lucem prodibant eos submergebant aquis: quia de causa matres eosdem in occulto nutrabant. Ita nisi opus tuum bonum quod quasi conceptum est animae occultaueris, diripietur ab Aegyptijs: & in flumen iactabitur ibique vndis & fluctibus demergetur. Ideoque si elemosynam vel aliud quoduis opus bonum effeceris, curadum tibi est, vt non causa hominum id facias, neque laudem hominum quaeras: nam si id in occulto feceris commodum & utilitatem accipies. Diuinus Paulus vt ex multis locis colligi potest in omnibus gratias Deo agebat & illi gloriam dabat. Et Moyses & Aaron, qui gratias Deo non egerunt ad aquas contradictionis non meruerunt ingredi in desideratam promissionis terram. Sic nec tu terram viuentium ingredieris tibi promissam, vbi sancti gaudent diuinam videntem essentiam, si in omni opere bono ipsi Deo gloriam non tribueris. Dominus praecipit Gedoni, vt dimitteret multitudinem populi ne gloriaretur dicens: meis viribus liberatus sum. ¶ Sed quid est quod dominus tam sollicitus sit gloriae suae? Intelligas o homo id dominum non facere sui causa, sed propter nos: nam periculosum esset nobis placere, quia inde possemus superbiae ansam sumere. Ille autem, qui super omnia habitat, quantumcunque se extollat non potest superbiere: nec quantumcunque se laudet, magis extolli. Igitur quidquid vni egeris, & quidquid laude dignum, ibi cognosce dominum Deum tuum, & te ipsum inutilem seruum considera & vile instrumentum gratiae suae. Et quamuis Deo seruias iis donis, quae liberali sua manu tibi largitus est, aduerte, quod si ipsis peccatoribus ea concederet forte melius, quam tu operarentur: & ita te seruum inutilem iudicare debes cum tepide & remisse domino inseruias, quando tatis nominibus illi sis deuinctus. Regi enim seculorum (vt inquit Paulus) immortalis & inuisibilis: soli Deo sit honor & gloria

gloria in secula seculorum. Et in terra pax hominibus, bona voluntatis. Pacem Angeli nunciant, quam Christus saepe commendauit: & a nobis discedens tanquam testamentum illam nobis summo opere commendauit, dicens: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Sed quia impijs & sceleratis (vt inquit Esaias) non est pax, non omnibus, sed hominibus bonae voluntatis praedicatur. Illi enim qui recta animi voluntate suscipiunt Christum, sicut isti simplices pastores, veram Christi pacem habent & possident. Herodes vero, qui Christi aduentu turbatus est, non suscepit Christum, imò ipsum fuit persecutus. Sic modo illum persecuntur, qui ira commouentur, furiosi, & qui semper rixantur, & qui seminant inter fratres discordias: quique sunt diaboli ministri, & pacis Christi subuersores, qui ad nihil aliud valent magis quam ad confabulationes neccendas. Praeterea per voluntatis bonitatem potius dicitur quis bonus, quam per alias potentias: quia voluntas ceteras potestas mouet ad operandum: & ideo bonitas aut malitia eius in alias potentias diffunditur, sicut influxus primae causae in alias causas a prima moras. A voluntate enim dicitur quis bonus aut malus: quia ratio meriti vel demeriti dependet a voluntate tanquam a radice, ea ratione, quia libertas directe ipsi voluntati competit. Quare vbi nulla est libertas, nec mereri nec demereri aliquis potest. Et idcirco pax ista non malis, sed rectis competit. Cor enim impij quasi mare feruens, quod nunquam nec manet nec quiescit. In Apocalypsi dicitur, quod omnes illi, qui adorauerunt bestiam, requiem non habebant, sicut nec illi, qui belluinos suos appetitus sequuntur animi pacem vnquam possident. Namque sicut in mari tumentes fluctus nunquam quiescunt: sic mudi administratores semper fluctuant, nec vanis suis cogitationibus quietam conscientiam possident. Vera quippe est sententia Saluatoris dicentis. In mundo pressuram habetis, in me autem pacem. Etenim infirmus homo etiam si varia cubilia mutet & lectos, non obid quiescit: quia quoquo se vertat infirmitatem secum ducit, quae inquietudinis causa est. Sic sanè etiam si in hoc mundo per multum temporis spatium viuas, nunquam pacem & requiem habebis, quousque malos & deprauatos humores expellas: hoc est tuae praeae affectionis vitia, quae te astuantem & inquietum reddunt: quod si haec feceris, vera Christi pacem & quietem possidebis. Pax illa, quae tum temporis erat in mudo cum Christus natus est, & cum exiit edictum a Caesare Augusto, figura erat huius spiritualis pacis. Quod pulchre Michaeas praedixerat dicens: Pax erit in terra nostra cum venerit, & quando calcauerit in domibus nostris. Itaque quia non peccatoribus, sed bonis datur haec pax, & boni non nisi a voluntati sunt boni: idcirco Angeli pacem nunciant hominibus bonae voluntatis: Porro in graeco originali Lucae sic habetur, *εἰς τὴν γῆν ἰσχυρὴν ἐν ἀνθρώποις ἐν δόξῃ*, id est, in terra pax, in hominibus bona voluntas. Quapropter in manu & potestate tua est hanc pacem habere: cum & in manu tua sit haec voluntas. Nihil enim est tam in potestate voluntatis, quam ipsa voluntas. Et ideo sicut dominus es tuae voluntatis, ita poteris habere malam vel bonam voluntatem. Bona erit si bonum virtutis prosequeris: mala, si

flagitia & scelera fueris amplexus. Sicut Chamaleon eum fortitur colorem, qui ei in conspectu est: sic voluntas talis erit, quale illud fuerit, cui per amorem iungitur. Nullam aliam vel bonitatem vel malitiam habes, praeter id quod amore vel odio prosequeris. Cetera namque vt sol, luna, & stel. ¶ Domini dicit esse bona valde, postquam illa condiderat. At cum creauit hominem nec bonum nec malum illum esse dixit. Non equidem minoris dignitatis est homo, quam reliquae creaturae imò multo maioris & amplioris. Sed quid est quod Dominus reliquas creaturas voluntatis sigillo comprobauit, at in constitutione hominis nihil tale dixit cum reliquis omnibus creaturis multo illustrior, praestantior & excellentior esset? Vtique id non fecit Deus, quousque ipse homo manus ad opus applicaret: vt vel sic consideratis rebus ab homine dilectis, vel odio prosequeris nomen illi imponeret. Si bonum amas rectam habes voluntatem: quod si rectam habes voluntatem, bonus es: & vice versa. Voluit enim Dominus oculis prospicere, ad quod ipse homo animum applicabat, vtrum ad bonum an ad malum: vt vel sic Dominus de illo sententiam proferret. Quod si vt saepius repetimus bona voluntate praeditus fueris, rectum habebis intellectum, vt de Deo recte sentias. Iuxta illud: Intellectus bonus omnibus facultatibus ea. E contra vero deprauata voluntas multoties intellectum errare coget, eundem in prauum suum affectum inclinando. Namque si voluntas rem illicitam, & diuinis mandatis contradicentem amore prosequatur, nihil dubium, quin statim intellectum post se trahat, vt eam approbet. De qua re elegantissime ipse diuinus vates Dauid. Transferunt, inquit, in affectum cordis. Transiit intellectus, & reliquae potentiae ad factionem voluntatis, ad approbandum vel comprobandum voluntatis desiderium. De corde exeunt fornicationes, furta, adulteria, &c. Sed quia voluntas fons est & radix a qua proficiuntur omnia mala & bona, idcirco Angeli exoptant nobis bonam voluntatem, vt omnia in nobis bona sint. ¶ Obserua autem quod per haec tria beneficia, tres effectus verbi incarnati significantur. Gloria, pax, & bona voluntas. Gloria in excelsis, pax in terra, hominibus bona voluntas: ad qua tria natus est Christus pro tanto suo in nos amore & dilectione. Ad gloriam, inquam, in superioribus, vbi comprehenduntur omnes beati. Secundo ad tranquillitatem ordinis inferioris nomine terrae significati: eo quod terra in firma pars est, vbi comprehenduntur omnia inferiora etiam cum damnatis, qui velint nolint ad tranquillum ordinem per poenas deducuntur. Et propterea tranquillum ordo inferiorum qui pax vocatur, licet non ipsis, tamen Deo erit. Ordinatur tertio ad bonam voluntatem in hominibus qua genus humanum sine Christo carebat & caret: quia finis verbi incarnati etiam non interponi coniunctionem, & inter terram & homines, sicut interponitur inter excelsam & terram, cum dicitur, & in terra, nec dicitur, & in hominibus: ad significandum ad eandem vnuerfam partem inferiorem vtriusque pertinere, scilicet tam pacem, quam bonam hominibus voluntatem. Et factum est, vt discesserunt Angeli in caelum. Peracto suo munere, sicut Raphael Angelus dixit Tobiae.

Matth. 5

Rom. 2.

Esai. 10

Ioan. 3.

1. Cor. 4.

Rom. 14.

Luc. 6.

Esai. 44.

Rom. 1.

Ioan. 5.

Act. 12.

Phi. 2.

3. Re. 21.

Gene. 39.

2. Re. 12.

Matth. 6.

Exod. 1.

Ex. 2.

Num. 20

Ind. 7.

1. Tim. 1

Ioan. 14.

Esai. 48.

Matth. 2.

Proph. 6.

Esai. 57.

Apo. 4.

Ioan. 16.

Mich. 5.

Gene. 1.

Psal. 118

Psal. 72.

Matth. 15

1. Co. 15.

**Tob. 12.** Tempus est vt reuertat ad eum qui me misit. *Pa-*  
*flores loquebantur ad inuicem.* Sententia est sapien-  
**Eccl. 20.** Sapiencia absconsa & thesaurus inuisus, quæ  
 vilitas in vtrisque. Nihil emolumenti dicendū est,  
 scientiā illius afferre posse, quæ nulli vilitati de-  
 seruit: & pecunia etiam nihil ferē est, quæ non vti-  
 tur ad hominum vilitatē. Frustra quippe illa po-  
 tentia facta censetur, quæ ad operationem non  
 transit. Natus est Redemptor mundi, sed tanto si-  
 lentio, & sine vlla pompa & strepitu, vt vel ipsos  
 vicinos tale mysterium latuerit. Sed cū nos tanto  
 & tam admirabili beneficio (nisi nobis esset pate-  
 factum) non gratularemur, ideo oportuit, diuinā  
 sapientiam nō esse absconditā, & thesaurum hunc  
 diuinū hominibus communicari. Etenim sicut lu-  
 men sufficiens per seipsum est vt cunctis manife-  
 stetur: ita Saluator mundi suam cōmunicans boni-  
 tatem voluit seipsum pandere. Quia sicut reflexi-  
 onem eius non omnibus oportuit manifesta-  
 ri, sed (vt inquit Petrus) testibus præordinatis à  
**Act. 10** Deo: ita quidē admirabilis eius natiuitas æquum  
 fuit, vt non omnibus manifestaretur, quia nō om-  
 nes digni erant, sed aliqui, quibus occulto Dei iudi-  
 cio voluit natiuitatem suam aperire. Isti fuerunt  
 simplices quidam pastores, quibus vigilantibus in  
 regione illa apparuit Angelus, & natiuitatē Re-  
 demptoris denunciavit. Isti igitur ingenti quadam  
 animi læticia & gaudio, postquam Angeli ascen-  
 derunt in cælum ad inuicem loquebantur. *Trans-*  
*eamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum*  
*quod factum est, quod fecit Dominus.* Vbi diligenter  
 obserua, quod beata virgo ex regia Davidis stirpe  
 nata, à nemine in seculo cognita, abiectione mū-  
 do, in vili stabulo sedet & tacet, & nihil de se lo-  
 quitur, sed quod homines negligūt cælestes ciues  
 honorant, & inquirunt. Vbi animaduertas curam  
 & sollicitudinem Domini, vt suorum seruatorum  
 notam faciat mūdo virtutem: nam quamuis ipsi  
 abscondantur, ipse Dominus notos eos facit in  
 vniuerso mundo. Erat enim beata virgo abscondi-  
 ta in occulto & secreto loco, existi mās gloriosum  
 illum partum nemini mortalium cognitū: quem  
 Angeli iam concinunt, & de quo pastores inter se  
 colloquantur. Si bene viuas, si labores sustines, si  
 oras, si plangis, tace: quia hæc omnia opportuno  
 tempore in vilitatem tuā manifestabit Dominus.  
 Mirabile quidem est, quod dū seruus Dei abscon-  
 dita quærit & infima loca: ipse Dominus tantam  
 illius gerit curam, vt vniuerso mundo laudes suas  
 prædicet. O inconsideratus & stultus hominū er-  
 ror, qui dum honorem solliciti quærit & deside-  
 rant, eundem amittunt: & dum nominis immor-  
 talitatem ambiunt, à memoria hominum penitus  
 delentur. Ea enim, quæ ad conseruationē nostram  
 eligimus, conducunt plurimum ad perditionē: &  
 vbi lucrū inuenire existimamus, ibi maiore iactu-  
 ram facimus. Qui paruuli & abiectione propriis ocu-  
**Prou. 27.** lis sunt honore, inueniuntur digni apud Deum &  
 homines. Quo circa si honoris lucrū sitibundus  
 quæris, illū fugito. Laudet te alienū os, nō tuum.  
 Facito quod debes, & in manus Domini teipsum  
 conuice: ipse namque tui honoris sollicitam curam  
 habebit. Vbi iam, rogo, animaduertas, quanta fue-  
 rit ipsi domino cura vt honore & laude afficeret  
 seruum suū Iacob relegatū, & laboribus onustum  
**Gene. 32** in Mesopotamia. Ita etiam recordatus est Ioseph

vinculis & cathenis constrictum in Aegypto: &  
 David custodiæ ouium destinatum in desertis Jo-  
 cis & montibus in publicum produxit, quem ex-  
 cellenti victoria aduersus Goliath gigantem deco-  
 rauit. Denique, vt vnicō verbo omnia dicta com-  
 plectar, virginem absconditā, & humili loco clau-  
 sam, Dominus notam facit & Angelis cæli & pa-  
 storibus terræ. Et quamuis initio pastores fuerunt  
 deterriti tam subita Angeli apparitione, iam in læ-  
 titiam redacti colloquantur, quo pacto ituri sunt  
 in Bethlehemiticam porticū. ¶ Obserua præterea  
 Angelos non dixisse pastoribus, vt irent in Beth-  
 lehem nihilominus ipsi viam aggrediuntur, & in-  
 fantem inueniunt. Vbi diligenter aduertas, quod  
 ad vitæ perfectionem non satis est Deum cognos-  
 cere per fidem, sed opus est ad illum tendere per  
 sancta opera. Certē isti pastores dictis Angeli fidē  
 adhibuerunt, nihilominus vadunt ad illum. Non  
 satis est credere, nisi simul opereris. Per fidem nā-  
 que & bona opera Deo nos approximamus. Fer-  
 tur enim anima nostra amore quocunque fertur.  
 Transeamus, inquam, in Bethlehem. Appropin-  
 quemus Deo, & appropinquabit ipse nobis. **Rom. 13.**  
 Docemur etiam, vt nullæ rerum cupidines nobis ipsis  
 possint esse impedimento, vt Deo appropinque-  
 mus. Isti namque pastores non fuerunt impediti,  
 à grege suo, vt in Christum tenderent, omnia re-  
 liquerunt, & nulla facta mora ad præsepium ac-  
 cesserunt. Sed multi sunt modo, qui ad Christum  
 animi cupidine ire contendunt, nihilominus per-  
 mittunt impediri ab honoribus, diuitiis & vanita-  
 tibus huius seculi. In quibus omnibus summe con-  
 siderare deberes, cuius rei iacturam facis, & quartū  
 rerum causa hanc iacturā facis. Omitris ad Deum  
 ire? sed propter quid? Propter mundū. Si propter  
 rem aliquam illum omittes, non mirarer tantū:  
 sed omittis Deum, qui summum bonum est, eun-  
 demque postponis stercorebus terræ. Imprudentis  
 est sententiam ferre inauditis partibus. Peccatores  
 sententiam pronunciant in fauorē mundi, & bo-  
 num esse dicunt, mundo inservire: & Dei partem  
 relinquunt, quæ cum non audiat, facile cōdem-  
 nationem patitur. Namque si isti diuini cibi ne-  
 ctar, & ambrosiam degustassent, cognoscerēt quidē  
 maiorem dulcedinem in amaritudine esse,  
 quam in dulcoribus & suauitatibus mundi. Gu-  
 stato spiritu, desipit omnis caro. Sic Paulus à Deo  
 vocatus rerum mundanarum dulcedinem, absti-  
 thij amaritudinem iudicat: & contemnit epi-  
 stolas in Damascum, & dixit: Domine quid me  
 vis facere? Quid igitur est quod tu mundum non  
 deseris, quandoquidem isti pastores gregem reli-  
 querunt: Mathæus thelonium, Petrus retia, vt  
 Christum adirēt? Itaque omnia sunt condemnē-  
 da & relinquenda, & iter aggredi debemus. Nego-  
 tiator ille euangelicus non fuit otiosus, sed læta-  
 tur præ gaudio inuento thesauro, sicut isti pasto-  
 res. Charitas non languida est, non quiescit, non  
 est otiosa, sed Christum quærit summa diligentia.  
 Sed iam verba pastorum explicemus. Videamus,  
 inquit, verbū quod factū est, quod fecit Domi-  
 nus. Verbum in hoc loco non sumitur pro diuino  
 verbo, siue filio Dei, sicut quidam male interpre-  
 tati sunt, sed sumitur pro re aliqua, aut facto, vel  
 opere. Sæpe enim in scriptura sacra verbi nomine  
 opus vel factum aliquod intelligitur. Cuius rei  
 exem-

Gen. 41. 1. Re. 16. 1. Re. 17. 2. Reg. 1. 4. Re. 20. Rom. 13. Act. 9. Mat. 9. Mat. 4. Mat. 13. Mat. 2.

exemplis pleni sunt libri regum, vbi cum agitur de  
 rebus gestis à regibus Israel vel Iudæ, dicitur. Re-  
 liqua quæ fecit, scripta sunt in libro verborum re-  
 gum Iuda vel Israel. In secundo etiam libro re-  
 gum dicitur regem David dixisse A malechitæ ro-  
 gantem de bellicis factis. Indica mihi verbū quod  
 factum est. Manifesto apparet quod non rogabat  
 David, quid in bello diceretur, sed de factis & ge-  
 stis in bello. Quod etiam verum esse apparet per  
 datam responsum ab A malechitæ nūcio: quo  
 significauit mortuum esse Saulem & Ionathan,  
 & perditum populum Israeliticū. Præterea cum  
 rex Ezechias ostendit thesauros domus suæ seruis  
 regis Babylonis, inquit scriptura. Non erat verbū  
 in domo sua quod non ostenderit eis, id est, nulla  
 res impossibile namque reputauit hæc & alia mul-  
 ta scripturæ loca huic similia pro verbo posse in-  
 telligi, sed pro opere. Et secundum hunc sensum  
 quem verissimum arbitror, literæ explicatio est.  
 Eamus in Bethlehem, & videamus hoc opus Dei:  
 magnum hoc opus, factum à Domino videamus.  
 Videamus, inquit, Deum qui inuisibilis est,  
 hominem iam factum visibilem, nostra mortalitate  
 indutum. Ros qui nascitur in alta aeris regio-  
 ne, nunquam in suo descensu videri potest, nisi  
 quando sedet vel in herbis vel in foliis arborum.  
 Sic filius Dei, qui ab æterno genitus est à patre, nū-  
 quam apparuit visibilis quousque in gremio vir-  
 gineo sedet: & ibi descendit sicut ros super herbā  
 virentem viriditate omnium virtutum. Videamus  
 ergo hoc verbum quod factum est, quod fecit Do-  
 minus. Et ostendit nobis. Nobis, inquam, simplici-  
 bus pastoribus. Multi principes & viri literati e-  
 rant in Hierusalem, & nemini illorum apparuit  
 Angelus, sed pastoribus super gregem suum vi-  
 gilantibus. Certē dici non potest, quin Angelus  
 fuerit prudentissimus quando istis & non illis prin-  
 cipibus apparuit. Quia si Angelus huiusmodi di-  
 uinitus hanc Domini natiuitatē prænunderet,  
 qui in cute curāda fere totam vitam consumunt,  
 nunquam in tota vita iter illud aggredierentur:  
 quippe qui tunc à famulis rogarent seruum ne  
 esset tempus, an cælum nubibus coopertum: si  
 responsum acciperent, vel aerem vel cælum plu-  
 uiam denunciarent, utique iterum in vtramuis au-  
 zem obdormirent, & atro & profundo somno (vt  
 facere solent) conuiescerent. Quod si id delicaris  
 mulieribus denunciaret, priusquam sibiium &  
 fucum apponerent, iam sol alta montis cacumina  
 pertingeret. Si igitur istis natiuitatē Domini An-  
 gelus denunciaret, prius sol ad occasum tenderet,  
 quam parerent ire in Bethlehem. Ideo sapienter  
 fecit Angelus apparens pastoribus, qui statim nul-  
 la facta mora festinant in Bethlehem. Nihil erat  
 quod eos remorari posset: nā induti dormiebant,  
 nec in suis lectulis iacebant, non phaleratis  
 equis ligebant, nō curribus, quin potius nec aeri  
 nec nivi, nec frigori parcebant, sed tanquam ho-  
 mines omnibus terrenis orbati, ea hora qua An-  
 gelus apparuit, sine alicuius rei consideratione  
 quæ illos detinere posset, Bethlehem proficiscun-  
 tur: diuites autē relictū sunt in Ierusalem, nec vo-  
 cantur, vt hoc tantum & tam diuinū mysterium  
 videant. Sed obicitur forsitan, dicens: Nōne regi-  
 bus orientalibus diuitibus & potentibus, quæ scisse  
 stella, & duxit illos in Bethlehem? Verum id fa-

teor, sed rogo, aduertas diligenter, quanto labore  
 perueniunt in Bethlehem itinere tredecim dierū  
 defessi: vt vel ex hoc colligere sit nobis facile, quā-  
 to maiori labore & difficultate diuites ad Deum  
 accedunt, quam pauperes. Namque isti pastores  
 ea nocte qua Christus natus est illū adorauerunt,  
 reges verō post tredecim dies ad Christū veniunt.  
 Et venerunt festinantes. Quod erant venturi dixe-  
 runt prius, nam loquebantur ad inuicem dicētes:  
 Transeamus vsque Bethlehem: agentes de modo  
 quo ituri erant. Promissam fidem compleuerunt.  
 In mundo sanē multa sunt verba, & nulla opera.  
 Fallax enim mūdus vniuersis hominibus seipsum  
 amicum & familiarissimū promittit, montesque  
 aureos pollicetur: at in necessitatis articulo, om-  
 nes deserit, nulli datam fidem completi: isti verō  
 pastores adimplent factis, quod verbis promise-  
 rant. Non sicut qui quotidie proponis & prom-  
 mittis ad meliorem vitæ conditionem rediturum,  
 & nihil minus quam id adimplet, proponis alie-  
 num restituere, & confessorio id promittis: tamen  
 protinus id obliuioni tradis. Proponis accedere  
 Christo, & nunquam accedis. Accidit tibi in hoc  
 negotio sicut nautis in portu, qui semper propo-  
 nunt vela ventis dare, & de die in diem nauigatio-  
 nem distrahunt, & habentes tempus, aliud foeli-  
 cius sibi futurum expectant: donec præterito nau-  
 igandi tempore iam nauis in portu putrescit.  
 ¶ Secundo obserua, quod non solum venerunt  
 pastores, sed etiam festinanter venerunt, nō pigri  
 aut negligentes fuerunt in quaerendo Domino.  
 Namque Dominus grandi sollicitudine aduertit,  
 quo seruore, & quanta voluntatis promptitudine  
 opera ministerij sui exequamur. Pater ille qui  
 duos habebat filios, quorum minor natus cū dissi-  
 passer bonam partem suæ substantiæ, cum ad do-  
 mum rediit famelicus, & pannosus maius gaudiū  
 cum hoc suscepit, quam cum illo, quē domi sem-  
 per habuit: nam dominus neutiquā attendit quā-  
 to temporis spatio illi seruimus, sed quanto spiri-  
 tu, & quanto animi seruore. Et ita verum est, ali-  
 quem in vnica hora maiori præmio posse esse di-  
 gnum, quā alius mille annis: nam dominus plura  
 æstimat parum & seruens ministerium, quā mul-  
 tum & remissum. Idcirco filius ille prodigus tanto  
 spiritu & seruore se in Deum cōuertit, & fues re-  
 liquit, quorū custodiæ deditus erat, vt locupletio-  
 ri, & maiore præmio dignus in oculis patris fue-  
 rit inuētus quā alter frater: quo factū est, vt maio-  
 ribus honoribus fuerit affectus, quā is qui parenti  
 tepide ministrabat. Quibus omnibus exemplis do-  
 cemur non segniter aut ignaue in mandatis Dñi  
 nos ipsos debere exercere. Plus duplo consumpsit  
 Salomon in ædificio propriæ domus, quā in ædifi-  
 cando templo, quod in obsequium Dñi construc-  
 bat. In quoinsumatur res diuinas maiori diligen-  
 tia efficiendas esse, quā nostræ propriæ. Equidē nō  
 oportet ei tepidē aut remisse inservire, qui tanto  
 seruore & amore venit à cælo, vt nos quaereret, &  
 frigida nocte nasci voluit. Præceperat Dominus vt  
 paschalis agnus festināter comederetur: quia vult  
 nos in sanctis operibus cum festinatione operari.  
 Nam si grandis summa argenti vel auri tribuenda  
 tibi esset postquā ad finē peruenires alicuius ince-  
 pri itineris: nōne rebus aliis cōtemptis, quæ scisse  
 tibi in via possent offerre veloci cursū iter ageres?  
 Considera.

**1. Ro. 17.** Considera igitur longā tibi restare viam, & tempus vite breue. Quapropter oportet nō tepidē iter agere, sed summa adhibita diligentia & sollicitudine, quandoquidem mercedis retributio tanti ponderis & valoris est, vt nullo argento, nullo auro, nullis pretiosis margaritis conferri aut componi possit. Vtinam in his mādatis Domini tanto cum feruore incederes, vt posses cum Propheta dicere: **Psal. 118.** Viam mandatorum tuorum cucurri. Non tanta ignauia quanta tu, rex sanctus in via Domini incedebat, nec inseruiebat ea cunctatione & mora, qua tu. Accipitres in regione Noruegiæ optimi sunt: quia cum in ea regione parui sint dies, properant dum dies est in captandis auibus. Ita tibi faciendum existimo, cum dies huius vitæ breuissimus sit, plusquā dici potest, sanctis & rectis operibus incumbendo, priusquam nox mortis adueniat in qua nemo poterit operari. Etenim quidam sapiens loquutus, vt exemplū discipulis suis daret, dixit: Vita breuis, ars verō longa, experimentum fallax, iudicium difficile, &c. Et non dixit, vt discipuli sui studium medicinæ relinquerent, sed potius vt in studendo festinarent, cum scientia difficilis, vita verō breuis esset. Itā sanē tu festinanter Deo inferuire debes, quando vita nostra sic adeo breuis est, id verō quod fieri debet multum. Iusta quidem ratione inculcari debet Pharaō, quia cum domus eius tota, & regnum vniuersum ranis esset plenu: horratus à Moysē dicente, constitue mihi quando deprece pro te, & pro seruis tuis, & pro populo tuo, vt abigatur ranæ à te, respōdit: Cras. Iustum quidem esset, vt medelam suæ infirmitati statim peteret, quando tam iniqua plaga erat obfessus. Tamen ea verba ab homine expectabatur, cuius corpus breuissime in profundo mari erat submergendum, & eius anima in profundo inferni. Itaque omnes nos festinare oportet in nostræ salutis opere, quia protinus etiam operari, sero iudicandum est: namque bona nostra ea sunt vt valeant Deo ipsi restituere id obsequium & honorem, quod tātis peccatis illi abstulimus. Sed de his hactenus. Sed quid isti boni pastores festinatē viderunt? Quid inuenerunt videntes regem natum? Nunquid palatiū aliquod marmoreum, aut matrem reginæ diademate fulgentem, aut eam aureo lecto recumbentem? Viderunt ne puerū purpura & bysso inuolutum, aut curiam multis ciuibus abundantem? *Et inuenerunt Mariam & Ioseph & infantem positum in præsepio.* Iam hic vides sanctorum patrum desiderium adimplerū, & quomodo Deus eorū petitionibus acquieuit. Audi Prophetam Esaiam. Desiderauimus eum despectū & nouissimum vitorum. Nonne melius foret, vt diues veniret, vt nos diuitiis impleret? Nonne melius esset vt cum summa potentia veniret, vt nostras iniurias vindicaret? Minime. Isto enim pacto non illum desideramus, sed humanū, pauperem, & abiectum: namque contraria contrariis optima sunt medicamenta. Cecidit Adam superbia, & illum humilem exoptamus, vt nostræ mediatur superbiæ. Ille voluit esse magnus, & idcirco hūc ego pauperem, paruum & abiectū desidero, vt vel sic his contrariis tiriacis curetur hominis superbia & auaritia. Qua de causa rectissime inquit Esaias, desiderauimus eum despectum & nouissimū vitorum: vt quanto ipse abiectius descēderit: tanto al-

tius ego ascendam. Ideo patientissimus Iob: **Iob. 6.** Vtinam appenderentur peccata mea, & calamitas quam patior in statera. Nonne Iob peccata, caro aut fructus sunt, vt appendantur in statera? Peccatum nihil est posituum, sed priuatio vel negatio quædam, quæ est carentia rectitudinis debitæ in esse. Sed quomodo appendentur? Audi, dū in aliqua statera lance aliquod pondus est, in terrā inclinatur, altera verō lanx quæ vacua est in altum eleuatur. Idcirco, vt quæ eleuatum est in imum descēdat, necessum est vt alteri maius pondus apponatur. Omnes cecidimus propter peccati grauitatem & pondus, & descendimus omnes ad inferni tenebras: vt igitur nos ascenderemus, necessum fuit, vt Christus descenderet humiliatus. Itā sanē quando vna statera descendit, tanto alia in sublimē rapitur. Cecideramus nos in profundum, & Christus in alta gloria sedem habebat: & idcirco descendit Christus, vt nos aduolaremus ad cælū. Qua de causa desiderat Iob, vt nostra appendantur peccata, & constituantur in vna statera, in altera verō Christus: lachrymæ, paupertas, nuditas, durum præsepium, frigiditas, & omnes alij labores: quia recte nouerat Iob plus ponderis esse hæc Christi merita, quàm omnia nostra delicta. Quapropter Iob hoc experimentum fieri desiderat, & Esaias non in sublimi loco, sed despectum, humilem, & abiectum, illū desiderabat. Quocirca posse mus dicere. Veni Esaiā ad præsepium Bethlehem, & videbis tua desideria adimplera. Inuenerūt pastores filium Dei positum in præsepio, non in aulis aureis pauimentis compositis, non in preciosis cubiculis, sed positum in præsepio. Certē quilibet homo, qui hæc considerauerit penitus admirabitur, dum videat Dei filium in tantum contemptū deuenisse, vt in stabulo dignatus fuerit habitare, animaliumque socium fieri propter hominū salutem. Tu Domine qui cælum pulchris sideribus ornasti, & herbas campi, & flores gravis coloribus induisti, & aues variis plumis exornasti: gaudes in præsepio esse pannis inuolutus? Quomodo cum gaudio & exultatio Angelorum sis, lachrymis madidus es? Nondū natus es, quando delicta mea plangis? Non solum cum sis Deus, homo fieri voluisti: verū in maiori hyemis rigore natus es, media nocte, & in tanta paupertate. Nihil sanē dubito, quin nox illa qua Christus natus est, frigidior & asperior fuerit, quam alia vnquā. Quod si ratio non valuerit, nec capitis sententia valeat. Quia diuinum verbum cum humanitate simul accepit omnes nostras misérias & poenaltates peccato excepto: & has misérias in maximo contemptu & abiectioe. Itaque non solum pauper, sed pauperimus fuit: nec solū mori, sed morte crucis ignominiosam pati voluit. Itaque sicut volens mori, genus mortis ignominiosissimū elegit: itā volens nasci, noctem rigidissimam elegit. O quantum tibi, o gloriose puer, debet homines. Quomodo anima mea in tuum non rapitur amorem? Quomodo cor meum sicut cera non liquefit, dum propter suum amorem videt Deum in præsepio inter bruta animalia positum? Hæc omnia amoris nostri causa dominus facit, & vtinam intentum consequatur. Et non solum in tanta humilitate & paupertate ex virgine voluit nasci, vt nostram abiectioem & miseriam exaltaret: sed vt exemplo

vita

vita suæ, nostrā componeret. Sic prædixerat Dominus per Zachariam prophetam. Perpendiculū extendetur super Hierusalem. Hæc quidem verba peccatores ipsos vehementer deterret, at qui vitæ Christi sequuntur, magnæ sunt consolationis & gaudij: quando dicit omnes mentandos esse sua vitæ. Si villicus redditurus rationem de expensis maximo timore concutitur: quid erit quando vitæ nostræ ratio arctissima exigatur? Malam rationem reddet ille, qui modo nec secū nec cum Deo vllam amicitiam habet. Solent artifices plumbeū perpendiculū apponere, vt vel sic videant, an ædificium rectitudine careat. Vita Christi nobis perpendiculum est, vt nostras actiones moderemur & regamus. Quædō Dominus ad iudicium venerit, vniuersum ædificium quod sine regula & perpendiculo inuenerit factum, subuertit: præcipiet, Hæc Christi præsepium, paupertas, & humilitas, nostram mentem vitam. Sed o sancte & admirabilis Redemptor, dum incipsum tibi volo conferre, pudore prorsus suffundor, quam foeda & contaminata mea puritas sit, quam superba mea humilitas, quam cupida mea paupertas, quā crudelis mea misericordia, quā frigida & tepida mea charitas, quam ridiculæ meæ lachrymæ, quā sine deuotione mea oratio, & nomen Christicolæ fictum, quā sterilis & sine fructu mea vitæ discursus, si tuæ innocentissimæ & immaculatæ vitæ cū mea velim collationem facere. *Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc.* Verbum erat dictum ab Angelo, quod Christus erat natus in Bethlehē: quodque positus erat in præsepio & pannis inuolutus: quæ vis omnia quamuis antea, fide crederent (nam si non credidissent, non venissent) videntes cognouerunt. Vnde iam isti pastores Angelo dicere poterant, id quod Samaritani dixerunt mulieri. Iam non propter tuam loquelam credimus: sed nos ipsi vidimus quia hic est Saluator mundi. Vidimus enim Saluatorem seculorū, regem Angelorum, solem iustitiæ inter nebulas mundi fulgentem, & inter præsepij angustiam cælū terramque regentem. ¶ Modo autem ad tuam eruditionem perpendas obsecro, quam recte dixerit Paulus. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Isti enim pastores Dominum quæsierunt recta & sincera animi intentione: & quod quærebant inuenerunt Domino permittente & volente. Sic tu sincerè & non fictè Dominum Deum tuum quære & illū inuenies. Vnde Sapiens admonet dicens. Sentite de Domino in bonitate, & simplicitate cordis quærite illum: apparet enim eis, qui fidem habet in illum, & iustitia simplicis dirigit viam eius. Et iterum: Deus non proiciet simplicem. Præterea obserua, quod cum isti pastores Deo obtemperauerint, facientes id quod Angelus præcepit, idcirco Dominus fecit quod illi exoptabant. Bona namque felicitas in omnibus illi contigit, sicut Angelus eis prædixerat. Vis tua omnia tibi foeliciter & fauste contingere? fac quod Dominus præcipit, & pro palato tibi omnia euenient. Etenim scriptura dicit: Voluntatem mentium tuæ faciet Dominus. Quod si diuinæ voluntati repugnas, quid est, vt velis tuam dominus adimpleat? Obtempera Deo, & quæ volueris pete. Multi sunt, qui grandes dignitates & alta munera obire contendunt, cum &

in sceleribus & flagitiis viuant coinquinati: mirantur verō, si hæc quæ desiderant, non consequantur. Alij verō immensas lites connectunt, & aduersarios suos mille modis calumniantur: qui quidem litigandi modus iniquus & sceleratus est. Et idcirco permittit Dominus, vt quamuis à tuis partibus iustitia stet, nunquam tamen pro te sententia feratur, quia cum Dei offensæ & iniuriæ, tua vis conficere negotia. Vt autem via vt omnia tua negotia rectè expediantur ea est vt in eis administrandis facias, quod Dominus præcipit: & ita Dominus iis quas ignoras, vitis negotia tua ad scilicem exitum perducet. *Omnes qui audierant mirati sunt de his, quæ dicta erāt à pastoribus ad ipsos.* Obserua, quod Angeli pastoribus, & pastoribus alijs Christi nauitatem annunciant: vt sic Deus ministerio hominū homines doceat. Multi sanē nolunt literis operam incumbere, nec magistros audire, existimantes in ipsa oratione & cōtemplatione, qua eleuati sunt, dominum inspiratorum illis & docturum scientias, quod certè temere agunt, & Deum ipsum amenter tentant, nolentes ab alijs edoceri. Necessum enim fuit Apostolos miraculose à Domino edoceri, insundens illis Spiritum sanctum, cum non haberent qui eos edoceret. Tamen cum in Ecclesia Dei multi sint literati & sapientes. Deum tentant qui sine necessitate miracula efflagitant. Vult Dominus per causas secundas agere, & quod homines ab hominibus discant, & quod humiliter eis subiciantur, laborantes & libros reuoluentes. Nonne Moyses amicus & familiaris Dño erat, & quotidie cum eo loquebatur quasi amicus ad amicū suum, tamen voluit vt ab Iero sacerdote Madian ediceret, quomodo reclusus erat & gubernaturus populū, & suo consilio vsus, cōstituit Moyses decenos, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, qui populū iudicabāt. Sic etiam Eunuchus ille reginæ Aethiopiæ voluit edoceri per Philippum: nam spiritus dixit Philippo: Accede, & adiunge te ad currū istum: & postea quæ euangelizauit ei, baptizauit illū. Nonne ipse Dñi spiritus, qui præcepit Philippo vt accederet ad currū, poterat illū docere? Planè potuit, sed voluit vt à Philippo doceretur. Eodē modo Paulum, cui Dñs in via Damasci apparuit, poterat instruere in fide: tamen misit illum ad Ananiam discipulum, vt ab eo disceret: quid illū facere oporteret. Corne- **Act. 9.** lio etiam apparuit Angelus Domini, & instruxit, vt mitteret ad Petrū, qui erat in Ioppe: qui cum accederet, prædicauit Cornelio Centurioni, & his qui cum eo erant, docēs eos in fide, & baptizauit. Denique voluit Deus, vt isti pastores edocēti ab angelo, & viso Salvatore, alios docerent: quia vult vt homines ab hominibus discant. Et quamuis sanctissimum & optimū sit orare, vt Deus tuum illum iniet intellectū: hoc tamē bonum est, si te ipsum adiuuaueris & feceris quod in te est: hoc est, operam literis dando & laborando. Vide de his si placuerit diuam Augustinum. ¶ Docet etiam locus iste opera Dei, & magnalia eius extollere, & alijs enarrare. Sic Moyses fertilitatem terræ promissionis populo narrauit, & mirabilia eius. Sic Angelus Raphael dixit Tobij. Opera Dei reuelare & confiteri honorificū est. Et Dauid in Psalmo. Nar- **Psal. 77.** rantes laudes Domini & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit. Obseruandū hic etiam est, quod

illi

**Leg. Aug. li. 1. doct. Chris. cap. 14.**

**Aug. in prologo lib. doct. Deut. 3. Tob. 12. Psal. 77.**



*Esa. 6.* isti sum prope mirabantur, & rapiebantur admiratione, audientes illa quæ dicta erant à pastori- bus. Nec mirum, quia cum Propheta Esaias fuerit variatus de Christi aduentu inter multa alia & præclara quidē dixit. Paruulus datus est nobis, &c. Et statim subiunxit: Vocabitur nomen eius admirabilis. Sicut enim regina Sabba videns sapientiā Salomonis, & domum quam ædificauerat & cibos eius, &c. Itā fuit in admirationē rapta vt spiritus deficeret: sic isti sum prope mirabantur, & nō immerito. Vnde egregius Psaltes inquit. Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Et ita isti non immerito mirabantur. Sed quid mirabantur? Ea, quæ dicta erant à pastoribus. Sed quid dixerunt pastores? Quod viderant in Bethlehem. Sed quid in Bethlehem viderunt? Ipsam patris sapientiam, obmutescentem, fortissimum, inbecillum, magnum, vilem, humilem & abiectum, impassibilem, passibilem, diuitem, pauperem: & tandem infinitum, finitum, conspexerunt. Nunquid iniuste aut immerito mirabantur? Iusta quidem ratione admirati sunt. Non miraretis & tu, si aliquem infantem tibi demonstrarem, & dicerem, Puer iste quem vides, antiquior matre est: & natus est hodie, nec principium habet. Pauper est, & similiter diues: magnus & paruus, omnipotens & nihil potens: impassibilis & passibilis: perit frigore, & omnem calorem secum habet: illum cælū nec terra capit, & breui comprehenditur præsepio. Nōne hæc omnia iusta de causa miraretis? O inaudita & stupēda miracula: quod mater & virgo sit, quis talia dicere ausuit? Veniant mundi Philosophi suis axiomatis dicentes, quod locus & locorum debent habere proportionem: tamen hic locus præsepium est, & quem præsepium capit, tota mundi machina comprehendere nequit. Omnes qui audierunt mirati sunt, & non immerito. Venit Iacob ad patrem suum Isaac qui senex erat & cæcus: pater autem existimans illum esse Esau, dixit: Vox quidem vox Iacob, manus autem manus Esau. Sed qui fieri potest vt Iacob & Esau idem sint? Admirabat Iacob. Videte igitur filiū Dei, tanquam alter Iacob, indutum vestibus peccatoris Esau. Sic Paulus id affirmat. Habitu inuētus vt homo. In habitu hominis peccatoris in similitudinem carnis peccati. Reuera Iacob nō erat Esau, sed similitudinem Esau gerebat, & veras vestes etiam Esau. Sic Christus non erat peccator, sed similitudinem habebat peccati: & humanitatē veram, quia verus homo erat. Ideo si ad eū respicis, audies vocē esse Iacob, manus autē Esau. Audi vocem: Gloria in altissimis Deo. Vox quidē vox Iacob. Vox hæc vox Dei est. Tamen si tangis, videbis eum frigore tremētē & manus Esau esse. Videbis alio modo eum ab Angelis adorari. Et eū introducit primogenitum in orbem terræ dicit. Adorēt eum omnes Angeli eius. Ex altera autem parte videbis eum lachrymas fundentē, & in præsepio inter paleas iacentem. Vna via sidus mittitur per aera volitans, vt reges vocet, vt veniant ad Christum adorandum, & vt cognoscant eum regem & dominum: alia verō via ita necessitatibus nostris virgetur vt immentum frigus patiat, nec domum habet qua ab iniuriis cæli seipsum tueri possit. Modo videbis huius pueri causā Herodem magnopere timere: modo verō ipse à frigore op-

primitur. Ex alia parte homo, ex alia Deus ostenditur esse. Ex vna parte Iacob, ex altera verō Esau apparet. Miramur igitur omnes Deum hominem factum: & duo inter se maxima repugnātia iam inter se coire. Miretur Isaac, miretur cæli & terra, mirentur Angeli, mirentur stellæ & planctæ, mirentur elementa, & omnes creaturæ sensibiles & insensibiles: Omnia volatilia cæli alas suas compriment & contrahant: nec viridem herbam pascant animalia, suosque suspendant actus, stupeant & eleuentur tanta cum videant miracula. Sic rapiebatur in maximam admirationem Propheta ille Abacuch dicens: Consideraui opera tua, & obstupui. O Deus meus, & Deus cordis mei. O sponsus & dilectus animæ meæ: consideraui ego vermis terræ opera tua, & in eorum inquisitione profusus intellectus meus defecit. Vide quod dixit, considerasse opera Domini, & idcirco expauescere: quia admiratio ex rerum contemplatione procedit. Consideremus & nos modo sanctissimi huius natalis mysteria: ne sicut homines gentiles aut ethnici vitam agamus tantis & tam diuinis mysteriis ingrati. Miramur & admiremur tantam Domini bonitatem & clementiam, quemadmodum isti pastores, cum è summo cælo, in nostra tuguria dignatus fuerit descendere, & tantos labores propter nos ipsos sumpsisse. Miramur tam profundam humilitatem & abiectionem. Videamus quis sit iste qui nascitur, & quomodo nascitur, & quorum causa nascitur: Quibus omnibus recte consideratis, & oculis nostris in iustitia solē coniectis, commouebuntur alæ nostri cordis & contemplationis, & sicut avis phoenix, igni diuini sui amoris inflamabimur, & altissimis cogitationibus in diuinam illam benignitatem & bonitatem rapiemur, & comburetur cor nostrum igne amoris exardescens, secundum illud Psalmi. In meditatione mea exardescit ignis: & ita conuertemur in cinerem cognoscentes nos esse cinerem & viles vermes terræ: & ita fruemur tanto & tam diuino fructu huius sanctissimi natalis, qui est gloria & æterna beatitudo, exemplum sumentes à virgine. De qua ait Euangelista. *Maria conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo.* Verba sumuntur hic etiam pro rebus gestis: considerabat enim prudentissima virgo pastorum, Regumque orientalium aduentum, Angelorum apparitionem: & ea quæ in se gesserat præpotens Deus. Sciebat præterea illud, quod multo ante Propheta dixerat, videlicet: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: & se ipsam de radice Iesse, deque eius stirpe profectam esse Maria virgo cognouerat. Ac proinde illud Michæ prædictum optime tenebat. Tu Bethlehem Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur, qui sit dominator, in Israel. Quapropter se in Bethlehem dominatorem Israel parituram esse certo sciebat. Comparat ergo verba factis, vetera nouis, vmbra rei significandæ, figuram veritati: pollicitationes denique rebus exhibitis, in quibus omnibus varia atque diuersa catholica fidei argumenta reperiuntur. Hæc igitur omnia pūissima virgo sapienter quidem ponderabat, & conferebat: vt ea postea sacrosanctæ ecclesiæ enuntiaret: & sic omnes Christi fideles verbum inde fructus, maximamque perciperet utilitatem.

*Abac. 3. iuxta 70 interp.*

*Psal. 38.*

*Matt. 2.*

*Esa. 11.*

*Mich. 5.*

*Ecl. 21.* litatem. Non habuit prudentissima virgo cor facti & stulti, de quo Sapiens ait: Est sicut vas confectum, & nullam sapientiam tenet. Sed erat tanquam arca fœderis, vbi tam secundæ legis Evangelium, quam legis antiquæ tabulæ ponebantur. Nam quæcumque de Christo optimo & maximo dicebantur, vel quæ ipse Saluator noster aperiens os suum discipulos suos, imperitamque multitudinem docebat, ea omnia serenissima virgo indefessa secum, fidelique mente tenuit, & ruminauit. Dicitur igitur beatissimæ virginis exemplo concitati meditari cælestia, resque diuinæ mente, & cogitatione concipere: quod egregie fecerimus, si consideratione assidua diuina mysteria cōtemplati fuerimus. In lege veteri animalia, quæ non ruminabant, veluti ius, & eiusmodi alia, immunda erant, & illa nequaquam ex Domini præcepto filij Israel poterant comedere. Sic tu illa, quæ pro te fecit rerum omnium conditor, ac fabricator Deus ruminare perpetuo debes: nempe quomodo hominis formam induerit, acerbissimamque mortem pro te misero peccatore subiecit. Sed ad contextum. *Et reuersi sunt pastores gloriosantes & laudantes Deum in omnibus quæ viderunt, sicut dictum est ad illos.* Non quidem pastores ingrati exuerunt, tanti, tamque admirabilis beneficii immemores: sed quæcumque ab Angelo audierunt, & in Bethlehem viderunt, ea omnia voce magna prædicauerunt clamantes, & laudantes dominū, ingentesque Deo gratias referentes pro gloriosissimo filij sui natiuitate. Disce precor horum exemplo commotus pro tot, ac tantis in te collatis beneficiis immortales Deo gratias agere. Sic Paulus Ephesius ait. Impleamini Spiritu sancto loquentes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini Iesu Christi Deo patri. Præterea ait quod sicut dictū erat illis, & sicut audierant, ita viderunt, vnde iure æquissimo poterant hi sanctissimi pastores illud psalmi proferre. Sicut audiuius, ita & vidimus in ciuitate Dei nostri in ciuitate domini, virtutū. Et quamquam cæli terræque fabricatorē pau perē, vilique in præsepio reclinatum pastores inuenerunt, non tamen vllum de eius paupertate scandalum ceperunt: quin imo diuinæ opes, quæ sub paupertate illa absconditæ delitebant, fide nimia, quæ in eorum pectoribus ardebat, contemplabantur: qua de causa gloriosantes & laudantes Deum venerunt. Oportebat quidē tales priores illos Ecclesiæ lapides esse, oportebat, inquam, vt fidei catholice radiis illustrarentur, inque sancto Dei seruitio arderent, vt prompti atque grati in eiusdem beneficii euulgandis existerent: & verborū Dei præcones facti beneficia in genus humanū à Deo collata publicarent. Traita mus & nos ista temporalia, & quæ retro sunt obliuiscetes ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu festinantes camus: & videamus quantā humilitatē, & paupertatem pro nobis rex gloria suscepit. Simus grati beneficiis eius verbo, & opere ipsam imitando, cū angelicis spiritibus ipsam laudando quantū possimus: nam ipse maior omni laude est. Canamus cum Dauide: *Benedic anima mea Dominum, & noli obliuisci omnes retributiones eius.* Quamob-

rem si hi diuini pastores sola Christi natiuitate cognita reueri sunt gaudentes, quanto magis nos, qui totam incarnationis seriem tenemus: & Christi sacramentis imbuti sumus eidem gloriam sempiternam dare debemus: quin potius nullo vnquam tempore, de eius laudibus conticescere tenemus. Ideo enim nostram naturā adeo incredibili confectionis vinculo sibi copulauit, vt Deus fieret verus homo. Quorsum autem hoc fecit? vt vniuersum genus humanum ab omni vestigio sceleris expiaret, & ab omni flagitio tutum ac sanctū redderet. Sed hæc satis sint de Christi Saluatoris nostri natiuitate: nunc tamen ne prolixior in dicendo videar quam oportet, ad alia eiusdem redemptoris mysteria explicanda pergamus, de quibus consequenter Euangelista noster Lucas ait. *Postquam consummati sunt dies octo, vt circuncideretur puer.* Maxime quidem nos mouere, imo & compellere debet, vt Deum ex toto corde diligamus, illique soli fideliter seruiamus legis clarigatio, in qua viuamus, nobis ab eodē domino concessa. Nam quāuis donum, vt nos crearet ad imaginem & similitudinem suam, & æterni domicilij capaces efficeret, quamuis inquam hoc donum magnum sit, & excellens, si tamē nobis Deus legē nō dedisset, in qua suam nobis exponeret voluntatem, explanando simul, quid nos facere oporteret, vt beatitudinem, ad quam creati fuimus, tandem consequeremur, nostra proculdubio vita tristis esset, & misera. Si rex diceret alicui, meam si feceris voluntatem, clarissimam te dignitatem titulis exornabo, ita vt te vno præstantior nullus in meo regno comperiat, contra verō meæ si aduerferis voluntati, non impudē feres, imō durissimis constructis vinculis in obscuro carcere pessilenti morte confepultus misere tandem peribis. *Quam iniret viam vir iste? Quod caperet cōsiliū? Curaret quidem, & singulari indultia curaret regis voluntatē in primis cognoscere: deinde vt eā adimpleret omni studio contenderet, hoc enim itinere maximū lucraretur bonū, contrariō verō dedecus sempiternum. Verum si rex quid amaret, vel quid odio haberet huic homini nequaquam vellet aperire, miseram sanē vitam vir hic traduceret & squalidā, donec in cognitionem regis voluntatis deueniret. Sic Nabuchodonosor sapientibus sub pœna capitibus præcepit, vt quod somniarat omnium diuinarum, Verum enim verō si rex huic homini omnia sua sensa declararet, corque suū fideliter aperiret: quanta vir iste lætitia exultaret, quātoque gaudio triumpharet: quan loquidē iā suarum voluptatū ianuā apertā cernebat. Scimus & cenō scimus tā fide, quam etiā ratione ducti, quod vnus solū modo Deus in rerū natura exiit, & hūc bonū, piū, iustumque esse nemo est, qui dubitet. Scimus præterea illos, qui obtemperat voluntati huius sanctissimi Dei maximis premiis in superno illo beatorū domicilio condecorati: & contra illos, qui eundē dñm sceleribus, & flagitiis impudentissimè lædūt, in perpetuā tenebroso carceris miserā summa cū ignominia deturbari. Si nobis Deus legem nō dedisset, qua tam illa quæ erant fugienda, quam illa quæ erant adamāda explicaret, tristis certē, tristis esset hominū vita & ærumnosa. Nam etiam si ad beatitudinē nos esse creatos intelligeremus, quos nobis tamen eundem esset proflus ignoraremus.*

*Dan. 7.*

Singulare

Singulare igitur atque præclarum in nos contulit beneficium summus ille parens atque rerum Dominus quando quidem suam legem promulgauit, ex qua omnes Christiani aperuissimè intelligerent, quid ad beatam vitam comparandam oportebat, quid verò ad obscurissimas inferni tenebras fugiendas requirebatur. Sic egregius Psalter loquens de Deo dixit: Propter legem tuam sustinuit te Domine, si legem mihi non dedisses, nequaquam vitam hanc ferre possem. Sic idem Psalmita. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Non parui momenti fuit diuinum illud beneficium, quo Deus mortales deuinxit cum legem illis dedit, ad cuius normam omnes suas actiones fingere, & accommodare possent. Verum ne lex ista, quam hominibus seruandam dabat, contemneretur: eidem se prius subiicit, qua quidem subiectione legem suam voluit honorare, ut intelligeremus quanti ipse legem æstimaret suam. Nam cum obseruationi legis, quam promulgauerat, minimè cogere, ipse tamen legis auctor eidem sese libentissimè subiicit. Si virum aliquem potentem, diuitis que affluentem vidisses, qui nobili pompa, regali que apparatu seruiebatur, verum si eundem postmodum in regis curia genibus flexis insidentem, manus osculantem, regi denique in omnibus obtemperantem cerneret, in quæ verba prorumperet? Diceret sane esse regem? magna res est. Regi enim potētissimi principes, nobilissimi que clientes seruiunt & obtemperant. Vis scire quantas vires, quantumque magnitudinem lex summi Dei habeat? Paululum tecum ipse considera, quod ipsemet Deus eidem subijci & obtemperare non dignatur. Quandam legem Deus ediderat, quæ se in hunc modum habebat. Infans octo dierum circumcideretur in vobis. Christus verò ut legem extolleret suam dicit Euangelista: quod filius Dei circumcideretur & lege subiiceretur. Sic Paulus. At postquam venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege. Vnigenitum filium suum misit æternus pater legi subiectum, ut legem commendaret & honoraret: nos docens quanti æstimanda sint mandata Dei, quantum ne nos in vastissimum flagitiorum pelagus ingurgitemus facere teneamur. O tempora, o mores, o terribili peccatores. Præcepta enim quibus Deus libentissimè subiicitur, frangere & comminere non dubitatis. Leges carnis vigilantissimè seruatis, spiritus autem frangere non perhorrescitis: prævalent codæmonis leges, Dei verò destruuntur, & abolentur. Plorandum quidem est, inanissimis enim de causis inuolabiles Dei leges perfragimus. Audi quod scriptum sit: Maledictus homo, qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Lycurgus postquam Lacedæmonibus leges publicauit, eas obseruandas esse dixit, quousque reuenter ab illa regione, in quam proficiscebatur, Cretamque illico profectus nunquam rediit. Nam ibi de vita discedens ipsius ossa comburi, & cineres in mare mitti præcepit, opinabatur enim quod si corpus non asportaretur, eius leges perpetuo seruarentur. Si igitur Philosophus hic tam ardentem desiderabat, ut seruarentur leges quas considerat: cur Deus non volet legem suam custodiri? Vnde Dauid ait: Tu mandasti, mandata tua

custodiri nimis. Tantumque legis huius obseruationem commendauit Deus, ut ipsemet eandem voluerit plenissime custodire. Verè hæc nostra tempestas mortales non solum pedibus sanctissimas Dei leges proculcavit, sed quod peius est, easdem custodire ignominiosum putat. Bone Deus, quousque non ferenda hominum in peccando licentia peruenit? Infamè se esse putat homo, si Dei præceptis obtemperauerit. Vis hoc luce clarius inspicere? attende. Ait lex Christi: Diligite inimicos vestros, &c. Tanti verò hanc legem fecit Deus, ut iam iam in crucis paribulo moriturus pater æternum matrem atque propitium suos in hostes redderet. Tamen miseri homines hanc legem seruare indecorum esse opinantur. Mundi honos in hoc situs est & locatus, ut inimicos immaniter quisque persequatur, nullamque iniuriam illatam sibi impunitam relinquat. Si autem aliquis reperitur: qui infernam hanc non imberit opinionem, infamis atque stultus illico, & habetur & appellatur. Itaque quod Deus fieri iussit, ut eius præcepta adimplerentur, iniuriosum reputatur. Tamen isti legis Dei transgressores non existiment perpetuo eorum impudentiam esse ferendam. Vnde Dominus eos per Psalmitam terret, dicens: Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verbis peccata eorum. Igitur magni legem Dei faciamus, quando quidem ipse, ut eam nobis commendatam relinqueret, voluit eidem se prius subiicere. Porro circumcisio à Deo Abraham, & semini eius data fuit propter duo. Primo in remedium peccati originalis: nam per circumcisionis sacramentum peccati originale tollebat. Secundo circumcisio data fuit in signum. Verum, ut de his duabus causis aliqua dicamus necesse est. Quod igitur ad primam attinet: Si circumcisio est ad peccati remissionem, quidnam Christus commune habet eam circumcisio? Etenim quemadmodum non habet peccatum ille, qui ad remittenda peccata venit, eodem modo sua nihil intererat circumcisio. Erat quippe contra terribilium peccati morbum singularis atque vera medicina: voluit Deus cum sanus esset, ignis cauterium veluti vlceratus recipere, ut nostra vulnera sanaret: & veluti ferri nota signari voluit, & sicut mancipium vendi, ut nos iam iam deuorados à facibus diaboli eriperet, & in pristinam libertatem, per peccatum amissam vendicaret. In incarnatione, carnem Christus suscepit humanam: nunc verò circumcidi non recusat, ut hac ratione nostram superbiam, & arrogantiam cohibeat, & refrænet. Vult Dominus peccator videri, cum reuera non sit: & nos cum peccatores simus, iusti haberi volumus. O quam decepti viuimus, & vita nostra quam contraria est vitæ Christi. Nam cum turpissimis scleribus inquinati simus, probi atque casti haberi volumus: cum que omni dedecore, & ignominia dignissimi simus, humanas tamen laudes quaerimus, fucatos que honores ambimus. Superbe peccator, quæ verba proferes coram humili Iesu in tremenda illa die iudicij? Præpondera tecum ipse, quod propter te Christus peccator reputatur, cum omni sceleris vestigio careat. Amor, quo Emor filius Sichè Dinam prosequeretur, effectit, ut se circumcideret: cum tamen ad circumcisionem minimè teneretur. Ita

Mat. 5.

Luc. 23.

Psal. 88.

Psal. 101

Psal. 68.

Eze. 31.

Phi. 2.

Num. 21

Gene. 35.

amor

amor quo Deus mortales dilexit, ipsummet compulit quodam modo, ut circumcisioni sese submitteret, cum tamen ad eam non obligaretur. Incredibile fuit illud amoris signum, quod Deus hominibus demonstrauit, cum naturam suscepit humanam: tamen hodiernum beneficium multo maius est & excellentius: pro nobis enim Christus hodie sacratissimum sanguinem suum profudit & tanquam peccator voluit circumcidi. Placuit illi cum sanus esset infirmi hominis medicina curari, quod sine honoris sui detrimento, atque iactura fieri non poterat. Num magnum amoris signum hoc non fuit. Detinetur in carcere aliquis homo propter nefandissimum delictum, ignorat quando ob perpetratum crimen punietur. Interim tamen filij regis transeunt & cernit, cuius fauore & auxilium miserabili voce imprecatur, dicens. Domine miserere mei. Tunc princeps huc & illuc conuertens oculos, tandem rogat. Quid hoc? Respondent circumcinctes. Domine homo quida est, quem pater tuus ob commissum crimine detinet in carcere. Soluatur inquit regis filius, & de vinculis exeat: nam eius crimen ego meis humeris suscipio, imò potius cruciabor illa eademque poena, que illi à lege erat imponenda. Forsitan non est hic amor inauditus & prope incredibilis? Cum in carcere peccati miseriam inclusus esses, audit Deus gemitus compeditorum, & cum sis reus, ipsemet tuis operatur vinculis, & poenalitibus, neque his satius circumcisionis tormentum subit. Tu peccas, ille plectitur: & cum non sit peccator, flagitiosus ostenditur. Sic ille per prophetam alloquens patrem ait. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aequæ usque ad animam meam: infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Non de aquis materialibus loquitur, quoniam hæc animam, quæ spiritus est, ingredi non possunt: sed metaphoricè per aquas intelligit tristitia, poenas, & angustias. Sic sub nomine aquarum intelligit Ezechiel tribulationes & angustias: cum dixit contra Tyrum, prophetico spiritu correptus. Et adduxero super te abyssum. Subiungit, & non est substantia. Hoc est, non habeo culpam. Essentia enim & substantia peccati culpa est, quæ est illa voluntatis malitia, quando assentimur offensionem præpotenti Deo factæ: accidentale vero peccati poena est. Inquit enim nunc filius æterni patri. Saluum me fac Deus quonia, &c. quia falsæ aquæ hoc est a marissimæ poenæ & angustiarum intrauerunt usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, ac si diceret. Ad tantam perueni abiectionem & paupertatem, ut vbi nascerer non habuerim, nisi viliissimum quoddam animalium stabulum inuenirem. Nec solum de cælo descendit cum Deus esset ut homo fierem: verum etiam ad inferius aliud abiectionis genus in mundum veni, videlicet ut circumciderer, & non est substantia, id est, non est culpa, tamen grauissimam poenam fero. Non est peccatum, & poenâ peccato debita partor: innocens ego sum, & peccatum non habeo, verum singulari atque infamia: & denique cum sim ab omnibus peccati genere liber & immunis, peccator tamen existimor. In similitudine carnis peccati, dixit Paulus. Sicut aeneus serpens, quem fecerat in deserto Moyses, habebat similitudinem serpentis, tamè virtus non habebat: ita Christus habuit similitudinem peccati, & in se suscepit omnem poenam peccato debitam. Considera ergo peccator quo pacto

Christus omne tuorum peccatorum onus suis humeris asportauerit, ita ut cum tua nefandissima scelera in hoc statu collocauerint: quia nunquam Dei filius humi iaceret, ploreret, atque suum sanguinem effunderet, nisi peccaret homo. Acrius hominem iustum peccatorum onus disruiat, & seuerius affligit, quam sceleratissimum peccatorem, qui humeris portat grauissimam peccatorum sarcinam. Nullam elementum in sua sphaera est graue. Si profundum pelagus ingreditur quis ad natandum, non ille sentiet aquarum pondus etiam si infinitam aquarum copiam desuper habeat. Extra fluuium vero si se vitriculo aquæ oneret, aquæ grauitatem sustinere non poterit: quia tunc est aqua extra suam spheram. Si vas ligneum in puteum ad hauientiam aquam miseris, leue nimis erit, ita ut puerulus illud extrahat etiam si in profundo putei sit: verum dum ad summitatem aquæ ascendit, dumque à suo exit elemento robustiores vires ad illud extrahendum sunt necessariae, valde enim grauat. Similiter ille, qui allium manducauit, eius odorem non sentit: verum ille, qui foris est foetorem statim olfaciendo cognoscit. Considera peccator, quod turpissimum peccati allium deuorasti, nec est, qui tuæ famæ detestandum odorem patiat, nisi tu, quoniam illo spurcissimo odore non grauior, nec mirus est, nam obduxisti iam in peccato callum, sicque peccati foetorem, & illius graue pondus non sentis: quia praua hæc consuetudo in naturam conuersa est. Dauid quando illa homicidij, & adulterij scelera perpetravit onus peccatorum, quæ humeris portabat non sentiebat: tamen postquam conuersus poenitentiam egit, statim dixit. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum & sicut onus graue, grauatæ sunt super me. Sic Moyses, qui iustus erat, sentit onus peccatorum populi, cum dixit Deo. Dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro vitæ, & peccata non erant sua, sed populi. Itaque solummodo ille, qui peccator est, scelera non sentit. In Christo erant tua peccata extra suum elementum, eaque in se ipse suscepit, & maximo eorum pondere grauatus est in limo profundi, & grauissimas patitur poenas suumque effudit sanguinem sentiens, quæ tu non sentis. Ideo ipse per Esaiam. Seruire me fecisti in peccatis tuis, & iterum Esaias de illo. Vere languores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit, de malis corporis & animæ locutus est. Cum enim dicit verè languores nostros ipse tulit, de corporalibus intellexit: & cum addidit dolores nostros ipse portauit, de peccatis loquitur. Hostes enim corporis & animæ Christus fugauit. Quid est, quod languores corporis timemus: cum iam non sint languores, sed cæli merita? Quid est quod tot scelera patramus? Cur hostem in patriam reuocamus, quem Christus tanto sudore relegauit? His Iesu lachrymis, his doloribus, his denique cruciatibus: peccatum, languores, & infirmitates nostræ restinctæ sunt. Cur ergo illas renasci patimur? Has autem infirmitates quas relinquit, infirmitates non sunt appellandæ, sed perfectiones virtutum. Virtus enim in infirmitate perficitur. Expende igitur dolores: quos in hac acerbissima circumcisio tolerauit noster redemptor. Eius enim natura Christus erat, ut eius sacratissima caro delicatior esset omnium hominum corporibus, quod mirandum non est:

2. Re. 11.

Psal. 37.

Exod. 32.

Esai. 43.

Esai. 53.

2. Co. 12.

H

nam

nam eius purissimum corpus ab spiritu sancto in virginis utero formatum fuit. Neque obstante prædicta ratione, considera utrum puerulus, qui vix dum octo dies egit, sit tener atque delicatus, & inde poteris colligere, quos dolores in hac circuncisione pro te Christus subierit. Aduerte simul peccator quam magno pretio te Christus emerit, & audi Paulum dicentem. Empti estis pretio magno. Quo pretio? Non corruptibilibus auro, & argento (ait Petrus) empti estis: sed pretioso sanguine agni immaculati. Hoc vellem memoria repeterent illi, qui propter quemcunque honorem, vel temporale bonum proprias animas cacodæmoni vendunt: cum tamen illæ magni essent æstimadæ. Nam sicut ex parte corporis humiles esse debemus, terra enim sumus: ita considerata æstimatione, quæ pro nostris animabus tradita fuit, quodam sancta in nobis arrogantia debet reperiri, quandoquidem tam alto pretio redempta fuit anima nostra videlicet pretioso sanguine Iesu Christi, qui pro nobis traditus fuit. Tamen peccator, nihil vilius esse putat anima sua: illam enim quocunque pretio vendit. Si qui amplissimas domos iure hæreditario sibi à patre relictas possideret, quæ tringinta milia ducatorum pretium excederent, si is hæres eas duobus argenteis venderet num stultus non haberetur? Maxime quidem. Tu vero imprudens es, & stultior: nam cum pretio inæstimabili sanguinis Iesu Christi emptus esses, animam fœdo appetitu vendere non dubitas, absque vlla consideratione pretij, quo emptus fuit. Meditare obscuro magnitudinē infirmitatis peccati, quando quidem immortalē fieri mortalis oportuit, ut sanguinem suum pro nostris vlcibus & plagis sanandis effunderet: ex meditatione stimulus ad non peccandum sumere debemus, cum tam obscena & insanabilis res peccatum sit, ut ad eius medelam sanguis Christi necesse fuerit. Vide etiā quomodo primo suæ natiuitatis die lachrymas & die octauo sanguinem Christus effuderit. Contēplare quam sero filius Dei coepit concionari, & quam cito sanguinolentus subierit angustias, & tribulationes. Nam ut concionaretur triginta annorum spatium prius transactum fuit, ac ut redimeret vix erant octo dies transacti. Expende etiam quomodo sanguinis incipit sanguinem pro ecclesia sponsa sua effundere, & sicut sponsus antequam sponsam domum ducat prius illi archas tribuit: ita Christus antequam patiatur factis statim cum ecclesia desponsabilibus, singularem ei donat margaritam pro eius redemptione sanguinē suum effundendo. Iam hic secundus Adā exiens à terrestri paradiso scilicet à sacratissimo ventre matris suæ incipit bonum, & malum cognoscere: & hic potens meretator & generis humani redemptor iam incipit pignus venturæ solutionis dare, paruum istum sanguinem effundendo, & pignori dando, in signum multitudine sanguinis, quem postea effusus est. Secundo principaliter circuncisio fuit data Abrahæ in signum: & in ipso coepit, & in Christo desit. Quando semen lactuæ vel caulis seruandum est, apponitur illis signum. Sic quia Abraham seruabatur in carne: ut Christus de illo nasceretur, quia etiā seruabatur seminari, illū Deus circuncisionis signo indicxit. Nonne ut Paulus ait Abraham signum accepit circuncisionis? Scripsit illi Deus circuncisionem, ut signaretur amicus eius signo exteriori. Non Deus contentus est, ut interiores solummodo eius amici simus, verum etiā vult, ut in exteriori illi amicitia demonstreretur. Si hoc ita se habet quā parua Christianitatis demonstratio inter nos est. In Christianis populis, & plateis nihil nisi iura mēta, blasphemias, mendacia, latrocinia, ludos & vanitates audies, ita ut dicere possimus illud Osæ prophetæ. Non est veritas, non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum & homicidium, & mendaciū & furtum & adulterium mundauesunt, & sanguis sanguinem tetigit. Si Turca vel alius, qui à vera religione aberrat per hanc ciuitatem deambulet, qua in re nos se ipso meliores esse dignosceret? Plus veritatis inter infideles, quam inter nos reperitur. Si es Christianus, signum Christiani ostende. Ostende mihi fidē tuā ex operibus. Ideo Christus. Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona: & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Nonne tibi contigit aliquando agrum petere, ubique bene cultā vineā, & parietibus obfessam cū vidisses, dicere. Hæc vinea bonum atque sedulū habet possessorem: etenim video eam bene amputatam, & suo debito more cultam. Ita tu futurus es bonus, castus, deuotus, humilis, modestus, ut infideles qui te viderint, dicant. Magnus dominus debet esse Deus Christianorum, quando quidem hos famulos habet. Itaque vult Deus quod famuli eius non solum in interioribus illum ament, verum etiam in exterioribus amorem, quem erga illum habent bonis exemplis demonstrant. Ideoque nō solum vult, ut Abraham & eius descendentes qui erant electi à Deo illum fide cognoscerent, verum etiā ut in exterioribus signati signo circuncisionis essent. Quæ circuncisio erat discretiō inter Iudaicū, & Gentilicū populū. Præterea circuncisio signum erat venturi domini ex semine Abrahæ, qui omnibus populis salutem erat allaturus: verū cum iam venisset, æquū erat, ut circuncisio amplius nō valeret, quando quidem id quod designabat impletum erat. Pactum quod Deus pepigerat cū Abraham deficere non poterat: & ita signum dat illius, quod promiserat. Verum quamuis promissiones omnes in Christo fuerunt cōpletæ circuncisio tamen, non statim cessauit in Christi circuncisione, quia nondū cōpleuerat omnia, quæ illi promiserat Deus: ideo mori, & pati prius oportuit. Sed nunc Christiani iam nihil debent, quia quicquid Abrahæ promiserat Deus, in Christo adimpleuit. Chirographū deleuit, illud affigens Cruci, ubi debita iam soluta sunt. Iam Messias venit, & ideo nō est opus circuncisione: & qui circuncisionē recipit, declarat, quod Messias nondum venit. Vnde Paulus. Circuncidimini nihil Christus vobis prodest. Sunt quidam vici & rura ubi nullus nobilis, vulgo hio dingo, nec habitare, nec vicinus eisdem esse potest: & si habitare in illis vult ascribendus est, & publicam exactionem, & vectigal soluere tenetur, sicut rusticus singulis annis solitus est soluere. Filius itaque Dei nostro in rure habitans etiam si varias, & priuilegiis plenas libertates secum duxit eisdem tamen fungi noluit, sed esse ascriptus & rusticus sicut alij potius elegit. Quapropter tributum soluens, seque rusticum, & tributarium faciens circunciditur, ut fidem adimpleat, quam antea dederat Abraham.

Abrahæ. Sed iam nunc viso quod circuncisio data est in remedium peccati originalis, & in signū pauca dicamus de tempore circuncisionis. Fiebat enim iuxta legis præceptum die octaua, & sic ait hic Evangelium quod die octaua Christus circuncisus est. Præceperat olim Deus, quod agnus paschalis per septem dies cum matre sua esset, & octaua die, quod posset offerri. Sed iam nunc vide agnum sine macula, qui suo sanguine tollit peccata mūdi quomodo sacrificandus offertur, ut sanguinem in hac circuncisione profundat. Expēde etiam, quod die octaua voluit sanguinem effundere, qui dies primus anni est: ut toto anno fixū nostra memoria haberemus sanguinem, quem hodie pro nostra salute effudit Deus. Nam sicut in fronte domus vestra arma & stemmata iubetis ut figantur: ita Deus in principio anni vult, ut Christi sanguinem contemplemur, ne beneficia in nos collata vlla vnquam deleat obliuio. In Aegypto angelus eos omnes interfecit, qui dominus lumina sanguine vincta non habebant. Sed o quam acriter animaduersum erit in illos qui hunc sanguinem veri agni, qui Christus est effusum, præ oculis nō habuerint. Præterea tū citō hoc est octaua die pati voluit Christus, ut doceret nos Christi crucem, & poenitentia in nostra pueritia esse ferendā & portandā, neque senectute esse expectandam, sed à primis vnguiculis incumbendū esse virtuti. Vnde voluit dominus, ut Lemita, qui eius seruitio destinati erant, à pueritia diuino cultui totos sese traderent: puerilis enim ætas tenera est, & facile in illa prohi mores impiuntur, in senili vero non tam facile. Vnde Ecclesiasticus. Curua cervicem filij tui in iuuentute, & tunde latera, & c. Virga quando est tenera facile ad reititudinē duci potest: trabs vero postquā exficata est minima. Magna illorum infania & fatuitas est, qui in futurum tempus virtutem differunt: stultis enim esset is, qui diceret, nolo equum meū itinere & deambulationi assuescere, donec infensescat, meque in foueam præcipiter, & collū frangat. Sic infans est ille, qui corpus suum in iuuentute domare non vult, donec in turpissimam peccati foueam spiritū præcipiter, & quasi collū frangat, dando ei peccati mortalis occasionem. Sero etenim, ut dicunt, morbo medicina paratur, cum mala per longas inualere moras. Sero quidem abluuntur vestes, quæ ex diuturnis foridibus iam computruerunt. Amensesset ille, qui habens vas aureum balsamū sibi oblatum nollet in eo collocare, donec luteum & non quocunque luteū, sed vetustissimum possideret, in quo illud reponeret. Sic fatuus est, qui gratiam Dei in pueritia non vult recipere, sed vult vsque ad senectutis tempus vas esse peccati & immunditiæ. Sero enim restitit hostibus, postquā tota orbē occupauerūt: & sero etiam sal adhibetur carnibus, quæ iam vermibus scaturiant. In his rebus, & similibus sciunt homines tempus opportunum eligere: verum de tempore salutis proprij opportuno nō curant. Nihil enim est eisdem vilius. Vestuntur quidem homines magnificè, incedunt superbè, verbis vtuntur sequepedalibus: denique vestes suam cum artificio mirè & nouè quotidie conficiunt: verum de exornatione animæ non curant. Itaque multo chariores seipsis habent sculares suos & vestes. Ideoque bonum est viro cum portauerit iugum ab

Osæ. 4.

Iaco. 2. Matthe. 5.

Colo. 2.

Galat. 5.

Gen. 17. Abrahæ. Sed iam nunc viso quod circuncisio data est in remedium peccati originalis, & in signū pauca dicamus de tempore circuncisionis. Fiebat enim iuxta legis præceptum die octaua, & sic ait hic Evangelium quod die octaua Christus circuncisus est. Præceperat olim Deus, quod agnus paschalis per septem dies cum matre sua esset, & octaua die, quod posset offerri. Sed iam nunc vide agnum sine macula, qui suo sanguine tollit peccata mūdi quomodo sacrificandus offertur, ut sanguinem in hac circuncisione profundat. Expēde etiam, quod die octaua voluit sanguinem effundere, qui dies primus anni est: ut toto anno fixū nostra memoria haberemus sanguinem, quem hodie pro nostra salute effudit Deus. Nam sicut in fronte domus vestra arma & stemmata iubetis ut figantur: ita Deus in principio anni vult, ut Christi sanguinem contemplemur, ne beneficia in nos collata vlla vnquam deleat obliuio. In Aegypto angelus eos omnes interfecit, qui dominus lumina sanguine vincta non habebant. Sed o quam acriter animaduersum erit in illos qui hunc sanguinem veri agni, qui Christus est effusum, præ oculis nō habuerint. Præterea tū citō hoc est octaua die pati voluit Christus, ut doceret nos Christi crucem, & poenitentia in nostra pueritia esse ferendā & portandā, neque senectute esse expectandam, sed à primis vnguiculis incumbendū esse virtuti. Vnde voluit dominus, ut Lemita, qui eius seruitio destinati erant, à pueritia diuino cultui totos sese traderent: puerilis enim ætas tenera est, & facile in illa prohi mores impiuntur, in senili vero non tam facile. Vnde Ecclesiasticus. Curua cervicem filij tui in iuuentute, & tunde latera, & c. Virga quando est tenera facile ad reititudinē duci potest: trabs vero postquā exficata est minima. Magna illorum infania & fatuitas est, qui in futurum tempus virtutem differunt: stultis enim esset is, qui diceret, nolo equum meū itinere & deambulationi assuescere, donec infensescat, meque in foueam præcipiter, & collū frangat. Sic infans est ille, qui corpus suum in iuuentute domare non vult, donec in turpissimam peccati foueam spiritū præcipiter, & quasi collū frangat, dando ei peccati mortalis occasionem. Sero etenim, ut dicunt, morbo medicina paratur, cum mala per longas inualere moras. Sero quidem abluuntur vestes, quæ ex diuturnis foridibus iam computruerunt. Amensesset ille, qui habens vas aureum balsamū sibi oblatum nollet in eo collocare, donec luteum & non quocunque luteū, sed vetustissimum possideret, in quo illud reponeret. Sic fatuus est, qui gratiam Dei in pueritia non vult recipere, sed vult vsque ad senectutis tempus vas esse peccati & immunditiæ. Sero enim restitit hostibus, postquā tota orbē occupauerūt: & sero etiam sal adhibetur carnibus, quæ iam vermibus scaturiant. In his rebus, & similibus sciunt homines tempus opportunum eligere: verum de tempore salutis proprij opportuno nō curant. Nihil enim est eisdem vilius. Vestuntur quidem homines magnificè, incedunt superbè, verbis vtuntur sequepedalibus: denique vestes suam cum artificio mirè & nouè quotidie conficiunt: verum de exornatione animæ non curant. Itaque multo chariores seipsis habent sculares suos & vestes. Ideoque bonum est viro cum portauerit iugum ab

Gen. 17.

Exod. 12. Ioan. 1.

Exod. 12.

Leui. 26.

Ecl. 30.

Thren. 3.

Psalm. 22.

Ioan. 10. Luc. 15.

Philipp. 2.

H 2 humi.



humiliauit, & abiecit, vt nobis hoc nomen quaereret factus homo, & saluator mundi. O dulcissimum nomen, saluator & redemptor captiuorum. Conueniens fuit dato quod venerat ad nos saluandum, & eius sanguinem effundendum pro nostra redemptione vt nomen ipsimet imponeretur cogruum, & consonans illi operi, quod facere cupiebat. Venit vt nos saluos faciat, & ideo inditur illi saluatoris nomen. Si captiuus Christianis in locis infidelium, & Turcarum, literas rex misisset, quibus anno venturo dixisset se filium suum manu potenti, & copioso exercitu missurum esse, vt eos a captiuitate liberaret, dic precor nonne hi summo gaudio triumpharent? Imò nimis oblongum illum annum esse putarent: & quamcunque nauiculam, promissum exercitum esse putarent. Sed quid esset, si primo cuiusdam diei crepusculo copiae & exercitus ad ripas maris apparet signis regis extensis & explicatis? Bone Deus quanta hi captiuus voluptatem caperent, quandoquidem clarissimum optatae salutis prognostico videbant. Ante ortu Christi omnes captiuus eramus tamque misera captiuitate opprimebamur, vt ea nec nos nec patres nostri portare potuerint: nã mortales omnes etiã si praestantissimis coruscaret virtutibus, post eorum obitu in obscurissimũ carcere mitrebatũ. Omnes enim ad Limbũ descendebant, ibique nec solẽ, nec lunã videre poterant. Tamẽ quod eos consolabatur, erat quẽdã scheda, qua cũ vnigenito suo loquitur æternus pater dicens. Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vincetos de lacu. Hac spe consolabantur, his etiã literis futurã libertatem sperabant Christiani viri, sed nũc iam in portu videtis soluisse exercitũ, & angelos felicissimũ nunciũ pastoribus denunciaſſe dicẽtes regis signa iã extẽsa in portu esse: tamẽ cum signa illa lachrymis madererent, erant occulta, nec in totum poterant apparere: etiã si Paulus clamat, dicens. Apparuit benignitas & humilitas saluatoris nostri dei. Tamen quia rubens color valde extenditur, apparent hodie signa rubea, & sanguine tineta: vt cum homines videant, sui saluatoris signa recognoscat. Iam in terra Christus est, iam suũ effudit sanguinem, lætentur bono hoc nuncio pastores. Sed dato quod venit sciamus vtrũ sufficiens ad nos liberandũ ferat imperiũ. Sumus enim sub potestate principis tenebrarũ, qui nos habet vincetos durissimis cathenis. Ad hoc respondeo, quod vocatur Iesus, i. saluator. Et quamuis in veteri lege fuerunt aliqui, qui sic vocabantur, nullus tamen eorum homines saluos fecit à peccatis, nisi Christus: vt angelus dixit Iosepho. Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populũ suum à peccatis eorũ. Non hoc fecerunt Iesus Nauẽ, nec Iesus Iosedech, nec Iesus Sirach Ideo Esaias. Vocabitur tibi nomen, quod os domini nominauit. Nomẽ nouum: quia noua redemptio, & salus data est per Christũ. Aliis etiã qui hoc nomine vocari sunt dedit illis nomẽ Moyses: sicut Iosue, & alij hoc nomen in sua circuncisione adepti sunt. Christo tamen nomẽ hoc ab æterno patre datũ est, teste Dauid. Sit nomen domini benedictũ in secula: ante solem permanet nomẽ eius. Vnde Esaias. Tu domine pater noster, & redẽptor noster: ab æterno est nomẽ tuũ. Ideo hic nõ dicitur, posuerũt illi nomẽ Iesu, sed vocatũ est illi nomẽ Iesus: quod est saluator. Nã si salua-

tor est peccatorum, non potest esse nisi Dẽus. Si enim homo purus esset, peccator nasceretur: dici- que peccator & Saluator non bene conueniunt, & quamuis redemptus esset in vtero, & etiã à peccato originali praeseruat, non posset saluare: nã non coherent redemptus, & redemptor. Itaque si saluator est Christus & redemptor peccatorum, sequitur quod est Deus. Ideoque vocatus est saluator, tanquam Dei filius. Saluatoris est configere cum hoste, & de illo victoriam reportare: quapropter Christus in Esaiã dictus est velox spoliator, seu praedator. Tertio saluatoris est, vt doctrina & consilio nobis prodesse possit, ob quod etiã Christus admirabilis, & cõsiliarius, dici potest. Quarto saluatoris est nobis fortitudinem dare: vnde Christus fortis Deus nuncupatur. Quinto saluatoris est conscientia nostram tranquillã & pacatã reddere, & nos Deo reconciliare: qua de causa Christus princeps pacis vocatur. Sexto saluatoris est non tantum semel auxiliari, sed omni tempore: nec solũ in hac mortali vita gratiã dare, verum etiam in futura æternam gloriam & felicitatem: & propterea Christus æternus pater, seu pater futuri seculi nominatur. Septimo saluatoris est non vnum tantum modo sed multos & cunctos mortales saluare: ideoque de Christo dicitur, quod potestas eius latẽ propaganda sit. Postremo saluatoris est nõ ad tempus modo, sed semper opulari: quod de Christo etiã fertur, quod pacis illius non sit futurus finis. Hęc omnia, quã Esaias dixit in nomine Iesu continentur, quo nihil suauius atque iucundius vnquam audire possumus. Sed quia hoc nomen latum dulcitate est, & hæc omnia bona peccatoribus sunt nũciata simulã Salomon hoc nomen oleo effuso: quo significauit conscientias hominum exhilaraturum, & corda emoliturum, deuotionem acturũ, totumque hominem confortaturũ: & reuera sic se habet. Sensit hoc D. Paulus: qua de causa in omnibus suis epistolis toties tamque honorifice huius nominis mentionem facit. Hoc idem sanctus Stephanus, & omnes martyres senserunt, & simul experti sunt quas vires hoc nomẽ haberet, ad acerbissimos cruciatus mites, & lenes reddendos. Sic etiã Apostoli alacres, & gaudentes discedebant à conspectu concilij Iudæorum: eo quod digni habitũ sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. ¶ Aduerte præterea quod nomina rebus accommodantur secundum earum proprietatem. Sic Adam posuit nomina rebus iuxta proprietatem eorum. Sic etiã Esau, quia rufus, & hispidus erat ad modum, vocatus est Esau. Sic quoque Baptista Phariseos, qui erant hypocritarũ viperas appellauit: quã pellem variis coloribus depinctã habent, intus vero præsentaneum venenum retinent. Christus Herodem subdolum vulpem appellauit: eo quod Herodes non simplex erat: sed fraudulẽtus. Quidam Madianitarum princeps filiam suã Cozbi vocauit, eo quod loquax & mēdax esset, Christus quoque, Iesus est nuncupatus, eo quod est saluator noster. Si modo Adam resurgeret, & in mundum veniret, vt poneret nomina rebus: quæro, quod nomen imponeret mulieri fucatis coloribus exornatã? & illi quã nũquam domi est, imo ferẽ semper per plateas vagabunda deambulat? adulteram eam proculdubio vocaret. Quod vero nomen imponeret ysurario, & mercatori: qui pecuniam

Esa. 1.

Esa. 8.

Esa. 9.

Cant. 1.

Aa. 7.

Aa. 4.

Genes. 2.

Gene. 26

Matth. 3.

Luc. 13.

Num. 25.

Matth. 1.

Esa. 49.

Ipsal. 8.

Genes. 2.

pecuniam vendunt, & pauperes decipiunt? Latrones eos appellaret. & c. Turpius tamen atque detestabilius omnium nominũ est hoc peccatoris nomen: & ita Esaias cum populi scelera videret, hoc ei turpissimũ nomẽ imposuit, dicẽs. Væ genti peccatrici. Ita viuamus, vt bonũ nomen adipisci mereamur: quod quidem omni ex parte bonis, atque suauissimis moribus conueniat, Christus secundũ suã proprietatẽ Iesus fuit appellatus: de cuius dulcissimo, & benedictio nomine multa dicere poteramus, quã longum esset recensere, sed nos breuitati consulentes ea omittimus. Hoc tantum vltimo loco mihi obseruandum videtur, quod in his paucis verbis proponitur nobis hic lex & euangelium: & tota sacra scriptura quid habet nisi legẽ, & euangelium? Vtranque rem cernis hic, videlicet, legis finẽ, & euangelij initium. Namque ideo Christus circũciditur, & Iesus vocatur, vt cesset omnino circuncisionis lex, nouaque vires euangelij sumat. ¶ Porro circuncisio probat veritatem susceptæ humanitatis, & nomen Iesu indicat veritatẽ diuinitatis: quia nemo vt diximus saluare potest, nisi Deus. Circũcisus est igitur Christus tanquã Abraham filius: & vocatus est Iesus, tanquam Dei filius. Nomen declarat eum saluatorẽ esse, & circuncisio monstrat quomodo nos saluare velit, nimirũ passione, obedientia, poenitentia, & sanguinis effusione. Igitur quia hoc nomẽ Deus posuit dilectissimo filio, & Angelo præcepit, vt Beatissimã virgini, & Iosepho sponso eius nunciaret, ideo sequitur in contextu. Quod vocatur est ab angelo prius quam in vtero conciperetur. Quod verissimũ esse satis constat ex capite præcedenti, & ex Euangelio Matthæi. Nam in superioribus vidimus quomodo Angelus dixerit virgini Mariæ. Vocabis nomen eius Iesum. Postea etiã Iosepho dixit. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorũ. Sic enim Esaias prædixerat in persona saluatoris. Dominus ab vtero vocauit me, & de ventre matris meę recordatus est nominis mei. Aliis imponitur nomen post ortũ, mihi autẽ prius quã nascarimõ ante conceptionẽ. Propter tria nomen Iesus potius vocatũ est ab angelo, quam ab homine. Primo, quia secundũ Origenẽ, primo in ipso et per ipsum saluari sunt angeli: & ideo primo conduxit angelos saluatorem nominare, qui prius ipsius salutẽ senserant effectũ. Secundo quia creatura dignior nominari solet à persona maioris reuerentiã. Inde est quod Adam à Deo nominatus est, & quia dominus paulõ minus minoratus est ab angelis in humanitate nostra constitutus: inde conueniens fuit, vt ab angelo priusquam ab homine nominaretur. Tertio quia decet illum nomen rei imponere, qui eius proprietatem cognoscit. Sic Adam nomina rebus imposuit: & quia homo nominis huius proprietatẽ non cognouerit, & angelus iam expertus fuerat, quia erat saluum facere, quod perierat: ideo ab Angelo nominatus est. Nemo enim potest rem veraciter nominare, nisi proprietatem rei veraciter cognoscat. Considera igitur Christum saluatoris nomen habere, & ad redimendum venire, & incipere natum octo diebus redemptionem facere, sanguinem suum in hac circuncisione effundendo. Ideo accede ad Christum, ne opulentus iste thesaurus, nempe sanguis Christi tua causã perdatur, imò eo vttere, quic-

quam tolerando in recompensationem illorum laborum, quos ipse pro te passus est. Sed hæc sufficient, tam de mysterio circuncisionis, quam de nominis Iesu nuncupatione. Nunc cætera nostræ redemptionis mysteria prosequamur: quæ omnia ordinate (vt in præfatione dixerat beatus Lucas Theophilo) euangelista profertur. Iam ergo post Christi circuncisionem agit de beatissimæ virginis secundum legem purificatione, dicens. Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi. Certum & notum quidem est, quod saltem in passibili carne filius Dei nõ fuisset incarnatus, nec in mundum venisset, si homo non peccauisset. Peccatum enim Adam nobis Christum incarnatum, mortalem, & passibilem dedit. Ideo aduentus Christi non fuit nisi ad nostri vlnneris remedium, & generis humani redemptionem. Quod propter magnum amorem, quem in illud habuit redimere voluit sua morte, & passione. Sed cum ad nos curandum veniret, & contraria contrariis curantur, decebat quod arma peccatis contraria fumeret, quibus vinceret cacodæmonem, qui mortales subactos, atque depressos tenebat. Principium enim nostræ miseris & calamitatis fuit superbia primi parentis, cum præceptum quod seruare debuerat custodire recufauit. Maluit enim suam, quam Dei voluntatem facere. Ideo cum Deus venerat ad nos redimendum illum humilem ad nostram curandum insolentiam venire, & obedientem ad sanandam nostram inobedientiam oportebat, quæ inobedientia totius mali causa & origo fuit. Nihil ardet in inferno nisi propria voluntas, quam ad implere potius homo vult, quam Dei. Sic ipse dominus. A seculo confregisti iugum, rupisti vincula mea, & dixisti. Non seruiam domino, sed post cogitationes meas ibo. A minimo vsque ad maximũ omnes adimplere suas voluntates volũt. Quibus proprio iudicio regitur, & quod sibi videtur faciendum, facit. Peccatum quidem hanc propriam nutrit voluntatem, quæ nihil aliud est, nisi quadam inobedientia, & legis Dei transgressio. Ideo sicut Adam, quæ custodire tenebatur, non seruauit: sic Christus ad hoc malum curandum venit, & obedire legi voluit, cum ad eius obseruationem minime teneretur. Noluit homo præpotenti Deo obedire, & Deus abiectissimis hominibus parerẽ, vt tanta sit humilitas & Christi obedientia, quanta fuit superbia & inobedientia prioris parentis. Ideo Paulus. Misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege. Et alibi. Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis. Primum quidem hoc est quod proponitur nobis de Christo ab Euangelista dicente, quod Christus legi non obligatus obedit, & ei subiicit offerens se ipsum templo. Et hoc factum esse ait secundum legem Moysi: non pro obligatione, sed secundum legem Moysi: cui Christus obedit, vt sua obedientia curet nostram inobedientiam. Præceptum erat in lege Moysi, quod mulier, quæ suscepto semine masculum peperisset immunda esset septem diebus: immunda quidem à consortio hominum, & ingressu templi, & die octaua circuncidebatur infans: & tunc ipsa munda efficiebatur, quo ad consortium hominum, licet non quo ad ingressum templi. Sed post septem dies

Gen. 3.

Ierem. 20.

Galat. 4.

Philip. 2.

Luis. 12.

dies praefatos manebat mulier adhuc triginta tribus diebus in sanguine purgationis suae, se abstinens ab introitu templi: & sic quadragesima die praesentabat puerum in templo offerens simul munera pro se & pro illo. Porro si foemina peperisset duplicabatur dies, tam quo ad confortium hominum, quam quo ad ingressum templi. Annotauit sanctus Bernardus, & ante eum Origines Moysen voluisse hic virginem excipere, eo quod non suscepto semine filium peperit, & pie quidem, quamuis non ita vere: nam frequentissime in sacris literis semen accipitur pro filio, vel prole. Nam in Genesi legitur, quod Abraham dixit Deo. Mihi non deditur semen, id est, prole & Heli sacerdos dixit Helcan. Det dominus tibi semen de muliere hac. Et in Levitico dicitur de filia sacerdotis. Et semen non fuerit ei. Et iterum. Si quis dederit de femine suo idolo Molochi. &c. Quia gentes sacrificabant filios suos illi idolo, transeuntes illos per ignem. Et in Deute. dicitur. Accipitur itaque hic semel pro prole: & est sensus verborum. Mulier cum prole habuerit si masculum peperit, habetur immunda septem diebus, &c. Ideo beata virgo ratione, qua putant Origines, & Bernardus non erat excepta a lege, quia prole habebat: licet alias immunis esset a lege: quia non in sanguine purgatione manebat, quod fas est dicere de partu virginis. Et Christus qui Deus erat, & dominus legis non subiciebatur legi, at vt nos doceret obedientiam quam subditi praepositis debemus, & vt legi subiceremur, sic praesentari voluerunt. Disce praecipua maiorum seruare licet aliquando ex lege ad ea non teneris. Nam bonus obediens sicut Christus & eius beatissima mater non tantum ea, ad quae tenetur facit: sed adhuc plura alia propter bonum exemplum, & ad scandalum tyronum deuotandum. Disce ex his praedictis tuam prelaro subicere voluntatem, quandoquidem Christus, & eius mater subditi tua causa ceremonis legis non dubitauerunt. Praeterea purificauit se beata virgo Maria, quae nihil labis & peccati habuit, nos erudiens, vt ab omni inquinamento carnis, & spiritus mundemur, & sanctificationem nostram in timore Dei perficiamus. Haec enim ad nostram doctrinam fecerunt, & ad nostram doctrinam scripta sunt, non ad suam necessitatem, sed ad nostram vtilitatem. In multis enim, vt Iacobus ait offendimus omnes. Rursus, vt volumus templum gloriae Dei ingredi, debemus stolas nostras dealbare in sanguine agni: nihil enim coinquinatum intrabit in illud. Expurgemus verus fermentum, & simus azimi. Haec enim est voluntas Dei sanctificationis nostra. Purificatio igitur nos intrus & foris: mundemus prius id, quod interius est, vt fiat id, quod exterius est mundum, &c. Obseruandum hic est quod bene fiebat sanctus Euangelista, quod beatissima virgo non indigebat purificatione: sed vsus est vocabulo purgationis, quia secundum populi existimationem purgabatur, licet non secundum rei veritatem. Saepe enim scriptura dicit aliqua esse non secundum veritatem, sed secundum existimationem. Sic dicitur Ioseph pater Christi, non quod esset pater eius, sed quia sic putabatur. Similiter etiam dicitur in Euangelio quod stella de caelo cadent, cum stella, quae fixa est in caelo, sicut nodus in tabula, cadere non possit: sed quia sic populus exi-

stimabit, & videbitur ei stellas cadere videntes cometas currentes. Est enim consuetudo scripturae gesta ita referre, quomodo tunc quando fiebat, fieri putabantur: quod multis aliis exemplis probare possumus. Verum quia de his inferius in literali expositione parabola filij Prodigij Deo dante dicitur sumus: nunc ad contextum accedamus. Prosequitur namque historiam hanc Beatus Lucas dicens. Tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum domino: sicut scriptum est in lege domini. Nunc Christus in templo iam diuulgatur. Sicut sol qui illuminans suos cursus ascendit: ita Christus per nouem menses in ventre virginis fuit absconditus: tamen nascitur, & pastores illuminat, octauaque die terram suo sanguine incipit subefacere. Sed nunc ascendere in altum sol incipit, & publice in templo omnibus ostenditur. Obserua quomodo beata virgo munus, quod a domino acceperat, offert domino. Sic & nos, quae de manu eius accepimus, per gratiam actionem ei reddere & offerre debemus. Omnia enim gratiarum flumina est vastissimo illo infinitae misericordiae mari exeunt, & affluenter ea Deus distribuit, & in nos largiter effundit. Ita ergo sicut flumina redeunt ad mare, vnde exierunt, omnia bona nostra Deo offerre debemus: quia ab ipso dimanarunt. Quis enim plantat vineam, & de fructu eius non comedit? Quem amaturus es, nisi illum, qui potentiam tibi ad amandum dedit? Sed Deus cur fructu amoris non fruetur, quando quidem in anima tua voluntatem plantauit, qua eum amares. Si bona opera facis, & habes virtutes, gratias & ingenia, audi quid dicat Iacobus. Omne datum optimum & omne donum perfectum de sursum est, descendens a patre luminum, & si bonas aliquas cogitationes habes, etiam Dei sunt: sicut ait Apostolus. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Redde ergo, quae sunt Dei Deo: sicut hic virginem fecisse constat. Ne sis tyrannus, nec bona Dei vsurpes: sed illa redde Deo, qui illa tibi gratis dedit. Multi animam in vano suscipiunt, cum illam Deo non reddunt a quo susceperunt. Vnde Dauid. Quis ascendit in montem domini aut quis stabit in loco sancto eius? Respondet ipse. Qui non accepit in vano animam suam. In vano res recipitur, quando ea non viuitur eo modo, ad quem facta est. Construxisti vestem, nec ea indueris, eam frustra construxisti: quia vestis ad induendum facta est. Emisti equum nec vnquam illum ascendis, frustra emisti: quia eo non vtis ad id, ad quod factus & inuentus fuit. Intellectum tibi dominus dedit, vt illum cognosceres, & voluntatem, qua amares, & memoriam, qua illum recorderis. Tu vero quia tuum implicas intellectum in rebus seculi dignoscendis, in lucrandis opibus, in honoribus ambiendis, rebus humanis querendis, voluntatemque in amanda carne, & bonis secularibus occupas, & memoriam in iniuriis repetendis, quae tibi illatae fuerunt, exerces, vt eas impunitas non relinquant. His quidem consideratis sequitur, quod frustra has potentias recepisti: quandoquidem Deus easdem non ad hoc, sed ad illi seruandum creauit. Illi quidem in vano animas recipiunt, qui sicut si animas non haberent, viuunt, tradentes sese auaritia, luxuria, & ambitioni, &c. Considera igitur quod si vis ad

Ecol. 10

1. Cor. 9.

Iacob. 1.

2. Cor. 3.

Matt. 22

Psal. 23.

montem

montem Dei ascendere, ne animam tuam in vano recipias, sed illam reddas Deo, qui tibi antea donauit amando illum ex toto corde, & ex toto animo sermendo: eide cor & voluntate offerendo, quandoquidem tibi eandem elargitus est, sicut sanctissima virgo, quae Deo filium obtulit, a cuius manibus exceperat. Expende interim quod quando duo homines sunt inimici & inter se pacem & amicitiam volunt componere, vt amicitia conseruetur, mutuo ad se conseruent munera mittere. Sic Abraham dedit Abimelech oues & boues, & percusserunt ambo foedus. Sic etiam Iacob confederatus est cum socero Laban: & postea cum fratre Esau, dedit eis munera. Hoc enim ipsum quod ad amicitiam firmandam contingere videmus. Magna quidem erat discordia quae inter Deum & hominem esse solita fuit, ita vt diceret Iob neminem audere ponere manum inter illos, postquam a terrestri paradiso homo fuit eiectus. Tamen vbi primus Deus nostram sumpsit carnem, illico pax inter eum & hominem composita fuit. Pacem enim in nocte natalitia Angeli praedicant, & ad maiorem huius amicitiae confirmationem ab vna ad alteram partem dona communicantur. Offert Deus generi humano donum & munus maximum scilicet filium suum, vt mundus cognoscat & videat se a Deo amari: & humana natura offert verbum incarnatum Deo in templo sancto suo & etiam offert ei sacratissimam verbi humanitatem. Filium suum virgo offerens, totam nostram etiam offert naturam, & hanc oblationem acceptans Deus, & sacrificium, etiam omnia munera oblationis causa acceperat. Nam propter demonstrationem panni, & eius culturam bono ingenio operatam manet Deus contentus. Hic impletum esse credo illud, quod olim Deus promisit populo suo Israelitico in manu Ezechielis & Aggaei prophetarum eius dicens. Bonis donabo maioribus, quam habuistis a principio. Et Aggaeus cum reuersus esset cum Hebraeis suis ex Babylonica captiuitate & videret templum quod Hierosolymis edificabatur: afflatus diuino spiritu dixit. Magna erit gloria domus istius nouissime plusquam primam dicit dominus exercituum. Quid est, in quo maior est haec secundi templi gloria? non cerere in diuitiis, nec in templi maiestate, non in caeremoniis, nec in sacerdotum sanctitate: non denique in diuinorum vatum oraculis. Nam omnia haec multo illustriora fuerunt in primo templo. Quando enim hoc secundum templum instaurabatur, senes qui aderant, & viderant primum templum Salomonis, recordati amplitudinis & praestantiae templi primi videntes pauperatatem secundi lamentabantur, & non poterant lachrymas continere. Quae est igitur haec gloria secundi templi, & quod est hoc praestantius bonum, de quo loquebantur Aggaeus, & Ezechiel? De nullo certe loquebantur alio, nisi de hac gloria huius secundi templi, in quod Christus filius Dei cum nostrae carnis substantia hodie ingressus est. Videbant mentis oculis Ezechiel & Aggaeus per spiritum propheticum tempus fore cum Deus factus homo intra moenia Hierusalem in secundo illo Iudaeorum templo sese videndum in carne passibili mortalibus praesentaret a matre virgine Maria, & a Simone sene iusto in brachiis portandus. Haec fuit gloria Hierusalem, haec fuit illustrior illa dignitas,

Genes. 20

Genes. 32

Iob. 9.

Ezech. 36

Aggae. 2

1. Esd. 3.

& illud praestantius bonum, quod Deus in secundo templo promisit. O vere maior gloria huius secundi templi, quam primi. Subdidit ita im Aggaeus, & veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit dominus exercituum. A parte dicit hoc templum gloriosius esse primo, quia Christus in illud erat ingressurus. Praeterea cum hoc templum secundum sit funditus euersum, apertissime ostenditur venisse Messiam, qui iuxta ad Aggaei oraculum erat ad templum illud vetus. Si Deus promisit per Aggaeum venturum esse Messiam ad templum illud dum extaret, templum vero illud est modo destructum, nec est tale templum, nec lapis super lapidem: vbi est insania expectantium Messiam? Ad quod templum secundum venturus est, si iam corrui, si est omnino restitutum, si neque talis templi inuenitur vestigium? Nec dicere possunt Iudaei se habituros templum aliud ad quod Christus veniat, nam Aggaeus coram propheta de eo ipso templo loquutus est, quod tunc Hierosolymis construebatur, & non de alio, vt eius verba plane testantur, imò aperte dixit nullum aliud futurum esse. Nam coniciens oculos in templum ipsum dixit. Magna est gloria domus istius nouissimae, quam primae. Clare & apertissime asserit propheta templum illud nouissimum esse & vltimum: vltra quod nullum aliud esset eis futurum. Quod hodie impletum aspiciamus: nullum enim habent Iudaei templum, nec regem, nec sacerdotem, nec sacrificium. Ad impletum itaque cernimus in hac Christi praesentatione in templo prophetiam Ezechielis & Aggaei. Sed iam ad contextum. Quia omne masculinum adaperiens vuluam sanctum domino vocabitur, & vt darent hostiam secundam, quod scriptum est in lege domini par turturum, aut duos pullos columbarum. Pro huius literae clariori explicatione aduertit, quod in veteri lege circa pueros natos duo fiebant: vnum generale & commune omnibus: quia filio nato vel filia completis diebus purificationis offeriebant sacrificium. Aliud erat circa primogenitos, qui erant Deo consecrati, eo quod percussit dominus primogenitos Aegyptiorum, & conseruauit primogenita filiorum Israel ab exterminatore. Sed inter primogenitos, qui erant de tribu Levi, & alios hoc erat discrimen. Quia primogeniti tribus Levi offeriebantur, & seruebant iugiter domino: sed primogeniti aliarum tribuum offeriebantur & quinque siculis redimebantur. Christus, qui ex tribu Iuda erat offerentus est, & redemptus quinque siculis. Sic intellige literam Omne masculinum adaperiens vuluam, id est, omne primogenitum: quia primogenitus est, qui in suo ortu aperit vuluam matris. Sanctum domino vocabitur, id est, consecrabitur Deo. Vnde per Moysen dominus ait. Pro quo percussit omne primogenitum Aegypti, tam in hominibus, quam in iumentis, sanctificauit mihi omne, quod primo aperit vuluam in Israel, tam in hominibus, quam in iumentis. Ideo ait Euage. lita. Omne masculinum adaperiens vuluam sanctum domino vocabitur. De secundo autem quod erat generale, & fiebat, pro primogenitis, & etiam pro aliis omnibus dixit, & vt darent hostiam par turturum, aut duos pullos columbarum. Offeriebant pauperes par turturum, aut duos pullos columbarum: nam diuites agnum offeriebant. Postquam dominus dixit, & praesceperat, vt offerretur agnus anniculus

Exod. 12

Leuit. 12

culus in holocaustū ait sic. Quod si non inuenerit manus eius, nec poterit offerre agnū, sumet duos zurrures, aut duos pullos columbarum, vnum in holocaustum & alium pro peccato: orabitque pro ea sacerdos, & sic mundabitur. Verum hic aliqua obseruanda sunt. Primum horum est, quod hic peccatum non accipitur pro culpa, aut pro Dei offensa: sed pro immunditia. Solet enim in scriptura accipi peccatū pro poena: vt est illud, quod Nathan dixit Dauidi: dominus transulit peccatum tuum a te. Id est, poenam peccato debitā. Et illud quod Paulus ait de Christo Iesu. Qui peccatum non nouerat, peccatum fecit, id est, poenam sustinuit, & Ieremias in threnis. Maior est iniquitas, id est, poena iniquitatis populi mei, peccato, id est, punitione Sodomorū. Voluit dicere, quod maior erat poena Israelitarum, quam Sodomorū: quoniā illi in momento submersi sunt cum vrbe sua: ciuitas vero Sancta multis diebus prius ferreis machinamentis, bellicisque tormentis fuit oppugnata, & tandem euerfa. Et iterum idem Ieremias. Patres nostri peccauerunt: & nos iniquitates, id est, punitiones eorum portauimus. Et in Genesi dicit Deus nondum completas esse iniquitates Amortheorum, id est, tempus ad puniendum. Cain quoque dixit. Maior est iniquitas mea, id est, punitio, quam vt feram, id est, eam possim ferre viuis. Sumitur etiam saepe peccatum pro immunditia legali scilicet sanguinis, aut feminis, aut contactus mortui, vt sumitur hic cum foemina pariens masculum offerri iubetur par turturum pro peccato, id est, pro immunditia: nam nullum peccatum: si culpā pro peccato accipis praecessit in foemina. Non enim congressus cum propria vxore prolis gratia peccatum erat aut parturicio, sed sola puerperij immunditia peccatū expiandū dicitur. Sic etiā de leproso, qui sine culpa sua lepra laborabat iubetur in leuitico offerre passerem pro peccato, id est, pro immunditia. Secundo obserua quod in eo quod ait, adaperiens vuluam, satis ostendit Christum legi non obligari: quia ipse vuluam matris non aperuit: nā clauso virginali vtero exiuit absque matris corruptione. Tertio expende quod Christus hic tāquam peccator redimi voluit, vt nos à morte & inferno liberaret, & vt sic redemptus nobis totaliter offerretur, & totus noster esset ad vendendum, flagellandum, & crucifigendum. In natiuitate enim habuit se Christus Iesus, vt pauper homo: in circuncisione, vt pauper homo, & peccator: sed hic habuit se vt pauper homo, peccator, & seruus. Pauperem se ostendit, in eo quod oblationem pauperum obtulit: peccator, qui cum matre voluit expiari: seruus, quia sicut talis redimi voluit. Vt ergo nos redimeret à seruitute legis antiquae voluit se legi subicere, vt Paulus ait: vt eos, qui sub lege erant redimeret. Attende o homo, qui à tam nobili redemptore redemptus es quantum tam illustri redemptori debeas: nam propter te cum sit dominus, seruus efficitur, & pauperum cum sit diues, oblationē offert. Propter nos enim vt inquit Paulus, egenus factus est, vt eius inopia diuites effemus. Sed nunquid Magi, qui ab oriente venerunt: non obtulerunt beatæ Mariæ munera? Quomodo tam cito tantam auri copiam expendit? Eam ferē totam pauperibus, & egenis erogauit. Ex hoc contextu discamus primo humiles esse exemplo Chri-

sti Saluatoris nostris: qui vt iam diximus humilis, peccator, & seruus apparuit, cum esset diues, & dominus vniuersae terrae. Nos autem cum simus peccatores & omni scelere coinquinati probivolamus & magni coram mundo apparere. O quā nostra superbia in hoc Christi hodierno opere reprehensa est. Hic nos hanc virtutem, & opere & exemplo docuit & homo factus dixit. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Aliud est enim esse humilem intellectu, & aliud esse humilē voluntate. Multi sunt, qui agnoscunt se esse peccatores, & dignos aeterno supplicio, sed nolunt sic ab aliis reputari: imò vehementer exoptant coram imperita multitudo maximū sanctitatis nomen comparare, & quodcunque bonum publicari: malū autem vt sepeliatur desiderant. Isti sunt humiles intellectu, quia se ipsos cognoscunt, & de se non esse bonos, sed malos intelligunt: tamen nolunt tales haberi. Verum humilis voluntate est ille, qui sicut se ipsum fragilem esse cognoscit: ita etiam, gaudet in eadem estimatione ab omnibus reputari, & ab eisdem contemni & parui fieri. Sic Christus verē fuit humilis corde: quia quod gloria & diuinus honores erat, occultabat: & mortalitatem, passibilitatem, & fragilitatē, quam vt verus homo habebat, manifestabat. Sic hic fecit & in transfiguratione quando in monte excelso coram tribus Apostolis suum voluit splendorem, & gloriam demonstrare: verum mortis ignominia, & passionis suae tormentum coram infinita prope modum hominum multitudo, imo tempore paschali voluit subire, vt ab omnibus videretur. Sic etiam in natiuitate paucis, id est, pastoribus ostendit ministerio Angelorum gloria suam: sed paupertatem suam hic in templo publice ostendit coram multis astantibus. Nos vero tanquā superbi ignominiam nostrā paucis, vel nullis ostendimus gloriam autem publicamus, & per plateas de cātarū facimus. Et quia pauci sunt, qui Christum humilem corde sequantur, & imitentur, clamat ipse. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Docemur secundo exemplo beatæ virginis Mariæ adducere filios in templum, instituendo illos bonis moribus: iuxta illud. Filij tibi sunt, erudi eos: & incurua eos, à pueritia eorum. Sed multi potius offerunt filios diabolo, quam Deo: illos sumptuose vestibus, & exquisitissimis epulis educando, & multis vitiis, & malis moribus assuefaciendo: iuxta illud Psalmi. Immolauerunt filios suos & filias suas dæmoniis. Tertio vt primogenita, id est, principium vitæ nostrae offeramus Deo. Mira est peruersitas illorum, qui florem iuuentutis suae volunt offerre diabolo, faeces vero senectutis suae Deo. Ideoque in inferno faeces calicis irae Dei bibent. De quibus in Psalmo. Veruntamen fax eius non est exinaniata, bibent omnes peccatores terrae. Ideo Ieremias ait. Bonum est viro, cum portauerit iugū ab adolescentia sua. Quapropter tu qui iuuenis es, offer Deo bonos tuae adolescentiae annos: neque in senium poenitentiam releges. Tunc enim poenitere si velis senio grauius non poteris: iuxta prouerbium illud. Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. Longa enim peccandi consuetudo te constrictum tenet, & magna quidem cum difficultate te emendare, & corrigere poteris. Quod si mihi fidem non adhibes, audi

Matt. 11

Leg. Gro. lib. 22. mor. 14.

Matt. 17

Eccles. 7.

Psal. 105

Psal. 100

1 Iren. 3

Prou. 22

Ierem.

100. 13. Ieremiam. Sicut Aethiops non potest mutare pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere cum didiceritis malum. Quando peruenit ad ripam nauis non sunt vela extendenda, sed tunc anchora est iacienda. Tamen tu quando ad vltimā aetatis tuae metam perueneris, tunc post vitam consumptam speras posse poenitentiae vela tendere: sed longē te tua fallit opinio: nā modo dum iuuenis es vela poenitentiae sunt extendenda, non verò senectus est expectanda. Quapropter primogenita, quae sunt priores anni vitæ tuæ offer Deo, & priores operum tuorum fructus, qui postea licet velis non poteris. Docemur quarto magnam rationem circa Dei legem nobis esse habendam, & magnam curam circa nostra opera corrigenda & emendanda propter praecipua, quae in diuinis litteris scripta reperimus. Nam Christus Dominus cū esset Deus, & à lege exemptus, quod facit legi consentaneum est. In his paucis verbis tria dicit Euangelista secundum legem Domini. Primo secundū legem Moysi: secundum, sicut scriptum est in lege Domini: & tertio, secundum quod dictum est in lege Domini. In quo Euangelista nobis significare voluit quam meditati debeant esse nostri cogitatus, & nostra verba & opera quam debeant legi Dei conformari: quandoquidē ipse Christus quocumque facit sunt secundum legem. Quod David explicauit dicens in Psalmo: Quomodo dilexi legem tuam Dñe, tota die meditatio mea est. Cum peccatum, vt Augustinus ait, est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei: ideo tribus vicibus dixit, secundū legem Domini. At nūc lex Dei parui penditur: & nostris temporibus plus homines cogitant de causis forensibus, quā de lege Dei: potius legibus mundi reguntur, quā dicit iniurias esse vindicandas, quā lege Dei quae dicit: Diligite inimicos vestros, & benefacite his qui oderunt vos. Plus appetunt magnates in pompis & mundi vanitatibus viuere, quam soluere debita & sumptus, superfluas expensas comprimēdo, & tanquam venenosas refecēdo, & satis est, quod in rebus omnibus lex carnis praeretur legi spiritus, &c. Docemur etiam quinto & vltimo ceremonias ecclesiae sanctae traditas à sanctis patribus studio seruare & venerari: siquidem Christus has legis sanctiones, & ceremonias ita ad vnguem, vt dicūt, seruauit. Nam quod mulier quadragesimo die in templo praesentaretur post partum, & has auiculas offerret, non erat praecipitū morale, nec iudiciale, sed ceremoniale: quod vtique Christus Saluator noster (cuius actionis instructiones nostrae sunt) non contempsit. Ad has antiquas veteris legis ceremonias sacro sancta Ecclesia Romana Spiritu sancto gubernata, alias adiunxit & instituit cessante veteri lege: vt sunt ceremoniae quibus vitur in sacrificio Missae, & in aliis sacramentis, quae maximē conducunt ad venerationem sacramentorū. Scio quod in his ceremoniis non consistit perfectio, tamen sunt vt seps, quae hortum circumuallat, & fructus custodit: ita haec ceremoniae custodiunt deuotionem, animosque hominum commouent ad res diuinas inquirendas: & hac de causa sicut fauores & auxilia spiritalia custodienda, aestimanda, & summa obseruatione colenda sunt. Nauus, quem formosa mulier habet in facie eandem pulchriorem reddit. Parua quidē res est

Nauus, tamen iuncta pulchrae mulieri illam formosorem efficit: ita ceremoniae quāuis de essentia rei non sint, tamen nimis exornant sacramenta & nostrae fidei mysteria. Has sanctae Romanae Ecclesiae ceremonias impius Lutherus tanquam apertissimus hostis ecclesiae, & torius sanctimonie, & bonitatis infestissimus aduersarius damnat, & destruit. Sed ille in tenebricofo inferni carcere perpetuò iacebit: ceremoniae verò ecclesiae quicquid Lutheriani moliantur, in sempiterna seculorum secula manebunt. Et ecce homo erat in Hierusalem cui nomen Simeon. Tam hic Euangelista incipit agere de testibus fide dignissimis, quos Christus habuit in praesentatione praedicta. Sed singula verba Euangelistae annotada, & discutienda sunt. Per demonstrationem ostenditur magnum notabile & attentione dignum. Inquit enim Euangelista: Ecce homo erat. Hominem vocat illum. Mundus eos, qui per summā audaciam, intolerantiamque licentiam detestanda scelera perpetrant hos contrucidando, illos probris & iniuriis lacerando, hos mundus fortes & magnanimos solet appellare, quos quidem sacra scriptura non homines, sed ferocissimos leones, immanissimosque tigres appellat: illum verò hominem, qui timet Deum, iustum atque sanctū nuncupat. Non ille dicitur homo qui habet duos pedes, duas manus, & duos oculos: sed qui iustitiam sequitur, & ratione vitur iuxta hominis definitionē. De iusto & sancto Iob ait scriptura. Fuit vir in terra Hus nomine Iob: nō dicit quod habet pedes, aut duo brachia: sed quod erat simplex, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhærens bono. In Hierusalem dicit, quod erat: quia his vigeat cultus diuinus, studiumque legis ac Prophetarum. In hac ciuitate Sancta erat hic sanctus senex. Vide etiā & tu, qui clericus aut monachus es, vt talis sis, qualis est locus in quo habitas. Monasterium sanctum est, & ibidem multi sanctimoniae dediti habitauerunt: & nunc honeste & religiose viuunt. Locus in quo vitam degis terra sancta est: habes plurimos, qui peccata etiam leuissima confitentur, rem diuinā quotidie faciunt Dei laudibus, & psalmodiis in choro assistunt, orationi & lectioni vacant. Ideo tu quare ignaue & remissē viuis, cum inter sanctos, & in choro corā sanctissimo sacramento, & in loco tam sancto vitam agas? Quare inter bonos, malus existis? Eo tempore, quo alij religiosi viri inter sanctos Angelos sunt Deum laudantes, tu malis cogitationibus illum offendis? Idem, quem habitas locum, te damnat, & arguit. Denique vocabitur Simeon, qui inter sacerdotes famosus erat atque notissimus: senectute iam frigidus, spiritu tamen seruens: inclinato corpore, sed animo erecto: aetate marcidus, sed vitæ innocentia floridus. Sed audi quid vltra de sancto isto Simeone dicat Euangelista. Et homo iste iustus & timoratus. Duo dicit. Primò quod erat iustus: secundò quod erat timoratus. Sed singula expendamus. Iustus calceus dicitur quando pedi & mensuræ eius conformis est: ita vt nec laxus, nec etiam constrictus sit. Curialem hominem & perpolitum videbis tam iustos & conformes calceos ferentem, vt si fortē lapillus, lenticula, vel quaecumque res aliqua intromittuntur in calcæos, maximum sentiat dolorem, & sic statim vir iste calcæum excalciet, lapidemque extrahit. Tamen

H 5

agaso

2 Re. 12.

2. Cor. 5.

Tren. 4.

Ibidem.

Genes. 15

Genes. 4.

Leui. 14.

Galat. 4.

2. Cor. 8.

Matt. 2.

Iob. 1.

*Handwritten notes:*  
 Iren. 3  
 Matt. 10  
 Iren. 3  
 Iren. 3



agaso vel ruficus, qui calceos laxos, vel ocreas oblongas & arena refertas portat, hunc dolorem non sentit, non licet lapilli & arena intromittantur, non tamen rusticum discruciantur: quia calcei laxi sunt, & pedibus mordaciter non adherent. Sic vir iustus & bonus non ferre potest, vel minimū peccatum veniale: nam cū iustus sit, & iustam habeat conscientiam, quævis res etiam minima illū torquet & angit, & sic illico tollit calceos, & ad sacrum confessionis fontem, vt mundetur ab illo peccato recurrit. Tamē in improbo homine cum vsuræ, luxuriæ, infamiæ, & mendacia dominantur, & regnent, nec quidquam hæc illū mordent, & lancinant: imò propriæ conscientie detrimentum & iacturam non sentit. Dormit, requiescit, & delectatur sine scrupulo conscientie, & sine sensu & consideratione peccatorum, quæ patrauit. At sanctus Simeon vir iustus & timoratus, quæcumque Dei offensionem & perhorrescebat, & considerabat: ideo ad hoc remouendū addit quod erat timoratus: sciens quod omnes iustitiæ nostræ sunt tanquam pannus menstruæ. Nullus dum mortali hac aura fruitur debet de propriis meritis, aut de sua sanctitate præsumere: sed potius occultata Dei iudicia formidare. Ad tantam sanctitatem peruenerat Dauid, vt cū bis posset occidere Saulē persecutorem & inimicum, noluerit: quin potius prohibuit Abissai, ne occideret Semei, qui maledicebat Dauid, & lapides mittebat: sed nihilominus de se præsumpsit, & elatus dixit. Ego dixi in abundantia mea, non mouebor. Sed vt experientia sciret Dauid, quod iustitia conseruanda erat Dei timore, formidando semper interitū & ruinam, derelictus est à Deo in suo sensu, & Vriam optimū militem occidere fecit. Quis tale putaret de viro utique sanctissimo? Quis crederet, quod ille qui inimicis pepercerat, amicum necaret? Qui stat (inquit Apostolus) videat ne cadat. Quia iustitia cū Dei timore Dauid non conseruabat, ideo submersus est. Quare non in propriis meritis confide, sed in Dei misericordia, timens semper ruinā. Nescis enim quanto tempore perseueraturus es in bono opere incepto. Ideoque non absque causa Euangelista ait, quod Simeon non tantū iustus, sed & timoratus erat, Qui quidē sanctus Dei timor iustitiam & sanctitatem conseruat, sicut cinis ignem. De ipsa enim sanctitate exiit timor filialis, qui charitatis ignem conseruat. Expende etiā quod quamuis iste iustus Simeon omnibus polleteret virtutibus, tamen peculiariter suā iustitiam cōmendat noster Euangelista, laudans illū, dicēs in Dei timore esse perfectum, secundum quod dicitur quilibet sanctorū, in aliqua virtute amplius splenduisse. Propter quod de vnoquoque illorū canit mater Ecclesia illud Ecclesiastici. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Vnde Paulus. Vnusquisque enim suum aduentum habet à Deo. In his duabus virtutibus peculiariter sanctus Simeon præminebat, & de his cōmendatur, videlicet de iustitia, quæ est virtus cardinalis & specialis, quæ vnicuique datur quod suū est: vel de iustitia, quæ est virtus generalis, & virtualiter de omni virtute

qui omni virtutum genere fuit exornatus, fuitque præcipue charitatius, & iustus: non enim proprium, priuatumque commodum, sed bonū commune, & vniuersalem omnium salutem desiderauit. Laudatur etiam quia timoratus fuit: sanctum enim timorē & filialem habuit timens ne Deum læderet. De hoc Ecclesiasticus ait: Nihil melius, quam timere Deum. Et in Psalm. Timeat Deum omnes sancti eius, quoniam nihil Deest timentibus eum. Itaque iustus fuit erga proximū, & timoratus erga Deum. Per timorem diuertit à malo, & per iustitiam fecit bonum: iuxta illud Psalmi. Diuertere à malo, & fac bonum. Verum vt scias quam verè dixit Euangelista: quod Simeon erat iustus, & timoratus: audi quid de illo dicat. *Expectans consolationem Israel.* Quam per Messiam quem iam expectabat sciebat esse venturam: Verè iustus & pius erat hic senex: quia non propriam salutē, sed populi Israel consolationem expectabat. Non proprium commodum, sed bonum commune quærebat. Quod proprium est iustorū. Sic Paulus. Non quod mihi vile est, sed quod multis. Pauci, imò paucissimi sunt qui zelant bonū commune. Omnes enim quarunt quæ sua sunt: & hinc fit, vt non bene respublicæ gubernentur, & vt nullum fermè vestigium iustitiæ in mundo reperiat: quia nullus est, qui reipublicæ consulat. Bonus vir: & reipublicæ utilis erat Moyses qui dicebat: Dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro vitæ. Et Paulus: Cupio anathema esse pro fratribus meis. Et iterum. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Non contentus est Deus, vt quisque sibi viuat, nam quisvis Christianus reipublicæ officialis est: nec furor & factor sibi viuunt, sed reipublicæ. Sic tu qui Christianæ reipublicæ officialis es, non tibi, sed aliis viuio. Vnde Paulus: Nemo quod suū est, quærat, sed quod proximi. Et alibi. Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in ædificationem. Hoc autem quod Paulus ore prædicabat, opere adimplebat: atque ideo dixit. Cupio dissolui & esse cum Christo: manere autem in carne propter vos. Ideo Petrus vocat homines lapides viuos. Nam sicut in ædificio vnus lapis sustinet alium, & habet aliū supra se, & ipse ab alio etiam sustinetur: sic nos sustinere & adiuuare alios debemus, & eodem modo proximi nos, & quidam alii, alij verò aliis fauere etiam tenemur: vt illud quod consulit Apostolus, facere possimus. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Lex Christi amoris est, quia præcipit vt nos inuicem adiuuemus, & vt proximorū nostrorum salutem procuremus, & eorū commoda pro viribus tueamus. Talis erat senex hic Simeon, qui proximorū salutem prætendebat & desiderabat. Sed misera hac nostra tempestate (quod plorandum est) oppositū fermè quotidie videmus, vnusquisque enim suā quærit utilitatem, nec quisquā est, qui nisi suū commodū prætedat. Vnde Esaiæ. Væ qui coniungitis domum ad domū, & agrum agro copulatis. Quod si rectè aduertimus, reperiemus totum hunc Labyrinthum ex nimio amore, quo nos ipsos prosequimur, dimanare: & hic proprius amor malorū omnium quæ in mūdo fiunt, principium est atque fons. Quod bene Paulus Timotheo scribens demonstrat, quando dicit: In nobis

uissimis diebus instabūt tempora periculosa, erūt homines seiplos amantes, cupidi, elati, blasphemii, parentibus non obediētes, ingrati, scelesti sine affectu, sine pace, criminosi, &c. Considera igitur, quod proprius amor causa est malorū omnium quæ ibi depingit Paulus: & ideo hunc amorem in principio collocavit Apostolus vti bassim & fundamentum, quo omnia vitia & peccata nituntur. Nihil acrius homini nocet, quam propria voluntas, ipsa quidem est supra quam resider tota peccatorum inordinatio, & vbi mundi amor requiescit. Tolle fundamentum proprii amoris, & omnes muri Ierico cadent: qui sunt stultitiæ & vanitates, quarum amore flagras. Iudicium præuertit proprius amor, confundit rationem, obscurat intellectum, inficit voluntatem, & viam salutis intercludit. Hic proprius amor Deū nō cognoscit, proximum ignorat, relegat virtutes, quærit honores, & mundum diligit. Qui sic diligit animam suam, ait Dominus, perdet eam. Radix tandē totius iniquitatis amor proprius est. Esau, Saul, & Antiochus nō obtinuerunt suorum peccatorum veniam, quia magis suam perditionem & ruinam considerabant, quam Dei offensionem, & eorum dolor & pœnitentia ex proprio amore procedebat. In rebus omnibus quære Deum, & bonum proximorum & tui obliuiscere. Amor sui est veluti in corpore cor, quod carnem moderatur, neruus regit, & totum corporis orbiculum gubernat: sic venosus hic amor peccatorem quocunque vult impellit, & ad omnia mala patranda cōmouet, & stimulat. Amor proprius est sicut perfidia: propter quā mortis pœna, & honorū confiscatio: ne perfidi puniuntur. Si proprius in te regnat amor, ea quæ te in interitum præcipitant, oprime intelliges: ea verò quæ saluti animæ tuæ conueniunt, ignorabis. Cæcus es, & ideo vt tibi fides adhibeatur, nō mereris. Si hæc duo pronomina meū & tuum profus abolerentur, non tantæ in mundo orirentur discordiarum tempestates: proprius enim amor omnium discordiarū causa est & origo. Proprium & non commune bonum mortales quæruunt, & hinc fit, vt omnia, vt videmus, ad perditionē tendant. Vtinā nūc plures essent Moyses, multi Pauli, & Simeones, qui tãris vulneribus medicinam adhiberent. Sed de his satis. Expēde etiā quod sanctus hic senex non expectabat consolationem temporalem Israel, vt multi putabant, sed spirituales consolationem animarū quam iam credebat venturam. Ideoque ante mortē desiderabat Saluatorem cernere oculis corporalibus. Fama erat tunc apud populum Iudaicum tempus adesse venturi Messie: & ideo Sacerdotes & Leuitæ miserunt Ioanni interrogantes an esset Christus. Sic etiam tunc multi se fecerunt Messiam, & dixerunt esse Christum. Videbant sceptrum regni Iuda venisset ad Herodem alienigenam, iuxta signum quod eis dederat Iacob. Videbant etiā Danielis hebdomadas, quas decreuerat aduentui Christi propemodum euolutas esse, quibus argumentis suffultus Simeon consolationem populi Israelici expectabat Christi aduentu iam appropinquante: & vltra hæc, reuelationem quoque Spiritus sancti habebat, atque ideo subditur. *Et Spiritus erat in eo.* Non solum per essentiam, potentiam, & præsentiam, quomodo est in omni creatura,

nec solum per charitatem, & gratiam qualemcūque prout est in eo, qui est in charitate, quæ vita est animæ, sed per gratiam eminentē, & charitatem ardentem secundum quod est in viris Heroicis & perfectis. *Et responsum accepit ab Spiritu sancto, non visurum se mortē nisi prius videret Christum Domini.* Verè hic senex præ magnitudine desiderij expectans salutem Dei, deficiebat cor eius & anima eius, & cum Dauide dicebat: Defecit in salutaretuum anima mea, & in verbum tuū superperseraui. Absentia dilecti parit animæ defectiōnem: sed quo amplius laxatur effectus, eo amplius amor crescit: & quo diutius abest qui desideratur eo expectantis desideria maiori quadam vi amoris ignoscunt. Caro deficit in hoc senex, sed cupiditas augetur. Expectabat, sicut vxor Tobie desiderabat filium peregrinantem, & sedebat in supercilio montis, vnde respicere poterat de longinquo venientem filium. Sed hic senex sanctissimus verbo Dei fretus responsum & promissum expectabat: nam deficiens, sese in spe diuini promissi erigebat. Expende etiam quod si sanctus iste senex tolerauit huius vitæ miseriam, quæ acerbæ sunt iustis, vt Christum in carne non in perpetuum, sed per horam videret, quantum niti debemus, vt beatificæ summi Dei visionem in supremo illo beatorum domicilio fruamur? Non sunt condignæ passiones huius seculi (inquit Paulus) ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Vita hominū octoginta transfactis annis (inquit Dauid) non est nisi labor & dolor, & plus mori quam viuere: & hos vitæ labores patienter tulit Simeon, vt vna hora Christum in carne mortali, & passibili videret. Ideo tu considera, quantos debes pati labores, vt in celo immortalem Christum perpetuo videas. Tamen ne existimet mundus probos atque sanctos, quāuis in hac vita variis laboribus afflicti, ne inquam opinetur illos à summo Deo esse contemptos. Inquit hic Euangelista hunc senem propter responsum ab Spiritu sancto acceptum, esse contentum, vbi certè promissum erat se visurum, quod exoptabat. Nunquam bonos Deus destitutos relinquit: quia inter anxios huius vitæ labores eodem maximis donis & beneficiis ditat & cumulatur, & reuelationibus spiritualibus eosdem quam sapissimè solatur, quibus spiritualibus deliciis in hac vita sustentantur & aluntur. Sic iste Simeon responso Dei accepto recreabatur, & hoc verbo sibi promisso triumphans quodammodo alebatur. Sed cū responsum non detur nisi roganti: quando interrogauit hic senex intelligens prophetias, orabat clauso ostio in secreto loco, magis verò in cubiculo cordis, vt non videret corporis mortem, antequam in corpore omnium vitam Christum cerneret. Hoc expectans, atque obnixè petens accepit responsum ab Spiritu sancto, per occultam reuelationem non visurū se mortem in corpore, nisi videret vitam in carne. Quamuis enim opera Trinitatis ad extra sint indiuisa, tamē appropinquatur Spiritu sancto reuelationes huiusmodi. Credidit Simeon scripturis quæ de Messia loquebatur: ac deinde habuit reuelationem Docemur eos esse dignos reuelatione, qui credēs scripturis assequuntur, quæ credūt, & faciūt ea. Secūdo quod illæ reuelationes sunt certæ, quæ nō dissentiūt ab scripturis. Tertio quod Deus iustas & sanctas petitiones libenter

Eccles. 1.  
Esa. 64.  
1. Re. 24.  
26.  
1. Re. 16.  
Psal. 19.  
2. Re. 11  
1. Co. 10  
Eccles. 44.  
1. Cor. 7.

Eccles. 25.  
Psal. 36.  
Psal. 33.  
1. Co. 10  
Phi. 2.  
Exod. 32.  
Rom. 9.  
2. Co. 11  
1. Co. 10  
Rom. 15.  
Philipp. 1  
1. Pet. 2.  
Galat. 6.  
Esa. 5.  
2. Tim. 3.

Ioan. 1.  
Ioan. 12  
1. Re. 15  
2. Mac. 9.

Psal. 118  
Tob. 11.  
Rom. 8.  
Psal. 89.

libenter exaudit: quando ea quæ ab ipso petimus, ad gloriam Dei proximique utilitatem dirigimus. Quia sanctus hic Simeon bonum commune desiderabat, ideo meruit exaudire & auribus suis percipere responsum à Deo. Nos verò propterea non exaudimur, quia nocitura nobis & proximis nostris postulamus. Expende etiam hic Dei bonitatem & clementiam, quod iustos ex hac vita desolatos proficisci non patitur. Sic Moyse antequam migraret ad dominum, terram promissionis ostendit. Sic Aaron vidit antequam moreretur filium suum Eleazarum summum sacerdotem, & vestibus sacerdotij indutum. David quoque in senectute iam iam morti propinquus, vidit filium suum Salomonem regnantem: & hic Simeon Christum in carne vidit: & gaudiis & oblectamentis spiritualibus plenus in pace tandem quieuit. Vide etiam quomodo Deus quemcumque vocat, cum eisdem rebus commouet, quas manibus assidue contrectat: & ideo Iudæos, qui rerum diuinarum cognitionem habebant, & circumcisionem atque legem obseruabant, per Angelum qui mentis & rationis compos est, eos Deus vocauit: qui Iudæi perspicaci, & bono erant intellectu, & Deum præterea nouerant. Itaque Angelus eduxit eos de terra Aegypti, & illis desertum comonstrauit. Pastoribus etiam, qui Iudæi erant, Saluatoris natiuitatem Angelus denunciauit. Magos quoque qui astrologi erant, per stellam vocauit, & stella eduxit eos ex Oriente ad Christum. Aman denique & Sinconem, qui contemplantibus orationibus indefesse vacabant, per reuelationem vocauit, & eos adduxit ad Christum Dominum. Sic quoque tu homines eisdem rebus, circa quas versantur ad virtutem allicere, & attrahere debes. Si hominem infimum veluti fabrum ferrarium consulueris, vt factam sibi iniuriam remittat, alium infimum opificem, non verò potentem magnatem missurus es. Etenim hac ratione quicquid vuleris impetrabis. Nam si equitem vel nobilem miseris parum vel nihil cōsequeris: multum enim valet ad hominum animos conciliandos mori, vitæ officij denique similitudo & pariformitas. Nam postquam simul biberint & comedierint hi duo opifices, si alter illi qui est iniuria affectus dixerit, Amice iniurias tibi illatas benignè remittito: facili, imò facillimo negotio, quicquid vuler, impetrabit. Itaque nobilem nobilis conciliat & furor futorem ad benevolentiam & amicitiam trahit. Si Deus luxuriosum vel ambitiosum hominem inspirationibus recrearet, putaret ambitiosus aliquas esse cacodæmonis machinationes, ideoque eas tanquam inutiles & perniciosas reiiceret. Quapropter summus ille rerum omnium parens filium nunc luxuriosum viri contrucidat, & nunc ambiciosi charissimam uxorem interimit, illumque dignitatis & honoribus, si quos forte possidet omnino spoliatum relinquit, & hoc modo peccatores ad sese adducit & trahit. Nam si inspirationibus essent hi scelerari homines ad virtutem commouendi, cum illi rerum diuinarum gustum & saporē non sentiant frustra tempus absumeretur. Itaque Deus illis eisdem negotiis, quæ tractant mortales illis inquam eisdem commouet ad virtutem. Et ideo inspirationibus & reuelationibus Simeonem a se traxit: quia vir spiritualis & contemplatiuus erat. At verò reprehensione & punitione Saulum

commouit, qui superbiebat obcecando illum, & in terram mittendo, dicens: Saule Saule cur me persequeris, &c. ¶ Trutinare etiam quod concedit Deus Simeoni, quod petit: rem enim bonam, vtilem, & conducibilem petebat, nam vt diximus non solum suam, sed populi gratiam & consolationem expectabat, & petebat. Si verò nos quod petimus, non impetramus, est, quia vanitates & res inutiles nostris animabus & proximis postulamus. Cū Iacob quæsiuit nomen Angeli, non obtinuit, quod petebat: quia inutilis erat petitio, scire videlicet nomen Angeli. Sed cum petit à Domino vt benediceret ei, obtinuit benedictionem, quia rem vtilem petebat, Martha cum postulauit, vt Maria soror, quæ verbum Dei audiebat, adiualet eam in administrando, non fuit ad votum exaudita, quia inutelem rem petebat. At cum pro Lazaro orabat, quia bonum & vtilitatem proximi cupiebat, meruit exaudiri, & fratrem suscitatum videre. Sic filij Zebedæi, quia honorem ambiabant, & primatum perierunt: non assequuti sunt quod petebat. Quando Dei fauorem imprecamur, & sanctum aliquem, vt pro nobis intercedat, assumimus: ideo postulata nobis non conceduntur, quia concedenda non postulamus. Quapropter cum perniciose petamus sancti non intercedunt: etenim non nisi ea quæ sunt iuxta Dei voluntatem petere consuecunt: ideo clamamus, & quod petimus non consequimur, quia nec bonum neque vtile postulamus. Petit vxor à Deo sanietatem marito, & eam non obrinet, quia scit Deus quod si maritus reconualescat futurum esse concubinarium, aleatorem, latronem, vel quid simile, propter quod melius est vt infirmetur. Et sic de aliis. Igitur quia infestus Simeon rem bonam petebat, scilicet in carne videre Christum (qui salus omnium, & populi Israel consolatio erat) exauditus est, & responsum accepit ab Spiritu sancto non visurum se mortem, nisi prius videret Christum. Obseruandum est, quod non dixit illum non esse moriturum, nisi videret Christum Domini: sed quod non esset moriturus visurus donec videret Christum Domini. Aliud est enim videre mortem, & aliud à morte videri. Ille mortem videt, qui illam in vita considerat: & ille etiam videtur à morte qui sine eius consideratione repente inuaditur, & capitur ab eadem. Qui aggressorem videt, illius iram & furorē facile retardat, & eundem, quod maius est, aliquando contrucidat, verum si venientem inimicum non videt, illiusque inopinatum aduentum non præuidet, facili negotio ab inuafore interfectus peribit. Admirandæ virtutis homines dum his miseris compagibus restricti tenentur mortem indefessa consideratione, assidueque meditatione inuaduntur: & ita eam ferme quotidie venientem percipiunt. Mulorum enim morti præsentem intersunt: quod si aliquando ab ea inuaduntur, ipsam vulneratam & occisam relinquunt. Nam licet moriantur, eorum mori viuere est. Tamen flagitiosi homines qui repentinum mortis aduentum nunquam considerant ab hac ferocissima bestia inperari aliquando deuorantur: & quod peius est ipsa de eisdem sæpe sæpius triumphat. Sicut pisces capiuntur hamo, sicini qui capiuntur tempore malo. Indignus consolatione est in morte ille, qui nunquam in vita contemplatus est eam: & mors quando

quando venerit superabitur, si priusquam veniat, attente præuideatur. Nihil te mortis dolore liberabit, quam frequens eius meditatio. Sapientis vita est meditatio mortis. Ideo Sapiens admonet dicens: Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum qui cum venierint vanitatis arguentur præterita. Pulchrum est vitam antequam mors veniat cōsumere, & expectare postea securè tui temporis aliam partem. Si mortem memoria teneres, nunquam fallacibus huius vitæ mendaciis decipereris: imò præparanti Deo seruido, religiosus viueres. Igitur venturæ mortis recordare, & paratus semper viuere veluti si hic vltimus tuae viæ esset dies, quia sic paratus mori appropinquantem videbis, & eius consideratione iam iam venientem superabis. Sed historiam prosequamur. Et venit in spiritu in templum. Hoc est, Spiritus sancti instinctu, quo reuelante intellexit adesse horam, in qua erant adimplenda omnia quæ de Christi visione sibi promissa erant: & per Spiritus sancti vñationem accepit reuelationem, adesse iam Christum Domini sibi promissum. Eadem ergo gratia, qua venturum Messiam prænouerat, præsentem quoque cognouit. Habuit namque hic beatus senex Spiritum sanctum habitatorem, doctorem, & ductorem. O quam foelices sunt illi, qui spiritu fornicationis, & spiritu malignitatis non reguntur, sed domini spiritu gubernantur. Hi enim filij Dei vocantur, iuxta illud Pauli. Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Quod si filij, & hæredes per Deum. Sicut enim vento vela inflata videmus, cum illa ab eodē implentur, & impelluntur: sic manifestatur in homine præsentia Spiritus sancti, cum hominis voluntas ad ea quæ sunt bona peruerget. In templum autem venit, qui Spiritus sancti instinctu, & ex Prophetis Aggæo, & Malachia sciebat illum venturum. Aggæus enim dixit: Hæc dicit Dominus: Adhuc vnum modicum est, & ego mouebo cælum & terram, & mare & aridam: & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cūctis gentibus, & implebo domum istam gloria. Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plusquam primæ: & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum. Idem quoque asseruit Malachias. Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante faciem meam: & statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos queritis, & Angelus testamenti quem vos vultis. Veni tu quoque peccator in templum Domini, cum sancto sene Simeone in spiritu, & inuenies puerum Iesum, vt illo fruaris. Non enim abscondit se Dominus Iesus his, qui querunt illum in corde perfecto: quoniam appropinquat his, qui in simplicitate querunt illum. Non venit Simeon in spiritu superbie sicut ambiciosi, qui ambiunt primos accubitus, & vsurpant dignitates Ecclesiasticas. Non in spiritu auaritiæ sicut Simón Magus, non in spiritu garrulationis, sicut multi qui solū ad ecclesias veniunt causa perageni negotia, & ipsi nec rem diuinam audiunt, nec alios audire suis confabulationibus relinquunt, & suo malo exemplo populi scandalizant. Non in spiritu vanitatis & arrogantiæ, sicut multi qui tapetes, strata, puluina, & alia id genus ad ecclesias ferri præcipiunt, tantaque regnat in eorum corde vanitas, vt dein-

ceps putem paulatim mollia quibus dormiunt ceruicalia recumbendi gratia corū iussu ad Ecclesias esse ferenda. Non audent hi hoc modo esse coram rege. Sed quare sic coram Deo recumbunt? hæc grauitas & autoritas coram hominibus est habenda: ad ingressum verò ecclesiæ relinquenda. Quare erga Deum hæc non obseruatur autoritas? Itaque illud quod coram Deo peracturus non es, tanquam vipereum relinquito, etiam si bonum videatur. David saltans coram arca dixit: Vilior sum, quia in Dei præsentia nulla est autoritas. Familiam regere, & de rebus domesticis curam habere bonum & vtile est: tamen ad Ecclesiæ limina relinquenda sunt hæc omnia. Domus mea (ait Christus) domus orationis est. Emerere & vendere, bonaque temporalia tractare malum non est: tamē hæc in domo orationis exercenda non sunt. In Marci Evangelio legimus, quod non sinebat Christus, vt quisquam vas per templum transferret. Quod si templum illud sacrificiis animalium deputatum, voluit Deus tanta reuerentia coleretur: quanta maior vellet sacro sanctam coli Ecclesiam, quæ non animalium sacrificiis, sed eidem Deo destinata est? Sed de his satis. Sequitur. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo. Scilicet, vt offerrent parvum turritum, aut duos pullos columbarum, & redimerent puerum quinque siclis, vt iam dictum est. Accepit eum in vlnas suas, hoc est, in feram brachia. In hoc quod ait, quod duxerunt Iesum secundum legis consuetudinem, docemur sanctos ecclesiæ mores, & sanctorum patrum traditiones obseruare. Ne fidem adhibeas istis nouarum consuetudinum inuentibus. An credendum est, quod reliquerit Deus dilectissimam suam ecclesiam, quam sanguine suo redemit, tot annis errare, vsque ad annum decimum septimum, post mille & quingentos, in quo coepit Lutherus (vt perfidi Lutherani dicunt) illam illuminare? Sed dimisso impiissimo hæresiarcha, senē iustum & pium videamus Christum suis brachiis portantem, amplectentem, osculantē, & propter nimium gaudium triumphantem. Senex quis tibi tantam concessit facultatem? Rectè quidē ego scio esse illum, qui dicit: Delitiæ meæ sunt cū filiis hominum. Vult se à nobis ita tractari: nam ad homo factus est. Sponsa quidem cognouerit bene sponsi naturam & conditionem, quando dicebat: Quis mihi det fratrem meum? suggestentē vbera matris meæ, vt osculer te, & apprehendat te, &c. Deus noster non est sicut homines huius mundi, nam vt peragas aliquod negotium ad eorum domos accedas millies necesse est, & quod incomportabilius est, tantum abest, vt aliquid cōcludas, quin potius neque ab illis audiaris. O quam bonum habemus Deum, quam amabilem, quam affabilem, & benignum. O quam foelix & ineffabile gaudium pium illud Simeonis pectus sensit, quādo puerum Iesum tot millibus annorum expectatum pro beneplacito suæ voluntatis amplexabatur. O leue onus, quod portabat Simeon, à quo portabatur & regebatur in se senex. Sic etiam & rex debet clientes portare, & conuerso clientes regem. Sic quoque prælatus portet defectus subditorum, & subditi prælati naturam patientur, iuxta illud Apostoli: Alter alteri onera portate. Et Simeon iste cognouit puerum Iesum inter alios plures pueros, Spiritus sancti do-

Num. 17

Num. 20

1. Reg. 1.

Exod. 24

Luc. 1.

Matt. 2.

Act. 9.

Ecl. 11.

Gen. 31.

Lnc. 10.

Ioh. 11.

Matt. 20.

Rom. 8.

Aggæi. 2.

Mal. 3.

Sap. 1.

Act. 8.

Ecl. 9.

2. Reg. 6.

Luc. 19.

Mar. 11.

Pron. 8.

Cant. 8.

Galat. 6.

*Cant. 3* Ad doctrina, sic nos in venturo seculo, quos inhabitabit ille spiritus cognoscemus in promptu, etiā si eos nunquam viderimus. Quare poterat hic senex dicere illud canticorum. Inueni quem diligis anima mea, tenui eum, nec dimittā. Expende autem quam magna sit Dei misericordia, ut nostris velit manibus collocari. Suscepimus enim Deus misericordiā tuam in medio templi tui. Si manus tuas, ut fecit hic Simeon, aperire & extendere velles, ad misericordiā Dei excipiendam, eam procul dubio sicut Simeon reciperes, verum nō vis. Magnū commodum adeptus est Simeon portans Christū in vlnis. Nam si mulier illa Hæmorrhōisā solo tactu siccabitur Christi tantū vilitatis adeptā est, ut statim ad pristinā restituta fuerit sanitate, & à fluxu sanguinis omnino liberata: quāto maius commodum beatū hunc senem comparasse, qui totam Christi personam portauit credendum est? Mens eius ineffabili gaudio repleta est, cor eius in Dei amore exarsit, vnde incredibili exultatione repletus securus de morte, quam omnes vt terribilissimum malū timent, lætus & gaudens exultauit, & canticum cecinit. Hæc quoque bona Deus tibi etiam dabit, si illum in manibus portaueris. Extende manus tuas, & cor tuum amplia, quia Dei misericordia nec exhausta, nec finita est. Vtraque manu & tota virtute nostra Domino famulemur sicut illi qui vna manu pugnant, & alia faciunt opus. Deus vult se tibi dare, tamen vt manus extendas necesse est, sicut fecit Simeon, & cum eo simul multa suscipies bona. Aperi os tuū, ait ipse, & ego adimplebo illud, &c. ¶ Observantiam quam verē locutus sit Paulus cum dixit: Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Faciet Deus voluntatem seruorum suorum. Iam habet beatus hic Simeon in manibus quod optabat, ideo si vis vt Deus, quod desideras, faciat, & si cupis vt omnia tibi prospere succedant, cura in omnibus Dei obedire voluntati, quod si feceris, omnia pro votis tibi succedēt. Voluntatem enim timentium Deum, faciet Deus. Obserua iterum, quam magnificus sit Deus in adimplendo fidem, quam semel dedit, non solum enim quod promittit adimplere, verum etiam alia quā plurima præter promissum dare solitus est, magnificentiā enim in dando, quā in promittendo est. Promisit Deus Simeoni, quod non moreretur priusquā videret Christum, & nunc illum non solum videt Simeon, verum tangit, & in vlnis etiam portat. Plus est tan gere, & in brachiis portare, quam videre. Vis tibi multa ac varia huiusmodi exempla demōstrare in sacra scriptura, attende. Ezechias rex cum se à potenti Assyriorū exercitu obsesum videret, summa tristitia afflictebatur, cui iussu Dei dixit Esaias: Hæc dicit Dominus de rege Assyriorum: Non ingredieris urbem hanc, nec mittes in eam sagittā, nec occupabit eam clypeus. Promittit Deus Ezechie inimicos ciuitatem non occupaturos, nec intra ciuitatem sagittā missuros, tamen considera, quod plus fecit, quam promisit, quia in eadem nocte Angelus interfecit centum octoginta quinque millia illorum. Contentus esset Ezechias solum quod tolleretur obsessio ciuitatis, & aufererent inimici, & factis his fidem suam adimplebat Dominus. Plus tamē fecit: nam illos interfecit etiam

*Numer. 17* voluit. In Numeris etiam legimus, quod illis, qui

digni fuissent sacerdotio promittebantur flores in virga, & non solum dedit flores in virga Aaron, vt promiserat, sed etiam dedit fructus quos non promisit. Ideo Dominus per Esaiam: Venite, inquit, ad aquas omnes sitientes, & qui non habetis argentum propeate, &c. Vocat sitientes, vt veniant ad bibendum aquas, sed dat non solum potum, sed etiam pastum. Ideo dixit: Comedite bonum, & dilatabitur in crassitudine anima vestra. Vocat eos ad potum: verum illos quoque ad pastum inuitat. Mundus autem e contrario se habet, etenim liberalis est in promittendo, arctus in promissionibus adimplendis. Multos quidē inuenies homines, qui tua causa montes aureos se facturos promittunt, reque verbis sesquipedalibus obruant, tamen cum ad opus deuentum sit, nihil omnino perficitur. Promittunt se facturos, ad vltimum tamen nihil faciunt, & huiusmodi homines infiniti prope modum in orbe reperiuntur. Verum religiosi viri ad summi Dei imitationē sunt in verbis arctissimi, verum in operibus amplissimi, promittunt pauca, & multa concedunt. Ita legimus fecisse Abraham, quando Angelos in hominum forma per domum suam transeuntes, inuitauit, quibus dixit: Offeram buccellā panis, vt confortetur cor vestrum. Non promittit nisi buccellam panis, tamen coram eis posuit vitulum tenerimum, optimū butyrum, & lac. Crede ergo Deo & eius amicis non vero verbosis hominibus: qui omnes nihil aliud per illud turpissimū os eiciunt, nisi verba mendosa & falsa. ¶ Expende etiam diligenter, quod non sufficit videre Christum oculis fidei, nisi etiam portaueris eum in manibus. Non contentus fuit Simeon sola visione, sed vltorius progressus est, donec illum suis manibus excepit: atque ideo iustus sicut fidem habet, ita & bona opera. Multi Christum in ore ferunt, diaboli verō in corde portant. Multi etiam Deum per fidem cognoscunt, & omnes fidē adhibent illis rebus, quas sacrosancta mater ecclesia tenet, & amplectitur, tamen manus eorū, dicit Dominus per Esaiam, sanguine plene sunt. In actibus suis crudeles sunt tyranni & auari: & quamuis Christianum nomē habeant, & in re vera Christiani sint per baptismum, tamen si ipsorum opera & vitam consideres, eos infideles & paganos vocabis. Ignea illa columna, quæ erat in nube & ducebat filios Israel, eos ab Aegypto eduxit, & per desertū comitata fuit, tamen in terram promissionis eosdem non introduxit, quam filij Israel armis expugnaverunt contra gentes debellantes, quæ eandē possidebant. Ita fides catholica sicut illa columna nobis Israel te educit à denis illis tenebris & infidelitate Aegypti, reque ex infideli fidelem Christianum facit, & per desertum huius mundi te ducit, tamen ad introeundum cælum quod nobis promissum est, opus est non solum debellare, sed etiam expugnare cælum vi armorum, dæmonē, mundum, carnemque superando: & veluti egregij milites bonis operibus laborantes & pugnantes cooperatui sumus gloriam eo modo, quo sancti eandem cōsequuti fuere. Quid tibi fides proderit, nisi etiā bona opera habeas? Sed qua causa putes Christum cōparauisse fidem grano sinapis? Si respondis, quia paruum est: etiam granū milij & lini, & ortizæ paruum est. Cōparabit fidē grano sinapis, quia

quia ultra quod paruum est granū sinapis, habet etiam calorē: illudque si dentibus extenuaueris & comederis, protinus tibi oris intima cōburet. Vult Deus quod fides vrat & calorē habeat, & retineat charitatis & amoris ignem, & bonis operibus & charitatis stipata sit. Ne tibi sola fides placeat, quia sola nequaquā sufficit ad animæ tuæ salutē. Quinimo, quā habes fidem perdes, nisi bonis eam suffulseris operibus. Ad domū constituendam & ædificandam cemento opus est, post parietibus & tecto. Sic in spirituali ædificio, fides fundamentum est. Vnde Paulus. Fides, inquit, est substantia rerū, argumentū non apparentiū. Non proprie substantia est, iam enim eam substantiam vocauit, cum proprietatem substantiæ habeat, quia substantia accidentium fundamentū est, constituitur totum spirituale ædificium. Ita fides est quædam substantia super qua veluti super fundamento cōstruuntur, & collocantur ceteræ virtutes. Ideoque vbi Paulus dicit, substantia, eius discipulus Dionysius vnicum fundamentum rerum sperandarum dixit. Si ab aliquo domus eueratur contrario modo solo æquabitur ab eo quo cepit ædificari: nam quod vltimo loco factum est, rectum fuit, & ita à tecto incipiet ruina. Eodem modo dæmon à bonis operibus incipit animæ ruinam desiderans. Tollit eleemosynam, orationem, ieiunium, & castitatem, &c. quousque ad cementū deueniat, quod fides est, quæ manet sola sine parietibus, vt vsurarij & concubinarij, & scelerati homines Christiani, Exinanite, exinanite, vsque ad fundamentum in ea. Postea autē dæmon aggreditur fundamentum, quod fides est, & ruit. Antequam Martinus Lutherus in hæresim laberetur, superbus, ambiciosus, lubricus, flagitiosus, & omni scelere coinquinatus erat: ac deinde hæreticus euasit. Totam domum prius dæmon demolitus est, videlicet, castitatem, charitatem, & humilitatem, ceterasque virtutes: & discooperit fundamentum aggressus est fidem, & ita mansit hæreticus. Sic Paulus suum Timotheum monuit vult dicens: Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, vt milites bonam militiam, habens fidem & bonam conscientiam quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Quia bonam conscientiam à se repulerunt naufragauerunt in fide. Vtitur Paulus metaphora nauigantium, qui quando rationem gubernaculi habent, & nauis clauus sanus est remedium habent, si anchoras in mari mittunt & nauem exonerant: tamen perditō & amissō gubernaculo, nihil remedij manet. Ita qui sunt virtute exornati, quamuis vnā amittūt, & quandoque altam, adhuc salus manet: verum amissa fide, vitiorum tempestas exoritur, & nauigantes in profundo mari submergantur. Sunt veluti mercatores, qui qua-muis hoc & altero anno non lucrentur, tamen si aliquod venit rēpus, quos perditam fidem recuperent sustentantur & aluntur. Tamen si recuperatam fidem perdunt, iterū corruunt omnino, quia qua re merces agant nō habent. Fides magnum Christianorum bonum est, si verō hanc perdunt, nihil illis restat, quo alia bona lucrentur, quod quidem ex nimia scelerū pertratione nascitur. Intellectus bonus omnibus facientibus ea, ait regius vates, quia non permittet Dominus deprauatum intellectum aliquem

habere circa legem Dei, dū modo illam custodiat & seruet. Hinc est quod dara lege filijs Israel, peractisque miraculis, cum non intelligerent Israhelitarū, & dixit illis Moyses: Custodite ergo verba patris huius & implere ea, vt intelligatis vniuersa quæ faciis. Quibus verbis satis aperte docuit Moyses transgressionem mandatorum Dei potissimam esse causam, vt non intelligerent nec viderent quantā fecisset illis Deus. Fuerunt Angij & Germani aliquando Catholici: sed postquam illarum regionum homines ebrietatibus & vitijs se tradiderunt, fidem protinus amiserunt. Et ne idem nostræ Hispaniæ eueniat, quæ nūc catholica est vehementer perhorresco: nam ab Hispania fides discedere & effugere potest, & in Indos aduolare, quia tot ac tanta sunt vitia, tot & improbi & scelerati homines, vt quem exitum simus habituri profus ignoremus, nisi nos metipsos ad meliorem frugem per virtutē receperimus. Ideoque fidem toto corde amplectimini, eandemque ne fugiat bonis operibus firmiter apprehendite. Quare ne contenti sitis sola Dñe cognitione, nec etiam satis esse putetis illum nuda fide videre, sed Christum vestris manibus deserendo tanquā viri & probi Christiani viuite: aliter alterum amando, bonaque opera exercendo: sicut Simeonē fecisse scimus, qui in templo Christum non solum vidit & credit: sed brachijs excepit & in manibus portauit, quem dicit Euangelista esse iustum, quia fidem simul cum operibus habebat, quæ hominē iustificat. Sequitur. \* Et benedixit Deum, & ait. \* Laudat & gratias agit Deo, & sequens Canticum cecinit pro impletionē diuini promissi: quia patribus antiquis in rebus arduis & magnis moreratur, diuinis laudibus Deum extollere, & canticā diuinā componere. Sic Moyses & Aaron quādo profecti fuerunt ab Aegypto, & Aegyptios mortuos, & in mari rubro suffocatos atque submersos viderunt, Psalmum protulerunt dicentes: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, &c. Sic etiam cecinit Debora prophetissa post acceptam victoriam contra Sisarā principem exercitus regis Iabin dicens: Qui sponte obtulit cor meum in Dño. Sic Ezechias rex Israel propter acceptū beneficium de vitæ longitudine: & Tobias propter donum de adepto visu oculo-rum. Magnus es Domine in æternū, & in omnia secula. Sic etiā Iudith truncato Holopherne post paratam victoriam: & pueri in fornace Babylonig. Denique vt concludam cum Moyses vidisset terram promissionis, & cognouisset se cito moriturum, exultans in spiritu dixit: Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei. Sic sanctus ille senex veluti alter Moyses videns terrā promissionis, verbū, s. diuinum natura humana indutū & sciens iamā moriturū cepit canere Deū, laudare & illi gratias agere, dicens. Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuū in pace. Nunc Domine, iam nūc in pace moriar: quia oculi mei viderunt salutare tuū. Vsq̄ nunc Dñe mors erat hominibus horribilis, quia erat fortis & potens tyrannus, qui obsecrabat animas, & eas in infernum præcipitabat: at nūc aduētū Christi iā dulcis mors est, quia Christus fortē tyrannū debellauit, debellatumque contrucidauit. Itaque interclusum iter

*Dini. 29*

*\* Tex.*

*Exod. 15*

*Iud. 5  
1. Reg. 2  
4. Re. 20  
Esa. 38  
Tob. 13  
Iudi. 16  
Dan. 13  
Dent. 31*

*Esa. 55*

*Gen. 18*

*Esa. 1*

*Exod. 14  
1of. 7. 8*

*Matt. 17*

*2ibr. 11*

*Psal. 136*

*1. Tim. 1*

*Psal. 118*

*sp. crucis.*



aperuit, & facile viam in caelum nobis expediuit. Vtque quo omnium terribilissimum erat mors, quia omnes, et si sanctissimi in limbum descendebant, & gloria fruabatur: at nunc quando quidem oculi mei vident mortis interemptorem, in pace moriar. Quamobrem in eo quod ait, nunc, magnam differentiam ostendit quod est inter tempus veteris legis & nouae legis: quia tunc clausum erat caelum, & ideo mors tristis erat, sed nunc cum iam reueratum sit caeleste domicilium laetus moriar, quia video oculis meis mortis euerforem. Et nota quod, nunc, aduerbium temporis emphasim habet. Christus morte sua nostram mortem sic dulcissimam reddidit, ut mors mortis nomen amiserit, & nomen vitae susceperit. Ideoque Domine non vsque adeo, sed nunc laetus moriar in pace, quia meis oculis vidi authorē vitae. Sine me laetū mori, ne postea tristis moriar: si te flagellatū, spinis coronatum, & cruci affixum videro. Cū sene Iacob

**Gen. 46.** quando filium suum Ioseph vidit, dicere poterat hic sanctus Simeon, iam laetus moriar, quia vidi faciem tuam. Laetatur & cantat, quia Dominū viderat. Antea sicut superius enarraui incepimus: Quando cecinit cum regio psalte: Defecit in salutare tuum anima mea, praemagnitudine desiderij: defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes: Quando consolaberis me. Nam (vt Ambrosius optime distulserit) cum aliquem speramus dilectū, illuc tendimus oculos, vnde putamus illum venturū: & oblongam expectationē lacerati defecimus. Sic Anna vxor Tobiae circumspiebat in via filij aduentū.

**Tob. 11.** Sic Dauid currente de praelio altero post alterum de Absalone sollicitus praemore filij nō cor quietum, sed incitatum habebat, & propterea à venientibus & redeuntibus de salute filij quaerebat. Sic vxor tenere aetatis maritum expectans de specula litorali indefessa expectatione praestolat aduentum: vt quacunque nauē viderit, putet illac praingem nauigare, metuitque ne videndi gratia dilectū alius ante aduertat, vt ipsa posset prima dicere, video te marite, ipsa sola omnibus domesticis ablegatis occupationibus, semitas viantis quaerit. Sic Simeon in responso, quod à Spiritu sancto acceperat, deficiebat praemagnitudine desiderij: expectabat, desiderabat, aestuabat in desiderijs, & videre illum cupiebat. At nunc saltat, tripudiat, cantat, laetatur & exultat. Considera igitur illud quod sentiret senex sanctissimus cum se clarissimis illis luminibus matre, scilicet, & filio circumseptum videret. Delectabile quidem visu esset, suauitatem & deuotionem videre, qua iste senex suū cecinit canticum: quo tota Euangelij summa clausa est. O quam fortunati Domine Deus sunt illi qui te amant & obsequium tibi praestant, & quā bene consumpti sunt eorum labores: quando quidem iam in hoc seculo praesentiant miram quandam venturæ gloriae suauitatem & dulcedinem. Sola stellæ visione Magi letabantur adeo, vt gauderent gaudio magno valde, quæ nihil erat nisi dux quidam, qui eos ducebat ad videndum illū quem manibus suis excepit Simeon. Quanto maiori gaudio triumphasset credendum est Simeonem, qui puerum Iesum in vlnis suis suscipiebat: Si tantum etiam gauisus est ille, qui inuenit thesaurum, quod praegaudio abiit & vendidit vniuersa quæ habuit, res tunc quidem temporis habebat thesaurum:

quanto maiori gaudio exultauit Simeon quando habuit diuinum hunc thesaurum, & illū propriis manibus portabat? Si maxima festa & amplissima conuiuia fecisse scimus patrefamilias propter aduentum filij Prodigij quando domum rediuit, quanto maiorem fuisse senis lætitiā existimabimus, quando in brachijs suis filium Dei habuit? Quod si tantū lætatus est Salomon & omnis populus Israel, cum intulerunt arcā fœderis Domini in oraculum templi: quanto magis lætatus est hic senex & gaudio repletus, videns verā fœderis arcā in templo Domini? &c. ¶ Porro vt ad alia transueamus secundum verbum tuum dixit hoc beneficium mihi fecisti: secundum verbum promissum, quod Spiritus sanctus dederat illi. Sic enim Dominus per Esaiam ait: Verbum meū quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum. Ideoque dicere poterat illud. Bonitatē fecisti cum seruo tuo Domine, secundū verbum tuū. Addit etiam, in pace. Non enim simpliciter dixit, nūc dimittis seruum tuū, sed dixit, in pace: quod proprium est iustorum. Abraham enim dictum est: Tu autem vades ad patres tuos in pace, nutritus in senectute bona. Ille nāque moritur in pace, qui habet hic illam pacē de qua Paulus. Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum custodiat intelligentias vestras. Vis ergo in pace mori? Pacem in hac vita cum Deo & tua conscientia compone: & contra vitia atrocissimum praedium moue. Qui in hac vita pacem cum vitijs inierunt, postea in morte dimicant, tamen illi qui dum vixerunt clypeo fidei, & hasta bellum cum mundo, carne, & dæmone habuerunt, in pace tandē moriuntur. Praelicatur igitur, & in hac vita difficillima carnis expugnemus, si postea in pace mori exoptamus: & eo modo, vt dicere cum Propheta possimus: In pace in idipsum dormiam & requiescā. ¶ Attende quod postquam Simeon vidit Christum, iam nihil preter ipsum vult videre. Fastidiūt ei omnia quæ mundus habet, postquam Christum vidit. Multi quidē res caducas & puncto temporis interitus magni aestimant: hinc oritur quædam veluti nauis, quæ regnat in eorum animis, ita vt nullū summi boni gustum sentiant. Nam si paululū gustassent Dei suauitatem, facile quæ sunt in mundo despicerēt: quia vt Paulus ait, Gustato spiritu desipit omnis caro. Stultorum hominum est vtriusque partibus non auditis iudicare. Si hæc terrena putas esse dulcia & suauia id certē contingere credo, quia Dei suauitatē & dulcedinē non delibasti. Paulus, qui diuinas res gustauerat, de terrenis dixit. Omnia arbitratus sum vt stercora. Tu autem si hæc terrena magno precio aestimas, id sit, quia quati sint caelestia aestimanda, prorsus ignoras. Flagitiosi homines mundi delicias & vanitates miris ad caelum vsque laudibus extollunt: diuinas autem nullo loco habēdas esse putant: quod contingit, quia mundus auditur, Deus verò reicitur. Plurimi magni faciunt mundum, quia Dei potentiam non vident. Ideoque si tu inciperes gustare quæ sunt Dei, cito praesentem vitā odisses, sicut hic faciebat Simeon, qui viso Deo, noluit amplius mundum videre. ¶ Aduertendum quoque est quod boni desiderāt separari à vinculis humani carceris, quam Simeon iste iam sicut Paulus cupiebat dissolui & esse cū Christo. Et iterum ipsemet Paulus ait: Infelix homo,

homo, quis me liberabit à corpore mortis huius? Dauid quoque ait. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitauit cum habitantibus Cedar, &c. Sicut hierax, qui volans rostrum & vngues iniicit in ardeam, quam captā ducere voluit, locusque ei dilaniandi auē relictus est. Statim inopinatus aucupum aduentu coreatus cucullus hieraci imponitur & vincula, quibus vinculis pedibus hieracis impostis collocatur in loco vbi cætera aues, quæ captant collocari consueverunt. Hieraceque tunc in suo loco posito eius plumæ manēt erectæ & suis vngulis excusso coreato cuculo inclinatur in suo & auius destituto loco & nullus est qui illum quietum reddat. Sic Paulus cum ad tertium caelum ductus fuit diuinamque essentiam vidit & gustauit se in hoc mundo videns loco corporibus destituto & cum cucullo carnis non potest quiescere: & omnia frangere volebat, vt iret ad Christum. Sic Dauid, sic Simeon postquam vidit Christum vult etiam volare & iam ei hæc vita fastidit, & tandem vult dimitti & esse cum Christo. Vt enim auicula conclusa in cauea quāuis pretiosa sit ex cædro, ebore, vel auro confecta, exire tamen cupit & præ desiderio egrediendi rostellum iterum atque iterum foras extra rete caueæ emitrit: sic anima pij viri qualis Simeon erat diuino amore incensa inclusa tamen tenebatur misera hac corporis cauea: & licet omnibus diuitijs circumfluat patriam tamen suam hoc est caelum ardentem appetit quare pais illuc eundi suspirijs ac desiderijs flebili gemitu societatis diu noctuque inflammatur, vt finito huius vitæ exilio, in sempiterno illo beatorum domicilio tandem requiescat. Laetatur morte iusti, eam cupiunt, & à vinculis huius corporis egredientes exultantes triumphant. Tamen impij è contra: nam sicut latrones, qui iudices & prætores timent, ita isti scelerati homines à propria conscientia rephren si fugiunt mortem metuentes ne appareant coram iudice. Si duo in carcere detineantur alter innocens vel læuissimæ rei causa, & alter propter homicidium aut flagitium enorme: qui propter læuissimā rem detinetur cū sit vir probus carcerē odit, & de illo conuocatur cuius causa derentus est. At sceleratus & facinorosus gaudet in vinculis nec à carcere exire vult, quia se exiturum ad mortis supplicium praecognoscit. Nostra anima detenta est à carcere huius corporis veluti aliquis, cui propria domus in carcerem datur. Sic Adam antequam peccaret hoc corpus tanquam propriam domū habebat, cuius dominus ipse erat & extranati appetitus obediētes erant rationi. Tamen cum peccauit Adam, tradidit illi Deus propriā domū in carcerē: itaque corpus quod antea habitatio iucūda animæ erat postquam peccauit, molestissimus carcer est. Carcerē corpus esse putabat ille, qui dixit. Nunquid mare ego sum aut carere, quia circumdedisti me carcerē? & propheta regius domino ait. Educ de custodia animam meam. Boni & mali sumus omnes in hac vita vinculis huius corporis restricti. Boni tamen summa afficiuntur molestia, eo quod se vinclos cernant, quare exire sum mo pere cupiūt, quia eorum obitum & exitū ad libertatem & vitā esse praecelligunt, quamobrem mortē lætatur. Ideo Paulus cū dixit, Cupio dissolui, statim addidit, Et esse cum Christo: nā alias non cuperet dissolui. At

homicida eligit potius in carcere manere, quā solui & exire: & ita si audit reserare hostium carceris statim putat esse suspendendum. Sic impius nondum laborat febri vel capitis dolore, quando vitam cum morte commutaturum opinatur. Et sicut homicidā poenitet, quod sibi soluantur catenæ, quia existimat iudicium esse venturi supplicij: ita sceleratum poenitet propter corporis huius solutionem quando oppressus infirmitate existimat adesse mortē. Et veluti homicida ait. O meæ dulces catenæ, o iucunda vincula. O laetus carcer. Quis mihi daret hic esse, nec vos dimittere? Sic quoque improbus ait. O meæ dulcissimæ deliciae, o suauissima vita. O indultū corpus, quanta molestia afficiat si te dereliquero. Sed quæ est causa quare vir bonus morte delectatur, impius vero tristatur? Eam Salomon ponit in Prouerbijs dicēs. In malitia sua expellitur impius: iustus autē sperat in morte sua. Quamobrem cum te moriturū certo scias, da operā, vt bene viuas: nā bona & integra vita, signū certissimum est mortis foelicis. Simeon qui iustus & sanctus erat, canit & exultat cū mortis nūcio: & gaudet: quia scit se cito moriturum, gaudensque mortem expectat. Cantat cygnus cum mortu appropinquat, & maris serena flet, & gemitibus incitatur: quia (vt Philosophus ait in problematicis) In morte accedit sanguis ad cor & sanguis cygni generosus est, & vilis sanguis serena: arque ideo serena clamat & vociferat, cygnus vero dulciter canit. Sic impij malum habent sanguinem, quia peccatum sanguinem corrumpit & vitam cōstiprat, & ideo morte contristantur: iusti autem cum habeant bonum & generosum sanguinē, ideo lætantur & exultant in morte. Generosus igitur sanguinem habere contendit & da operam vt possis cum iusto Simeone in morte cantare. Si in vita ploraueris & poenitentiam egeris, bonum sanguinem tenuem, poenitentia & lachrymis purum nutries: quem si habueris, absque dubio in morte cātabis. Expende igitur quod qui flet in vita, cantat in morte: & qui ridet, gaudet, & cantat in vita, flebit tandē misere in morte. Simeon vir sanctus, qui in hac lachrymarum valle flebat, nunc cantando moritur: tamen qui rides, ludis, & in hac vita gaudes, non dubites quin flendo moriturus sis, dicente domino. Væ, qui nunc rideris, quoniam flebitis. Et de iustis. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Sed ad contextum. *Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Iam causam tanti gaudij reddidit. Causa autem est, quia viderunt oculi mei salutare tuum. Iure æquissimo poterat lætari & gaudere: quia Christus etiā dixit apostolis. Beati oculi, qui vident quæ vos videris. O si illum vidisset Abraham, qui tantum desiderauit videre diē domini. Quid si illum videret Iacob: qui hoc desiderio moriens dixit. Salutare tuum expectabo domine? Abraham vidit & gauisus est, tamen de longē Christum prospexit: senex vero iste prope erat. Quando rex simulatus venit aliquem ludum & torneamentum visurus magno afficit beneficio illum cui se manifestat & cognitum facit. Ita Simeon pluris hoc aestimauit beneficiū, quia rex gloriae Christus in hunc mundum veniens nostra cum humanitate incognitus se manifestare sancto seni Simeoni voluit. Hoc quidem gratulatur Simeon, quia eius oculi itā foelices fuerunt, vt Christum

Gen. 46.

Psal. 118

Amb. ser. 11. in

Psal. 118

Tob. 11.

2. Re. 18.

Matt. 2.

Matt. 3.

Luc. 15.

3. Reg. 8. 2. Para.

Esa. 55.

Psal. 118

Gen. 15.

Phi. 4.

Psal. 4.

Rom. 8.

Phi. 3.

Gen. 3.

Iob. 7.


Psal. 141

Phi. 1.

Phi. 1. Rom. 7.

Luc. 6. Matt. 5

Luc. 10. Ioan. 8. Gen. 49



videre, digni habiti fuerint. Deuotissima quidem res esset nunc senem videre, efferentem laudibus Christum: & dicentem, Nunc dimittis. Quid secum cogitarent, qui erant in templo cum viderent suum sacerdotem senio iam confectum & omni digno reuerentia habentem hunc sermonem cum puero, filio pauperulae & incognitae mulieris? Mirarentur quidem cum praegaudia plorante illu, & cantantem cernerent. Quis non obstupescens adhiberet diligentiam in huius rei veritate inquirenda? O obitornata malitia Iudaeorum: qui haec omnia videbant, & tanquam caeci non considerabant. Nec miror hoc ab eis non considerari nec aduertiri: nam veluti surdi & caeci illud Magorum aduentum non considerarunt, & c. ¶ Aduertit etiam, quod salutare nostrum salutare Dei vocat, quia propter ipsum decreuit Deus mundum saluare: omniumque salutem constituit in eo, de quo fertur in Psalmo. Notum fecit dominus salutare suum, in conspectu Gentium reuelavit iustitiam suam. Et in Genesi Iacob patriarcha. Salutare tuum expectabo domine: Cui saluari loquitur pater per Esaiam. Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terrae. Denique de isto sancto sene Simeone locutus David in psalmo. Desiderium animae eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Longitudine dierum adimplebo eum, & ostendam illi salutare meum. ¶ Perpende etiam ad tuam eruditionem, quomodo in solo Deo vera inueniatur pax, verum gaudium & laetitia. Quia enim Christum viderat iam in pace quietum. Causam dicit pacis esse videre Christum: quia solum in eo est pax. Ionas à Deo discedens, quietem inuenire non potuit: & fugiens in nauis, statim vehemens tempestas suborta est: quia vbi Deus non adest, ibi viget tempestas. Orauit ab utero caeci, & creptus est à praeteritis laboribus. Ne in huius vitae rebus requiem quaeras: nec in hoc mundo verum gaudium posse inueniri existimes: quamobrem ad dominum reuertere: nam breuius iter & certius est Christus, ad inueniendam consolationem, quam tuus spiritus exoptat. Toto tempore, quo Iacob fuit domi Laban, multis fuit lassatus laboribus: tamen ab eo discedens, statim angelos inuenit. Qui mundo inferuiunt non nisi laborem & desolationem capient, veluti Iacob in obsequio foci Laban: quapropter domini famulus redeat in domum patris sui qui Deus est, vbi diuinas inueniet consolationes. Sequitur. *Quod parasti, ante faciem omnium populorum.* Ante incarnationem solum hoc salutare erat ante faciem Israel: quia notus in Iudaea Deus & in Israel nomen magnum eius. Solum enim Iudaei Deum cognoscebant: illi soli Deum venerabantur, & illis solis Deus dederat legem. Solum modo ante faciem Israel erat hoc lumen paratum, vt illud in versiculo sequenti vocat Simeon: sed incarnatus est vt redimeret omnes, & omnibus notitiam sui praeberet: & sic omnes ad se traheret, tam Iudaeos quam Gentiles: ita vt sic distributio accommodata pro generibus singulorum & non pro singulis generum, sicut in Daniele legimus Omnes populi, tribus, & linguae seruient ei. Et in Esaiam. Parauit dominus brachium sanctum suum, in oculis omnium Gentium. Brachium domini est vnicus filius Dei patris, per quem pater

omnia fecit: de quo brachio ait psalmus. Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. Pater parauit hoc brachium ante faciem omnium populorum, quibus praedicaturus erat Christus per apostolos: iuxta illud psalmi. In omnem terram exiit sonus eorum: & in fines orbis terrae verba eorum. Et rursus. Viderunt omnes fines terrae salutem Dei nostri. Et Esaias, videbit omnis caro salutare Dei nostri. Parauit illum in incarnatione: vt in carne illum videre, alloqui, & communicare possemus, vt tractabilis & utilis omnibus esset. Nam si gloriosus & cum maiestate, & aeterna auctoritate, quam cum patre habet, veniret: quis in eum oculos conicere posset? Nullus coram diuina maiestate esse auderet. Tamē benedictus Deus, qui ita nobis filium suum paratum dedit, vt eo in similitudinem peccati viso accedere ad eum publicani, & peccatores, claudi, caeci, leprosi, Iudaei & Gentiles possent: denique omnes populi cuiuscunque status fuerint & conditionis. ¶ Praeterea in sola Iudaea erat cum Simeon haec narrabat: sed positum fuit hoc lumen in crucis candelabro, & tunc cognitus fuit ab omnibus populis. Tunc Cetero cognouit, & dixit. Vere filius Dei erat iste: & praedicatio Euangelij diffusa est. Ideoque non dixit posuisti, sed parasti: quia paratus erat, vt poneretur postea ante faciem omnium populorum in cruce, vt ab omnibus cognosceretur. Quemadmodum Heli non poterat videre lucernam, donec extingueretur: sic nec Christus cognitus est à mundo, donec per mortem extrinsetus est in cruce. In conspectu omnium populorum dixit, quia omnes populi illum expectabant. De Iudaeis. Vtinam disrumpes caelos & descenderes. De Gentibus tamen ait Iacob. Ipse erit expectatio Gentium. Et Aggeus. Venit desideratus cunctis gentibus. Et Paulus. An Iudaeorum Deus tantum? Nonne & gentium? Et princeps apostolorum Petrus. In veritate comperi, quia non est acceptio personarum apud Deum: sed in omni genti qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Ideo Dominus. Eritis mihi testes in Iudaea, & in Hierusalem & Samaria, & vsque ad vltimum terrae. Apud Esaiam quoque legimus. Dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsque ad extremum terrae. Ideoque quia Christus vt hic faretur Esaias veniebat ad illuminandum gentes, subdidit sanctus Simeon. *Lumen ad reuelationem Gentium & gloriam plebi tuae Israel.* Recte diuidit, dans lumen Gentibus & gloriam Israel, quia Gentes erant in tenebris infidelitatis, & illis ignota erat Deus. Quapropter Esaias loquens de aduentu Messiae & illuminatione Gentium, ait. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: ambulatibus in regione & in umbra mortis, lux orta est eis. Haec de causa Gentiles per stellam vocati sunt ad Christum: Iudaei autem habentes legem & Dei cognitionem & fidei lumen, erant legis praeparatores & violatores: ideoque gloria inuidebant. Gloria enim Iudaeorum fuit Christus, quia ex eis natus est: & omnes à peccatis liberauit. Susceptor meus, gloria mea, & exaltans caput meum, scilicet, à peccatis. Optime hoc testatur est Esaias. Erit germen domini in magnificetia, & gloria & fructus terrae sublimis & exultatio his, qui saluati sunt ex Israel. Igitur ad hoc venit Christus in mundum vt oculis gentium

Psal. 79.  
Psal. 18.  
Psal. 97.  
Esa. 53.  
Luc. 13.  
Mar. 15.  
I. Reg. 4.  
Esa. 63.  
Gen. 46.  
Agg. 2.  
Rom. 3.  
Act. 10.  
Act. 1.  
Esa. 49.  
Esa. 9.  
Matth. 2.

Matth. 2.  
Psal. 42.  
Gen. 49.  
Esa. 49.  
Psal. 20.  
Ioa. 1.  
Gen. 32.  
Psal. 75.  
Dan. 7.  
Esa. 53.

tium caecis veritas ignota ostenderetur: & Israel promissum & desideratum excipiens, gloriaretur. Praeponebat autem reuelatio Gentium gloriae Israel: quia plenitudo Gentium prius introduceretur, quam reliquiae Israel saluae fiant. Paulus enim ait. Cum plenitudo temporis intrauerit tunc omnis Israel saluus fiet. Populus itaque Gentium illuminatus est in Christi aduentu, quod olim Esaias praedixerat dicens. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: ambulatibus in regione & umbra mortis, lux orta est eis. Sed quae lux est haec? Subdidit dicens. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & c. Hoc incipit facere statim in suo ortu cum vocauit Magos ab oriente stella duce, qui fuerunt primitiae Gentium: vbi latera Aquilonis (vt David ait) facta est ciuitas regis magni. Per quae latera David intelligit populos Gentium. Nam in populos Gentium dominabatur ille superbus Lucifer, qui dixit in lateribus Aquilonis ponam solium meum. Inter Gentes posuit diabolus solium regni sui: & à Gentibus idololatrias adorabatur. Et veluti de maximo amico aliquis dicitur, quod non recedit ab eius latere, quia cum illo & iuxta illud incedit: sic populus gentium latera erat diaboli, propter eius coniunctam amicitiam. Haec latera Aquilonis in Christi natali facta sunt ciuitas regis magni Christi, cum gentes venerunt ab oriente & offerentes aurum, thus, & myrrham, adorauerunt eum. Erat hoc lumen in utero virginis absconditum: sed nascens fuit positum super candelabrum, & illuminauit totum orbem. Ad hoc natus est Christus, vt omnes illuminaret, praesertim caecos Gentiles, vt hic dicit Simeon vt sua doctrina & apostolorum praedicatione derogeret demonis fallacias atque idololatriam destrueret, & sic illuminarentur, auferens eorum caecitatem & ignorantiam, quia Christus mundi saluator & dominus fuit lumen ad reuelationem Gentium. ¶ Expande hic & vide quod lumen illuminans positum est ante conspectum hominum: ergo si tu non recte ambulas, lumini non imputetur, sed tuae negligentiae, quia vides lumen & viam habes, recta via non vis incedere. Paucissimi ignorantia peccant. Nunquam tot in ecclesia extiterunt cōcionatores, nec tot reperti fuerunt theologi & literati: nec tam pauca vt nostris temporibus bona opera inuenta fuerunt. Abundanti scientia nunc pollent viri ecclesiastici, sed charitate exigua. Sunt quidem homines hac nostra tempestate illuminati intellectus: frigescent tamē voluntates. Ita nunc homines incidunt in peccata sicut Balaam qui a pertis oculis cadebat: quia cum legem Dei cognoscant & quod facere teneantur intelligant, nolunt à voluntate peccandi desistere, sed in peccatorum voraginem se coniciunt. Vide ergo ne lumen quod in te est tenebrae sint: ne igitur vitam malis tuis operibus obscuram facias. Sed de his alio in loco. ¶ Verum, vt hunc canticum concludamus aduerte quod magnificatur Christus in hoc hymno à beato isto sene sub ratione salutis omnium, lucis Gentium & gloriae Iudaeorum. Primum clementiam, secundum sapientiam, tertium vero potentiam manifestat sub ratione pacis. Ideo laudatur in hoc cantico, vt pax, vt salus, vt lux, & vt gloria. Pax est, quia mediator: salus, quia redemptor: lux, quia doctor, & gloria, quia praemiator. Et in his quatuor consistit perfecta Christi commendatio & magnificentia: imò totius euangelicae historiae quaedam breuissima

comprehensio, & veluti epilogus. Quantum ad incarnationem, in pace praedicationem, in luce, redemptionem, in salute: & resurrectionem, in gloria. Et quia canticum hoc continet plenitudinem laudis Christi, & consolationem mortis Simeonis: ideo singulas post vespertas cantatur in completorio. Iam vero quid post hoc canticum actum sit audiamus Lucam historiam prosequentes. Ait enim. *Et erat pater eius & mater mirantes super his, quae dicebantur de illo.* Admiratio ex ignorantia procedit. Admiratio euenit quia viso effectu causa non cognoscitur: sicut admiratur rusticus de eclipsi solis et lune, astrologus verò minimè, quia scit causam eclipsidis. Miratus fuit Pharaon quando septem illas vidit spicas, & septem vaccas pingues: & Nabuchodonosor cum vidit arborem & statuam, & Balhasar digitos scribentes in pariete: quia hi ignorabant quae nam haec res significarent. Sed cur Maria & Ioseph mirabantur, si ipsi sciebant Christum esse verum Deum, mundi saluatorem, lumen Gentium, & gloriam Israel? Mirabantur ex ampliori notitia rerum diuinarum. Opera enim Dei quanto amplius cognoscuntur, tanto admirabilius mentem suspendunt. Obsuuebant etiam admiratione congratulationis & reuerentiae. Bonitatem & Dei misericordiam admirabantur, necnon diuinam eius sapientiam & potentiam: quibus humanam salutem tam mirabiliter instituerat: & admirabantur ea, quae passim de isto puero dicebantur. Sicut regina Sabba mirabatur sapientiam Salomonis propter cibos mensae eius, habitacula seruatorum, ordinis ministrantium, & similia, sic Deipara virgo quomodo sapientia diuina ita in numero pondere & mensura horum omnium consensum, quidquid pastores, quidquid Angeli, quidquid Magi, quidquid Simeon retulerunt: denique quidquid praedixerant prophetae optime inter se congruere. Hinc admiratio nascebatur & gaudium: ita vt merito dicere possissent illud Esaiam. Quis vnquam audiuit tale? Quis vidit huic simile? Et in psalmo. Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti. Et Paulus. O altitudo diuinarum sapientiae, & scientiae Dei, quam incomprehensibilia sunt, & c. Discamus opera Dei mirari, & considerare. Vtinam et nobis non stulta & contemptibilia videantur: quae illis mirabilia erant. Verbum enim crucis (inquit Paulus) pereuntibus stultitia est: his autem, qui salui sunt Dei virtus. Multi non mirantur Christi paupertatem, humiliatam, abiectiorem, imò contemnunt eam: sicut Michol, quae cum Davidis humilitatem mirari oporteret, quando coram arca testamenti saluabatur non solum non est mirata, sed illum despexit. Sic etiam & nunc, à multis Christi humilitas contemnitur: & vilipenditur euangelica paupertas. Alii etiam arderent patientia, quam cum hominibus Deus habet. Nam quia ipsorum conuersionem expectat & patientiam habet, vt tolleret ipsorum grauissima peccata audaciam & inanem fiduciam arripiunt, vt grauius indies magis ac magis peccent. ¶ Praeterea non miramur res diuinas: quia ab eis distamus. Vt enim Apenninus mons altissimus à Genoua nobili Liguriae emporio incipiens paruum apparet mediterraneum mare procul nauigantibus magno interiecto spatio: sic opera Dei cum sint sublimia adeo vt nubes transcendat, quia longe distamus

Gen. 41  
Dan. 4.  
Dan. 5.  
3. Re. 10.  
Sap. 10.  
Esa. 66.  
Psal. 103  
Rom. 12.  
1. Cor. 7.  
2. Reg. 6.

stamus ab eis, & cogitationē & considerationem nostram rebus istis terrenis implicamus, ideo non miramur magna opera Dei. At homo pius miratur sublimia Dei opera: sicut Maria virgo & Ioseph mirabantur super his, quae de illo dicebantur. Primus & verus fructus qui ex verbo Dei percipitur animi est admiratio & conscientiae laetitia, idque omnes electi semper experti sunt: nosque experti esse mus si opera Dei, & verbum eius studio quam maximo meditaremur. Vnde David. Mirabilia opera tua, ideo scrutata est ea anima mea. Contēplamini igitur omnes res Dei: nam quanto magis intellexeritis, tanto magis in admirationē rapiemini. Beneficia Dei nunquam miramur: quia ea non cōsideramus & expendimus. Non mirandū est Deū per vnum & alterum annum ferre peccatores cum millies ab eis turpissime inhonoretur? Hæresim contra Deum præfers, de eo blasphemiam dicis: & idemmet dominus, quem tu offendis tunc acrima mala medica creat, vt tuam temperes bilim. Miror sane quoties expendo patientiam, quam Deus habet inferendis peccatoribus, &c. Cæterum de his alias. Verum in eo quod Iosephum patrem Christi vocat iam in superioribus admonui, & in capite quintodecimo huius in parabola filij prodigi latius explicabo: quod in sacris literis plurimæ res vocantur non vt sunt, in rei veritate, sed quia ita æstimantur & reputantur. Sed ad contextum. *Et benedixit illis Simeon.* Consuetudo fuit sacerdotū veteris legis benedicere parentibus qui infantem in templo offerebant. Non habemus, qua benedictione illis benedixerit: crediderim tamen illam fuisse, quæ in libro Numerorum habetur. Benedicat tibi dominus, & custodiat te: ostendat dominus faciem suam tibi, & miseretur tui: conuertat dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Potest etiam dici quod hæc benedictio sit imprecatio bonorum. Benedictio enim in sacra scriptura si sit hominis ad hominem est bona præcari: si vero est hominis ad Deum, est laudare: Dei vero ad hominem est benefacere. Cuius rei testimonia per ordinem citabimus. De primo in Genesi habetur quod benedixit Melchisedech Abrahæ, id est, bona illi imprecatus est. Et in eodem habetur quod fratres Rebeccæ benedixerunt ei, id est, bona imprecari sunt illi dicentes, Crescas in milibus, &c. De secundo exemplum habes in multis psalmis. Benedic anima mea dominum. Et etiam hic dicitur de Simeone, quod benedixerit Deum dicens. Nunc dimittis, &c. id est, laudauit Deum. De tertio scriptura plena est. Seruus Abrahæ dixit. Dominus benedixit domino meo, id est, benefecit in agris, ouibus, &c. Idem dicit scriptura de Putiphari domino Ioseph, cui benedixit dominus, hoc est, multiplicauit bona propter Ioseph. Et idē dicit de Laban, de Iob, & de multis aliis. Itaque hic benedicere idem est quod bona præcari. ¶ Aduerte etiā, quod benedicere aliquando sumitur in sacris literis in malam partem pro maledicere, vt est illud tertij Regum vbi scribens Iezabel ad principes dixit de Naboth Israëlitæ: Benedixit Deo & regi. Intelligendum est à contrario sensu: pro maledixit: sicut illa verba execrabilia vxoris Iob, cum dixit. Benedic Deo & morere, id est, maledic. Et illud etiam ipsius Iob dicentis. Ne forte peccauerint filij mei, benedicentes Deo in cordibus suis. Et illud

Satanæ ad Deum de Iob. Nisi in faciem benedixerit tibi. Est etiam verbum, benedic, apud Hebræos de numero illarum dictionum quæ tam in bonam partem quam in malam accipiuntur: sicut apud Græcos anathema quod est donarium Deo in templo appensum & extremam detestationē significat. Et apud Latinos sacer & sacrum in malā partem interdum accipiuntur, pro execrando & detestando, iuxta quam significationem dixit poeta. Quid nō mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Hic non est dubium quin benedicere in bonā partem accipiatur: & sumitur hic pro bona imprecari. Obserua autē quod licet maiores essent Christus, Maria & Ioseph, Simeone in sanctitate & excellentia, tamen Simeon erat maior in sacerdotio, atque ideo benedixit: quia ex officio illi incumberebat. Docemur honorari sacerdotes tamen si aliqui minus boni sint secularibus: tamen officij & dignitatis causa honoris digni sunt: quia Christus & beata virgo licet præstantiores essent subiiciuntur ei & ab eo benedictionem accipiunt. Quamuis sacerdos impie viuat, obseruatione nihilominus dignus est, atque ideo sacerdoti misit Christus leprosum quem curauit: & Caiphas quia pontifex erat prophético spiritu est illustratus. Dicamus etiam non contemnere benedictiones ecclesiarum & sanctorum patrum sed eas amplecti: sicut olim filij desiderabant benedictiones patrum & matrum. Sic Iacob & Esau contendebant de patris benedictione. Idem ligimus de filiis Iacob: quia vt Sapiēs ait benedictio patris firmat domos filiorum. Et è conuerso timende sunt maledictiones: nā sequitur ibidem. Maledictio autem matris eradicat fundamenta. Et licet non semper contingat imprecatio maledictionis, tamen formidandum ne post multas maledictiones eueniat. Præterea obseruandum quoque est, quod locuturus Simeon de Christi passione prius benedixit: vt doceat per redemptionis passionem nos ab omni maledictio esse liberatos. Sic Paulus. Christus nos liberauit de maledictio legis, factus pro nobis maledictus. *Et dixit ad Mariam matrem eius.* Ad quam prophético spiritu loquitur de futuris potius quam ad Ioseph, quia sciebat quod vera esset genitrix Christi saluatoris nostri: de quo beatus hic senex quinque prophetauit. Primo, quia in aduentu eius irruerunt multi ex inimicis. Secundo, quod sublimarentur amici. Tertio, quod nihilominus haberet multos aduersarios. Quarto, quod cum magna angustia matris occideretur. Quinto, quod in aduentu eius pateret qui essent amici, & qui inimici. Sed singula expendamus. Ait itaque ad virginem. *Eccc positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel.* Seuera vtique hæc prædicatio est quam omnes qui Christiani sumus sæpe contemplari debemus, vt videamus quid in nobis operetur agnitio Christi: an ad meliora pergamus, an vero in deteriora ruamus. Huius itaque orationis singula verba discutiamus. Ecce, inquit, positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel. Auditū horribile est quod Christus in ruinam futurus sit: horribilissimum quod non vni sed multis id accidit, & longe horribilius est, quod id ipsum non simpliciter de hominibus ac gentibus, sed de Israele dicitur: hoc est, de his, in quos nulla eius rei suspicio propemodum cadere posse aliquis arbitretur.

Psal. 118

Num. 6.

Gene. 14.

Gene. 24

Psal. 102

Psal. 103

Gene. 23

Gene. 39

Gene. 31

Iob. 42.

3. Re. 21.

Iob. 2.

Iob. 1.

Ibidem.

Esa. 8.

Iaco. 1.

Matth. 15

2. Cor. 1.

Matth. 8

Ioan. 11.

Gene. 27

Gene. 49

Ecc. 3.

Matth. 5

23.

Galat. 3.

Ioan. 10.

Ioan. 3.

arbitretur. Nec hoc solum Simeon dicit: dictum quoque antea fuit ab Esaiā: cuius verba sunt. Erit dominus in lapidem offensionis & in petram scādali duabus domibus Israël: in laqueum & in ruinam habitantibus Hierusalem. Et offendent ex eis plurimi & cadent & conterentur, & irretientur, & capientur Hæc propheta non nisi de Messia intelligenda est. Quod autem Simeon hæc prophetiæ verba ad Christum transtulerit manifestum est: quia illum pro vero Messia habuit & credidit. Illud vero quod ait de ruina non intelligendum est, quod ipse præbuerit alicui occasione ruinæ. Deus enim neminem sollicitat ad malum, nec impellit ad peccandum, quia cum ipse nullius mali autor sit ita peccare nequit. Sed ipsi homines sua propria malitia in causā existente ruūt, dum Christum redemptorem & saluatorem nostrum illis datum non tantum per infidelitatem non recipiunt, sed illi & eius mandatis resistunt, scelera patrando. Sic Pharisei audientes Christi doctrinam scandalizati sunt. Et Paulus ait. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scādalum, Gentibus autem stultitiam. Ipse enim non est causa ruinæ. Lapis positus est in itinere & ostendit iter: tu si impingis in illum, tibi impurabitur: ex malitia enim tua prouenit. Prædicabat Christus, & impij pharisei male interpretabantur: multi enim data opera conabantur illū loco mouere in quo posuerat Deus: & huic lapidi si credere nollebant & cum pro Messia agnoscere recusabant erat eo quod humilis veniebat & apparebat. Pharisei illum repudiabant: propterea quod hypocritam eorum falsam & fucata iustitiā arguebat, & solidā iustitiam docebat. Gentiles contenebant eum & quod in cruce moreretur stultū iudicabant eū, qui tali supplicio affectus esset adorare. Præpotes oderat & execrabantur illum quod metuerent se per illū fore à potestate & imperio deiiciendos. Idolorum cultores ferre nequibāt, eo quod omnia idola damnabat: & plerique omnes aduersabantur quorum studiū erat fraudulentum & malum, eo quod vitia in illis redarguebat, aliterque docebat quā ipsi vellēt. His omnibus Christus factus est in ruinam superioribus temporibus: & quod calamitosus est etiam nunc multis factus est in ruinam in eo, quod quidam norunt & videat verbum Dei atque veritatem: tamen propter propriam compendium & emolumentum, manifeste veritati reluctari audent. Nonnulli cum euangelium gratiæ audiunt, ignauia, voluptati, & ocio se dedunt, & flagitia virtutem esse putant. Alij si aliquando ob peccata poenam luere coguntur, statim Christum aut Dei verbum fastidire incipiunt, &c. Vnde fit vt Christus his etiam temporibus multis sit in ruinam. Ipsi quidem cadunt: sed lapis Christus integer manet, mansurus in omnia seculorum secula. Timeamus & nos ne pariter in Christum impingamus. *Et in resurrectionem multorum in Israel.* Hæc vox blandior est, & maioris consolationis, quam præterita: imò in hac voce verum habemus fructum aduentus Christi. Ego (inquit ipse) veni, vt vitam habeant: & abundantius habeant. Rursus Deus misit filium suum non vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Idem quoque sentit Simeon in hoc verbo, positus est in resurrectionem multorum. Auxilio

huius pueri multi se erigent & resurgent: qui longo tempore peccatis immergi iacent. Hæc propheta effectum sortita est, & indies adhuc impletur. Experti hoc sunt multi miserissimi peccatores, vt Zachæus, Matthæus, Petrus, Paulus, latro in cruce & alij. Quis etiam & nunc à peccatis resurget, nisi adiutus eius auxilio? Ideoque Deo acceptum ferre debemus, qui nobis hunc Christum in resurrectionem dedit: vt in illo & per illum possumus resurgere. Est enim propiciatio pro peccatis nostris. Et ipse quidem ait. Ego sum resurrectio & vita. Admonet locus iste, ne quis quantumuis sibi videatur stare nimis confidat: potest enim cadere. Nemo etiam quamuis sit vitis suffocatus, & iam in Barathro peccatorum sepultus desperet: positus est enim Christus in resurrectionem multorum. Non est resurrectio quin præcesserit ruina. Cecidisti, peccasti, ne desperes: nam Christus positus est in resurrectionem, & ideo resurgere poteris. Audi Paulum. Si commortui sumus, & conuiuemus. ¶ Aduerte autem quod non dicit, in resurrectionem omnium, sed in resurrectionem multorum: quia licet venit ad saluandos omnes, hos tamen tantummodo saluauit qui credituri erant in nomine ipsius. Venit inquam in ruinam & in resurrectionem multorum. Ac si diceret beata virgini, Filius hic tuus quanquam datus est à Deo ad hoc, vt salutem conferat omnibus, tamen hominū vitio fiet, vt quemadmodū multos Dei donū amplectentes crecturus est ad spem salutis æternæ, ita multos Israëlitæ despicientes Dei magnificentiam deiiciet in exitium sempiternū. Ab omnibus enim Israëlitis expectatus est, sed non ab omnibus suscipietur. Credentibus venit in resurrectionem, non credentibus vero in ruinam. Vnde Paulus Romanis ait. Quid ergo dicemus? Quod Gentes qui non sectabantur iustitiam apprehenderūt iustitiam, iustitiam autem, quæ est in fide: Israel vero sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Sic etiam sæpe contingit, vt qui maiorem sanctitatem & perfectionem proficere aliquando peiores sint & cæteris deteriores: & vbi iure maiori debuit esse virtus, minorem inuenies. Venit ergo in resurrectionem fidelium & electorum, & in ruinam infidelium & improborum: sed non vniformiter. Nam in ruinam occasionaliter: & in resurrectionem, causaliter & directe. Sic dominus per Oseam. Perditio tua ex te Israel: tantummodo auxilium tuum ex me. Ad hoc pertinet quod ipse ait. In iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident videant: & qui vident, cæci fiāt. Illuminat enim Christus cæcos, & excæcat videntes. Videntes sunt qui in oculis propriis sapientes sunt: quia qui rationi suæ plus credunt quam verbo Dei, merentur excæcari, iuxta illud. Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Non videntes sunt si implices & indocti: imò paruuli illi, quibus pater arcana sua reuelat. Ideo Christus positus est diuino iudicio in ruinam superbiorum, & in humilium resurrectionem. Sic Paulus. Aliis sumus odor mortis ad mortem: & aliis odor vitæ in vitam. Sicut odor vineæ florentis iuxta naturam suam dulcis est hominibus, sed intolerabilis est serpentibus: sic Christus dominus & bonis odor vitæ est in vitam, & malis est odor mortis in mortem. Nam sicut agens

Ioan. 11.

2. Tim. 2

Rom. 10.

Osea. 13.

Ioan. 9.

Matth. 11

2. Cor. 2.



naturale in quantum est de se semper producit suum effectum naturalem: tamē si materia variatur in se vel in suis qualitativis dispositionibus, secundum hoc diuersi effectus producuntur: sic secundum quod homines diuersimodē afficiuntur ad Christum, diuersi effectus resultant: sicut lux quae de se est laetificatiua, sed oculis aegris odiosa est sanis autem amabilis. ¶ Vide autem quod non dicit positum in ruinam in Babylone, sed in Israel: quia Christus magis offenditur ab his, in quos maiora bona contulit. Sic in domo Annæ percussio- ni maxillam dixit. Si male locutus sum, testimoni- um, & c. Quāuis plures reportauerat colaphos, tamen hunc ceteris plus sensit, quia huic Malcho saauera abiecit auriculam: sicque grauius Is- raelitarum casum sensit quam Gentilis, & plus Chris- tiani, & grauius etiam religiosi: quia hi maiora à Deo receperunt dona, & qui plus accepit, maius tenebat obsequium praestare. ¶ Perpende etiam quod sicut Christus multis est causa resurrectio- nis, nam peccatores plurimi vidētes Dei misericor- diam & quomodo indulget peccatoribus, resurgit à peccatis: sed alius est in ruinam, quia vidētes quod Christus misericors est, ab utētes eius misericordia: sunt deteriores, & bonitate Dei qua conuertendi erant abutuntur, & peiores fiunt. Ideo dominus minatur hos per Esaiam dicens, Dominus sicut fortis egredietur sicut praediator suscitabit zelum, vociferabitur & clamabit: super inimicos suos con- fortabitur. Tacui, semper filii, patiens fui, sicut parturiens loquar. Considera, quod quamuis nūc tacer, postea tamen suum obseruabit honorem: & cum acceperit tempus iustitias iudicabit. Caue ne Christi bonitas & patientia sit tibi in ruinam: ita ut ex bonitate & longanimitate illius occasionem sumas ad augendi peccata peccatis. Sed audiamus quid ultra Simeon dicat de Christo. *Et in signum, cui contradicetur.* Signum ut Origenes & Augu- stinus dicunt est quod praeter speciem quam in- gerit sensibus aliquid aliud offert intellectui. Ideo- que positus est Christus in signum fidei quo ad intellectum ut credatur esse verus Deus & homo. Significabat enim voluntatem Dei patris de qua ipse. Hæc est voluntas Dei patris ut credatis in eum quem misit ille: de quo Esaias. In die illa erit radix Jesse: qui stat in signum populorum, ipsum Gentes deprecabuntur. Sic omnis Christi vita, omnia miracula, & quidquid gessit ad hoc fuit ut ostenderet se esse Deum, & in eum crede- rent tanquam in Deum. Hoc signabant illa mira- culorum signa. ¶ Passiones & poenalitatis homi- num assumpsit, & mortem subire voluit: ut de- clararet se esse verum hominem. Qui ergo negant hæc, vel contradicunt huic signo? Huic signo contradixerunt Iudei, quod a Imitatus Dauid mul- to ante tempore praedixit in Psalmo. Quare fremuerunt gentes, & c. Assisterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum, & c. Nolumus (vo- ciferabantur Iudei) hunc regnare super nos. Et Christo dicebant, Tu testimonium perhibes de te ipso, testimonium tuum non est verum. Item. Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dae- monium habes? Et iterum. Daemionium habet & insanit, quid eum auditis? Et coram Pilato. Si non esset hic malfactor, non tibi tradidissem eum. Post Iudeos contradixerunt Ethnici: post Ethni-

cos, hæretici: denique ab omni populo & lingua passus est contradictionem. Sic Paulo dum esset Romæ, dixerunt quidam. De festis hac notum est nobis, quod vbi que ei contradicuntur. Nec solum sermone lex Christi contradictionem passa est, sed etiam opere: dum tyranni aquis vsi sunt, igne, lapidibus, feris, & gladio, ad euellendum euangelium. ¶ Præterea non solum, quo ad fidem, sed etiam quo ad charitatem & effectum & exem- plum imitationis positus est in signum Christus, ut per ipsum cursum nostrum dirigamus. Posuit me (inquit Ieremias) sicut signum ad sagittas. Sicut sagittarius vnum oculum claudit, ut rectius sagit- tam emittat: ita nos quoque sinistram oculum claudamus, ut non respicientes transitoria ad Chri- stum recto itinere eamus. Est enim Christus sicut signum Crucis in via positum, ut per ipsum di- rigamur: ne erremus in via morum. Omnis enim vita Christi disciplina morum fuit. Sed vbi que ei contradicunt, nam maxima hominum pars ei cō- tradicit: nam quod Christus laudat, fugit, & quod damnat amplectitur. Positus est enim Christus in signum humilitatis in praesepio: in signum pau- pertatis, in purificatione: & in signum patientiæ & charitatis, in passione. Sed huic signo humilita- tis, patientiæ, paupertatis, & charitatis contradi- cunt superbi, iracundi, auari, & inuidi: denique & omnes peccatores. Vniuersus orbis ei contradi- cit: quia à maximo, vsque ad minimum, omnes auaritia student. Dicunt enim impij inter se. Ve- nite perfruamur bonis, quæ sunt: & vtamur crea- tura. Quis dicere poterit quomodo paupertati Christi humilitati, & eius vitæ contradicunt, non solum ab hæreticis & infidelibus, sed etiam à Chri- stianis? Ab his, qui filium Dei fatentur Christum, despiciunt eius paupertas, vita & doctrina: quia indecorum esse putant non vindicare statim in- iurias, & fragilis animi esse homines ob peccata non contrucidare. Putant præterea se infamia no- tandos fore, si crucifixi vitam sectentur. Sed ad contextum. *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Dolores quos non habuisti in partu vt fen- tires te esse matrem, exolues in morte filij, sentiens te esse matrem: nam ex compassione ad filium in cruce pendentem crudeliter in corde affigeris. Ut autem intelligas quam maximus fuerit dolor vir- ginis, non sine causa dicit, quod non corpus sed animam pertransibit gladius: quia beata virgo in ea parte passa est quæ impassibilis habetur, ideo- que plus quam martyr fuit. Quia dolor passionis oritur à læsione carnis cum perceptione sensus & redundat in animam. Dolor verò compassionis oritur & incipit in anima, & redundat in sensum & carnem. Quanto igitur anima est potentior & magis dominans super carnem, & cetero est delica- tior & magis subiecta animæ, tanto fit maior re- dundantia: & maior dolor est ille, qui incipit ab anima, quam ille dolor qui incipit à carne. Quia igitur ita erat in gloriosa virgine, maior fuit com- passionis in ipsa quam dolor passionis, qui est ex parte naturæ corruptibilis. In ipsa enim vera mar- tyre anima patiebatur, & qui moriebatur erat qui occidebat: carnifex erat amor: & non mori, omnibus malis mors maior erat. Non solum quia beata virgo patiebatur in anima, dolor eius maxi- mus fuit, sed etiam ostenditur maximum fuisse,

ex du-

ex duplici ratione. Primo ex magnitudine amo- ris ad Christum. Quo enim amplius aliquid dili- gimus, eo magis dolemus de infortunio, aut eius perditione: & quemadmodum nullus homo pa- rus alium ita dilexit sicut Dei pari virgo dilectissi- mum filium suum, ita in eius passione supra mo- dum & super omnes cruciata est. Secundo osten- ditur magnum fuisse eius dolorem ex præsentia Christi patientis. Obiectum enim præfens fortius mouet potentiam, quam absens: & si obiectum est causa tristitiæ & infelicitatis, maxime mo- uet potentiam ad tristandum. Amare fleuit Iacob mortem filij sui Ioseph quando ceteri filij tunicā sanguine tinctam patri obtulerunt, tamen multo grauius fletet si oculis suis feram illam vidisset præsentem, quam ipse Iacob dilaniasse filium suum Ioseph & comedisse existimabat. Aegre do- lebat Dauid Absalonem filium suum, cum lachry- mis obortus fletus dicebat. Absalon fili mi, fili mi Absalon. Tamen grauius doleret si oculis propriis Absalonem ex queru pen dentem vidisset, & tri- bus lanceis cor eius transfixum. Agar discessit ne perire filium suum Ismaelem videret. At beata virgo præfens iuxta crucem stabat, & propriis ocu- lis mori videbat sine vlla remedij ope quem ipsa ardentissime amabat. Bene ergo Simeon dixit, quod doloris gladius eius animam pertransiret. ¶ Ex- pende quanta amaritudine plene humane conso- latione sint. Læta erat virgo beatissima & gaude- bat videns se matrem tanti filij, & etiam conten- ta Cantica Simeonis concernens, & simul audiens, quomodo vnigenitus eius filius laudabatur. Ver- rum ut aduentas in vita hac præsentem nullum gau- dium diu permanere, hos inter honores & lau- des prædicat ei Simeon res tristes & dolorem, quem in filij passione passura erat. Hinc discamus tempore felici paratos esse, quandoquidem tri- stitia propinqua est: iuxta illud Sapientis. In die bonorum, memor esto malorum. Lætus erat A- man cum conuiuia esset regina Hester, tamen sta- tim effectus est tristis, quia non honorauit illum Mardocheus. Comitatur enim tristitia omne huius vitæ gaudium. Sola quidem amaritudinis consideratio, quæ per huius vitæ delectationes spar- sa est sufficit ut omnis mundana & sensualis consolatio odio habeatur. Valde quidem lætatur dux quando spolia inter suos diuidit milites, ita ut Esaias ad significandum quantopere illo opta- tissimo ac foelicissimo redemptoris aduentu læta- retur mundus, dixerit. Lætabuntur in te sicut vi- ctiores capta præda, quando diuidunt spolia. Sed cum postrema gaudia luctus occupet: sic sane Da- uid Regi accidit, cui simili hac lætitia gaudenti & inter suos milites spolia diuidenti, subito & inopinatō quidam venit lamentabilis nunciū, Sau- lis nimirum mortem, & Ionathæ, & perditionem totius Israel denuncians: cuius rei gratia tota eor- um lætitia conuersa est in luctum. Vnde inter gaudia illa victoriæ fecerunt Dauid & sui plan- ctum, & ieiunauerunt, scideruntque vestimenta sua. Vides & tu iam, quod in hac vita nihil gaudij sit quod per longum duret tempus. In beata vir- gine quidem rectè hoc ostenditur: nam inter lau- des & honores nuncia statim crudelissimi audit martyrij. Igitur illud Apostoli seruemus omnes fideles: ita ut qui gaudent tanquam non gauden-

tes sint: & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi, & c. ¶ Obseruandum est etiam quomodo Deus esse suos aliquando corripere videatur, in hoc profecto demonstrat amorem, quem in eos habet, ut aper- tissime videre est in beatissima virgine: nullus si- quidem viuentium sanctior illa fuit, neque tantis ac talibus cruciatibus ac internis martyrijs afflic- tior: imo nunquam aliqua mater ob vnicum fi- lium tot dolores ac tantos passa est, quot hæc ve- neranda mater. Statim in ipsa eius infantia Chri- stum filium secum ferens in Aegyptū fugere co- actus est: & inter peregrinos & extraneos totum septennium commorari in exilio. Post multas de- nique persecutiones ac animi perturbationes, quæ longissimum esset recensere amantissimum filium acerbillima morte interfectum inter duos latro- nes affixum, tantus amor videre coegit. ¶ Ad- uertendum quoque est, quod Deus eo quod pro- be satis arrogantiam nostram & inflationem no- uit in præbendo nobis auxilia sic se habet, ut pro- speritatem & fauorem effraenet & in angustias de- venire nos permittat: ut aperte cognoscamus, nihil ex nobis posse, & miseria nostra late pateat. Lætissimus profecto beatus Petrus effectus est, quia ei Christus dixerat beatus es Simon Bariona, ita ut paruo post tempore transacto aufus fuerit impedire passionem Christi: quapropter ab eodē domino grauissimè fuit reprehensus. Itā Dauid va- no de se cogitatu inflatus, quam plurimum apud Deum valere putans, ita ut de se confidens dixe- rit. Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum, Tamen ut cognosceret se nihil sine Deo esse dereliquit eum dominus & sic cecidit, & exclā- mauit dicens. Auertisti faciē tuam à me, & factus sum conturbatus. Sic enim quenire solet natū ty- roni, qui à peritiori in arte illa per barbam in flu- uio ducitur & docetur. Si talis stultè inflatus pu- tans se iam peritum, cum ita non sit, relinquatur à magistro, statim submergitur & aperte fatetur illius auxilio indigere. Itā hominem proculdubio oportet non semper esse prosperum, ne ideo su- perbiat & emergatur: imo potius, quod aliquan- do dolores & persecutiones patiat, ut se cognos- cat. Nimia quidem prosperitas damni illatiua esse solet: & sic Deus homines illa priuare misericordi- ter intendit. Sic sponsa in Canticis ait dilecte. Fuge dilecte mi assimilare capræ, hinnuloque ceruorū. Ac si diceret. Das mihi sponse in tua præsentia tantam suauitatem, ut timeam his rebus te mihi obsequia mea velle soluere: ideo fuge. A uer te mihi delicias, ut patientiæ occasionem habeā: & potiar te tam in prosperis quam in aduersis. Assimilatur sponsus hinnulo ceruorum, quod quidem ani- mal fugit à venatoribus & canibus, & quando ab eis per aliquod distat spatium se derinet & ca- put vertit, ut persecutorem videat. Itā tu domi- ne à me fuge, id est, ne tantas mihi elargiaris deli- cias: tamen tua fuga sit similis capræ hinnuloque ceruorum, ut quando longe à me fueris me expe- ctes, appelles, in tuamque gratiam reuoces. Sic igitur agit Christus dominus cū suis, ut se agnoscat, & ad Deum omnipotentem confugiat, qui fons totius miserationis est. Sequitur in contextu. *Vi- reletur ex multis cordibus cogitationes.* Verbum istud intricatum est, referri que potest ad particulā

Ioan. 18

Esai. 42

Psal. 74

Ori lib. 4  
epist. Ro.  
Au. 2. do.  
Christi.  
Ioan. 6.  
Esai. 11.

Psal. 2

Luc. 19

Ioan. 8

Ioan. 10

Ioan. 19

Act. 18

Iher. 3

Gene. 37

2. Re. 18

Gene. 21

Iher. 6  
Sapient. 2

Ecl. 18

Esai. 5

Esai. 9

Pro. 14

2. Reg. 1

1. Cor. 7

Matt. 2

Matt. 16

Psal. 39  
Psal. 28

Cant. 8

immediate prahabita: vel ad id, quod dixerat Simeon, positus est hic in ruinam. Ex hoc enim quod Christus venit & in quorundam salutem & ad aliorum malorum damnationem occasionaliter, item ex passione ipsius compassionemque matris eius, factum est, vt multorum hominum cogitationes, quæ antea latebant reuelarentur: id est, per quosdam effectus alius proderentur ac declararentur. In tempore enim passionis manifestatum est quid in pectore celabant Iudas, Caiphas, & Annas: & quid in animo fuerit Nicodemi, Iosephi Arimathææ & sanctorum mulierum, quæ secutæ fuerant Christum à Galilæa. Scribæ etiam & Pharisæi multa gratulantes de aduentu Christi narrabant: sed in eius morte gauisi sunt. Sic olim prædixerat Oseas Propheta. Cum sanare vellem Israël, reuelata est iniquitas Ephraim & malitia Samariæ. ¶ Aduerte quam aperte tribulatio & angustia ostendat quisnam verus & falsus amicus sit. Artus enim amicus tempestate notatur. O quam pauci nostris temporibus veri amici sunt. Tales inuenies plurimos qualis ab Ecclesiastico dicitur. Amicus mensæ, nō permanebit tempore tribulationis. Quando Hierusalem plorabat, dixit. Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Clare ergo constat quod amicitia illa, quam cum Hierusalem inierunt non fuit vera: quandoquidem eam in aduersis deseruerunt. Multi comitabatur Christum in solenni illa processione, quando populus Hebræorum cum ramis exiit obuiam ei, nec Apostoli tunc magistrum dereliquerunt: sed appropinquante passione & morte, relicto eo omnes fugerunt. Et ideo de eis conquerebatur Christus per Psalmistam dicens. Amici mei & proximi mei, recesserunt à me. Maior quidem angustia & quæ plus patientissimum Iob pungit fuit separatio illa amicorum, qui principio ad eius consolationem venerant & quod ei contrarii fuerint & reprehenderint, & iniuriosa verba dixerint: & de hoc conqueritur ipse dicens. Quare persequimini me, sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Multi quidem ab amicis decipiuntur: nam cum amicitiam veram existiment arcana sua ostendunt & egentias similiter vt amici subueniant: ipsi verò recedunt & excusationes afferunt. In angustiis veri cognoscuntur amici: atque ideo in Christi passione (vt Simeon ait) cognita fuerunt cogitationes multorum, & eorum simulata amicitia patefacta est. Consequenter nunc recitatur testimonium Christo impertitum à quadam scemina probatæ autoritatis: de qua ait noster Lucas. *Et erat Anna prophetissa filia Phanael, de tribu Aser.* Nomina ista & particulae posite sunt ad indicandum rei certitudinem: & vt ab aliis, qui simili nomine vocabantur distingueretur. Aser vnus fuit ex duo decim patriarchis filiorum Iacob. Tribui huic de qua hæc Anna erat, data est benedictio in filiis. Moyses enim ante obitum benedixerat ei dicens. Benedictus in fili-

liis Aser, sit placens fratribus suis, &c. Sicut dies, inquit, iuuentutis tuæ, ita & senectus tua. Vides quam plenè hæc impleta sunt in hac filia Aser, quia (vt statim dicemus) à iuuentute in senectam vsque, Deo inseruiuit: Porro Phanael pater suus nomen accepit à loco vbi sanctus Iacob luctatus est cum Angelo. Dicitur enim in Genesi post luctum. Vocauit Iacob nomen loci illius Phanael dicens. Vidi dominum in facie ad faciem: & salua facta est anima mea. ¶ Aduerte hic quod decebat Christi aduentum testimonium habere ab omni genere personarum, vt in excusabiles fiant, qui euangelio non credunt. Habuit enim testimonium à natura Angelica: facta est enim cum Angelo multitudo cælestis exercitus. Et à natura cælesti. Vidimus stella in oriente. Et à simplicibus pastoribus: nam omnes, qui audierunt mirati sunt de his, quæ dicta erant illis à pastoribus. A senescerote Simeone. Et benedixit eis Simeon. Et etiam ab Anna vidua & sancta quæ loquebatur de illo omnibus, qui expectabant consolationem Israël. Infantuli quoque innocentes non loquendo sed moriendo Christum confessi sunt. Denique testimonium Christus habuit tam à viris quàm à mulieribus vt ostenderet, quod vterque sex redemptionem expectabat: sicut & vterque ceciderat. ¶ Vide etiam quæ rari sunt, qui charitatis opus exercent, nam ex tota illa Hierosolymitana multitudo quatuor tantummodo personæ videlicet Maria, Ioseph, Simeon, & Anna commotæ sunt ad exercendum charitatis opus erga dominum. Similiter hodie rari in hoc genere inueniuntur charitatis, qui proximis subueniant. Multiplicasti gentem, inquit Esaias, & non magnificasti lætitiā. Non desunt quidem, qui Christiani verè Christiano, ecclesia sibi gratulari queat, &c. Autoritas igitur Annæ insinuat ex nobilitate generis, & spiritu prophético, & morum sanctitate, & ex statu suo. Ex his omnibus euangelista illam commendat. Primum igitur de generis nobilitate, quæ etiam apud Deum nihil valeat cum vera nobilitas sola virtus appelletur, tamen nobiles quasi quadam necessitate coguntur ne degenerent à maiorum nobilitate, quia nobilitas de se ad sequendam virtutem inuitat, & in bono sicut gemma in aureo annulo locatur & è diuerso in malo sicut gladius in manibus furiosi, qui quidem eo ad crimina perpetranda abutitur. Tales certè sunt nobiles multi, qui à sua nobilitate & potestate ansam sumunt ad superbiam, vanitatem, tyrannidem, & in vilipendium pauperum & crudelitatem erga proximos & alij id genus. Multi ergo nobiles & nobilium filij sunt his similes. Cain vero, Cain, Ismael, & Esau à patribus probis, sanctis & honestis, ipsi vero ex propria malitia improbi extiterunt: & è contrario Ezechias vir bonus fuit, de quo dicit scriptura, quod fecit bonum coram domino: Achez autem filius improbus qui filium proprium per ignem traiecit sacrificauit idolis. Quod si ignobilis es da operam virtuti, ita vt maiores tui à te incipiant initium memorie suæ, quod erit tibi gloria maior. Si verò à progenie & ortu nobiles, stude maiorum imitati nobilitatem, obligationem confiderans, quam vt officiosus sis habes, ne tuis operibus improbis inhærens nobilitatem deas, quam à maioribus

Gen. 32

Matt. 2.

Esai. 9.

4. Re. 18.

Pro. 26.

Esai. 65.

Ecl. 21.

Ecl. 30.

Hier. lib. 1. con. Ioni.

mini.

Amb. su. per 2. cap. epistola 1.

ad Cor.

Aug. li. 2. de cõsa.

ca. 6.

1. Co. 12.

maioribus tuis accepisti. Beata vero Anna patrem suum tum in maioribus, tum virtutibus est secuta. Sequitur. *Hæc processerat in diebus multis.* E contrario quidè in impio tempus frustra teritur: nam sicut ostium vertitur in cardine, ita, inquit Salomon, quod piger in lectulo suo. Ita multi sunt, quorum gratia multi prætereunt dies & anni, & hoc vt homines corrigantur, & poenitentiam de malo agant: tamen ipsi quamuis anni labantur, & prætereant semper in sua manent iuuentute & peccati viriditate, ita vt nec vnquam vitam corrigere student, nec prudentiam senio adipiscantur. Pueri centum annorum maledicti sunt, ait Esaias. Non sic beata ista prophetissa, imò ad pares angulos cum tempore currebat: ideoque euangelista de ea ait, quod processerat, quia cum annorum cursu non accesserat prudentia, & sicut anni iuuentutis præterierunt, ita etiam mundi vanitates in ipsa extinctæ fuerunt. ¶ Porro vt intelligas, quod castitas non solum animæ salutem prodest, verum etiam longam tribuit corpori sanitatē & vitam, sicut è diuerso libidinosi actus vitam breuem: postquam Euangelista dixerat multos vixisse annos, quasi causam reddens longiuidinis vitæ, castitatis & honestatis illam laudat dicens. *Et vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua.* Hoc est, à tempore quo eam adhuc virginē assumpsit in coniugium: septem enim annis vixit cum viro suo in matrimonio, post cuius obitum octoginta & quatuor superstes castissimè vixit, lure id quidè dicit, quod vixerat cū viro suo, in quo innuitur habuisse erga illum pacificam conuersationem: nam si non fuisset inter eos concordia & pax, nec fuisset vita imò potius mors. Beata equidem sunt pacificæ & benedictæ vxores. Tales profectò rarissimè inuenies: imò insolentes & furiosas, quibus scū habitare potius est dicendum mori & asperimè mori, quàm morari leoni & draconi plus placebit, quàm habitare cum muliere nequam. Et alibi adiungit. Melior est mors quam vita amara: qualis est illa, quæ homo habet cum muliere litigiosa. Vocat autè Euangelista, beatam istam castissimam, quia castitas & corporis pudicitia maxima dispositio est ad scrutanda & penetranda cælestia arcana. Hæc siquidè virtus nimis animam disponit ad receptionem diuinarum reuelationum: sicut è contrario luxuria hebetat intellectum, turpem & crassum ad talia acquirèda reddit. Sic legitur de Ezechiele Propheta (asserente Hieronymo) qui mortua vxore eleuatus est à Domino, & vidit arcana & cælestia: quod tamen euenit minime illa viuente, & matrimonio stante. Præterea inter duodecim Apostolos (vt inquit Ambrosius) solus Ioannes fuit virgo, & sicut peccatore Christo recumbens meruit eleuari ad tam alta, diuina & inscrutabilia secreta: sicque altiora cæteris scripsit, asserente beato Augustino, inter omnes scripturas euangelium Ioannis eminentissimū esse. Et inter cæteros Apostolos etiam Paulus virgo fuit, ideoque raptus in tertium vsque cælum, & vidit diuinā essentiam. Sanctus verò Thomas Aquinas Angelicus doctor ob hanc præstantissimam virtutem resplenduit in ecclesia Dei admirabili quadam sapientia: cuius doctrina ita illuminat ecclesiam, vt sol & luna. Sibyllæ verò illæ satis notæ etiam si Gentiles, domū veræ pro-

phetiæ habuerunt: & hoc (vt inquit diuus Hieronymus) quia castitatē dilexerunt & fuerunt virgines. Similiter credo Annam nostram eo quod à iuuentute castissimè & honestissimè vixit spiritum quoque propheticum meruisse: ideoque Euangelista postquā prophetissam vocauit statim de multis annis, quibus castissimè vixit memoriam fecit. ¶ Secundo & principaliter laudat ab statū dicens. *Et hæc vidua erat.* Et quod talis status viduarum sit probus, patet, quia Deus in sacris literis sepe commendat viduas, & iudicibus iubet vt causam viduarum defendant. Vidua, inquit, & pupillo nō nocebitis: si leseritis eos vociferabunt ad me, & ego audiam clamorē eorum. Non enim despiciet Dominus preces pupilli & viduarum: si effundat loquelam gemitus. Quia ratione inter peccata populi Israelitici numerat Esaias viduas indefensas fuisse dicens: Non iudicant causam viduæ. Paulus quoque tanto aestimat eas, vt connumeret etiam cum virginibus. Mulier (ait) inuupta & virgo, cogitur quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Et egregius Pfaltes: Viduam eius benedicens benedicam. Verum vt intelligatur perseuerantia casta viduitatis huius beatæ, subdit Euangelista. *Vixit ad annos octoginta quatuor.* Hic annorum numerus non ad ætatem Annæ referendus, sed ad spatium viduitatis. Nec fuit leuis nec temeraria puella, imò mulier grauis & prouectæ ætatis. Et sacræ & prophanæ literæ plus sapientiæ solent tribuere senioribus quàm adolescentioribus. De ætate verò Annæ constare potest ex eo quod Euangelista ait, videlicet ipsam septem annos vixisse cū viro suo à virginitate sua & in viduitate egisse vsque annos octoginta quatuor. Si verò addideris annos, quos vixit ante nuptias, inuenies quod saltem compleuerat centum & sex annos seruata vsque ad hanc ætatem, in Christi Saluatoris obsequium. Maximum tandem castitatis exemplum nobis hæc facta reliquit: nec fecit sicut huius tempestatis vxores quàm plures, quæ nondum bene exequias primas compleuerunt: quando iterum secundò numero, quia talibus viduis non datur annulus aureus, nec benedicuntur nuptiæ, nec post mortē talis vxoris viduæ ad sacros ordines potest vir promoueri. ¶ Tertio Euangelista illam laudat de beata vita & modo viuendi dicens de beata ista. *Qua non discedebat de templo.* Nec ex hoc intelligatur semper in templo residere, sed quod crebro frequētabat. Quod nos etiā de aliquibus talia facientibus dicere solemus: & si non semper adsint in ecclesia. Sic etiam Paulus Romanis ait: Sine intermissione memoriam vestri facio in orationibus meis. Et ad Thessalonicenses: Sine intermissione orate inuicem. Quasi dicat: Sedulo orationē facite. Nam si semper Anna in templo resideret non diceret Euangelista, quod in ipsa hora superuenit in templum. Discant hinc viduæ nostræ non diuagare de domo in domum, & de loco in locum, sed manere domi & frequentare Ecclesiam. Est enim vidua, quasi monialis: idque indicare videtur vidualis vestis, quæ lugubris & mœsta, & quasi à secularibus separata esse debet: ostendens per hoc renunciasse mundanis deliciis. Talis tandem sancta ista erat, vt à suo cubiculo & templo non discedebat quandoquidem nostri temporis viduis

Lib. 1. ad Rom. Ioni.

Exod. 22

Esai. 1.

1. Cor. 7.

Psal. 131

Rom. 8.

1. Thes. 5:

non ita videmus, quae etsi liberae sint & expeditae ad ista nolunt ad hoc libertate sua uti, nec in hoc tempus consumere: imò per vias, plateas & hortulos, diuagare, amicas visitare, & propria desideria adimplere: & si secundas nuptias recusent non causa castitatis seruanda: imò libertatis potendae, id faciunt. Audiant ergo tales beatum Paulum dicentem. Vidua in deliciis viuens, mortua est. Sed de his satis. ¶ Quarto laudat eam de ieiunio & oratione, ideo sequitur in contextu. *Ieiunius & orationibus seruans nocte & die.* Adiungit ieiunium cum oratione, quia in ieiunio sanantur pestes corporis, in oratione verò agnitiones animae. Sic apud Tobiam: Bona est oratio cum ieiunio. Vult enim Deus, quod oratione comitentur bona opera. Ideo Psalmista ait: Vnam peti à Domino, hanc requiram. Et postquam dixit quod orans petebat (siquidem oratio petitio est) statim addidit hanc requiram. Beatitudo caelestis oratione petenda est: sed tamen quaerere operando necesse est. Ideo in Ezechiele habetur, quod illa sancta animalia manus & pennas ad similitudinē hominis habebant: ubi datur intelligi opera nostra secundum rationem & iustitiā facta cum orationis ala comitanda esse: ideoque erat manus hominis quae opus rationale. Vtrumque vero ab ista sancta fiebat: legem enim Domini meditabatur & opere illam exequabatur. Vnde David. Et meditabor in mandatis tuis, quae dilexi. Sequitur. Et leuavi manus meas ad mandata tua quae dilexi, & exercebor in iustificationibus tuis. Vide ergo appositissimi ordinem. Prius meditari, & postea diligit: quia ut alibi dicit, in meditatione mea exardescit ignis. Et quamuis amore praecedat meditatio, cum ad orationē & perseverantiam in ea opus sit ieiunio, quod mirum mentem eleuat, similiter ieiunium & abstinentia necessaria sunt, ut in his exercitiis perseveremus. Quod profecto sequens exemplū illustrabit. Si in igne ouum sanū vel castanea absque vlla fractione mittantur agente in ea igne defuscunt, franguntur & extra ignē saluunt: si verò ante calefactionem paululum frangantur non item. Similiter de homine ad amorem & Christi seruerem accedente dicendum est. Si talis fuerit sanus, pinguis, integer corpore, non verò fractus ieiunio, orationibus, & vigiliis, citò quidem deficiet, & ab oratione & contemplatione discedet. Si verò fractus, & ieiunio abstinentiaque armatus orauerit, minime recedet: imò prompte & delectabiliter orans perseverabit. Astinentes erant & ieiunabant illi pueri Babylonici, nec cibos mensae regalis comedere volebant, sed legumina tantū: & quasi castaneae missi sunt in fornacem iussu Nabuchodonosor: ubique sine metu aliquo in medio ignis positi, & absque aliqua combustione, imò canētes laudes diuinas erant perseverantes & dicentes: Benedicite omnia opera Domini Domino, &c. Et liberati sunt. Ita etiam Moyses fuit in monte quadraginta dies sine cibo & potu sola diuina conuersatione sustentus. Sic & ista Anna sanctissima abstiens & ieiunans orabat, & à templo non discedebat, quia mortificatā habebat carnē ieiunio & à Deo, qui ignis ardentissimus charitatis est, veluti castanea fracta non discedebat. Discamus & nos in lege Domini meditari nec acquiescamus de cetero secularibus illecebris nec occupemur variis impedi-

mentis, sed semper ad legē Christi simus intenti. Scriptum est enim: Os iusti meditabitur sapientiā, & lingua eius loquetur iudiciū. Quam meditationem maximè sacerdotibus necessariam esse Apostolus Paulus ostendit, ad Titum dicens quod debet Episcopus amplecti eū, qui secundum doctrinam, &c. Et ad Timotheum: Attende lectioni & exhortationi doctrinae. Ideoque David: Veniant mihi miserationes tuae & viuā, quia lex tua meditatio mea est. Cui lex Dei meditatio est, huic quidem praesto sunt misericordiae ut viuat in aeternū: nullus enim beatus esse potest absque miseratione diuina, &c. ¶ Docemur secundo in bonis actibus perseverare veluti Anna, quae incessanter per tot annos in ieiuniis & orationibus se Deo dedicauit. Ideoque si seruire Deo inceperis in fine vsque perseverare teneris. Arbor enim quae saepe inferitur, non mittit radices nec fructum aliquē afferet. Ita sane tibi eueniet si ab incepto bono recesseris, virtutum fructus nec bonorum operū producere poteris. Virtus siquidem habitus est, cuius actus per bona opera sunt multiplicandi, alias habitus generari non potest. Vnde Ecclesiasticus ait: Homo sensatus in sapientia manet sicut sol: stultus autē sicut luna mutatur. Stabiles quidem sunt iusti & sancti viri: & talis fuit sanctus ille pater Abraham, qui cum in sacrificio à muscarum cohorte maximè infestaretur, nihilominus inceptū, quod fecit non reliquit. Disce ergo ab eo & ab Anna sancta infestas muscas, cogitationes varias, & impedimēta quae sese statim Dei ministris offerunt profusus expellere & per calcata perge ista. Qui enim ad finem vsque perseverauerit, saluus erit. ¶ Tertio admonet locus iste ieiunare & carnem macerare sicut haec sancta femina fecit: ista enim media sunt satis congrua ad finem illum propter mirabiles effectus quos in nobis gignunt & excitant, ut satis probe experti experiuntur: contrariū enim vitium periculosum est valde, testante Apostolo. Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Astringenda caro est, ieiunio & oratione maceranda, ne se extollat & iugulet nos. Si enim nauis graui pondere oneretur, in profundū pelagi demergetur. Sic & tu si corpus tuū varia ciborum diuersitate oneraueris, te in profundū culpae deducet, an famāque assumer diabolus ut te decipiat, veluti primos parentes per gulam ab statu innocentie eiecit. Expe- dit ergo, ut abstinentia caro coerceretur. Haec enim est Eua nos ad pomum prohibitum inuitans. Haec est Aegyptia illa Putipharis, innocentem Ioseph ad turpitudinem prouocans. Haec est Iael Sisaram ficto amore seducēs, & verè occidens. Haec est Dalida quae Samsonem in gremio blande excepit, & falsò tradidit Philisthaeis, ut caecus ad ignominiam adduceretur. Haec est puella saltatrix quae Ioannis caput petiuit. Haec tandem est ancilla ostiaria, ad cuius vocem Christi negamus. Hanc profusus debemus coercere & castigare, ut fecit Apostolus, ad Cor. dicens: Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. Quod si Christi Apostolus, & eius electionis vas corpus suū castigabat: maiori quidē iure nos peccatores de nostra salute incerti id efficere debemus. Cum enim ea, quae scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sint tenemus, ut diximus corpus castigare, ieiunium & orationem insectare. His armis armata Hester, Israeliticum populum

pulum à tyrannide Aman liberauit: & Iudith fortissimum ducē Holophernem trucidauit. Daniel etiam ex eo frui multis Dei mysteriis meruit: & Angelus Domini de hac monuit beatū Tobiam, & Paulus Timotheo. ¶ Demum, ut concludam vnum hic obseruatione dignum arbitror. Quorsum euangelista moras prorahit in laudibus huius Annae, quia nobilitatis illam laudat, abstinentiae, castitatis, &c. Nempe propter firmandū testimonium quod de Christo dederat, ut maximè aestimes & facias quae haec mulier dixerit: quia credendum minime erat mulierē vitae tam integerrimae leuia dicturam esse, & res dictu non dignas nec veras. Nullus mentis compos in eius dictis & testimonio dubitare poterat: quandoquidē inculpatae vitae haec Anna erat. Quamobrē priusquam Euangelista dicat testimonium quod de Christo dedit eius describit encomia, praeter gesta & mores, ut plurimi, quod dixerit aestimes. Noluit Christus, quod daemones de eo testimonium ferrent, cum illum filiū Dei testificabantur, quia ab impiis laudari non vult, sed à bonis. Laudatur Christus à Simeone & Anna, quos Euangelista laudibus extollit, priusquam illorū testimonium in medium ferat. Tu etiā non parui facias bonorū laudes, nec maximi ducas impiorum honores (nā ut Seneca ait) tam turpe tibi sit laudari à turpibus, quam si lauderis ob turpia. Sed de his non nihil inferius capite quarto Deo dante dicemus. Igitur postquam Euangelista nosse Lucas vitae probitatem huius sanctissimae mulieris insinuauit, nunc in mediū proferit testimonium illius: ideoque consequenter ait. *Et haec ipsa hora, superueniens.* Non casu, vel ab homine vocata venit, sed in spiritu sicut Simeon. Suggesterat enim illi Spiritus sanctus iam natum Christum: iam adesse puerum, tot seculis expectatum. *Confitebatur Domino.* Hoc est, de Christo testimonium perhibebat. Sicut ad praesentiam solis, & à virtute ab eo emanante arbores frondebant, germinant, & fructus faciunt: sic veniens in hunc mundum, sol iustitiae Christi fructum mirabilem erga suos producens, ipsi verò accipientes, in laudes & gratiarum actiones proruperunt. Tunc enim Angeli, pastores, reges, Simeon, & Anna decanauerunt, & Dominum laudauerunt. Sed Simeonis testificatio explicite describitur, & per modum praenotij, Annae verò implicite & per modum confessionis: quia docere in ecclesia foemina non permittitur, sed viris. Prophetauerunt ergo de Christo Simeon, Zacharias, beatissima virgo, Elisabeth coniugata, & Anna vidua: opere primum enim fuit, ut ab utroque sexu id efficeretur. ¶ Vide etiam & perpende quomodo fideles, boni, & probi, mutuo ad inuicem se adiuuant in Dei ministerio. Erat enim Simeon laudans & praedicans Christum, & ecce Anna ad hoc efficiendum diligenter superuenit. Sic Aaron praesto fuit Moysi, cui blasa erat lingua in eius adiutorij. Mali verò & improbi & contrario efficiunt: tales enim non modo non adiuuant, quin potius impedimēto sunt bonis, eosque impedire & à Dei obsequio depellere ac reuocare conantur. Idemque ipsi ad inuicē se impediunt, mordent, famamque corrodunt, ita ut simul cohabitare nequeant propter crebras & infestas discordias quas inter sese habent, iuxta illud quod Salomō in Proverbiis ait: *Domus impij*

plurima conturbatio Ex quo fit ut mali sepe congregentur ad perpetrandū malū sicut filij Iacob, ut fratrem suum Ioseph Israhelitis venderent: & aedificatores turris Babel ad stultitiam illam & vanitatem. ¶ Disce praeterea quod Christus ex eo quod homo & infantulus factus serui formā accipiens, à pastoribus & Angelis in praesepio summis effertur laudibus, & à Simeone in vniuersa ut beatissima virgo & eius sponsus vehemēter mirarentur. Sed nos Christū non ex his quae foris apparēt, sed quae de illo sacra eloquia & catholica fides testantur firmiter credentes admiremur, iuxta illud: Custodi pedem tuum, ingrediens domum Dei: & Eccl. 4. appropinqua ut audias. Maiestatē enim diuinam corporeis oculis cernere, nec mente tota comprehendere nequaquam valemus, sed fide & auditu absque aliquo alio processu nec scrutinio. Praeterea uas illud. Scrutator diuinā maiestatis, opprimetur à gloria. Sic certè oppressi sunt, allucinati, & decepti, Iudaei multi, Philosophi, atque Ethnici, qui nolentes captiuare intellectū in obsequium Christi, & sicut cognouerūt adorare, in errores & haereses quam plurimas inciderunt. Sicut enim in Gen. 27. Isaac iam sene omnes sensus decepti sunt cum benedixit filio Iacob praeter auditus: sic erga Christi Saluatoris nostri intellectionem omnes humani sensus praeter auditus decipiuntur. Vox, inquit, est vox Iacob. In hoc vno verum dixit: falsum verò in eo quod dixit, manus verò manus Esau. Sic tu fidelis cum audis Simeonem dicentem Christum mundi salutem & lumen, & Annam confidentem regem esse Israel, & expectatum redemptorē iam uisisse, haec vera esse crede: nam auditus non est deceptus in Isaac. Nec in nobis quidem: quia non tangitur diuinitas nec odoratur, non videtur, nec corporeo sensu gustatur: nihilominus in deitate quam audis crede, etiam si oculis corporeis percipere nequeas. Crede etiam testibus locupletissimis qui hanc veritatem testificantur, videlicet sanctis Simeoni & Annae, sanctae ecclesiae catholicae Romanae, doctoribus, martyribusque quam plurimis, qui hanc veritatem confitebantur: & pro illa tuenda sanguinem suum funderi non dubitarūt. Sed ad contextum. *Et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel.* Videlicet quod ipse esset verus redemptor eorū, iam diu desideratus. Sed prius confitebatur confessione laudis, & postea loquebatur expectantibus eū: quod egregie in persona eius regis Propheta testatur, dicens: Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum. Aduerte quod duo ait hic Euangelista. Primum est, quod loquebatur de illo, scilicet de puero Iesu. Secundū, quod hoc non omnibus loquebatur, sed tantum expectantibus redemptionem Israel. Erga primum expende quod de Deo loquebatur, non de anilibus fabulis caducisque euentibus, ut faciunt stulti homines, & fatuae vetulae tempus frustra terentes: non de luxu, aut de carnis illecebris, non quomodo decipiendus proximus, nec alia id genus superuacanea. Si quis loquitur (ait beatus Ieremus) quasi sermones Dei. Admonemur hic verba nostra casta esse debere & pia, ut expedit seruis memoria illud Saluatoris, quod de omni verbo ocioſo reddidit sumus rationē. Nā si inhonestā & ocioſa verba non vitaueris, parum in diuino proficere obſe-

1. Tim. 5

Tob. 4.

Psal. 125

Ezech. 10.

Psal. 118

Psal. 38.

Dan. 1.

Dan. 3.

Exod. 24.

Deut. 4.

Psal. 136

Tit. 1.

2. Tim. 4

Psal. 118

Eccl. 27.

Gen. 15.

Mat. 10.

Rom. 8.

Genes. 3.

Gene. 39.

Iud. 4.

Iud. 16.

Mar. 6.

Matt. 26

1. Cor. 9.

Rom. 15.

Hes. 4.

Psal. 108

1. Pet. 4.

Matt. 10



*Esai. 118* obsequio. Verba equidem sancta & spiritualia inflammat cor, dicente Psalmista: Ignitum eloquiū tuum vehementer. E diuerso vana & inutilia charitatem & dilectionem extinguunt. Vnde Apostolus Paulus ad Timotheum ait: Prophana & vaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem. Si homines communiter vrbani turpia & inhonesta verba reprobare solēt: maiori iure Christi ministri id prorsus efficere tenentur, cū ex prauis verbis praua sequantur opera, afferente Apostolo. Colloquia praua corrumpūt bonos mores. *Eccles. 9.* Et Ecclesiasticus: Sit omnis enarratio tua in preceptis altissimi, &c. ¶ Secundo hæc sancta mulier Anna de Deo loquebatur: sed nō omnibus, sed illis solummodo, qui redemptionē Israel expectabant. Cum istis tantum loquebatur, quia nouerat quod margaritæ non erant proiciendæ ante porcos, nec est dādum sanctū canibus. Cælestia enim non sunt hominibus, qui bestialiter viuunt communicanda, tales profectō capaces non sunt cælestia donorum: quoniam teste Apostolo carnalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Hoc est etiam quod in Esaiâ habetur: Quis docebit hominem scientiam? Et quem intelligere faciet auditū? Ablatōs à lacte, abusus ab vberē. Hinc etiā *1. Cor. 2.* Apostolus: Sapientiam loquimur inter perfectos. Atque ideo his, qui expectabant redemptionē Israel loquebatur. Multi etiā & nunc non expectāt redemptionem malorum, in quibus viuunt, quia gaudēt in deliciis & peccatis: & quia iam in profundum peccatorum venerunt, medicinam & redemptionem contempnunt. Latantur cum malē fecerint, & exultāt in rebus pessimis. Talibus prædicare est aerem verberare & laterem lauare: sed illis prædicandum est potissimē, qui peccatorum suorum pondus sentiunt & excutere desiderant: nunquam enim dulcedo illa atque cælestis cōsolatio degustatur, quousque mundana amara videatur. Hinc Christus: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Non vocat eos, qui pondus mundi putant quietē & leuitatem, tales enim cōverti nequeunt, sed eos qui sentium mundi onera graua & periculosa, & laboriosum seruire mundo arbitrantur: quia hi facile mundi pondus & eius labores relinquunt, & ad Deum confugiunt, atque ideo dixit, qui laboratis & onerati estis. His, qui onera mundi sentiūt regnum Dei prædicandum est: illis inquam, quibus peccatum fastidium est, & exire ab eius vinculo cupiunt, & ad hoc disponi incipiunt. Admoneatur etiam hic ne in dignis mysteria Dei paadamus. *Matth. 13* Dei enim mysteria thesaurus est absconditus in agro cordis nostri, in quo vult Deus seruari. Quod si Babylonis, hoc est indignis propalaueris contra Dei voluntatem efficias, & dicitur tibi id, quod ex parte Dei dixit Esaias Ezechie regi, eo quod thesaurus domus suæ ostendit nunciis regis Babylonis. Filij tui erūt eunuchi in palatio regis Babylonis. Verba enim & tēpus perdis, & te ipsum seruam facis. Sed iam ad contextum, *Et ut peccerunt omnia secundum legem Moysi.* Hoc est, postquā Maria & Ioseph omnia illa adimplerunt quæ secundum legis præcepta ad ritum purificationis spectabant. Reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Bene dicit, peccerunt: quia non quomocumque mater Christi adimpleuit, sed

perfectē. Disce ex Christi parentibus ad perfectionem vsque quæcūque inceptis perducere. Si domum edificare intendis, iacta que sunt fundamenta & parietes, sed quid proderit, rogo, si sine tecto domum reliqueris. Quid similiter proderit incipere seruire Deo, nisi in incepto perseueraueris bono? Irridebunt te sanē dæmones, & de te dicent illud: Hic homo cepit edificare, & non potuit consummare, Ideo beatus Iob inquit: Donec deficiā nunquam recedam ab innocentia mea: & iustificationem quam cepi tenere non deseram. Sic etiam & Paulus: Bonum certamē certauī, cursum consummaui, &c. Deus enim in omnibus perfectus est, perfectaque opera nostra petit. Estote, inquit, perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est. Tu verō videris parturire monstra & in lucem prodere filios bonorum operum, videlicet virtutū & charitatis: sed tamen ista adolentia nequeunt eo quod in via deficiis, & ab incepto bono gradum reuocas. ¶ Multa præterea omittit sanctus Euangelista Lucas, quæ nouit scripta à Matthæo: quomodo scilicet Iesus post hæc sit in Aegypto translatus, ne ab Herode occideretur: & post mortem Herodis quomodo reuersus sit in Nazareth: vnus enim Euangelista supplere solet quod ab alio prætermissum. Peracto itaque purificationis ministerio reuersi sunt in Bethlechem, & ibi Angelus apparuit Iosepho, cui dixit ut iret in Aegyptum, & post mortem Herodis, cū reuerteretur monitus est ut iret in Galilæam, & tunc (Matthæo alibi asserente & Luca hic) reuersus est in Nazareth Galilææ. Hæc enim reuersio, de qua hic noster Lucas, non fuit immediatē post purificationē, sed post septem annos: nam manserunt in Iudæa vsque ad monitionem Angeli & ierunt in Aegyptum, & postea reuerentes ab Aegypto & Iudæam perentes, quia Archelaus regnabat, illuc ire timsuerunt: & ideo abierunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Nā si de Galilæa existēt ut irent in Aegyptum, cum reuertebantur recto tramite irent in Nazareth, & nō indidissent ire in Iudæā, vbi domum nullam habebāt. Nam volens Ioseph ire in Iudæam cū reuerteretur ab Aegypto conspicuū est quod ex Iudæa recessit in Aegyptum: ideoque cum Euangelista noster dicit quod reuersi sunt in Galilæam in Nazareth, intelligendum est postquā venerunt de Aegypto. Illa enim quæ facta sunt inter purificationem & hanc reuersionem in Nazareth scribit Matthæus in secūdo capite sui euangelij, quæ ideo à Luca hic prætermittūtur. Sequitur. *Puer autem crescebat.* Aetate & corporis quantitate quatenus homo. *Et confortabatur.* Robore corporis, videlicet secundum incrementi mensurā quamuis in quocumque instanti poterat tantam corporis fortitudinē assumere & accrescere quantum placuisset, utpote Deus omnipotēs: vel etiam ut homo comprehensor secundum superiorē suæ animæ portionem, utpote Deitate fruētē. Tanta enim extitit beatitudinis animæ Christi, ut redundaret in corpus communicando illi quatuor illas doctes mirabiles corporis glorificati, nisi dispensatiue Deus hoc impediret. Confortabatur itaque non per gratiæ vel virtutis augmentum siue profectū, secundū quod apparebat: in ipso enim (vt ait Paulus) sunt absconditi omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Et ideo ait. *Plenus sapientia, & gratia.*

*Dei erat in illo.* Ad pleniorē tam huius loci quā alterius infra huius capitis intelligentiam, vbi habetur quod Christus proficiebat sapientia & gratia coram Deo & hominibus, aduertendum est quod sicut in Christo erant duæ naturæ, duo intellectus & duæ volūtates in vna persona, ita erat in eo duplex sapientia, vna scilicet increata, hoc est, ipsum verbum diuinum, æternum, atque diuina essentia, altera verō creata sapientia. Ista autem sapientia Christi creata multiplex est. Vna quidem dicitur sapientia beatorum, quæ à principio creationis animæ suæ ipse secundū animam Deo fruētē, omnia cognouit in verbo, seu in diuina essentia sicut beatus in patria, imō multo excellentius eis. Item fuit in Christi anima à suæ creationis initio sapientia indita seu infusa, qua cognoscit res per proprias earum species sibi creatas, suæque animæ cōnaturales & proportionatas. Nulla enim naturalis profectio desuit animæ Christi. Vnde sicut Verbum æternū seu Deus à principio indidit mentibus Angelicis intelligibiles rerum, species per quas cognoscunt res cognitione vespertina præter cognitionem matutinam in qua res cognoscunt in verbo: sic Verbum animæ Christi sibi vnitæ indidit species intelligibiles naturales. Præter has autem sapientias seu scientias ponitur in anima Christi scientia acquisita siue experimentalis: quia nihil desuit Christo eorū, quæ Deus naturæ humanæ ad sui perfectionē & essentiam tribuit & concessit: ideoque Christus habet intellectum agentē eiusque operationem. Operatio autem intellectus agentis est à phantasmatis intelligibiles species abstrahere, atque in intellectu eas possibili locare. Itā in intellectu possibili animæ Christi fuerunt species intelligibiles ab intellectu agente illi impressæ: quod est scientia acquisita, quam quidem vocant experimentalem in Christo consistere, quæ habetur per modū humanum naturæque lumē: de quo Apostolus ad Hebræos de Christo Domino ait. Didicit ex his quæ passus est, obedientiam. Et sumitur ibi discere, pro experiri. Christus enim non didicit ab aliis scientiam acquisitam: sed per propriam adinventionem adeptus est. Ex his colligitur quod Christus in nulla scientia seu sapientia prænominata crescebat aut proficiebat, sed tantum in acquisita. Reliquam autem sapientiam quam habebat paulatim demonstrabat, & hoc vocat Euangelista clementum: quia non modo Christus crescebat in corpore, verum etiam in effectibus ad extra: demonstrabat enim paulatim infinitam eius sapientiam. ¶ Dedit nobis Christus exemplum, ut nos etiam adolentes corpore, accrescamus si mul bonis moribus atque virtutibus à bono in melius proficientes: iuxta illud Pauli. In omni opere bono fructificantes & crescentes. Quid vnquam proderit corporaliter nasci, nisi incrementum & robur sequatur cum planē infans debilis & exiguus nascatur? Et ideo post sacramentum baptismi & poenitentiae, quæ pertinent ad spirituale natalitiū & regenerationem, institutum est sacramentū eucharistiæ conferens gratiam, robur, & vires ad rectē viuendum. Debemus ergo in bono progressus facere sicut de sancto rege Dauide dicit scriptura. Semper ibat proficiens & crescens, & erat seipso robustior. Et ipsemet alibi. Fortitudinem meam

ad te custodiam. Sequitur. *Et ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem.* Duo hic dubitanda occurrunt pro maiori huius literæ explanatione. Primum horum est. Si virgo beatissima Maria & Ioseph cum puero Iesu septem annis morati sunt in Aegypto: quomodo singulis annis pueritiæ Iesu in Hierusalem profecti sunt? Secūdo lex præcipit, vt tribus vicibus in quolibet anno omne masculinum Iudæorum apparet coram Domino in loco ad hoc electo, hoc est, in loco præcipuo cultus diuini qui fuit Hierusalem: præsertim postquā ibidem constructū est templum. Ergo qua ratione semel tantum ascendebant Hierusalem? Videtur quod ter ascendere debuissent. ¶ Ad primum dicendum quod Lucas loquitur de tempore, quo Maria & Ioseph in Nazareth Galilææ sunt commorati. Ad secundum quod lex in Exodo iussit vt omnis masculus Iudæorum in tribus solennitatibus, Paschæ scilicet, Pentecostes, & tabernaculorum coram Domino apparet, sed cum his, qui remōtē à loco præfato habitabant, dispēsbatur quo ad duas solennitates minus principales: scilicet, Pentecostes, & tabernaculorum. Beata autem virgo & Ioseph remōtē morabantur, idcirco ad principālē duntaxat solennitatem veniebant, legi obedienter & obediendi exemplum præbentes. In quo docemur Christi Saluatoris exemplo festa ecclesiæ celebrare, & horis canonicis interesse. Sed de hoc post pauca in sequentibus agemus. Iam nūc Euangelista narrare incipit, quomodo Iesus saluator nouiter & redemptor suam sapientiam declarare se manifestare inceperit. Ait itaque. *Cum factus esset Iesus annorum duodecim.* Vidimus in superioribus quomodo testimoniū præbuerūt de Christo Domino Angeli, pastores, Simeon & Anna: addit nunc tempus, vt ipsemet prodatur, & in publico videatur audiaturque. Quorsum enim attinet si alij de eo testificarentur: ipse verō perpetuum seruaret silentium? Helu in libro Iob arbitrabatur iam se satis Iob & tribus eius amicis aures suas accommodasse: quapropter tempus esse (existima bat ille) vt ipse aliquid in mediū proferret. Plenus sum, inquit, sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei. Hem venter meus quasi mustū absque spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit, loquar: & respirabo paululum. Nimis defatigabatur iste ob loquendum: & nihil interesset loqueretur vel taceret. Sed hoc in loco plurimum refert vt Christus ipsemet sese hominem oculis & auribus exponat: quandoquidē omnis nostra salus ab eo pendet. Hunc nobis Lucas in templo docentem & disputantem ostendit: vbi itā gratissimē gessit, vt non solum Maria & Ioseph, verū omnes qui circumstantabant admirarentur, imō doctissimi quique obstupescerēt, ob inauditam illius in respondēdo sapientiam. Quæ res satis probabat Angelos, pastores, Simeonem & Annam non frustra pronunciasse tanta tamque miranda de illo. ¶ Sed cur in anno ætatis duodecimo hæc signa deitatis ostendere voluit: & post, subditus parentibus se occultare voluit vsque ad annum trigésimum? Vt confirmarentur in fide, qui ex his, quæ à pastoribus & Simeone & Anna audierant conceperant spem puerum hunc verum Messiam fore. Si enim in totum siluisset vsque trigésimum annū: pro nugis & figmentis habuissent omnia, quæ ab initio de illis

Exod. 23

Iob. 32

Luc. 9. Iob. 27.

2. Tim.

Matth.

Matth.

Heb. 5.

Phi. 3.

2. Reg. 3. Esai. 58.

Colo. 2. Dei

illo fuissent dicta. Secundo quoque Christus per hoc indicare voluit, quantum ipsum desiderium teneret gloriam Dei & salutem hominū promouere ac maturare: ita vt tempus ad hanc rem destinari vix expectare possit, quemadmodū ex nimia cupiditate redimendi genus humanū nō poterat expectare donec sanguis suis ab hostibus fundere, sed priusquam vis hostiū adesset, ipse met sanguinis sui saluiferum liquorem in monte Oliueti emisit, sicut prædixerat antea. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec persiciatur? Eritero. Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum. Docuit Christus matris suis auspiciis non esse differendū diu aut cunctandū vbi honor Dei & animarū salus promoueri potest: siquidē nihil melius aut magis pium fieri, & nihil maiori cum periculo intermitteri potest. Obscruent hæc homines ab omni cura otiosi & negligentes: qui ex sese prognatos non illic primis annis sanctimonie, ac pietati assuescunt, sed in omnibus peccatis & vitiis adulescere sinūt, cum tamen scriptura dicat homini summopere conducere, vt iugum Domini ab adolescentia sua portet. Nam adulescens iuxta viam suam, etiam cum senexerit non recedet ab ea. Docet etiam vt secundum ætatem & vires humanas vnusquisque sapiat & cōuersetur. Christus, qui in instanti conceptionis suæ erat plenus sapientia, poterat illam ostendere cum matris vbera suggebat, & in quinto & in septimo suæ ætatis anno: sed hæc ætas nō est intelligendi sicut ætas duodecim annorum. Et licet in hæc ætate ostenderet maiorem sapientiam, quam expediret ætati duodecim annorum: tamen nihilominus duodecim annorum ætas est intelligendi & percipiendi ætas. Sunt aliqui qui ex nimia ingenij acritudine varias pertingunt res, & aliqua etiam discunt, quæ eorum superant vires, & grauiora sibi onera imponunt, quam supportare valeant. Vnumquēque solum vult Deus deferre quod possit ætati temporique se accommodare. Ecce hæc sunt causæ quare Christus in ætate duodecim annorum & in ipsa pueritia inceperit, & non antea. Sed cur post hæc siluit vsque ad annum trigessimū? Duo hominum sunt extrema. Alij pigri & negligentes, vt Ionas, qui propter maximam laxitudinem de rebus ecclesiæ & officiis eorum non curant. Alij sunt nimis ingenio acres & diligentes, qui nondum nati, quando iam prædicare, docere, & alios regere volunt: & videntur sibi omnia perdita esse, nisi ipsi loquantur & similes Heliū demonstrēt. Istorum genus vtrunque carpit Christus. Quod tam cito ætate videlicet duodecim annorum negotium patris aggressus est taxat pastores negligentes: quod autem euangelicam doctrinam palam nō prædicat vsque ad trigessimū annū, redarguit eos qui temeritate & præsumptione ad ecclesiæ ministerium, ipsi sese inferunt & irrumpunt. Sed ad contextum. Ascendentibus illis Hierosolymam. Ascenderunt Christi parentes prius, & postea Christus: sic tu, qui pater es, debes prius ascendere, vt postea ascendat filij tui ad statum virtutis. Sed nūc non sic, quia patres solum modo verbis docent virtutem filios suos, non opere & exemplo. Inquit enim pater filio. Considera fili, ne ludo te immiseras, & videt puerulus abacum ludi in domo pa-

tris sui per totam noctem & diem. Tu qui pater es prius ad missam & sermonē proficiscere & ad ecclesiam, & tunc tui te filij sequentur, & gressus tuos vt Iesus cum parentibus ipsis ascendentibus ascendit. Expende autem quod non adduxerunt Christum vsque ad annum duodecimū ad templum. Ne pueros minimos ad ecclesiam deferatis, quia concionatores & sacerdotes diuina celebrantes perturbant, vsquequo ad ætatem discretionis pertingant. Obscrua etiam quod non tenebatur beata virgo eo quod mulier erat, nec Christus quia etiam in infans erat ad hoc festum ire: sed tantum deuotionis causa hunc laborem sibi sumpserunt. Ad ea quippe quæ sancta & pia sunt, nō est necesse vt seruis Dei præceptis adstringatur, nec excommunicationibus: nec similiter curiosè percontari debet. An citra extremam necessitatē teneatur eleemosynam erogare, an præter festos dies sacris debeat interesse, vel reliquo tempore anni præter quadragesimam confiteri: vt à Christo & eius sanctissima matre discat, qui cum nullo legis præcepto essent constituti in festum abiierunt. Ita nimirum tu etiam si non tenearis ad audiendum sacrū hoc vel illo die, qui festus non est: nihilominus non desinas sacro adesse. Idē dico in largitione eleemosynæ, & reliquis alijs operibus pijs & sanctis: nam iusto (vt beatus Paulus inquit) non est posita lex. Ne sis vt multi qui diligenter inuestigant & inquirunt teneantur ne ad hoc faciendum, nec ne: nam etiam si lex non præcipiat, non ideo id à tergo debes relinquere. Nam nullus est dominus, qui famulitium sustinet: qui non velit & gaudeat multa fieri, quæ ad eius seruium spectant, priusquam ipse præcipiat: nam miserum & laboriosum esset, si semper præceptum deberet imponere ad ea quæ à famulis essent faciēda. Molestia enim & tædio illius serui Dominus afficeretur, qui nihil faceret nisi flagelli metu, vel crucis & tormenti timore. Similis est christicola & Deo magis intolerabilis & fastidiosus, qui nihil boni facit, nisi mortis æternæ & tormentorū gehennæ metu: qui deberet recordari se Deo dicere. Nō secundum peccata quæ fecimus nos, sed secundū tuam misericordiam saluus nos fac. Non acceptat Dauid præceptum vt templum ædificaret Domino, & voluit illud construere: tantaque solitudine tenebatur, vt diceret: Si dederō somnum oculis meis, &c. donec inueniam locū Domino, tabernaculum Deo Iacob. Et siquidem tu Deum exoras, ne legis rigore te iudicet: ita etiam tu non deberes Deum rigore legis metiri, sed multa bona opera facere quæ in lege non præcipiuntur. Et quemadmodum tu gaudes ne Deus tecum faciat quod de iustitia potest, sed potius suam misericordiam imploras: ita etiam ipse Deus non vult vt serui sui cum illo ad rigorem legis attendat, sed potius vt vbi sint. Nam si tu in hanc phrenesim rapiaris, vt Deo audeas dicere: Nolo confiteri nisi tempore quadragesimæ: etiā Deus tibi dicit, cum in aliquod mortale peccatum incidis, volo vt terra aperiatur & te deuoret, & cōsumat. Quod si tu dixeris id esse nimis asperum & non ferendum, non est quod de Deo conqueraris, nam secundum suam iustitiam id rectè potest facere. Quod si id non facit, ideo est, quia sua misericordia & benignitate tecum vitur. Misericordia Do-

Luc. 2.

Luc. 6.

2 Pet. 3. 4.

Ecl. 7.

1 Tim. 1.

Gen. 18.

2 Reg. 4.

mini, quia non sumus consumpti. Iudicium enim sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiam. Etiam Dominus ait: Eadem mensura qua aliis mensi fueritis, remetietur & vobis. In eo autem quod secum duxerunt puerum Iesum, debes discere vt in omni via, in omni peregrinatione reipsum comitetur dulcissimus Iesus: præ oculis illum semper intueri, nihil mundanum tuam mentem subeat, nisi ipse in omnibus negotiis semper tuam mentem & cogitationem tanquam in scopum dirigit. Discant etiam hi qui filios & familiam habent, vt semper secum ad ecclesiam deferant famulos & famulas, & maiores natu: ne certam Dei iram expectent, qui per prophetam minatur se ab eis requisiturum sanguinem omnium pereuntium, quorum causa id contigerit. Etenim non satis est, vt tu bonus sis, & vita tua inculpara & absque macula inueniatur. Sed etiam est opus, vt filios tuos, vel consanguineos vel eos, qui tuæ sunt curæ commendari sanctis moribus, bona indole & Christianis dogmatibus imbuas & instituas vt sic ipsi in ætate crescentibus, crescat etiam in illis Dei amor & cultus pietatis. Iuxta illud sapientis. Filij tibi sunt, erudi eos, & curua illos à pueritia eorum. Beata enim virgo & Ioseph secum tulerunt puerum Iesum in templū Hierusalem. Vbi iam acriter parentes veniunt obiurgandi, qui semper filias domi clausas relinquunt, vt moris est in multis locis, huius nostræ Hispaniæ, & solet fieri, vt multi pertransant menses & anni, quibus facris non intersint, & sic veluti babaræ & immanes gentes in campis & syluis vitam degentes procreantur. Nam si id faciunt, vt melius eas obseruent & custodiant: magis sanum esset consilium si secum eas deferrent, vbi semper coram oculis eas habent præsentēs. Quod si de hoc facto parentes velis reprehendere respondent ipsi. Hunc esse morem talis populi vel ciuitatis. Quod certè sine risu non possum præterire, qui cum iudicandi sint & corrigendi diuinis legibus & præceptis, pro suis partibus & in suum fauorem humanum morem & instituta adducant. Et quod peius in hac re videtur, est: quod cum rebus deuinis & templis cultui diuino dicaris tales virgines clausæ sint, non tamen ad mundi spectacula vt ad tauros agitan-dos, equos currendos: & ad alia huiusmodi ire desinant. Quanti verò Deus habeat hanc rem, quanta & quam magna beneficia his parentibus inferat, qui filios sanctè, piè & religiose instituunt, vel ex eo facillè cognosci potest, quod Deus Abraham dixit: Scio quod Abraham sit præceptor filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iudiciū & iustitiam: & adducat Dominus propter Abraham omnia quæ loquutus est ad eum. Vbi diligenter est perpendendū, quanta accepit Abraham & quare? Quia præceptorus erat filijs suis & domesticis, vt custodirēt viam Domini. Is enim, qui principij præbet, & initia dirigit eorum quæ postea sequuntur, author est. Rursus verò omnia quæ filij dereliquerint propter malam doctrinam parentū, vel propter malum exemplū postea ab ipsis parentibus exigerit, eo quod nō erudierint nec corripuerint filios suos. Sic Heli faceret morte subitanea punitus est, & domus eius multis plagis: eo quod filios suos nō castigauerit. Notandum etiam est, quod quam-

uis Christus & sanctissimi eius parentes rectè scient impium Archelaum regnare in Iudæa pro Herode, qui simul cum regno sæuitiam & inclementiam patris hereditauit (cuius timore perterriti vt Matthæus ait, non sunt ausi in Iudæam ire sed in Galilæam, & in Nazareth habitauerunt) nihilominus tamē ea, quæ ad Dei gloriam spectabāt, causa timoris non desinunt adimplere: sed Hierosolymam, quæ metropolis Iudææ erat, audacter peruenerunt. Vbi etiam docemur pro Dei gloria vitam corporalem parui esse faciendam: honores & quæcunque alia. Necnon etiam spiritua-lia temporalibus esse anteponēda. Sic etiam cum in morte Lazari. Apostoli Christo dixissent, ne in Iudæam iret, quia Iudæi volebant illum interficere: non ideo eorum consilio acquieuit, sed abiit ad suscitandum Lazarum, ex quo facto sciebat grandem gloriam & honorem Deo euenturum, nam vt clarè constat viso miraculo multi crediderunt. Similiter etiam cum sciret aduersus eum congregatum esse concilium mortè contemnens ingressus est Hierusalem, & eiecit emētes & vendentes de templo, vt gloria Dei exaltaretur. Sic etiam Paulus cum audisset ab Agabo Propheta, quod alligandus esset in Hierosale, cumque discipuli rogarent, ne ascenderet Hierosolymā, respondit. Ego non solū alligari, sed & mori in Hierosalem paratus sum propter nomē Domini Iesu. Sed nunc cum iam charitas adeo sit remissa, pauci sunt qui mortis periculo pro Christo se velint exponere. Sed quid dico vitam exponere? necdum inimicis parcere, vel parum frigus vel calor sustinere, vel sitim vel famem perpeti volunt. Secundum consuetudinem diei festi. Præcipiebat Deus in Exodo, vt iter in anno omne masculinum in templo præsentaretur coram Domino, & quod tria festa celebrarent: sanctū scilicet diem Paschatis, festum tabernaculorum, & diem Pentecostes. Quamuis hoc graue esset præceptum præsertim iis qui longe ab Hierosolymis distabant, nihilominus valde vtile ac necessarium erat. Fiebat enim hoc hac de causa vt doctrina & ceremoniæ, quæ ad cultum diuinum pertinebant, melius cōseruari possent: ne quisquam pro suo libito intra priuatos parietes noua dogmata & nouos ritus statueret. Sed vt quemadmodū omnibus non nisi vnus Deus erat cognitus, ita etiam non nisi vna fides, vna doctrina, & iidem ritus constarent. Quod fieri non poterat, nisi simul conuenirent. Nam si vnaquæque ciuitas sua festa celebrasset, facillè esset discordiam suboriri: alii alios mores approbantibus. Sic Paulus inquit se profecturum Hierosolymam, & contulisse euangelium cum reliquis Apostolis. Ne forte in vacuum curterem, inquit, aut incurrissem. Maria verò & Ioseph quamuis procul & remoti habitarent, Hierosolymam tendunt, vt adimpleat Domini præceptū. Minus certè distat ecclesia à domo tua, quā Nazareth ab Hierosalem, sed facis vt sacrū domi tuæ celebretur: vbi conuiuia sunt, ludi prophani, aleæ, & plurima alia quæ in Dei contumeliā exercentur. Deus vbi que est, & vbi que poteris illi fundere preces: sed potius sua dona liberalius largitur, spem scilicet, fidem, & charitatē, & gratiā in populo Christiano, quā inter infideles: & potius in templo, vbi per sacramēta gratia confertur, quā in domibus & in plateis.

Matt. 20

Ioan. 11

Matt. 21

Act. 21.

Exod. 23.

Galat. 2.

Luc. 12.

Luc. 22.

Tren. 3.

Prov. 22.

Iona. 1.

Tren. 3.

plateis. In templo enim magis adest, quia ibi frequentior est & liberalior. Et ita Salomoni dixit, **3. Reg. 9.** Sanctificauit domum hanc quam aedificasti, ut ponerem nomen meum ibi usque in sempiternum, & erunt oculi mei ibi, &c. Potiorem imaginē habebat beata virgo filium suū, & melius oratorium domi suae, quā in tur: nihilominus tamē in templū abiit, ut celebraret festū, vbi melius diuina officia aguntur. Vtinam summus pontifex non ita liberaliter magnatibus & eorum vxoribus facultatē faceret, vt in suis domibus sacrū posset celebrari: qui cum nullam habeant necessitatem, nec aliqua infirmitate laborent, solum vitij & indulgentiae causa domi sacrū audiunt, nec toto anni tempore, nec vni concioni volunt interesse: qui quidem iustissimo iudicio mererentur, vt post mortem non sepelirentur in ecclesiis, quandoquidē in vita eas odio habuerunt. Ceterum in eo quod ait, hoc factum fuisse secundum consuetudinem festi, obseruandum est Christum sollicitū fuisse, simul & eius parentes in obseruandis pijs & sanctis consuetudinibus. Nos verō quasi ex diametro cū Christo pugnamus, seruantes consuetudinem, & ritū tantum in vestibus, v. furis & contractibus illicitis. Deberemus in hac re considerare, an tales consuetudines cum Euangelio conueniant, nec ne: quod si non conueniant, relinquendae essent à nobis, si verō cum ipso componantur, sequendae. Lex enim Dei debet esse regula & norma, qua quilibet consuetudo non est lex, sed prauē ipsa lege abuti. Quapropter sine necessitate nō debet omitti. Nūc secundum consuetudinē diei festi ascendunt Hierosolymam: vt etiam antea secundum consuetudinē legis obtulerūt pro puero oblationes, dum cum in templo Domino cōsecrarunt. Iesus etiam secundum consuetudinē ibat in montē oliuuarum, orandi causa. Item Apostolus consuetudinē allegat mulierum, dum in ecclesiam orandi causa conueniunt. Pilatus etiam pro libertate innocentis Iesu consuetudinē adducit Iudaeorum. Festus etiam tribunus affert consuetudinē Romanorum contra Iudaeos, qui mortem Apostolo moliebantur, atque ira insonantem & sine culpa ab eorū insidijs liberauit. Zacharias etiam consuetudinē sacerdotij sorte exiit vt poneret exemplū. Et ecce filius Dei seruauit consuetudinē bonam, sanctam, rationi consonam, piā, & honestam, quā parentes eius obseruauerunt, cum sancti essent atque deuoti: quam consuetudinē maximi fecerunt omnes ecclesiae columnae & doctores, quāque miris laudibus & encomijs omnes ecclesiae cōstitutiones in caelum efferunt & extollunt. Hanc Lutherus filius perditionis, semen adulterinū, arbor à sua natura degenerans, viperarū geni mei, inimicus omnis iustitiae, pacis perturbator, vniuersae Christianae reipublicae pestis, sacrae religionis euersor, viarum Domini labefactor, inuerecunda & procaci fronte ecclesiae catholicae Romanae sanctas cōsuetudines deridet: docetque execrabiles & impios errores, imō mille mendacis & haeresibus & quibusdam nouitatibus rudem plebem seducit. **Consummatis q̄ diebus cum redirent.** Cum iam iter inciperent ab Hierusalem in Galilaeam consummatis diebus ad solennitatem festi spectantibus, quod per spacium septem dierum durabat, iuxta illud Deute-

ronomij: Septē diebus comedetis absque fermento. Non desunt aliqui dicentes hoc festum durare per octo dierum spacium: quod verum est, si numeremus diem illum immediate praecedentē reliquos septem, in quo immolabatur Phase luna decima quarta, vt in Exodo fuit praecipuum. Ad tuam verō eruditionem notabis differentiam quae est inter bonos & malos. Nam boni omnia bona perficiunt & absoluunt, mala verō imperfecta relinquunt: quod quidem sacrae scripturae exemplo tibi ostendā. Nam cum Dauid apud se statuisset arcam Dei ducere in ciuitatē suam, cumque in itinere Oza esset percussus, non ideo destitit à bono incepto: licet aliquando mansisset in domo Obedon Gethzi: sed finem operi imponens duxit illam domum suam. Vnde ipse, qui semper sollicitus erat de voluntate Domini, spiritus ardore in haec verba prorumpit. Si dederō somnum oculis meis & palpebris meis dormitationē, &c. Quando verō opus malum aggrediuntur, in medio itinere, quacūque data occasione ab opere desistunt. Quod in eodem Dauid optime demonstrari potest: qui cōmunitus Nabal Carmeli, cū viam suam domus insequeretur, vt illum & omnē familiam destrueret, fecit illi obuiam Abigail, & compressa ira vltionem dimisit, nec quidquā mali fecit. Id tamen est ingeniuū & conditio malorū, vt si quod malum aggrediuntur, nunquā ab eo vsque in finē desistunt. Sic de aedificatoribus turris Babyloniae dixit Deus. Nō desistat à cogitationibus suis, donec eas opere cōpleant. Nouerat enim optime humani generis cōditor, hanc esse hominum conditionē, & ingeniuū mala incepta nunquā velle desinere: ideo sua mirabili potētia opus illud destruxit. Bona autē incepta nunquam finiunt, sed quocūque vento huc & illuc facile impelluntur. Sic filij Israel cantantes & gaudentes iter inceperunt in terram promissionis: sed cum cibi deficerent, manum ab aratro voluerunt retrahere, & reuerti in terram Aegypti, & aduersus Moysen & Aaron clam & sine matris culpa: vt maius desiderium & feruentius in matre exarderet. A Iudaeis vero & scribis palam discedebat eorum culpa: quia tantūmodo illi suspensū admirabantur, nihil altius nec excellētius de ipso cogitauerunt: cum tamen ex his, quae Christus loquebatur & faciebat, satis illum cognoscere potuissent. Idem etiam nunc bonis & malis solet contingere: nam multoties Dei presentiam viri sancti desiderant, & multis lacrymis & suspirijs expostulāt. Vt ait propheta sanctus. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Et iterum inquit. Ad te clamaui, & exaudisti me. Sic si militer per breue temporis spacium deseruit Ioseph, Iob, & Tobiam: sed mox tanto gloriosius rediit cum eorum consolatione. Hoc enim semper electi experti sunt. Improbis autem dicit Deus. Vos reliquistis me, & ego reliqui vos. Et iterū. Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissimam eorum. Item. Non audiuit populus meus vocem meam: & dimisit eos secundum desideria cordis eorum. Hos reliquit in aeternum: bonos autem ad tempus. Vt illis, quos Deus in perpetuum derelinquit. Vehementer ab illo expostulā, & si opus fuerit lacrymarum fontem diffundē, ne sua misericordiae manu te dimitrat. Sed quid est hoc quod cum nondum venerit, iam amittitur: hoc facit, vt maiori desiderio illius teneamur. Non enim licet adeo tutum & sanum illius statim iudicio, qui semper domini beneficiis affluit: quam illius qui

Itē etiam vt zelum suum erga patris honorē ostēderet ab infantia & pueritia: de quo ipse gloriatur, cum inquit. Zelus domus tuae comedit me. Denique vt omnibus, maxime pueris exemplum daret assistendi templo & diuinis rebus: vt illud sapientis recordaremur. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuae, antequam tenebrescat. &c. Docemur etiam ne diuinis donis & gratis frei nimis confidamus, neque in vitamuis aurem dormiamus securi. Nam quanto quis maioribus donis est praeditus, tanto altius, & profundius debet vigilare ne sibi rapiatur. Cura & humilitate opus est. Nam qui stat (vt diuinitus monet Paulus) videat ne cadat. Et alibi. Tu fide stas: noli altum sapere, sed time. Sapiens etiam: Beatus homo qui semper est potius. Nemini mortalium in hac vita aut maiores aut copiosiores dotes contigerunt, quam virgini matri: cui cum vnigenitum Dei filium illi dedisset aeternus pater & ipsius matrem ante secula statuisset: nunc illum amittit, quē cogitur mœrore plena inquirere, & tandem post tertium diem illum inuenit. Sic est adeo facilis iactura donorum Dei, vbi nimia securitas animam tenet: quamuis sanctissimae matri non id negligētiae debeat verti. Nostra enim causa id factum fuisse censendum est: vt semper solliciti simus in conseruandis dotibus nobis diuinitus cōcessis. Etenim si Maria filium sibi à Deo datum amittere potuit: quid est quod tu non possis dotes aliquādo à Deo datas perdere? Quod tamen hic puto esse dicendum id scilicet est, Christum pro aliquo temporis spacio à veneratione actuali matris discessisse: vt nos maiorē adhiberemus diligentiam & solertiam in seruandis donis, quae nobis à Deo contigerunt. Obserua autem diligenter, quod filius à matre discedit, & postea à doctoribus. Sed multo differētius: nam à matre discedebat per paruū tempus, clam & sine matris culpa: vt maius desiderium & feruentius in matre exarderet. A Iudaeis vero & scribis palam discedebat eorum culpa: quia tantūmodo illi suspensū admirabantur, nihil altius nec excellētius de ipso cogitauerunt: cum tamen ex his, quae Christus loquebatur & faciebat, satis illum cognoscere potuissent. Idem etiam nunc bonis & malis solet contingere: nam multoties Dei presentiam viri sancti desiderant, & multis lacrymis & suspirijs expostulāt. Vt ait propheta sanctus. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Et iterum inquit. Ad te clamaui, & exaudisti me. Sic si militer per breue temporis spacium deseruit Ioseph, Iob, & Tobiam: sed mox tanto gloriosius rediit cum eorum consolatione. Hoc enim semper electi experti sunt. Improbis autem dicit Deus. Vos reliquistis me, & ego reliqui vos. Et iterū. Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissimam eorum. Item. Non audiuit populus meus vocem meam: & dimisit eos secundum desideria cordis eorum. Hos reliquit in aeternum: bonos autem ad tempus. Vt illis, quos Deus in perpetuum derelinquit. Vehementer ab illo expostulā, & si opus fuerit lacrymarum fontem diffundē, ne sua misericordiae manu te dimitrat. Sed quid est hoc quod cum nondum venerit, iam amittitur: hoc facit, vt maiori desiderio illius teneamur. Non enim licet adeo tutum & sanum illius statim iudicio, qui semper domini beneficiis affluit: quam illius qui

aliquando tepidus est, quique aliquando à domino derelinquitur, quippe qui talis semper in humilitate & maiori vigilatīa vitā deget. Aduertē etiā quod nūquam beata virgo Christum amisit cum à persecutione Herodis fugeret in Aegyptum, nec ibi existens, aut rediens: sed in festa & maxima solennitate. In quo facile inuenitur quam mala sit nobis mundi felicitas & affluentia, quādoquidem in ea potius quam in persecutionibus & tribulationibus Christus amittitur. Adam cum in paradiso terreno esset, magnis honoribus constitutus, omnium rerum dominus, Deo dilectus, quem angeli magno precio habebant, quem daemones timebant, & omnes creaturae venerabantur, his omnibus immunitatibus & priuilegijs praeditus grauiissime in dominum Deum suum peccauit. Contra vero parientissimus Iob multoties sibi data ansa & occasione, vt inter totantiaque tentationes & afflictiones dominum Deum suum offenderet, maluit viriliter pugnare, taliter, vt scriptura dicat. In omnibus his non peccauit Iob. Quis obsecro magis rectus fuit Dauid, an Salomō? Certum est quod Dauid sanctior fuit: quandoquidem quod Christo gaudeat, & eius beatitudine fruatur, nemo est qui ambigat. De Salomone autē non nobis constat, an damnatus fuerit, an saluus. Omnis enim sanctissimi regis Dauid vita non nisi multis laboribus, persecutionibus, & calamitatibus, constitit. Nam in exilium abiit, famē & sitim fuit passus, sic adeo vt cogeret à Nabal & à sacerdote Abimelech panem mendicare. Postea vero quam iam in regem electus est omnis vita multis lacrymis & mœrore fuit mixta. Fecit enim planctum propter Amon & Absalon: filij eius grauisimas iniurias ipsi intulerunt, nam vnus vim intulit sorori: alter fratrem suum occidit. A donis regnum volebat vsurpare: Absalon bellum gerit aduersus eum, & de domo eiicit: Semei illi maledicere, Siba contra eum insurgit: & denique super omnia haec Deus immittit illi pestem & flagella grauissima. Contra vero Salomon sceleriter & prospere regnauit, delicijs nutritus, & recta valitudine fuit potitus, nemo illi fuit molestus, omnes seruibant illi cum gaudio, vixit felicissimus & gloriosus, à nemine fuit persequutus: nunquam labores, arūnas, aut calamitates fuit passus. Diuitijs abundauit, concubinis, hortos amoenissimos, campos & syluas habuit: domos eburneis laquearibus & Zaphiro constructas. Aspice igitur quam inimica sit prosperitas & felicitas ipsi animae: nam cum Salomō sapientissimus atque amicus Dei esset, adeo est haec tam atrox & fera bestia, vt nulla sapientia posset seipsum liberare, quin in grauisima peccata & flagitia non laboraret: ita vt multi credant (quae probabilior est opinio) in infernum descendisse. Quemadmodum labores & afflictiones salutem Dauid promiserunt: ita felicitas in magnū constituit discrimen filium eius Salomonem. In quo clare videbis quomodo Deus magis offenditur in mundi gloria & prosperitate, quam in vilitate & contemptu. Quod si Ethnicorum liceat exempla in medium afferre, vt etiam illis haec veritas magis confirmetur, aspice Magnum illum ALEXANDRUM, qui cū excellenti virtute esset praeditus, postquam in tantorum regnorum principem fuit electus, adeo superbus, crudelis, & vitiosus fuit factus.

**1. Cor. 11.**  
**Luc. 1.**

**Deut. 16.**  
**Exod. 11.**  
**2. Reg. 6.**  
**1. Co. 10.**  
**Rom. 11.**  
**1. Reg. 25.**  
**Gen. 11.**  
**Exod. 15.**  
**Exod. 16.**  
**Exod. 39.**  
**Psal. 29.**  
**Psal. 16.**  
**Gen. 39.**  
**Iob. 1.**  
**Tob. 2.**  
**2. Par. 12.**  
**Deut. 32.**  
**Psal. 80.**

**Matth. 3.**  
**Gene. 3.**  
**Iob. 2.**  
**1. Re. 25.**  
**1. Re. 21.**  
**2. Reg. 13.**  
**2. Reg. 18.**  
**3. Reg. 1.**  
**2. Reg. 16.**  
**2. Re. 20.**  
**2. Re. 24.**  
**3. Reg. 5.**  
**Gen. 9.**



Quippe qui Parmenidem amicum suum occidit, Philotam, & venerandum senem Clitum patri suo multis de causis amicissimum, simul etiam condiscipulum suum Callisthenem, Athalum, Eurilochum, Pausaniam, multosque alios Macedoniarum principes excellentes: quorum malorum causa fuit, quia cultum Deo debitum ipsi tribuere noluerunt. Quam ob causam Paulus Orosius eum appellat magnum miseriarum gurgitem, & totius orientis atrocissimum turbinem. Vbi maxime debemus mirari, quemadmodum rerum affluentia status, altitudo, imperium, & sceptrum excellentissimum principem in id adduxerunt, ut gravissima crimina perpetraret. Nulla quidem collatione magnates & principes tot tantisque diuitiis circumvallati, in deliciis, & voluptatibus vitam degentes grauius Deum offendunt, quam pauperuli & miseri, qui sudore vultus sui panem quaerunt. Magis Deus inhonoratur diebus festis & feriatis, in quibus de nihilo agitur quam de ocioitate, quae sanctis exercitiis inimica est, de ludo, de cantu de cibis, & Bacchanaliis, quae omnia animae pestes sunt, & Bacchanaliis, quae omnia animae pestes sunt, & nouerca virtutum: quam in aliis diebus, in quibus vnusquisque suo se applicat exercitio. Ideo non vocat mysterio, quod Christus in hac festiuitate amittatur, vbi Deum gaudebant, laetabantur, & in conuiuio cibo meroque seingurgitabant. Vnde intelligas quod similibus temporibus homines soleant ipsum amittere. ¶ Remansit itaque Iesus sine parentum licentia, quibus nihil voluit dicere: sicut Sanson noluit patri nec matri dicere, se sumpsisse mel de ore leonis. Sed dubium statim hic insurgit. Quare non à matre licentiam petierit, ut sic remanere posset: Nonne hoc melius esset: quam discedere, nihil eis dicens? Si ipse est qui parentes praecipit venerari: quid est quod tanti moeroris fuerit causa sanctissimae matri & sponso Ioseph, cum vnico verbo posset huic tristitiae satisfacere? Hoc Christus fecit, ut nobis insinuaret, ea quae ad salutem nostrae animae pertinent, & quae spiritualia sunt, temporalibus esse anteponenda. Non petit licentiam, quia ad ea, quae sunt Dei non opus est illam expresse postulare. Nam si velis monachatum adire, non est opus, ut prius parentes consulas. Atque ita postea dixit illis Christus. Nesciebatis quod in his, quae patris mei sunt, oportet me esse? Lege de hac re Hieronymum scribentem ad Heliodorum. Vbi veniunt parentes illi taxandi, qui de filiis conqueruntur, eo quod facultatem non exposculauerint, ut religionem ingrediantur. Nam ipsi parentes sunt corporis, non animae: qui contemni, & reici debent, si contradixerint nostrae animae vtilibus, & conuenientibus: secundum illud redemptoris. Qui non odit patrem suum, & matrem suam propter me: non est me dignus. Nam in tali casu crudelitate vti, est misericordiam exercere. Sic olim Moyses loquens cum domino dixit. Qui dixit patri suo & matri suae, nescio vos, & fratribus suis ignoro illos: & nescierunt filios suos: hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua o Iacob, & legem tuam o Israel. Sic igitur dominus remansit in Hierusalem. *Et non cognouerunt parentes eius.* Nam si cognouissent, non vique amittissent. Multi etiam nunc amittunt Christum,

qui cum non cognoscant bonum ex ignorantia peccant. Vnde Esaias. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Omnis namque malus est ignorans: non quia omne peccatum ex ignorantia procedat (nam multa sunt, quae vel ex malitia, vel fragilitate proueniant) sed quia omnis qui peccat ignorat principia practica. Nam quando quis ex malitia delinquit, id prouenit, quia nouit principia speculatiua. Ut qui scit usuram esse peccatum, dans ad usuram peccat ex malitia, & non ex ignorantia principij speculatiui. Nihilominus tamen peccat ex ignorantia, quae ibi inuoluitur: quia licet non ignoret usuram esse peccatum, ignorat tamen quanta sit poena illius peccati: & denique ignorat quanta & quam ineffabilis sit bonitas Dei, & quam grauius ipse offendatur. Vnde Christus. Haec facient vobis, quia non nouerunt patrem neque me. Sola enim consideratio tantae malitiae, & abominationis, quae in ipso peccato includitur satis deberet esse, ut vniuersi homines peccatum odirent, & tanquam perniciosam pestem detestarentur. Sed cum iam peccatores in id malum peruenerint, ut obsecrati sint, & mentis oculis careant, audent peccata committere cum hac illius ignorantia. In cuius considerationem tu quisquis es, qui Deum audes offendere, fac illud quod angelus Raphael consuluit Tobiae. Exentera (inquit) piscem, & tolle sel: bonum enim est ad visum. Sic tu exentera peccatum ut videre possis ipsius amaritudinem, quo facto expelles ignorantiam, & oculos aperies, & videbis quanta sit peccati malitia & sceleritas. Sola haec cognitio satis esset, ut nemo audeat ita se praecipitem in peccatum dare. Fuit enim quidam doctor Theologus qui dixerit, quod solum manifestatis & apertis circumstantiis quae in peccato mortali sunt, confirmauit Deus apostolos, ut non possent in peccatum labi. Et quanquam haec non videatur mihi sufficiens causa & ratio, quare apostoli fuerint confirmati: sed tamen sola animaduersio malitiae peccati & poenae quam secum annexam affert, magna quidem est pars, ut homo se auertat à peccato: & quia magna est negligentia huius considerationis, solet fieri, ut omnes peccet ignorantes principia practica. Et quia ipse Christus volebat docere, se ab hominibus amitti ignorantiae causa, voluit manere in Hierusalem, & quod parentes suos lateret. Nam certum est neminem Deum amittere nisi qui eius cognitione, & grauitate peccati & inferni poenis caret. Gloriantur homines & student honoribus acquirendis, atque diuitiis, & in mundanarum rerum sapientia altas agunt radices: in eis vero quae ad cultum, & honorem Dei spectant hebentes & inepti redduntur. Similes valde sunt talpis, quae subus terram viam aperiuunt, in media vero luce caeci & obtenebrati ambulant. Heli adeo cecitate laborabat: ut nec lucernam posset videre, donec extincta erat. Ita hi, qui terrenarum rerum sapientiam atque cecitatem mundi induerunt, & diuinarum ignorantem Deum amittunt, & eum in Hierusalem relinquunt: quia nesciunt, nec intelligunt, nec cognoscunt. Sed iam ad historiam reuertamur. *Existimantes autem illum esse in comitatu venerunt iter diei.* Mos erat filius Israel (& vtrinam apud nos etiam esset) in diebus festis euntes Hierusalem,

rusalem, vel ab ea redeuntes, differentibus viis homines & mulieres tenderent: idque fiebat honestatis causa. Infantes autem, & pueri indifferenter vtrunque parentem poterant comitari: & hoc fuit in causa, ut sanctus Ioseph existimaret puerum Iesum cum matre abiisse: necnon etiam beatissimam virginem contraria suspicio fessellit, & sic ambo ab Hierusalem recesserunt in Nazareth toto die ambulantes, putantes puerum simul aduenire. Cumque in fine diei vterque adueneret cum neutro puerum venire, angustia & moerore confecti quaerebant illum. Vbi doctrina tibi proponitur maxime tuae animae necessaria: ita ut non sis contentus, quod Christus cum alio sit, nisi te cum etiam habiter. Nec ea negligentia capiaris, ut existimes fatisse cum alio tendere si etiam tecum non abeat. Gloriantur quippe multi & se iactant, principes & patronos suae religionis sanctissimos fuisse, & in viis domini directe ambulasse. Sed quid tibi proderit eos sancte & integre vitam degisse, & cum Deo ambulasse: nisi tu eorum vestigia sequaris, & Deum tecum duxeris? Diligenter Deum debes inquirere, & talia operari, ut ipse non dedignetur tecum simul abire: & tua familiaritate gaudere. Nam si ea fiducia solum es contentus, ut cum aliis abeat, & negligens fueris in inquisitione illius: quando diei huius vitam iam finis aduenerit, & hac communi luce fueris priuatus eo amisso, si illum quaesieris, non inuenies. Sed iam videndum est, postquam illum amiserunt, quid fecerint. *Et requirebant eum inter cognatos & notos.* Et inter hos non inuenerunt eum. Ut intelligatur quod nec caro, nec sanguis potuerunt illum inuenire. Verum si Christus non inuenitur inter cognatos & notos, quid est, quod plerique religiosam vitam professi, postquam parentes suos cognatos & mundum propter Deum reliquerint: carnis suis relictis inter cognatos & notos in seculo vagari conspiciunt? Si Christus non est inuentus inter cognatos & notos: qui fieri potest, ut inter cognatos & notos tu illum reperias? His enim, qui sanctam vitam & castam sunt professi, dixit Christus. Vos estis sal terrae. Sal extracta maris aqua & congelata solis calore fit: ita monachi & religiosi, qui ab hoc mundo, tepetioso mari erepti sunt, orationis calore, & radiis contemplationis percussu in salem conuertuntur. At vero si acceperis salem, & cum in mare proieceris dissoluetur rotas, & in aqua conuertetur. Ita monachus, qui postquam religionis habitum induit, & in monasterio iam factus sal, iterum in mundum egreditur, & cum secularibus conuersatur, secularis iterum conuertitur & mundanus fit, ut erat antea. Et quanquam exteriori veste induatur, quae illum monachum & religiosum representat, nihilominus ipse peior effectus est omnibus secularibus: quandoquidem religionis furo & sanctitatis specie sua vitia regit, & dissimulat. Itaque tu, qui sanctam religionem es ingressus, non Christum quaeras inter cognatos & notos: sed in secreto monasterij tui cubili lachrymis, oratione, ieiunio, & disciplina. ¶ Notabis autem, quod quamuis beata virgo recte sciret, Iesum nequaquam posse amitti: quia prius sua praedicatione & miraculis oportebat, ut mundo manifestaretur, & quod mortem acerbissimam patiens humanum genus debebat redimere: nihilominus tamen cum haec omnia recte nosset,

quantum ipsa potuit, effecit, ut illum inueniret. Quo quidem egregium documentum nobis ob oculos ponitur, ut quamuis sciamus Deum nos adiuuaturum, nihilominus quantum vires nostrae valuerint conemur eum reperire. Cuius rei exemplum sacra pagina nobis subministrat. Nam cum Iacob certo certius haberet Deum esse cum illo, & fratrem suum futurum esse superiorem. Et sciebat etiam quod Deus arguit Laban, & quod praecipit ne aspere ei loqueretur, nihilominus tamen facit quod in se est, & mittit munera Esau, ut illum placaret, & inueniret gratiam coram oculis eius. Haec dicetis domino meo Esau, & c. Dauid quoque certo sciens se regnaturum post Saulem, & quod dominus ei auxiliabatur, nihilominus fugiebat à facie eius & abscondebatur, & abiit ad Achis regem Geth. & c. *Et non inuenientes regressi sunt in Hierusalem requirentes eum.* Quod igitur nunc piis lachrymis & deuota mente est considerandum, scilicet, quibus doloribus & tormentis cor virginis fuerit fauciaturum his tribus diebus, quibus absentiam sui amantissimi filij fuit passa. Quas lachrymas, quae suspiria, quos gemitus emisit, quando oculos in filium conuertit, & eum non vidit. Iam hic sacratissima virgo incipiebat crudelissimos & acerbissimos dolores experiri, quos in eius morte erat passura: de quibus Simeon iam antea prophetauerat dicens. Tuam ipsius animam doloris gladius pertranabit. Nesciebat quid ageret sanctissima mater angustis & doloribus circumdata, cum thesaurum illum, sapientiam aeterni patris, quem Deus in custodiam illi dederat amississet. Quo circa gemitibus & vocibus magnis potuit illa verba referre, quae Ruben dixit. Puer non comparet, & ego quo ibo? Putabat sanctissima mater filium amississe, eo forte quia ipsa (non ut par erat filio Dei vnigenito) debitum obsequium & ministerium praestitisset. Quapropter postea illi dixit. Quid fecisti nobis sic? Hoc est: quae causa fuit ut nos ommitteres? Dic mihi, quid peccasti? aut in quo aduersus te deliqui, ut postea me corrigam. Vbi beatissimae virginis humilitatem debes admirari, quod cum eius obsequium & seruitium magis Deo placeret, quam cuiuscunque alterius supremi angeli: nihilominus tamen ipsa anceps & dubia manet, non intelligens an forte aliquid fecisset, quo Christi oculis displiceret. Tu vero qui quotidie in mille defectus & peccata incidis, contentus & latus viuis, existimans tuis factis Deum amicum & propitium habere. Ex quo loco disces semper cautum in hac vita oportere viuere. Tantum abest, ut securus & contentus viuas. Vide etiam quibus doloribus & angustis dilectissima mater afflictata sit. Solet enim Deus frequenter electis & amicis suis labores & afflictiones immittere: ut quanti sit valoris eorum virtus cognosci possit. Nam qui postea aliquod auri vel argenti solet appedere, ut clarius cognoscat, quantas habeat drachmas aurum illud, solet transmutare aurum in stateram vbi perpendiculara erant, & contra pendicula, vbi aurum. Ita similiter contigit Deo cum patientissimo Iob, qui dedit illi abundantes diuitias rectam corporis valetudinem, & multos filios, & constituit illum in stateram totius humanae felicitatis. Et quamquam multi, qui in hac statera collocantur solent deficere à vera ponderis mensura, quemadmo-

dum Pharao, Saul, Salomon, Aman & alij multi, tamen sancti patriarchæ Iob, pondus stetit infiniti valoris: quia omnibus his bonis nunquam superbiit. At vero vt rectius & exactius examinaretur transfuit illum dominus in stateram tribulationũ & laborum, vbi fidelis seruus fuit inuentus. Quo circa de eo scriptura inquit. In omnibus his non peccauit Iob, nec stultum quid contra dominum loquutus est, sed potius Deum laudabat & glorificabat, dicens, Dominus dedit, dominus abstulit. & c. Sic beatissimam virginem, post tanta dona concessa, post honores & gloriam, quam possidebat, cum haberet Christum filium suum, in statera approbationis illa constituit: vt virtus atque patientia cognosceretur, & vt ipsa filij absentiam sentiret, quæ eius præsentia semper alacris fuerat. Quos enim diligit corrigit, vt eorum virtus magis elucescat. Vt nos non tristemur quando aduersa nobis aduenerint: quando quidem sanctissimam matrem ab his non liberauit, vt pote moris illius est, dilectos & amicos suos his nuncijs salutare: quod quidem indicium est summi amoris Dei erga illos. ¶ Ad tuam hic eruditionem debes animaduertere, quod si Christum amisisti, & vis illum inuenire, per eãdem viam debes retro vertere. Virgo nãque beatissima & sanctus Ioseph sic facientes, meruerunt eum inuenire. Sic tu cum à Deo te auerteris, & illum per peccatum perdidideris: nihil est salubrius, quam si eandem viam ambulaueris pœnitentiam agens, dolore & lachrymis eam irrigando. Ideo præclare Paulus, Deponentes vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corruptur secundum desideria erroris. Renouamini autem secundum spiritum mentis vestræ: & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatẽ vnusquisque cũ proximo suo. Et paulo post. Qui furabatur iam non furetur. Quasi dicat Paulus, Sinite istos antiquos mores, deponite iam veteris hominis malitiam: & qui auarus erat, iam post hac liberalitatem exerceat, libidini vacans, iam castus sit, & puram mentem Deo conferuet: qui inuidiã sectabatur, iam inde charitatem induat: Superbus & laudis cupidus, iam humiliter & abiectione se sentiat. Nam cum rex Ezechias morte esset damnatus, in se conuersus deplorauit: quo merito audire. Non morieris. Solet enim dominus sententiã mutare, si tu mutaueris delictum. Si in risu & gaudio Deum amisisti, reuertere, & in planctu & fletu illum inuenies. Si escis & cibus superfluis Deum offendisti: sobrietate & ieiunio illum placabis. Est enim axioma medicorum famosum. Contraria contrariis esse curanda. Sic Niniuite facientes, Deum in suam gratiam conciliauerunt. Quapropter dominus per Esaiam inquit. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum. Et factum est post tri-duum inuenerunt illum. Consummatis diebus paschæ vna die venerunt parentes Christi, qui fuit prima dierum trium, sequenti vero die quæsierunt illum inter cognatos & notos, tertia vero die reuersi sunt, per eandem viam, qua in Hierusalem venerunt: die vero sequenti, quarta scilicet, eum inueniunt. Non enim iam pariebantur viscera quissimi Iesu, beatissimæ virginis angustias & do-

lores longius protendi: ne acerrimi doloris cruciatu tabescens columna firmissima deficeret. Nec voluit statim inueniri: quia maius gaudium afferunt illa, quæ carius emuntur. Ira Deus sæpe internas animi consolationes auferit amicis, atque electis suis: non quia malum illis vult, sed vt eorũ virtutem examinet, acuat, & confirmet. Qui cum sciat in nobis non esse solidam stabilem, atque firmam virtutem, non per multum temporis nos deserit, nec à nobis abest, sed statim nobiscum adest. Vix explicari vlllo pacto potest ingens illud Virginis gaudium, quando suum filium suis oculis presentem aspexit. Taceat gaudium illud, quo reges illi Magi fuerunt perfusi quando stellam amissam inter reliquas cæli viderunt apparere: etiam si euangelista dicat, quod gauisi sunt gaudio magno valde. Sileat etiam gaudium illud, quod habuit mulier, quæ draginam perdidit, illa iam inuenta. Taceat etiam pastor cum gaudio suo, qui ouem perditam in ouile adduxit. Taceat etiam lætitiã suam & alacritatem pater ille, qui filium Prodigum iam amissum, brachijs exentis in sinum suum recepit. Nam omnium horum lætitiã nullo modo cum ea, quam beatissima virgo habuit venit comparanda. Ibi sanctissimæ matris lachrymæ doloris & lætitiæ, se inuicem obuiant. Recordabatur ibi transacti doloris, quia illum amiserat, & lachrymas proferebat gaudij, presentem illum inueniens. Ex quo elicies non esse perpetuam tristitiam seruum Dei: nam etiam si labores & arumnas hic patientur, postea spiritus consolationes & gaudia immittit. Ita se habuit cum Iacob, Ioseph, Dauid, & Helia, quos tandem mille gaudiorum generibus visitauit, ita vt merito dicere potuerint. Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tuas lætificauerunt animam meam. Finem habent labores bonorum, labores autem malorum & arumnæ timendæ sunt: quia perpetuæ sunt, & sine carentes. Sic sanctorum Machabæorum frater minor tyranno dixit. Fratres mei modico non dolore sustentato, sub testamento æternæ vitæ effecti sunt: tu vero iudicio Dei iustas superbiæ tuæ pœnas exolues. Illas ergo æternas pœnas fuge, non has, quæ parum durant: quæ fecerunt finem & gaudium sortium. ¶ Dicit etiam ex hoc loco, ne animi deliquit patiaris: si aliquando dominus aufugerit, aut oculorum tuorum acie præterierit (volo enim dicere, quando à te sustulerit internam hanc animi consolationem) quando quidem sanctissima virgo ea caruit, omni culpa vacans, sola diuina voluntate atque dispensatione. Dicit etiam te commendare in manus & voluntatem istius domini, quando eum amiseris, paratus ferre martyrium huius absentia per omne tẽpus, quod ipse voluerit, nihilominus firmus & stabilis esto, nec ab illo discedas: sed potius toto hoc tempore cum magna cura & diligentia debes incedere, inquirens quem perdidisti. Quemadmodum beata virgo quæ per aliquod tempus caruit hoc tanto thesauro in nostrum solatium, postea vero quæsiuit, vt nobis relinqueret exemplum, & denique illum inuenit, vt animum nostrum ad simile opus corroboraret. Et hac de causa has absentias dominus facit, vt nobis materiam exhibeat, qua in tantis virtutibus nos possimus exercere. Abit, vt nos humiliter: venit, vt nos consoletur: moram facit, vt virtutis

Matth. 2.  
Luc. 15.  
Ioan. 10.  
Luc. 15.  
Psal. 99.  
2. Mac. 7.  
Gen. 3.  
Basil. in ser. Bo. na. in app. lo. paupe. resp. 3. ar. 1. A. lex. Ale. 4. par. qu. 107. m. 1. 2. Cor. 8. Dent. 15.

virtutis nostræ periculum faciat. Nam si trium dierum spatio tristis illum quæsierunt: bene posita non sine magno scœnore respicit quando quidem tantum gaudium illis attulit, cum eum inuenerunt inter doctores acutè differentem magno omnium adstantium applausu. Tãtam enim consolationem Deus nobis tribuit, quantus fuit labor, quem pro ipso sumus perpessi. Nam si in Cana Galilæe quemadmodum erãt sex hydrig aqua plene, centum essent omnes proculdubio posset in vinum conuerrere. Ita vt persuasum tibi habeas, quod vbi maior fuerit quãtitas aquæ, ibi dominus vini superaddet maiorem & vbi plures lachrymæ & afflictiones fuerint, plures consolationes & gaudia spiritualia dominus mittet: & vbi minores fuerint labores, pœnæ & ærumnæ minorem gratiã lætitiã, & minus gloriæ gaudium retribuet. Vnde Paulus, Sicut abundant Christi passionis in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra. ¶ Vbi diligenter debes pendere: quomodo Deus miscet læta tristibus. Vnde apud Esaiã Deus inquit. Væ genti peccatrici populo graui iniquitate, & c. Desolabitur sicut in vastitate hostili, & derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea, & sicut turgurium in cucumerario. Et paulo post. Laminamini, mundi estote. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Eodem modo Amos propheta. Leuo super vos planctum domus Israel. Cecidit, & non adiciet vt resurgat virgo Israel. Et paulo post. Hæc dicit dominus Deus. Quærite me & viuetis. Et in psalmo. Si dereliquerint filij eius legem meam & in iudicijs meis non ambulauerint, si iustitias meas profanauerint, & c. Sequitur. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Sed oculos iam in misericordiam & benignitatem Dei conuertere. Misericordiam autẽ meam non dispergam ab eo, nec necebo in veritate mea. Quod enim Deus nobiscum quotidie facit, fecit olim cum primo nostro patre. Nam Adæ dixit, In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et imponens finem laboribus suis, subdidit dicens. Donec reuertaris de terra, de qua sumptus es. Et cum eosdem patres nostros vellet à paradiso voluptatis eiecere, fecit eis tunicas pellicæas, vt protegerentur à frigore. & c. Sic misericors Deus eos quos punit, solet consolari: & post tribulationem, consolationem immittit: quod omne in beata virgine possumus contemplari. ¶ Sed licet percontrari: quomodo Christus in illotriduo quo fuit in Hierusalem se sustentauerit: aut quis illi dederit cibum? Respondebo cum Basilio & Bernardo & alijs ecclesiæ doctoribus, Christum ostiatim mendicasse. Et Paulus Corinthiis ait de Christo, quod propter nos egenus factus est. Vbi in Græco habetur, mendicus. Et sic legit Basilius. Verba autem Bernardi libet referre. Vt te domine per omnia nostræ paupertati conformares, quasi vnus de turba pauperũ stipẽ per ostia mendicabas. Quis dabit me buccellarũ illarum mendicatarum participẽ fieri, & illius edulij reliquias. Et si aliquis dixerit, quod dominus in veteri lege præcepit dicens. Non erit medicus inter vos. Respondeo quod loquebatur diuitibus: ac si eis diceret. Ita diligẽtes sitis in subueniendo necessitatibus pauperum, vt nullã

habeant necessitatẽ mendicandi: nã satis care emic qui petit: quandoquidẽ pro precio suam verecundiam exhibet. Et certè si diuites tales essent, vt deberent non tot peterent ostiatim mendici, nã ipsi taliter suas diuitias impartirent, vt nullam pauperes haberent necessitatẽ mendicandi. Contemplare igitur hanc Christi mendicatem, peccator & animo Christiano: nam si illam recte perpendis & consideras, nõ existimo te adeo lapideo & adamantino esse peccatore, quin si superbo animo & elato fueris, non humilicis: cum videas Deum illum infinitæ maiestatis (in cuius conspectu angeli & caelestes spiritus contremiscunt, pro te humilitatis vestem induisse & mendicum voluisse apparere: luxta illud. Pauper ego sum & mendicus. Quæ verba ad literã Augustinus super hunc psalmũ de Christo intellegit. Voluit hic esse mendicus, vt in patria illa caelesti te ipsum abundantibus diuitijs ditaret. Allegat sanctus Bonaventura, & refert illa verba Bernardi, quæ modo enarrauimus. Theophilus etiam iuxta antiquam translationem, qua vitur Thomas in catena aurea super illud Lucæ. In eadem domo manete, manducantes & bibentes quæ apud illos sunt, ita hunc locum exponit. Vide inquit qualiter discipulos medicare instituit, & pro precio nutrimentum eos habere voluit. Ioannes autem Oecolapadius, qui Theophilum corruptum ex industria verbum mendicandi mutauit: eo quod patrocinari videbatur pia monachorum mendicitati: Mendicauit itaque Christus. Primo vt satisfaceret abunde, & vt exolueret absolutum præciũ & perfectum pro superbia & petulantia nostra. Nos quippe arroganti & elato animo arripimus cibum, non nostrum sed prohibitum (quod & asidue facimus) ipse vero quod suum erat submisit & humiliter quasi alienum petit sibi gratis dari. Deinde vt nobis humilitatis præberet exemplum, & vt superbiam nostram domaret, mendicauit locum vbi cum discipulis pascha erat celebraturus: mendicauit a selum cum Hierusalem voluit ingredi: mendicauit hospitium in domo Zachari: à Muliere etiam Samaritana aquã petiit: & mulieribus ipsi ministrantibus mendicauit victum. ¶ Sed his iam dimissis considerans Christi paupertatem, humilitatem & abiectionẽ, mecum diligẽter reuoluo, quid fieret de iniania & vanitate mundi: si Christus venisset magnus, diues, atque potens, si cũ venerit ita pauper, mendicus, & abiectus omnes illi, qui de Christianismo gloriantur: ita sint laudis cupidi, diuitiarum sitientissimi, elati, atque superbi? Quis obsecro auderet religionem ingredi, paupertatem profiteri: & cum mendicatis, panem & cibum querere: si Christus diues venisset? Si cum multi Christiani videant in nostra facione habere Christum pauperem, mendicum, & indigentem, nihilominus tamen nos ipsos contemnunt, irridet, & persequuntur, quid obsecro, facerent si Christũ diuitem pro suis partibus haberent? Si paupertas & mundi contemptus quem Christus dilexit, non satis adhuc fuit ad frãnandam multorum Christianorum cupidinem: quid facerent si Christus in potentia & diuitijs aduenisset? Magna quidem est & deploranda multorum perditio, qui cum legem Christi sint professi, ignominiosum iudicant eundem Christum sequi, & vile existimant paupertatem, quam ipse dilexit & amauit: & quod prius

Psal. 39.  
Bona. in apolo. pau. resp. 3. ar. 1. Luc. 10.

Luc. 22.  
Matth. 23.  
Luc. 19.  
Ioan. 4.  
Luc. 8.

est & lamento dignius vitam apostolicam & sanctam quam ipse degit contemnunt, & pro nihilo faciunt. Sed iam ad historiã deueniamus. Postquã igitur Maria & Ioseph puerum inuenerunt. *In templo sedentem in medio doctorum audientem illos & interrogantem.* Mos erat apud Iudeos in diebus paschatis de lege disputare: & sic paschata in tempore illo celebrabantur. Nunc autem his diebus certamẽ inuit de aleis, taxillis, conuiuuiis, & de proximorum vita. Illa autem disputatio, quam Iudæi habebant, non fuit casu, sed moris erat. Atque ita parentes secum filios ducebant, vt ibi discerent. Hic inuentus fuit Christus in loco sancto & orationis: non vt nostri huius temporis adolescentes, qui in domibus ludo, & blasphemis dedicatis sapiens solent inueniri. Et non mirum debet nobis videri, quod Christum ibi repererint. Nam filius libenter in domo patris sui manet. Ex quo sequitur quod ille, qui libenti animo ecclesiam habitat, filius est Dei, quia est in domo patris, qui illum creauit: sed qui libenter est in locis ocio & libidini vacantibus, signum est filium esse diaboli, quia in domo patris sui deiterni vult. Sicut aliqua animalia, vt crocodili & anates, quæ etiam si terram incolunt, libenter etiam submerguntur in aquam, & ibi gaudent esse. Sic Christus etiam si vt homo, qui educatus fuerat in terra, & cum parentibus suis ipsam habitabat: statim vt templum videbat, quod quidem domus patris sui æterni erat, vt verus filius in ipsum ingreditur, & ibi gaudet, matrem pro patre reliquens: nam hoc est magis conueniens suæ naturæ & inclinationi; vt filij anatum qui etiam si ab aliqua gallina fuerint procreati, visa aqua statim eam ingrediuntur & submerguntur. ¶ Obserua autem, quod est templum sine doctoribus, & doctores sine templo: & templum cum doctoribus. Templum sine doctoribus illa ecclesia appellatur, in qua nulli sapientes homines, nec docti sunt. Vt hodie multæ ecclesie sunt, quæ plenæ sunt clericis insipientibus & ineptis: qui cum nec sacros Canones, nec Theologiam, nec Grammaticam didicerint in sacros ordines promouentur. Inter hos nequaquam Christus habitat, qui ob suam ignorantiam & insipientiam in admiratione sacramentorum in grauissima peccata dilabuntur. Doctores sine templo sunt: vt sunt sapientes hæretici, schismatici: inter quos minimè Christus est, quandoquidem ipse in templo inuenitur. Templum cum doctoribus est illud, in quo adfunt catholici homines simul & docti inter quos inuenitur Christus in medio doctorum. Sed in quàm paucis ecclesiis hoc inueniatur vos videtis. Nam multæ ecclesie sunt plenæ pueris & adolescentibus indoctis: nam episcopi & canonici resignant suas præbendas in confobrinos & confanguineos suos: cum sint multi doctores theologi & prohi viui versantes in academijs qui nec buccellam panis in victum habeant. Graue iudicium & tremendum hos expectat, & infernus faucibus apertis talibus est paratus. ¶ Nota etiam quod non solum erat inter doctores, sed in medio illorum. Fons enim, qui in media platea cunctis patet, plus conmodi omnibus offert, quam is, qui absconditus est: & horologium etiam in alta turri, melius ab omnibus auditur. Ita Christus sem-

per reperitur in medio. In medio trium diuinorum personarum, locum habet: in natiuitate, in medio duorum animalium positus erat: in morte, inter duos latrones: & salutem operatus est in medio terræ: & post resurrectionem, in medio discipulorum stetit. Post ascensionem etiam apparuit Ioanni inter duo candelabra aurea. Vt illud quod Paulus ait in ipso optime adimpleretur. Ipse enim est mediator inter Deum & homines. Et hic in medio doctorum inuentus est. Quo circa debes animaduertere, quod si proximo iniuriam intuleris, aut manu cum percussis, Christus in medio tui & illius est: & prius cum percussis, quam proximum, & prius maxillam Christi ictus ferit, quam maxillam proximi. Ideoque nemo proximum offendit & lædit, quin prius Christum offendant. Quapropter iram comprime, nec proximum offendas, quandoquidem Deum prius offendis. Si vero tu iniuria fueris affectus, tace: Deus enim qui prius iniuriam accepit, ipse vindicabit, cum dicat, Mihi vindictam & ego retribuam. Vellem ego, vt diuites hoc secum animo reuoluerent, quod cum pauperem conuiciantur: aut magnates in finem persequuntur & in carcerem agricolam detradunt, & sanguinem & substantiam ebibunt, Deum esse qui talia patitur, quique vt iustus iudex iniurias sibi illatas vindicabit: cum dicat. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Sed iam videndum est, quid Christus faceret inter doctores. Erat audiens, interrogans & docens. ¶ Videt quod Christus in ecclesia loquitur: extra ecclesiam vero, non Christus, sed diabolus docet: imò seducit. Christus autem in medio ecclesie aperuit os suum: quia impletus erat spiritu sapientiæ & intellectus. Agebat de aduentu Messie, & de prophetiis, quas propheta prædixerant. Docet hic Christus consilium sapientium & prudentium esse auscultandum, nõ ad discipulandum, sed ad cõferendum. Ideo dicit quod audiebat illos & interrogabat, interrogabat non vt doceret, sed vt potius doceret prudenter interrogas: vt ex eorum responsionibus occasionem acciperet docendi eos scripturas, & præcipue aduentu Messie. Prius audit & deinde interrogat: vt suppeditet exemplum prius nos debere discere, quam docere: iuxta illud ecclesiastici. Antequam loquaris, discet. Colliges etiam ex hoc loco alios audire, & sententiam eorum non contemnere: quamuis ignorantes & insipientes sint. Nunquid tu sic adeo sapientia cæteros excellis, sicut Christus hos doctores. Moyses etiam si sapientissimus & Dei lumine illuminatus esset, audiuit Ietro sacerdotem Madiã, nec consilium eius contempsit. Naaman Syrus cũ nondum eius animus quietus esset Elisæi responsione, seruos suos audiuit: & sic meruit à lepra mundari. Multi prælati hac nostra tempestate suo iudicio & scientia nimis præsumentes, in manifestissimas insanias & ineptias dilabuntur: nolentes audire suos subditos: atque ita volentes suam propriam voluntatem adimplere, sapientes & doctos à se reiciunt, simul & religiosos: nam prioribus prælati adiuncti subditi sunt, secundis vero domini. Fit enim hoc ita quia ignorantes & inepti in nihilo illis contradicunt. Et quantum ab scopo recte rationis isti aberrant, manifeste liquet: nam debent ipsi attendere, se homines esse, qui natura in mille defectus & errores sunt procliuës, ideoque

Luce. 23.  
Psal. 73.  
Ioan. 20.  
Apoc. 1.  
1. Tim. 2.

Rom. 12.  
Ezeq. 9.  
Deut. 32.

Matt. 25.

Ecol. 15.

Ecol. 18.

Exod. 18.

4 Reg. 5.

audiant & interrogent: quandoquidem Christus idem faciebat. Nam cum Christum veller Petrum suæ ecclesie in prælatu eligere: prius eum examinauit, dicens. Petre amas me plus his? Ac si Christus diceret. Volo à te scire, quæ te ipsum iudices, et quanti hos alios facias. Nã si te ipsum plurimi habes, hos vero parui æstimas: nõ es dignus, vt pascas oues meas. Si vero credis te esse fragile: pasce oues meas. Ideo à te quarto, vtum plus his me diligas collatione fecit cum aliis, vt inde colligere posset, quid Petrus de aliis sentiret. Nam non est dignus prælati nomine, qui se maximi æstimat, alios vero contemnit. *Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius.* Nec mirum erat, nam apud Marcum legimus, quod in sabbato cepit Iesus in synagoga docere: & multi audientes mirabantur doctrinã eius dicentes. Vnde huic hæc omnia: Et quæ est sapientia, quæ data est illi? Et in Ioanne legimus. Iam autem mediã die festo, ascendit Iesus in templu, & docebat & mirabatur Iudæi dicentes. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit. Nam si sic mirabantur doctrinam adulti, cur non mirarentur doctrinã pueri? Audierat sublimem & aliam sapientiã, viuentes autẽ tenerã illius atatem, mirabantur. Felices & beati illi doctores essent si scrutari diligenter vellet sanctas scripturas: vbi videre possent, quis quãuisque ille puer erat. Nam per Esaiam prædictum inueniunt, paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius admirabilis. Et hoc argumento facile colligeret illum esse Messiam nunciique redemptorẽ. Hoc idẽ contigit discipulis: nam principes sacerdotum sapientiam Petri & Ioannis mirabantur: cognoscentes eos esse homines illiteratos & nunquã in academijs versatos. At mundus iam non habet stantes pueros, de quorum sapientia aut virtute possit admirari: sed potius multos, de quibus dices. Quomodo in tam paruo puero, tanta libido? Quomodo tot iuramenta: mendacia & furta? Vnde tantam malitiam sibi inuenit puer, tam infantilis ætatis? Accipiunt hæc sine dubio à parētibus: sicut Christus suam sapientiam & quidquid habebat, accepit à patre: & corpus à matre. ¶ Aduertendũ etiam est hic, quod Christus opus suũ non solũ cum summa seueritate sed etiam cum sapientia incepit: ita vt ij, qui doctissimi erant mirarentur & stuperent. Significabat res illa, quod per doctrinam & sapientiam Christi, totius orbis sapientia erat obscuranda. Quemadmodum per Esaiã Deus prædixerat. Perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentium reprobo. Horum verborũ meminit Paulus in suis epistolis. Vbi sapiens, inquit, vbi scriba: vbi inquisitor huius seculi? Nam cum mundus in sapientia Dei ipsum Deum non cognouit: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Mirandum igitur non est, quod sapientes Iudæi admirati fuerint & obstupuerint videntes raram Christi sapientiam. Christus veram sapientiam mundo attulit. Hic est Deus noster, inquit Baruch, hic adinuenit omnem viam disciplinæ: & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Imò ipsemet factus est nobis, sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio: vt Paulus ait. Cæterum cum isti suam doctrinã adinueniunt: non ideo credunt, nec conuertuntur. Sic multi nunc videntes doctrinam prædicatoris stupent

Ioan. 21.

Mat. 6.

Ioan. 7.

Esa. 9.

Act. 4.

Esa. 29.

1. Cor. 1.

Bar. 3.

1. Cor. 1.

& admirantur, laudant & extollunt illum: sed non à flagitijs & peccatis recedunt, cum Christum illi audientes non conuerterentur. Sed multo aliter Petrus Christi doctrinam suscipiens & eius mirabilia verba, inquit. Domine quo ibimus, verba vitæ habes? Non dixit loqueris, Quia hoc multi faciunt: sed, habes. Ac si diceret: Tua sunt ista, quæ profers, non ab alio mutuata. Corda hominum percussis, quando loqueris: & verba tua omnia sagitta sunt ignea. Ideo sequat te quocunque ieris. Denique non solum illi doctores admirati sunt: sed & parentes eius, ideoque ait euangelista. *Et videntes admirati sunt.* Scilicet propter rei nouitatem, quia nunquam simile viderant eũ fecisse. Propter quod beatissima mater ingenti gaudio affecta immensas gratias Deo agebat. Filius autem cum charissimam matrem aspexit accessit ad eam statim: quem ipsa brachijs extensis suavissimis amplexibus excipit, & oscularur. *Et dixit mater eius ad illum.* Tacet Ioseph cum sciret nihil iuris in partu sponsæ suæ habuisse. Mater vero pro autoritate & dolore ab eo querit. Loquuta est etiam beatissima virgo propter excessum amoris quo filium vnicũ diligebat plusquã Ioseph: atque ita hoc amore coacta loquuta est. Primum autem verbũ, quod ab ore emisit signũ fuit illius summi amoris: nam dixit. *Fili quid fecisti nobis sic?* Quod verbum filii, in græco, idem quod amor est. Acque ita in hoc primo verbo non potuit virgo non ostendere amorem illum, quẽ erga illum habebat. Quo verbo non virgo conqueritur, sed interrogat. Si autem querela fuit, ex maternis visceribus & amore exiit, propter quam beata virgo potius actionem gratiarum meruit, quam reprehensionem. Sit igitur vel interrogatio vel querela: certum, id est, fuisse prolata eam humiliate, quæ verbis explicari minimè potest: & fundamentum habuisse in illo intimo cordis amore super quem fundauerat dolorem illum, cuius causa absentia trium dierum fuerat, quæ quidem, etiam si paruum illud temporis spacium durauit, maior & longior visã fuit illi, quam videri poterat omnibus hominibus huius mundi si per multos annos rebus sibi dilectissimis & amantissimis priuarentur. ¶ Nunc autem volo õ sanctissima virgo tuæ quæstioni satisfacere. Interrogas. Quid fecisti nobis sic. Ad quod respondeo, rectè filium tuum scire, quod nec ipsi Angeli sic bene quemadmodum & tu, illi seruierunt: noluit enim tibi hanc afflictionem immittere, quoniam propter aliquid tecum irascatur: sed quia quem magis diligit, maiores dolores illi infert. Nam sanctum illum patriarcham Abraham ingenti tristitia & dolore affectis, precipiens, vt filium vnicẽm sacrificaret: quod quidem clarum & apertum signum fuit magis amoris, quo illum, prosequeretur, & etiam illius, quem ipse patriarcha erga Deum habebat. Sanctus etiam Iacob martyrium suscepit causa filij sui Ioseph: quem existimauerat deuoratum esse à fera, & dolore affectus multis annis super illum planxit. Tobias etiã propter filium multum matris & tristitiæ passus est: ita vt Anna in medio itineris illum expectans, in hæc verba prorumperet. Lumen oculorum nostrorum, cur te misimus peregrinari? Exempla habes õ beatissima virgo cur tecum sic fuerit factum, ex nimio amore hoc emanauit: & vt sis exem-

Ioan. 6.

Gene. 22

Gene. 27

Tob. 10.



plum aliis matribus, vt in patiētia exerceatur, quādo diuinæ voluntati placuerit charissimos filios de medio tollere. Denique his tribus diebus voluit te sic angī & macerari: vt fortitudine & animi robore te induas & præpares, vt ferre queas tres alios dies suę mortis, vbi non sicut modo inuenies illum inter doctores, sed inter latrones & carnifices crucifixum, flagellatum, & corona sentium insignitū. Sed iam audiamus quid amplius beata virgo filio dixerit. *Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* Quæ verba manifestè indicāt ex amore & dolore procedere. Rogat, cur voluerit sua absentia eos sic tristi, cuius præsentia super omnes mundi delicias sibi dulcis erat. Ioseph tamē non pater Iesu erat (vt sæpè diximus) sed quia putabatur, sic illum appellauit: quem beatissima virgo sibi præposuit humilitatis & reuerentiæ causa, quia vt beatus Paulus inquit caput mulieris vir est. Sic Sara Abraham virum suum dominum suum vocauit, dicens. Postquam senui, & dominus meus vetulus est, &c. Ex quo mulieres debent discere virginis exemplo suos viros honorare: quod quia regina Vasthi non fecit, ignominiosè à regno Persarum expulsa est. Dolentes ait & non immerito: quia quanto aliqua res amissa charior est, tanto maiori dolore quæritur. Oriebatur quidem dolor hic ex dilectionis magnitudine. Vbi duo potissimum nobis docentur. Primum quā grauis dolor & iactura sit Deum amittere: & eius dulcissima præsentia carere, secundum vero quomodo eum debemus quæere. Quam triste & infœlix sit Deū perdere & ab eius præsentia segregari, bene quidem illud Hieremæ nobis ostendit, cum inquit. Vide quam malum & amarum sit reliquisse te dominum. Et Dauid hoc idem expertus dicebat. Renuit consolari anima mea. Sic adeo sanctissimus Rex tristis & mœstus erat, vt nullum solatiij genus admitteret, & anima eius omnem consolationem reiiceret. Sed cur tam tristis? causam inquiramus. Audi quomodo antequam hæc diceret, psalmum inceperit, ex antecedentibus namque rectius hoc intelligitur. Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad Deum deprecatus sum. Quicumque homo nisi mente & intellectu careat, altera duarum causarum vociferari debet: vel quia ille, cum quo loquitur surdus est: vel quia longè ab eo distat Deus autem non est surdus, quia eius aures omnia audiunt. Causa igitur tantorum clamorum est, quia procul ab eò distat. Hæc igitur est causa quare Dauid clamaret, & diceret. Voce mea ad dominum clamaui. Et cognoscens quantum & quam graue malum sit sine Deo esse, dixit. Renuit consolari anima mea. Nulla est tanta in hoc mundo tristitia cui aliquo remedio nō possit prouideri. Solā Dei iactura illa est, quæ solatium non habet. Nam si tristis es quia domus passā est incendium, vel quia rem & substantiam latrones surripuerint, hoc solatium habet, quia iterum bona refectis. Si tristis es, quia aegritudine laboras, offensis statim medicum adeo optimum qui te in pristinam valetudinem valeat restituere. Si tristis es, quia vxor obiit, continuo alia tibi adueniet, quæ prudentior, cautior, & magis conformis tuæ voluntati sit. Denique nulla est in hac vita adeo grauis iactura, cui discessu temporis non solatium adueniat. Sed si Deum amittis, quod solatium erit?

quod remedij genus? Nullum. Ideo renuit consolari anima mea, quia sub cælo nullum est solatiū, quod huic rei possit satisfacere. Quidquid non est Deus, id omnē mendicitas, paupertas & indigentia animæ nostræ est, sine quo fieri non potest vt animæ nostræ aliquid gaudij aut voluptatis adueniat. Ideo ipsemet in alio psalmo dicebat. Fuerunt mihi lachrymæ mea panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus. Dole etiam & plora, lachrymis tuis totus madidus, eo quod per peccatum mortale Deum amiseris. Sed multi solum lamentantur rem & substantiam amissam: & mœsti sunt, quia in ludo pecuniam perdidērunt: propter Deum autem amissum, quæ grauissima omnium est iactura, potius gaudent, & lætantur. Sed tam mirari debemus propterea quod aliquis Deum amittat, quam quod non sentiat iacturam, & quā grauis illa sit. Quid igitur remedij erit, vt tantum damnum refarciatur, quod de iactura Dei animæ nostræ accrescit? Illum quæere. Sed quomodo? Beata virginem aspice, & eiusdem vestigia insequare. Cum mœrore quæsiuit: & ideo meruit inuenire. Dolentes (inquit) quærebamus te. Ne obsecro Deum inquis inter oblectamenta, & voluptates mundi huius: quandoquidem sanctus Moyses in rubo & inter vepres illum reperit: hoc est, inter poenitentiam & asperitatem mundi. Nam multi eum quæerūt inter vireta, inter flores & rosas, in voluptatibus, & deliciis viuentes qui quidem ob id non sunt digni, vt ei obuiam veniāt. Aspice igitur quod Christus in festis & gaudiis huius mundi amittitur: dolore autem & angustia cordis inuenitur. Lachrymis & gemitibus inquit eum Magdalena in domo Tharissæ, & ideo meruit reperire. Ita beatus Petrus, ita & bonus latro, illum inuenērunt in cruce: & sic omnes qui illum per peccatum amiserunt. Sponsa quippe eum quæsiuit: & cum non inueniret, dixit. In lectulo meo quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni. O amens & insana quantum abes, vt mentem & intellectum habeas: quandoquidem existimas te posse sponsam inuenire in lectulo deliciis, & voluptatibus, cum tu ipsa faceris, quod dilectus tuus est candidus & rubicundus: quod si pulcher est & formosus in medijs viis & plateis debes illum inquirere: nam qui forma præstantes sunt & corporis habitu dispositi, videri ab omnibus cupiunt & laudari. Qua propter ipsa statim subdit. Quæsiui illum per vicos & plateas, & non inueni. Non inuenitur Deus in plateis nec in congregationibus hominum. Et ita beata virgo non inuenit illum in comitatu. Sed paululū (inquit) cum pertranissem, inueni quem diligit anima mea. Omne quod sub cælo est, parum est: & ita paruum, vt sapiens dixerit. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Obiter & velut in transeursu omnes res huius mundi præteri, te ipsum contemnes: & ita Deum poteris inuenire. Transi hoc paululum mundi, quod in Dei collatione fere nihil est: & ita eum inuenies. Quære illum dolore tui cordis, poenitentia, & lachrymis: nam culpa vacans, ita illum quæsiuit beatissima virgo. Quanto meliori iure tu debes id facere, cum per peccatum amiseris? Sed iam nunc videmus quid Christus ad hanc virginis quæstionem responderit. *Quid est quod me quærebatis?*

Eph. 5. Gen. 18.

Hebr. 1.

Ier. 2.

Psal. 76.

Sap. 1.

Psal. 41.

Exod. 3.

Ioan. 10. Mar. 14. Luc. 23.

Cant. 1.

Ecl. 1.

Ioan. 5.

Mat. 4.

Gen. 45.

Exod. 18.

Gen. 13.

Exod. 7. & 8.

Ioan. 1.

*Nescitis quod in his qua patris mei sunt, oportet me esse?* Cum Dominus intelligeret matris interrogationē à comi & beneuolo pectore processisset: eodem tenore respondet nō solum vt ostenderet interrogationem matris dignam esse responsione, sed etiam, vt ei satis fieret: nam cum prudenter & sapienter interrogauerit: prudenter & sapienter ipse respondit. Maria præposuerat Christo patrem Ioseph, qui pater non erat, sed virginis sponsus. Christus autē vicissim nominat alium sublimiorē & præstantiorē patrem scilicet Deum. Vnde alibi ipse ait: Descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Vnde nō miremini, si dimiserim vos propter eternum patrem. Obedite enim potius oportet Deo, quā hominibus: & ideo cum nō vobiscū essem, in domo patris mei eram inueniendus. Quid autem quod hic incipit Christum Deum patre vocare publicè & in confesso. Non tamen dixit noster, sed meus. Vbi ostendit filium esse Dei naturalem & non adoptiuum, sicut nos sumus. Notabis etiam quod cum Christus hic esset constitutus in tanto honore inter hos doctores: hic fuit inuentus à Maria & Ioseph, qui pauperes erāt in hominum opinione: quibus ipse Christus nō dedignatus est respondere, obtemperare, & cum eis abire. Sed iam ad eam temporis iniquitatē & malitiam deuenimus: vt sint multi, qui cum ad honores & dignitates ascenderint, pares suos non agnoscunt, neque pauperes consanguineos, quos contemnunt & pro nihilo habent. Non ea humilitate & sinceritate, qua præditus erat sanctus Ioseph: qui cum magnus princeps in regno Aegypti esset habitus, & secundus à rege, fratres suos cognouit & honorauit. Nec dedignatus est dicere quod erant pastores ouium: quod genus officij apud Aegyptios in contemptu habebatur, sicut etiā modo apud nos. Sic Moyses qui princeps erat totius populi Israelitici cognouit socerum Ietro Aethiopicum, & illum honorauit. *Et ipsi non intellexerunt verbum, quod loquutus est ad eos.* Non igitur de aliis mirandum qui nihil intelligerēt de patre æterno Christi Iesu: sed de Maria & Ioseph mirandum est, quod cum scirent Christum habere patrem in cælo nō intelligant. Tantum erat illis gaudium de inuēto puero, vt nihil ampliùs cogitaret, nec eius animus aliis verbis acquiesceret: læticia absorpti verba pueri nō capiebant. Nam vt in Proverbijs habetur. Desiderium si compleatur, deleat animam. Ad tuam eruditionem nota, quod temporale gaudiū distrahentem, vt nequeat verba Dei percipere. Sic Pharaon cum omnia illi ex animi sententia euenirent, non audiebat verbum Dei, quod Moyses illi prædicabat. Vnde & tibi cauendum, ne nimia lætitia affectus rerum mundi cito euoluantur, callestium diuitiarum obliuiscaris. *Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.* Aduerte quod Christus ad templum Dei proficiscitur, quasi illum oporteat, sicut cæteros, Dei gratiam quæere: cum tamen ipse idem sit, qui cuncta gratiæ dona confert: & de cuius plenitudine omnes nos accepimus. In medio doctorum sedebat, audiens illos & interrogans. Quasi nunc dicere cogatur, qui ipsum Dei verbum & sapientia erat. Cum parentibus rediit, & illis subditus erat. Nōne hæc maximā sunt humilitatis exempla? Christus ver-

bis nondum prædicabat, sed efficacies ipsa opera, quæ faciebat humilitatis exhibebant exemplum: quibus ostendebat hanc esse potissimam & certissimam viam, vt Dei gloriam possimus consequi. Præterea in huius historię discursu clarè Christus ostendit habere duas naturas: cum aliqua operaretur, ita sublimia & alta quæ solum ad diuinitatem pertinerent: alia verò minorā, quæ ad fragilitatem humanam spectabant. Vt homo ascendit in Hierusalem cum parentibus suis: vt Deus verò in templo mansit sua propria autoritate. Vt homo, sapientes & seniores interrogabat: vt Deus verò ad quæstiones ita diuinitus & sublimius respondebat, vt omnes doctores in magna admirationem raperet. Vt filius Dei mansit in templo patris sui æterni: sed vt filius virginis cum parentibus rediit: quo ipsi voluerunt, & eorum imperio & voluntati parebat. Discant hinc prælati, discant & subditi. Prælati discant humiliari quando viderint quod Maria & Ioseph Christum habent subditum. Ne superbia efferantur: quia plerunque contingit, vt subditi meliores sint conditionis & fortis, quā prælati. Nam si prælatus secum consideret subditos habere meliores se, atque præstantiores: non superbia inflabitur, etiā si in alta dignitate & gradu sit constitutus. Discant & subditi obedire maioribus suis, cum videant totius orbis Redemptorē & Dominum subditum Ioseph & Mariæ. Vbi Creator creaturam veneratur, & reueretur. Magnū quidem & nunquam satis laudatum exemplū humilitatis nobis hic Redemptor exhibuit: nam cum esset totius orbis princeps & imperator, cui cuncta parent & obediunt: tanta humilitate voluit suos parentes suspicere & venerari. Non igitur tibi molestum sit subditum esse homini propter Deū: quandoquidē pro te Deus ipse voluit hominibus subici. Nam si oculos conuerteris, & videris velis quanto minores dignitate erant illi, quibus Christus parebat, non molestes feres, aliis te multo minoribus obedire. Quapropter ex huius rei in aduerentia conuerteris, quia ei es subditus, qui non scientia & literis est imbutus, vt tu. Ionas Deo nō obediuit: nam cum præcepisset ei, vt abiret Ninive, ipse Thariss se conuertit. O in quanta mala ille labitur, qui inobediens est: & omnia etiā illi contradicunt, qui nescit obedire. Terra noluit sustinere Daran & Abiron, sed viuos deuorauit eos, simul cum vxoribus & filiis: nam omnes simul rebellionem consenserunt. Ionam etiam aqua non potuit ferre, nec aër, nec nauis. Aspice igitur Christum obedientem Mariæ & Ioseph: & ita obedientem, vt Iulius de eo dicat: Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: & hæc omnia pro te libentissime sustinuit. Si subditi huius doctrinæ documentum vellent intelligere, gauderent certè prælati obedire: qui Dei vicem gerunt. Sed de his alias. Expende etiam quantam & quam magnam dignitatē habuerit beatissima virgo: cum eius subditus fuerit ille, cui omnis creatura paret, seruit, & colit, quemque omnes Angeli venerantur & suspiciunt. *Et mater conseruabat omnia verba hæc, in corde suo.* Clariis in hoc apparet quanta sapientia beata virgo fuerit prædita: nam stulti audita conseruare non possunt, iuxta illud Sapientis: Cor fatui quasi vas constrictum: & omnem sapientiam non tenebit. Præclara laus beatæ virginis

Ion. 1.

Num. 16

Phi. 2.

Ecl. 21.

virginis potest hæc appellari. Nam mulierum ingenium est nihil prorsus tacere, sed tantum id quod non norit. Præterea non vnu solum, sed omnia hæc verba conseruabat. Quo docemur, vt rapti in admiratione de his, quæ in Christo videmus, & audimus, ipsam laudare debemus. Magnificare enim debet, homo extollere atque laudare ea omnia, quæ vel à Christo audit, vel in ipso conspiciunt. Et omnia hæc non modo audire, verum etiam conseruare operæ precium est, & animo secum reuolueret: nõ hoc aut illud, sed omnia. Sic fecit beata virgo, quod diuus Lucas ipsius virginis laudi tribuit: quod quidem non immerito laude dignum est iudicandum. Quid, obsecro, melius homo facere potest? aut quare pius animus melius cognosci poterit? Imò & ipsemet Christus testatur, verbum Dei audire & conseruare veri in Deum amoris esse argumentum: imò iudicium clarum esse hominis ex Deo nati, cum inquit, Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Quare non est mirandum si diuus Lucas bis reperat Mariam hæc verba audire, & conseruare illa. Nam supra postquam pastores puerum adorauerunt, dixit: Maria conseruabat omnia verba hæc. Et iterum hæc eadem verba nunc repetit, cum venerunt Nazareth. Primum respicit ea quæ de Christo dicebantur. Secundum ea quæ gessit. Duo hæc iam nobis veniunt consideranda, quid de Christo dicatur, & quid ab eo factum sit. Ambo quippe ad perfectam Christi cognitionem pertinent. Quorum alterum cum consideratur, iam dimidia Christi cognitio attingitur. Vnde tot furta, tot flagitia, tot mendacia, &c. nisi quia non conseruamus omnia verba quæ à Christo dicuntur? Credimus & conseruamus, quæ dixerunt pastores Simeon & Anna scilicet, quod Christus sit Deus & homo, lumen & gloria, &c. quia fidem horum habemus tanquam Christiani. Sed quæ Christus gessit, quæ operatus est, quæ in nostram eruditionem & doctrinam reliquit, vt humilitatem, obedientiam, paupertatem, prudentiam, & ea quæ ad mores pertinent componendos, non curamus. Ideo non boni nec perfecti Christiani sumus: sed tales qui Christum ore confitemur, factis autem negamus. Dicunt: Domine Domine, & quæ dicunt non faciunt. Cum tamen Paulus asserat non in sermone esse verbum Dei, sed in virtute. Et diuus Iacobus etiam: Non auditores verbi, sed legis factores sumus. Quinimo Christus à se fugat, & tanquam inuiles proicit virgines quæ lampades habebant sine oleo: & eos etiam qui in nomine ipsius miracula faciunt, dum tamen perpetuo maneant operarij iniquitatis. Quare si volumus vt Christus nobis in salutem venerit: non secus ac Maria facere debemus: quæ non vnum verbum solum, sed omnia conseruabat, & non tantum ea quæ ad fidem spectabat, sed etiam quæ ad bonos mores. Rursus piam Domini matrem imitemur, quæ omnia filij facta diurna & nocturna assidua meditatione secum reuoluebat. Fixius etiã & tenacius nobis memoriam h'ereant beneficia omnia quæ nobis contulit, & quotidie confite liberando nos à peccatis, & commissa remittendo, vt vel hac exercitatione post hac vitam in melius mutemus, & in meliorem mentem respiciamus. Et Iesus proficiebat sapientia. Quo ad intellectum, quatenus etiam ab instanti conceptionis quatenus homo plenus esset sapientia

patris. Sed proficiebat sapientia illa quæ per experimentum acquiritur. Et etate. Quo ad corporis incrementum. Et gratia. Quo ad voluntatem & affectum. Apud Deum. Ad gloriam scilicet, Dei & laudem. Et homines. Homines verò ad salutem proficiet semper. Ad laudem inquam Dei, & ad hominum salutem proficiebat. Agebat enim ea quæ Deo placita erant, & quæ laudabantur ab hominibus. ¶ Obserua autem quod sapientia experimentalis Christus proficiebat, vt Paulus ait: Didicit ex his quæ passus est obedientiam. Optimus quidem modus discendi obedientiam, est per experientiam. Nam videbis theologum egregie de obedientia disputantem & concionantem: si autem ei præcipias aliquid facere, quod eius aurium non audeat, statim sicut vipera insurgit. Ideo Christus etiam si recte sciret, quid esset obedientia, per experientiam voluit eam disceret. Ille qui postquam chirurgiam didicit, gladio cæditur, cum ipse incuratione doloris etiam sit expertus, quando ipse alios curat, dolet & pietatem habet. ¶ Dico etiam quod proficiebat sapientia & gratia coram hominibus, quia per actus proficicentes à sua sapientia & gratia habituali, quanto plus etate crescebat, magis nobis merebatur. Maiorem enim gloriam & gratiam meruit nobis Christus in die illa qua crucifixus fuit, quam in die quo in templo disputabat. Ideo gratia, gloria & etate indies magis proficiebat prædicando, orando, ieiunando, & morti pro nobis se offerendo. Et etiam si illa tria substantia, ablatiui sint casus, & hunc sensum reddat illa oratio: scilicet, quod proficiebat in etate, in gratia & in sapientia: sed melius est dicere quod sunt effectiui casus, & hunc sensum reddere: Quod Christus proficiebat nobis magis quotidie acquirens maiora merita nobis coram Deo. Et hoc meritum sua sapientia efficiebat, & sua gratia. ¶ Expende etiam quod prius dixit, coram Deo, & postea coram hominibus: quia prius Deo oportet placere, & postea hominibus. Sic inquit Paulus: Provide mus bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Docet etiam hic Christus à primis iustitiæ rudimentis semper debere progredi ad perfectiora. Quemadmodum enim corpus habet actus suos, quousque ad perfectum statum modum perfectasque vires deueniat. Itã & pietas incrementa habet donec perfectione attingat & plenitudinem Christi. Grandis fit Christus in nobis & adolefcit cum perfectione acquirimus cum iam relicto lacte carnis, solidum cibum spiritus appetimus cum relictis & neglectis terrenis ad cælestia aspiramus. Igitur qui semel Christum induerit, oporteret ad illius exemplum semper ad meliora progredi: quo simul & animi puritate sese Dei oculis gratum efficiet, & famam honestam sibi apud homines parabit. Ita vt de eo, quemadmodum de Samuele possit dici. Puer Samuel proficiebat atque crescebat, & placebat tam Deo quam hominibus. Sic, David erat proficiens, & seipso robustior. Ne igitur semper pueri simus, sed quotidie in melius proficiamus. Sic Paulus: Cũ essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus: cum autem factus sum vir, euacuaui quæ sunt paruuli. Diuus etiam Petrus vult nos conari, vt assidue crescamos in gratia & agnitione Dei. Paulus flexit genibus orabat pro fidelibus Deum,

Hebr. 11.

Ioh. 8. Luc. 11.

Titum 2. Luc. 6. 1. Cor. 4. Iaco. 1. Matt. 23. Matt. 7.

1. Reg. 2. 2. Reg. 3. 1. Co. 13. 2. Pet. 3. Eph. 3.

vt secundum sanctum suum spiritum, iuxta incernum hominem corroborari possent. Hoc igitur est quod homo Christianus apud se debet statuere, nempe quod de Christo puero dictum est, scilicet, quod non solum corpore atque viribus, verum etiam gratia & spiritu ac cælestibus donis

creuerit & auctus fuerit. Deprecemur igitur Christum, vt nobis gratiam & auxilium præstet, vt proficere possimus: euntes de virtute in virtutem, vt postea videamus Deum deorum in Sion. Quod faxit Deus, vt nobis omnibus contingat. Amen.

Psal. 83.

CAPVT III.



CVT Evangelista Lucas antequam scriberet annunciationem Christi factam per Angelum, & ipsius natiuitatem, præmisit annunciationem & natiuitatem præcursoris tanquam priora: sic modo scripturus prædicationem Christi, præmittit beatissimi Ioannis prædicationem. Nam sicut beatus Ioannes baptismum poenitentiae, corda hominum disposuit, ad suscipiendum Christi baptismum. Baptismus quippe Christi & prædicationis non erat res tam parui momenti & ponderis, quin prius aliquis magnus & egregius concionator anteiret, qui hominum corda pararet & disponderet. Expediebat etiam vt hoc insigne opus, quale erat Christi redemptoris nostri prædicationi alicui prius manifestaretur, qui ipsum Christum præueniret, & mundo annunciatet. Sic enim est scriptum: Non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos Prophetas. De eis namque quæ maximi sunt ponderis & momenti, amicos suos prophetas Deus certiores facit. Sic Noe mundi euerfionem per aquas diluuij futuram reuelauit. Sic Abraham incendiū Sodomæ. Sic Moyses si quomodo missurus erat Iudæis manna. Ita etiã iustum & consentaneum rationi erat vt tantum atque tam magnum beneficium facturus mundo (vt erat regni Dei prædicationi) prius alicui sancto & dilecto Propheta tantum opus manifestaret. Cum igitur aduentus hic tanti & tam noui præcursoris adeo esset solennis & celebris in veteri instrumento vt ad literam de eo dixerit Malachias. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te: ita etiam noster Lucas debita maiestate & splendore exitum diui Ioannis à deserto scribit, prædicatori poenitentiam, & aduentum Redemptoris prædicatori, dicens. Anno quintodecimo imperij Tiberij Cesaris. Peractis bellis ciuilibus, & Pompeio magno superato, omnibus est notum Romani imperij sceptrum Iulium Cesarum habuisse. Cui successit Octavianus dictus Cesar Augustus, qui quinquaginta septem annis imperauit & reliquit secessorem hunc Tiberium filium Liuiæ uxoris Augusti Cesaris. Anno verò quadagesimo secundo imperij Augusti Cesaris Christus & Ioannes nati sunt: si verò regnauit quinquaginta septem annis, & diuus Ioannes exiit prædicator in desertum decimoquinto anno imperij Tiberij, manifeste constat Ioannem trigessimum egisse annum quando iam incepit prædicare: nam quindecim Octauiani & quindecim Tiberij, trigessimum numerum implent: in qua etate Christus & sanctus Baptista exierunt prædicare. Hunc eundem annorum numerum compleuerat Ioseph, quando stetit coram Pharaone. Eundem David cum regnare incepit. Et in hac etate

vidit Ezechiel mirabiles visiones, & vaticinari & prædicare incepit: nam iuniorum etatem neque prælati officium postulat, neque prædicationis munus decet. Non sic multi iuuenes hac nostra tempestate faciunt, qui cum primum theologiam degustarunt statim concionari volunt, & alius suam scientiam ostentare. Nonne beatus Ioannes decimoquinto, vel decimo sexto suæ etatis anno prædicare posset? Nonne Deo plenus, & ipsa diuina sapientia illi erat infusa? In hoc quidem ambitione adolescentum huius temporis reprehendit: & docet prædicationis euangelicæ munus non nisi perfectis & prouectis hominibus committendam esse. Vt poma immatura quæ ab arboribus vento deiciuntur, quæ nec suauitatem habent, nec stomacho profunt: quæ verò sunt matura, hæc grata & suauia sunt: sic concionatores isti iuuenes nec dulcedinem habent spiritualem, nec utilitatem mentibus afferunt, sed quæ sunt tempore maturo & sacris literis collecta hæc utilia sunt & salubria. ¶ Obserua secundo quod nõ dixit, anno regni Tiberij, sed imperij. Romani antiquitas à regibus gubernabatur: postea verò commoti tyrannide sexti Tarquinij ultimi eorum regis noluerunt reges acceptare: sed per senatum & consules, quos ipsi eligebant, regebantur. Et Iulius Cesar qui imperium Romanum usurpauit, cum sciret nomen regis illis esse odiosum, noluit rex appellari, sed imperator. Vnde videre licet, quomodo Romani vt minus malum euaderent, in aliud maius inciderunt: nam imperatoris nomen maiorem superbiam & arrogantiam dicit, quam regis nomen: quandoquidem regere & gubernare maiorem humilitate præ se fert, quã imperare & præcipere quod nomen dominium & imperium significat. Ira etiam & hodie multis contingit, qui vt minora mala fugiant, in maiora incidunt. Vnde sanctus Iob: Qui timet pruenam, veniet super eum nix. Timent præsentis vite poenas, & futuræ tormenta non pauent. Nã pruenam in his inferioribus fit: nix autem, de superioribus venit. Quo circa per pruenam intelligit Iob mala præsentis seculi, per nixem autem tormenta quæ peccatoribus in alia vita restant: cũque peccatores huius mundi labores fugiant, cæci & amentes in æternos præcipitantur. Illic enim trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Sic etiam multi peccatores infelicem corporis valetudinem timet, vel paruam etiam doloris capitis: Vnde nec ieiunare volunt, nec corpus suum macerare: peccata autem & animæ grauissimas ægritudines non timent. Hi homines infantibus & pueris similes sunt: qui araneam vel paruam quoddam aliud animal timet, in ignem tamen manus coniciunt. ¶ Tertio aduertit (si Suetonio & aliis historiographis credideris) hunc Tiberium crudelissimum hominem fuisse, homicidium, impium, & omni scelere cõtaminatum

Iero. in poe. Exa.

Iob. 6.

Psal. 13.

tum. Vide, obsecro, & diligenter considera, quam parui faciat Dominus huius seculi diuitias, gloriam, & honores: quandoquidem homini tam scelerato ea omnia commisit. Nam si hæc bona terrena alicuius essent ponderis, vel in aliquo pretio essent habenda, non ita facile Christus suis Discipulis & charis amicis iussisset ea relinquere, nec ea cōcederet iniquis & perditissimis hominibus, Tiberio scilicet, Caligula, Claudio, Neroni, Commodo, Helio Gabalo, & aliis similibus. Hæc enim terrena quæ tu bona appellas, & quæ quæris, & de quibus sollicitus ambulas: sine dubio stercore sunt & surfures domus Dei. Vt sine vt liquido tibi cōstet, quam nihili Deus omnia hæc pendat? Abstulit vniuersa illa Dominus à nimis charo & dilecto amico suo Iob, peritione facta ab impio & crudelissimo inimico diabolo. Rogauit Dominum Satan, vt vniuersam substantiam Iob euerteret, statimque Dominus id concessit. Abraham filius concubinarum largitus est munera: Isaac verò primogenituram & omnem stipellendam hereditauit. Ità Dominus spiritus filii qui de huius seculi diuitiis & honoribus tantum sunt solliciti hæc terrena bona concedit, bonos autem & legitimos filios qui vana & caduca huius mundi contemnunt, diuinis & nunquam perituris diuitiis auget, & locupletatos reddit. Contenti sint mali, & satis illis sint bona hæc fluxa & caduca terra: ab hære ditate verò cælesti alienentur, & se moueantur, bona namque illa diuina, solis filii & charis amicis referantur. Audi Psalmistam: Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias. Vnde ex hoc loco discere debes, vt terrena despicias, contemnas, & pro nihilo facias: cælestia verò ames, diligas, & omni studio prosequaris. Hæc quippe, quam mundus opulentiam, copiam, abundantiam, & diuitias vocat, non nisi summa paupertas, mendicitas, & indigentia est. Ne, obsecro, in sterco huius seculi oculos nec mentem conuertas: sed in solum Deum animum tuum cōuerte: si quidem erecto vultu te ipsum Dominus condidit, vt ad cælestia semper aspirares. Cum enim cōmodum & vtilitatem tuam Deus respiciat, omnia ea, quæ tibi sunt opus super terram constituit, vt panis, vinum, & caro: vt facili negotio ea posses adipisci: superflua verò, vt sunt aurum, & argentum, subrus terram abscondit, ne ipsa vehementer cupias & desideres. Ne serio futilia & ridicula ames & quæras: nam egregius psalter vehementi raptus admiratione, cum videret ea quibus homines tam auide & anxie student, inquit. Filii hominum vsquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mēdaciū? Quasi diuinus vates vellet hominum amentiam explicare, ac si diceret: Cum sitis filii hominum, rationis & intellectus participes: ne quasi rationis expertes sitis, constituentis vltimum finem in his terrenis & perituris: quandoquidem æternis bonis fruendis conditi & effecti estis. Mendacium amas, cum terrena amore prosequeris: aurum namque & argentum etiam si hominum oculis alicuius sit æstimationis, vile tamen & nullius momenti Dominus iudicat. *Procurante Pontio Pilato Iudæam.* His verbis manifestissime ostendit beatus Euangelista Christum esse verum Messiam promissum in lege. Vnde operæpretium est aduertere, inter Iudæos duas prophetias fuisse celebratissimas iuxta aduentum Messie, quæ expecta-

bant. Altera erat illa Iacob. Non auferetur sceptrum de tribu Iuda, &c. Altera verò non minus cōspicua illa erat, quæ habetur in Deuteronomio. Propterea suscitabo eis de medio fratrum tuorum, similem tui: & ponam verba mea in ore eius. Quæ duæ auctoritates secundum omnium rabinorum sententiam de Christo, & de ipsius aduentu intelliguntur. Altera namque istarum aiebat, Messiam venturum esse, quando nullus esset rex in Iudæa: altera verò hunc Messiam magnum futurum prophetam, & oriundum ex Iudæico populo. Duo enim præstare, debebat futurus Messias: alterum scilicet quod futurus esset propheta & natione Iudæus: alterum verò esse venturum: quando nullus esset rex naturalis in Iudæa. Nascitur Esaias propheta in Hebræo populo: ne autem aliquis falso existimaret, ipsum esse Messiam, in principio suæ prophetiæ inquit. Visio Esaiæ filij Amos, quæ vidit super Iudam & Hierusalem: in diebus Ozis, Ioathæ, Acas, & Ezechie regum Iudæ. Ac si prudens diceret. Etiam si sim propheta & à vobis ortus, ne tamen puteris me esse Messiam: nam ego prædicare & propheta-re incipio naturalibus regibus Iudææ sceptrum & imperium tenentibus. Et Ieremias etiam: Verba Ieremias filij Helchias de sacerdotibus qui fuerunt in Anatoth in terra Benjamin. Factum est verbum Domini ad eum in diebus Iosias filij Amon, regis Iudæ. Baruch quoque legit. Verba libri huius ad aures Ieconias filij Ioachim, regis Iudæ. In Ezechiele etiā habetur: Ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachim. Et Daniel: Anno tertio regni Ioachim regis Iudæ. Quod si diligenter alios prophetas reuolueris, inuenies omnes propheta esse tempore quo erant reges vel duces de tribu Iuda qui populum gubernarent. Non enim defuerunt ante Christum natum in illo populo reges vel duces, qui regerent Israel: vt statim initio huius operis ostendimus. Igitur propheta sancti vt tollerent à populo suspicionem, ne aliquem ipsorum putaret esse Messiam (cum inter illos nati & educati essent) diligenter literis mandarunt reges Iudæ, sub quorum dominio prophetabant. Sed diuus Lucas ostendit diuum Ioannem prædicantem maximè illum prophetam promissum Iudæis. Sed sub quo rege Iudæ? Procurante, inquit, Pontio Pilato Iudæa. Iam non est rex in Iudæa, non est sceptrum regale, non est corona. Sed quid? procurator quidam, siue prorex, quæ hodie constituit imperator: quem etiā si sequenti die liberit auferet, ipse autem non naturalis, sed ex populo gentilico & aduena erat. Vides igitur quomodo in quouis Euangelistæ verbo magnè claudatur mysterium? Conuincit hic Iudæos, & ipsorum cæcitate reprehendit, probatque ex ipsorum prophetiis & testimoniis Christum esse Messiam, quem ipsi expectabant. Nihilominus ipsi tam cæci & tam ignorantes sunt, vt nolint cognoscere suum Saluatorem, & mittunt nuncios qui interrogent diuum Ioannem, an sit ipse Messias in lege promissus: cum secundum rei veritatem potius deberent diuo Ioanni credere dicenti Iesum esse verum Messiam, quam si de seipso id affirmaret. Nam testimonium quod aliquis de seipso exhibet, non tantam fidem facit, quantum haberet si de altero id affirmaret: & si quidem Iudæi diuo Ioanni crederent, si dixisset, ipsum esse Christum, potiori ratione Ioannis verbis debebāt adhibere

fidem dicentis Iesum esse Christum in lege promissum. Sed vnde Iudæis istis tanta proueniebat cæcitas & obscuritas? Ex peccatis quidem, vt Sophonia aiebat: Ambulauerunt vt cæci, quia Dominus peccauerunt. Mūdānis nāque & terrenis deitii solum externa considerantes, Christi paupertatem despiciabant: & quia pauper & humilis venit, id fuit in causa vt eum non cognouerint. Similes illi qui manum supra oculos ponit, ne solis radiis offendantur, nec ab ipso illuminentur? Ita etiā hi inter suum intellectum & diuinam lucem pessima constituerunt, & ideo obtenebrati sunt, & cæci facti, & ita cæci vt cum viderent omnes prophetias, quæ de ipso loquebatur, iam adimpleras esse, cumque etiam ipsum Messiam coram oculis haberent, illum ignorabant. Ego veni (inquit Christus) vt qui non vident videant: & qui vident, cæci fiant. Oculi namque vanitatis mundi allucinati rerum mundanarum amore: diuinam & inaccessibilem lucem non valent intueri. Hæc est illa cæcitas & obscuritas, quam misit Dominus in Aegyptios: de quibus scriptura asserit, neminem spacio tritum dierum fratrem suum vidisse, nec ab vno loco motum fuisse. Nisi Iudæi isti cæci essent, non vtique in suo Euangelio Ioannis dixisset. Mūdus Christum non cognouit. Non mirum erat, quod ita cæci & deliri essent in cognitione Messie: si quidem tantum pulueris pondus amoris mundi, carnis, & sanguinis oculis suis iniecerāt, de quibus Ieremias dixit. Errauerunt vt cæci in plateis. Iniquioris conditionis est hæc cæcitas, quam quæuis alia corporalis: nam qui corporis cæcitate laborat se ipsos agnoscent, at qui interiori cæcitate tenentur, existimant se videre, cum nihil videant. Quo circa redemptor noster his dixit. Si cæci essetis non haberetis peccatum: nunc vero dicitis quia videmus, à facie colubri à peccatis: ne in hanc terribilissimam cæcitate incidat: vt Deum non cognoscas, & te ipsum ignores, &c. Expede etiam quod hæc terra Iudæa vbi Pilatus præsidebat, illa erat, quam olim Deus Abraham promissit, cum dixit. Ego Dominus qui eduxit te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram hanc, vt possideres eam. Iosue autem possessionem huius terræ tradidit filiis Abrahæ postquam Moyses eduxit illos de Aegypto. Sed aspici-te quomodo Deus alius regna propter sua scelera tollit & aliis tribuit: quod videri potest in Saule, cui dominus regnum hoc de quo loquimur, sustulit, Dauidi autem concessit: secundum illud quod scriptum est. Mortuus est Saul propter iniquitates suas eo quod præuaricatus est pactum domini, & non custodierit illud: propter quod interfecit illum, & transtulit illud ad Dauid filium Isai. Cum Saul reuerentiam animi seruabat, dedit illi regnum: at eum à mādatis domini recessit, regno orbatus est. Quod cum Dauid recte animo perpenderit, dixit Salomoni successori ipsius cum morti esset propinquus. Obserua vt custodias mandata domini, vt confirmet dominus sermones suos quos loquutus est de me dicens. Si custodierint filii tui viam meam, & ambulauerint in veritate: non auferetur tibi vir de folio Israel. Cum enim rex præsidem aliquem constituit siue ciuitari siue regi, beneficium illud donat illi & successoribus illius: dummodo tales ipsius regis non sint proditores: nam si sint, vitam simul

& gratiam datam amittunt. Ità dominus dedit Abrahamo hanc terram, & ipse fuit primus & fidelissimus præses: postea vero Isaac, Iacob & alij ipsius successores fideles & recti, quos dominus in officio sustentauit. At cū traditores essent, abstulit dominus ab eis possessionem & dedit eam Romano imperatori: qui dominium ipsius tenebat, quique hunc præsidem illi constituit. Similiter Deus vobiscum faciet: si ipsius præcepta non seruaueritis. Atque ita debent intelligi omnia à Deo nobis promissa, ea lege vt quæ ipse præcipit, diligenter obseruemus. Peccata Iudæorum eos in tam infelicem statum adduxerant: & ita tu si in peccatis persistis, exul à gloria in miseram captiuitatem incidis. Audi dominum, filij regni ciuitatorum. Nec inertia detentus in hæc infana & amentissima verba prorumpas. Christianus sum vita æterna mihi hæreditas est, ad regnum sanctum pertineo: mihi quæ iure proprio debetur: namque quem modum promissam Iudæis abstulit propter scelera & flagitia quibus se ipsos contaminauerunt, ita regnum gloria (quamuis tibi promissum in hæreditate sit) nihil dubitabit auferre nisi tanquam filius Dei sanctis vitæ documentis & institutis vitam tuam composueris. Sed iam historiam prosequamur. *Tetrarcha autem Galilæa Herodes Philippo autem fratre eius. Tetrarcha Iturææ & Tracōnitis regionis: & Lisania Abilina Tetrarcha.* Inter plures filios quos magnus ille Herodes A scalonita habuit, post ipsius mortem soli tres viui remanserunt, Archelaus, scilicet, Herodes, & Philippus: cæteros, namque ipse dum viueret interfecit. Post mortem patris contentio fuit orta de regni successione. Cæsar in quatuor partes regnum Iudæorū diuisit, dans Archelao Iudæam, & Idumæam Herodi, Galilæam: & Philippo, Ituræam & Tracōnitem regionem: & sic Tetrarchæ facti sunt. Tetrarchia enim quarta pars regni est, & Tetrarcha vocatur princeps quartæ partis regni. Archelaus autem qui in Iuda regnabat suis exigentibus sceleribus, à regno eiectus & relegatus est: tuncque Iudæa administrata fuit per procuratores Ethnicos, quorum primus fuit Componius, secundus Annius Rufus, tertius Valerius, quartus Marcus, quintus vero Pontius Pilatus: qui teste Iosepho anno duodecimo Tiberij Cæsaris procurator Iudææ constitutus est: cuius tempore cum Herodes & frater eius Philippus essent Tetrarchæ, venit Ioannes prædicans baptismum pœnitentiæ. Porro aliqui dixerunt Lisaniam istorum fratrem fuisse, & filium Herodis A scalonitæ: alij vero eius nepotem, vt pote filium Ptolomæ cuiusdam ex Alexandriæ Sorore præfau Herodis. Quomodo cuncte autem illud sit, parum ad propositum refert. Sed his dimissis ad nostram eruditionem aliqua sunt obseruanda. In primis quomodo ij qui iniquo & præuano animo dignitates, honores, & diuitias acquirunt, & mala fide possident, breui tempore iis fruuntur. De rebus enim male acquisitis, non gaudebit tertius hæres. Ingressus est Herodes A scalonita in Iudæam per tyrannidem, & regnum iniuste usurpauit: at iusto Dei iudicio nondum mortuus erat, cum iam regnum in quatuor partes diuiditur: & præcipuam regni partem, quæ erat Iudæa per procuratoris regitur, & gubernatur qui aduena & gentilis erat. Ex quo docemur, vt nihil in hac vita malis artibus



& dolo acquiramus: nā quod mala fide posside-  
tur, diu stare non potest: nec quod inhonestū est,  
vtilē vilo pacto esse potest. Quod omne sacra  
paginā testimonio & exemplo apertissimū demon-  
strari potest. Nam Abimech Gedeonis filius qui  
regnandi cupiditate septuaginta fratres interfecit  
miserum & infelicem finē sortitus est: quippe qui  
a muliere fuit occisus. Vide etiam quem exitū ha-  
berit Hieroboam qui aduersus Dominum suum  
Roboam surrexit, & vitulos aureos confecit, quos  
populus adoraret: vt se tueri & conseruare posset  
in regno suo. Idem exemplum tibi afferam de A-  
chab: cuius domum diripuit Iehu, & neminem vi-  
uum reliquit. Idem contigit Athaliz: & omnibus  
illis qui malo titulo dominari voluerunt. Et hoc  
etiam quotidie experimur in hominibus ecclesia-  
sticis, qui bonis ecclesie & pauperū rem suam &  
substantiam augent & amplificat, & memoriam  
sui in hac vita relinquunt, quō circa permittit do-  
minus, vt his bonis heredes prodigi & epulones  
succedant, qui illa breui temporis spacio deuorent  
& consumant. ¶ Aduerte etiam quos omnes hi  
principes & sacerdotes quos Euangelista describit  
flagitiosissimi homines fuerunt, & supra quā dici  
potest grauissimis peccatis impliciti: qui nō dignas  
factorum suorum in inferis poenas luunt. Qui cū  
mali essent, & ipse populus pessimis moribus erat  
imbutus, vbi pauca vel nulla prorsus iustitia locū  
aliquem vendicabat. His igitur temporibus Baptis-  
ta quidem inuenitur omnigena virtutū supelle-  
ctile abundans, & claris vitæ portentis illustratus:  
nam etsi reliqui omnes mali sint nihil viderat quin  
tu bonus & sanctus esse possis. Nec ideo inferas te  
iniquum & sceleratum esse nec ad bonam vitā te  
applicare posse quia reliqui perditionis viā & iter  
inferni elegerunt: quandoquidē cū illi mali essent  
Ioannes iustus inter eos inuenitur. Nequissimi  
erant homines tempore Noe, ipse verō sanctus:  
cui Dominus dixit: Te inueni iustum coram me  
ex omnibus seculis. Et in terra Hus vbi omnes  
iniquitatem sectabantur inuenitur. Iob vir rectus  
& iustus: vt merito beatus Gregorius annotat &  
ponderat super sanctum Iob. Quod si iniquorum  
& flagitiosorum cōsortium & amplexus, tibi ipsi  
culpam imputes, non temporum iniuriæ: quan-  
doquidem in quocūque tempore rectum vitæ tra-  
mitem insequi poteris vt fecit sanctissimus Baptis-  
ta eotēpore quo perditissimus erat mundus, quo-  
que tā sceleratis & iniquis hominibus regebatur.  
Quid enim, obsecro, nocuementi aliena iniquitas  
tibi iniicere potest? Audi Petrum ecclesie princi-  
pem & antistitē summum. Quis est qui vobis di-  
ceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid pa-  
timini propter iustitiam beati. Nihilofecius tamen  
etiam si in mundo plenas tyrannides videas, &  
habentes sceptrum nulla puritate conscientie in-  
ductos, nō ideo virtutē (quæ per se ipsam pulcher-  
rima uerces est) deseras & abicias. Sed ad id vnum  
oculos efficaces moueas Deum esse iustissimum  
& æquissimum iudicem, qui singulorū opera me-  
tetur & debita solutione pendit. Nunc autem pa-  
tiens esto, & cū videas mala principū & prælato-  
rum pro eis ad Dominum ora, & semper virtu-  
tu gradibus insiste: & cū videris in hoc seculo  
inhiberi periclitari mentem & oculos in cælū re-  
uertere: & cum Psalmita dic: Introibo in potentias

Domini, memorabor iustitiæ tuæ solius. Id solum  
Deo relinque vbi iustitiæ lumina habitant: etiam si  
nullum in terra appareat. Præterea, hæc diuisio si-  
gnificabat, cito vniuersum regnum venturum esse  
in ruinam. Nam venit illa Christi sententia adim-  
plenda. Omne regnum in se diuisum desolabitur, *Luce. 11.*  
vt experimento in Iudæorum regno demonstrari  
potest. Discordia enim quæ orta fuit inter hos fra-  
tres Herodis Ascalonitæ filios, fuit in causa vt re-  
gnum diuideretur: diuisio autē initium fuit vni-  
uersæ deuastationis regni. Nā concordia paræ res  
rescunt: discordia verō maximè dilabuntur. Si lin-  
guarum discordia illum magnificum & superbum  
opus turris Babylonie destruxit: quanto vehemē-  
tius voluntatum discordia, omnia destruet: Ad ge-  
nerationem rerum naturalium necesse est vt con-  
ueniant elementa, & sedata discordia inter se qua-  
dam amicitia copulenter ex qua vnita concordia  
gignuntur lapilli preciosi, aurum, & argentum, &  
cætera metalla pulchra, quæ merito, & ipsorū con-  
ditorem & summum opificem admiramur. Quid  
Apollineæ facultatis dogmata & canones docent:  
nisi ex concordia quatuor humorum rectam val-  
letudinem & incolumitatem corporis constare, ex  
discordia autē mille agnitudines, dolores, & mor-  
tem prouenire? In quo enim recta ratio Musicæ  
consistit, nisi in concordia & harmonia vocum?  
Natura vt docta rerum omnia magistra in lapide  
Tirtheo hoc insinuare voluit qui in aquam conie-  
ctus, si integer sit, quamuis magnus enata: at verō  
diuisus, in profundum demergitur. Sic nos integri  
& concordēs permanemus: diuisi verō & discor-  
des submergimur & deperimus. Vnaqueque acies  
suum habet vexillum, quo cognoscatur, & quali-  
bet nobilis familia suum stemma: sic Christiana  
familia amorem & concordiam habet signū. Ideo  
Redemptor noster. In hoc cognoscent quod mei  
Discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inui-  
cem. Experimentum in capite alieno debemus fa-  
cere, cū videamus hos fratres causa inimicitie &  
iurgij regnum patris perdidisse: tenemurque pa-  
cem & amorem diligere, quem Christus summo-  
pere commendauit. ¶ Obserua rursus Esaiam,  
Hieremiam, Ezechielē, & reliquos Prophetas no-  
minasse reges Iudææ tantum scilicet eos in quo-  
rum temporibus prophetabant: nam eorū doctri-  
na & prædicatio præcipue in illum populum Iu-  
dæorū dirigebatur. At beatus Euangelista, hic po-  
nit reges & principes, tam Iudæos quam gentiles:  
nam Christus vtrique populo venit, & euangelica  
prædicatio Iudæis & gentibus datur. Scripsit Ti-  
berium qui imperator & dominus orbis erat: si-  
quidem prædicatio euangelij per ministeriū Apo-  
stolorū nota vniuerso mundo debebat fieri. Mor-  
tuus est Christus, vt omnes saluos faceret, & om-  
nibus legem suam dedit: & ita decebat, vt in hoc  
loco mentio fieret omnium principū tam Iudæo-  
rum, quàm gentilium. Et quia Christus non solū  
rex erat, verum etiam summus sacerdos, numerat  
etiam sacerdotes, qui tunc templo ministrabant,  
dicens: *Sub principibus sacerdotū Anna & Caipha.*  
Sacerdotium statui seculari præstat: & maior qui-  
dem authoritas in Papa residet, quàm in cunctis  
regibus & imperatoribus mundi. Sed cum maioris  
honore digni sint: prius Euangelista scribit princi-  
pes seculares, & in vltimo loco hos summos sacer-  
dotes:

Notes: & id nō sine diuino cōsilio, vt videas quan-  
tum de alicuius dignitate & honore peccata mi-  
nuant. Fuerunt namque isti Pontifices Annas &  
Caiphas Simoniaci, & ita digni fuerunt tali dede-  
core quod præferuntur illis nequissimi seculares &  
peccatores. Quot sunt etiam nunc in ecclesia Dei  
sacerdotes, religiosi, & episcopi, quibus coram Dei  
oculis multi publicani & peccatores præferuntur.  
Vtinam multi seculares nobis post terga relictis,  
victoriam regni Dei non deferant. Quo circa Di-  
uus Paulus, nobiscum loquitur dicens: Nemini dan-  
tes vlla nō offensionem, vt non vituperetur mini-  
sterium nostrum. Vnde si seculares digno honore  
non afficiunt nos: id euenit quia vident nostra  
opera non suis præferri: nam conspicunt nos gar-  
ulantes, cōfabulantesque sicut ipsi, vident etiam  
nos epulari, & iocari, sicut ipsi: atque ita paruifaci-  
unt, & contemunt nos. ¶ Aduerte etiam quod  
summus sacerdos secundum legem perpetuus erat,  
& pro toto tempore suæ vitæ fungebatur officio:  
at tantum inualuerat ambitio & cupiditas, vt sin-  
gulis annis singuli sacerdotes eligerentur: & ita  
tempore, quo beatus Ioānes incepit prædicare, erat  
pōtēx Annas, anno verō quo Christus mortuus est,  
obtrinebat Pontificatum Caiphas: & propterea  
vtrunque beatus Euangelista nominauit. Herodes  
namque cū videret commodum & vtilitatem in-  
de sequi, venale fecit sacerdotium. Ex quo liquido  
constat, quanta subortiantur mala. Erat enim He-  
rodes, sicut & ceteri reges sub tributo imperatoris  
Romani, & etiam muneribus & donis emerat re-  
gnum, & principatum comparauerat: ideo opus  
erat, vt omne hoc surriperet à templo. Sicut modo  
qui officia emunt, necesse est vt iuste vel iniuste  
substantia pauperum & plebis soluantur. Quod  
grauē malum in multis prouinciis cernimus. Altera  
ratio est, quia cū officia venundentur pecuniis,  
ab indignis plerumque possidentur, quandoqui-  
dem non meritis talis hominis attenditur, sed pe-  
cunie suæ. Altera est ratio, quia si officium  
emit, pondere tributorum & pecuniarum onera-  
tur, vt soluat pactum & congruentum. Sic Herodes  
pecuniis & redditibus ecclesie sua debita vult per-  
soluere. ¶ At si iniquè agebant hi principes secu-  
lares dantes sacerdotiū pro pecuniis: quāto peius  
ipsi clerici faciebant, si quidem pecunias pro Pon-  
tificatu exhibebant? Contemplare, obsecro, quali-  
ter tuam temporis ecclesie & miseris temporibus  
ex impij prædicatores venerunt, Christus redem-  
ptor noster, & beatus Baptista. O vtinam & nunc  
Dominus Iesus dignaretur ex alto descendere vt  
ecclesiam suam visitaret. Magna quidem alia pec-  
cata fuerant in Israel quibus medendis misit Do-  
minus Esaiam, postea verō misit Heliam, Eliseū,  
Hieremiam, Ezechielē, & alios plurimos & san-  
ctos viros. Nunc verō cum sapientissimus ille at-  
que expertus medicus videret egritudines vsque  
ad interitum peruenire, curaque intueretur ipsos  
sacerdotes, qui aliis deberēt esse exemplo auaritiæ,  
ambitioni, & Simoniacæ deservire: ipse proprius de  
cælo descendit, vt huic pestilenti morbo pharma-  
cum adhiberet: & ante se mittit non quemcunque  
concionatorem, sed magnam & sanctitatem præ-  
excellētem vt corda hominum disponat, & sa-  
cerdotum vitia reprehēdat, post illum verō Chri-  
stus

stus venit vt peccata ministrorum templi propul-  
set. Quo circa cū dixisset Euangelista, quod An-  
nas & Caiphas erant Pontifices, cū solus vnus  
deberet esse perpetuus: statim apponit remediū,  
& egregium quendam & sanctissimū hominem,  
dicens: *Factum est verbum Domini super Ioannem  
filium Zacharia in deserto.* Quot reges & princi-  
pes designat hic Euangelista, vt dicat, Christum  
misisse Ioannem prædicaturū. Cum Christi na-  
tiuitatem scripsit, tantum Romani Cæsaris mem-  
init: Ioannis autem natuitatem narrat nullius  
principis facta mentione: cū verō prædicationis  
officium recenset non tantum Cæsaris, sed &  
sacerdotum & minorum principum recordatur.  
Nimirum vt innueret, quanti esset momenti ali-  
cuius sancti Prophetæ, & prædicatoris euangelici  
creatio. Magnum & præclarum opus est officium  
prædicationis: ad cuius functionem perfectam, nō  
satis est habitum religionis induere, in scholis ar-  
guere, & scripturam legere: sed necessaria est vi-  
tæ sanctitas, morum integritas, & vitæ perfectio.  
Quōd Deus condat hominem suæ admirabili po-  
tentie velut nihil est: at concionatorem efficere,  
hoc quidem grande opus est, nam cōstituit homi-  
nem omnibus suis numeris perfectum & absolu-  
tum. Ideo Moyses quauis sanctissimus esset, cū  
Dominus illum metteret ad prædicandum Pha-  
raoni se à tali munere quantum potest abstinere,  
nam cū humilis esset, se ineptum tanto officio  
iudicat: quod etiam Ieremias secum reuoluens  
tantum officium humeris suis impar existimabat.  
Quod idem Ionas fecit, & omnes illi qui alitudi-  
nem & excellentiam huius muneris agnoscunt, &  
humiliam imbecillitatem percallent. Nunc autem  
non desunt multi qui hunc honorem & dignita-  
tem appetant, cū illo profus indigni sint. Igitur  
vt intelligas magis laboriosum esse regem prædi-  
catorem condere & efficere, quam alium quem-  
uis hominem, tanquam rem maioris momenti &  
ponderis apposuit hic Euangelista tot principes in  
electione beati Ioannis Baptistæ in concionatorē,  
& nullam mentionem fecit alicuius principis vel  
regis, dum ipsius natuitatem scriberet. ¶ Perpen-  
de autem hic primo quod diuus Ioannes nō exiit  
prædicare nisi iustus. Non temere aut præsum-  
ptuose usurpauit officium, vt Ozias qui percussus  
fuit lepra, eo quod surripuit officium sacerdotale.  
Vnde in Euangelio cuidā dicitur: Quomodo huc  
intraisti? nō habens vestem nuptialem? Sed mul-  
ti cū non vocati sint à Deo, talia munera sibi  
arroganter assumunt. Vnde Dominus per Iere-  
miam dicit: Non misi eos, & non præcepi eis, ne-  
que loquutus sum ad eos. Ioannes autē vocatus  
tanquam Aaron exiit ad prædicandum. ¶ Aduer-  
tendū quoque est hic tempus quo Ioannes venit  
prædicans: & locus in quo erat quando præcepit  
Dominus illi vt prædicaret. Factū est enim verbū  
super Ioannem, & venit prædicā baptismum po-  
nitentia, quādo in principibus & primatibus mū-  
di dominabatur tyrannis, & in sacerdotibus simo-  
nia, & quādo regnum Israel diuisum: erat in qua-  
tuor partes, & vniuersus orbis ita perditus erat, vt  
iam fere in præcipitiū inferni abiret: tunc factū est  
verbū Domini super Ioannē. In quo quidē diui-  
nam misericordiam & pietatē (Christianis oculis  
si velis intueri) relucere videbis: nā in maioribus  
necessi

Iud. 9.

3. Reg. 12.

4. Reg. 9.

4. Reg. 11.

Luce. 11.

Gen. 11.

Ioan. 11.

Gen. 7.

Iob. 1.

Greg. li. 1.

mor. ca. 1.

1. Pet. 3.

Exod. 3.

Iere. 1.

Ion. 1.

2. Par. 26.

Matt. 22.

Iere. 14.

Hebr. 5.

*Psal. 102.* necessitatibus & in maximis constitutos periculis nos nunquam obliuiscitur: etiam si nos tali auxilio si mus indigni. Ipse enim cognouit figmentum nostrum: recordatus quoniam pulvis sumus, & sicut miseretur pater filiorum miseratus est nobis. O quoties pius & misericors Dominus iam iam tibi in interitum tendenti, manum praestitit, & succurrit: nam saepe saepe cum peccare vis, ad ostium cordis tui pulsar, & tunc factum est verbum domini super te, mittens tibi sanctam inspirationem: ne ultra vanis & iniquis cogitationibus progrediaris. Hoc enim sepius iam in infernum esses lapsus, nisi pietas & misericordia domini tecum adesset: nam etiam si mundus blasphemus sit, & transgressor mandatorum domini, non ideo dominus illum deserit tendentem ad interitum. Ex quo loco discere debes, ut semper in domino spem tuam reponas, nec vnquam tibi de eius infinita misericordia est desperandum. Patiens enim est & praestabilis super malitiam, fide igitur in eo, quippe qui nunquam in maioribus necessitatibus tibi deerit: quemadmodum vniverso orbi succurrit, mittens beatum Ioannem Baptistam ad praedicandum.

*Gene. 37.* Quod etiam sacrae paginae testimonio clarissimo tibi ob oculos ponam. Nam cum sanctus Ioseph iniuste exularet a patria, cumque venditus esset a propriis fratribus, & falso accusatus, & in vinculis detentus, quando nulla spes remedij affulgebat: recordatus est illius dominus, & a vinculis eum eripuit, & constituit illum in altissimum regni solium & dignitatem, ita ut post regem nulli maior honor, gloria, & dignitas tribueretur. Vnde etiam quando Israel grauius opprimebatur & persequeretur a Pharaone in Aegypto, tunc dominum memoria illius subiit, & dixit Moysi. Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui. Nunquam enim de ipsius diuina misericordia desperare debes sed firmo & virili animo in ipso confidere. Sic de illa castissima foemina Susanna legitur in Daniele quod erat cor eius fiduciam habes in domino: atque ita cum omni prorsus humano auxilio esset destituta, tunc liberali manu dominus illi subuenit, atque a tanto periculo liberauit.

*Abac. 2.* Ideoque meminisse oportet illius dicti Abacuch. Si moram fecerit expecta eum, veniens enim veniet & non tardabit. O quam grauissime saepius Deus offenditur: cum in illo non speras. Videtur namque virgini pauperi & ipsius matri, quod nemo eam in vxorem duceret, cum dotem nec suppellectilem haberent: atque ita decernunt carnaliter & cum Dei offensa viuere: quasi ipsius Dei manus sit abbreviata, ut non possit earum necessitati aliquo modo subuenire. Dei consilio & decreto terminum assignant, & secum tacite haec mente reuoluunt. Si tali tempore, vel tali anno, vel mense nobis non fuerit prouisum, non est quod speremus, sed mundi vanitatibus, & deliciis nos tradamus. Ita fecerunt illi Israelitae, qui cum in magno discrimine essent constituti, & obsessi ab exercitu Assyriorum, iam secum decreuerant seipos in potestate Olofernis tradere: quos acriter sancta & virilis Iudith reprehendit dicens, Quod est hoc verbum quod consensit Ozias, ut tradat ciuitatem Assyriis: si intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? qui estis vos qui tentatis Dominum? Igitur ne Deo diffidas vnquam, nam in maioribus periculis, maxi-

misque imminentibus calamitatibus, magis propitium & amicum illum inuenies: quemadmodum cum mundo fecit, quando maioribus vitis & iniquitatibus abundabat, mittens Ioannem Baptistam. Sed vbi erat quando factum est verbum Domini super eum? In deserto. Vbi attritus perspicere debes, quod vocat Dominus diuum Baptistam cur procul recessus ab hominibus esset in deserto, & constituit illum praedcatorem & praecursores suum. Vbi etiam notare debes quomodo fugiendum sit a gloria huius mundi, & ab eius honoribus & vanitatibus: hos enim Dominus quaerit, & in publicum iactat, & eosdem honorat, & amicos suos praedicat. Hos namque maximo honore afficit qui ipsum honorem contemunt, & eos maximi facit, qui abiectos & humiles se esse iudicant. Abraham namque cum a patria recessisset, & per exteras gentes fuisset peregrinatus in extraneis terris constituit illum Dominus magnum principem. Moyses etiam qui regiam domum Pharaonis contempsit, cum solus esset in deserto, seruandis ouibus intentus, factus est a domino magnus princeps: & electus dux totius Israel. Quis, obsecro, memoriam hominum minus subiecit, aut quis mortalium magis obliuioni erat traditus, quam Dauid: qui pasces solus in deserto oues, vnctus est in regem a Domino, & magnis in bello reportatis triumphis in praclarum principem euasit. Absconditus erat Saul in domo sua, & humile se iudicabat, nec volebat in regem elegeri: sed Dominus ipsum manifestauit, & in regem constituit. Cur igitur tu honores ambis: cum videas non dari nisi his, qui eos negligunt & aspernantur? Diuum Ioannem intueri in syluis beliarum more vitam degentem, quem Dominus manifestat & illustrat, ut omnis mundus ipsum veneretur & laudet. Ita Dominus consuevit eos honoribus afficere, qui eosdem fugiunt & negligunt propter ipsius amorem. Praeterea in deserto factum est illi verbum Dei: nam ille qui diuinis consolationibus & inspirationibus frui vult, opus est ut vitam solitariam amet, & omnes humanas conuersationes longius propellat. Nunquam Dominus permisit ut in eodem altari arca testamenti & idola Dagonis simul essent, & cum Philistaei id conati essent, nunquam tamen id efficere potuerunt: nam non patitur Dominus id dulcia atque suaui suae gloriae & diuinitatis gaudia misceantur carnis & mundi familiaritatibus. Vilis quidem est conuersatio humana: siquidem diuinam impedit. Cuidam animae sanctae cui Dominus voluit sua secreta reuelare dixit per Oseam. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Ut Dominus cum anima nostra loquatur, non opus habet testes. Et volens ad Moysen loqui, duxit illum in sublimem montem Sinai. Et in solitudine deserti apparuit Angelus Agar. Et Elias extra urbem erat, & omni prorsus humana conuersatione carens, quando Angelum vidit. Quando Dominus cor nostrum solum inuenit, statim coenaturus cum illo fedet. Et cum animam nostram a mundi curis & sollicitudinibus separaram, statim magna mirabilia & secreta illi pandit, quae nequaquam reseraret, si negotiis implicatam inueniret. Equidem si scires quam grauem iacturam facias cum te rebus mundanis tradis, dubio procul non magni laboris rem iudicares, soli Deo adherere: nam si conuersationem humanam

reieceris, diuinam inuenies: silentium namque & solitudo fortissimi muri sunt deuotionis. Si volens iam comparatam deuotionem conseruare, solitudinem dilige: nam quanto maiora & ampliora beneficia Beatus Ioannes acceperat, tanto melius existimabat in desertum recedere: ut gratiam conseruaret. Iob enim ait. Lampas contenta apud cogitationes diuinitum. Si lampas accensa est, statim tegitur ne flate aere intereat. Iusti sunt lampades accensae: & de Ioanne, dixit Christus, quod erat lucerna ardens & lucens. Iusti naque nec vento inanis gloriae & humanae laudis offenduntur, abscondunt & celant sua bona opera. Ioannes quippe, ut aptius & commodius se Deo traderet, in desertum secessit. Nouerat enim prudens ac sanctus vir difficillimum esse inter hominum turbas intacte & pure viuere, ideo solitudinem petiit ut peccandi, irritamentum fugeret. Quid hic diuiti tui stolidi & insipientes homines, qui cum in vitia & peccata sint nimis procliuus: eos qui religionis habitum induunt, impudenter irridet? Christus etiam verus Deus & homo hominum confortia fugiebat: non quod ipsi esset opus, sed ut nobis fugienda demonstraret. Hoc etiam multi sanctissimi viri fecerunt: nam Eliseus ita has familiaritates fugiebat, ut etiam ipsa hospes quae militiarites domi eum receperat, nomen ipsius ignorabat, & cum iussisset Giezi eam accipere, non proprio nomine nuncupauit, sed nomine ciuitatis, in qua ipsa nata erat, scilicet, Sunna: & ideo vocauit eam Sunnamitem. Fuge igitur humana confortia & consuetudines: & esto mundo exter & aduenae & amicus & familiaris deserto. Melius quidem est inter immanes bestias in deserto & solitudine vitam degere: quam in ciuitatibus & populis inter iniquos homines. In hac ergo solitudine verbum domini factum est super Ioannem. Sic tu si volueris verbum domini audire fuge a confortio & tumultu hominum. Exemplo etiam Christi saluatoris nostri, prius coepit Ioannes facere quam docere: nam prius sanctissimam & purissimam egit in deserto vitam, multis annis ieiunans, & orans: postea vero alios docuit. Sic oportet, ut tu antequam alios doceas, te ipsum doceas: ut possis aliis non tantum verbis: sed facto prodesse. Sed iam singula verba expendamus. Factum est (inquit) verbum domini, super Ioannem filium Zachariae in deserto. Multoties inuenies in prophetis verbum quod factum est. Saepem etiam onus, vel pondus: ut in initio prophetarum Abacuc, & Malachiae. Et in Esaiam & in Zacharia in medio & circa finem. Discrimen autem est (ut Hieronymus ait) quod vbiunquam est graue, quod dominus comminatur, & plenum ponderis & laboris, quod per verbum, pondus designatur, minarum autem plena sunt, quae per verbum onus innuuntur. At vero vbiunquam dominus prospera pollicetur, siue post conuinationem meliora promittit: ibi non pondus, aut onus, sed factum est verbum, domini dicitur. Ideoque quia Ioannes prospera nunciabat, nempae aduentum Messiae, & regnum caelorum, & iter preparabat ut Christum suscipere, non onus sed factum est verbum domini super Ioannem dicitur. Super Ioannem inquit, quia verbum illud super Ioannem descendebat. Esaias enim ait. Quomodo descendit imber &

nix de caelo, &c. Sic erit verbum quod egredietur de ore meo. Particula super, sublimitatem notat: quia in cor hominis verbum Dei non ascendit: sed verbum descendit ad cor, & cor ascendit ad verbum. Et quod est verbum quod descendit super Ioannem? Vade & praedica baptismum poenitentiae. Exprimitur etiam nomen patris dicens filium esse Zachariae: quia Ioannes, sanctitatis paternae fuit imitator & haeres. Quandoquidem Zacharias cum vxore sua pure & innocenter vixit: ambo quippe iusti erat coram domino. In quo quidem aduertere debes, quomodo teneantur ij qui ex probis & sanctis parentibus sunt orti, eorum vitam, quo ad fieri possit imitari. Vnde si tu te ipsum iudicas ab egregia parentum stirpe descendere, ipsorum virtutes imitari curabis. At si non ex nobilibus parentibus descendis: talia opera facito, ut noua & egregia proles a te incipiat. Et venit in omnem regionem Iordanis. Hoc est, ad loca Iudaeae circa fluuua Iordanis. Quoniam gratia baptizandi venerat, ad loca abundantia aquis accedere debebat: ne aquae defectu illi qui ad eius praedicationem conuertebantur, baptismum careret. Cum enim recte nosset, quanta gentium copia ad ipsius baptismum erat properatura, loca aquis abundantia sibi elegit. Discamus hic beatissimi Ioannis exemplo eum locum quaerere, qui magis aptus semper sit ad recta opera facienda, & qui nobis ansam & occasionem praebet sanctis operibus nos exercendi. Cum enim grauius aegrotaret rex Ezechias, Esaias propheta ad eum accessit, ex parte Dei dicens. Dispone domui tuae: quia morieris tu, & non viues. Qui conuertit faciem suam ad parietem & fleuit. Cur inquit (Hieronymus) conuersus est ad parietem, ut fletet, & oraret? Quia quando Salomon hoc templum absoluit, regiam suam domum condidit coniunctam ita ut ipse paries templi ex altera parte domum regiam conficiebat, ad hoc ut negotia quae regi offerrentur cum Deo posset facile communicare. Ideo Ezechias oraturus ad parietem templi se conuertit. Ita episcopi & hi, quibus animarum cura est commendata domos suas iuxta ecclesiam deberent habere, ut facilius sacramenta possent administrare: ut faciebat Ioannes, ut commodius posset baptizare. In libro Numerorum dicebat Deus sacerdotibus atque Levitis. Excubate in ostio sanctorum. Ianitor quippe iuxta ianuam debet sedere, & gubernator iuxta clauum: & sacerdos iuxta ecclesiam. Sic nos iuxta locum vbi facilius possumus Deo seruire, habitare debemus. Abraham sedebat in meridie in ostio tabernaculi sui, ut itinerantes posset videre, & hospitari. Ita etiam e contrario is locus est nobis fugiendus, qui ad malum occasionem praebet. Fugite (inquit Paulus) ab omni fornicatione. Thamar nurus Iude sedit in biuio vbi meretrices sedere solebant: & sic Iudam ad peccandum allexit. Sic etiam praecipit dominus populo suo ne facerent sculptile, & simulacra: ne illa adorarent: & ne nuberent alienigenis mulieribus, ne Deos earum adorarent. Quemadmodum enim boni occasiones & loca magis conducentia quaerunt, vbi melius Dei seruitio vacare possint: sic mali ut melius auaritia & cupidini studere possint loca optiora quaerunt: ut mercatores consueuerunt facere: qui mercibus vendendis: in medijs plateis domos incolunt.

*Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionē peccatorum.* Quia baptismus Ioannis non erat sacramentum, per quod dabatur gratia: sed erat in remissionem peccatorum, non casualiter & directè, sed dispositiue seu præparatiue: quia præparabat homines ad Christi baptismum. Fuit tamen ipse Ioannes institutor sui baptismi: sed tamē ex præcepto diuino vt ipse dixit. Qui misit me baptizare ille mihi dixit, &c. Vnde institutio eius fuit à Deo per autoritatem: & à Ioanne per ministeriū: ita tamen quod Ioannes non fuit nudus minister, vt ministri sacramentorum Christi, qui nihil aliud faciunt, quam applicare sacramenta: sed fuit institutor ex diuino præcepto. Quorum vtrumque docuit nos Christus, dicens. Baptismus Ioannes à quo est, è cælo an ex hominibus? Quasi dixisset. Ioannis erat tanquam institutoris & ministri: cælitus tamen præceptum acceperat. Nam si ritum baptizandi consideres, familiari Spiritus sancti reuelatione fuit ad id ministerium missus, si autem effectum, nihil in eo fuit, quod Ioannes ipse non posset præstare: nec gratiam non conferebat, sed abluere tantum corpora. Oportuit autem Ioannem tanta sanctimonia fulgentem baptismū incipere: quia durissimum erat Iudeis circumcisionem relinquere, & auscultare Christo baptizanti. Et ideo oportuit etiam, vt Ioannes de genere sacerdotum, quos oportebat circumcisionē tueri, illo baptizandi ritu vti: vt populum demulceret, & ad Christi baptismum alliceret. Forma huius baptismi erat. Ego te baptizo in nomine v̄turi. Qui baptismus etiam si non obligabat ad sui susceptionem, obligat tamen ad hoc, vt nequis ipsum contemneret: quia contemnens consilium, contemnit consiliantē. At Ioannes missus erat à Deo, & ita qui spernebat baptismum Ioannis per consequens, & illum qui eum miserat, contempitui habebat. ¶ Vocabatur autem baptismus pœnitentiæ: quia quos baptizabat, pœnitere docebat: & pœnitentiā predicabat. Hanc à nobis exigit Deus, quia voluntas, quæ peccato consentit, ipsa eadem id abneget: ita vt quemadmodum per voluntatē ingressum fuit malum, per eandem etiam bonum nobis adueniat. Sic Moyses in deserto fecit serpentem æneum, vt curarentur qui erant à serpente morsu. Serpens momorderat, & serpente à morsu curauit. Cor superbum & elatum, offerat cor humile: & voluntas iniqua & deprauata Deo obediat & subiectetur illi. Nam beata Magdalena ita fecit, eis namque rebus, quibus vanitati mundi inferuierat, eisdem prius se ipsam Deo recōciliavit. Cor autem tuum quod daemone per peccatum consecrasti, id ipsum Deo debes tribuere: ipse namque ait. Præbe mihi cor tuum. Tanquam magnus domus petit Deus id quod vult, & id quod magis illi placet. Non à nobis suppellectilia petit, non rem, manum, aut pedem: sed præcipuum quod in homine est, sine quo ipse homo nihil est. Non petit, vt illud ad tempus barbemus, sed quod in præbeamus: non enim vult, vt solum tempore quadragesimæ pœnitentiā agamus vel per certū tempus sed toto vite curriculo. Nec petit, vt illud vendamus quandoquidē Deo liberaliter id nobis tribuit: nec vlla mercede accepta nos redemit. Sed quia cor nostrum adeo infirmum & ægrum per peccatum extitit, opera

precium erit illud dolore & contritione afficere. Ideo acceptabit illud contritum & humiliatum, alias enim nunquam illud acceptabit. Cū Deus non possit nec de potentia sua absoluta peccatori sine pœnitentiā peccata remittere: quia remittere homini peccata, est illum in suam amicitiam & gratiam reuocare, sed nullum hominem, in suam amicitiam reuocat nisi sit bonus & iustus, quod fieri non potest, nisi voluntatē quā à Deo habebat auersam in ipsam conuertat, quod fit per solā detestationem peccati, quæ est pœnitentiā. Fieri igitur non potest, vt peccatum remittatur, nisi facta prius pœnitentiā. Et licet paruulis ante vsum rationis, remittatur peccatum, tamen quia originale non propria voluntate commiserat, possunt absque proprio motu à Deo iustificari. Bene tamen potest Deus peccatori condonare pœnas, & nolle punire, absque pœnitentiā: sed hoc non est peccata remittere. Nec pœnas peccato debitas condonabit, nisi peccator prius egerit pœnitentiā. Vnde sanctissimus Iob. Verebar opera mea Iob. 9. sciens quod non parceres delinquenti. Nonne parceret dominus delinquenti. Nonne deliquerunt Dauid, Petrus, Matthæus & multi alij? Ideo dominus dicitur non parcere delinquenti, quia delictum nunquam sine vltione relinquit: aut ipse homo se ipsum punit, aut Deus vindicās castigat. Tu ergo è duobus vnū elige, & cum in media electione fueris constitutus, memineris obscuro illud Pauli. Horrendum esse incidere in manus Dei viuientis. Si tu mediocriter te ipsum punieris, Deus in te non animaduertet. Nam vt Apostolus ait, si nos ipsos iudicaremus, vtique non iudicamur. Quibus verbis satis apertè ostendit Paulus, quod iudicamur à Domino, quia nos ipsos nunquam iudicamus, nec punimus. Quo circa enitendum tibi maxime est, vt sanctam pœnitentiā agas, & peccata tua plangas. Deus namque vt qui benignus & misericors est bis eundem nō punit. Quod si tuam culpam correxeris, non iterū dominus in illam animaduertet. Vnde sanctus Dauid, qui domini ingenium & animū rectè nouerat, inquit. Feci iudicium, & iustitiam: non tradas me calumniatibus me. Calix enim est in manu domini, veni meri plenus mixto. Peccatores namque, qui in hac vita pœnitentiā egerunt, calicem mixtum bibunt multis & maximis diuinis consolationibus. Ideo Ioannes cum hanc pœnitentiā predicabat adiunxit. Appropinquet regnum cælorum. Et beatus Stephanus in sua passione vidit cælos apertos. Et Paulus ait. Sicut abundat Christi passiones in nobis: ita per Christum abundat consolatio nostra. Si vero hic pœnitentiā nō egeris durissima te in inferno sperat pœna. Bibes namque feces calicis durissimæ passionis: nam si ieiunare nolueris ibi perpetuam patieris inediam: si nolueris lugere, ibi lachrymis & gemitibus nunquam parces, &c. Habet se dominus cum peccatoribus, quemadmodum barbatorum cum hominibus rusticis: nam iubet illis vt comam peccant prius ipsi, ne si eos accipiat capillos extrahat. Ne igitur speres, vt dominus prius in te animaduertat, nam dure, & asperè tecū agat: at tu prius in hac vita de te pœnas sume, agēs pœnitentiā. Hanc autē salubrem pœnitentiā Ioannes sanctissimus populis predicabat. Sed expende

sancti præcursoris prudentiam. Prædicans nāque pœnitentiā maximis & induratis peccatoribus dicebat. Genimina viperarum: quis docebit vos fringere à ventura ira? Populis verò ignorantibus & insciis blande loquutus est. Qui habet (dicebat) duas tunicas, det vnā non habenti. Et militibus aliam ostendit viam. Sic prædicator pœnas inferni aliquando prædicet, aliquando beatitudinem cælestem, quādoque etiam diuinam erga genus humanum misericordiā. Ideo habetur in lege, quod in veste summi sacerdotis erant tintinabula. Ad quid hoc? Cymbala namque & tintinabula non eundem sonitum quem tubæ, cornua, & organa, & alia instrumenta reddunt, sed diuersum. Aliquando enim cymbalum pulsatur ad prædicationem, aliquando ad obsequia mortuorum, aliquando ad festa & solennitates: sic itaque diuersa sonat & demonstrat. Sic concionator aliquando sonitum mortis efficit, ostendens populo cineres, in quos citius est conuertendus: aliquando infernum pronunciat, &c. & pœnitentiā velut Ioannes populo prædicet: quādoquidem tantis vitiis abundat, furtis, rapinis, adulteriis: & aliis grauissimis peccatis. O vtinam dominus his tæporibus mundo mitteret similes prædicatores sicut Ioannes: qui ipsi mundo pœnitentiā predicarent audacissime, siquidem tantum iam dominatur iniquitas. Non est (inquit Oseas) veritas, non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Male dictum, & homicidium, & mendaciū, &c. ¶ Expende etiam & vide sanctissimi Ioannis dignitatē & laudem: nam primus ipse fuit, qui in mundo prædicans pœnitentiā promissit regnum cælorū, & remissionem peccatorum. In libro Numerorū habetur, quod timentes filij Israel ingressum terræ promissionis, quia erant ibi gigantes, animati sunt per Caleb, & postea per Iosue. Sic beatus Ioannes fuit primus: qui nobis cælum manifestauit, patriam nobis promissam: & postea sequutus est illum Christus, sicut alter Iesus Naue. Hinc ortum est, quod beatissimus Ioannes inter alios sanctos totius beate patriæ tantum splendeat & fulgeat. Nam lex est constituta & stabilita in bellis, vt quis prius exierit manus cōgressurus cum hoste, vel ciuitatē expugnauerit, totius lucri primas partes, & sedem accipiat: sicut Dauid fecit cū Ioab. Secundum igitur hanc legem Ioannes fuit primus qui debellauit & inuenit hos diuinos Indos, qui primus remissionem peccatorum & regnum Dei prædicauit: quia verò in expugnatione huius regni, cælestis primus ipse fuit, ideo meruit vt post Christum huius regni regem primum locum in ipso obtineat. Mariam semper excipio. Ne vero existimes quod beatus Ioannes nulla impetrata autoritate prædicabat, cum Esaiā suam cōfirmat doctrinam: & ideo sequitur in textu. *Sicut scriptum est in libro Ieremionum Esaiā Propheeta.* Esaiā librum rectè Lucas appellat librum sermonum, propter ipsius eloquentiam & sententiarum maiestatem: item etiam ob libri magnitudinem, qui numero capitulorum ceteros excellit prophetas. Obserua etiam quod beatus Ioannes ad confirmandum ea, quæ predicabat, adducit in testem Esaiā prophetam, & sacræ scripturæ autoritate dicta sua probat. Hoc etiam fecerunt Apostoli, qui suas conciones scripturæ testimoniis fulcie-

bant, quibus firmiorem facerent fidē credentibus: cum se nihil aliud docerent, nisi quod multis retro seculis Deus futurum prædixit. Sic fecisse Petrum in multis locis Auctum Apostolorum cōstat. Sic etiam Stephanus, sicut etiam Paulus. Denique ipse Christus variis scripturarum vtitur testimoniis. Non sic modo multi, qui suis volunt dictis adhibeatur fides nullo demonstrato testimonio. Nam absentis famæ detrahunt, dicentes: mē dacem esse, ebrium, Iudæum si autem ab eis petas, vt illa dicta probet, nihil minus, quam ineptè & insipienter respondet, quod ipse fatentur & affirmant, & satis sit illos hæc dicere. Proh dolor quod tanta mendacia ferri non possunt, nā in hac re peiores sunt homines quam diabolus qui quādo in terreno paradiso matri nestræ Euæ mentitus fuit, erubuit ita facie ad faciem mendaciū proferre, atque ita imaginem serpentis sibi assumpsit. Sed tu nullo contracto pudore mentiris: nam si tibi dicitur, quod probes testimoniis veracibus id quod affirmas, nullum adducis testimonium. Si Ioannes Baptista sanctificatus in vtero quo maior nemo est, testimonio Esaiæ dictū probat: quid est quod velis, vt tibi credatur nullo adducto testimonio? Sanctitas beatissimi Ioannis tanta erat vt sui ipsius autoritas ad id probandum sufficeret: nihilominus tamen quod dicitur autoritate prophete confirmat. Tu autem cum garrulus, & detractor sis, tuis dictis præstari vis fidem? Proba igitur quod dicis, & tibi statim credemus. Itā nimirum quando aliquis tibi dixerit, male de te audire in populo, & quod multi multa dicunt, nisi testes tibi demonstrauerit, falsa omnia esse crede: & quod is idem, qui ea tibi narrat falso eq̄ tibi etiam imponit, nam sicut apud nos dicitur. Qui carmen canit, ipse composuit. Sed de his factis. ¶ Obserua etiam quod Ioannes frequentius Esaiā allegat potius quam alios prophetas, quia præ aliis clarius prædixit Christi aduentum, vitam, & doctrinam, miracula, & passionem: & regni eius progressum. Vnde potius euangelista (vt Hieronymus ait) dici meretur, quam propheta: nam ita vniuersa Christi, ecclesiæque mysteria clare prosequutus est vt non putemus eum de futuro vaticinari, sed de præteritis historiā texere. Sed quid in persona Ioannis Esaiā loquatur audiamus. *Ego vox clamantis in deserto.* Hebraismus est. Idem enim est vox clamantis, ac vox clamans. Sicut terra promissionis, terra promissa: virga aquitatis, virga equa: populus acquisitionis populus acquisitus: vas electionis, vas electum: & si qua sunt horum similia. Sensus est. Ista est prædicatio, clamor, seu sermo Ioannis in eremo prædicantis. Obserua etiam præter hæc quod Ioannes erat vox, quia quidquid erat in Ioanne erat vox. Vestis, manus, pedes, caput, & lingua totus erat vox clamans, & dicens. Pœnitentiā agite, Eius cibus, potus, lectus, cilicium, inedia, os denique & facies prædicabant. Nam etiam si os nō loqueretur, quidquid in ipso erat prædicabat contemptum mundi, pœnitentiā, & amorem diuinum. Totus ipse à calcæ vsque ad caput vox erat dicens. Pœnitentiā agite: conuertimini o peccatores in dominum. O qualis prædicator, Ioannes: equidē non illi dici poterat, Medice cura te ipsum. Bene beatissimus Ioannes ambitionem poterat repre-

Ioan. 1.

Mat. 21.

Act. 19.

Num. 21.

Luc. 7.

Prou. 23.

Iob. 9.

Hebr. 10.

1. Cor. 11.

Nau. 2.

Psal. 118.

Psal. 74.

2. Reg. 5.

Act. 7.

2. Cor. 11.

sancti

Act. 23.

Es. 10.

Act. 7.

Mat. 4. 9.

12. & 16.

Gene. 3.

Mat. 11.

Hiere. in

prologo

super Esa.

Luc. 4.

\* L 2

hendere,



**Joan. 1.** hendere, siquidem cum illi offerrent honorem Messie neutiquam acceptauit. Benequidē carnis blandimenta & indulgentiam nimiam taxare poterat, si quidem melle syluestri se ipsum alebat, & sustentabat, & camelorum pellibus vestes conficiebat. Bene quidem auaritiam poterat execrari & reprehendere quandoquidem à puero diuitias contempsit, & domum paternam reliquit, & in eremum abiit. Omnia quidem vitia dubio procul optimo iure taxare poterat: qui exemplar totius virtutis & sanctitatis erat. O mirabilis concionator. Sunt quippe multi concionatores, qui vocem habent, & clamant, sed non sunt ipsi vox: quia si verbis prædicant, non factis id ipsum instant. Aliud prædicat vox, aliud vestitus, cibis, domus, fornum, & opus externum. Quibus Paulus misericordè loquitur. Qui prædicas non firmandum, furaris? qui dicis non mœchandum, mœcharis? Sunt etiam multi, qui quasi inertes musci solo oris flatu, non item digitis incondite sonant iustitiam, sobrietatem, pudicitiam, humilitatem, & denique omnes virtutes: atque hi aures obtundunt harmoniæ dulcedine, sed mentes non recreant. Non sic euangelicus tibi cen Ioannes, qui quasi alter Orpheus durissima saxa, idest, durissima corda, & antiquæ peccandi consuetudinis glaciem diuinis verbis fugabat: ita vt publicani, & peccatores & milites ad eum venient toto corde poenitentiam asturi. Ex quo loco tu qui de officio & munere concionatoris gloriaris discere debes, eam vitam facere, quæ dictis & prædicationi sit conformis: & quemadmodum lingua prædicas, ita etiam manibus facias. Quid obsecro cogitas fuisse in causa, quod Helias tremore concusserat regis Achab cor: & quid est, quod ausus fuit ipsi regi dicere. Tu & domus patris tui qui dereliquisti dominum & sequuti estis Baalim? Nam videbat rex in conspectu suo hominem diuinum potius quam humanum imbecillum, languidum, poenitentia & lachrymis pallidum, & confectum, indutum animantium pellibus. Hic equidem tremore & mœrore regem conuertebat: Helias & beatus Ioannes non vtique maiores veritates prædicabat, quam nos, nec melius euangelium: at vberem & copiosum fructum ex animabus reportabant vitæ sanctimonia & exemplo. Omnia enim, quæ ad obsequium templi spectabant ex purissimo auro erant confecta, & etiam forpices. Nonne satis esset, si auro essent conflata? Non equidem: nam is, qui alterius vitia carpere debet, ab omni reprehensionis labe intactum se seruare tenetur. Oportet enim vt totus aureus sit, sancta vita, & præclaris virtutibus munitus. Qui fieri potest, vt immundus cum sis: aliorum spurciciam valeas propellere? Indignum enim est quod iniquus peccatorem corrigat, & quod malus in malum linguam coniciat. Quod si volueris perpendere, facit scripturæ exemplo tibi ostendam. Nam quando Iudas filius Iacob vidit quod fornicata esset Thamar nurus sua, ex pauescens & horrens delictum dixit. Comburetur. At postquam illa misit ei baculum & anulum, & Iudas cognouit pignora, & peccatum suum proprium, dixit. Iustior me est. Quo quidem facto docetur nunquam vnus peccatoris, linguam aptam esse ad condemnandum alium peccatorem: atque ita

Iudas postquam peccatum suum agnouit, nunquam ausus fuit Thamar condemnare, existimauit enim se maiorem peccatorem, quam illa. Audi si vis alium scripturæ locum. Quando Ioab misit nuncium regi Dauid de gestis in bello, ipsi nuncio dixit. Si videris eum indignari, & dixerit, quare accessistis ad murum, &c. dices. Etiam seruus tuus Vrius mortuus est. Vt enim disertus Ioab os Dauid comprimeret, ne auderet ignauiam militum & ducum reprehendere in memoriâ Dauidi renouit graue illud peccatum quod commiserat, iubens interfici ipsum Vriam. Dic, inquam, illi (dixit Ioab nuncio) quod seruus tuus Vrius, & fidelis miles mortuus est: talibus quippe dictis tacebit, & pudebit minimum defectum suorum ducum carpere illum, qui ducem suum interfici iussit. Carere enim debet omni vitio, qui in alterum dicere paratus est. Sed de his ista sufficiant. Itaque totus ipse Ioannes vox clamans erat, vt poenitentiam agerent, & vt domino præpararent corda. Sed vbi clamabat? In deserto. Vox inquam clamans in deserto. ¶ Videas obsecro quod Ioannes nunquam dicitur prædicare in ciuitate, sed in deserto: quia Ioannes ea sola prædicabat, quæ hominibus à Deo desertis, & longe remotis conueniebant: hoc est, poenitentiam peccatorum. Sed Christus non tantum prædicat hæc sed ea etiam quæ ciuibus Dei congruunt: & ideo prædicat in deserto, & in ciuitate. Præterea Ioannes prædicat in deserto, quia in ciuitate tot sunt peccata tot fordes vt Ioannes eas ferre nequeat. Stomachabatur Ioannes, nec tot poterat ferre peccata, adeo vt cum videret Pharisæos, eos ferre nequiret, sed euomuerit dicens. Genimina viperarum, quis, &c. Porro Christus grandioris stomachi est, ferendis iniquitatibus, & languoribus nostris curandis: vt qui toto affectu, & toto corde nos amat, & dissimulat peccata hominum propter poenitentiam. Quid obsecro diuis Ioannes diceret, si per ciuitatem hanc deambulare, & tot videret fieri latrocinia, tot vsuras, tot mendacia, tot denique homines luxuriæ & vanitatibus huius seculi deseruire? Certè existimo linguam esse indefessam non posse illi sufficere tot vicis carpendis: nesciret vtique qua esset incepturus, atque ita sine dubio deficeret, tot iniquitates admirans. Hac igitur commotus de causa in deserto prædicabat: nec ciuitates audebat ingredi, vt non videret mechanicos artifices mentientes, & vsuras mercatorum, & vanitatem & pompam, qua nobiles incedunt, &c. ¶ Vide etiam quam egregius & magnus prædicator erat Ioannes, siquidem per deserta tendebat, ipsum audituri. Tanta erat vis & virtus suæ prædicationis, vt deserta quasi populum & ciuitatem gentium concursu efficeret: secundum illud Esaie. Conuertetur Libanum in Carmel: & Carmel in saltum reputabitur. Virtute suæ prædicationis effecit, vt ciuitates Iudææ in solitudine manerent. Quia vt Marcus ait. Exhibat eum omnis Hierosolyma & Iudæa: & obliuiflorum & domorum ad eum concurrebant. Aspicite igitur o tu peccator, quod dominus nunquam ecclesiam suam deseruit: & quemadmodum tunc misit Ioannem, ad curandum hominum languores: etiam nunc multos ministros & prædicatores mittit, qui animæ tuæ medeantur,

**Matth. 10.** decantur, iuxta illud quod ipsemet dominus ait. Non vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Sic voces prædicantiū voces Dei sunt: & ipse Deus est qui in interioribus tui cordis clamat. Vox Dei est quæ sonat in deserto animæ tuæ, eius gratia & donorum destituta. Ingentes voces emisit Ioannes in deserto, & nunc etiam emittunt concionatores, & Deus in anima tua: placeat tamen ipsi per infinitam ipsius pietatem & misericordiam, ne sit (vt aiunt) in deserto prædicare. Potius auditur ab hominibus sibilus serpentis, & mundi clamor, & vox carnis, quam Dei verbum. Ideo per prophetam conqueritur dominus dicens. Clamaui, & non erat qui audiret. Quare? Quia sunt multi qui clamant in domo peccatoris. Contingit enim vt in aliqua domo multi sint saltantes, canentes, & gaudentes: dum tamen aliquis tum temporis ostium pulsat, non exauditur propter magnum tumultum & strepitum eorum, qui intra domum sunt. Ita nimirum, intra ipsam peccatoris animam semper habitat quædam vox, qui inordinatus est diuitiarum appetitus, qui semper clamat: & est alia vox quæ vindictam inimicorum postulat, alia vero quæ honores, alia denique quæ voluptates & blandimenta carnis desiderat: & hinc est, quod cum plena sit inordinatorum appetituum, quando Deus vocat non exaudiatur. Quod autem hæc animæ desideria voces sint, clarè constat. Nam cum oras esset Moyses nec aperiret os, nec labia: dixit illi dominus. Quare clamas ad me? Anna etiam mater Samuelis cum oraret in templo, non aperiebat os suum, nihilominus tamè magnos clamores suorum desideriorum mittebat Deo. Dauid quoque ait. Desiderium pauperum exaudiuit Deus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Igitur hæc animæ desideria clamores & voces sunt. Clamant desideria carnis & sanguinis: cumque magnus sit strepitus in ipsa anima peccatoris, etiã si dominus ad ostium pulset, non exauditur. Nec mirum quod non exaudiatur, vbi sic dominantur & imperant inordinatæ libidines. Et quod peius est, quod etiam si dederis his inordinatis desideriis quod petunt, nunquam tamè cessant voces emittere. Anari namque, cupidi, & mundani, etiam si consequantur omnia illa, quæ cor suum desiderat, semper amplius atque amplius petunt. Remediū autem præsentaneum, vt Deum clamantē possis audire, est facere vt taceant omnes illi, qui intus clamitant. Nunquam tuis appetitibus quod volunt concedas: quia neutiquam tacebunt. Linguā tuorum desideriorum scinde, breuitatem vitæ considerans, Christi humilitatem & paupertatem, tuncque cessabunt: atque ita cum amorem mundi à corde tuo remoueris, pacificum & quietum erit: atque ita vocē domini cum vocauerit exaudies, & cum sancto Tob poteris dicere. Vocabis me, & ego respondebo tibi. Vide dominum dicentem. Ego sto ad ostium & pulso: si quis aperuerit mihi intrabo ad illum, & cenabo cum illo. Cū enim dominus dicitur ad ostium stare, manifestè insinuat cum peccatore loqui: nam iustus & amicus Dei domus ipsius est, quam ipse libet animo habitat. Et in hoc quidem apparet quam inurbanus cum Deo ipso peccator sit: nam cum sit ad ostium pulsans, expectare illum facit, & nō vult aperire.

Cum autem dicit, si quis aperuerit, liberam hominis arbitrium ostendit, quando in sua potestate relinquit quod possit aperire, vel nolit. Quia vero non cogitet, quod venit vt illum interficiat: siquidem sua peccata id merentur, inquit. Et cenabo cum illo. Venit quippe vt animam daret, & vt mille donis & beneficiis cumularet. Ipse cenam affert, & omne symbolum soluit. Auceps namque aues inuitat: sed non minus quàm ipsa vita prandium emunt. Ità dæmon nostros primos parentes in paradiso inuitauit: sed carè fructū emerrunt. Ideo Ieremias. Venatione ceperunt me, sicut auis. Christus autem tecum cenaturus, cenam affert: nihil aliud vult, nisi quod aperias illi ianuam tuæ voluntatis. Quid est igitur, quod illi nō aperis? Quare illum non audis? Vtique quia magnus strepitus est in anima tua amoris mundi, & carnis: & inordinatorum appetituum. Illos igitur scinde, & silentium impone animæ tuæ, & tunc rectè audies dominum te ipsum millies vocantē. Sic olim clamabat Deus per Ioannem, sic & nunc clamat ad aures peccatorum. Vide igitur, quādo in tuam vtilitatem & commodū cedit, quod illum audias libenti & spontaneo animo: nam si in hac vita cū te nimio amore vocat, illum non audieris: postea volens nolens illum audies, quando dixerit terribili & horrenda voce peccatoribus. Ite maledicti in ignem æternum. Sed iam audiamus Ioannem clamantem atque dicentem. *Parate viam domini.* Ante medici aduentum monetur egrotus: vt cognoscens morbum medicum venientem reuerteret accipiat: seseque illi morigerum, & dicto obaudiemtem præbeat. Et quemadmodum ante Ioseph ibat præco vt omnes genua flecterent: sic Ioannes coram Christo præibat clamans, vt corda homines pararent, & Christum adorarent Salvatore non solum Aegypti, sed totius mundi: & ei obedirent, atque morem gererent. Hoc erat Ioannis officium, ad hoc venerat: vt Angelus dixerat Zachariæ. Ipse præibat ante illum, in virtute & spiritu Helias: parare domino plebem perfectam. Præparabat corda hominum, vt Christum susciperet. Quid est viam in corde præparare: Ex rebus temporalibus cernimus & cognoscimus, quomodo sternitur via, & quomodo plana fiat. Ità circa interiora nostra idem agamus, amouentes peccatorum malorumque affectuum scopulos, quo via sit parata domino. Hoc est, vt absque vilo impedimento & molestia dominus ad nos venire possit: & nos ire ad Deum. Via itaque domini ad homines veniens, est voluntas nostra. Ipse homo est domus, in qua Deus habitat in quantum iustificatur, & est via in quantum disponitur ad iustificationem. Et sicut via est necessaria ad iustificationem: vt Deus veniat ad hominem. Itaque nullus adultus potest iustificari, sine propria voluntate. Hæc autem via paratur per vitæ studiosam & poenitentiam, quæ virtus facit conscientiam & animam componi cum recta ratione, quæ est regula humanæ vitæ, & quia homo cum studiose, viuit conformatur regulæ rectæ, dicitur via recta & præparata. Præparemus & nos viam domino: vt excludo peccato dominum suscipiamus. ¶ Obserua autem quod in eo quod dicit, præparate libertatē insinuat libetii hominis arbitrij. In potestate tua

Genes. 3.  
Thoren. 3.

Matth. 23

Gene. 41

Luc. 1.

2. Reg. 11

2. Reg. 11

Matth. 3

Esa. 29.

Mar. 1.

Exod. 14.

1. Reg. 1.

2. Paral. 9.

Iob. 14.

Apo. 3.

est parare, vel non parare viam domino. Deus namque nemini suam gratiam denegat nec deferit facientem quod in se est: ille qui paratus est omnibus subuenire. Tu autem bene vtere libero tuo arbitrio, & para cor tuum domino: vt iter faciat, & habitet in anima tua. Obserua iterum quod non dicit beatus Ioannes, quod paremus quamcumque viam sed viam domini. Alia est enim via domini, & alia via nostra. Via nostra vitia & peccata sunt: via autem domini, virtus. Sic apud Esaiam dominus dicit. Non sunt viæ meæ, viæ vestrae, & cogitationes meæ cogitationes vestrae: sed sicut exaltantur cæli, &c. Via domini quæ ducit ad vitam ætæta est: via autem impiorum, quæ ducit ad interitum lata & spaciota est. Via impiorum tenebrosa iuxta illud sapientis. Via illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus domini persequens eos. Ambulant impij sicut cæci sine lumine, in mille lapides & scopulos quotidie offendentes: hoc est in mille peccata & abominationes incidentes, quousque in foueam inferni præcipitentur. Quapropter in Ecclesiastico habetur. Via peccatorum complantata est, &c. via vero iustorum est quasi lux splendens. Auertamus igitur pedes nostros ad viam iniquitatis, & relinquamus vias nostras ad æternos cruciatus tendentes: & præparemus viam domini ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Sed quid vltius ex Esaiâ beatissimus Christi præcurator addat, audiamus. Rectas facite semitas eius. Vig domini sunt præcepta, semitæ verò eius consilia. Præceptum quippe domini est in extrema necessitate eleemosynam erogare, consilium autem euangelicum omnia bona tua vendere, & dare illa pauperibus. Ad præcepta enim obseruanda omnes tenentur: ad consilia autem non nisi ii, qui propria voluntate se ipsos astrinxerint. Hæc quidem consilia vocantur semitæ, nam magis arctæ & angustæ sunt: & sic eorum vita & institutio, qui consilia hæc sequuntur magis arcta est, nam præter eam obligationem, quam habent ad implenda præcepta, tenentur etiam & obligantur ad obseruanda consilia. Et quemadmodum semitæ quedam compendia sunt, vt citius ad expectatum finem perueniant: sic etiam qui se ipsos ad consilia adstringunt magis merentur, & citius in beatam sanctorum patriam perueniunt. Cum autem compendium nequeat esse sine dispendio: si magis hi coram Deo merentur, magis etiam laborant. Vide autem quod cum dominus loquebatur de via non dixit, quod esset recta sed de semitis dixit, quod facerent semitas rectas. Hoc quippe laboris est illis, qui consilia sequuntur, quique faciunt opera maioris supererogationis, quod sæpissimè tentantur à dæmone vana & inani gloria, potius quam reliqui alii: ea etenim opera quæ à communi hominum institutione discedunt, & altiorem vitæ conditionem sequuntur, multoties laudantur & extolluntur ab hominibus: atque ita qui per has semitas iter faciunt, maiores habent lapsus occasiones & amissionis meriti: quod contingit sæpius his, qui per semitas itinerare solent. Non quis laudatur qui tempore quadragesimæ ieiunat, quia id ab ecclesia est præceptum: sed si alijs temporibus ieiunet, hoc est maioris supererogationis & ab omnibus laudatur: quia verò multi, qui non ita perfecti

Esai. 55.

Matth. 7  
Prou. 4.

Ecl. 21.

Luc. 1.

& recti sunt, intentionem distorquent, & meritum amittunt, laudibus & humana gloria allecti, ait Ioannes, Rectas facite semitas eius. Et etiam si opus sit vt viæ sint rectæ, nam opera obligatoria necessum est vt propter Deum fiant: quia vero in præceptis non adeo hæc monitio requiritur, cum minor sit tentatio vanae laudis & gloriæ: beatus Ioannes ad id quod magis necessarium est prope rat, dicens, quod in operibus maioris supererogationis animus & intentio nostra in solum Deum dirigatur. Quod autem in semitis maius sit periculum clarum est, quia inimicus dæmon frequenter viros sanctitate & religione perfectos tentat & persequitur, quam reliquos alios. Dum (inquit Iacob) Coluber in via & Cerastes in semitavt mordeat vngulas equi, & cadat ascensor eius retrorsum. Coluber parum habet veneni, at Cerastes pessimus serpens est, habens quatuor cornicula in capite & in aena absconditus insidiosè mordet. Sic maxime tentat diabolus viros perfectos, potius quam alios quia communi via mandata seruant. Ideo prioribus est sicut coluber qui parum habet veneni: & ambulatibus in semita est cerastes, qui multum nocet absconditus, quia viros perfectos abscondite & insidiosè tentat, aliquando sub specie boni latitans in occulto vel de bono opere tentans. Mordet cerastes hic in intentione ac fine quam habes in operibus bonis quo circa ait, quod in vngulis equi mordet, quæ extremæ partes sunt animalis: sicut finis seu intentio operis vltimum est operationum nostrarum. Et sic cadit vir, & corrui in semita: quapropter recta semita incendendum est superando omnem seculi tentationem, & cogitantes quod quidquid boni faciunt à Deo venit, iuxta illud Pauli: Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. De hac etiam via & semita habetur in Prouerbiis. Viæ eius viæ pacis & omnes semitæ eius pacificæ. In psalmo quoque loquitur Dauid domino dicens. Vias tuas domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me. Verum quomodocumque viam vel semitam intelligas, opus est in hac vita, quæ via est per quam ad aliam vitam tendimus recto incedere gradu: hoc est vitia & peccata euellere: & cor nostrum ab omni forde & inquinamento mundum habere. Etenim ille omnibus alijs omisso recto itinere graditur, qui in charitate ambulat: & taliter viuit, qualis cupit & vult in morte inueniri. Hunc enim arbitror recto itinere ambulare. Ad hoc quippe vt via vel iter rectum sit: opus est vt medium extremis conforme sit. Nam si aliquis vellet à Parisiis Romam tendere magnum faceret dispendium si Neapoli transfret. In hac vita omnes sumus viatores: & scriptura sacra multis in locis cõteit nos cum viatoribus & itinerantibus. Vnde Paulus. Dum sumus in hoc corpore peregrinamur à domino. Et ad Hebræos. Non habemus hic ciuitatem manentem, inquit, sed futuram inquiremus. Petrus etiam ait. Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos, &c. Sic scholastici theologi vocant nos viatores, illos autem qui sunt in patria, vocant comprehensores: nam nascendo iter incipimus, & ad finem in morte peruenimus. Qualia obsecro fuere exordia nostri itineris? Audi Salomonem. Et ego (inquit)

Gen. 49

2. Cor. 3.

Prou. 3.  
Psalm. 24

2 Cor. 5.  
Hebr. 13.  
1. Pet. 2.

Sap. 7.  
natus

natus accepi communem aerem, & primam vocem omnibus emisi plorans. Et paulo post. Similis erit exitus. Quæ obsecro est via recta? Illa cuius medium cum initio & fine componitur. Natus es plorans & vagies: & multis suspiriis & gemitibus vitam finies. Si autem vitam egeris ridens & gaudens: per deuia & lubricosa incedis loca. Si autem pauper, nudus, & egenus natus es nullamque supellestem in mundum attulisti, modo vero dives vis fieri: per minus rectum tendis iter. De iusto dixit sapiens. Iustum deduxit dominus per vias rectas: & ostendit illi regnum Dei. Et quod est iter rectum? Honestauit illum in laboribus. Rectum iter ille agit, qui sicut natus est, & moriturus, ita viuit. In laboribus natus es, plorans, pauper, nudus, & humilis: & morieris mille doloribus, angustiis & calamitatibus circumdatus. Opus enim est si rectum iter agere volueris in lachrymis viuas, orationibus & gemitibus, humilis & pacificus statim cum natus fuisti paruo incunabulo capebaris, in morte vero constitutus parua sepultura: modo vero magnæ & superbæ domus non possunt te capere: & forte eo peruenies infantiæ, vt tibi etiam mundus paruos videatur. Quando natus es, non manu habebas hastam, aut ensem, nec aduersus aliquem irascebaris: & in morte etiam macilentus, infirmus, & debilis eris: modo vero superbiam tanquam habitum induisti, vindictam, & mortem. Non iustum, quem dominus per vias rectas deduxit insequeris: sed de illis es, de quibus Dauid in psalmo dixit. In circuitu impij ambulans. Non nimio diuitiarum amore rapiaris: siquidem vides Iob dicentem. Nudus egressus sum de vtero matris meæ & nudus reuertar illuc. Non dignitatem aut altitudinem huius mundi persequaris, quandoquidem tam humilis & pusillus natus es: & talis etiam es moriturus. Non sic sanctissimus Iob faciebat, quando dixit. Dimitte me domine. Et ad quid obsecro tempus hoc postulas? & ad quid vitam? nunquid ad ridendum, & gaudendum? Non equidem, sed vt plangam paululum dolorem meum. Ad hoc etenim vitam impetrabat sanctus Iob, non ad vanitates & gaudia. Talis vita tua debet esse, & ad hoc illam teneris petere. Aspice igitur beatum Baptistam, qui tot annis in scholis cæli studuit, cūque tam diuina & alta philosophia & theologia esset imbutus, relictis omnibus subtilibus questionibus, nihil aliud prædicat nisi, Rectas facite semitas eius. His namque breuibus & compendiosis verbis completitur omnem reformationem vitæ nostræ, dicens quod per viam rectam ambulemus: ita viuentes, vt sumus morituri. Quomodo autem via preparanda sit, & recto itinere ambulandum, declarat Ioannes dicens. Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur. Non intelligendū est hoc, vt litera sonat: nam non semper in scripturis diuinis historialis consequentia stare potest, sed nunquam deficit vt dicitur in Prouerbiis. Spinæ nascuntur in manu ebriosi, id est, homo iracundus in gurgine & contentiones feminat. Et illud Esaiæ. Abietes super te lætate sunt: & cedri Libani. Lege de hac re si placet Origenem & Augu. Ita Aug. li. 3 que hæc quæ Ioannis hic ait non materialiter vt litera sonat interpretanda sunt quia Chri-

Sap. 10.

Psalm. 11.

Iob. 2.

Iob. 10.

Prou. 26.

Esai. 14.

Or. hom.

2 in Gen.

4. lib.

1. priar. c. 2

Aug. li. 3

diuina.

stus non venit vt materiales vias & itinera corrigeret, sed vt mentes hominum emendaret, & animas illorum sanaret. Ideoque hæc est metaphora, per quam intelligere vult quomodo præparandum sit cor nostrum, vt Christum Saluatorem recipiamus. Cum igitur dicit, quod vallis implebitur, significat tollendam esse pusillanimitatem: & cum dicit quod omnis mons & collis humiliabitur, significat superbos humiliandos esse in aduentu Messie. Multi hic dicunt quod per vales intelligit humiles: quod quidem neutiquam stare potest, quia hic Ioannes de defectibus viæ loquitur, qui corrigendi sunt, humilitas vero non est defectus, sed potius eximia virtus, hic autem Ioannes loquitur qui præparari nos debeamus, & de reformatione spirituali, quam Christus efficiet in animis nostris suo aduentu, corrigens omnes defectus & lapsus nostros. Ideoque clare intelliges beatum Ioannem hic esse loquutum de pusillanimitate & superbia, quæ vitia sunt & defectus viæ, vt in Deum finem nostrum tendamus: & hæc duo vitia intelligit per vallem, montem & collem. Multoties quippe pusillanimitas timidos homines facit, & impedit commodum & utilitatem spiritualem. Hæc fuit causa, vt filij Israel mirarentur magnitudinem gigantum terræ promissionis, & lamentabantur murmurantes, & volentes redire in Aegyptum: non considerantes dextera excelsi liberatos fuisse à potestate Pharaonis, & miraculose eduxisse eos de Aegypto. Hæc eadem pusillanimitas in causa est etiam vt multi suis vitiis & peccatis hæreant, existimant namque se non posse diu persistere in bono, quin statim ad antiquam consuetudinem mali deueniant. Equidem vt verum fatear superbia graue obstaculum & impedimentum est huic viæ. Vnde Dominus per Esaiam. Ad quæ ego respiciam nisi ad pauperculum & humile, &c. Hæc duo, maxime nobis est curandum, vt de media via tollantur, vt possit Dominus libere & nullo opposito obice in animas nostras venire. Reliciamus igitur à nobis hæc pusillanimitatem, considerantes, quam exigua: & imbecilles sunt vires nostræ, & quæ fortis & potens dominus: cuius fauore & auxilio pusillus pastor gigantem illum Goliath interfecit, & imbecillis foemina Holofernem trucidauit, &c. Et erit præua in directâ, & aspera in vias planas. Hoc est, ea quæ per legis asperitatem difficilia videbantur & impedita: per fidem & euangelicam gratiam expe dita fient & facilia. Vitioum & malarum cupiditatum aspera, conuertentur in vias leues & planas. Mentis iracundæ & immites ad mansuetudinem per infusionem gratiæ redibunt. Aspera vero per Christi charitatem reddentur leuia. Nam qui antea iniustitia & prauitatibus operam dabant, qui iura violabant, & fundamenta iustitiæ peruertebant, erunt iusti, & actiones suas sanctis normis & regulis component. Iniustitiam appellat viam obliquam, & flexuosam: vt alio in loco Esaias, principem iniustum serpentem flexuosum appellauit. Ait itaque quod Christus conuertet iniustitiam in aequitatem, & aspera in vias planas: hoc est homines insolentes, superbos, & elatos futuros esse modestos, mites, & blandos. Sunt quippe quidam homines, qui in te aliqua beneficia conferunt, sed ita elati, vt prius sua asperitate vulnerent,

Cbrist. cap 11. & in psal. 103 ver. suo sub.

Num. 14.

Esai. 66.

1. Reg. 17  
Iud. 13.

Esai. 27.





tam medicum habere potentiam, vt salutem præstare possit. Sic tu toto pectoris & animi conatu Christum debes suscipere venientem sanare vulnera & languores animæ tuæ. Amplectere igitur medicum hunc salutarem. Ipse enim est, qui ait. **Psal. 36.** Salus populi ego sum: de quacūque tribulatione clamauerint ad me, exaudi eos. Præparata ergo cor tuum, & dignum ei hospitium, vt venientem postea seuerum iudicem secure illū videas vsque in secula in cælo regnantē. &c. Sed iam videamus, quid vltra beatissimus Christi præcurator populo prædicet. Dicebat ergo ad turbas, quæ exhibent ut baptizarentur ab eo. Etenim (vt inquit Matthæus) magna erat multitudo gētiū, quæ ad Ioannem concurrere in deserto, vt baptizarentur. Tunc exhibant ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanē, & baptizabatur ab eo in Iordanē, confitētes peccata sua. Sed quid Ioannes dicebat, audiamus. Genimina viperarū. Mirū quidē est, vt cū Ioannes ad turbas loqui vellet, tam aspero vtatur exordio: vt genimina viperarū vocet populū. Sed sciendum est, aliam esse rationē alloquendi suos, aliā externos, aliam eos, qui ad fidem sunt introducī, & aliam denique ad eos, qui iam dudum crediderunt. Hæc in scripturis sacris veteris & noui instrumenti facile reperies, vbi prophete suos Israelitas seuerissime reprehenderunt. Esaias ad suos in prophetiæ exordio statim aspere loquitur, dicens Væ genti peccatrici, populo graui, &c. Ionas autem missus ad Ninium ciuitatem externam, contentus fuit admonuisse vltionis, quæ post quadraginta dies ciuitati imminerebat: & pepercit reprehensionibus. Sic Paulus Areopagū introductus studuit suæ philosophiæ, quam rationē ab eo postulabant reddi: & in increpatione non prorupit, quarū tunc erant incapaces. Externi erant Athenienses: sed cū alloquitur Corinthios qui iam erant sui, summa vtitur seueritate, maxime cū illo scortatore qui non eadē duxerat, verbis agit & factis, & cum eis qui tantū scelus nutiri passi sunt. Sic Stephanus cū cerneret Iudæos tam obstinato animo resistere veritati, in acrem prorumpit reprehensionem dicens. Duri ceruice, & in circumcisi corde, vos semper spiritu sancto resististis. Hæc differentia, quæ ad suos, vel ad externos pertinet, seruari etiā debet, inter eos, qui vel modo crediderunt, vel iam diu in fide sunt versati. Etenim videmus in actis apostolicis ob eos qui noui erant in fide, Paulum quasciam seruasse legis ceremonias: quas tamen in Galatis reprehendit, qui ob tempus debuerant esse in fide solidiores. Sic in epistola ad Hebræos acrius inuehitur in quosdā. Cum deberetis (inquit) esse magistri pro temporis ratione: rursus opus habetis, vt doceamus vos, quæ sint elementa initiū eloquiorū Dei. Sic etiam nūc Ioannes Iudæos in lege domini nutritos, qui à via veritatis deuabant, dure arguit & increpat, vocās eos genimina viperarū. &c. ¶ Nōmē ferarum scriptura (vt Chrysostomus ait) sæpe his, qui ratione sunt præditi imponit, propter eorum pessimas inclinationes. Canes ob impudentiam & impetum. Sic Esaias. Canes muti non valentes latrare. Interdum equos ob libidinem. Vt Ieremias. Equi insipientes vniuersique ad vxorem proximi sui. Interdum asinos ob stupiditatem. Ideo in psalmo dicitur. Homo cū in hono-

re esset, & non intelligit, comparatus est iumentis, &c. Interdum leones, & pardos, & alia id generis. Vnde dominus dixit Ezechieli. Subuerfores & increduli sunt tecum: & cum scorpionibus habitas. Multa exempla de hac re afferunt Basilius & Tertullianus. Diuus autem Ioannes licet essent alia multa animalia, cum quibus eos cōferre poterat, voluit tamen viperis potius eos assimilare quam aliis animalibus propter duo. Primū quia viperæ cum aliquem mordent, statim ad aquam decurrunt, quam si non inueniunt, intereunt. Sic isti Pharisei & Sadducei quibus Ioannes hæc dicebat, peccata mortifera committentes currebant ad baptismum, sicut viperæ, vt per aquam solum sine poenitentia periculū mortis euaderent: quod quidem quam esset ridiculum, vel cæco apparet, sperare peccatorū veniam & remissionē sine poenitentia per solum Ioannis baptismū. Secundo, viperæ exterius formosæ & pulchræ sunt, intus autē mortifero veneno plenas. Ita isti exteriori vultu sanctitatis speciem & imaginem ferebant: intus vero omni dolo & fallacia erant indute. Sic dominus eis loquebatur, dicēs. Væ vobis scribæ & pharisei hypocrite: quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ de foris apparent hominibus speciosa, & postquā eorū hypocritismū arguerat statim subdidit dominus, eadē verba, quæ nunc Ioannes alloquitur, dicens illis. Genimina viperarū, &c. Voluit Ioannes hos humiliare in eare, de qua ipsi nimis efferebantur & superbiebant. Nam isti gloriabantur & se ipsos iactabant filios esse Abrahæ & per hoc existimabant ipsi nulla dignos esse pœna etiam si nulla bona facerent. Ioannes autē volens istos deprimere & humiliare, ne de progenie & stirpe superbirent, appellauit illos genimina viperarum, quasi designans illorum progeniem. Ac si diceret. Non estis progenies Abrahæ, sed progenies viperarum. Et quod ista fuerit mens Ioannis & sensus germanus huius loci patet, quia Ioannes statim dixit. Ne veltis dicere patrem habemus Abraham, &c. Potius namque dicendi estis filij viperarum, cum ipsarum mores & consuetudines referatis, quam Abrahæ. Multi etiam nunc sunt similes istis qui de parentū sanguine & stemmatis gloriantur, & facta bona parentum extollunt & laudant: cum ipsi pleni sint peccatis & sceleribus & nobili suorum sanguine abutatur. ¶ Cōsidera autem ad quantam miseriam homo per peccatū deuenit. Quid enim obscuro miserabilius, aut lamentatione dignius, quā quod homo amittat nomē hominis, & asciscat sibi nomē bruti & irrationalis? Homo nāque animal est rationale: quando vero non vtitur ratione, iā hominis dignitate priuatur. Sic Iob erat homo: & addidit simplex & reclusus. Hoc quippe esse hominem, habere animi rectitudinem & candorem, nam qui hanc nō habet confertur à Dauide cum bestiis in psalmo dicenti. Homo cum in honore esset & non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similibus factus est illis. Nō dicit iumentis in singulari, sed iumentis, quia omnia vitia animalium solus homo iniquus, & sceleratus habet. Luporum enim habet cauillationem: & voracitatem: leonū crudelitatem, & viperarum venenū. Vnde Esaias nequiores bestiis hominem appellauit, dicens. Cognouit bos possessorem suū, & asinus præsepe domi-

Exe. 2. Basilius exa. ho. 8. 9. Ter. con. era Iuda. cap 4. Matt. 23. Psal. 48. Iob. 1. Psal. 48. Iob. 1. Psal. 140. Iob. 51. Psal. 140. Iob. 12.

domini sui, Israel autem, &c. Et Dauid cōparatus est, dixit. Peius namque est, comparari, quā nasci: naturæ ipsi tribuendum est, comparari vero vitio. &c. Sed iam Ioannem audiamus. Quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Viperam si tractes eius morsu, morieris. O summū miraculū, quod Deus velit homines viperæ tractare. Tanta est ipsius bonitas & clementia, vt etiam si ipsorum morsu sciat interempturum, nihilominus cum eis agere non dedignatur. Etenim certum est moribus, id est poenis peccatorum nostrorum. Christū mortuum esse. Peccata nostra ipse tulit, & ab eis dilaniatus est. Quis obsecro vnaquam vobiscum tanta humanitate & clemētia est vsus, vt proprio mortis periculo vos tractaret, & à ventura ira fugere demonstraret? Pharisei & Sadducei erant isti, vt patet in Matthæo, & miratur Ioannes de eorū cōuersione. De Sadduceis quia negabant immortalitatem animæ & futurā vitā, & hæretici raro conuertuntur, quāuis aliquando simulent confessionem mortis & vitæ timore. Atque ideo mirandum est, cum conuertantur Berēgatiū & Hieronymus de Praga, post adiurationem sicut canes versū sunt ad vomitū. Pharisei vero quāuis catholici essent, & resurrectionem crederent: tamen quia vitii & iniquitatis erant asuescētī multis iā retro diebus, de ipsorum conuersione erat maxime mirandum. Ac si diceret. Cum tam longe à Deo recesseritis, mirum est quod appropinquatis ad poenitentiam. Caue ergo & tu ab his duobus statibus. Etenim difficulter qui iam in vitii obcalluit, ad poenitentiam conuertitur. Mala quippe consuetudo post se ad quemcunque ventum huc & illuc eum rapit, & post se ducit in peccatum, ita vt sæpius in hæreses & mille flagitia eum impellat. ¶ Expende etiam quod poenis vitæ futuræ minatur Ioannes Phariseos & Sadduceos: quia nullus istorum futuram poenam timebat. Etenim Sadducei nullam post hanc nobis manere vitam existimabant, & inde nullas poenas. Pharisei vero licet crederent poenam futuram, tamen non timebant illā: quia ipsi in sua æstimatione iustierant, & in suam iustitiam fidebant. Et idcirco miratur Ioannes, quis apud vos tantum valuit, vt monstraret vobis timendas poenas iræ futuræ? Ille autem non alius est nisi Deus, quia ipse pulsat hominum corda, & erudit eos: vt recedant à malo. ¶ Obserua autem quod fugere à ventura ira, est fugere à vindicta extremi & vltimi iudicii, in quo nemini de sua iustitia vel iniustitia defraudabitur, sed omnibus iuxta merita vel demerita reddetur. Stat namque beatus Iob nos admonens. Fugite à facie gladij: quoniam vltor iniquitatum gladius est. Vt hanc venturā irā possis subterire, opus est, vt in hac vita vitia & peccata subterfugas. Quis fugit à ventura ira? Ille quidē qui in hac vita à vitii & peccatis procul recesserit. Nam ira & indignatio non super iustos, sed super peccatores, veniet. Caderet enim in reāculo eius peccatores. Fuge ergo huius mundi gaudia, illecebras, honores, & seculi vanitates vt Ieremias admonet dicens. Fugite de medio Babylonis. Optimè & graphice mundū Babylonem appellat quia plenus confusione est: vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Nonne merito hanc confusionem dices, vbi plenis æstimatur aurum, quam virtus: & vbi terrena

& caduca bona spiritualibus, & veris bonis anteferuntur? Si mundus talis est, illum fugias: ne in venturam iram incidas. Quam vt fugerent sancti monachi & eremitæ, à mundi tumultibus illecebris & honoribus recesserunt: contenti solum tunicis siliicinis, & frondibus arborum ad vitam transigendam, arctissimam agentes poenitentiam, vt venturam domini irā possent euadere. Quare igitur tu in peccatis viuens & deliciis, hanc iram putas euadere? Fuge ergo ab huius mundi vanitatibus, & dum viuus poenitentiam agito, vt ventura pœna non te maneat. Quod beatus Ioannes sequentibus verbis docet. Facite ergo fructus dignos poenitentiae. Q. D. Si ab ira ventura vultis fugere poenitentiam agite, quandoquidem signa ostenditis, vos illam agere velle: perfectē igitur illā operamini. Et idcirco dixit, facite fructus dignos poenitentiae. Fructus est qui ab ipsa re prouenit: & est post ipsam rem. Pharisei & Sadducei poenitentiam habebant, cum accedebant ad baptismū Ioannis, sed illam imperfectam. Profitebantur se esse peccatores, sed ab vsuris & sceleribus nequibant recedere: vnde Ioannes illos admonēbat, vt peccata detestarentur, & nunquam facies suas ad ea conuerterent, & vt pro peccatis dignam satisfactionem facerent. Quocirca obseruandum est fructus hic dixisse, & non flores, contra illos qui flores tantum poenitentiae faciunt: & isti sunt qui incipiunt ad Deum se conuertere, & honorū motuum flores emittunt, quibus apparent se iam esse conuersos. Sed, proh dolor, quod mouentur isti & trahuntur sicut ostium in cardine: nam nunquam illi motus & proposita ad expectatam maturitatem perueniunt: nec dignos proferunt poenitentiae fructus. Atque ita multi onusti frigidis & immaturis intentionibus in infernum præcipitantur. Talis fuit poenitentia Achab, incepti namque seipsum in dominum conuertere: sed in medio itinere defecit. Quapropter dixit dominus Heliaz. Nonne vidiſti Achab humiliatum coram me? Ideoque in diebus eius non immittam mala. At Achab mortuus est in vitii & peccatis, quia fructus poenitentiae non dedit, nec illam ad maturitatem perduxit. Præterea non tantum fructus poenitentiae, sed dignos fructus admonet Ioannes esse faciendos: quod dupliciter intelligi potest. Primò de poena satisfactoria: vt quanta fuerunt peccata, tanta sit satisfactio, quæ peccatis correspondeat. Nā sicut per peccatum concessit homo voluntati suæ plusquā debuit: ita iustitia exigit, vt aduersus voluntatem suam tantum faciat, seipsum puniendo. Sic in Apocalypsi habetur. Quantum se glorificauit in deliciis, tantum date illi de tormento. Et in Deuteronomio. Pro mensura peccati, erit & plagarum modus. ¶ Aduertendum tamen quod est contritio & satisfactio æquiualens offensæ seu culpæ, æqualitate proportionis per respectum ad hominis possibilitatem: hæc requiritur à nobis, non autem æquiparantiae offensæ. ¶ Secundo potest exponi, facite dignos fructus, propter charitatem: quia poenitentia debet esse propter Deum summe dilectum, & procedere ex radice dilectionis diuinæ. Nam qui ex charitate non dolet, non agit fructus dignos poenitentiae. Sic fructum egit poenitentiae Antiochus, non tamen dignum: quia non ex dilectione processit, ideoque non

Prou. 26. 3. Re. 21. Apoc. 18. Deut. 25. 1. Mar. 9.

Psal. 36.

Matth. 3.

Esa. 1. Ion. 3.

Ast. 17.

1. Cor. 5.

Ast. 7.

Ast. 16.

Gala. 3.

Hebr. 5.

Chry. 100.

13. 23.

in Ger.

Esa. 57.

Ierem. 5.

Psal. 48.

non fuit dignus, vt exaudiretur à Deo, nec misericordiam fuit cōsequutus. Sic etiam Paulus loquitur de Eſau, dicens non inueniſſe locum pœnitentiæ: etiam ſi cum lachrymis poſtulaſſet. Præterea 1. Reg. 15 Saul & Dauid Reges Iſrael ambo fuerunt peccatores, ambo à prophetis correſti, & ambo pœnitentiam egerunt: ſed Dauid misericordiam eſt cōſequutus, non tamen Saul. Cur dominus acceptauit pœnitentiã Dauid, non autem Saulis? Vtique quia Dauidis pœnitentia ex diuino amore procedebat, non tamen Saulis: quia ea de cauſa dōlebat & angebatur, quia regnum temporale perdebat. Dauid autem pœnitebat quia tantum & tam bonum Deum offenderat & fructus dignos egit pœnitentię, atque ideo remiſſionem peccatorum adeptus. Facite (inquit) fructus dignos pœnitentię. Hoc eſt cor & ſpiritus per pœnitentiã & bona opera cum Dei gratia renouate. Hoc aut non quia homo per ſe & ex ſuis viribus tantummodo id facere queat, quoniam gratię inſuſio à ſolo Deo eſt, ſed quia homo ad gratiam ſe diſponere poſſit per liberum arbitrium, & attritionem cum Dei auxilio. Et facienti quod in ſe eſt Deus nō denegat gratiam. Quid ad hæc dicunt I. utherani? Si nihil poſſumus efficere, cur Ioannes ſpiritu ſancto afflatus & plenus nobis præcipit, vt faciamus fructus dignos pœnitentię? Deus non præcipit nobis impoſſibilia, qui & alibi dicit. Niſi pœnitentiã egeritis, omnes ſimul peribitis. Nā ſi impoſſibilia præcepſſet eſſet impius & iniuſtus: ergo id nobis præcipit quod eſt in poteſtate noſtra conſtitutum, & præcipit hoc à nobis fieri: ergo poſſumus illud facere & operari. Reſtat igitur vt nos id opere cōpleamur. Deus namque adiuuabit nos gratia ſua: quia hæc innouatio non poteſt fieri abſque Deo, vt egregius canebat vates. Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritus reſturus in noua in uisceribus meis &c. Et ne cœperitis dicere, patrem habemus Abraham. Falſo namque & amentiffime putabant multi ex Phariſæis, quod etiam ſi grauiffima peccata commiſſent, non ideo erant puniēdi, etiam ſi nullam egiſſent pœnitentiã: quia filij Abraham erant: quod quidem quam ridiculū ſit, nemo ſane mentis homo id non iudicabit. Ideoque Ioannes huic errorem ab illis expellit, dicēs ne in hæc re multum ſidant, ſi ipſi ex ſua parte non ſatiſfecerint. Nam cum ipſi peſſima opera facerent, non filij ſancti patriarche Abraham erant reputandi, ſed demonis: vt ipſe Chriſtus dixit. Vos ex patre diabolo eſtis. Sic etiam pro parentibus horum Iudæorum olim dixit Ezechiel. Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa. Harum barbararum nationum vocat Deus populum Iſrael filiū: non quod talis eſſet per naturam, ſed per imitationem. Inaniter gloriabantur iſti ſe patrem habere Abrahamum, cum tā diſſimiles eſſent in moribus. Quid prodeſt riuiulo ſi profluat ex puro & ſalutari fonte, ſi ipſe ſit ſpurcitiuſ & immūditia plenus? Quid prodeſt filio parentum nobilitas, ſi ipſe deprauatis & turpibus moribus ſit imbutus? Sed de iſtis non nihil poſtea dicemus. ¶ Nunc autem perſpēde quomodo homines omnibus Dei beneficiis abundantantur. Decreuerat Deus vnã gentem ex omni ſcēce generis humani eligere, per quam exerceret myſteria, quę ad ſalutem generis humani pertinerent, & ex qua ipſe filius Dei carnem acciperet,

& ſalutem operaretur in medio terrę. Hoc tam ingens beneficium intelligere debuiffent Iudęi, & reſis atque honeſtis factis præ aliis gentibus ita illuſtres eſſe, vt gloriari poſſent, ac dicere. Notus in Iudæa Deus, & in Iſrael nomen magnum eius. Et factus eſt in pace locus eius &c. At illi genus quidem ſuū iactabant: ſed facta tanto genere digna præſtare, non erat illis cure. Hunc illorum tumorem reprehendebat olim Hieremias dicēs. Nolite confidere in verbis mendacię dicentes: templū domini, templum domini, templum domini, eſt. Etenim exiſtimabant illi, nūquam permiſſurum dominum, vt memoria gentis illius aboleretur, propter magnificum illud & egregiū templum, quod ſuo nomini Hieroſolymis erat dicatū: cumque propheta eis minaretur interitum, reſpondebant ei. Abſit vt dominus propter peccata noſtra deuaſtari permittat templum: quod ſuum eſt, magis quam noſtrū. Quapropter monebat illos propheta ne fiderent his mendacijs & vanitatibus: oſtendebatque illis, quid deberent facere, vt propiciū & aduocatiū Deum haberēt. Bonas (inquit) facite vias veſtras & ſtudia veſtra: & habitabo vobis in loco iſto, dicit dominus exercitūum Deus Iſrael. In eundem modum inuenies illos iactantes in euangelio, & dicentes. Semen Abraham ſumus, nemini ſeruiumus vnquam, & quomodo tu dicis, liberi eritis? Dominus vero non agnoſcentibus aliam nobilitatem niſi corporis docuit illos eam verē ſeruitutem eſſe, quæ à peccato proficiſcitur: atque ita dixit illis. Amen dico vobis, omnis, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Ioannes itaque ſciens Iudæos hoc morbo laborare, admonet ne fruſtra glorientur, ſe patrem habere Abraham: niſi addant facta tanto parente digna. An nō erat bonum vt Iudæi confiderent in patre ſuo Abrahamo? Nonne ſancti orant pro peccatoribus? Nonne Stephanus orauit pro Paulo? Verum eſt, & bona eſt oratio, & interceſſio ſanctorum: ſed oportet vt tu etiam, quidquid in te fuerit ſuppelleſtilis addās. Etenim ſancti in celo pro impijs intercedunt; ſed cum eorum interceſſio Deum non obliget, vt faciat quæ ipſi orant & petunt: conſilium eſt ſaluberrimum & prudentiſſimum, vt nemo illi baculo innitatur: ſed pro vitii contentat iniquitatem fugere, ne in ea moriatur. Vnde Petrus. Dabo operam frequenter habere vos poſt obitum meum: vt horum omnium memoriã habeatis. Quod Petrus promiſit in carne, præſtat in celo. Orabit & orat pro omnibus, ſed non omnes eius oratione ſaluantur, ſed tantum illi, qui electi & præordinati ſunt in vitam æternam. Noluit Deus acceptare preces Samuelis, qui pro Saul orabat: quem Deus abiicere ſtatuit, nec preces Ieremię ſuſcepit pro populo deprecanti, quem reliquere decreuit. Itā ſancti pro omnibus orāt, ſed vnde tu ſcis, ex eis eſſe, quibus Petri vel ſanctorum oratio proderit? Noli ergo orationibus ſanctorum ſolum confidere: ſi iniquus eſſe vis. Sed ad Deum conuerſus inuoca ſanctos patronos, non alias: nam ſi in tuorum peccatorum ſtereore adhuc es inuolutus, quid ſanctorum meritis confidis? Vana eſt hæc tua confidentia. Sic iſti Iudæi cum male & peſſimè viuere, confidebant meritis & orationibus Abraham, cuius præcibus ſe ſaluos exiſtimabant: quod erroneum erat, & ineptiſſimum. Qui error inde prouenire poterat, ex eo quod habetur in Leuitico. Nam cum Deus numeraret omnia mala, quæ miſſurus erat populo illi, dixit in fine. Tunc recordabor fœderis mei, quod pepigi cum Abraham, Iſaac, & Iacob. Quod illi intelligere debent facientes pœnitentiã, ad illius modum, qui aliquam rem recordatur, illis parcere quia miſericors eſt: & diligit ſemen Abraham quod non permittit perire. Nam cum haberent patrem Abraham de ſuis meritis confidentes, iniquam & turpem debebant vitam, ſolum hoc contenti quod filij Abraham haberentur. Quod quidem multi etiã ſunt monachi, qui imitentur, dicentes patrem habemus Benedictū, Auguſtinum, Hieronymum, Franciſcum, & Dominicum: & dicunt ſicut Iudæi patrem habemus Abraham. Patrem (inquiunt) habemus Dominicum vel Franciſcum, & alijs narrat egregia facta, & mirificis encomijs prædicant laudes fundatorum religionum. Et dicunt. Noſter ordo tot habet ſanctos in ſanctorum catalogo ſcriptos, tot ſummos pontifices, tot cardinales, epiſcopos, & magiſtros, & in his gaudent, & inaniter gloriantur: cum nimiam à vera ſanctorum patrum virtute ſua impietate, & morū tepiditate degenerēt. Quibus merito dicere poſſumus, illud, quod Chriſtus Iudæis. Si filij Abraham eſtis, opera Abraham facite. Quos etiam hic beatus Ioannes monet, ne vana ſpe fallantur. Dico enim vobis, quod potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abraham. Abraham eſt in datiuo, ſicut illud actuum apoſtolorum. Si, hoc eſt. Nunquid in hoc tempore reſtitues regnum Iſrael? Pro ipſi Iſraeli. Sed mirum videtur quomodo poſſit Deus hoc facere cum Abraham iã obierit: & carnales filij ex carnali ſemine propagentur. Nam bene Deus ex lapidibus quos tūc Ioannes digito oſtendebat poterat homines facere, & ex nihilo creare: ſed quod iſti homines ſi facti & creati eſſent filij Abraham, impoſſibile videbatur. Sed cum Deo nihil impoſſibile ſit & poteſtas eius ſit inſinita, multis modis hoc facere potuit. Primo quia poteſt tranſſubſtantiando conuertere vnum in aliud ſubſiſtens, ſicut quotidie facit in ſacroſancto Euchariſtię ſacramento, vbi fit tranſſubſtantiatio, nam ſubſtantiã panis conuertitur in ſubſtantiã corporis Chriſti. Et ſic lapides in Iudæos tunc vel nunc exiſtentes conuertere poterat. Item potuit hoc facere ſuſcitando Abraham, & lapides in ſemen eius conuertere. Multis etiam alijs modis nobis ignotis poterat Deus hoc efficere. ¶ Ad noſtram tamen eruditio nem ex hoc loco licet colligere, non de parentum ſtemmatis aut ſanguine gloriari: ſed ita boni & virtutibus imbuti ſumus, vt a nobis ipſis nobilitas generis incipiat, quamuis progenitores noſtri nobiles non fuerint. Eſto tu ſtudioſus & à te nobilitas tuæ ſobolis oriatur quamuis atani tui, eam non habuerint: nā ſi moribus & vita deterior es, in te finitur tuorum parentum antiqua nobilitas. Etenim melius eſt principiū eſſe nobilitatis, quã finis: & melius eſt nouam domum nouis & egregijs factis erigere, quam antiquam obſcuris ſceleribus demoliri. Virtus eſt virtutibus domum condere, & vitium illam deſtruire. Etenim ad videndum non lucem quæras in oculis alienis, niſi proprijs oculis illam habueris: nihil enim aut pa-

enim aut parum claritas & ceſſitudo alienę nobilitatis tibi proderit, niſi tecum illā habueris. Quocirca optimū eſt bonum, & nobilem eſſe, quam à bonis & nobilibus deſcendere. Magnū quippe ſignum eſt te non eſſe bonū, quandoquidem alienam bonitatem opus habes emendicare: & quia verā in te nobilitatē non habes, à tuis parentibus illam petis. Argumentū quidem euidentiffimum eſt nimis pauperē & egenum nobilitatis eſſe: quã doquidem aliorum factis & virtutibus teiſum locupletare vis. Illa vera nobilitas eſt, quæ ſanctis & bonis moribus animam ipſam pulchram & formoſam reddit: nam morum & vitæ claritas & ſplendor hominem gratum Deo efficiunt. Nobilitas corporis non tua, ſed aliena & emendicata eſt: at vera nobilitas, quæ virtus eſt tua propria eſt, quam nemo à te rapiet, niſi tu velis. Quid obſecro tu mereris, propter ea, quæ alij ſibi comparant? Quod argumentum affers, vt dignū laude te iudicas, propter id, quod à parentibus hæreditati? Nobilitas proliſ ab ipſa generatione procedit: at virtutis nobilitas ab ipſis virtutibus emanat, quantum ad virtutes acquiſitas. Et ex radice amara dulcis ac ſuauiſ fructus colligitur, & ex inſima prole natus, ſi ipſam virtutem tibi coniungas, nobilis & illuſtris euadere poteris. Sed, pro dolor, vt ſunt multi, qui quoniam à nobilibus parentibus ſunt orti, licentiã & facultatē ſibi ipſis faciunt, vt ſuperbi ſint, elati & arrogantes. Gloria eorum (inquit Oſeas) à partu, & ab vtero, & à conceptu. Ea etenim quæ ſibi debent eſſe argumentum, vt ſtudioſe & caſte viuerēt, occaſo illis ſunt vt peiores & deteriores euadant. Namque ſanguinis & proliſ nobilitas nobiles cogit, vt ipſam virtutem ſequantur: vt atani & proauj fecerit. Nobilitas quippe eſt pactum quoddã & iuramentū, quod tales obſeruare in perpetuū debent ad inſequendam & ſectandam virtutē: at qui id non faciunt, veluti monſtra ſunt & à vera natura degenerantes. Ne igitur te ipſum iactes, nec glories de antiquorum ſtemmatis: quia audientibus teſtimonium exhibes tuæ inſanię & inſcitia. Dominus enim Saul elegit in regē Iſrael cū ex inſima familia & ex minima tribu illius populi eſſet. Potius dominus ad hominem attendit, quã ad illius nobilitatē. Et cum Chriſtus in mundū venit non elegit nobiles (vt inquit Paulus) ſed ignobiles & contemptos, quales fuerunt piſcatores illi & diſcipuli eius. Et ipſe redemptor vt eorum arrogantes animos & elatā ſuperbiã reprimeret, qui in ſimilibus vanitatibus conſidunt, & de eis gloriantur, dixit ſe eſſe paſtorem. Proiice à te quaſo hanc inſaniã, & reminſcere vilem puluerē & cinerē eſſe, & quod nec tibi ignoſcēt vermes: qui etiã eos qui te genuerunt, deglutiant. Nobilitas namque quã ab illis accepſti, eſt mortalitas & corruptio. Hæc ſunt arma quę in tuis ſtemmatis debes depingere: nec illa ſupra portas domus cōſtituas, ſed potius in tui cordis abditiſ & penetralibus reconde. Hi Phariſæi & Sadducæi gloriabantur ſe patrē habere Abraham, & ab illo ortum ducere: quodquidē in maiorem illorum cedebat ignominiam: quandoquidem ſecundum rei veritatē ex ipſis lapidibus poterat Deus filios Abraham efficere. Sed iã ad contextum. *Iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Ac ſi diceret. Iam ſecuris poſita eſt ad radicem*

enim aut parum claritas & ceſſitudo alienę nobilitatis tibi proderit, niſi tecum illā habueris. Quocirca optimū eſt bonum, & nobilem eſſe, quam à bonis & nobilibus deſcendere. Magnū quippe ſignum eſt te non eſſe bonū, quandoquidem alienam bonitatem opus habes emendicare: & quia verā in te nobilitatē non habes, à tuis parentibus illam petis. Argumentū quidem euidentiffimum eſt nimis pauperē & egenum nobilitatis eſſe: quã doquidem aliorum factis & virtutibus teiſum locupletare vis. Illa vera nobilitas eſt, quæ ſanctis & bonis moribus animam ipſam pulchram & formoſam reddit: nam morum & vitæ claritas & ſplendor hominem gratum Deo efficiunt. Nobilitas corporis non tua, ſed aliena & emendicata eſt: at vera nobilitas, quæ virtus eſt tua propria eſt, quam nemo à te rapiet, niſi tu velis. Quid obſecro tu mereris, propter ea, quæ alij ſibi comparant? Quod argumentum affers, vt dignū laude te iudicas, propter id, quod à parentibus hæreditati? Nobilitas proli� ab ipſa generatione procedit: at virtutis nobilitas ab ipſis virtutibus emanat, quantum ad virtutes acquiſitas. Et ex radice amara dulcis ac ſuauiſ fructus colligitur, & ex inſima prole natus, ſi ipſam virtutem tibi coniungas, nobilis & illuſtris euadere poteris. Sed, pro dolor, vt ſunt multi, qui quoniam à nobilibus parentibus ſunt orti, licentiã & facultatē ſibi ipſis faciunt, vt ſuperbi ſint, elati & arrogantes. Gloria eorum (inquit Oſeas) à partu, & ab vtero, & à conceptu. Ea etenim quæ ſibi debent eſſe argumentum, vt ſtudioſe & caſte viuerēt, occaſo illis ſunt vt peiores & deteriores euadant. Namque ſanguinis & proliſ nobilitas nobiles cogit, vt ipſam virtutem ſequantur: vt atani & proauj fecerit. Nobilitas quippe eſt pactum quoddã & iuramentū, quod tales obſeruare in perpetuū debent ad inſequendam & ſectandam virtutē: at qui id non faciunt, veluti monſtra ſunt & à vera natura degenerantes. Ne igitur te ipſum iactes, nec glories de antiquorum ſtemmatis: quia audientibus teſtimonium exhibes tuæ inſanię & inſcitia. Dominus enim Saul elegit in regē Iſrael cū ex inſima familia & ex minima tribu illius populi eſſet. Potius dominus ad hominem attendit, quã ad illius nobilitatē. Et cum Chriſtus in mundū venit non elegit nobiles (vt inquit Paulus) ſed ignobiles & contemptos, quales fuerunt piſcatores illi & diſcipuli eius. Et ipſe redemptor vt eorum arrogantes animos & elatā ſuperbiã reprimeret, qui in ſimilibus vanitatibus conſidunt, & de eis gloriantur, dixit ſe eſſe paſtorem. Proiice à te quaſo hanc inſaniã, & reminſcere vilem puluerē & cinerē eſſe, & quod nec tibi ignoſcēt vermes: qui etiã eos qui te genuerunt, deglutiant. Nobilitas namque quã ab illis accepſti, eſt mortalitas & corruptio. Hæc ſunt arma quę in tuis ſtemmatis debes depingere: nec illa ſupra portas domus cōſtituas, ſed potius in tui cordis abditiſ & penetralibus reconde. Hi Phariſæi & Sadducæi gloriabantur ſe patrē habere Abraham, & ab illo ortum ducere: quodquidē in maiorem illorum cedebat ignominiam: quandoquidem ſecundum rei veritatē ex ipſis lapidibus poterat Deus filios Abraham efficere. Sed iã ad contextum. *Iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. Ac ſi diceret. Iam ſecuris poſita eſt ad radicem*

Hab. 12.  
1. Reg. 15  
2. Reg. 12

Luc. 13.

Psal. 50.

Ioan. 8.  
Exec. 16.

Psal. 71.

Ierem. 7.

Ioan. 8.

Act. 7.

1. Pet. 11.

1. Ro. 15.

Ierem. 7. 6.

11.

Leuit. 26

Ioan. 8. 4

Act. 1.

Oſeas. 50

1. Reg. 9.

1. Cor. 10  
Matth. 4

Ioan. 10.

tem arboris diu tolerat. Succindetur a stirpe populus Abrahæ, & inferentur gentes. Securis diuinum est iudicium, & ira Dei, indignos a vita rescans, nisi pœniteant. Admota tamē est securis radici, nō ramis aut truncis: quia funditus est euertenda nisi fructus dignos pœnitentiæ egerit. Poterant enim dicere Pharisæi: Volumus facere pœnitentiam, sed non opus est vt statim ad hoc conemur, quia adhuc manet nobis tempus: Ioannes autem dicit non esse expectandum, quia iam venit tempus, & securis ad radicē arboris posita est, & appropinquat tempus exilij. Dicebat hoc Ioannes quia pœnitentia eorum iam appropinquabat. Vaticinatur quippe exilium Iudeorum. Iam appropinquat tempus desolationis Iudaorū, & cessabit sacrificium vestrū, & ceremoniæ vestræ, & synagoga sepelietur. Potens est enim Deus ex lapidibus gentiū suscitare filios Abrahæ: hoc est veros Israelitas fideles & credētes, sicut fuit Abraham, qui quamuis nō sint ex eius semine propagati tamen fide erunt filij eius fideles. Nam omnis arbor que non facit fructū bonum excidetur, & in ignē mittetur & ardebit. Ideoque statim facite fructus dignos pœnitentiæ. Non ait iam secatur, sed iam posita est ad arborem, vt significet in hac vita esse tempus huius iræ per pœnitentiā fugiendæ. Nec ait securim hanc ad motū ad arboris ramos vt maneat post mortē spes aliqua pullulandi, sed ad radicem vt funditus euellatur, & in ignē extinguibilem mittatur, sine vlla spe remedij aut pœnitentiæ: sicut est arbor radicis secata. ¶ Iam hic vides quomodo pœnitentiā ex timore facta nō sit mala, vt impie docent Lutherani. Nam Ioannes timorem mortis & gehennæ hic inuitit peccatoribus. Etenim si peccatorum dolor & pœnitentia quæ a timore serui inchoatur, bona non esset, nunquā Christus peccatores ad pœnitentiā hortaretur, dicens inferius. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. De hoc mortis & iudicij timore multa etiā dixerit Christus apud Mattheum. Et in illa parabola cū misit vocare inuitatos, iussit vt compellerentur ad intrandū: vbi non suauit tractatione, sed per quandā vim & violentiam ad ingressum cōpelli iussit. In illa etiā parabola de impio illo seruo, qui fratri suo centum denarios dimittere noluit, iubens illum in carcerem detrudi, timorē & terrorem inuitit Christus. Igitur aperte ex his omnibus cōstat non esse malam pœnitentiam ex timore procedentē. Vt enim ab inordinato amore creaturarū reuocetur peccator bonus & salutaris est timor gehennæ, vel alterius cuiuscūque terribilis pœnæ. Sicut bruta animalia ab scīs quas maximē concupiscunt coercentur. Etenim si canis ad cibum curret, baculum proiciat, statim pedem sistit, si mineris acrius, retrahit paulatim pedes: si acerbius agas, & vehementiori impetu contra illū insurgas, prorsus derelictū, quem concupiscebat, cibo fugam capescit. Sic etiam timore pœnarū possunt cohiberi peccatores a suis illecebris & voluptatibus. Verum licet mala nō sit hæc pœnitentia ex timore facta, tamē non erit bona nisi vltra progrediatur, scilicet, nisi ex timorem transierit ad amorē. ¶ Admonet locus iste vt bonum semper insequamur, & fructus bonorum operum edamus: ne inutilitatis, & sterilitatis arguamur. Namque si arbor non produ-

cit fructus, ad nihil aliud prodest, nisi vt scindatur, & in ignem mittatur: quemadmodum de fructu illa sterili, quā Dominus tribus annis expectauit: at videns eius infecunditatem scindi iussit. Vidisti ne vnquam, obsecro, pyrum abundantem & fecundā pyris in ignem mittere? Vtinam ne tantam arborē infertuosas nos in ignem Deus mittat, & vitæ cursum impediatur, & rapiatur tanquā ab indignis possessoribus. ¶ Docemur etiam, vt protinus manus ad aratrum mittamus, & agamus pœnitentiam: quandoquidem nescimus qua die, vel qua hora mors sit ventura. Iuxta illud Ecclesiastici. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem pœnitentiam: quia subito venit ira Dei, & destruet te in die vindictæ. Vt illis, qui cū securis iam posita sit ad arborem, & caput eorum canis sit plenum: non vident quomodo cito transit dies & hora pœnitentiæ, nec aduertūt quomodo dies salutis abeat. Mirum est tantum pigrum & inertē videre, cū mors ad ostiū domus tuæ sit. Attēde, obsecro, & vide, quod iam securis ad radicem arboris posita sit. Respondeas oro & obtestor quicūque sis, qui hæc legas: quādo securis arborum sciderit, in quam partem arbor cadet? Equidem ad eam partē in quam antea procliuior erat. Nam si magna aliqua arbor in sinistram partem omnē suam molem & ramos incuruat, si hæc talis scindatur, dubio procul in sinistram manum cadet. Si igitur tu omnia desideria tua, affectiones, & cogitatus in res mundanas coniciis, & omnes curæ & sollicitudines tuæ non nisi honoribus, diuitiis, & voluptatibus student, dum hæc tibi durat vita: qui fieri potest, vt cū mors venerit, in dextrā Dei foelicissimam beatorum fortē cadas? Vt illis qui in vitis & peccatis vitam degentes, vanē confidunt futuros esse cæli, & beatorū sedium incolas: nam illa fors illis continget, quam semper in vita amarunt, & dilexerunt. Quocirca maximē curandū tibi est, vt talis viuas qualis cupis in morte reperiri. Hoc igitur eum ventura die contingere possit, quando iam securis ad radicem arboris posita est, vitam tuam sanctis institutis & moribus dirige, nec dicas: cras istud faciā, subinde repetens: nam de quocunque temporis momento arētissima tibi exigetur ratio. Totis igitur neruis incumbere, vt ad bonam partem cadas: nam vbi ceciderit arbor, ibi perpetuo manebit, iuxta illud. Vbi ceciderit lignum ibi erit, siue ad Austrum, siue ad Aquilonem. Hæc omnia dicta diligenter obserua: nam si rursus feceris, aduersus te sententia Ioannis fulminatur. *Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Hoc est, Omnis homo adultus, & rationis compos, qui non seruat præcepta, & mandata Dei, excidetur & separabitur a consortio electorum. Iuxta illud Esaiæ. Tolle tur impius, ne videat gloriam Dei. Et in ignē infernalem in iudicio hoc particulari anima eius mittetur: in iudicio verō vniuersali anima simul & corpus. Vnde Saluator: Omnem, inquit, palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & in ignem mittet & ardet. Omnis homo siue iustus ille sit, siue peccator: quasi quadam arbor censetur: & tali nomine in scriptura sacra nuncupatur. Vtrūque enim iustum & peccatorem arboris appellatione Deus significauit, cū per Ezechielē ait: Ego Dominus humili-

humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignū humile. Quod apertius Christus dixit: Qui se exaltat, humiliabitur, &c. Fructus huius arboris sunt opera: radix siue bona siue mala est appetitus siue bonus siue malus. Præscinduntur rami, quando definit iustus bona facere, vel facit mala: & etiā quando malus non agit malum, vel facit bonum. Sed quia radix in eo manet, scilicet bona voluntas in iusto, & mala in peccatore: statim ad odorem aquæ spiritualis iustus bonū germinat. Cū enim de Deo audit, & mortem meditat, operatur bonum: quia radix in eo manebat. Exemplū huius rei est in Dauide, qui peccatis, præscissus est a Deo: non tamē sine germinandi spe. Nam cū Nathan illum de peccato redarguit, ad odorē illius aquæ reuixit, & flores pœnitentiæ germinauit. Vnde Iob, lignum habet spem, si præscissum fuerit: rursus virebit, & rami eius pullulant. Similiter peccator licet rami eius præscindantur, nisi eradicetur spes habet, nam ad priora peccata se conuertet: etenim oblata occasione ad vitia pristina redibit. Et tales sunt qui in sancto quadragesimæ tempore a vitis purgantur, aduentante autē paschate, tanquā canes ad vomitum præcipites irruunt. Sicut bonus facit comā, vt ait Iob: quia melior & sanctior fuit: sic malus facit comā, quia tanta multitudo vitiorum obruitur, quanta prius premebatur. Sed iam singula verba vt pote mysterijs plena attētius veniunt perpendenda. ¶ Omnis, inquit, arbor. Omnis siue nobilis sit, siue diues, rex, siue pastor, cuiuscunque ille sit status, aut conditionis nō effugiet a ventura ira. Omnes enim in manus Domini cadent. Existimas ne tu quāuis ditissimus & potentissimus sis, nisi rectā egeris vitam, iram domini euadere? Etenim magnatas, & potētes iudicā, quod quemadmodum prospere & foeliciter & secundis rebus fortune hanc vitam transeunt, nunquam visuros esse mala: non aduertentes ad id quod scriptura dicit. Potentes poterit tormenta patientur. Oculi igitur mentis aperiant, & videant: quod omnis arbor quantūuis maxima illa sit, & quamuis altissimas egerit radices, quamuis frondibus & pulchritudine ramorum rideat, tandem si fructus non emiserit bonos, excidetur, & in ignem inferni deportabitur. Manus igitur habeant liberales in pauperes, & egenorum & pauperum misereantur, a blandis & delicatis lectulis surgāt, & sanctis operibus se exerceant: nam etiam in serenus illis patet vastis & magnis gurgitibus. ¶ Fructum etiam dicit bonum, non folia: quia Deus nō tantum ab homine Christiano verba bona petit, sed recta & sancta opera. Esaias etenim diuino ore loquutus nō dixit. Discite bene loqui, sed discite bene facere: etenim perfectio Christiana non verbis, sed operibus constat: nunc autē que huius tempestatis infelicitas est, non aliud in hominibus inuenies, quam verborū frondes, non autem bonorū operum fructus. ¶ Obserua etiam quod non dixit, quē fructū arbor producat, sed quia vnicuique arbori datur specialis fructus. Vnicuique enim diuisit Deus mensurā spiritus diuidens singulis prout vult: ideoque vnusquisque iuxta talentum sibi traditū afferat fructum. ¶ Præterea non dicit, quæ non fecit, vel quæ non fecerit, sed quæ non facit fructum, vel nō faciens in presenti, non autem in præterito, aut in futuro: quia non

sufficit semel aut bis bonum fecisse, nisi semper facias, & in eo perseueres. Nec dicit fructum magnum, sed fructum bonum. Non enim in iudicio a te quæretur si plures ecclesias edificaueris, vel monumenta posteritati mandaueris, sed si inimicos dilexisti, & fame pereuntes adiuuasti, &c. ¶ Expende etiam, quod non dicit: Arbor quæ fecerit malos fructus, scilicet homicidia, furta, & id genus alia: sed quæ non facit fructum bonū, quare peccata omissionis dānantur hic. Itaque si peccatum omissionis dignum est igne inferni: quam acerrime punientur peccata commissionis in inferno? Si inutilem arborem, quæ bonū facere negligit, sic Deus castigat: quomodo putas quod punientur adulteri, & homicidæ? Ex hoc loco satis aperte constat, quod sola ommissio committit peccatum mortale: nam hic de omissionis peccato loquitur: quia non tantum ille qui malum facit, damnabitur: sed etiam qui bonum omiserit, ad quod tenetur. Cuius rei exemplum est ille inutilis seruus de quo Dominus in Euangelio Matthei ait: Inutilem seruū proiicite in tenebras exteriores. In iudicio namque generali & extremo peccata omissionis contra malos sunt discutienda. Arguentur etenim de bonis que nō egerunt. Esuriui, non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis mihi bibere, &c. ¶ Rursus aduertendū est, quod non dicit arborem eradicandā, sed excidendam: quia vir impius cū moritur, radices relinquit in terra. Nam radix quæ voluntas, seu affectus, siue appetitus est mortuo impio manet in terra: nam licet pereat quia in vita sua desideria in terra collocauerat, in terra manent desideria illa opes, diuitiæ, & memoria. Obstinatus in malo, & plenus istis desideriis, & sic in æuum permanet inuolutus suis terrenis desideriis. Sed iustus quia ea quæ optauerat, erant cælestia, non reliquit radices suas in terra: non exciditur, sed totus in cælum euolat. Nihil in terra amatū reliquit, siquidem nihil in terram cōcupiuit. ¶ Denique obseruandum quod vltimo dicit, quod in ignem mittetur: quia arbor quæ igne bono & cælesti hoc est Dei dilectione & amore calefieri noluit, igne malo & infernali cōburatur: vt pœna correpondeat delicto. Imo verō arbor quæ malo igne & carnali exarsit, igne vehemēti torquetur. Mitti autem dicitur: quia in eius potestate non est, non mitti. Sicut lignum quod in potestate est mittentis. Etenim illa misera anima quæ poterat volūtariē pedem ab igne subtrahere in hac vita, & noluit: quāuis post mortem nolit, in ignem mittetur, neque facultatem habebit postea ab igne euadendi, sicut non habet arbor in rogam coniecta. Vt igitur arbor quæ in ignem conicitur, per se ignem euadere non potest: ita nec misera anima vbi infernum descendit. Tunc enim quos ignis tanti amoris diuini non calefecit: ignis tanti doloris exuret. Vt quos ignis charitatis & amoris caminus aternitatis non excepit, excipiat ignis ille furoris & indignationis Domini. Vt igitur peccatori qui tā male legit. Namque si ignem charitatis eligeret, qui sicut ignis materialis saporem omnibus condimentis confert: iucundā vitam in hoc seculo degeret. Quia amor omnia dulcia facit, & nomē difficultatis ignorat: postea verō in seraphicis choris cū Angelis lactaretur. Sed maluit stultus & demens

Luc. 13.  
Matt. 24  
& 25.  
Luc. 14.  
Matt. 18

Luc. 13.  
Eccles. 5.  
2. Reg. 12.  
Iob. 14.  
2. Pet. 2.  
Sap. 6.  
Esa. 1.  
Esa. 26.  
Eph. 4.  
Ioan. 15.  
Ezech. 17

Matt. 25

demens



demens hic ardere & torqueri igne cupiditatis & ambitionis, quo igne peccatores hic cruciantur, & postea in inferno comburi: quam hic cū Christo exultare, & cum sanctis gaudere, & postea in æternum lætari. Sed iam de his sit satis: sequentia videamus. Cum igitur Ioannes hæc populo prædicaret, tāta erat ipsius verborum efficacia, vt audientes conuerti salutem & remedii petentes concurrerent. *Et interrogabant eum turba dicentes: Quid ergo faciemus? Vulgus hominum simplex interrogat, sicut in Actis Apostolorum legimus, quod compunctis corde dixerūt Apostolis: Quid faciemus viri fratres? Sed Pharisei & scribæ non hoc fecerunt, quia difficulter corriguntur sapientes & magni in suo sensu confisi, sicut apud Ioannem dixerunt. Nunquid ex principibus credidit in eum, aut ex Phariseis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt. Quod etiam quotidie fieri videmus. Etenim literati se ipsos de sua scientia gloriantes: & sapientes in oculis suis, sæpe irridunt doctos homines, qui conuertuntur, ipsi verò suo ingenio inflati indurati manent. Diuites & potentes posteriores sunt in obsequio Dei, cum in deliciis & voluptatibus huius seculi detineantur. Ex quo docemur potius nos debere gaudere si in hoc seculo simus ex sorte humilium, & contemptorum: quam si optimates & capita populorum iudicemur: quandoquidē paruuli in obsequio domini priores sunt. Vnde diuinus Paulus. Noli altum sapere, sed time. Si vis in cælo magnus esse, humilis in mundo esto. Igitur hæc turba videns sanctimoniam Ioannis, & vitam arctissimam, & quod nihil nisi eorum salutem intendere, verbis eius fidem præstitit: idcirco petentes consiliū, quærebant ab eo, quid facturi essent. Ac si dicerent. Siquidem tam asperè & acriter nos increpasti, & tantum dicis nobis imminere periculum, quod nobis exhibes consiliū, vt euadamus mala quæ comminaris? Obserua autem quod non dixerūt. Quid dicemus, sed quid faciemus? Melius quidem & rectius intellexerunt hi qua in cælo esse eundem via, quam impius ille & sceleratus Lutherus, qui solā fidem esse dicebat sine operibus ad salutem. At hi quoniam cognouerant necessaria esse bona opera: interrogarunt quid facere deberent, vt fieret salui. *Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas det non habenti, & qui habet escas similiter faciat.* Interrogatus Ioannes de salute obtinenda, ab operibus misericordie inchoat: nam de illis in vltimo iudicio peccatores arguentur. Tunc enim vt in Matthæo habetur, his qui a sinistris erunt, dicit iudex: Esuriui, & non dedistis mihi māducare, sitiui, & non, &c. Breuis est Ioannis in verbis, sed abundans eius verba mysteriis. Primo enim hæc verba eleemosynam commēdat: secundo fit, cui faciendā sit ostendit. Tertio charitatem & ordinem faciendā eleemosynam ostendit. Sed singula iam expendamus. Formidanda equidē sunt verba Ioannis. Si enim quod superfluit de vestimēto, cibo, & potu, & aliis similibus misericorditer est pauperibus erogandum: quid in diuino iudicio responsuri sunt, qui tot vestibus preciosis non necessariis abundant, qui tot ferculorum genera quotidie parant qui tantam sibi pecuniam congregant, pauperibus verò parum aut serè nihil impen-*

dunt? Verum si de patrimonio proprio seu possessione propria sic agere, tam impium est atque damnabile: quis aliquin queat de patrimonio crucifixi de bonis ecclesiæ quæ pauperibus sunt consecrata, preciosa, curiosa, & superflua vestimēta habere, delicate ac splendide epulari, pauperibus aut parum aut nihil præstare? Sed horū vana cogitatio & erroris est, nam existimant, quod id quod pauperibus tribuunt, amittunt, & perdunt: & quod in nullam eorum vtilitatē cedit: nam in arca iam non inueniunt quod pauperi dederunt. Quo quidem signa manifesta exhibent suæ parue fidei: quandoquidem non credunt Deo qui in scriptura sacra sapius dicit, quod non amittimus id quod in pauperes distribuitur, sed potius tutissimo loco conseruatur, & multiplicat illud Dominus non sine magno fenore. Vnde egregius Pfalteres: Dispensit, dedit pauperibus iustitia eius manet in seculo seculi. Dispersisse dicit virū iustū res suas in diuersos pauperes: sed eleemosyna sua non est perdita, sed manet in seculo seculi. Et in Proverbis: Qui dat pauperi non indigebit: qui despicit sustinebit penuriam. Illi viduæ quæ Hebraea hospitium dedit, nec oleum nec farina defuerunt. Etenim quia homo misericors bene dispensat pauca bona sibi commissa, ideo merito super multa constituitur: iuxta illud quod Saluator dixit seruo fideli: Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituā. Hac de causa in scriptura semini comparatur sicut Apostolus de eleemosyna ait ad Corinthios scribens. Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Semen enim videtur perdi cum seminatur: sed multo melius seruat, & multiplicatur. Sic eleemosyna cum datur, seruat, & cum vsuris acquiritur. Ideo Ecclesiasticus: Perde pecuniā propter fratrem, & non abscondas illam. Vide quam bonum consiliū sit dare pauperi: nam res nostras amittimus, quæ diu durare non possunt, & faciamus illas æternas & immortales. Si frumentum seruas, illud perdis: & si perdidideris, seminans renouas: solas enim quas dederis, semper habebis opes. Præterea semē absconditur: sic eleemosyna occulte eroganda est. Vnde in Ecclesiastico habetur. Conclude eleemosynā in sinu pauperis, &c. Et Dominus in Euangelio: Attendite ne iustitiā vestram faciatis coram hominibus. Quod declarans dixit. Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te. Item in vno anno seminatur, & in alio legitur. Sic eleemosyna in hyeme huius vite seminatur, & in vere gloriæ colligitur anno venturo vitæ æternæ. Deinde semen gelu pressum & retardatū vberius fructificat. Sic eleemosyna quæ aduersitate premitur, maiorem habitura est remunerationem, & sic eleemosyna quæ occulte fit, digna est maiori remuneratione, quā illa quæ laudatur. Denique & hoc mirabile est quod semen eleemosynæ magis multiplicat & augetur in sterili terra, quam in abundanti & pingui: nam si eam in diuites erogas, illam amittis, si autem eam largiris pauperi, inopi, & percusso, centū pro vno accipies. Vnde Christus: Cum facis conuiuium, voca pauperes & debiles. Quod etiam Ioannes in his verbis dixit, scilicet, date escas & vestes nō habenti. Non enim dixit, date habenti, sed non habenti:

benti: quia eleemosyna nō est eroganda diuitibus sed pauperibus & egenis. Quapropter Eliseus propheta iussit ponere oleū in vasis vacuis, non plenis, nam quod ponitur in plenis diffunditur. Itaque reponēda est eleemosyna in vasis vacuis: hoc est in pauperibus, quorum crumena vacua sunt pecuniis, quorū arcule vacuæ sunt vestibus: quorum domus vacua sunt suppellectilibus & tapetis. In vasis vacuis oleum est fundendū, & cum illis misericordia est exercenda: non autē in vasis plenis, hoc est in diuitibus qui pleni sunt bonis temporalibus. Nam in istis vasis plenis diffunditur oleum, & perditur meritum: quia nullā inuenies retributionē. Nunc autē quod est mūdi Labyrinthus & chaos, dona & munera non mittitur nisi diuitibus & potentibus, vt homines in illorum gratiam possint deuenire. Terra arida & sicca irriganda est: non autem quæ pluuiis & tonibus mada est. Pauperi & inopi qui sitit & aret cum superfluis bonis subuenire debes: non autem diuitibus: nam qui id faciunt, nihilo faciunt sapientius quam qui aquam in mare ferunt. Et hoc est secundum quod docuit Ioannes ostendens quibus sit eroganda eleemosyna. Tertio charitatem & ordinem faciendā eleemosynam ostendit. Nam non dixit, qui habet vnam tunicam det illam non habenti, & ipse maneat nudus: hoc enim esset contra charitatis ordinem. Nam non solum charitas sed ordo diligēdi est in præcepto: vt homo super omniam diligat Deum, deinde seipsum, postremo proximum, secundum quod magis vel minus sibi conuicti sunt: aut maior est ratio dilectionis. Ideo debet homo primum sibi ipsi necessaria ministrare: deinde quod superest indigentibus porrigere: eodem modo vt ipse vellet sibi fieri, si in eadem vel simili constitutus esset necessitate, nam fraternā charitas hoc requirit. *Venerunt autem publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum. Publicani erant, qui a fisco aliquid conducunt, & præcipuè qui vestigalia exigunt. Iudei hos exosos habebāt, & officium hoc vile & abiectum habebatur apud illos: quia vi, rapina, & fraude non raro pecebant: plus ab hominibus exigentes, quam leges superiorum præscriperant. Et hi qui peccatores erant, se conuerterunt, & ad baptismum Ioannis veniebant: sed Pharisei sua superbia tumefcentes non conuertebantur. Ideo dominus dixit eis. Publicani & peccatores præcedent vos in regno Dei. Dicebant itaque Ioanni. Magister, quid faciemus? Bene: fructuose & vtiliter querunt. Multi curiosa & inutilia querunt. An scilicet Deus posteriora habeat, quia dixit Moyse. Posteriora mea videbis: Alij seculares & mulieres querere solēt. An Salomon saluus fuerit, nec ne: & multa his similia. Verū quid facturi sunt pro æterna salute adipsenda, & vt vitam consequantur perpetuam, paucissimi sunt, qui id querant: aut nulli. Vitam suam conterunt in sapiēdis curiosis & inutilibus: ea verò a tergo relinquunt, quæ ad salutem animæ & saluationem conducunt: qui quidem vt pudore suffunderentur deberent audire Ieremiam dicentem. State super vias, & videte & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea. At isti quia prouidenter interrogabant, digni erant, vt eis responderetur, quæ ad salutem conducerent. Etenim Ioannes vt eius præcursor;*

qui neminem quamuis grauissimum peccatorem reiecit, publicanis suauiter & benigne respondebat, dicens. *Nihil amplius quam constitutum est vobis factum.* Fraudem quasi familiarem illorum peccatum præ cæteris omnibus dehortatur, monens ne ultra quam constitutum est faciant. Ac si diceret. Si non potestis vestra largiri: sit tamen ille primus gradus ad melius vitam vestra institutum, vt abstineatis vos a rapiendis alienis. Habetis enim mercedem præscriptam a rege illam solum & nō aliud a populo exigatis. Ne amplius extorqueatis in vestrum vsum vel lucrū, ultra id quod præscriptum est. Nullus itaque vestrum legem sibi præstitutam, nec terminos officij sui transgrediat, ne præsumptionis sit reus, & male apud populum audiat. Sed quod sibi incumbit, obseruet, nec aliena inuadat. Iuxta illud quod in prouerbis legitur. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Et in Deuteronomio etiam habetur. Non transferes terminos, quos fixerunt priores in possessione tua. Etenim de his qui contra hæc agunt in libro Iob dicitur. Alij terminos transulerunt. ¶ Aduertendum hic est diligenter quod Ioannes Baptista non damnat hic vestigalia regum & principum sed potius videtur ea approbare. Nam si reges non possunt sua vestigalia & exactiones reponere, non vtique Ioannes diceret. Nihil amplius quam constitutum est vobis faciatis. Sed Ioannes non prohibet exactiones, sed excessus earum, & quod iure reportari nequit. Nā principibus & regibus lege diuina & naturali vestigalia & tributa debentur. Et quod de publicanis dictum est etiam de aliis officiis intelligendum venit. Indiget namque orbis gubernatione principum, & constitutione legum ne malorum improbitas insurgens, innocentibus perniciem machinetur. Etenim vnus vel alter homo siue ille sit Cæsar inuictissimus quid solus efficere valebit, nisi sibi coadiutores habuerit, quorum ministerio probos defendat, improbos vero puniat? Ad hunc locum fortassis pertinet quod de emptionibus & venditionibus dici poterat. Nam vendere, & emere licitum est: dum modo fiat iuxta maiorum leges. Sed de his satis. Accedant alij. *Interrogabant autem & milites dicentes. Quid faciemus & nos.* Isti sub Romano imperio militabant & rempublicā, & patriā defendebant: qui etiam conuersti sunt ad Ioannis prædicationem. Tres nāque fuerunt ordines interrogantium Ioannem. Vnus barbarum, alter publicanorum, & tertius militū quibus omnibus Ioannes commodū & aptū dedit responsum. De aliis iam vidimus, sed de istis audiamus. *Et ait illis. Neminem conuictis opprimendo, & corporaliter affligēdo, siue iniurias inferendo. Frequēter enim fieri solet vt arma quæ princeps dedit in defensionem publice honestatis: in ciuium damnum & perniciem conuertantur. Nam frequēter milites prædantur, domos incēdunt, abigunt, vi constuprant foeminas, abrūpunt fores, & alia id genus perpetrant facinora, quæ creduntur licita esse. Alij mandata falso deferunt ad principes & duces, vt quæ aliorum bona in fisco rapiuntur, sibi aliqua pars eorum accrescat & accedat, in laborem & mercedē calumnix. Ideoque addidit. Neque calumniato facietis.* Multi istorum non solum reponunt, quod eis debetur, sed etiam

Act. 2.

Ioan. 7.

Rom. 11.

Matth. 25.

Psal. 111.

Prou. 27.

3. Reg. 17.

Matth. 25.

1. Cor. 9.

Ecl. 30.

Ecl. 29.

Matth. 6.

Matth. 8.

Erod. 33.

Ihm. 6.

Lut. 14.

Prou. 22.

Deut. 19.

Iob. 24.

id volunt extorquere quod minime eis debetur. Huic igitur hominum generi Ioannes ostendit, quid facere soleant: & quid post hæc vitare debeant: si velint effugere vindictam Dei. Dixit itaque illis. *Contenti estote stipendiis vestris.* Hoc est, mercede seu retributione vobis ab imperatore statuta pro militia laboribus, quibus pro reipublice incolunitate dimicatis ne aliquid ultra extorqueatis. Vbi animaduertendum venit, quomodo homines in diuersis statibus constituti, salui fieri possint: nam alij istorum erant publicani, alij milites, & alij de media plebe & turba diuersis conditionibus officiorum seruientes: & omnibus his est aditus ad salutem: dummodo vnusquisque iuxta talentum sibi traditum, & gratiam donatam fideliter labore. Nam non legimus, ad quod officij genus mercenarij illi fuerint cōducti, quos dominus in vineam misit. An ad fodendum, an ad vites amputandas. Quod credo dominum fecisse, vt moneret nos, quemlibet pro suarum virium robore in ecclesia hac militanti debere laborare, si velit post hanc vitam denario diurno frui, & retributione gaudere, iuxta illud Petri, Vnusquisque pro vt accepit gratiam a domino, in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Sed militibus de quibus nunc agitur tria præcepit ad eorum statum concernentia. Primo prohibet ne violentiam alicui inferant, dicens. Neminem concuciat. Deinde fraudem, dicens, neque calumniam faciatis. Demum contenti (inquit) estote stipendiis vestris. ¶ Porro autem circa res militiæ tria in hoc loco maxime consideranda sunt. Primum omnium quod militia de se non est mala: nam si mala esset, non vtique Ioannes illam permisisset, nec diceret. Contenti estote stipendiis vestris: sed potius diceret. Ne militiam exerceatis. Etenim sanctissimi homines quos tam vetus quam nouum instrumentum commemorat bella multa gesserunt, vt Abraham, Moyses, Iosue, Gedeon, Sanso, Iepse: & multi alij quos Diuus Paulus enumerat in sanctorum numero in epistola ad Hebr. 11 in euangelis, nec Cornelius in Actis malitiæ taxantur. Etenim milites publici ministri sunt ad defensionem bonorum, & vindictam malorum ordinati: vt de publicanis diximus. Sunt autem in militia leges præstatutæ, quæ si non transgrediatur, minime bellum vituperandum venit. Loquor autem, de bello, quod iusta & legitima causa suscipitur: hoc est, si pro defensione publicæ tranquillitatis, si pro tuenda Christiana religione, vel taliter sit ortum vt minime vitari possit, &c. Tacet ergo suo ore impudentissimus huius nostri temporis Hæresarcha Oecolampadius dicens, non licere homini Christiano bellum gerere, cum videat Christi præcursores Ioannē partem aientem tenere. Namque Diuus Ioannes bellum non prohibuit, sed militibus regulam & modum tradidit. Vnde etiā Paulus ad Romanos ait. Omnis anima potestatis tublimioribus subiecta sit: non enim est potestas nisi à Deo. Et paulo post. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, & vindex in iram ei qui male agit. Christus etiam retemptor noster Herodianis quærentibus:

Vtrum liceret tributum dare Cæsari, respondit. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Hac enim de causa tributa redduntur: vt inde militibus ad pacis conuersationem necessario stipendium soluantur. Et filij Israel non nisi debellantes obtinuerunt terram promissionis: vt patet in libris Iosue, Iudicum, & Regum. Imo voluit Deus vt continuū haberent bellum contra infideles. Vnde in libro Iudicum habetur. Hæ sunt gentes quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis I sraelem: vt omnes qui non nouerunt bella Cananæorum vt postea discerent filij Israel certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi. Et in Ieremia scriptum est. Maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine. Et in primo libro regum dominus loquitur esse Sauli regi I srael, per manū Samuelis. Recensui quæ fecit Amalech I sraeli, &c. Lege libros regum primum & secundum, vbi Dauid sæpe consulebat dominum, iret ne præliaturus, an non: & dominus præcipiebat vt iret. Percussit Amalechitas qui spoliauerunt, & incenderunt. Sicelech, & abstulit spolia iussu & præcepto Dei. Quomodo ergo inire prælium non est licitum: si dominus id præcipiebat? Dic mihi obscuro quare modo non potest dominus punire Turcas manibus & ense Christianorum: sicut tunc puniuit Amalechitas per Iudeos? Denique si nullo pacto bellum esset licitum: sequeretur inde quod si peccator aliquis publicus & sceleratus esset interfectus à Iudice, dum se ipsum vellet defendere ne in carcerem detruderetur, quod tunc Iudex male ageret: hoc autem fateri esset nimis absurdum, & totius tranquillitatis Christianæ exitium, & sacris literis & naturali rationi apertissime contrarium. Sanctissimum ergo est, contra peccatores debellari: & multo melius pro fide cōtra Turcas & Saracenos, & optimum contra hæreticos, qui Turcis deteriores sunt. ¶ Obseruandum hic est etiam quam caute Ioannes fuerit loquutus: nam turbas quæ bonæ erant docet facere bonum: milites autem qui mali erant, docet non malum facere. Cuilibet ad se accedenti secundum illius conditionem & capacitatem loquebatur. Si quidem publicanis ac militibus qui maioribus solent vitis implicari, quam reliqui homines facilia proponit præcepta, & à malis coeret: docens eos primo vt ab eis peccatis recedant, ad quæ proniores esse solent vt eos sic paulatim ad bona agenda induceret, & vt aliis misericorditer etiam doceret subuenire. Ad maiorem enim perfectionem omnes hos volebat Ioannes inducere: sed non erant dispositi neque idonei, ideo minora illis proponit, nam si maiora proponeret nihil faceret. Nam vt de extremo ad extremum catur medium est insequendum. Si enim maiora proferret, non eis intenderent. Sic & Paulus Corinthiis suis aiebat. Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis. Et in Actis Paulus regi Agrippe dixit volens illum ad fidem Christi conuertere. Opto apud Deum & in modico & in magno non tantum te sed etiam omnes qui audiunt hodie fieri tales: qualis & ego sum, exceptis vinculis his. Si igitur D. Paulus sic labores, tribulationes, & vincula laudabat, & sic adeo conuersionē gentium

gentium optabat, vt desideraret omnes fieri Christianos, sanctos, & perfectos, vt ipse erat: quare etiam non volebat vt Agrippa & reliqui alij in carcere essent detenti & eosdē labores pati, quos ipse? Cur dixit exceptis vinculis his? Si cathenæ & vincula bona erant & ipse sibi ea desiderabat: cur aliis illa nolebat? Vtique quia Paulus iā erat perfectus, & in obsequio domini multum versatus: & habebat virtutē & spiritum vt illa vincula posset tolerare læto & lacri animo. At vero eis qui in fide infantes, & teneri erant in fide nolebat ostendere vincula sua, ne eis vitium incurreret. Oportebat enim vt nouos & paruulos in fide eos suauitate duceret paulatim & pedetentim. Ideoque dixit. Exceptis vinculis his. Tunc enim nondum erat, vsquequo arma penitentiam induerent, & laboribus se ipsos exerceant: nam non omnes ita erant forti & virili animo vt D. Paulus vt gauderent in carcerem detendi, & pro Christo cōtumeliam pati. Hanc normam & prudentiā Diui Ioannis & Pauli vellē ego vt multi prælati discerēt: sic vt paruulos & imbecillos suauitate quadā & moderatione tractent, ita vt paruulorum defectus prudenter valeant sustinere: & id oneris eis imponant quantum suæ vires ferre poterint. At tanta est aliquorum asperitas feneratorum vt ita humeros imbecillum onerent vsque adeo vt oneri succumbant, tanta est prælatorum imprudentia & inficitia. Sed nos iuxta Elaiæ doctrinam calamum callatum ne conteramus, nec lignum fumigās extinguamus: adimplētes illud A. Apostoli. Debemus nos firmiores portare inbecillitates infirmorum: & non nobis placere. Quod etiam Ecclesiasticus admonet dicens. Recupere proximum tuum. ¶ Tertio aduertendū hic est, & cōsideratione dignū, videre Ioannē pelles Camelorum indutū, cuius cubus erat mel syluestre & locustæ: quique tam asperam agebat vitam, quique sibi ipsi parissimus erat, tam benignus sit & suauis proximis. Quod quidem propriū & quasi naturale est omnibus sanctis & iustis. E cōtra vero omnes illi qui suo indulgent genio, & qui delicate & laute viuūt: omnibus aliis acerrimi & tyrāni sunt. Quod ego sæpe sæpius vidi: nam ij prælati qui secundū animi sententiam viuunt qui nec claustrum nec legem vllam seruant, subditos adeo præceptis & obseruationibus onerant, vt eos deficere faciant: & volunt isti prælati vt subditi sexcenta præcepta obseruent, cum nec vnum ipsi adimpleant. Tales erant Pharisei illi de quibus Saluator dixit. Allegant onera incomportabilia, & imponunt in humeris subditorum digito autem suo nolunt illa leuare. Oppositum autē videmus facere viros reos & sanctos: qui cum sibi ipsi asperi & crudelēs sint, arduissimam agentes vitam: cum proximis suauitate quadam & benignitate vtuntur. Cuius rei appositissimum exemplū in Ioanne Baptista videmus qui cum ipse tam duram & vix humeris hominis ferendam vitam transigeret, non dixit turbis, publicanis, aut militibus. Vestite vos ciliciis, ne carnes comedatis, neque bibatis vinum, sicut ego nunquam bibi: non habeatis lætuos sed super nudam terram dormite, & facite quod me videtis facere. Quia ipse hæc faciebat aliis non imperabat, & forsitan si hæc ipse non faceret, aliis faciendā consuleret: sicut prælati quidam quorum mo-

res iam retulimus. Sed iam ad contextum. *Existimant autem populo & cogitantibus omnibus de Iohanne ne forte ipse esset Christus.* Viderat miracula quæ Ioannes fecerat in sua natiuitate. Viderunt enim quod puer cum esset in deserto abiit, videbant cibum, vestitum, & penitentiam, & ingentē spiritus sui virtutem, & verba efficacissima quæ prædicabat: ex quibus omnibus tantam opinionem induerunt de sanctitate Ioannis Baptiste vt non solū multi ex populo, vt hic ait Lucas, putauerunt beatum Ioannem esse Christum: sed etiam multi Iudei proceres synagoge Ierofolymitanæ (vt Iohannes euangelista narrat) iurauerunt sacerdotes & leuitas nuncios vt interrogarent eum. Tu quis es? existimantes illum esse Christū. Aduerte hic tu & cōsidera, quam magnæ & potentes sint vires virtutis, quæ tam magna princeps & regina est, vt non solum boni eam laudent, & venerentur, sed inali etiam illam laudibus extollunt, & in magno habent pretio. Certū est gentem Iudeorū fuisse iniquissimā: ipsi nāque persequebātur Esaiā, Amos, Barachiam, Micheā, & alios sanctos prophetas. Et Ieremiam in lacū coniecerunt: quē honorari iussit Nabuchodonosor, & curā illius demandauit Nabuzardan. Et prophetā sanctum quam Gentilis idololatra honorauit, ipsi eum persequeuti sunt. In quo videre licet quāta fuerit sanctitas & virtus Ioannis Baptiste, quod cū isti ita deprauati essent, illum esse iudicauerunt venturū Messiam. Aspicite igitur quantum valeat virtus, nam hi suis viribus coacti sunt illam tam grandī honore illustrare. Ita tu si restitutum & animi candorem habueris: hoc potius inimicos tuos superabis, quam amicos. Vide obscuro virtutis vires. Nam Dauid sola virtute inimicum suum Saulē superauit: & facilius quidem quam si ferreis armis in certamine ageretur. Similiter cum Dimas ille qui cū Christo erat in cruce magnam virtutē crucifixi videret, nā pro crucifixoribus orabat, & quod dicebat patri, Dimitte illis, quia nesciunt, &c. Secū interius loquutus dixit. O quanta & quam magna bonitas & sanctitas: quod quidem vt in Deum se conuerteret, multum valuit: nam hæc apud se cogitabat. Cum tanta hic vitatur misericordia cum suis crucifixoribus, necum eadem vtetur. Sic Paulus virtute & bonis actibus suis gētes deuicit & conuertit. Vnde ipsemet ait. Ego sic pugno non quasi aerem verberās, sed castigo corpus meum, &c. Carbones mortui duplici modo incēdi possunt. Vel imponēdo illis prunam, aut si vni cum aliis collidantur, nam ex motu ignis incenditur. At primo modo facilius incenduntur, quam secundo. Ego (ait Paulus) non multo labore corda gentiliū & peccatorum incendo, vt ille qui verberando aerem ignem quatit: nam etiam si hoc modo ignis extrahatur, difficillimum quidem est. At ego (inquit Paulus) etiam ignem charitatis & amoris iniicio, vt exemplo bonæ vitæ alios incendam, castigans corpus meum, ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Nam etiam si verbis meis aerem percutiam, nisi ego ignē charitatis habuero, forsitan reprobus ero. Multi nāque sunt qui feriant suis verbis aerem, & qui ignem incendunt in audientium cordibus sua prædicatione. At facilius ignem extrahunt, qui simul cum verbis sanctimonia vitæ & morū integritate sunt prædici-

**2. Pet. 2.** Nam Paulus suae virtutis exemplo alios ad virtutis amorem & studium incitabat. Ideo beatus Petrus. Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere, &c. Conuersationem vestram habentes bonam inter gentes. Sic beatus Ioannes suae vitae asperis exemplis alios traxit: quod etiam tu facies melius quam si malus esses cum armis materialibus nam maiores sunt vires virtutis quam reliqua humana potentia. ¶ Obserua etiam quauis hi mali sint, quantam curam & diligentiam adhibent, vt dominum querant tu vero in chœnice sedes nihil agens, & in vtramuis aurem dormiens. Non est qui requirat Deum (ait diuinus psaltes) non est vsque ad vnum. Et quod peius est & maxime deplorandum. Deus clamat & vociferat, & nemo est qui respondeat, aut querat eum.

**Psal. 14. 1.** Ideo ipse conuenitur per Ieremiam dicens. Quis miserabitur tui Ierusalem, aut quis contristabitur pro te, aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu reliquisti me dicit dominus, & retrosum abiisti, & extendam manum meam super te, & interficiam te, laboraui rogās. Querite ergo dominum, querite faciem eius semper. ¶ Aduerte etiam & vide quomodo dilectio periculum habeat, si iustam regulam & modum transeat. Nesciunt homines seruare modum, nam quem diligunt, plusquam par est, diligunt: & quem odiunt, supra modum odiunt. In actis Apostolicis legimus quod in Licaonia Paulum & Barnabam tanquam deos colere coeperunt, dicentes. Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos. Et vocabunt Barnabam Iouem, Paulum vero Mercurium, quia erat dux verbi: & vix potuerunt sedare turbas, ne eis sacrificarent. Sed vide vulgi mutabilitatem & leuitatem. Statim post tantum & tam maximum honorem datum Paulo, eundem lapidauerunt: & eiecerunt illum extra ciuitatem, & reliquerunt tanquam mortuum. Simile fere contigit Paulo in Mileto in insula, quem Deum Mileti putauerunt quem dixerant homicidam & peccatorem. Nesciunt homines seruare modum: nam semper in extremis ambulat. Ioanni quem diligunt honorem Messiae debent tribuunt: & Christum quem odiunt, vocant peccatorem. Diligebant Ioannem & merito sed excedebant in modo, nam illum plusquam hominem iudicabant, & aliqui haeretici non hominem sed Angelum natura illum esse dixerunt. Hanc inordinatam charitatem Apostolus Paulus pertimescens de se ipso dicebat. Timeo autem ne quis de me cogitet, super id, quod videt in me, aut audit ex me: & ne magnitudo reuelationum extollat me, &c. Necessè enim est dilectioni frenum imponere. Ideo Saluator cum de Dei dilectione fuit loquutus, dixit. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima & mente. Sed cum loquutus est de proximi dilectione non dixit ex toto corde, aut ex tota anima, sed sicut te ipsum. Ostendens modum quandam & regulam debere obseruari. Opus enim est sobrie & caute diligere. Horum autem extremorum odij & amoris deterius est id quod ab amore procedit: ita vt ego potius vellem odio esse habitus, quam nimis diligi. Nam ille qui alterum plus æquo diligit in summos honores illum constituit & dignitates, quousque illum in infernum præcipitat. Si autem quem odis, persequeris: in sui ipsius cog-

itationem illum adducis: si vero patientiam amittit, se ipsum amittit, & perdit. Sed si indigno honorem & dignitatem tribuis, suos defectus patris, ita vt cunctis nescientibus pateant. Quare iam constat quomodo nimius amor magis nociuus sit, quam odium. Atque ita acius & fortius isti beatum Ioannem tentauerunt, offerentes illi hunc honorem, quam Herodes quando illum in carcerem detrusit: & maior fuit hæc tentatio & periculosior quam Herodis. Nam mundus plures perdit & destruit constituendo illos in honores, quam affligendo eos persequutionibus. Vnde is honor qui Ioanni offerebatur acutissima & potentissima fuit tētatio adeo vt plures iustos, quos tentationes & persequutiones non valuerunt deuincere, hic honor facile eos superaret, & ad sui amplexum alliceret. Atque ita isti non fuerunt amici Ioannis, sed potius inimici quandoquidem in tantum atque tam graue periculum illum induxerunt. Sichimitæ elegerunt Abimelech filium Ieroboal in regem: quod quidem cessit in damnum & perditionem ipsius Abimelech quia ipse interiit & Sichem destruxit. Non fuerunt hi amici Abimelech quando se ipsos, & illum destruxerunt. Neque isti etiam boni amici Ioannis fuerunt, offerentes illi istum honorem. ¶ Expende etiam quam periculosum sit proximū esse rebus, quas possis male concupiscere. Etenim rusticus non solet ambire aliquod regnum, nec simplex sacerdos pontificatum summum: sed duces & cardinales ambiunt quæ sibi videntur proxima esse. Sic Pharisei videntes Ioannis sanctitatem, credentes parum à Messia distare, tentant illum, an nomen messiae desideret. Sic etiam diabolus mundi imperio & monarchia Christum tentauit: quia illum magnum & egregium virum videbat, & putabat facile fieri, vt monarchiam appeteret. Sic Core, Dathan, & Abiron ambierunt primum populi & summum sacerdotium: quorum alteri parum deerat, vt ad summum sacerdotium perueniret alteri vero vt in principem constitueretur, cum primogenitus esset. Humilis autem Baptista gloriam Christo tribuens sicut fidelis Christi seruus, illam acceptare noluit. Quapropter dicit euangelista. Respondit Ioannes dicens omnibus. Quamuis euangelista Ioannes dicat quod hoc respondit legatis: tamen multi aderant ibi, qui venerant vt audirent illum. Et Lucas noster dicit hic quod populus illum existimabat esse Christum: atque ideo omnibus scilicet sacerdotibus & leuitis, qui missi fuerant ab Iudæis à Ierosolyma, & populus qui hoc existimabat, respondit omnibus istis dicens. Ego quidem aqua baptizo vos, veniet autem fortior me post me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum eius ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igne. Ac si vellet dicere. Vos magni me habetis & aestimatis propter ea quæ videtis, ex cibo scilicet, potu vestitu, baptismo, & doctrina fidei & solida: sed longe sunt efficaciora quæ non videntur. Ego tantam aqua baptizo vos, tamen non remitto peccata, sed præparo vos efficaciori baptismo, quem accipietis ab eo, cuius aduentum vobis prædico. Tempore enim maior sum eo, & prædicationis ordine prior: sed potentia & virtute sanctitate & iustitia longe inferior. Is namque qui me sequitur tanto me præstantior est, vt ego

Ludi. 9.

Matth. 4.

Num. 16.

Ioan. 1.

vt ego, quem magnū vos iudicatis, indignus sim soluere corrigiam calciamentorum eius. Et addit rationem & causam. Ego enim baptizo vos tantum aqua & ipse baptizabit vos Spiritu sancto & igne. Sed antequam ulterius progrediamur hic aliqua obseruanda sunt. ¶ In primis quomodo dicat Ioannes Christum venturum esse post illum: quia quando Ioannes ista dicebat, iam Christus venerat, & annum suæ ætatis trigessimū agebat. Dicendum quod iam venerat quantum ad substantiam, personalem: non tamen quantum ad opus ad quod mittebatur. Christus enim nō venit in mundum, vt homo esset, sed vt salutem nostram operaretur. Igitur quia nihil fecerat illius ad quod venerat recte dixit Ioannes nondū venisse. Opera enim quæ Christus fecit ad salutem & reparationem nostram fuerunt prædicatione, legis latio, miracula & prodigia, & denique ipsa mors qua omnia legalia consummauit. Ista coeperunt in baptismo Christi, quando Ioannes manifestauit eum dicēs. Ecce agnus Dei. Hic est enim de quo dixi vobis, post me veniet vir, qui ante me factus est. Sicut cum Thamar pariebat Phares & Zaram, prius Zaram manus emisit, sed Phares prius fuit egressus quia retraxit manū Zaram. Sic qui ortu corporis fuit posterior, scilicet, Christus Iesus, virtute & veritate primus extitit. Ideo primo protulit manum, vincebat enim alium, & studiosior illo erat. Quapropter dicit hic Ioannes quod fortior eo, veniet post illum, quod nō solum debes intelligere secundum diuinitatem, sed etiam secundū quod homo erat. Non enim est datus ei spiritus ad mensuram, quia humanitas eius vnita erat verbo hypostatica vnione: ita quod in eodem esse in quo verbum patris aternaliter est subsistens, ipsa quoque à principio incarnationis subsistat. Ideoque ascendens Christus in cælum Angelis interrogantibus quis est iste rex gloria? responderunt Angeli dicēs. Dominus fortis & potēs, dominus potens in prælio: & ita fortis vt inimicū suū propriis armis deuicerit & superaueit. Vt qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. Præterea fortior debuit esse Ioanne, qui erat reseraturus cælum, impleturus orbem, mundaturus peccatū, prostraturus diabolum, spoliaturus infernū, excitaturus se ipsum à sepulchro. Necessè enim erat Christum Ioanne esse fortiorē, qui nostra scelera & flagitia sustineret, & propter poenitentiam dissimularet. Nisi enim in Christo illa esset charitas, quæ omnia sustinet: fieri nequirit, vt tot orbis peccata non ita eum prouocassent, vt eum redigissent in nihilum. Ipse enim peccata nostra tulit, & iniquitates nostras ipse portauit. Dominus quippe posuit super eum omnium nostrorum iniquitates. Hanc credo fuisse causam, ob quā Ioannes dixit. Christum fortiorē se, & non sanctiorē, seu meliorem: quia cum nemo ascendat in cælum nisi filius hominis, qui est in cælo, nos ascendere nō potuimus in cælum, nisi portemur à Christo in humeris, sicut ouis perditā à pastore. Fortis igitur est, qui adeo graue sarcinam in cælum deportare valet. Præterea in eo quod ait. Non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum eius: aduerte ex hoc non sequi Christum vsū fuisse calciamentis: cum mittens discipulos, ad prædicandū, ea prohibuerit. Etenim in cœna dixit illis. Quā-

Ioan. 1.

Gen. 38.

Ioan. 3.

Psal. 23.

Psal. 53.

Ioan. 3.

Luc. 22.

do misi vos sine sacculo & pera, & calciamentis: nunquid aliquid defuit vobis? Christus namque qui prius cepit facere & docere, non vsus fuit calciamentis, qui noluit discipulos illis vt. Ideoque dictum Ioannis, iuxta modum loquendi accipiendum est. Nam sensus literalis non semper est ille, qui immediate per verba significatur sed interdum qui per similitudinem insinuat, aut per res verbis expressas significatur. Sic & illud quod dominus ait. Si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proice abs te, & si pes tuus, &c. Occasiones peccatorum esse fugiendas docet: ne nobis ipsis, aut aliis simus scandalo. Etenim nō vult Christus, vt quis oculos suos sibi eruat, sed vult vt ita oculos nostros à vanis mundi rebus abstinamus, ne vt alter Dauid illorum causa Deum offendamus. Sic etiam non vt litera sonat accipiendum est illud Ieremæ & Ezechielis. Patres eorum comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt, sed de pœna filiorum propter peccata parentum intelligendum est. Sic in presentiarum Ioannes loquebatur iuxta communem modum loquendi, quo aliquis minorem alio se vult ostendere, aut humiliorem præstare: afferit se indignum esse, vt eius calciamenta soluat, vel aliud id generis obsequium permittit. In quo profundissima beati præcursoris patet humilitas: quia cum talis ac tantus ab hominibus iudicaretur, seipsum coram omnibus voluit deprimitere & humiliare. Quando in bello aliqua iacitur sagitta, cum ad se venientem illam intueantur milites, seipsum deprimunt: atque ita sagitta illis intactis per aerem euolat. Ita beatissimus Ioannes cum periculosissimam sagittam honoris in eum illi iacerent, seipsum in terram deiecit, & humiliavit, dicens, se non esse dignum nec aptum vt tantū atque tam magni domini calciamenta posset dissoluere. ¶ Disce tu à beatissimo Ioanne in prosperis ac secundis fortunæ honoribus humiliari. Hæc enim vera humilitas est quæ oblati honoribus micat, & splendet. Sic humilis fuit Saul cū electus in regē, dixit Sa mueli. Nūquid filius Gemini ego sum de minima tribu Israel & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin? Sic etiam Dauid loquutus est, cum rex Saul daret ei filiam in uxorem. Quis ego sum vt sim gener regis? Abigail quoque cum Dauid voluit accipere illā in uxore. Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruatorum domini mei. Moyses etiam cum dominus præcepit vt iret ad Pharaonem, & cōstituit Deum Pharaonis. Quis sum ego vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Aegypto? Denique & beatissima virgo Maria ab Angelo salutata, & in matrem Dei electa humiliter respondit. Ecce ancilla domini. Verus humilis sicut Ioannes non flectitur honoribus: nec mundanis laudibus effertur. Quo circa meritissimo altissimum illud solū quod Lucifer ille cadens de cælo perdidit ob superbiam & animi elationem, datum est humilissimo Ioanni Baptiste. Ille enim impius & sceleratus cum creatura esset, diuinum honorem voluit rapere, qui suus non erat: hic autem Ioannes cui hic honor datus est, cum noluit vsurpare. Quod ille appetiuit, huic datur, quapropter quod ille perdidit, merito Ioanni datum esse credimus. Et illam manum quam Ioannes existimabat indignā

Act. 1.

Matth. 18.

2. Reg. 11.  
Ierem. 21.  
Ezech. 18.

1. Reg. 9.  
1. Reg. 19.

1. Reg. 15.

Exod. 3.

Luc. 1.



esse vt folueret Christi calciamenta, ipse Christus non in calciamentis, ino super caput suum posuit, cum in Iordane fuit Baptizatus. Ex quo disce in omnibus humiliari maxime cum aliquis honor tibi offertur: nam humiles exaltat & extollit Deus, sicut superbos deprimat & humiliat. **Humilia enim respicit, & alta à longe cognoscit. Et detestans Christus superbiam & animi elatione**

**Matth. 3** Capharnaum maledixit, dicens. Vt tibi Capharnaum, nunquid vsque in caelum exaltaberis? Vt que in infernum descendes. Et quemadmodum superbia Deo & hominibus odiosa est: ita humilitas grata & formosa in oculis omnium. Et quemadmodum cinisignem conseruat: ita humilitas Spiritus sancti gratiam. Abrahā domino loquebatur, dicens. Loquar ad dominum meū cum sim puluis & cinis. Et quanto profundior est puteus, tanto eius aqua dulcior ac suauior. Et quanto humilior fueris, tanto Deo gratior & dilectus. Humilem tui ipsius cognitionem presta: & maiora dona accipies à Deo. Humilis esto & paruulus: nam humilem Baptistā in altissimā dignitatis solium dominus constituit: & superbum Luciferū in ima Tartara detrudit. Stat enim sententia. Qui se humiliat, exaltabitur, & qui se exaltat, humiliabitur. Discant ergo falsis titulis aliorū dignitates & officia vsurpare, quin potius exemplo Ioannis oblatas recutare. Vnde Paulus ad Hebræos. Nemo assumat honorem, sed, &c. Abimelech filius Ieroboal Absalon, Adonias, Athalia, & ceteri omnes qui principatū vsurpare conati sunt, infelicis morte vitam finierunt. Docemur etiam hoc loco non laudare nosmetipsos. Etenim Ioannes poterat dicere: Ego sum sanctificatus in vtero matris, ego nunquam letale peccatum commisi: ego cum seris in deserto viginquaque annis vitam degi: ego sum propheta. & plusquam propheta, ego sum Angelus missus ante dominum, ego sum lucerna ardens & lucens, & multa alia egregia & præclara de se ipso fieri poterat seipsum laudans & merito. At quia prudēs & sapiens erat, noluit talia de se prædicare: sed potius dixit non esse dignum vt folueret eius calciamenta. Ne laudes temetipsum, nam laus in ore proprio vilescit: & omnes qui te audiunt vanum & amentē iudicabunt. Aspice igitur quam amens & insipiens sit, qui se ipsum laudat. Laudat se ipsum eius, vt in de laudes suas prædicet, & honorem sibi cōparet, quod multo aliter euenit ac ipse cogitat: nam nō nisi ignominiam & opprobrium inde colligit. Itā quod nō consequitur, quo ipse intendit, sed quod non vult: nam audientes, illum irident & moleste sentiunt suas verborū ambages & vanitates. Ego autem sepius audiui illi attentionem prestari, qui de alienius fama & honore loquitur, ac detrahit vnus hore spacio. At qui se ipsum laudat nec per breue temporis spacium a nemine potest audiri, nam omnes illum moleste ferunt, & omniū aures offendit. Atque ideo quando coram te aliquis se ipsum laudat, scias quod ille te insanū iudicat & amentem. Atque ideo tanquam iniuriam tibi factam illam debes accipere: quod corā te aliquis se ipsum exaltet & prædicet. Etenim cum homo sapiens irideat se ipsum laudantem, sui laudator amentē aliquem quamrit, coram quo suas proprias

laudes possit iniurius exprimere: nā solus insipiens non offenditur si aliquem audiat proprias laudes decantare. In duobus tamen casibus potest homo seipsum laudare. Primo cū maxima aliqua tribulatione premitur, ne spiritus eius deficiat, vt eius animus aliquantulum subleuetur. Sic cum vxor Iob dixit ei, Maledic Deo, & morere: respōdit sanctus Iob. Etiam si occiderit me in ipso sperabo. Et laudans se ipsum, & erigens spiritū dixit. Oculi sui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, &c. Se ipsum laudabat, dicens, quomodo misericordia fuerat vsus: quia amici opprimebant eum, & calumnia bantur. Secundo potest quis se ipsum laudare propter commune bonum. Sic Dauid corā Saule se ipsum laudauit, dicens. Leonem & vrsū in terfe: ego seruus tuus. Nam si hæc nō diceret nec fortitudinem suam laudaret, minime facultatem faceret Saul illi, vt cum Goliath Philistæo ieret dimicaturus: qui si non pugnasset, non vinceret Israel. Hac etiam ratione saepe Paulus se ipsum extollit in suis epistolis, dicens. Plus omnibus laboraui. Et castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Et multa alia his similia. Sed de his satis.

¶ Ceterum id quod ait Ioannes Christum baptizatum in Spiritu sancto & igne intelligendum est quod baptizauit per suos discipulos, nam in euangelio Ioannis scriptum est, quod Iesus non baptizabat, sed discipuli eius. ¶ Obserua autem quod quamuis baptizatus Christi sit in aqua & Spiritu sancto vt ipse dixit Nicodemus. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto: noluit tamen Ioannes dicere in Spiritu sancto & aqua: sed in Spiritu sancto & igne: quia intendebat assignare differentiam sui baptismi qui fiebat in aqua, à Baptismate Christi & excellentiam baptismi Christi. Id circo non nominauit elemētum aquæ in quo fiebat. Vnde ignem non sumit pro igne materiali, sed pro igne intelligit Spiritū sanctum: qui mentē inflāmat. Sicque coniunctio, & tenetur expositiue. Cuius vnuslabrum in manu eius. Hoc dicit propter iudicariam potestatem, qua discernuntur boni à malis. Sicut per ventilabrum purgantur frumenta à scoris, ita separabūtur de facto ad penam & meritum. Sic Ieremias in persona domini loquitur. Dispergam eos ventilabro in portis terræ. Malachias etiam ait. Ecce veniet, dicit dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans & quasi herba sulionum. Expende autem, quod hæc verba de Christo Saluatore ait Ioannes: quia vt ipse Saluator ait, pater omne iudiciū dedit filio: & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Verum quia potestas hæc iudicaria est, segregare bonos à malis, vt bonos glorificet, & malos puniat: ideo quantum ad separationem, executionem & discretionem dicitur. Et purgabit aream suam. Hoc est ecclesiam militantē vbi grana cum paleis sunt mixta. In præsentis enim ecclesie area triticum & paleæ, hoc est pij, & impij mixti conuersantur. At tempore messis, tempore in quā consummationis seculi aliud videbimus, aliud perpetiemur. Id quod non tantum hæc Ioannis similitudine docemur. Nouimus enim quid dominus aliis in locis dixerit discipulis bonis, & malis,

malis, tritico & zizaniæ, virginibus sapientibus & stultis, ouibus & hædis: quibus omnibus idem persuadet dominus, quod Ioannes hic admonere tendit. Nam qui sibi ad salutem sufficere putat sacramentorum ecclesie susceptionem, hic profecto se ipsum seducit. Quid enim magni est aqua ablui, vel in Iordane, vel in baptisterio: Magnum quidem est in baptismo peccatorum accipere remissionem: tamen si relaberis in pristinum peccati cœnum, nec penitentiam feceris, ventilabrum Christi te ab horreo cœlesti expellet. Nec enim ideo tibi peccata pristina remissa sunt, vt nouis te dedas peccatis: sed vt post hæc innocenter viuas, & voluptates huius seculi contemnas. Vides hic paleas cum tritico admixtas: sic in ecclesia militanti boni cum malis mixti sunt. Sic ex duobus filiis Aclæ Abel bonus & iustus erat: & Cain malus. Et ex filiis Noe vnus malus, & alij duo boni fuerunt. Duos etiam habuit filios Isaac: vnus bonus, & alter malus extitit. Apostoli etiam non omnes fuerunt boni, quia ex illis vnus fuit teterrimus & sceleratissimus. Ex septem etiam diaconibus quos Apostoli elegerunt, vnus illorum author extitit erroris. In hac igitur ecclesia militanti, boni & mali admixti sunt. Sustinet autem dominus in hac vita malos, expectans eos, vel si aliquando conuertantur: & bonis operibus eos allicit, vt vel sic eos ad se attrahat: vt sic cum tanta beneficia à manu Dei illi videant continere, in ipsum tanquam in parentem amantissimum conuertantur. Nam quando accipiter procul euolauit ac fugitè domini manibus, non illum fuisse ad se vocat & attrahit dominus, sed potius carnem in manibus offendit, & signa amoris insinuat. Itā mali fugitiui ambulāt à manu domini. Deus vero cuius tanta est in nos charitas & dilectio, ne isti mali perdantur, bonis operibus, & cumulatis beneficiis eos ad se allicit & conuertit. Itaque sustinet Deus peccatores, & illos expectat vt aliquando conuertantur. Nam si nefarium illum latronem qui à dextris Iesu in cruce pendebat cum alios interficiebat, & aliena furabatur, in interitum dominus adduceret, non vtique saluus fieret, nec tam foelicem & beatum finem consequeretur. Si Paulum etiam dominus interfecisset, cum Christianos vexabat, & ecclesiam persequebatur: non vtique tantum & tam insignem Apostolum gētium prædicatorem haberemus: nec ecclesia gauderet tā sublimi suarum epistolarū doctrina. Secundo dominus malos sustinet: quia cedit in bonorum vtilitatem. Ne autem extra metaphoram, qua hic vtitur Diuus Ioannes, egrediamur, clare constat paleam vtilissimam esse tritico: nam palea illud cooperit & defendit cum tenerum est, à nimio solis calore, & ab aere & illud conseruat. Itā etiam mali viles sunt in hac vita bonis. Nā virtus nisi exerceatur, arefcit. Ensis itidem si semper vagina claudatur, nec euaginetur, rubigine cooperitur. Itā opus est vt virtus exerceatur, & probetur, nec ociosa sit. Vnde beatus Petrus. Vt probatio fidei vestre preciosior sit auro & argento, quod per ignem probatur. His ergo duabus de causis finit Deus malos viuere, vt videlicet ipsi conuertantur: vel per ipsos boni exerceantur: vt ait Augustinus: Sinit modo Deus crescere zizaniā: sed cum venerit

tempus messis, id est, iudicij dies, dicit messoribus: Colligite zizaniā in fasciculos ad comburendum. Exibunt enim Angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminū ignis, & sic purgabitur ecclesia. Vide ergo & tu quod sis granum, nec palea efficiaris. Etenim grana ad pedes vētilantis suo pondere cadūt: sed paleas longe ventus impellit. Si igitur in tribulatione ad Christi pedes cadis, eius voluntati penitus subiectus, granum es. Si vero tribulatio à Christo te semouet, palea es. Etiam in hac vita tribulatio probat, quis sit granum, ad horreū cœlestē destinatum: & quis palea igne æterno comburenda. Christus etenim ventilabatur à tribulatione dā erat in orto: sed procidit in faciem suam dicens. Pater si possibile est, transfer à me calicem istum. Non vides in Christo granum ad pedes vētilantis proiectum? Sic te ipsum proice in tribulatione tua ad pedes Iesu Christi: quōd si id nō feceris, palea es. Expende autem hic & diligenter cōsidera: si illi qui in sua tribulatione ad pedes Dei non cadunt, igne inextinguibili sunt comburendi: quid erit de his qui nulla tribulatione acti, mala committunt? Quo obsecro igne comburentur, qui deprauata sua voluntate vitij se tradiderunt? Istæ paleæ inutiles comburentur in die vltionis: granum vero seruabitur. Atque ideo sequitur in cōtextu. Et congregabit triticum in horreum suum, id est, iustos in beatitudinem. Recte autem iusti tritico assimilantur: quia fructificant, & vtilis sunt proximis in ecclesia Dei. Etenim triticū molitur, coaptatur, quoquiritur, & denique in minutissimas particulas diuiditur: vt ipsum hominem sustentet, & illi vtilitati sit. Sic sancti propter salutē proximorū, se ipsos dilacerant, & consumunt, vigilantes, studentes, laborantes, & vitas suas & salutem pro bono & vtilitate ecclesie in discrimen inducetes. Sic Paulus Corinthijs inquit: Ego autē libentissime impendā, & super impendar ipse pro animabus vestris. Iob etiam sic inquit. Ingrederis in abundantia sepulchrorum: sicut infertur aceruus tritici in tēpore suo. Sed quid de paleis? Paleas autē combur et igni inextinguibili. Paleas reprobos vocat qui sunt materia combustionis, & ita sunt pabulum ignis sempiterni, qui nunquā extinguitur. Hæc autem palearū adustio longe erit à tritico congregato: qui isti erunt in inferno boni autē in gloria. Congregabit (ait) bonos, quod de reprobis non dixit: quia boni hic congregantur & vnti sunt, quasi cor vnum & anima vna, in dilectione, & charitate & gratia. Mali vero dispersi sunt quia non est pax impiis, nec in aliquo conueniūt. Dispersos peccatores in diuersos fasciculos mittet in stagnum ignis & sulfuris: iusti vero congregati in horreum Dei, in æterna beatitudine manebunt. Grandis & longa erit differentia inter bonos & malos, non solum in loco, sed etiam in modo. Sic in Ieremia habetur. Quid paleis ad triticum dicit dominus? In libro etiam Iudicū habetur fuisse bellum quoddam inter Galaaditas & Ephraitas: & vincentibus Galaaditis fugerūt Ephraitæ. Et Galaaditæ occupauerunt transitum quendam ad fluium Iordanem, qua Ephraitæ redituri erant in patriam suam, qui cum fugentes venissent, singuli dicebant. Obsecro vt me transire permittas. Galaaditæ autem respondebant. Nunquid

Matth. 3

Psal. 137

Matth. 11

Genes. 18

Luc. 14

1. Cor. 13

Iud. 9

2. Reg. 18

3. Reg. 1

4. Reg. 11

1. Reg. 17

1. Cor. 15

1. Cor. 9

Ioan. 1

Ioan. 3

Ierem. 15

Malac. 3

Ioan. 5

Matth. 13

Matth. 25

Genes. 4

Genes. 8

Genes. 28

Matth. 27

Ab. 6

Luc. 23

Ab. 9

Leg. Gre. li. 5. mor. 635

1. Pet. 1

Au. super Psal. 63.

Matth. 13

Matth. 26

2. Cor. 12

Iob. 5

Ab. 4

Esa. 48

Ierem. 25

Iud. 12

Ephraeus tu es: timore autem perterriti dicebat, non. Galaadites autem vt certi de hac re essent, iubebant illis, vt hoc nomen Sibbolech proferrent: qui autem hoc nomen recte pronuntiabant impunes transibant: qui autem nesciebant, in fluuio decollabantur atque ita quadraginta duo millia illorum interfecerunt. Omnes quidem angustum & difficilem mortis transitu subire debemus. Omnes nos oportet presentari ante tribunal Christi (ait Paulus) vt vnusquisque reddat rationem de his que gessit in corpore siue bonum siue malum. Hic autem sunt inimici nostri qui examinant nos. Qui vere protulerit Sibbolech hoc est spica cum grano, vtique transiet: na illi qui grana sunt, & in hac vita sanctis se tradiderint operibus, liberi transibunt in horreum Dei. Qui vero dixerit Ziboleth, hoc est spica cum palea & sine grano comburetur: sicut palea igne inextinguibili. &c. ¶ Observandum etiam hic est, quod cum multae sint poenae damnatorum, ita vt in psalmo habeatur. Ignis, sulphur, spiritus procellarum, &c. potius tamen de poena ignis loquutus est dominus: quia punitio ignis inter corporalia grauior est poena, & nomine ignis grauissima poena intelligitur. Et non solum ignis, sed aeternus. Ideo Ioannes igne inextinguibilem dixit, quia nunquam extinguetur, sed vsque in seculum seculi ardebit, crucians damnatos. At si tu nunc per breue temporis spacium nequis digitum in igne sustinere: qui o infelix peccator perpetuo ferre valebis inferni ignem: qui si cum materiali hoc conferatur, vtique materialis velut pictus apparebit? At si in lectulo blando floribus & rosas circumdato iaceres, ibique varia musica instrumenta tibi deseruiant dulci & cordato concentu, ea tamen lege, vt quadraginta annorum spacio a lecto non surgeres: nonne tormentum hoc intolerabile iudicares? Quomodo igitur poteris ferre igneis cathenis esse ligatum in obscuro illo inferni loco: a quo nunquam in aeternum surges? Sine vlla spe viuere, & certo scire, nullum esse remedium: tristissimum quidem est, & lamentabile. Sed haec missa faciamus. ¶ Observa etiam quod vnus Christus habet ventilabrum in manu sua, & ille solus habet potestatem triticum a paleis separare, vt in totum mundum sit triticum: quod quidem vt diximus in consummatione seculi tandem fiet. ¶ Praeterea cauendum tibi maxime est, ne derelinquas aream domini propter leuitatem palearum: sed potius stude quantum in te fuerit, vt paleas in triticum conuertras. Etenim in ecclesia catholica quae area domini est, paleae vt ia diximus sunt homines mali, abusus sunt, superstitiones vitia, & peccata? Nunquid propter hoc fugiendum est ab ecclesia? Absit. Noe propter malitiam Can non deseruit arcam. Nec Petrus ob Iudae improbitate deseruit apostolatam. Si in ecclesia non foret peccatum, quid opus esset remissione peccatorum? An quia aliqui male viuunt totam Christi calumniaberis ecclesiam? Noli contemnere rete euangelicum propter malos pisces. In ecclesia nostra maxima quidem videntur scelera, sed nihilominus vera ac euangelica seruat doctrina. Scelera operibus poenitentiae abluenda sunt & doctrina sectanda. Sed extra ecclesiam impurissima scelera videbis, & frustra queres sanam doctrinam. Sed de his satis.

2. Cor. 5.

Psal. 10.

Gen. 9.

Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. Non est dubium quin ipse longiori fuerit vsus sermone. Nam euangelista non scribunt nisi fundamenta, themata & conclusiones sermonum. Etenim certum est quod cum D. Ioannes a deserto exiret plenus scientia & diuino spiritu, non haec solum dixisset, ibi sistens, nam super haec verba, & super illa, poenitentiam agite, appropinquabit regnum caelorum, multos ac egregios poenitentiae praedicauit sermones: & mirabiliter de hac materia fuit loquutus. Sic cum dicit Matthaeus quod in monte praedicauit Christus illas beatitudines, beati pauperes spiritu, &c. multa de his beatitudinibus protulit, quae longum esset recensere: sed euangelista fundamenta tantum materiae posuit, & conclusiones. Ideoque in euangelio Ioannis scriptum habetur. Multa & alia signa fecit Iesus, quae non sunt scripta in libro hoc. Disce ex hoc loco multa statuta, ceremonias, & consuetudines habere nunc Romanam ecclesiam catholicam, quae ab apostolis deriuata sunt & venerunt ab ore in os, ab ipso domino nostro Iesu Christo. Nam sicut euangelista non scribit omnia quae Ioannes Baptista praedicauit, quia dicit quod multa alia exhortans praedicauit, & hoc vnico verbo illa omnia concludit: multo melius hoc de Christo dicere poterat, quod multa alia euangelizauit, & docuit, quod etiam euangelista Ioannes dixit. Ideoque non queras vbi habetur in euangelio de ordine diaconatus & subdiaconatus, & acolytorum, & vbi tractent euangelista de christina, aut de perpetua beatae Mariae virginitate. Plura enim habet ecclesia quae non sunt expressa in scriptura: nam si nihil aliud esset creditum nisi quod est in scriptura, sequeretur quod antequam Matthaeus (qui primus scripsit euangelium post quindecim annos a Christi ascensione) scriberet, nihil erat credendum, quia tunc nihil erat scriptum. Et post multos annos non tenebamus credere Lazari resurrectionem, quia nondum Ioannes illam scripserat. De his in praefatione beati Lucae, in initio huius diximus. Nunc autem satis tibi sit scire quod ab ipso Deo & Christo Iesu acceperunt Apostoli, quae suis discipulis praedicauerunt, & illi aliis: atque ita ecclesia Romana ea accepit, & obseruat: quae cum diuino spiritu regatur, minime errare potest, nec vnquam errauit, etiam si aliae errauerint. Sic Lucas euangelista in Actis, quando Christus voluit caelos ascendere, ait, quod loquebatur suis de regno Dei, id est, de statu ecclesiae militantis. Quod autem loquebatur non exprimit. Cum iam ad patrem vellet discedere, cum illis de gubernatione ecclesiae egit, de sacramentis, de ordinibus, de episcopis, & sacerdotibus, & de aliis multis quae euangelista siluit. At illa vnico solo verbo comprehendit, dicens. Loquebatur de regno Dei. Pudeant igitur isti Lutherani omnium haereticorum & quos terra sustinet, impudentissimi & procacissimi, qui in omnibus expressam autoritatem euangelij postulant, nolentes credere ecclesiae: cum non videant caeci & duces caecorum quod scriptura suscepit autoritatem ab ecclesia. At hos sinamus, quandoquidem tantum in infernum festinant, & expositionem sequamur beati Lucae, qui postquam de praedicatione Ioannis egit modo inquit.

Matth. 5.

Ioan. 21.

Ioan. 11.

Act. 1.

Matth. 15.

Hero.

Herodes autem Tetrarcha cum corripere ab illo de Herodiade uxore fratris sui, & de omnibus malis que fecit Herodes. Solus Lucas meminit quod Ioannes reprehenderit Herodem de aliis criminibus: nam Matthaeus & Marcus solum de incestu cum Herodiade tractant. Quae autem fuerint alia crimina nescimus. Fuisse autem illum hominem impium & sceleratum non solum ex Domini verbis qui illum appellat vulpem, sed ex poena punctionis tetrarchiae, & exiliis perpetui apud Lugdunum a Caio imperatore inflata colligi potest. De Herodiade solum hic agit mentionem, non adducens in medium reliqua ipsius vitia, nec eorum qualitates: nam reprehensio Ioannis de hoc crimine fuit causa suae mortis. Etenim Herodes Antipater Herodiadem fratris sui Philippi uxorem tulerat, quod turpissimum connubium beatus Ioannes non poterat non reprehendere. Namque beatus Ioannes non erat vt multi huius temporis, qui vitia paruulorum taxant, & puniunt: & potentium peccata dissimulant. Ioannes autem non solum peccata populi, pharisaeorum & publicanorum extermiat: sed etiam peccata principis declarat. Vbi venit statim consideranda Ioannis charitas, & impietas Herodis. Ioannes quippe volebat Herodem saluum fieri, sed Herodes volebat Ioannem destruere. Quid aliud Ioannis animu mouebat nisi Dei dilectio & amor? Angelus enim de eo dixerat venturum esse in spiritu & virtute Heliae, qui regis Achab arguebat peccata: licet sciret odium, & persecutionem excitaturum. Perfectus Dei minister plus facit Dei honorem, quam propriam utilitatem & commodum: imo plus quam vitia & salutem propria: faciliusque omnium rerum suarum iacturam & dispendium faciet, cruciatus & mortem feret: quam ignominiosas in Deum calumnias. Quemadmodum in Ezechia videre licet, qui scidit vestimenta sua, cum legeret literas in quibus Rapaces legatus regis Assyriorum dura conuicia euomuerat contra Deum Israel. Sic Ioannes tantum scelus ferre non valens, & saluti ipsius Herodis consulens, ipsum arguebat: sed Herodes ei qui vitam animae illi vulerat restituere, vitam auferit. Haec est retributio malorum in bonos. Vnde in psalmo inquit Dauid. Posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Vide quam parum proficit in peccatoribus obstinatis charitativa & fraternalis correctio. In duro & deprauato corde nihil prodest monitio sancta bonorum. Quando Pharaon volebat dimittere populum Domini, vt sacrificaret Domino Deo suo, mihi sit Deus Moysen cum virga in manu sua, quam cum in terram proiceret coram Pharaone, conuersa in colubrum. Correctionem & reprehensionem vocauit Iob virgam, dicens: Quare impij eleuati sunt, &c. Non est virga Dei super illos. Hanc virgam, quae correctio est, si coram obstinato Pharaone proicias, hoc est coram peccatis obstinato: in colubrum conuertitur, hoc est, in peccatum letale: quia non sponte correctionem accipit. At notandum est, quod dum Moyses habuit virga in manu, non conuersa fuit in colubrum, quousque illam in terram proiecit. Ita nimirum si acciperis correctionem quam quis tibi praebet, non coluber est, sed virga in manu: at si a te ipsam proieceris in colubrum, hoc est, in peccatum conuertitur. Et

Matth. 14.

Mar. 6.

Luce. 13.

3. Reg. 18.

Isa. 37.

Psal. 108.

Exod. 7.

Iob. 21.

quale est illud: Viro (ait sapiens) qui dura ceruice corripientem contemnit repentinus ei superuenit interitus. Et in Ecclesiastico etiam habetur. Qui odit correctionem, minuetur vita eius. Breuior erit illi vita corporis, nam parum temporis viuere: & vita etiam gratiae, quia in peccato morietur. Quid ergo erit remedium? Vt cauda colubri accipias quemadmodum Moyses fecit, & in virgam conuertetur. Colubrum iterum accipere, est reprehensionem admittere: & ex cauda apprehendere, est finem & intensionem illius considerare qui reprehendit: tuncque coluber in virgam salutiferam conuertetur. Hoc deberet impius & sceleratus Herodes considerare, & quantum & quam magnum esset beneficium amica & beneuola exhortatio. Melius est enim a sapiente corripi: quam stultorum adulatione decipi. Ideo Dauid cupit a iusto in misericordia increpari. At ea est mundi vanitas, & insipientia, vt semper veritatis amatores odiat, & fugiat. Odio habuerunt corripientem in porta. Sic Achior propter veritatem ab Holopherne ligatus, & Michaeas alapa percussus est. Sic & Elia, Jeremias, Helias, Barachias filius Ioiade. Sic & Amos & omnes sancti & prophetae persecutionem passi sunt: & semper a mundo veritas odio fuit habita & contempta. Vnde Paulus Galatis suis scribens ait. Inimicus factus sum vobis, verum dicens. Ideoque ad Iudaeos saluator dicebat. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Beatus Ioannes quia verum dicit, persequitur ab Herode, quousque in capitis discrimen illum intulit. ¶ Querunt autem ad hoc facinus perpetrandum hanc occasionem, vt puella quaedam saltatura exeat, & petat Ioannis caput. In hoc mundo boni pro nihilo habentur. Vnde Paulus: Aestimati sumus sicut oves occisionis. Qui lapides preciosos non agnoscit, smaragdum, qui decem millia ducatorum valet, pro decem vel duodecim ducatis aestimat. Ita mundus tanquam ignorans & insipiens iustorum valorem & precium non agnouit: cum secundum veritatem lapides preciosi sint inestimabilis valoris, in beatitudinis aedificium coaptandi. Ideo Paulus loquutus de mundi iudicio & sententia dicit. Aestimati sumus sicut oves occisionis. O mundi vanitas execranda vt sanctissimo viro Iohanni Baptiste caput auferatur, propterea quod puella exeat ad saltandum: cum reuera nec ouiculae esset auferendum. Ne autem existimes quod quia Herodes illum contemnit, Deus illius obliuiscitur. Nam quemadmodum, ille qui turrim altissimam vult condere, prius fundamenta profundissima iacit: ita volens Deus super omnes choros angelicos beatum Baptistam collocare, voluit vt in morte humilior esset omnibus aliis. Nam nemo omnium tam vili & abiecta occasione mortuus est, scilicet ob videndam puellam saltantem filiam cuiusdam meretricis. Caput autem huius tam celeberrimi viri, quo inter natos mulierum non surrexit maior, oblatum fuit foedus, & adulteris mulieribus, &c. Vt igitur ad vitia & peccata Herodis reuertamur, inquit euangelista. Adiecti & haec super omnia. Vbi maxime aduertere debes, quomodo vnum peccatum alterius sit causa peccati, & quantam veritatem in se contineat dictum illud beati Gregorii: quod peccatum quod per poenitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Hero.

Prom. 29. Eccl. 15.

Eccl. 7.

Psal. 147.

Amos 5.

Iud. 5.

3. Reg. 22.

Galat. 4.

Ioan. 8.

Rom. 9.

Matth. 11.

Grego. II.

25. Mor.

cap. 12.

Psal. 41.

des peccatis prioribus alia adiecit peccata: quia abyssus abyssum inuocat, & vnum post se alterū trahit peccatum. Vnde in Ecclesiastico habetur: **Eccle. 3.** Cor nequam grauabitur in doloribus: & peccator adiecit ad peccandū. Et hoc iusto Dei Iudicio. Quia eum misericordiarum Domini nolit occasionem oblatam accipere, merito à Deo derelinquitur, vt suos appetitus & libidem sequatur, & vt peccata peccatis addat. Etenim (vt inquit Augu- **Aug. lib. 5.** stinus) vnum peccatū est poena alterius peccati. **con. Iuli. c. 3.** Et vnum peccatum Dominus permittit, vt aliud puniat. Iuxta illud Apocalypsis: Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Si autem huius rei adpositif- **Apoc. 2. 2.** sima exempla in sacra pagina videre velis, audi. **Gen. 4.** Nam cum Cain fratri suo Abel maximè inuide- ret, cumque huius peccati poenitentia nō egisset, in aliud maius & grauius præcipitem se dedit, sci- licet in homicidium sui proprii fratris. Nec in hoc gradum silit, sed eo infamiae & temeritatis deuenit, vt existimaret Deum ignorantem & nescientem esse: ita vt dixerit: Nunquid ego sum custos fratris mei? Et his omnibus peccatis aliud addidit omnium pessimum scilicet, dicere. Maior est ini- **2. Ro. 11.** quitas mea quam vt veniā merear. Dauid etiam **Mar. 1. 4.** protinus vt Bersabe concupiuit, secūdo loco adul- terauit, tandem tertio homicida fuit. Petrus etiam **Ioan. 12.** primo simpliciter negauit Christum: secūdo ad- didit iuramentum, & anathematizauit. Sic etiam **Matt. 27.** Iudas primo furerat, & loculos habebat, vt ait **Psal. 37.** Ioānes: deinde murmurator, & detractor: deinde **Dan. 13.** Dominum suū vendidit: postremo seipsum suspēdit. Ne, obsecro, in peccatis detinearis, quia tantas eorum sarcinas assumis, vt oneri sit tibi succum- bendum. Vnde regius & diuinus psaltes: Iniquita- **Psal. 37.** tes meae supergressæ sunt caput meum: & sicut **Dan. 13.** onus graue, grauatæ sunt super me. Tantū tem- poris peccatis hærebis, vt in profundū malorum deuenias. Vnde Daniel seni iniquo dixit: Nūc ven- nerunt peccata tua que operaberis prius super te, iudicās iudicia iniusta. Ex vno in aliud deuenitur **Osea. 4.** peccatum, & vnum peccatū aliud impellit, & nul- **Leg. Gro. li. 13. mo. ca. 10.** lum finē nec terminum hoc genus mali haberet, nisi diuina misericordia nostris peccatis imponat **Iud. 16.** finem. Quemadmodum lapide proiecto in aquas excitatur fluctus, qui simul vt oritur, alterū secum excitat, & ille alterum quousque in magnum & penè infinitum numerum fluctus perueniant: nisi scopulum aliquod fluctibus obstat, ne fluctus vltra progrediantur: sic ex vno peccato commissō aliud oritur, & ex illo aliud, vt fluctus ex fluctu- **Osea. 4.** ibitque hæc fluctuatio in immensum, nisi diuina **Leg. Gro. li. 13. mo. ca. 10.** misericordia his peccatorū fluctibus resistat. Hinc **Iud. 16.** propheta Oseas peccata Israelitici populi narrans inquit. Maledictum mendacium, periurium, &c. sanguis sanguinem tetigit. Tunc sanguis sangui- nem tangit, cum peccatū vnum ad peccatū aliud impellit. Ligatura Samsonis semper de malo in deterius procedebat: nam prius fuit ligatus de- cem neruicis sibus, secūdo nouis funibus, tan- dem vltimo clauo in terram defixo fuit ligatus à crinibus. Sic peccator de vno in aliud peccatum tendens, semper eius status deterioris fit conditio- nis, & fortius ligatur à demone ligamentis & funibus peccatorum: ita vt mentis tenebris obrepta- tus in circuitu diabolo seruiat. Quapropter Do- **Matt. 25** minus per Matthæum malos cōtulit cum hædis,

quia hædus semper procedit de malo in peius: & quanto magis hædus adolefcit, tanto peior fit ad manducandum: ita vt quando ad maturam æta- tem peruenit comedi à nemine possit. Sic semper in peius profunt: quousque in profundū malorum deueniunt. Ideo cauendum est diligen- ter à prioribus peccatis: nam licet parua tibi in principio videantur, paulatim & sensim in gra- uissima incidet, & in profundum malorum. Ideo **Eccle. 21.** Ecclesiasticus ait: Tanquam à facie colubri fuge peccatum. Videbitur forsan tibi parum commen- dasse fugam peccati: siquidem non dixit, fuge pec- catum tanquam vnguibus leonis, aut tanquam à tigridis dentibus, aut tanquam à facie draconis: nam coluber parum veneni habet, nec ab illo fu- giunt nisi pueri. Per colubrum qui inter animalia venenosa minus veneni habet, intelligit hic Ec- **Esa. 14.** clesiasticus paruum peccatum, à quo fugere de- bes. Quare? Quia Esaias dicit, quod ex radice co- lubri egredietur regulus, Basiliscus inter reliqua animalia venenosissimum est, & adeo malus est, vt solo intuitu homines interficiat, atque ita per illud intelligitur grauiissimum omnium peccatū. Fuge igitur à paruis & prioribus peccatis, ne forte oculis Basilisci interficiaris: siquidem ex paruis peccatis, grauiissima oriuntur. In Aegyptum mi- **Eccle. 19** lit Dominus Cynifis, qui musculæ sunt parua. At postea magnas muscæ misit. Vt inde intelli- **1. Cor. 10** gas post parua mala grauiora subsequi. Quod si à prioribus nō caueris, in maiora incidet. Vnde Ec- clesiasticus: Qui spernit modicā, paulatim deci- det. Nam qui conuenit minora damna contem- nere, maiora non sentit: & tanto minus graui- ores culpas timet, quanto in minimis nihil sentie- bat, Beatus Paulus ne Corinthij in grauiora mala precipitarentur, quia parua contemnebant, ait eis: Sedit populus manducare & bibere: & surrex- **Esa. 5.** erunt ludere. Quia in modico cibo & potu sunt vsi, in idololatriam abierunt. Malum paruum time: nam qui inimicum contemnit, ab eo plerunque **Psal. 41.** interficitur. Vnde Esaias: Væ qui trahitis in funi- culis vanitatis iniquitatē. Merito iniquitas in funi- culis vanitatis trahitur, quia peccata peccatis con- **Psal. 41.** cernuntur. Abyssus abyssum inuocat, & vnu pec- catum aliud trahit: & parua scintilla montē in- cendit, & ex paruis occasionibus maxima mala nascuntur. Solet enim fieri si locū prauæ cogita- **Matth. 7** tionis in tuo corde dederis, vel iocose cōfabulatio- ni, paulatim ad iurgia & inimicitias peruenitur, & multoties ad mortē & interitum. Herodes de- **Esa. 7.** nique multa mala fecit, & vxorem fratri suo ab- tulit, & super omnia hæc dicit Euangelista, quod adiecit ad hæc. Et quid adiecit ad mala pristina? **Psal. 75.** Et inclusit Ioannē in carcere. Scelera sua hoc vno absolute, comprehendens sanctiorē virum, & iu- stiores quo neminem in terris reperires, præter Christum & sanctissimam ipsius matrem. Non colligunt de spinis vvas, nec de tribulis ficus: nec à simili homine sceleratissimo aliud melius spe- **Psal. 75.** rari poterat. Quomodoque malū tractaueris, semper deteriore partē reportabis: nec bonus & iustus ab impio & obstinato peccatore alia maio- ra beneficia sibi comparabit. Ideo Esaias ait: Ne **Psal. 75.** formides à duabus caudis titionū fumigantium. Mali titionibus comparatur, Caudas appellat ex- tremitatis torrium in quibus est ignis. Vide quod **Psal. 75.** qui

qui peccatores sunt & principes superbi ac tyrāni- tionibus similes sunt non lucentibus, sed fumi- gantibus. Econtra boni lucentes, lux mundi sunt: sed iniquus torris est nullum splendorē emittens, sed comburens, exulcerans, fumigās, oculos gra- uans, & ad lachrymas protociās, nigredinem effi- cians, & totam congregationem hominum dissi- pans. Et dicit, ex vtraque parte fumigās: quoniam ex nulla parte eum accipies, quin comburaris. Si cum mones & corripis persequitur te: si laudas & adulationibus fallis, te ipsum perdis. Nullum est his medium: nec aliquid maioris emolumentū ab eis capies, quā id quod Ioannis Baptista. In deser- to fere nec animantia bruta in nihilo virū sanctū hædebant. At hic inferni torris nullum habuit suæ sanctitati respectum, nec mirabili eius doctrinæ: sed tanquam latronem aut homicidam in carcere illum coniecit. Ex qua doctrina prospicere atten- **Matth. 23** te debes quæ viscera charitatis & benignitatis Deus habeat, tam erga pios & sanctos: quā erga iniquos & prauos peccatores. Nam Ioannes præcursor domini, vox verbi, angelus missus ante faciē suā, in carcerem coniecit: & quod magis est propter rem ridiculam caput amputauerit Herodes filius perditionis studet deliciis, & lætatur. Quis iudica- **Matth. 23** bit bonis bene esse, malis autem male, cum cōtra- rium prorsus videatur? Hinc igitur impij accipiūt occasione ac in sua malitia roborantur, sicut olim **Matth. 23** Israelitæ dicentes: Bene nobis erat cum seruiremus militiæ cæli, ideo non audiemus vocē tuam. Item **Matth. 23** illud. Recede à nobis. Quid enim prodest nobis si adorauerimus eum? Itemque illud Malachiæ. Vanus est qui seruit Deo. Verum non te moueat hæc. Certū est enim Deum odire peccatores, etiam si omnibus mundi bonis perfuantur, & econtra **Matth. 23** diligit bonos, etiam si omnibus malis eos subiu- dit. Hic necesse est vt rem hanc oculi fidei atten- tissime introspiciant. Sed vt clare hoc appareat Ioannem cum Herode conferamus. Dic igitur cui eorum melius erat, Herodi an Ioanni? Profecto sui rem bene inspicis Ioanni etiam in carcere vincito. Ioannes quamuis vincus securus erat, nec regem timebat. At Herodes dicit liber esse Ioannem timebat. Item Herodes licentias habebat, sed non sa- **Matth. 23** tietatem: tamen Ioannes nihil horum possidens contentus erat, nihil amplius querens. Solet enim **Matth. 23** Deus aliis tribuere dona, aliis fructum donorum. Vnde Iob: Si comportauerit impius quasi pulue- rem argentum ipse congregabit, sed innocenti di- uidetur. Deinde quid malificis Herodes? Coniecit illum in carcerem. At Ioanni totus mundus carcer erat. Coniecit in tenebras, cui prius exosa erat externa illa lux. Abstulit vitam, sed hæc ipse des- piciebat, & mundo mortuus erat, cupiens dissol- **Matth. 23** ui, & esse cum Christo. Tertio: Quis eorum sor- tior fuit? Vtique Ioannes. Vinxit illum Herodes, sed non potuit ligare linguam: abstulit vitam, sed non potuit auferre iustitiam, fidem, nec Deum ipsum. Quarto, quis eorum nunc melius habet? Ioannes certe: nec eum sequuta est semper aduer- sitas, nec Herodem prosperitas. Ioannes modico tempore tribulatus, quiescit in æternum: Herodes modico tempore gauisus, tristatur in æternum. Etenim impius cum moritur, non secum rapit opes. Nihil hinc auferre licet, nisi quod iustitia aut peccato rapitur. Pius in gratia discedens,

omnia Christi bona secum rapit. Abunde igitur diues est, qui cum Christo pauper est, nec penu- riam timere potest. Sed impius cum suo peccato omnia diaboli mala secum affert, & sic omnium miserimus est. Vides ergo quam apte dictum sit quod impiis non bene sit, nec piis male in hac vi- ta: hoc autem ratio non cognoscit. ¶ Herodes ti- **Mar. 6.** mebat Ioannem vt Marcus ait: at Ioannes nō ti- mebat Herodem. Dignum equidem consideratio- ne est quantum mali bonos timeant. Nulla est co- lumba quæ sic adeo accipitem pertimescat, nec **Mar. 6.** ouis aut agnus lupum: vt iniquus, & peccator iu- stum. Videtur enim bonos dominum quoddam & imperium habere super malos: quod quidem **1. Re. 14.** quotidie experimento videmus. Decreuit Iona- thas & socius eius inimicos inuadere, & vt in ca- stra vbi inimici erant transferent, ascendit per sco- pulos: at cum caput erexit, & cum Philistæi Dei inimici faciem Ionathæ viderunt (vt inquit scri- ptura) solo illius aspectu fere mortui sunt. Viden- **1. Re. 14.** tes faciem Ionathæ alij cadebant ante pedes eius, &c. Etenim recte nouerunt mali quantum valeant & possint boni corā Deo, ita vt si ignē petāt à cælo descendere aduersus eos, statim Dominus con- **4. Reg. 1.** cedet, vt fecit Helias. Quod si petierint vt terra ape- **Num. 26** riatur, & malos deuoret? Vtique faciet Dominus. Vt concessit Moyse vt deuoraret Dathan & Aby- **3. Reg. 13** ron. At si pluuia petunt, de cælo descendet: si au- tem sterilitatem ob nostra peccata, id etiam fiet. Sic timebat Saul Dauidem, & Herodes Ioannem: **1. Reg. 13** licet in vinculus esset coniectus. ¶ Iam igitur vi- des quomodo boni etiā si pauperes & egeni sint, & omni destituti auxilio, nihilominus foeliciores & beatiore sunt, quam impij. Nunc autem opere erit pretium vt Ioannes honorē in carcere retenti restauremus. Nam si tu videres quod mādato re- gio aliquis homo qui ab omnibus iustus & san- ctus iudicabatur in carcerem detruditur, nonne scandalizaberis? Semper pro iustitia bene præsu- mendū est, dum autē nobis non contrarium con- stiterit, semper iustitiā bene acere, iudicandum est. Aspice igitur nunc beatū Baptistam in carcere de- **Matth. 23** uinctum, & ipsius famā & honorem magnū de- trimentum pati. Opus igitur est, siquidē iniuste, & immerito iniuriā patitur, & in carcere deuin- citur vt innocentiam suā & sinceritatem probet. Ioannes igitur septē testes pro partibus suis addu- **Matth. 23** cit, & his probat rectum, & iustum esse, & contra omne ius in carcere detineri. Primus testis venit præsentans pro innocencia Baptistæ Propheta Malachias, qui dicit de Ioanne Baptista. Ecce ego **Matth. 23** mitto Angelum meum, qui, &c. Tanta es huius hominis puritas & innocentia, vt merito cū An- gelis conferatur. Secundus & non contentendus testis est regius Propheta, qui considerās Ioannis sanctitatem in psalmo dixit, Iustitia ante eum am- **Psal. 84.** bulabit, & ponet in via gressus suos. Tertius acce- dat testis qui dicit: Exit magnus coram Domino. **Luc. 1.** Quartus, Zacharias pater eius, qui repletus spiri- tu sancto, filio dixit: Tu puer Propheta altissimi vocaberis. Quintus & non minoris autoritatis testis est vox populi qui dicebat: Manus Domini erat cum illo. Sextus ipsa veritas Christus Redem- **Matth. 11.** ptor noster qui ait: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Septimus accedat testes ipsemet Herodes inimicus & persecutor **Matth. 11.** Ioannis,



Ioannis, nullum quippe maius est signum veritatis, nisi quod à propriis inimicis profertur. Herodes inimicus Ioannis, iustitiæ, & veritatis, de ipsa veritate testimonium perhibet, nam de illo ait Marc. 6. Marcus. Herodes metuebat Ioannem, sciebat illum virum iustum & sanctum. Et Herodes dixit etiam de Ioanne: Virtutes operatur in eo. His testimoniois Ioannis sanctitas probabatur, & quod iniuste ab Herode sit in carcere detentus. Et cū ita hæc sese habeant, nihilominus Herodes Ioannem quem sciebat iustum esse in carcerem deiecit, & decollauit, quia eum de peccato arguebat. Sed his dimissis vt ad alia properemus, hic obseruandum est, quod multa de Ioanne Baptista scripserunt euangelistæ, & plura quam de virgine Maria. Nā licet de virgine vt in superioribus vidimus multa dicat noster Lucas, Marcus tamen nihil omnino dicit. Matthæus vero & Ioannes paucissima. De Ioanne tamen omnes quatuor euangelistæ multa dixerunt. Scripserunt namque conceptionem, natiuitatem, vitam, prædicationem, mortem, & sepulturam. Ratio est quia intentio euangelistarum fuit narrare omnia gesta & dicta Christi, in quantum illa sunt necessaria vel vtilia ad nostrā salutem. Quia tamen interdum illa non possunt enarrari, nisi interponantur quedam pertinentia ad alios quatenus aliquo modo tangunt gesta Christi, oportet vt de illis dicant. Nullius autem quantumcunque sanctissimus sit gesta describuntur, nisi quatenus tangūt historiam Christi. Ideo de beata virgine quedam narratur, quedam vero subticentur, narratur quomodo Christum concepit & peperit. Cætera vero de beata virgine vt affumptio eius ad celos, & alia quæ ad Christi historiam non pertinent licet illa essent relatu dignissima, nullus euangelistarum tetigit, quia erat eis alienum & præter intentionē corā. De Ioanne etiam eodem modo dicendū est, quod de eo euangelistæ aliquid dixerunt non propter sanctitatem suam, sed in quantum gesta eius pertinebant ad Christum, & quia plura suorum gestorū ad Christum pertinebant, plura de eo scripserunt euangelistæ. Sed satis digressi sumus, nunc autem ad contextum. \* Factum est autem cum baptizaretur omnis populus. Iam hic clare vides quomodo euangelista non seruat ordinem historię. Nam clarum est quod id quod de baptismo dicit non fuit post carcerem & vincula baptistæ, sed antea, quod sæpe non solum Lucas, sed etiam alij euangelistæ facere solent, ducti spiritu diuino. Sic etiam D. Augustinus sentire videtur quod Iudas post Christi mortem laqueo se suspenderit, nam visis miraculis quæ in Christi morte fiebat, compunctus est, nam antea non erant principes sacerdotum in templo, vt daret illis pecunias, quia assistebant in Christi morte. Hoc autem Mattheus scribit ante Christi mortem, Ioannes etiam Euangelista ait ante Lazari suscitationē Mariam vnxisse pedes Iesu, quod accidit postea ante sex dies paschæ. In Genesi quoque dicit Iacob Ioseph filio suo. Nunquid ego & mater tua adorabimus te super terram? Cum ergo tunc esset viua Rachel, scriptura ante hoc in capite trigesimo quinto scribit mortem Rachel, quæ postea fuit. Nam si cum hæc dixit Iacob Iosepho mortua esset Rachel, nõ esset Ioseph filius senectutis, sed Benjamin. Et etiam

Marc. 6.

Luc. 9.

\* Tex.

Aug. 9. ex nouo 851. q. 94

Mat. 22. Ioan. 11.

Gene. 37.

quod habetur Exodi vigesimo quarto. Et venit Moyses & narrauit populo, omnia verba ponenda sunt in sine capitis præcedentis, ante initium capitis vigessimi quarti. Nā post datas leges descendit Moyses de monte, vbi cum Domino fuerat. Plura alia scripturæ loca in mediū adducere possem, nisi breuiati consulerem. ¶ Sed his dimissis obserua quod licet Lucas dicat quod omnis populus baptizabatur à Ioanne, dictio, omnis, non pro omnibus nullo dempto accipienda est, sed pro maiori parte, nam certum est aliquos non fuisse à Ioanne baptizatos. Vniuersales loquutiones in scriptura non ita vniuersaliter vt litera sonat accipiendæ sunt, nec in rigore dialèctico. Sic Esaias: Videbit omnis caro quod os Domini loquutū est. Et Paulus sese omnibus omnia factum esse prædicat, vt omnes lucrifaceret. Atque in alio loco ait: Omnes quærunt quæ sua sunt, nõ quæ Iesu Christi, Dominus etiam, Omnes qui ante me fuerunt fures fuerunt, & latrones. Nunquid fur fuit Dauid, Esaias, Ieremias, & Ioannes Baptista? Absit. Loci isti & vniuersales loquutiones non de omnibus, sed de pluribus intelligendæ sunt. Ex quo patet quam debile sit fundamentū eorum, qui probare volunt, beatam virginem conceptam in originali peccato ex illo Pauli. Omnes in Adam peccauerunt. Ex opposita contra ipsos adduci potest illud quod Iacobus ait: Omnes in multis deficiamus. Vbi Iacobus de peccatis actualibus loquitur, quia pluraliter loquitur, peccatū tamen originale vnum in vnoquoque tantum est. Si ergo omnes nullo excepto intelligendum est quod in multis delinquimus, concedere tenentur autoritate Iacobi conuicti quod beata virgo habuerit multa peccata actualia. Et si dicant quod Iacobi dictum interpretandum est excepta. Deipara virgine, cur etiam & auctoritas Pauli sic interpretada nõ erit? Igitur Iacobus & omnes auctoritates quas citauimus excepta Pauli auctoritate quæ omnes includit dempta virgine intelligendæ sunt, vt in plurimum, nam multi excipiuntur ab illa generalitate. Iste etiam modus loquendi frequens & vñtatus est apud nos. Nam si plures sequuntur aliquem egregium concionatorē dicere solemus. Omnes sequuntur illum, scilicet, maxima populi pars. Sic etiā omnis populus baptizabatur à Ioanne, id est, maxima populi multitudo, & maior populi pars veniebat ad Ioannē & baptizabatur ab eo. \* Et Iesu baptizato. Expende Christi bonitatem & humilitatem, nam Ioannes peccatores baptizabat, & prædicabat illis pœnitentiam: & Christus ac si peccator esset, inter multitudinem peccatorum baptizari voluit à Ioanne. In circuncisione tanquam peccator circuncidi voluit: sed illā humilitatem coram paucis ostendit. Verum hic coram multitudine populorum tanquam si peccator esset nudari & baptizari voluit à seruo. Mercator vbi lucri spes affulget currit celeriter, & nihil intentatū relinquit, quo citius vadat. Ita Christus vbi humilitatem assequi poterat, accelerat, & properat, vt hanc sibi sponfam copularet. Atque ita inter peccatores constitui voluit, vt vnus eorum, qui rex erat ecclesiæ. Voluit itaque Dominus baptizari vt exemplum humilitatis præberet. Item non vt sanctificaretur ab aquis: sed vt vim regeneratiuam aquis cõferret. Item vt innotesceret Ioanni

Esai. 7.

1. Cor. 1.

Phi. 2.

Ioan. 18.

Rom. 5.

Luc. 3.

\* Tex.

Ioan. 1.

Ioan. 1.

\* Tex.

Esai. 1.

Ioanni determinate: nam quāuis sciret Ioannes Christum in mundo esse, tamen qui ab infantia illum non viderat, nesciebat quis esset, nam cum plurimi anni transacti essent faciem mutauerat. Atque ideo postea dixit. Ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare, ille mihi dixit: Super quē videris spiritum descendentem & manentē super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Venit itaque Christus longo itinere à Galilæa vsque in Iordanem vt baptizaretur, vt doceat nos qua humilitate & reuerentia suscepturi simus ecclesiæ sacramenta, quandoquidem baptismum hunc qui futuri vmbra & imago erat tāta humilitate Christus suscepit, & à longinquo veniens. Nunc autē omnes volunt sacrum domi celebrare, vbi ludūt, comedunt, & bibunt. ¶ Quemadmodū Christus in baptismum tendit, tu fac similiter. Nonne manifestissima esset insania, quod vellet aliquis regē domum suam venire ad cõuersandum? Tu tenebris ad illum ire, ille autē ad te nequaquam tenetur. Nunc autem sacerdos iam est indutus sacris vestibus expectans te vt à lecto surgas, & manus & faciem laues, nonne hoc est Deum ad te venire vt te inuisit & alloquatur? Ita Christus in baptismum venit iter à longe faciens tanquā alius quinius particularis homo, vt intelligas qua reuerentia ecclesiæ sacramenta sint suscipienda. Ex ea autem humilitate qua baptismum suscipit, discere debes, quomodo in ecclesia debeas esse, nunc autē maximē deplorandum quanta irreuerentia multi sint in ecclesia, magnas sedes secum ferunt, puluinoe, & alia id genus superflua & vana. Aspice igitur Christū quomodo inter alios peccatores baptismum suscipit, tu verò sacramentum inter alios non vis accipere, sed quia nobilis es (& in sanus & amens potius quam nobilis) solus Eucharistię sacramentum vis suscipere, quasi videatur tuæ auctoritati aliquid derogari si cum aliis accedas ad tantum & tam ineffabile sacramentū. ¶ Aduerte autem quod quemadmodū duo fortes & ad pugnam structissimi homines ex auditis solū & fama se cognoscunt, desiderant tamē facie ad faciem seipfos videre, & suarum virium in congressu aliquo experimentum facere, ita duo hic potentissimi homines Christus & beatus Ioannes de humilitate in hoc baptismo quasi certant, quis eorum humilior appareat. Ioannes ait: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Et rursus ait: Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti. Sed Christus: Vis ne mecum de humilitate certare? Ad id quod dicit, tu venis ad me, dico quod ego veniam vt quæram te, & manum eam quā dicit non esse dignam soluere corrigiam calceamento meorum super caput meum ponā in baptismo, &c. \* Et orante. Nullam Christus habebat necessitatē vt oraret, sed vt exemplum præberet, & simul doceret orationem nobis esse faciendam post ablutionem peccatorum, & in statu gratiæ & non in peccatis, in quo statu nullum opus meritorium vitæ æternæ fieri potest. Etenim habetur in Esaiā Dominum dixisse: Cum multiplicaueritis orationem non exaudiam. Et adiecit: Laua mini, mundi estote, auferite malum, &c. Secundo orat Christus, vt scias post baptismum esse hominibus orandū vt introeant cælum. Quia licet per baptismum aperiatur cælum & detur nobis gra-

tia, & remittantur peccata, manet tamen fomes peccati nobiscum pugnans interius, & mūdus & demones qui exterius aperitissimum bellū aduersus nos gerunt, contra quos antidozū saluberrimum & necessarium est oratio. Sic beatus Petrus admonet dicens: Sobrii estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquā leo rugiens circuit, quærēs, &c. Ideoque vigilate in orationibus. Nam vt Paulus ait: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates tenebrarum harum. Sciendū autem est, antequam vltra progrediamur formam baptismi Ioannis esse, in nomine venturi, scilicet, Iesu Christi, vt in Actus apostolorū habetur, sed hæc forma non erat Christo conueniens, ideoque incertum est sub qua forma illum baptizauerit. Cum baptizaretur tamen, & oraret, ait noster Lucas, quod *Aperitum est cælum*. Non realiter, sed secundum apparentiam: sicut alibi dicitur de tempore diei iudicij quod stellæ de cælo cadent. Epor tebat enim vt secundum intellectum simplicium, quibus scriptura suas loquutiones accommodat vt possint intelligere, vt exiret columba illa, & crederetur illa vox de cælo venire, vt diceretur cælū apertum fuisse. Ideo sæpe in scriptura dicitur Deū habere pedes, & manus: cum nihil horum habeat. Et iste modus de apertione cæli est satis vulgatus in scriptura. Sic in Genesi dicitur: Cataractæ cæli apertæ sunt, & facta est pluuia magna. Et in Deuteronomio: Aperiet Dominus thesaurum suum optimum cælum, vt tribuat pluuiam terræ temporæ suo. In quarto quoque volumine regū scriptum est cum diceret Eliseus sequenti die futuram esse abundantiam panis in Samaria, respondit quidam, Si Dominus fecerit cataractas in cælo, non esse poterit quod loqueris. Sed ista visio de apertione cæli fuit corporaliter, licet non aperirentur cæli realiter: tamen videbantur hominibus quod aperirentur realiter propter aliquem motum vel figuram factā in nubibus. Nam naturaliter & sæpe hoc fit, & vocantur tales impressiones hiatus. Hanc autem apertionem nõ solum Christus, sed omnes qui illic aderant quādo Christus baptizatus est, viderunt: nam alias frustra cæli aperirentur, quia apertio facta fuit, vt illic astentes aliquid noui possent cognoscere. Voluit tamē Deus vt in baptismo cæli aperirentur: primo vt ostenderet quod virtus cælestis descēdebat de cælo ad baptismum sanctificandū, & super quemcūque baptizatum. Secundo, quia in baptismo profitemur fidem, & baptismus fidei sacramentum dicitur: per fidem autem inspicimus cælestia quæ sensum & rationem humanā excedunt. Ideoque cælū apertum est, quia in baptismo fides nobis datur, per quam cælestia cognoscimus, quæ sine fide per humanam rationem cognosci non poterant. Tertio quia per baptismum datur nobis introitus ad regnum cælestē, quod per baptismum clausum fuerat. Præterea quemadmodum primi hominis superbia cælum clausit, sic Christi humilitas illud aperuit, & aditum ad id nobis patefecit. ¶ Obserua etiam quod hic cælum aperiri dicitur, non tamen in Christi passione, in qua apertum fuit cælū & tenebris obscuratum: cū reuera in Christi passione omnibus nobis apertū sit & latroni patuit, & ei Christus dixit: Hodie mecū eris in paradiso.

1. Pet. 5.

Epho. 6.

Act. 17.

Psal. 109.

Gen. 7.

Deut. 28.

4. Reg. 7.

**Luc. 27.** Tunc enim ita fuit apertum, & antea sic erat clausum, vt neque Ioanni Baptistæ ad illud ingressus esset. Multo melius in passione cæli aperiendi erant, quam in baptismo. Sed audi. Quantum fuit ex merito Christi tunc in baptismo cæli patuerunt: tantum enim fuit meritum illud, & tanta humilitas in hoc baptismo, vt vix pater potuerit se cohibere, quin cælos aperiret Christo se aquis immergente. Sed in die crucis cæli non monstrantur aperti, quia dies illa fuit dies iræ, dies ultionis Domini, qua vindictam sumpsit de peccatis nostris in filio suo. Ita in Esaiâ, dies ultionis, dies redemptionis dicitur. Item in cruce corpus Christi quod quidem præstantius erat cælo rumpitur, & aperitur ideo ne quæras alterius cæli apertionem. Vbi maiora aperiuntur, non est necesse vt minima aperiuntur. *Et descendit Spiritus sanctus corporalis specie sicut columba in ipsum.* Ex quo patet, quod non fuit vera columba, quia species nõ accipitur hic pro natura specifica, sed pro similitudine alicuius rei. Ex quo innuitur, quod non erat illud corpus verum quod ostendebatur, sed species illius, id est, similitudo. Sicut non dicimus quod Christus venit ad nos specie corporea, sed quod venit in corpore. Sic si Spiritus sanctus apparuisset in vera columba, sicut Christus in vero corpore: non diceretur quod descendit in corporali specie, sed quod descendit in corpore vel corporaliter. Etenim Angelus aliquis assumpsit illam similitudinẽ columbe conflata ex aere, nõ descendens de cælo, sed de aliqua parte altissima agris, & mouit illam vsque ad Christum; & ob hoc putabatur ex cælo descendisse, quæ peracto suo munere in eam abiit materiam, ex qua fuerat cõposita. Deus enim immutabilis & incircumscribibilis nõ mouetur, neque descendit, dicitur tamẽ quod spiritus sanctus descendit, quia illa species columbe seu similitudo spiritum sanctum repræsentans vero descendit, significando spiritum sanctum descendere super Christum: qui tamen non descendebat, quia in Christo realiter erat. *Obserua autẽ quod spiritus sanctus super apostolos in linguis igneis venit, quia venit illuminare apostolos, & purgare eorum peccata: sed super Christum in columbæ specie descendit, vt Christi innocentiam demonstraret.* In cuius rei typum scriptum habetur in Genesi, quod columba post diluuium attulit virentis oliuæ ramum: per quam intelligitur innocentia mansuetudinis cum gratia vñctionis. Venit inquam spiritus sanctus non vt gratiam Christo daret, qui ad plenitudinem acceperat: sed ad manifestandum dignitatem, excellentiam & gloriam Christi. Et quia tunc magis peccatoribus se accommodabat, deicit eius innocentiam, & sanctitatem ostendi per columbæ descensum. Præterea in columbæ specie spiritus sanctus super Christum apparere voluit: quia non venit vt peccata per zelum percuteret, sed vt per mansuetudinẽ toleraret. Vnde ipse Ioanni & Iacobo volentibus Samaritanos ascendere, dixit: Nescitis cuius spiritus estis. Filiius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Rursus hic ostenditur quales animas amat, qualesque reddit spiritus ille celestis. Nihil columba simpliciis, aut a pugna raptaque alienius: tales amat, talesque spiritus mansuetudinis facit: hoc est modestos, mites, & mansuetos, &c. Denique vt

concludam, columba nõ venit ad hominem, nisi cum est ipsi homini familiaris, domestica, & amica. Ita venit spiritus sanctus ad nos vt familiaris, vt domesticus, & vt amicus. O rem inaudita, Deus homini se familiarem præstat, vt familiaris est columba, quæ ad hominis manus sine villo metu accedit. Credo certissime hoc voluisse Dominum per columbæ in se aduentum indicare, quod spiritus sanctus olim antiquis hominibus erat velut ferus, velut intractabilis: sed per Christum factus est hominibus amicus. Ita vt sicut inter domesticas oves habent homines suas columbas: ita nunc homines inter domesticas sibi diuitias spiritum sanctum habere se putent. O vere diuitem, qui Deum possidet. Et quidem columba fecundissima est: non tamen sibi, sed Domino suo parit. Ita spiritus sanctus in nobis fecundissimus est, quia fecundos nos reddit: eam tamen fecunditatem, non in suam, sed in nostram vult cedere vtilitatem. Ex quibus habes Christiani hominis mores, columbini sunt, mites, atque fecundi. Sed de his satis. *Et vox de cælo facta est.* Hæc vox non fuit formata à patre, nec ab aliqua diuina persona: Deus etenim nõ potest aliquam vocẽ formare, quia Deus nihil potest facere cum successione: formare tamẽ vocem fieri non potest nisi cum successione, quia vox est quidam sonus cõtinuus, & quãdiu durat iste sonus, oportet quod vocans actualiter impelat, & frangat aërem ad formationem vocis, & sic est actio cõ successione, quod quidẽ Deo non conuenit. Quapropter hæc vox formata fuit ab aliquo angelo, qui potest formare voces in corpore assumpto, vt patet de angelo Gabriele, qui vere loquutus est beatæ virgini Mariæ, & de multis aliis. Conuenit autem hoc Angelis, quia ipsi sunt Dei ministri, vt psalmista ait, & Paulus etiam ad Hebræos. Et quia ea quæ quis facit per ministrum suum, dicitur quod ipse facit: sic quia Angelus formauit istam vocem loco patris, dicitur patre loquutum fuisse. Sic in scriptura dicitur quod Salomon edificauit templum Domino, tamẽ ipse nihil laboris contulit, sed ministri eius. Qui modus loquendi frequens est & visitatus in scriptura, quia multoties dicitur quod Dominus fuit loquutus Abraham, & Iacob, & Moyse, & Dauid, & aliis: & erat Angelus qui loquebatur, vt beatus Stephanus dicit in Actis, & Paulus ad Galatas. Quia ille Angelus loquebatur loco Dei, & vices illius gerebat in illo actu: dicitur quod Deus loquebatur. Sic ista vox formata fuit ab Angelo in aere propinquo iuxta Christum. Dicitur hæc vox facta de cælis, non quod de cælo venerit, sed quia venit de aere. Aer enim in scriptura cælum dicitur, sicut infra noster Lucas ait de semine illo, quod cecidit secus viam, quod volucres cæli comederunt. Sed quid hæc vox dixit, audiamus. *Tu es filius meus dilectus.* Confubstantialis, coæternus, naturalis, & vnicus. Dilectus inquam, quia quatenus Deus illum diligit amore infinito & æterno, sicut seipsum. Secundum vero humanitatem assumptam diligit eum magis quam totum vniuersum: quoniam maius bonum contuli illi soli, quam totis creaturis simul: nempe personalem vñionẽ cum verbo, & gratiam sine mensura. *In te complacui mihi.* Id est, in quo voluimus mea implebitur quantum ad reparationem generis humani: propter quod Saluator ipse ait: Quæ

placita sunt ei facio semper. Si enim letatur Deus in operibus suis, & si bene placitum est Domino in populo suo: quanto magis in filio suo vnigenito delectabitur, & cõplacebit: in quo nihil dissimilitudinis, nihil contrarietatis, nihil denique mali inuenitur? Demum secundum diuinitatẽ Christi complacet sibi pater in filio complacencia infinita: secundum vero humanitatem assumptam habet in eo complacenciam singularem tanquam in filio obedientissimo. Hoc est, quod per Esaiam pater loquitur Christo, dicens: Ecce puer meus suscipiam eum, electus meus complacuit sibi in illo anima mea: dedit spiritum meum super eum. Bonitas etiam diuini amoris notatur, cum ait: In quo mihi complacui. Sunt enim sæpe in nobis complacencie voluntatis, non secundum rationẽ ideoque non bonæ: Deus vero quocumque vult, illud est bonum, quippe eius voluntas omnimoda ratione abundat, & cuius ratio bona semper quaerit. *Perpende autem quod sæpe in scriptura præteritum ponitur pro præsentis: vt hic complacui, habetur pro complacere. Et tolle filium tuum quem dilexisti, vt est in Hebræo, habetur pro diligisti. Est etiam pulcherrimum exemplum in Ioanne cum Christus dixit Mariæ Magdalene: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Ascendi pro ascendendo ponitur. Hoc est quadragesima dies apud vos commemoraturus sum: & ideo ne sis in me tangendo occupata: sed propera, curre, & annuncia discipulis meis, præcipuẽ Petro, me iam à mortuis surrexisse. Alioquin nunquam se tangi à Magdalena prohibuisset, qui libenter se postea tangi permisit à Magdalena & aliis mulieribus. Lege Ambrosium. Porro Mattheus ait: Hic est filius meus dilectus: sed Lucas ait, tu es filius meus dilectus. Ad eandem sententiam explicandam valet. Vox etenim celestis vnũ horum dixit: sed Mattheus ostendere voluit, ad id valere verba, quæ dicta sunt, vt illis potius qui audiebant indicaretur, quod ipse esset filius Dei. Nõ enim Christo indicabatur, quod ipse iam recte nouerat: sed vt qui aderant, audirent: propter quos facta est hæc vox. Præterea vox patris solũ Christum designat, & de illo dicit: Hic est filius meus dilectus, vt hoc veluti maximo testimonio & solatio confirmati, illi crederemus, neque dubitaremus omnem nostram spem in illo collocare. Obserua quod hæc vox patris & sub his verbis in baptismo tantũ & in Christi transfiguratione audita est. In baptismo facta est ad significandum, quod in baptismo efficitur homo filius Dei adoptiuus. Adoptio autẽ filiorum Dei quæ est per quandam cõformitatẽ imaginis ad filium Dei naturalem fit per gratiam in hoc seculo, quæ est cõformitas imperfecta, & per gloriam in alio seculo, quæ erit perfecta. Iuxta illud Ioannis: Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus namque quod cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Igitur quia gratiam consequimur in baptismo, & in transfiguratione claritate glorie: ideo tantũ in baptismo & in transfiguratione demonstratur Christi filiatio, & auditũ est, hic est filius meus dilectus. Ad nostram autẽ eruditionẽ hic diligenter obseruandum est, quod Christus in hoc baptismo vbi tantam ostendit humilitatem, & rerum mundanarũ*

placita sunt ei facio semper. Si enim letatur Deus in operibus suis, & si bene placitum est Domino in populo suo: quanto magis in filio suo vnigenito delectabitur, & cõplacebit: in quo nihil dissimilitudinis, nihil contrarietatis, nihil denique mali inuenitur? Demum secundum diuinitatẽ Christi complacet sibi pater in filio complacencia infinita: secundum vero humanitatem assumptam habet in eo complacenciam singularem tanquam in filio obedientissimo. Hoc est, quod per Esaiam pater loquitur Christo, dicens: Ecce puer meus suscipiam eum, electus meus complacuit sibi in illo anima mea: dedit spiritum meum super eum. Bonitas etiam diuini amoris notatur, cum ait: In quo mihi complacui. Sunt enim sæpe in nobis complacencie voluntatis, non secundum rationẽ ideoque non bonæ: Deus vero quocumque vult, illud est bonum, quippe eius voluntas omnimoda ratione abundat, & cuius ratio bona semper quaerit. Perpende autem quod sæpe in scriptura præteritum ponitur pro præsentis: vt hic complacui, habetur pro complacere. Et tolle filium tuum quem dilexisti, vt est in Hebræo, habetur pro diligisti. Est etiam pulcherrimum exemplum in Ioanne cum Christus dixit Mariæ Magdalene: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Ascendi pro ascendendo ponitur. Hoc est quadragesima dies apud vos commemoraturus sum: & ideo ne sis in me tangendo occupata: sed propera, curre, & annuncia discipulis meis, præcipuẽ Petro, me iam à mortuis surrexisse. Alioquin nunquam se tangi à Magdalena prohibuisset, qui libenter se postea tangi permisit à Magdalena & aliis mulieribus. Lege Ambrosium. Porro Mattheus ait: Hic est filius meus dilectus: sed Lucas ait, tu es filius meus dilectus. Ad eandem sententiam explicandam valet. Vox etenim celestis vnũ horum dixit: sed Mattheus ostendere voluit, ad id valere verba, quæ dicta sunt, vt illis potius qui audiebant indicaretur, quod ipse esset filius Dei. Nõ enim Christo indicabatur, quod ipse iam recte nouerat: sed vt qui aderant, audirent: propter quos facta est hæc vox. Præterea vox patris solũ Christum designat, & de illo dicit: Hic est filius meus dilectus, vt hoc veluti maximo testimonio & solatio confirmati, illi crederemus, neque dubitaremus omnem nostram spem in illo collocare. Obserua quod hæc vox patris & sub his verbis in baptismo tantũ & in Christi transfiguratione audita est. In baptismo facta est ad significandum, quod in baptismo efficitur homo filius Dei adoptiuus. Adoptio autẽ filiorum Dei quæ est per quandam cõformitatẽ imaginis ad filium Dei naturalem fit per gratiam in hoc seculo, quæ est cõformitas imperfecta, & per gloriam in alio seculo, quæ erit perfecta. Iuxta illud Ioannis: Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus namque quod cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Igitur quia gratiam consequimur in baptismo, & in transfiguratione claritate glorie: ideo tantũ in baptismo & in transfiguratione demonstratur Christi filiatio, & auditũ est, hic est filius meus dilectus. Ad nostram autẽ eruditionẽ hic diligenter obseruandum est, quod Christus in hoc baptismo vbi tantam ostendit humilitatem, & rerum mundanarũ

contemptum, vocẽ patris audiuit, & Spiritus sanctus in specie columbæ apparuit: ita vt à patre simul & spiritu sancto honoratus & exaltatus fuerit. Vbi clare & manifeste docemur, quod si honoribus & glorie studemus, vt illos facilius assequamur, opere pretium est eos contemnere & fugere. In hac tanta animi humilitate & abiectione vox patris audita dicitur: Hic est filius meus dilectus. Ac si diceret: Hic non est peccator, vt vos putatis: sed filius est Dei. Columba quæ sine felle est, ostendit quod hic humilis Iesus caret felle peccati. Vides iam quomodo per eam viã, quam accepit vt honorem contemneret, per eandem illum inuenit? Hoc idem Christus consequutus fuit in quocumque negotio, & resuscipita in vita sua: nam vbicumque seipsum magis humiliavit, ibi maiore gloriam fuit adeptus. Nascitur in stabulo, tuncque laudatur ab Angelis & canunt. Cum tanquam peccator circumciditur, statim ibi imponitur illi nomen Iesus, hoc est Saluator. Moritur in cruce tanquam sceleratus inter duos latrones, ibique gloriam suam Deus ostendit obsecrã cælum solem, & stellas, & Centurio illum glorificauit & magnificauit. Hic autem cum tanquam peccator baptizaretur, à patre filius Dei vocatur, & extollitur. Vt hinc discant omnes qui membra Dei sunt hac via contemptus & humilitatis incedere: vt inde immortale sibi nomen & gloriam consequantur. \* Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta. Habebat viginti nouem annos & tredecim dies, quia sexta die Ianuarij in eadẽ die, qua Magi venerunt ab oriente adorare Christum, baptizatus est à Ioanne in Iordanis flumine. Hæc enim est ætas perfecta in qua homo probus vel improbus cognoscitur. Ideoque filij Gerson non nisi ab annis triginta vsque ad quadraginta numerabantur. Sed iam ad Christi genealogiam deueniamus. \* Et putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, &c. Qui s. Ioseph fuit filius Heli, qui, s. Heli fuit filius Matthat, qui Matthat fuit filius Leui, & sic deinceps de omnibus aliis loquendum est vsque in finem. Hic describit Lucas Christi genealogiam, incipiens ab inferiori ad superiorem, scilicet ab Ioseph, & finem faciens in Deo patre. Sed antequam de hac genealogia discutiamus, opere pretium est scire, cur Luc. & Mat. etiam scribunt Christi genealogiam cum Paulus contrarium doceat, ait in Timotheo scribens: Rogauit te vt maneres Ephesi cum irem in Macedoniam, vt denunciare quibusdam, ne intenderent fabulis & genealogiis. Tito etiam ait: Stultas autem quaestiones & genealogias deuita: sunt enim inuiles & vanæ. Si igitur hoc ita se habet, estque vanitas & amentia de genere & stirpe agere, quare Euangelista noster ita serio genealogiam Christi narrat? Nulla est contradicção inter D. Lucam & Paulum: quandoquidem vterque diuino afflatus spiritu scripserunt. Sed ad hæc respondetur, quod inter Iudæos multe erant quaestiones & dissidia de genere & sanguine: alij namque gloriabantur à Moyse descendere, alij à Iosue, alij à Caleb, & super hac re magna erat discipatio. Quapropter Paulus tantis discidijs voluit esse impedimento. At vero opus erat factu vt Euangelista Christi genealogiam scriberet, vt ostendere

placita sunt ei facio semper. Si enim letatur Deus in operibus suis, & si bene placitum est Domino in populo suo: quanto magis in filio suo vnigenito delectabitur, & cõplacebit: in quo nihil dissimilitudinis, nihil contrarietatis, nihil denique mali inuenitur? Demum secundum diuinitatẽ Christi complacet sibi pater in filio complacencia infinita: secundum vero humanitatem assumptam habet in eo complacenciam singularem tanquam in filio obedientissimo. Hoc est, quod per Esaiam pater loquitur Christo, dicens: Ecce puer meus suscipiam eum, electus meus complacuit sibi in illo anima mea: dedit spiritum meum super eum. Bonitas etiam diuini amoris notatur, cum ait: In quo mihi complacui. Sunt enim sæpe in nobis complacencie voluntatis, non secundum rationẽ ideoque non bonæ: Deus vero quocumque vult, illud est bonum, quippe eius voluntas omnimoda ratione abundat, & cuius ratio bona semper quaerit. Perpende autem quod sæpe in scriptura præteritum ponitur pro præsentis: vt hic complacui, habetur pro complacere. Et tolle filium tuum quem dilexisti, vt est in Hebræo, habetur pro diligisti. Est etiam pulcherrimum exemplum in Ioanne cum Christus dixit Mariæ Magdalene: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Ascendi pro ascendendo ponitur. Hoc est quadragesima dies apud vos commemoraturus sum: & ideo ne sis in me tangendo occupata: sed propera, curre, & annuncia discipulis meis, præcipuẽ Petro, me iam à mortuis surrexisse. Alioquin nunquam se tangi à Magdalena prohibuisset, qui libenter se postea tangi permisit à Magdalena & aliis mulieribus. Lege Ambrosium. Porro Mattheus ait: Hic est filius meus dilectus: sed Lucas ait, tu es filius meus dilectus. Ad eandem sententiam explicandam valet. Vox etenim celestis vnũ horum dixit: sed Mattheus ostendere voluit, ad id valere verba, quæ dicta sunt, vt illis potius qui audiebant indicaretur, quod ipse esset filius Dei. Nõ enim Christo indicabatur, quod ipse iam recte nouerat: sed vt qui aderant, audirent: propter quos facta est hæc vox. Præterea vox patris solũ Christum designat, & de illo dicit: Hic est filius meus dilectus, vt hoc veluti maximo testimonio & solatio confirmati, illi crederemus, neque dubitaremus omnem nostram spem in illo collocare. Obserua quod hæc vox patris & sub his verbis in baptismo tantũ & in Christi transfiguratione audita est. In baptismo facta est ad significandum, quod in baptismo efficitur homo filius Dei adoptiuus. Adoptio autẽ filiorum Dei quæ est per quandam cõformitatẽ imaginis ad filium Dei naturalem fit per gratiam in hoc seculo, quæ est cõformitas imperfecta, & per gloriam in alio seculo, quæ erit perfecta. Iuxta illud Ioannis: Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus namque quod cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Igitur quia gratiam consequimur in baptismo, & in transfiguratione claritate glorie: ideo tantũ in baptismo & in transfiguratione demonstratur Christi filiatio, & auditũ est, hic est filius meus dilectus. Ad nostram autẽ eruditionẽ hic diligenter obseruandum est, quod Christus in hoc baptismo vbi tantam ostendit humilitatem, & rerum mundanarũ

placita sunt ei facio semper. Si enim letatur Deus in operibus suis, & si bene placitum est Domino in populo suo: quanto magis in filio suo vnigenito delectabitur, & cõplacebit: in quo nihil dissimilitudinis, nihil contrarietatis, nihil denique mali inuenitur? Demum secundum diuinitatẽ Christi complacet sibi pater in filio complacencia infinita: secundum vero humanitatem assumptam habet in eo complacenciam singularem tanquam in filio obedientissimo. Hoc est, quod per Esaiam pater loquitur Christo, dicens: Ecce puer meus suscipiam eum, electus meus complacuit sibi in illo anima mea: dedit spiritum meum super eum. Bonitas etiam diuini amoris notatur, cum ait: In quo mihi complacui. Sunt enim sæpe in nobis complacencie voluntatis, non secundum rationẽ ideoque non bonæ: Deus vero quocumque vult, illud est bonum, quippe eius voluntas omnimoda ratione abundat, & cuius ratio bona semper quaerit. Perpende autem quod sæpe in scriptura præteritum ponitur pro præsentis: vt hic complacui, habetur pro complacere. Et tolle filium tuum quem dilexisti, vt est in Hebræo, habetur pro diligisti. Est etiam pulcherrimum exemplum in Ioanne cum Christus dixit Mariæ Magdalene: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Ascendi pro ascendendo ponitur. Hoc est quadragesima dies apud vos commemoraturus sum: & ideo ne sis in me tangendo occupata: sed propera, curre, & annuncia discipulis meis, præcipuẽ Petro, me iam à mortuis surrexisse. Alioquin nunquam se tangi à Magdalena prohibuisset, qui libenter se postea tangi permisit à Magdalena & aliis mulieribus. Lege Ambrosium. Porro Mattheus ait: Hic est filius meus dilectus: sed Lucas ait, tu es filius meus dilectus. Ad eandem sententiam explicandam valet. Vox etenim celestis vnũ horum dixit: sed Mattheus ostendere voluit, ad id valere verba, quæ dicta sunt, vt illis potius qui audiebant indicaretur, quod ipse esset filius Dei. Nõ enim Christo indicabatur, quod ipse iam recte nouerat: sed vt qui aderant, audirent: propter quos facta est hæc vox. Præterea vox patris solũ Christum designat, & de illo dicit: Hic est filius meus dilectus, vt hoc veluti maximo testimonio & solatio confirmati, illi crederemus, neque dubitaremus omnem nostram spem in illo collocare. Obserua quod hæc vox patris & sub his verbis in baptismo tantũ & in Christi transfiguratione audita est. In baptismo facta est ad significandum, quod in baptismo efficitur homo filius Dei adoptiuus. Adoptio autẽ filiorum Dei quæ est per quandam cõformitatẽ imaginis ad filium Dei naturalem fit per gratiam in hoc seculo, quæ est cõformitas imperfecta, & per gloriam in alio seculo, quæ erit perfecta. Iuxta illud Ioannis: Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus namque quod cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Igitur quia gratiam consequimur in baptismo, & in transfiguratione claritate glorie: ideo tantũ in baptismo & in transfiguratione demonstratur Christi filiatio, & auditũ est, hic est filius meus dilectus. Ad nostram autẽ eruditionẽ hic diligenter obseruandum est, quod Christus in hoc baptismo vbi tantam ostendit humilitatem, & rerum mundanarũ

placita sunt ei facio semper. Si enim letatur Deus in operibus suis, & si bene placitum est Domino in populo suo: quanto magis in filio suo vnigenito delectabitur, & cõplacebit: in quo nihil dissimilitudinis, nihil contrarietatis, nihil denique mali inuenitur? Demum secundum diuinitatẽ Christi complacet sibi pater in filio complacencia infinita: secundum vero humanitatem assumptam habet in eo complacenciam singularem tanquam in filio obedientissimo. Hoc est, quod per Esaiam pater loquitur Christo, dicens: Ecce puer meus suscipiam eum, electus meus complacuit sibi in illo anima mea: dedit spiritum meum super eum. Bonitas etiam diuini amoris notatur, cum ait: In quo mihi complacui. Sunt enim sæpe in nobis complacencie voluntatis, non secundum rationẽ ideoque non bonæ: Deus vero quocumque vult, illud est bonum, quippe eius voluntas omnimoda ratione abundat, & cuius ratio bona semper quaerit. Perpende autem quod sæpe in scriptura præteritum ponitur pro præsentis: vt hic complacui, habetur pro complacere. Et tolle filium tuum quem dilexisti, vt est in Hebræo, habetur pro diligisti. Est etiam pulcherrimum exemplum in Ioanne cum Christus dixit Mariæ Magdalene: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Ascendi pro ascendendo ponitur. Hoc est quadragesima dies apud vos commemoraturus sum: & ideo ne sis in me tangendo occupata: sed propera, curre, & annuncia discipulis meis, præcipuẽ Petro, me iam à mortuis surrexisse. Alioquin nunquam se tangi à Magdalena prohibuisset, qui libenter se postea tangi permisit à Magdalena & aliis mulieribus. Lege Ambrosium. Porro Mattheus ait: Hic est filius meus dilectus: sed Lucas ait, tu es filius meus dilectus. Ad eandem sententiam explicandam valet. Vox etenim celestis vnũ horum dixit: sed Mattheus ostendere voluit, ad id valere verba, quæ dicta sunt, vt illis potius qui audiebant indicaretur, quod ipse esset filius Dei. Nõ enim Christo indicabatur, quod ipse iam recte nouerat: sed vt qui aderant, audirent: propter quos facta est hæc vox. Præterea vox patris solũ Christum designat, & de illo dicit: Hic est filius meus dilectus, vt hoc veluti maximo testimonio & solatio confirmati, illi crederemus, neque dubitaremus omnem nostram spem in illo collocare. Obserua quod hæc vox patris & sub his verbis in baptismo tantũ & in Christi transfiguratione audita est. In baptismo facta est ad significandum, quod in baptismo efficitur homo filius Dei adoptiuus. Adoptio autẽ filiorum Dei quæ est per quandam cõformitatẽ imaginis ad filium Dei naturalem fit per gratiam in hoc seculo, quæ est cõformitas imperfecta, & per gloriam in alio seculo, quæ erit perfecta. Iuxta illud Ioannis: Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus namque quod cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Igitur quia gratiam consequimur in baptismo, & in transfiguratione claritate glorie: ideo tantũ in baptismo & in transfiguratione demonstratur Christi filiatio, & auditũ est, hic est filius meus dilectus. Ad nostram autẽ eruditionẽ hic diligenter obseruandum est, quod Christus in hoc baptismo vbi tantam ostendit humilitatem, & rerum mundanarũ

placita sunt ei facio semper. Si enim letatur Deus in operibus suis, & si bene placitum est Domino in populo suo: quanto magis in filio suo vnigenito delectabitur, & cõplacebit: in quo nihil dissimilitudinis, nihil contrarietatis, nihil denique mali inuenitur? Demum secundum diuinitatẽ Christi complacet sibi pater in filio complacencia infinita: secundum vero humanitatem assumptam habet in eo complacenciam singularem tanquam in filio obedientissimo. Hoc est, quod per Esaiam pater loquitur Christo, dicens: Ecce puer meus suscipiam eum, electus meus complacuit sibi in illo anima mea: dedit spiritum meum super eum. Bonitas etiam diuini amoris notatur, cum ait: In quo mihi complacui. Sunt enim sæpe in nobis complacencie voluntatis, non secundum rationẽ ideoque non bonæ: Deus vero quocumque vult, illud est bonum, quippe eius voluntas omnimoda ratione abundat, & cuius ratio bona semper quaerit. Perpende autem quod sæpe in scriptura præteritum ponitur pro præsentis: vt hic complacui, habetur pro complacere. Et tolle filium tuum quem dilexisti, vt est in Hebræo, habetur pro diligisti. Est etiam pulcherrimum exemplum in Ioanne cum Christus dixit Mariæ Magdalene: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Ascendi pro ascendendo ponitur. Hoc est quadragesima dies apud vos commemoraturus sum: & ideo ne sis in me tangendo occupata: sed propera, curre, & annuncia discipulis meis, præcipuẽ Petro, me iam à mortuis surrexisse. Alioquin nunquam se tangi à Magdalena prohibuisset, qui libenter se postea tangi permisit à Magdalena & aliis mulieribus. Lege Ambrosium. Porro Mattheus ait: Hic est filius meus dilectus: sed Lucas ait, tu es filius meus dilectus. Ad eandem sententiam explicandam valet. Vox etenim celestis vnũ horum dixit: sed Mattheus ostendere voluit, ad id valere verba, quæ dicta sunt, vt illis potius qui audiebant indicaretur, quod ipse esset filius Dei. Nõ enim Christo indicabatur, quod ipse iam recte nouerat: sed vt qui aderant, audirent: propter quos facta est hæc vox. Præterea vox patris solũ Christum designat, & de illo dicit: Hic est filius meus dilectus, vt hoc veluti maximo testimonio & solatio confirmati, illi crederemus, neque dubitaremus omnem nostram spem in illo collocare. Obserua quod hæc vox patris & sub his verbis in baptismo tantũ & in Christi transfiguratione audita est. In baptismo facta est ad significandum, quod in baptismo efficitur homo filius Dei adoptiuus. Adoptio autẽ filiorum Dei quæ est per quandam cõformitatẽ imaginis ad filium Dei naturalem fit per gratiam in hoc seculo, quæ est cõformitas imperfecta, & per gloriam in alio seculo, quæ erit perfecta. Iuxta illud Ioannis: Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus namque quod cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Igitur quia gratiam consequimur in baptismo, & in transfiguratione claritate glorie: ideo tantũ in baptismo & in transfiguratione demonstratur Christi filiatio, & auditũ est, hic est filius meus dilectus. Ad nostram autẽ eruditionẽ hic diligenter obseruandum est, quod Christus in hoc baptismo vbi tantam ostendit humilitatem, & rerum mundanarũ

placita sunt ei facio semper. Si enim letatur Deus in operibus suis, & si bene placitum est Domino in populo suo: quanto magis in filio suo vnigenito delectabitur, & cõplacebit: in quo nihil dissimilitudinis, nihil contrarietatis, nihil denique mali inuenitur? Demum secundum diuinitatẽ Christi complacet sibi pater in filio complacencia infinita: secundum vero humanitatem assumptam habet in eo complacenciam singularem tanquam in filio obedientissimo. Hoc est, quod per Esaiam pater loquitur Christo, dicens: Ecce puer meus suscipiam eum, electus meus complacuit sibi in illo anima mea: dedit spiritum meum super eum. Bonitas etiam diuini amoris notatur, cum ait: In quo mihi complacui. Sunt enim sæpe in nobis complacencie voluntatis, non secundum rationẽ ideoque non bonæ: Deus vero quocumque vult, illud est bonum, quippe eius voluntas omnimoda ratione abundat, & cuius ratio bona semper quaerit. Perpende autem quod sæpe in scriptura præteritum ponitur pro præsentis: vt hic complacui, habetur pro complacere. Et tolle filium tuum quem dilexisti, vt est in Hebræo, habetur pro diligisti. Est etiam pulcherrimum exemplum in Ioanne cum Christus dixit Mariæ Magdalene: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Ascendi pro ascendendo ponitur. Hoc est quadragesima dies apud vos commemoraturus sum: & ideo ne sis in me tangendo occupata: sed propera, curre, & annuncia discipulis meis, præcipuẽ Petro, me iam à mortuis surrexisse. Alioquin nunquam se tangi à Magdalena prohibuisset, qui libenter se postea tangi permisit à Magdalena & aliis mulieribus. Lege Ambrosium. Porro Mattheus ait: Hic est filius meus dilectus: sed Lucas ait, tu es filius meus dilectus. Ad eandem sententiam explicandam valet. Vox etenim celestis vnũ horum dixit: sed Mattheus ostendere voluit, ad id valere verba, quæ dicta sunt, vt illis potius qui audiebant indicaretur, quod ipse esset filius Dei. Nõ enim Christo indicabatur, quod ipse iam recte nouerat: sed vt qui aderant, audirent: propter quos facta est hæc vox. Præterea vox patris solũ Christum designat, & de illo dicit: Hic est filius meus dilectus, vt hoc veluti maximo testimonio & solatio confirmati, illi crederemus, neque dubitaremus omnem nostram spem in illo collocare. Obserua quod hæc vox patris & sub his verbis in baptismo tantũ & in Christi transfiguratione audita est. In baptismo facta est ad significandum, quod in baptismo efficitur homo filius Dei adoptiuus. Adoptio autẽ filiorum Dei quæ est per quandam cõformitatẽ imaginis ad filium Dei naturalem fit per gratiam in hoc seculo, quæ est cõformitas imperfecta, & per gloriam in alio seculo, quæ erit perfecta. Iuxta illud Ioannis: Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus namque quod cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Igitur quia gratiam consequimur in baptismo, & in transfiguratione claritate glorie: ideo tantũ in baptismo & in transfiguratione demonstratur Christi filiatio, & auditũ est, hic est filius meus dilectus. Ad nostram autẽ eruditionẽ hic diligenter obseruandum est, quod Christus in hoc baptismo vbi tantam ostendit humilitatem, & rerum mundanarũ

deret Iudæis quod Iesus erat Messias promissis in lege, descendens ab Abraham, & à domo David, nam aliter non illum; vt Messiam & Christum accepissent. Necessarium erat fidei nostræ, vt videremus hunc fuisse Christum promissum patribus veteris testamenti, & quod secundum carnem futurus erat filius David & Abraham. Ideoque aduerte, quod cum in Genesi Deus dixisset, subuersurum esse cunctum orbem aquis diluuij, nunquam pro hominibus Deum orauit Noe. At vt e contra Moyses cum dixisset illi Dominus, populum Israeliticum velle subuertere, magnis precibus & orationibus ad Deum factis, pro populo orauit dicens: Parce populo, aut dele me de libro vitæ. Quare igitur Moyses Deum orauit pro populo, & non Noe: maior namque fuit iactura tempore Noe, quandoquidem omne genus humanum obruebatur, exceptis octo hominibus. At tempore Moysi non nisi Israel perdebatur. Nihilominus orauit Moyses & non Noe, nã tempore Noe non erat promissio Christi facta, vt tẽpore Moysi. Promiserat Dominus Abraham ex generatione sua venturum Christum, videbat autem Moyses in illo populo esse omnem generationem Abraham, ex qua nasciturus erat Christus: at si ille populus destrueretur: diuina promissio non adimpleretur, quod quidem inconueniens erat, & vt malum hoc vitaret, orabat Moyses tanta instantia, hoc promissum in memoriam repetens dicens. Recordare Abraham: Isaac, Israel seruatorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum, dicens: Multiplicabo, &c. Hac igitur de causa cum deceret vt Dominus verbum suum adimpleret, tanta cura & diligentia hanc genealogiam scribit, vt ostendat Deum veracem esse in promissionibus suis: & Christum esse filium Abraham & David, & reliquorum patrum quibus factum fuit promissum. Sed iam Christi genealogiam consideremus. ¶ Tota genealogia computato Christo & Deo continet septuaginta sex personas secundum generationes quinque ætatum ordine inuerso procedendo. Quintæ ætatis finis est Christus, & primus Salatiel post transmirationem Babylonis. Generationis quartæ ætatis finis est Salatiel in transmiratione Babylonis, & principium David. Generationis tertie ætatis finis est David, principium tamen Abraham. Generationis secundæ ætatis finis est Abraham, & principium Noe. Generationis primæ ætatis finis est Noe, & principium Adam. Christi autem genealogiam duo Euangelistæ scripserunt: Matthæus videlicet & Lucas. Matthæus enim ad eos, qui ex circumcissione erant, scribens non altius quam ad Abraham genealogiam duxit: sed hoc principio sumpto vsque ad Christum descendens, ostendit solum quod ex semine Abraham & David natus esset secundum promissa ad illos facta. Nihil enim æque eos delectabat, qui ex Iudæis crediderant, atque audire quod ex semine Abraham & David natus esset Christus. Lucas vero perfectam tradit generationem, incipiens à Christo, & vsque ad Adã ascendens, vt demonstraret quot generationibus separatus sit nouus Adam à veteri: & super quot generationes dominum habuerit peccatum. Diffe-

Gen. 6.

Exod. 32.

Gen. 12.

Ch. 5.

rentia igitur rerum demonstratarum, differetiam fecit demonstrantium. Siquidem Matthæus necessario faciens mentionem Abraham, ab hoc merito descendit ad Christum, cuius genealogia describitur. Lucas vero qui ad huiusmodi necessitatem mentionis Abraham faciendæ, non inducebatur necessario, à Christo inchoans quid apud Hebræos consuetum esset diligenter exquisiuit, & iuxta id quod exquiserat, genealogiam contexit. Matthæus scripsit Hebræis, quorum affectibus sciebat fore gratissimum, si perspexissent Christum esse filium Abraham & David. Lucas autem, quia gentibus scripsit ab Adam vsque ad Christum protendit genealogiam feruere, vt intelligat Christi gratiam nõ ad Iudæos solum, sed ad vniuersum mortalium genus peruenisse. ¶ Præterea Matthæus descendendo, & Lucas ascendendo narrat Christi genealogiam, quia natura est principium propagandi, & gratia reducendi. Matthæus ab exordio incipit, & Lucas ab anno trigesimo, quia ille tractat de exordio nascendi, hic vero reconciliandi, Matthæus à principio, Lucas à baptismo, quia ille generationem hic vero regenerationem: præcipue attendit. Matthæus vsque ad Abraham, & Lucas vsque ad Deum describit, quia ille naturam scribit, iste gratiam, quæ filios sanctificat. Tractat igitur Matthæus de Christi generatione prout descendit ad nos: Lucas tamen de Christi generatione quodam modo speciali, prout per eam ad Deum ascendimus. Ideo incipit post Christi baptismum, quia in baptismo spiritualiter regeneramur, talis autem regeneratio fit per gratiam ascendendo. Ideo Matthæus ponit aliquas mulieres, vt Thamar, Ruth, Bersabe, Raab, quia carnalem Christi ad nos descensum determinat, in quo mulieres concurrunt. Lucas autem nullam mulierem describit, quia de generatione tractat, per quam ad Deum ascendimus: quem ascensum mulieres impediunt, potius quã iuuant. ¶ Deinde aduertendum quod in hac genealogia non ponuntur primogeniti Adã, Abraham, Isaac, & Iacob: sed secundo geniti Abraham & Isaac, quia Israel reprobatus erat, quia erat primo genitus. Vnde Dominus dixit Moysi in Madiam, vt diceret Pharaone. Hæc dicit Dominus. Filius meus primogenitus Israel, fuit populus Iudaicus adumbratus in Caino, Ismale, & Esau primo genitus Gentilicus vero in Abraham, Isaac, & Iacob secundo genitis. Reprobatus erat Israel in sua perfidia manens, Gentilicus vero eligendus. Quotquot autem repererunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Ideo Isaac dixit primogenito Esau: Fratri tuo seruius. Futurum erat, vt populus Israel primo genitus seruiret Gentilico, vt nunc videmus. Sed de his hæc tenemus. ¶ Igitur omnibus his omissis, vt hæc genealogia integre & perfecte cognosci & capi possit, sub breui epilogo eam describere placuit: in tui gratiam & claritatem, & in Euangelistarum concordiam. Prius ergo secundum Lucam ab Adam, vsque ad Abraham singulas generationes scribemus, in quibus nulla vel parua difficultas inuenitur: vt in subiecto indice patebit.

DEVS

- ¶ DEVS creauit Adam Gen. 1. 27.
- 1 Adam genuit Seth. Gen. 5. 4.
- 2 Seth genuit Enos. Gen. 5. 6.
- 3 Enos genuit Cainam. Gen. 5. 9.
- 4 Cainam genuit Malaleel. Gen. 5. 12.
- 5 Malaleel genuit Jared. Gen. 5. 14.
- 6 Jared genuit Enoc. Gen. 5. 18.
- 7 Enoc genuit Mathusalem. Gen. 5. 21.
- 8 Mathusalem genuit Lamech. Gen. 5. 25.
- 9 Lamech genuit Noe. Gen. 5. 29.
- 10 Noe genuit Sem. Gen. 5. 31.
- 11 Sem genuit Arphaxat. Gen. 10. 22.
- 12 Arphaxat genuit Sale. Gen. 10. 24.
- 13 Sale, qui fuit Cainam genuit Heber. Gen. 11. 14.
- 14 Heber genuit Phalech. Gen. 11. 16.
- 15 Phalech genuit Rheu vel Ragau. Gen. 11. 18.
- 16 Rheu genuit Saruch. Gen. 11. 20.
- 17 Saruch genuit Nacor. Gen. 11. 22.
- 18 Nacor genuit Thare. Gen. 11. 24.
- 19 Thare genuit Abraham. Gen. 11. 26.

1. Paral. 1.

Secundum Lucam, & Matthæum simul sequentes generationes vsque ad David inclusiue, nullam dissonantiam præterdunt.

- 20 Abraham genuit Isaac. Gen. 21. 3. Matth. 1. 2.
- 21 Isaac genuit Iacob. Gen. 25. 26.
- 22 Iacob genuit Iudam. Gen. 29. 35.
- 23 Iudas genuit Phares. Gen. 38. 29.
- 24 Phares genuit Esron.
- 25 Esron genuit Aram.
- 26 Aram genuit Aminadab.
- 27 Aminadab genuit Naafon.
- 28 Naafon genuit Salomon.
- 29 Salomon genuit Booz.
- 30 Booz genuit Obeth.
- 31 Obeth genuit Iesse.
- 32 Iesse siue Isai genuit David.
- 33 David rex genuit Natham & Salomonem ex Bersabe. 2. Reg. 5. 13. 1. Paral. 3. 5.

Ruth. 4. & 1. Para. 1. Matth. 1.

Vtrumque. Hic enim Nathã ex cuius linea sequitur Lucas genealogiam diuertens Lucas à Matthæo: multi putauerunt fuisse illum sanctum prophetam Nathan, quem ob sanctitatem adoptauit David in filium: quod falsissimum est. Nam Nathan filius fuit legitimus David & frater Salomonis ex eadem matre genitus: vt habetur in pri-

mo libro Paral. cap. 3. Ad huius Nathan posteritatem regnum pertinebat ex adiecto David quando Salomonis stirps defecisset: quod colligi potest ex 3. Reg. cap. 4. vbi Nathan Ahisar institutus dicitur, hoc est, regie Stirpis instaurator. Nunc sequitur Lucas lineam Nathan & Matthæus lineam Salomonis.

Regni successores.

- 34 Nathan. 2. Reg. 15. & 1. Paralip. 3.
- 35 Mathat, qui & Athiasar. 3. Reg. 4.
- 36 Menna.
- 37 Melcha.
- 38 Heliachia.
- 39 Ionas.
- 40 Ioseph.
- 41 Iudas.

Ex Luca, & Philone.

Reges Iuda.

- Salomon. 2. Reg. 12. & 1. Para. 3.
- Roboam. 3. Reg. 14.
- Abias. 3. Reg. 15.
- Afa. 3. Reg. 15.
- Iosaphat. 3. Reg. 22.
- Ioram. 4. Reg. 8.
- Ochozias, qui & Ioachaz. 2. Par. 21. In hoc defecit linea Salomonis & ideo Matthæus ad lineam Nathan diuertit cum Luca relinquens tres reges, scilicet, Ochoziam, Ioas, & Amasiam.

Reges ex successione.

- 42 Simeon qui & Ioas, & Heli. 4. Reg. 11.
- 43 Leui qui & Amasias. 4. Reg. 14.
- 44 Mathat, qui Azarias & Ozias. 4. Reg. 15.
- 45 Iorim, qui & Ioathan. 4. Reg. 15.
- 46 Eliezer, qui & Achaz. 4. Reg. 16.
- 47 Iesus, qui & Ezechias. 4. Reg. 18.

N

18 Her



- 48 Her, qui & Manasses. 4. Reg. 21.
- 49 Helmadam, qui & Amon. 4. Reg. 21.
- 50 Thofan, qui & Iofias. 4. Reg. 22.
- 51 Addi, qui & Ioachaz. 4. Reg. 27.
- 52 Melchi, qui & Ioakim, vel Eliachim. 4. Reg. 23.
- 53 Neri, qui & Ioakim, Ieconias & Heli. 4. Reg. 24.
- 54 Salatiel, qui & Mefezebel. 1. Para. 3. & Neemi. 3.
- 55 Zorobabel, qui & Barachias genuit Rhesa & Abiud fratres, videlicet Mosollam & Ananiam. 1. Para. 3. & Neemi. 8.

Ex Luca, & Philone, & ex Matthæo.

Sequitur Lucas lineam Rhesa.

Sequitur Matthæus lineam Abiud.

- 56 Rhesa, qui & Mosollam. 1. Para. 3.
- 57 Ioannaben, Rhesa.
- 58 Iudas cognomine Hyrcanus.
- 59 Ioseph vel Iosephus.
- 60 Semei, qui Abner. Ex Luca, & Philone.
- 61 Matathias, qui Helih.
- 62 Maat, qui & Afar.
- 63 Nage vel Nagit, qui & Artaxat.
- 64 Helih, qui & Aggai.
- 65 Naum, qui & Moslot.
- 66 Amos, qui & Scirach.
- 67 Mathatias, qui & Siloa.
- 68 Ioseph vel Iosephus Iunior, qui Arses.
- 69 Ianne, qui & Iannæus, qui & secundus Hyrcanus.
- 70 Melchi.
- 71 Leui.
- 72 Mathat.
- 73 Heli, qui & Ioachim pater Mariæ.
- 74 Maria virgo, mater Christi.
- 75 Iesus Christus, filius eius.

- Abiud, qui & Ananias.
- Eliachim.
- Azor.
- Sadoch.
- Achim.
- Eliud.
- Eleazar.
- Mathan.
- Iacob.
- Ioseph vir Mariæ, de qua natus est Christus.

Ex Matthæo.

Ex Luca, & Syrorum libris.

Lib. 2. quæst. ena. ca. 5.

Indi. 6.

Lucas ergo Euangelista prosequitur generationes omnes iuxta naturam procedentes directe secundum lineam Nathan, & incepit a patre beatæ virginis qui dictus est Heli & Ioachim, fuit enim binomius vt refert D. Augustinus. Philo etiã Iudæus ait quod apud Syrios Ioachim, Heli, & Eliachim, idem sunt. Euangelista noster Lucas proprium nomē accepit quod fuit Heli, sed Ecclesia nomen eius vulgare quod fuit Ioachim siue Ioachim. Quia multi ex Hebræis fuerunt binomij, multi errauerunt: nam scripture consuetudo est vt Hiero. annotat contra Heluidiū eundem hominem diuersis nominibus nūcupare. Raguel socer Moyfi & Ietro dicitur: Gedeon nullis causis prætermiſſis subito vocatur Ierobal: pater quoque Dauid Isai, Iesse, & Naas appellatur. Et etiã mons Tabor Ithabiricum dicitur: & Hermon Phenices cognominat Sanior, & Amorhæus cognominat cum Sanir. In nouo etiã testamento Petrus dicitur Simon & Cephas, & Iudas Zelotes in alio euangelio Thaddæus dicitur, & sic illum vocauit Marcus: & Matthæus vocat illum Iebbæum, & Lucas Iudam Iacobi. Certū est autē euangelistas non errasse in nominibus apostolorum: sed quia moris erat binis vel ternis nominibus vt apud Hebræos. In titulo etiã psalmi septimi inuenitur scriptū, Psalmus Dauid quē cecinit domino pro verbis Chusi filij Gemini. Et in libris

regum legimus fuisse filium Arachi: duplex enim nomen habuit pater Chusi. Aminadab etiam a Matthæo & Luca vocatur filius Aram: & in 1. Paralipomenon hic Aram pater Aminadab vocatur Ram. Sed de his factis, nam huiusmodi innumerabilia exēpla quisque si studiū & diligentiam adhibeat ex scripturis poterit erogare. Et multi interpretantes scripturam allucinantur propter nomen varietatem, & æquiuocationem. Lege si placet D. Hiero. Hac de causa quā plurimi quia dicit Lucas de Ioseph qui fuit Heli dixerunt quod Iacob & Heli fuerunt fratres: mortuoque Heli absque liberis quod Iacob frater eius vt semē ac nomē eius suscitaret (vt lex præceperat) eius vxorem duxit ex qua ipsum Ioseph genuit: eā ob rē alterū secundū naturam, alterū secundū legem ei patrē fuisse dicunt. Sed certe nūmiū falluntur, quia Iacob & Heli licet ex eadē tribu fuerint atque ex Danica stirpe prodierint, fratres tamen esse non poterunt: cum alter per lineam Abiud & alter per lineam Rhesa descenderint a Zorobabel: ideoque valde distantes erāt. Quapropter cum hic dicitur, fuit, intellige quod fuit filius: & in primo, fuit, & in vltimo non accipitur sicut in aliis. In vltimo fuit, scilicet qui fuit Dei, intellige qui fuit creatura Dei: & in primo cum dicit, qui fuit Heli, intellige quod fuit gener Heli: quia scriptura generos conſuevit filios nominare, vt in Genesi dicitur de Iacob

2. Reg. 17. Luc. 3. 1. Par. 2.

Hier. in Exe. cap. 25.

Gen. 37.

Rom. 1.

4. Re. 10. 6. 11. 1. Par. 3.

2. Par. 21.

2. Par. 22.

4. Reg. 11.

Iacob iuxta Hebraicā veritatem. Surrexerunt omnes filij eius & omnes filie eius, vt consolaretur eum. Et translatio septuaginta interpretū sic habet: Venērunt omnes filij eius & filie, & cœperunt cōsolari eum, Iacob tamen Dinā vnicam filiā habuit: sed scriptura vxores filiorū, filias vocat. ¶ Aduerte etiam quod Lucas scribit generationē Christi naturalem per viā Nathā: Matthæus vero describit primo generationes secundū lineā Salomonis regis vsque ad eius extinctionē: qua deficiente postea coactus est diuertere ad lineam Nathan, quia ex eo erāt geniti regni successores. Ideoque Christus verissimum est quod descendit a Dauid, nam vt Paulus ait factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, sed nō fuit Christus filius Salomonis, vt ego existimo: nā lineā Salomonis defecit interfectio a Iehu Ochozia, & hoc fuit peccatis suis existentibus in causa. Sed ipse Christus processit ex Dauid per lineam Nathan filij Dauid legitimi, & fratris Salomonis. Nam interfecto Ochozia & cressa, Athalia successit in regnum Ioas qui descendit ex lineā Nathan. Siquidem orta lite inter filios Dauid quos ex Bersabe habuit qui fuerunt quatuor, scilicet Simma, Sobab, Nathan & Salomon, quis in regno præcederet: Dauid edicto statuit a iunioribus inchoari, & vt alter alteri succederet, quando posteritas naturalis deficeret. Itaque a Salomone minimo cœptū est, & a Nathan illi natū proximior filio dicto Ahiafar & Mathat & postea eius Ahiafarim atque Mathatim, id est, vt omnes dicerentur & essent fratres principis, & donati tempore ad succedendum. Hinc vsque ad Iosaphat & Ochoziam posteritas Nathan semper dicta est Ahiafarim. Nam quos occidit Iorā posteros Nathan, quos pater in tribu Iuda præter decretū honorauerat filij Iosaphat fratres Ioram dicti sunt. Similiter infantes eorū quos Ioram liberos quidem sed redditu vacuos in tribu Iuda reliquerat dicti sunt fratres & filie Ochozie: cum tamē Ochozias vnicus solus ex Iorā & Salomone superstes esset. Quo precepto omnē stirpem regni Ahiafarim Athalia conata est delere, nisi prouidentia Iosabeth sororis Ochozie saluatus esset minimus ex Ahiafarim infans Helih qui & Ioas primus ex domo Dauid & posteritate Nathan. Pro quo Mizmor, i. psalmus a dextro & læuo choro decantatus fuit,

qui a septuaginta senioribus septuagesimus quartus positus est & sub Ioiada institutus, ne disperderet Deus funditus domum Dauid, vbi finierat proles Salomonis. Ab isto Ioa atque deinceps in memoratōe reges semper binomij & trinomij fuerunt. Nam iste primus dictus est Helih, Ioas, & Simeon: sicut Iesus dictus est Ezechias, & Her vocatus est Manasses. Igitur Matth. cū Luca conuenit vsque ad Dauid: & tunc Matthæus sequitur lineā Salomonis vsque ad Ochoziā, & Lucas lineā Nathan, & post Ochoziā conuenit Matthæus cū Luca vsque ad Zorobabel filiū Salatiel, qui genuit duos filios, scilicet Rhesa & Abiud. Tunc diuertit Matth. a Luca & sequitur lineā Abiud, & Lucas lineā Rhesa. Ex Rhesa descendit virgo Maria, & ex Abiud descendit Ioseph. Itaque vterque tam Ioseph quam Maria descendit a Dauid per lineam Nathan: sed vnus descendit per vnum ramum, scilicet Maria per Rhesa, & Ioseph per alium ramum, scilicet per Abiud: qui Rhesa & Abiud fratres fuerunt, ambo filij Zorobabel. ¶ Præterea Salatiel qui a Matthæo dicitur filius Ieconias, idem est cum Salatiel qui a Luca dicitur filius Neri: quia idem vir ductus est Ieconias, Neri, Ioachim, & Heli. Nam Ieconias qui & Neri, cognominatus est Salatiel in ipsa captiuitate: hoc est, post septuaginta annos a desolatione templi. Cum ergo Matthæus dicit, post transmigrationem Babylonis Ieconias genuit Salatiel, nō est intelligendum quod soluta captiuitate genuit eum: sed facta transmigratione in ipso captiuitatis tempore. ¶ Rursus obseruandum quod descendentes de Rhesa citius genuerunt, & geniti ex Abiud tardius concessum est eis generare: & ideo plures generationes sunt iuxta Lucam, quam iuxta Matthæum. Nulla ergo dissonantia reperitur inter Matthæum & Lucam, sed vterque veram Christi genealogiam recte descripsit: nec oportet dicere quod Lucas filios posuit legales & adoptiuos, vt multi falso dixerunt: cum Lucas sicut & Matthæus ponat filios naturaliter genitos, nisi tantum vnum Ioseph sponsum virginis: qui filius ait esse Heli. i. Ioachim. Filius inquam non naturalis: sed gener eius. Sed iam colligenda sunt vela: & finis huic capiti imponendus. Ad explanationem ergo sequentis capitis accedamus,

CAPVT IIII.



Matth. 5. Iam. 1.

Luc. 11.

Act. 1.

Narratis iam tandem his, quæ pertinent ad ingressum Saluatoris in hunc mundum, nunc euangelista describit ea, quæ Christus gessit in tribus vltimis annis vitæ suæ. Aderat iam tempus in quo lucerna posita super candelastrum, illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum: vt ad agnitionem sui omnes attraheret qui in tenebris & in ymbra mortis sedebant. Iam ergo Lucas agit de Christi progressu per hunc mundum: de eius ieiunio, prædicatione, & miraculorum operatione. ¶ Cum autem in Actis apostolorum Lucas noster dicat de Christo, cœpit facere & docere: prius nunc ipse ieiunat, tanquam strenuus & magnanimus dux,

qui milites suos ad bellum volens incēdere & inflammare, aduersus primos inimicorum impetus in acie se constituit: prius inquam ipse ieiunat quadraginta diebus in deserto, antequam populis ieiunium & pœnitentiam prædicet. Quo nimirum facto prædicatores verbi domini monet, quid facere debeant, antequam populo verbum Dei proponant, vt digne & vtiliter prædicent. Prius namque ipsi vitio carere debent, & tanquam aurum se ipsos purgare pœnitentiā & ieiunio. Sic ille eximius prædicator huius exēpli non immemor faciebat, qui dixit. Castigo corpus meū & in seruitutē redigo: ne forte cū aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Etenim lux in lampade oleo sustentatur: sic prædicatorū doctrina quæ lux est splendidissima

1. Cor. 9.

lupos humanarum mentium oculos illuminās, & tenebras caliginosas peccati fugans & expellēs, oportet vt oleo misericordiae, pietatis, & bonorū, operum foueatur & sustentetur. Mirabile quippe esset, & res monstro quam simillima, si aliquis maiorem haberet linguam, quam manus, siquidē maior est manus quam lingua, & si quis ita magnam habere linguam, vel manum ita parua, vt lingua manum excederet, res esset proculdubio admiratione dignissima. Sic est praedicator, qui multa docet, & parum aut nihil operatur. Christus iam annum trigessimū attigerat, & nihil verbo praedicaerat, sed multa opere & re docuerat, quae postea praedicauit. Triginta annorū spacio diuini se exercuit operibus, & tribus tantum annis praedicaat, vt vel hinc discas, multa operari, & pauca docere. Nunc autem Christus antequam quidquam doceat, quadraginta diebus ac noctibus ieiunat posteaque multas passus aduersitates, tentationes, & naufragia, post bella, atque victorias, ea quae fecerat, exiit aliis praedicare, & docere. Quae omnia antequam in publicum prodiret egregie euangelista noster Lucas describit, dicens. *Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est à Iordane.* Non dicit, afflatus spiritu sancto, sed plenus, quia in ipso habitat plenitudo diuinitatis corporaliter: non enim ad mensuram dat Deus spiritum ipsi scilicet Christo, in vtero virginis mansit in eo totus spiritus: nunc autem ipsis operibus declarare incipit plenitudinem in se manere. Et sic regressus est à Iordane, quia regnum principis mundi aggressus est destruere à baptismo, regnumque suū in orbe nouum construere. Plenus itaque spiritu sancto regressus est à Iordane, plenus inquam non plenitudine sufficientiae, vt beatus Stephanus: nec plenitudine prerogatiuae, vt beata virgo: sed plenitudine superabundantiae, qua Christus fuit plenus, ita quod tota animae eius capacitas fuit repleta sic, vt proficere ulterius non poterit in habitu gratiarum, atque virtutum. Nam in quantum Deus spiritus sanctus plene in ipso est quia vna diuina persona est in alia per circum in sessionem, nam quaelibet est incircumscriptibilis & immensa. Christus etiam in quantum homo plenus est spiritu sancto: non sicut aliae creaturae rationales, in quibus per dona sua spiritus sanctus habitat, sed plenus spiritu sancto plenitudine superabundantiae, vt iam diximus. *Et agebatur à spiritu in deserto.* A spiritu, scilicet sancto agitur, quo immediate dixerat Lucas Christum esse plenum: quapropter ex hoc contextu aperte constat, à spiritu sancto, & non ab alio spiritu ductum esse in desertum. Matthaeus dicit, quod ductus sit à spiritu, Marcus, expulit eum spiritus: Lucas vero noster quod agebatur à spiritu sancto. In quo clare ostenduntur indiuisa opera Trinitatis. Etenim eum expulit potentia patris: duxit eum sapientia filij, & agebatur ad hoc opus, benignitate spiritus sancti. Nam pater in filio manens eius opera facit: sapientia, quae est ipse, per semitas aequitatis eum duxit: spiritus vero sanctus qui super eum requieuit, diuinitus ipsum egit. Vnde ex ipso parte tantquam à principio mouēte, per ipsum filium tantquam sapientiam regulantem secundum Dei voluntatem, & in ipso spiritu sancto tantquam in fine quietante, sunt omnia opera eius facta. ¶ Docemur

Colo. 2.  
Ioh. 3.

Ab. 6.

Matth. 4.  
Mar. 1.

Ioh. 6.

nos eodem modo facere secundum exemplū, quod nobis exhibuit. Habes enim à Deo posse scire & velle bonum. Hoc age, ne desis gratiae Dei ne gratiam Dei in vacuum recipias, aut negligas, aut (quod deterius est) abiicias. Omnes namque qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Vide in operibus tuis, quo agaris spiritu: vt inde scias an sis filius Dei, nec ne. Illa sancta quatuor animalia vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur. Sic iusti vadunt spiritu Dei ducti. Spiritus tuus bonus deducet te in terram rectam. Hoc sancto spiritu moueri debes, quemadmodum senex ille sanctus Si meon, qui venit in spiritu in templum. ¶ Attende autem quod tunc aliquis Dei spiritu ducitur, cum regitur diuina voluntate: quae regula est & mensura omnium operationum nostrarum. Nā non omne id bonum est, quod boni vmbra refert: sed illud solum, quod diuina voluntate componitur, & mensuratur. Existimabat etenim Saul se domino magnum obsequium praestare, offerendo illi boues Amalech: quare dominus maxime fuit offensus. Vide ne secundum voluntatis tuae placitum dirigeris, sed secundum id quod dominus vult, & iubet: nam si spiritu Dei ambulas, cū Christo ambulas. Praeterea qui hoc spiritu ambulant dulciter ambulant: non pigri sunt, sed strenui ac diligētes. Sed multi sunt malis arboribus similes, quae non nisi sustibus concussae, fructum expectatum reddunt, vt sunt nuges, & amygdali. &c. Sic multi nisi coacti nihil boni faciunt: quia non diuino spiritu aguntur, erogant elemosynam nūquam, vel sero: nec de peccatis confitentur nisi in fine quadragesimae. Vbi obseruandum est, homines in suis actionibus agere: animalia vero potius aguntur, quam agunt. Quid ergo est, quod hic Lucas noster dicit, quod agebatur Christus? Equidem attente hic gradus est sistendus, si vberes fructus ex hac consideratione volueris reportare: nā homines qui in diuinis mandatis exequendis strenue ac diligenter se exercuerunt, quique diuino amore incensi & inflammati ad culmen perfectionis aspirant saepe saepius aguntur, & non ipsi agunt: vt intelligas, talia opera eorum vires superare. Christus itaque agebatur, ad inuendum, quod tantum atque tam magnum facinus, cum quo collata angelorum bonorum cum malis pugna minima est vires humanas superat: & longo antecellit intervallo. Omnes passiones Christi potius actionis nomine appellandae sunt, quam passionis: passiones quoque martyrii sortitū quoque sunt actionē, sed plus passionis habuerunt, quā actionis: quod in Christo è contra venit intelligendum. Martyrium & crucis tormentum nihil redemptioni nostrae prodesse, nisi actionem habuissent: quod est velle flagellari, & velle crucifigi: nā si non velle, peccaret, & peccando non erat bonus redemptor, quippe qui redimendus etiam esset: redēptus autem & redemptor inuicem se excludunt. Quod autem in peccatū incideret, si nolle, clarum est: quia patris praecipit ad mortē eum obligas violaret. At quod habuisset praecipit patris, patet: quia factus est obediēs vsque ad mortem, vbi autem non est mandatum, obedientia superflua est. Et ipse de morte sua loquens ait. Sicut mādātum dedit mihi pater, sic facio. ¶ Obserua etiam quod Christus agebatur à spiritu in desertū, vt ibi tēta-

Rom. 8.

2. Cor. 12.

1. Reg. 14.

1. Reg. 14.

1. Reg. 14.

Luc. 11.

Gen. 21.

3. Reg. 19.

1. Reg. 2.

Luc. 4.

1. Tim. 2.

1. Cor. 9.

Hic. in. 2.

Gen. 3.

Num. 32.

1. Reg. 3.

retur à diabolo: vt tu discas, nō semper tua voluntate, imò ductus spiritu sancto saepius periculum debere aggredi, ibique fortiter & viriliter pugnandum quotiescunque res & ratio id postulant. Etenim nemini licet se periculo exponere sine causa, sed quando spiritu diuino fuerit ductus, hoc est, cum res & ratio postulaerint, ibi tunc fortiter & viriliter est dimicandum. Vide etiam quod Christus ad tentatorem tendit, & quaerit illum. Homines diabolus aggreditur vt eos tentet, nō homines diabolum, vt tententur ab ipso: quonia ad Christum diabolus ire non poterat, ideo Christus contra demonem tendit. Et quo abiit: *In deserto.* Quādo quis alium in pugna prouocat, qui prouocat locum eligit, prouocatus vero arma. Ita cū Christus victurus venerit Satanam: ipse locum desertum sibi elegit, Satanam vero arma. Vt autem gloriosior sit victoria campū Christus elegit, (quod in demonis fauorem cedit) & ideo abiit in desertum, vt ibi tentaretur. Non tendit Christus in sancta sanctorum, neque in altare templi, vbi peccatores Deo reconciliantur, & vbi demonis vires & potentia franguntur. Sed abiit in desertum, vbi demon ambulare solet, iuxta illud quod dicitur, quod exiens ab homine ambulat per loca arida & deserta. ¶ In hūc locum Christus proficiscitur, in quem etiam dilectos & amicos suos ducit. Agar cum sola esset in deserto apparuit angelus. Et Helias in populo & societate Iezabel fame peribat: postquam autem in solitudine Bethsabe Iuda recessit, ibi caelesti pane passus angeli consolatione est fructus. Multa eaque diuina & abscondita in solitudine sponsum sponse reuelat, quae in publico & coram multis non proferat. Ita Christus animae nostrae mirabilia secreta pandit, cum eā inuenit ab omni cura mundana semotam, & à mundi tumultibus expeditam. Sic dixit animae dilectae. Ducam eam in solitudinē, & loquar ad cor eius. ¶ In desertum tendit demon Christū tentaturus: nā in plateis & locis publicis eiuuitatis nihil illi est negotij, nihil est ibi laboris, nam ea omnia tranquillē & quietē possidet: nec eos qui sui sunt tētat, sed eos qui in solitudinem discedentes ab ipso fugiunt. Itaque demon viros solitariae vitam agentes aggreditur: cumque Christus sciret, quod ibi demon acies suas constituit, quodque ibi neruos & vires exercet, hac de causa hunc locum eligit vt gloriosior sit victoria, & victoris fama illustrior reddatur. Quo facto docemur quod si volumus aduersus Satanam dimicare, debemus mundum relinquere: nam qui adhuc amorū mundi haeret, iam isti secure possidentur, & vici sunt. Iuxta illud. Qui voluerit amicus esse huius mundi, inimicus Dei constituitur. Et apostolus monet. Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus. Et rursus. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Tempus vero quo fuit in deserto assignat Euangelista, dicens. *Diebus quadraginta.* Quadragenarius numerus (teste Hieronymo in sacris literis afflictioni, & poenitentiae legitur accōmodatus. Nam quadraginta diebus durauerunt aquae diluuij, filij Israel quadraginta annorum spacio desertum incoluerunt: ibique multa mala passi sunt, antequam ingrederentur terram promissionis. Niniuitis quadraginta dies poeni-

tentiae imponuntur, in peccati condonationem, & Ezechiel quadraginta diebus pro tribu Iuda in latum dextrum inclinatus dormit. Deinde hoc tempus tam in lege, quam in prophetis, & Euangelio ieiuniis consecratum est. Moyses legem accepturus ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Et Helias fugiens iram Iezabellae quadraginta diebus, & noctibus legitur non comedisse. Sic Christus prophetarū & legis interpres & consummator totidem diebus cum Satana praeliaturus à victu se abstinet. Vbi obseruandum est quod in Deuteronomio, ita dominus praecipiebat. Iudices Israel si eum qui peccauerit, dignum inuenerint plagis facient eum verberari, ita duntaxat, vt quadragenarium numerum non excedant. Verum vt Iudaei misericordes sese ostēderent, hunc numerum non attingebāt: ideo Paulus Corinthiis suis scribēs dicebat. A Iudeis quinque quadragenas vna minus accepi: quia Paulum odiebant, non nisi vnam condonarūt. Igitur sicut pro peccatis quadraginta plagae debebantur, ita quadraginta diebus Christus ieiunauit: vt satisficeret pro peccatis nostris debitis plagis. Vide etiam quomodo Christus ieiunat nō duobus, aut tribus diebus, sed quadraginta continuis in quibus nec buccellam aquae panis, nec calicem aquae frigidae degustauit, non equidem, vt tu qui cum nondum fames aduenerit, iam appositos habes cibos. Christus famem passus est, & non vt ueniret, sed illam ingentem inter saxa & bestias vitā degens, vt Marcus ait: & hodie in hoc deserto, in quo Christus suum mirabile ieiunium compleuit multa sunt animalia reptilia. O quam minimam famem nos volumus pro Christo pati: qui vel in vno die ieiunij deficiamus, & concionem fastidimus: si autem opus fuerit, vt seruiamus appetitui nostro, vel per vnus hebdomadae spaciū nec dormire, nec comedere, id quidē praesenti animo perficimus. Prophetae illi Baal à summo mane vsque in medium diē dicebant: Baal exaudi nos, scindentes venas suas cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine: omnia autem haec alacri & iucundo animo pro diabolo patiebantur. Sed pro dolor, quot quantique sunt hodie his simillimi: quotque sunt mulieres, quae voluclis, & diabolicis inuentis sibi ipsi martyrium inferūt, & carnem suam ac mēbra in sacrificium demoni offerunt: vt vel sic amentur, & pulchrae humanis oculis appareant. Si vero obese sunt & pingues, si opus est, vt delicatiores & magis compositae in corporis habitu videantur, vt vanitati deserviant, aspere ieiunabunt, solum panem & aquam edentes: at ob Christi amorem pauci, vel nulli sunt qualiquantulum famis vel laboris velint sustinere. Nō equidem sanctus ille rex Dauid ita faciebat, sed Christum in suo ieiunio sequebatur dicens. Genua mea infirmata sunt pro ieiunio. Sed de ieiunio postea pauca subdemus: nunc autem de numero dierū haec satis sint. *Et tentabatur à diabolo.* Quādo imperator exercitus siue dux militi alicui campū designat, vt manus cōserat cum hoste fortissimo, vel cum immani gigante, vt animum & stimulos addat ad pugna coram militibus suis illum laudat eius magnanimitatem commendans. Sic mihi videtur eternum patrem fecisse, qui Christū in baptismo laudauit, dicens. Hic est filius meus dilectus, cum illum vel-

Exech. 4.

Exod. 19.

3. Reg. 19.

Deut. 25

2. Cor. 11

Mat. 1.

3. Reg. 18

Psal. 102.

Luc. 3.

let aduersus Satanam in campum inducere, vt illum prosterneret, ac superaret: atque ita post baptismum & patris aeterni egregias laudes, ingressus indefertum tentabatur à diabolo. Vbi colliges quod antequam his tribus tentationibus aperte tentaretur, multis aliis tētationibus antea per spacium quadraginta dierum fuit tentatus. Cui rei fauet, id quod Lucas inferius ait, scilicet, quod expleta omni tentatione recessit diabolus: quia non solum illis vltimis tribus tētationibus fuit Christus inuasus, sed variis artibus & machinamentis diabolus totis quadraginta diebus in Christum saeuit. Cui sententiae Paulus suffragatur dicens, Christum tentatum per omnia per similitudinem absque peccato. Si autem tentatus est per omnia, nullum non genus tentationis si non expertus. Quia exemplum erat omnibus tentatis, & meritum, omnes tentationes expertus est. Quomodo autem fuerit tentatus, aut quam grauias fuerint, aut qualia haec tentationum genera, nescimus quae ideo forsitan sub silentio sunt preterita, quia maiora erant, quā quae literis possent vilo pacto exprimi: nam sicut ait Ioannes, si scriberentur ea quae fecit Iesus, totus mundus non posset libros capere. Sic quadraginta dierum tentationes, quibus diabolus Christum tentauit, mundus ferre non posset, si scriptura explicuisset. Satis nobis scire sit, per totum hoc tempus variis acerrimisque tentationibus fuisse circumuentum? Dicere enim potuit. Circumderunt me, canes multi, &c. libera à cornibus vnicorniū humilitatem meam. Hic incipit pati à dæmone illam saeuitiam, quam passus est in passione à membris suis. Vide tu miser peccator, quāta pro te Christus fuerit passus, quot mortes, quot angustias, ac labores: omnes poenas nobis debitas Christus assumpsit. Vnde diuinus Paulus. Non habemus potestatem, qui nō possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Ideo & nos deponentes omne pondus, & circumstantes nos peccatum per patientiam curramus ad propositum nobis certamē aspicientes in auctorē fidei & consummatorē Iesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem cōfusione contempta. Obserua tamen quod cū omnis tētatio fiat suggestione, delectatione, & consensu, & delectatio & cōsensu sint semper cum culpa: ideo saluator sola suggestione tētatus est: & sic omnis eius tētatio externa, nō interna fuit. Obserua etiā quod in nostra voluntate non est tentari, vel non tentari, quamuis in nostra voluntate sit consentire, vel non consentire: sed mundi saluatorē etiam per suggestionem diabolus tentare nō potuit, nisi volentem. Nam non potuisset, neque ausus fuisset, tentare eum nisi ipse permisisset. Vnde Matthaeus ait, vt tentaretur à diabolo: non tamē dicit, vt diabolus tentaret eum. Ex quo loco operapremio erit discere ad nostram eruditionem, primo, vt nosmetipsos muniamus aduersus diaboli insidias, & tentationes, ieiuniis, orationibus, & vigiliis. Christus namque antequam tentaretur, ieiunauit, & orationibus se munivit, vt discas caute viuere, ne inermis à dæmone inueniaris, & victus sis. Sic Moyses vt hoc praecerneret tempus agnum ante immolauit, hoc est vespere: vt manducantes eum & pascha domini celebrantes non occuparentur exterminatoris inuidiis: ne

Hebr. 4.

Ioan. 21.

Psal. 21.

Hebr. 4.

Matth. 12.

Matth. 4.

Exod. 12.

inermes & vacuos spiritualis alimenti nocturna spicula tenebrosi hostis opprimerent. Secundo discamus, in ipso statim exordio, vt Deo seruire coeperimus expectare dæmonis, & mundi tentationem: scriptum quippe est. Accedes ad seruitutem Dei prepara animam tuam ad tētationem. Statim vt Christus in solitudine recessit, & vt ieiunare incepit, tentatus est à diabolo. Persequitur dæmoneum, à quo demon ipse deseruit. Cuius rei exemplum nobis erit Pharaon rex Aegypti, qui etiam si in regno suo Israeliticum populum semper oppressit, sed tunc multo acrius eum fuit persequutus, cum videbat à potestate sua populum fugere, siquidem laborem illi auxit, postea vero magno exercitu eum fuit persequutus. Idem fecit Laban cum Iacob, qui etiam si non bene cum illo egit, dum viginti annorū spacio domi habuit: at cum visisset à domo fugere, congregauit amicos suos & consanguineos, & persequutus est eum, quousque in monte Galaad illum est assequutus. Ita mirum etiam si hi, qui mundo haerent magnos patientur labores: tamen maiores illos experientur cum mundum relinquunt, & Christi mādata sequuntur. Adueniente aurora fit ventus, quia vapor ventum faciens est collectus, & radius solis appropinquans percutit aerem gelidum. Sed in prima noctis parte raro fit ventus, quia ille vapor non est perfecte collectus. Sic qui ad Christum, qui vera lux est incipit accedere, sicut aurora gratiae cum expellit noctem peccati, & illucefcit ei dies iustitiae, tunc diabolus magis tentationis ventum suscitare conatur: sed existente homine in tenebris & nocte peccati raro fit ventus, quia parum tentat diabolus. Quapropter Gregorius in illis verbis, fili accedens ad seruitutem Dei, sic inquit. Hostis noster nos adhuc in hac vita positos, quāto magis sibi rebellare conspiciat, tāto amplius expugnare contendit. Illos enim pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Igitur quem admodum Christus protinus, vt baptizatus fuit, & desertum ingressus, tentatus est: sic tu vt primū Deo seruire inceperis graues passurus es tentationes. Nec mireris si statim dæmon te inuasit, eū enim data sunt tibi arma, vt praeheris: nec ob id tristeris: nam dæmon non eos expugnat, qui sui sunt. Canis non domesticos mordet, sed eos, qui foris sunt: sic diabolus non tentat, nec persequitur eos, quos quiete possidet, sed iustos ac bonos. Nūquā fur furaturus ingreditur loca vbi paleae sunt & stercorea, nam ex eis nihil haurit nisi puluerem in calceis: at mercatorum domos ingreditur, & vasis sacris insidiatur, atque aëria publica quarrit, ex quibus locis facile diues exire potest. Mundani homines onusti & impliciti negotiis carnis nunquam tentantur, quia pauperes sunt & fere nullius valoris, ex quibus dæmon parum vel nihil lucri reportat, quandoquidem nullis sunt virtutibus nec meritis insigniti. Christum verò, qui eximius virtutū dotibus fulgebat, quique in solitudine deserti recessit, dæmon tētāt. Sic bonos qui mundum contemnunt & relinquunt Satanā persequitur. Agricolaē uas colligit, & in domo sua seruant, at palmites in agro tanquam inutiles reiciunt. Ita boni tanquam uas preciosae referuantur: mali vero in medijs plateis ambulāt. Hos igitur Dei amicos aucupari vult dæmon, has uas

Eccl. 2.

Leg. Gra.

lib. 4. m.

c. 24.

Exod. 5.

Exod. 14.

Gen. 28.

quarrit, hosque ipse persequitur, & tentat. Sic angelus Raphael dixit Tobiae. Quia acceptus eras Deo necesse fuit, vt tentatio probaret te. Nam quemadmodum Turca non bellum gerit aduersus Turcas, sed aduersus Christianos, & quemadmodum nemo aduersus amicos & domesticos insurgit, sed aduersus inimicos: ita diabolus nō eos expugnat, qui sui sunt, sed eos, qui sub vexillo ducis Christi ambulant. Quando pulchra illa femina Iudith vidit principem Holofernem sedentem in tentorio in maiestatis folio, lapillis & smaragdus preciosis circumdatum, cepit ipsa timere, cui Holofernes dixit. Aeque animo esto, & noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunquam nocui viro, qui voluit seruire Nabuchodonosor regi. Populus autem tuus, si non contempsisset me, non leuasset lanceam meam contra eum. Nam quemadmodum Holofernes non bellum inferebat illis, qui regi suo seruebant, & obtemperabant, sed rebellibus: sic diabolus nō tētāt nec persequitur eos, qui sub imperio suo sunt, sed iustos, & Dei amicos. Quocirca statim vt Deo obedieris & obtemperaueris, & eius mādata fueris amplexus, acriter te ipsum inuadet: quemadmodum Christum, profanas, vt in desertum abiit. Ex quo etiam tertio loco oportebit discere quod cum magis prosperi, & feliciores, & magis dilecti à Deo fuerimus, tunc magis cauendus est casus, & maior diligentia nos tueri debemus à mundi dæmonis, & carnis tentationibus. Quid est homo (inquit Iob) quia magnificas eum: aut quid apponit circa eum cor tuum? Visitas eum diluculo, & subito probas illum. Licet omnibus hominibus timenda sit tentatio, illis tamen potissimum qui à Deo extolluntur, & illi sunt familiares: nam cum Christus à patre in baptismo praclara suarū laudum audiret encomia, cum ei dicitur, hic est filius meus dilectus: statim ductus est in desertum, vt tentaretur à diabolo. Eodem etiam modo cum diabolus audiret virtutem & excellentiam sancti Iob, quod esset rectus, nulliusque ei similis: statim variis tentationibus fuit persequutus. Sic etiam postquam dominum sanctum virum Abraham tot beneficiis, ac donis magnum & illustrem reddiderat: grauisima tentatione eius animum pulsauit. Optime quidem euangelista Matthaeus haec omnia expendit vnico verbo dicens. Tunc ductus est Iesus in desertum, vt tentaretur à diabolo. Tunc ait. Quando tunc? Quando pater filij sui testimonium clarū exhibuit. Tunc, quando Spiritus sanctus in columbae specie visus est. Tunc, quando caeli aperti sunt super eum. Tunc in quam, quando aeternus pater filij innocentiae testimonium exhibuit, quando eum honorauit, & exaltauit: tunc abiit in desertum & grauitè à diabolo tētatus est. Vide Christi humilitatem, & à tōto atque tā sancto Salvatore discere, vt in honoribus & dignitatibus constitutus scias humiliari. Commendat maximè euangelista Christi Saluatoris nostri humilitatē: qui cum talis ac tantus esset, filius Dei declaratus & manifestatus: sic se humiliavit, vt ab immunissimo & impio dæmone expugnari voluerit. Hoc idem Ioannes de ipso insinuare voluit cū dixit. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt. Postquam vero tōti verbi maiestatem &

Tob. 12.

Indit. 11

Iob. 7.

Iob. 11.

Gen. 22.

Matth. 4.

Matth. 3.

Ioan. 1.

dignitatem commendauit: vt humilitatem ostenderet. Subdidit, dicens. Et verbum caro factum est. Ac si diceret. Videte quantum Dei filius se humiliauerit, qui cum tantus ac talis esset, non horruit virginis vterum: & propter nimiam charitatem, qua nos dilexit, homo factus est propter hominē. Et idem Ioannes postquam Christum exaltauit, & magnificauit, dicens, à Deo exiuit, & ad eum vadit, dixit quod misit aquam in peluim, & lauit pedes discipulorum: vt in his clare Christi humilitatem ostenderet. Quod idem Paulus de Christo confirmat: qui cum in forma Dei esset semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, &c. Humiliauit semetipsum factus obediens, &c. Hic enim cum sit splendor gloriae, & figura substantiae: eius traditur peruersissimo inimico, vt tentetur. Discite itaque in rebus prosperis tentationem timere & expectare. Discite in honoribus humiliari, & vestigia Christi sequi. Mirandum quidem est, quod videas Christum ducem tuum moestum ac pallidum inter bestias & scorpiones vitā degere: tu vero in deliciis viuas, voluptatibus, & vitis deditus, illum solertem militem & fidelem seruum sui regis Vriam recordatus, qui noluit ire in domum suam, vt sibi quieti & ocio per noctis spacium indulgeret, sed potius dixit. Dominus meus Ioab manet super faciem terrae: & ego ingrediar domū meam & comedā, & bibam, & dormiam cū vxore mea? Si dominum tuum, & ducem tuum vides in prelio pugnātem, & super petram dormientem quomodo non erubescis in deliciis, & voluptatibus viuere? Signum clarissimū est, te non militare sub eius vexillo, nec ex suis militibus esse: quo circa stipendium suae gloriae, nec gloriosam coronam, quae donatur militibus suis, non tibi dabit. Quinto discamus tunc potissimum cor nostrum custodire, & profectui spirituali vacare, eū aliquā gratiam, aut donum à Deo fuerimus assequuti. Tene (ait Ioannes) quod habes: ne alius accipiat coronam tuam. Quapropter Christus post baptismum in eremum recessit, vt tu scias post gratiā susceptam, post communionem facram, vt diuinum spiritum conferues à mundo recedere, & procul ab eo fugere. Discamus sexto verissimum illum esse Christi dictum quod regnum caelorum vim patitur, & quod violenti rapiunt illud. Post baptismum tentatur Christus: & multis aliis tentationibus atque laboribus, regnum caelorum nobis meruit. Sic filij Israel postquam dominus illos eduxit ab Aegypto, & post transitum maris Rubri multos labores, & plurima bella sunt experti in itinere: vt regnum iure belli acciperent. Sic nos post peccatorum tenebras, post lauerum baptismi à potestate Pharaonis educti, opus est, vt militiā sub duce Christo exerceamus, multis generibus tentationum oppressi & pugnae contra Amalech, Madia, Cananeos, & Cetheos Amorreos & aduersus multa alia genera vitiorū, vt illos prosternentes terram caelorum nobis promissam possideamus. Hac vi acquiritur regnum caelorum. Nunc in deserto sumus per quod filij Israel iter faciebant: & Christus in deserto fuit. Illi pugnabāt, & Christus pugnauit: illi tentabāt, & Christus tentatus est, vt discamus, quod desertum vitae huius locus est tētationis. Vltimo colligendum est, tentationes nobis vtilis esse, cum

Phi. 2.

Ioan. 13.

Phi. 2.

Hebr. 1.

2. Reg. 11.

Apoc. 3.

Luc. 10

Exod. 17.

Num. 16.

Ex. 21.

Iosue. 7.



dominus illas mittat propter commodū nostrū. Christus tentari voluit, vt nos etiā sciamus, quod per tentationem paratur nobis via ad vitam capeffendam. Ita similiter in hac vita misit dominus tentationes dilectis suis Abraham, Iacob, Dauid, Iob, Elia, Esaiā, Ieremiā, Ezechieli, Danieli, Sufannā, & omnibus suis amicis, tam veteris quam noui instrumenti. Ne poeniteat te, quod tenteris: sed illud maxime tibi cauendum ne illi cōsentias, & vincaris. Nihil enim prodest si excusorium feramentum cilicem feriat, nisi fomes applicetur vt accendatur. Itā nimirum, etiam si dæmon excusorio feramento suā tentationis, lapidem tuā sensualitatis feriat, nisi fomitem consensu tuā voluntatis applicueris, nunquam ignem excutiet, quo possis comburi. Nunquam tibi petendū à domino est, ne tentationes tibi mittat, id tamen orandum, vt gratiam tibi subministret, qua possis illas superare, dicens. Et ne nos inducas in tentationem. Callidus quippe cum sit inimicus, solet in Angelum lucis transfigurari, & habitum mutat, quemadmodum vxor Ieroboam, quæ mutatis vestibus voluit decipere prophetam Ahiam. Opus est caute & prudenter aduertere, vt nō fallaris: prius examinare sit ne tentatio dæmonis, an diuina inspiratio. Vnde Ioānes huius reimmores nos faciens, inquit. Nolite credere omni spiritui, sed probate, an ex Deo sit. Venator namque solū escam ostendit, laquem autem cooperit. Sic dæmon sub virtutis vmbra tentat, quemadmodum Amuli Danielis sub obseruatione legis, & prætextu zeli & religionis. Diuersæ sunt dæmonis artes & insidiae: nam vnam partem solet aggredi, aliam autem ferire: vt si alteram partem cooperias, aliā apertam relinquant: quam possit infringere. Solet enim contingere, vt tentatione dæmon te inuaserit: tu vero victor cum extiteris, victoriam laudas, & magnificas. In quo diligenter debēs aduertere, quod etiam si tibi fuerit visum, dæmonem de carne te voluisse tentare, non id ipse curauit, sed potius vana gloria & superbia: tu verò cum te munieris contra tentationem carnis, inani gloria & superbia fuisi victus. Postea vero fingit se abire, & a te discedere vt te incautum & in vtramvis autem dormientem inueniat. Si tentatio te reliquerit, ne tunc dormias: quia maiori impetu te vult inuadere. Tempore pacis cautius tibi viuendum est, quam tempore belli. Maius periculum patitur nauis tempore quo mare est tranquillū, quam tempore tempestatis: nam tempestati multa sunt remedia, nullum autem tempore tranquillitatis. Maxima omnium tentationū est, nullam pati tentationem. Tunc potius existima maiores habere tētationes quādo nulla tibi adest. Statim vt cibus stomachum ingreditur, natiuus calor cum illo pugnat: quousque illum in substantiam conuertit: si autem ad se rediens nullum cibum inuenit, quo cum bellum gerat, contra se ipsum bellum inuit, si verò cibum ei non ministrat, secum vsque ad interitum pugnat. Itā nimirum tu si foris nullas habueris tentationes, tecum ipse in corde tuo interius habebis. Ne poeniteat, si tenteris, si tribulationes & angustias fueris passus: nam tunc dominus, si tu viriliter pugnaueris, auxilium subministrabit: nam dominus vult propter cinolumentum tuum, vt tenteris. Scriptum

caim est: Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Quomodo bellum erit, nisi bellatores fuerint? Nō potest esse gloria, sine victoria: nec victoria sine bello. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ: quam repromisit Deus diligentibus se. Breuis quidem est labor tentationis, fructus autem copiosus: & merces magna nimis quam inde reportabis si viceris. Tentatio permittitur à Deo. Deus autem non permittit nec patitur, vt tenteris supra id quod potes, secundum illud Apostoli. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Non protendit vires dæmon, nisi tantum ad id quod diuina prouidentia vult. Leo nanque ille qui interfecit Prophetam inobedientem redeuntem à Bethel, non tetigit corpus mortui, nec iumentū ipsum ferens: atque itā cum ad sepeliendum corpus venerunt, inuentum est corpus integrum & iumentum viuum. Quod quidem factum paradigma est, quam limitatam potentiam habeat & vires leo ille rugiens, qui circuit quærens quem deuoret. Quo quidem significatur, si victus fueris, in tuam culpam esse reiciendum: quando victor cum possis esse, non vis. Vult dominus vt tentemur, vt victores existentes, triumpho palmam & coronam accipiamus. Vnde sanctissimus Iob dixit. Militia est vita hominis super terram: vita namque hominis Christiani militia est, in qua nullum est pactum, nulla quies, nullum denique scædus percussum. Cuius quidē rei nō mirari debemus (inquit Christostomus) sed potius mirandū est, quod non grauiore & maiore sint tentationes. Nam si tu serpentem perciteres, non deberes mirari quod ipse aduersus te insurgeret, sed potius mirari deberes si quietus maneret. Cum igitur serpens ille antiquus tantam aduersus nos conceperit inuidiam nostrorum bonorū operum non mirari debes si aduersus nos insurgat, si quidem quocūque bono opere à nobis perfecto grauissime illū percussimus. Sed insurgit nunc grauis quæstio: nam si dominus scit, dæmonem ita pœnitere nostrorū bonorum operum: sic adeo vt aduersus nos insurgat, tentaturus: & cū recte etiam sciat dominus quod propter has tentationes multi deficiunt, & vincuntur: & etiam quod plures sunt victi quam victores, quid est in causa cur dæmonem non annihilauit, cum illum à cælo deiecit? Cur dominus patitur, vt tentemur: quando quidem tanti homines tentationibus dæmonis cedunt? Cui quæstioni suo ore aureo Chryostomus respondet dicens: non solum non dominum vsu fuisse nobiscum scilicet, sed potius benignitate atque misericordia sua. Nam si dæmon coactos nos vinceret: vtique merito de Deo nos conqueri deberemus, quando dæmoni potestatem dederat vt nos vinceret. At vincit nos spontaneos & non inuitos: nam si nos non consentimus fragiles sunt eius vires & potentia: quod quidem clarum conspicitur in historia huius euangelij, nam cum Christum tētant non vi illi lapides intromisit in os: sed dixit. Dic, vt lapides isti panes fiant. Et quando illum tentauit vt se à summitate tēpli præcipitaret, non vi illū deiecit: sed illū incitauit, vt id faceret. Et idem contingit in tertia tentatione. Quo circa cum diabolus

neminem cogat, non est sufficiens excusatio dicere, dæmon me peccare fecit: quod dictum aperitissimum mendacium est: nam bene posses à peccato te ipsum abstinere, nisi tuæ voluntatis consensum illi dedisses. Nam etiam si Dominus recte sciret, omnes homines defecturos & casuros in tentationibus si quidem dæmon neminem impellit, bene nobiscum factum esset si tentaremur. Nihilominus non omnes vincit, sed potius multi in virtute proficiunt: atque itā diuina fuit factum prouidentia vt tentaremur, vt agnoscatur firmitas, fides, & virtus bonorū: & etiam vt nota sit pigritia, inertia, & prauitas malorum. Nam si velis, clarè videbis quomodo qui peccant, peccent ob defectum virtutis, non autem ob virium defectum. Si adefert hic duo homines æqualibus viribus pollentes, alter vero magnum lapidem reuoluere, alter verò non: qui lapidem nō leuauit, clarum est id fecisse, cum nollet, siquidem æquales vires cum altero habebat. Omnes homines eadem natura constamus, & æquales vires habemus naturales. Deus autē paratus est nobis omnibus fauere, si equaliter simus dispositi. Cum autē multi probi ac sanctissimi viri nos præcesserint, argumentum est cum nobiscum eadē fuerint natura, quod si mali sumus, non est quod aliter non possimus, sed quod non velimus. Vnde multitudo castorum & pudicorum virorum multitudinem eorum qui luxuriam & libidinem sequuntur confundit, & multitudinem humilium, multitudinē superbiorum reprehendit. Atque itā cum tentatio & bellum causa sit bonis augmenti gratiæ: non est dubium, quin si Deus per impossibile posset iniuriam irrogare, irrogaret vtique iustus, si tētatione illis adimeret, siquidem cum illa tantū merentur. Quam etiam iniuriā malis inferret, si tentatione illis non daret, etiam si vincendi essent quippe vt diximus, tentatio nemini vim infert. Vis videre vt tentatio neminem cogat, nec Dominus eam permittendo? Dic mihi quot sunt, qui suis oculis Deum offenderunt? Eua, Dauid, & alij multi, &c. mors intrauit per fenestras nostras. Quot sunt qui Deum auribus offenderunt? Quot qui lingua? Infiniti qui fame proximorum detrahunt. Respondeas igitur, obsecro: egit ne nobiscum male Dominus, præbens nobis aures, oculos, & linguam? non equidem. Quot sunt qui virtutibus peccarunt, non dico executi, sed occasionaliter? multi sanè. Vt fuit Phariseus qui ex illis sumpsit sibi ansam ad superbiendum. Sunt igitur virtutes malæ: Non ita. Quot sunt qui solis, lunæ, & ornatu cæli causa in Deū grauissime peccauerint, hæc omnia tanquam Deum colentes? Nemo autē erit tam inopis mētis, qui dicat Deum male fecisse illa creando. Igitur quemadmodum multi his rebus peccarunt, nec ideo illæ malæ sunt, nec causa peccandi, sed earū malus vsus: ita etiā si tu tentatione pecces, siquidem illa non te cogit, nec Deus habet culpā qui eam dedit, sed tu qui facile succubisti. Hoc Christus insinuauit dicens, quod homo sapiens ædificat domū suam supra petram, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum petrā & non cecidit: fundata quippe erat super petrā. Stultus verò ædificauit domū suam super arenam, & venerunt venti, & descendit pluuia, & flauerunt, &c. Dic mihi quis illam domum

demolitus est? Non equidem sola tempestas, nec ventus: nam si verum id esset, altera etiam domus destrueretur, nam eadem tempestas in alteram irruit: sed causa fuit malum fundamentum vnius, & bonum alterius. Fragile fundamentum occasus fuit causa. Itā nimirum tentationes, quæ probos & malos aggrediuntur eadem sunt: qui autem cadit, malum fundamentum ei est causa. Quod idem in area videri potest, nam cum ventus sufflat, paleas secum fert, triticum autem manet. Quis paleas fundit? ventus? Non vtique, quia etiam triticum secum ferret. Causa fuit palearum leuitas. Te non ducit tentatio, sed tua voluntas quæ nihil ponderis habet in virtute. Leuis quidē est tua virtus: atque itā tentatio te quo voluit duxit, non autem iustum. ¶ Obserua autem quod tentatio nihil mali intulit malis, etiam si cum illa cadant: sed potius multum vtilitatis. Dic mihi quale maius piaculum est: in peccatum incidere cum tentatione, an sine illa? Clarum est multo grauius esse sine tentatione peccare, quam cum illa: nam maior imbecillitas esset cadere me non impulso, quam vi illata. Cum igitur Deus rectè nosset malos illos casuros etiam nulla facta vi, nec tentatione illa: atque itā maiorem futuram illorum culpam, & per consequens poenam: vt aliquam portionem poenæ illis adimeret, permisit Dominus vt tentarentur. Illa domus quam supra retulimus, etiam si pluuia & venti in eam non irruerēt, paucis transactis diebus ruinam minaretur, & tandem caderet: cum super arena fundata esset. Ita nimirum malus etiam si à dæmone non tentetur, tamen ob imbecillitatem suam casurus est: nam qui tam cito lapsus est dæmonis tentatione paucis ab hinc diebus sua voluntate cadet nemine impellente. Dicis te luxuriosum, & inimicum odio habere, quia difficilia sunt mandata inimicum diligere, & castitate seruare. Vide etiam quod proximorum famam conuincas, & alia peccata committis, quæ nullam secum voluntatem afferunt: quod lignum est, quod in alia priora peccata nō incidit, nisi ob imbecillitatem & deprauatum morem. Si igitur nulla oblata tentatione in talia peccata solum ob leuitatem & inconstantiam casurus eras: clarum est, quod Dominus vtetur tecum sua benignitate & misericordia offerendo tibi tentationem, qua illaqueatus incidas: atque ita minor sit culpa, & inde minor poena. Nihilominus tamē Deus semper tibi adest in tuum auxilium, præbens tibi arma, quibus vincas, sacramenta, & sanctas inspirationes: & denique Angelum custodiē tibi semper assistentem. Curandum igitur tibi maximè erit, vt vincas: nam diuino presente auxilio facilis est victoria, si viriliter & Christiano animo dimicaueris. Quia igitur ad prosteruendum diabolus fortissimum telum est ieiunium, & ad superandas ipsius tentationes plurimum valet, ingreditur Christus desertum, & ibi ieiunat. Cant namque Ecclesia, quæ diuino spiritu regitur & gubernatur. Qui corporali ieiunio vitia comprimit, &c. Hæc arma, & Christus sibi assumit ad superandas tentationes & hæc vult vt accipias, si triumpho palmam & victoriam velis consequi. Et nihil manducauit in diebus illis, & consummaris illis postea esuruit. Quomodo poterit tantū tem-

Lo. Chri.  
hom. 4.  
ad popu.  
Ant. Co.  
precipue.  
ro. 5. ho.  
9. in il-  
lud, Ne-  
mo ledi-  
tur nisi à  
semetipso

Matth. 6  
2. Cor. 11  
3. Reg. 14

1. Ioh. 4

Dan. 14

1. Cor. 10

3. Reg. 11

1. Pet. 5

Iob. 7

Gen. 3.  
2. Reg. 11.  
Iuda. 9.

Luc. 18

Matth. 7.  
Luc. 6.

Chri. lib.  
1. de pra-  
uidentiā

Matth. 4.  
Luc. 4.

pus ieiunaret cui dubio respondendum est, tantā fuisse famis afflictionem quam Christus passus est post quadraginta dies, quanta fuit quando ingressus est desertum, siue à tempore illo, quo coepit ieiunium: quia toto tempore medio impedita fuit actio naturalium agentium disponendum ad famē & fuit illud tempus, quasi si nunquam fuisset. Christus enim erat Dominus naturæ suæ, & poterat manere semper sine cibo & potu in oratione, vthic fecit: & intentus eidem rei, potuisset sic manere per decem annos, & conseruaretur in eo natura humana in sua integritate. Supernaturaliter igitur potuit se à fame tueri, & transactis quadraginta diebus coepit esurire: & tunc naturaliter alterabatur corpus eius quantum posset alterari corpus alterius hominis eiusdem dispositionis & complexionis. Et tamē Christus tolerauit famem, à tempore quo coepit esurire, vsque ad tentationes finitas: quia nihil manducauit quousque Angeli venerūt ad ministrandum ei. Ieiunauit itaque Christus, vt nostram ingluuiē destrueret ieiunio suo. In solitudine vitam debebat, vt nostras iniquas conuersationes dissiparet: orabat vt nostra purgaret peccata. Oratio quippe illa, & ieiunium illud, victoriam nobis attulerunt. Pro nobis enim orat, & pro nobis ieiunat. Vnde ipse Dominus per Osā ait: Ego quasi nutricius Esraim portabā eos, in brachijs meis: & nescierunt, quod curarem eos. Vt curaret, & sanaret nos, recessit in desertum. Et quemadmodum nutrice dum paruulus infirmatur exhiberetur medicina, porrigitur amara portio, vt paruulus in pristinam valetudinem redeat. Sic Dominus, quasi noster nutricius laboriosa ieiunia, in defessam vigiliam, & orationem sustinet: non pro suis quæ nō patrauit peccatis, sed pro nostris. Vbi maximē obseruandum est, quod Christus in deserto orat, & ieiunat: & in ciuitatibus comedit & bibit. Non sic hypocritæ, qui in occulto cum non adsunt testes, comedunt: at publicē ieiunant. In occulto peccant, foris autem sctam sanctitatem ostendunt. Merito etiam à ieiunio incipit Christus vitam spirituales: vt eodē modo quo mors intrauit in mundum, intraret & vita. Per cibū parentum nostrorum intrauit mors in orbem terrarum: sic etiam optimo ordine mortis destructor, & vitæ nostræ reparator à ieiunio salutē & redemptionem inchoat. Sic etiam prima tentatio quam diabolus obtulit Iob, fuit in conuiuio filij maioris natu. Quicumque huic vitio laxas praebuerit habenas, facile à reliquis superabitur. Et quemadmodum dæmon per cibum incipit: sic Christus per ieiunium: vt optimē illud experiatur contra natura contrariis curatur. Prius Daniel destruxit idolum Babyloniarum: postea verò draconem: qui in illo absconditus erat. Quo exemplo ducis & Saluatoris nostri Christi & nos discere deberemus, prius idolum carnis destruere: si facile volumus de alijs vitis triumphare. Loth qui cum abstinentia se ab incendio Sodoma incolumentem seruauerat, quia in monte non abstinens fuit, grauissimum incestum cum filiabus commisit. Prima & potissima arma, quibus indui debemus aduersus aduersarium nostrum sunt ieiunium: & ab hoc gradu incipienda est vita spiritualis. Sancti quippe tam veteris, quam noui instrumenti his armis

potentissimos exercitus superarunt. Quis vicit exercitum Assyriorum? Ieiunium Iudith. Quis populum Israeliticum liberauit à mortis sententia aduersus illū statuta? Ieiunium Hester. Quis Danieli tanta, ac tam magna secreta reuelauit? Ieiunium. Et Ninuiter cum essent gens infidelis, ieiunio Dei iustitiam mitigarunt. Paulus etiam in sua conuersione per ieiunium vitam spiritualem incepit, & tribus diebus ac noctibus nec manducauit, nec bibit. Vnde factum est vt in tertium caelum raperetur. Adam ieiunus in paradiso erat: satur autem, foras fuit eiectus. Moyles ieiunus legem Dei accepit: populus autē cibo meroque ingurgitatus vitulum confluxit, vt eum adoraret. Anna etiam prophetam Samuelem concepit. Per oppositum autē, vt scriptura ait, multi per ebrietatem perierunt. Holoernes iugulatus fuit. Amon filius regis Dauid cibo meroque potatus perit. Balthasar rex Babylonie mortis sententiam audiuit, & regni amissionem. Regina Vasthi auctoritatem suam amisit, & regno orbata est. Sunt qui laute & opipare comedunt, ac bibunt: similes iis, quibus propter crassitatem quam in brachijs habent, non inuenitur vena, ex qua possit sanguinis missio fieri: atque ita contingit saepius cum vena illis non inueniatur ad interitum venire. Ita qui semper cibo & potu in hac vita suo genio indulgent, ita vitiosi sunt, vt prius quā spiritualis medicina poenitentia illis adhibeatur, vel moriuntur, vel truncati manent, antequam à culpis recedat. Eglon cum nimis pinguis & crassus esset ab vno loco non poterat discedere, atque ita ibi interfectus est. Strenuus ac diligens dux stationes visitat, & ibi maiora fulcimenta apponit, vbi pars imbecillior est, & inimici maiores ac fortiores. Cum igitur imbecillior pars sit caro nostra: ibi cum ieiunio fauendum est, Samson sola asini mandibula mille viros interfecit. Sic tū multos occidit inimicos: si dominus oris tui fueris. Quoniam autem de hac materia multa sunt quæ dici possunt: & multi multa scripserunt: ego breuitatis causa solas duas rationes adducam, quibus tibi persuasum habeas ieiunium. Prima ratio illa est: ob vtilitatem, quem non solum efficit in anima, verum etiam in corpore. Iam praesupposito, vt supra diximus, quod vita hæc est militia quadam & continua tentatio super terram: & quod Dominus ita fidelis est, vt nunquam patiarer nos tentari supra id, quod possumus, nunc quaero à te: Si duo homines viribus & dexteritate, & diligentia, & armis pares praeliaturi exierint, vnus contra alterum: quis nam istorum vincet? Certum est quod vincet ille, qui fautus fuerit: nam aliter neque vnus neque alter vincet, cum in omnibus aequales sint. Ita similiter corpus & anima in hac vita in continuo sunt bello: caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: at Deus permittit, vt tentatio carnis valentior sit, vt vires spiritus superet. Quis igitur horum vincet? Sine dubio is, in cuius fauorem & auxilium aliquis accesserit amicus: Si corpori faueris cibo, potu, & somno, & denique delicijs, & voluptatibus: corpus victor existet, anima verò victa. At si in animæ auxilium descenderit, ieiunijs, vigilijs, & orationibus, sine dubio anima triumphabit cum victoria, de corpore. Cui igitur auxilium praestamus?

Animæ cum ieiunijs & orationibus: nam si vincit anima ipsa cum corpore in cælo diuina beatitudine gaudebit, at si corpus triumphauerit, torquetur in inferno cum anima victa. Secundum quod plus emolumentum corpori euenit si vincatur, quam si ipsum vincatur: nam si vincitur, coronatur, ac si vincit, torquetur. Ignominiosa est victoria eius, gloriosum autem ab anima vinci. Si vincit, perdit: si vincitur, lucratur. Quo circa diuinus Paulus. Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autē spiritu vitia carnis mortificaueritis, viuētis. Nam si malè & asperè cum corpore te gesseris, bene illi facis, at si blandè & delicatè illud tractaueris, malum illi inferes. Ideo Christus: Qui odit animam suam, perdet eam: & qui perdidit animam suam, in vitam æternam custodit eam. Qui eam diligit, summo odio ipsam prosequitur: & qui eam odit, tenerrimè illam amat. Si tui ipsius amicus es, & carnem tuam christianè diligis, eam ieiunijs & orationibus castiga. Quā ob rem exemplo Christi Saluatoris nostri (cuius adiones in nostram eruditionem fiebant) debemus ieiunare, & macerare carnem & spiritui eam subicere: nam si spiritui auxilium prestamus, & carni spiritui subicimus & sensualitatem rationi, vincet vtique anima, & gloriosè in cælo cum corpore æterna beatitudine gaudebit. Secundo ieiunare debemus vt pōdus, quod corpus humeris suis fert auferemus. Nam si videres hominem, qui ascendere vult montis alciuius magni summitatem, & hic homo pondus magnum humeris suis ferens, aliud maius pondus etiam ascensus affumeret, diceret vtique, iste homo sine dubio non vult hunc montem ascendere. Quid aliud cogitas, hanc vitam esse, nisi viam arduam & difficilem quæ tendit in altitudinem cæli? (& vtinam hæc quæ modo protulimus sibi persuaderent, nec viuere, quasi post hanc, alia non maneret nobis vita.) Pondus magnum humeris nostris ferimus: quod quidem corpus nostrum est. Antequam primus noster parens peccaret, non erat pondus, quia spiritui maximè vnuebatur, & cum illo gratam & iucundam societatem inierat: nam si spiritum iuuabat ieiunare, idem & corpus cupiebat: nunc autem contradicit corpus animæ, & sensualitas rationi resistit: sic adeo, vt diuinus Paulus hanc contradictionem maximè in se sentiret, cum dicebat: Sentio aliam legem in mēbris meis repugnantem, &c. Quemadmodum enim nullum est pondus brachium, cum corpori vnium sit, nec vllam molestiam infert: at si scinderetur & super humerum apponeretur, molestiam & pondus inferret: ita nimirum antequam Adam peccaret, nullum pondus erat corpus: at post peccatum maximum est pondus propter diuisionem, quam cum anima habet. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Antea incorruptibile erat, & nihil grauitatis habebat: at postea ita pondus est factū vt dixerit Paulus: In oculis ego, quis me liberabit à corpore mortis huius? Si vigilare vis, ieiunare, aut orare, renuit corpus. Vide igitur quod dum magis ac magis illi blādus fueris, maius pondus super te ipsum imponis. Si igitur cum magnum pondus corporis tui seras, volens ascendere in montem Domini, potum & cibum illi superflue dederis, nōne pondus ponderi

Osā 11.

Gen. 3. Chry. ho. 3. & 4. ad popu. Antio. Iob 1. Dan. 14.

Gen. 19.

Ind. 9. Hester 5. Dan. 9. Iob. 3.

A. 9.

2 Cor. 13. Genes. 3. Exod. 32. Exod. 32. 1. Reg. 1.

Ind. 19. 3. Reg. 11. Dan. 5. Hester 1.

Ind. 3.

Ind. 19.

Iob. 7.

Rom. 7.

Gala. 5.

Rom. 7.

addis? Si qui oneratus incedit, & maius pondus sibi assumit, non vult montem ascendere: quomodo dicendum est, quod qui cibo meroque se ingurgitant, in cælum volunt ascendere? Atque ita iudico, quod hi tales non cupiunt cælum conscendere: quandoquidē cum deberēt onus corpori detrahare vigilijs, ieiunijs, & orationibus potius illud augere, vt spiritus à carne oppressus nequeat in altū euolare. Præterea contra omne ius & rationem videtur, quod cum habeas duos seruos, alterum sapientem, alterū vero ineptum & amentē, compelleres sapientem ignorantī seruire. Quod quidē exequeris cum facis spiritum carni obedire. Quo circa curandum tibi est, vt ieiunijs & orationibus carnē spiritui subicias, si vero caro aduersus spiritum surrexerit, castigabis illā ieiunijs. Si aliquis rusticus, vel infimæ plebis homo aliquam pulchram reginam in amore inhonestum vellet adducere, non solum non hæc regina consentiret tali amori, verum etiam ignominiosam sibi iudicaret, quod tam vilis homo suos desideraret amores, & illum iuberet fustibus & flagellis cordi: Ita nimirum cum corpus nostrum tam vile sit, & secundum animam vero rationis cōpos tam magnifica, tam illustis tam diuina & excellens: si aliquando corpus surrexerit, & illam ad turpe aliquid perstrandum voluerit in suum amorem adducere: nō solum non corpus tunc audiri debet, sed potius castigari debet, & fustibus ieiunij affigi. Sed quia de his inferius tractaturi de diuio illo epulone, Iamus dicitur: nunc ad contextū accedamus. Dixit autem illi diabolus. Cum dæmon videret Christum fame opprimi, accessit ad illum corpus sibi acreum assumens, in forma cuiusdam deuoti viri aut sancti eremite, vt callidius illum falleret. In quo aduertere debes quomodo mali opportunitatem tempus sibi expectant, vt malitiam suā exercent. Ita impius Cain postquam opportunum quesuit, vt fratrem Abel interficeret: atque ita duxit eum in campum, vt ibi sine testibus nefarij delicti necem fieri inferret. Vxor Iutifar expectauit etiam tempus in quo castum Ioseph solum inueniret, vt illum ad turpitudinem patranda alliceret. Iudas etiam quærebatur oportunitatē vt Iesum traderet. Ita dæmon cum videret Christū fame comprimi: opportunum satis tempus fuit illi visum, vt tentatione gulæ illū aggrederetur. Quod idem nobiscum iniquus facit: nam quādo videt nos faturos & bene dotatos, luxuria nos tentat: at si fame oppressos, gula, & impatiētia nos aggreditur: quādo felices & prosperos, superbia & ambitione nos inuadit. Sic filij Iacob acceptis gladijs depulati sunt vrbein Sichem: quādo erat grauissimus dolor vulnerum. Ita dæmon cum virtus in nobis debilior & infirmior est, nos tentat & inuadit. Scit enim tempus expectare sibi ad tentationem aptum. Vtinam boni ita bene scirent non amittere occasionem boni faciendi. Sanctus Abraham media die in foribus tabernaculi sedebat expectans an aliquis veniret peregrinus vt ei cibum ministraret: nam tempus illud opportunū erat, in quo peregrini & viatores solēt ab itinere quiescere. Loth etiam, qui nutritus erat in domo sanctissimi patriarchæ Abraham ab eo dederat vesceri hospites expectare, quam lo iam itineris finem faciunt, & nocte volunt conquiescere, &c.

Cap. 10.

Genes. 4.

Genes. 39.

Matt. 26.

Genes. 34.

Genes. 18.

Genes. 19.

Sed

Sed de his alias, ¶ Cum igitur dæmon inimicus humani generis intelligeret aliquo tempore futurum esse, vt homo recuperaretur, quodque Dominus cū illo misericordia vtens repletus erat sedes, quas Angeli perdidit animabus sanctis: tanquam Dei & nostrorū omnium inimicus timens perditionem & deuastationē regni sui, quæ fieri debebat per Christū Iesum, à mudi cōstitutione sollicitus ambulabat, vt sciret, quis nāc esset qui regnum dæmonis erat destructurus, & vitam nostram reparaturus, vt nostram redemptionem impediret. Atque ita cum vita hominum insidiaretur, vidit natale Christi, & cantica & festa ab Angelis facta, tuncque miratus valde & turbatus extitit. Expectauit igitur & vidit illum sanguinem fundere in circumsione, & per pueritiam transire tanquam purus homo nullis datis suæ diuinitatis signis vsque ad duodecimum annum, quando inter doctores legis in templo suam diuinam & admirabilem sapientiam demonstrauit. Insidiatus est illi vsque in trigésimū annum suæ ætatis, cumque toto illo tempore vidisset nulla dedisse signa suæ diuinitatis, quieuit & securus mansit: atque ita videbatur illi non esse filiū Dei, sed purum hominem. At cum in baptismum addisset vocem patris dicētis, hic est filius meus dilectus, turbatus fuit & confusus: cumque etiam vidisset illum in deserto quadraginta diebus & noctibus ieiunasse, vehementius multo demiratus est: tuncque sine dubio credidit, illum esse filium Dei, à quo destruendus & vincendus erat. Sed cū videret eum fame discrucari, valde gauisus est cū intelligeret illum esse verum hominem, morti subiectum, & reliquis aliis passionibus humanis. Cum autem dæmon in eo vidisset alia hominis signa, alia verò Dei: ita perplexus & confusus mansit, vt nesciret in quam se inclinaret partem: nam mysterium incarnationis dæmones non intellexerunt, quousque audierunt euangelium prædicari ab Apostolis, secundum illud Pauli. Vt innotescat principibus & potestatibus in cælestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei. Quod quidem non de Angelis sanctis (vt aliqui existimarunt) intelligendum est, sed de demōnibus, vt nos latius disseremus. Christus igitur sic suam Deitatem abscondit vt à dæmone cognosci non potuit. Vnde sponsa in canticis de sponso suo Christo ait. En ipse stat post parietem nostrum: respiciens per fenestram, prospiciens per cancellos. Cum aliquis est in fenestra per cancellos & rimulas aspiciens partim videtur, & partim non videtur: ita, vt etiam si videatis ibi aliquē esse, non potest percipi nec cognosci quisnam ille sit. Ita verbum diuinum prospiciens erat per cancellos humanitatis, quod etiam si signa aliqua sui ipsius ostendebat, & aliqui cognouerunt illud, valde inclusus erat: etiam si per cancellos humanitatis splendorem suæ diuinitatis emittebat, miracula stupenda faciens, quibus se ipsum cognosci dabat. Ita tentator Satanas cum videret eum esse hominem, & ex altera parte deitatis & diuinitatis radios emittere, decreuit, hoc negotiū clarum efficere, cum iam defatigatus esset tanto tempore illum persequi. Vt autem hoc negotium sic adeo arduum & difficile aggrediretur, vt animum assumeret, hanc secum fecit coniecturam,

Luc. 2.

Matth. 3.

Eph. 3.

Cap. 11. infra dante elemo synam.

Canti. 2.

Magnam semper suspicionem habemus omnes, hunc esse filium Dei, & valde timet princeps nocere ab hoc esse destruendum. Ego igitur nunc discernere volo negotium hoc: nam vel ero victus, vel non. Si victus fuero, non mihi multo ignominiosum erit, à tanto atque tam sancto viro vinci, in quo vnquam nec vnū veniale peccatum fuit inuentum. At si multi homines, qui peccatores fuerunt, me quotidie vincunt: non multum erit à tam sanctissimo viro vinci. At si victor euasero, maximam mihi palmā arripio, quam nullus vnquam dæmon fuit consequutus. Qualis, obsecro, maior gloria mihi continget quam si principem meum certiores fecero, hunc hominem non esse filium Dei? Vbi igitur tantum poterit esse lucri, iactura vero nulla vel minima: ignauia erit, illum non aggredi: nunc præcipue quando fame premitur, & aptus est tempus tentationi. Itā tentator habitu religionis & honestatis, accipiens manibus suis lapides, obtinuit exiti Christo, dicēs. Si filius Dei es, dic lapidē huic, vt panis fiat. Ne credas quod statim, vt illum vidit dæmon, hac quaestione sit aggressus: nam Euangelistæ breuitatis causa solum conclusiones rerum scribunt. Alij ambagibus & circumloquiis ingressus est dæmon, priusquam suam tentationem propalaret. Prius igitur illum salutauit amicis verbis, & postea dixit illi: Etiam si me non agnoscas, multi aguntur iam dies ex quibus ad tuam fama & notitia peruenit. Volat etenim per vniuersum orbem tuæ bonitatis, & sanctitatis nomen & fama: nunc præcipue cum tanto atque tam mirabili ieiunio. Miror equidem valde tuæ vitæ asperitatem, sic adeo vt credam, te non esse nisi Dei filium & Messiam, quem Iudæi expectamus. Si tu is es, quem ego suspicor: nullo opportuniori tempore posses venire: nam mundus ita perditus est, vt ego propter tot tantaque scelera, vt sunt in Ierusalem, ab ea fugere, & aliquibus diebus in desertum recedere volui, vt melius longe procul à negotiis mundi Deo possim vacare: at iam in domum meam recedere volo. Cum autem tu possis tuæ vitæ sanctimonia & exemplo, tot atque tãtas animas perditas lucrari, & à peccato seducere: videtur mihi melius & magis acceptum Deo esse obsequium, si Ierusalem tendas, & pœnitentiā prædices, quam hic in deserto esse absconditum. Cum autem ita macilentus sis, & adeo fame opprimaris, hic vero nemo adsit, qui cibū possit ministrare, quousque illuc perueniamus: siquidem filius Dei es, dic vt lapides isti panis fiant. Filius Dei mutauit Moysi virgam in serpentem, aquas Aegypti in sanguinem, & vxorem Loth in statuam salis. Dic iubens: nam de Deo scriptum est. Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Vnico solo verbo, fiat, vniuersa condidisti, & nunc eodem modo iube, & dic, fiat: & conuertentur lapides isti in panem. ¶ Perpende autem diabolus hanc proprietatem habere: quia vt cognoscat secreta cordis, habet se sicut piscator cum piscibus quos vult capere. Nam piscator hamū mittit in fluuiū, qui etiam si non videt pisces, tamen cum videt signum demergi, intelligit captum esse piscem: atque ita extrahit illū ab aqua. Simili modo cor nostrum fluuius est profundissimus, cum autem dæmon ob eius profunditatem

Exod. 3.  
Exod. 7.  
Gen. 19.  
Psalm. 148.  
Genes. 1.

nō videat, nec cognoscat ipsius secreta (hoc quippe soli Deo competit) hamū mittit eca cooperatum, expectatque an in cibū præcipites feramur. Nunc vt experitur an carnales simus, escam carnis apponitur, intenditque diligenter, quod illius amorem cupiamus. Si autem videt nos in libidinem inclinari, occasiones quærit: vt sæpius in id peccatum incidamus. Cū igitur dæmon scire vellet, an Christus filius Dei esset, volebatque illum inducere si miraculum aliquod faceret, quo cognoscere posset essetne Dei filius. Ideo ait illi: Dic lapidē huic, vt panis fiat. ¶ Dicce o homo quod quando dæmon occasionem obtulerit vt Deum offendas, nihil aliud est quam palliatum hamus, quo animam tuam vult capere. Si autē piscis sentiens se esse captum conatur hamū effugere: cur tu non curabis Satanae tentationem euadere? Statim ab eo debes fugere, & à suis compedibus liberari: quia hic crudelis piscator ad nihil aliud te cupit, nisi in mortem & tormenta. Ita in hoc loco voluit tentare Christum vt sciret an filius Dei esset, vt vel sic posset nostræ salutis & redemptionis esse impedimento. Ita igitur aggressus est illum dicens, si filius Dei es, &c. ea oratione & verborū, ambagibus quas antea retulimus. Hæc fuit tentatio dæmonis. At vero antequam vterius procedamus, & videamus quid Christus respondit: operæpretium erit aliqua istorum verborum expendere. ¶ Primo apparet ex his verbis dæmonis intellectum ligatum seu impeditum esse à Deo in pœnam sui peccati: ita quod non solum potentia eorum sit ligata: sed etiam vis intellectiua: taliter vt nequeant cognoscere, quæ ex vi naturali sui luminis cognoscere possent. Nam ex eo quod ex verbis Angeli ad virginem factis, & verbis Angeli ad pastores, & ex verbis in baptismo prolatis dæmon non cognouit Iesum esse filium Dei (cum id nunc curet miraculo cognoscere) clare colligitur ea omnia testimonia non intellexisse: nā nullam maiorem certitudinem ex illo miraculo haberet, quod Christus esset filius Dei, quam ex illis testimoniis. Siebat enim diabolus Angelos cælestes non mentiri. ¶ Præterea discutiendum nobis est, vnde diabolus ex hoc miraculo poterat scire Iesum esse filium Dei? Nam alij viri sancti alia maiora miracula fecerunt, nec aliquis eorum ideo fuit filius Dei habitus: vt fuerūt Helias & Eliseus, Moyses & Iosue. Dixerunt aliqui quod dæmon recte sciebat, quod propter hoc miraculum non cognoscebatur Christū esse filium Dei: sed quod modum & formā faciendū miracula expectabat. Nam maximum discrimē est si fiat miraculū per imperantis modum, vel per deprecantis & orantis: Nam imperare est Domini, orare verò & deprecari est serui. Vnum autem illud in quo Christus ostendit esse filium Dei, fuit faciens miracula per modum imperantis tanquam Dominus & Deus: quod alij sancti non fecerunt, sed Deum orantes & deprecantes tanquam serui & ministri, hinc factū est, vt satanas modum & formam miraculi expectaret, vt inde colligeret esset Christus filius Dei nec ne. At hæc ratio mihi non placet: & nullā vim habet, nam posset Christus hoc miraculum facere vt ipse vellet, vel iubens, vel orans, interius in cogitatione sua: tuncque dæmon videret lapides in panem conuersos, nec sciret modum nec formā

1. Reg. 3.  
4. Reg. 4.  
Exod. 8.  
Iosue 10.

qua miraculum fuit factum: atque ita inscius & ignarus maneret. Ideoque vt hanc tentationē intelligas, aduerte quod in quibuscunque miraculis potius attendi debet causa miraculi, quam ipsum miraculum. Miraculum namque quod fit in probationem & testimonium alicuius conclusionis, illam conclusionē efficit infallibilis veritatis: nam cum Deus qui author est miraculorum, qui testimonium non potest proferre mendacij, in testem illius conclusionis adducatur: conclusio manet veritatis infallibilis. Quādo beatus Petrus Apostolus prædicabat Deum humanam naturam sibi copulasse. Deus autē in testimonium & probationem huius articuli aliquod operatur miraculum: hæc propositio. Deus humanā sumpsit carnem, infallibilis veritatis manebat: quādoquidem Deus, qui summa veritas est ipso miraculo testimonium proferebat. Cum igitur dæmon hanc rectē didicisset theologiam, dixit Christo: Si filius Dei es, dic, &c. Ac si diceret. In testimonium huius veritatis, quod tu filius Dei es, miraculū operare faciens, vt lapis hic in panem conuerteretur. Quod autem Christus lapides in panem conuerteret, hoc quidem nō probabat illum esse filium Dei: at ex lapidibus panem facere cum hoc addito, scilicet vt ostendatur miraculo veritas istius propositionis, tu es filius Dei: optimè probaretur Christum esse filium Dei. Quod vero miraculū esset lapides in panem conuerrere, vel aliud quoduis, parum refert: nam quodcunque miraculū si id factum esset in testimonium quod Christus erat filius Dei, vtique probabat infallibiliter illū esse filium Dei. Itaque hæc fuit ars & calumnia, quia demō Christum tentauit. ¶ Expende autem in his verbis, quod Lucas hic loquitur in numero singulari dicens: Dic lapidē huic vt panis fiat. Matthæus vero in plurali loquutus est, dic vt lapides isti panes fiant: in hoc autem nulla est contradictio: nam Lucas numerum singularem pro plurali accipit, qui mos scripturæ diuinæ est. In Exodo quippe legitur, venit musca grauissima, id est, multitudo muscarū. Itaque Matthæus proprie loquutus est, referens eadē verba, quæ diabolus dixit. Lucas autem significatiue loquutus est, ponens singularem pro plurali. Ideo vtroque modo bene stare potest cum similia in scriptura reperiamus. ¶ Obserua etiam quomodo diabolus curat seruos Dei à diuinorū consortio, in corporis curas & sollicitudines retorquere. Dei enim studiū est, nos è terrenis ad cælestia prouocare: diaboli autem studiū in carnis amorem deflectere. Deus vult vt edamus, ad euangelizandū: diabolus vero vt euangelizemus ad edendum. Deus mundum subdidit homini, vt à mundo ascenderet in Deum: diabolus vellet, vt miracula omnia & mundum ipsum ad edendum homo destinarēt. Sed prudentia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subiecta, neque enim potest. ¶ Aduertendum etiam venit, non dixisse dæmonem Christo, vt ex lapidibus capones faceret, nec pauos nec alios cibos his similes, qui pretiosi sunt, & magni sumptus: sed quod faciat panem: nam dæmon si parua re te capere potuerit, nunquam pretiosam tibi dabit. Si te in infernum potest detrudere, si vnum solum argentū fureris: non vtique mille tradet ducatos. Nescit seruis suis multum dare, se minima: nihilominus tamē vult diligenter

Matth. 4.

Exod. 8.

1. Cor. 13

Rom. 8.





**Sap. 1.** At tu qui homines, quid est quod diuitias terrestres, cum vanæ illæ sint & periturae, diligis & cupis? Vnde Salomon valde homines miratur, qui has res terrenas diligunt, & veras relinquunt, inquit. Vsq̄ue quo paruuli diligitis infantiam. Non sic Paulus qui dicebat: Cum eram paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, quãdo autem factus sum vir, euacuauit quæ erant paruuli. Si in tragedia aliqua faber ferrarius vel sutor ingrederetur regalibus vestibus indutus: nõne qui illum vt regem coleret, infans & amens iudicaretur? Reges igitur huius mundi nihil aliud sunt, nisi reges comædiæ & ficti, & omnes eorum diuitiæ (si eas conferas cum veris & æternis) fictæ atque falsæ sunt. Ne simus pueri, siquidem homines adulti sumus: ne simus ignari, siquidem sapientes & prudentes volumus haberi: tuncque pueri & infantes erimus, quando terrenas diuitias plus æternis & veris dilexerimus. Nam sicut hæc diuitiæ, quas diabolus obtulit Deo, non erant veræ, sed magicæ atque fictitiæ: sic etiam sunt diuitiæ huius seculi, & quidquid mundus continet. ¶ Obserua etiam quod aptè in momento temporis secularia & terrena demonstrantur: in quo caducæ fragilitatis potestas humana declaratur. In momento enim hæc temporalia transeunt, & sæpe honor huius seculi transit, antequam adueniat. Quid enim seculi potest esse diuturnum, cum ipsa secula non sint diuturna? Discamus has mundi diuitias cõtēnere non solum ob earum falsitatem & vanitatem, sed etiam propter earum breuitatem. Non solum hæc diuitiæ quas diabolus Christo ostendit, falsæ erant & imaginariæ, sed in momento ostensæ breuiter euauerunt. Sic honor, sic potestas, sic diuitiæ, sic denique quidquid mundus habet cito trãsit & fugit. Vnde Paulus, præterit enim figura huius mundi. Inconstãs est gloria eius, & bona sua momentanea & fugilia. Ideo Iob: Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinum in fine perdetur, & qui eum viderant, dicent: Vbi est? velut somnium euolans non inuenietur, transiit sicut visio nocturna. Non potuit Iob aptius conferre breuitatem, qua cuncti honores, diuitiæ, & voluptates huius seculi prætereunt, quã puncto. Sola consideratio breuitatis, qua omnia huius presentis vitæ dilabuntur, satis esset, vt illum contemneremus. Vidi impium exaltatum super cedros libani, & ecce iam non erat. Vnde in Prouerbis dicitur: Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundamentum semper æternum. Quemadmodum tonitrua magni strepitum faciunt, at cum nubes aquã conuertitur, tempus serenitatis manet: ita pompa & gloria huius mundi, vel vnico puncto præterit. Tanquã vmbra omnia quæ hic videntur prætereunt: tanquã radius cæli, qui in icu oculi transit, ita sunt omnia regna & tempora mundi. Vanitati subiecta est omnis creatura. Nihil stabile aut firmum sub terra est, ex qua Adam & filij eius conditi sunt. Mundi enim prosperitas est serenitas hyemis, tranquillitas maris, & stabilitas lunæ: sicut hæc facilia mutantur: ita opum & humanarum rerum status nullã habent firmitatem, aut constantiam: transeunt omnia

illa sicut vmbra (ait Sapientia) & tanquã nunciis præcurrens. Igitur tu quemadmodum alter Tobias, sedens in litore fluuii Tigris attenda consideratione debes tecum reuoluere, qua velocitate omnes mundi honores currant, & prætereant. Fluuius ille ita appellatur ob maximam velocitatem & celeritatem, qua eius aquæ fluunt: quæ quidem velocitas nec conferri potest cum illa quã dies transferunt currentes celeriter in mortem, nec cum celeritate qua cuncti honores, diuitiæ & voluptates huius seculi prætereunt. Cum hac cõsideratione laudabis pedes affectionum animæ tuæ: & cum hac contemplatione puluerem mūdābis, quo inquinatus fuisti cum mundi amere agebas. Omnia huius vitæ, vt vmbra transeunt, & voluptas, quæ inde capitur, ita breuis est, vt antequam ad desideratum finem perueniat, iam tranfuit: tormenta autem, quæ peccatorem manēt ob hanc voluptatem nullum nouerunt finem. Voluptas quæ hic capitur temporalis est: quod autē in alia vita cruciat, æternū est. Quid, obsecro, est stabile, aut quid in hac vita durat, & permanet? Durantne diuitiæ multum temporis? Permanetne gloria huius mundi? Audi, obsecro, dicentis vocem: Dies mei velociores fuerunt cursore. Quemadmodum tabellarius mundum venit, quando iam iterū proficiscitur: ita vita nostra & omnes voluptates & honores eius, nondum venerunt, quando in temporis puncto iam abeunt. Magnum igitur cū dispendium fecerimus ad cõtēxtum reuertamur, & videamus quid diabolus dixerit Christo postquã omnia regna & gloria mundi illi ostendit. *Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam eorum, quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa. Tu ergo procidens si adoraueris coram me erunt tua omnia.* Obserua, quod in hac tentatione non dixit: Si filius Deus, sicut in aliis: sed tanquam homini loquitur. Secum enim sagax tentator cogitauit. Si filius Dei est, forte mihi poenas imponet, & asperet & potenter loquetur, cum ausus sim contra diuinitatem agere. Si autē homo est, vel credet mihi, vel non. Si crediderit, adorabit, & sciam illum hominem esse peccatorem. Si non crediderit promissis, & impossibilia videtur, ea quæ dixi: loquetur mecum & confabulabitur, quomodo possim ea quæ promisi donare, & forte dicet, sufficet mihi si me Dominū alicuius partis vel regni mundi constituas. Et ex verbis ipsius eliciam: an purus homo sit, an Deus & homo. ¶ Præterea vide quomodo diabolus semper auget tentationes. Primo tentauit illum in deserto, vt lapides conuerteret in panem. Secundo grauius tentauit in Hierusalem cum dixit, mitte te deorsum. Nunc tertio grauisime tentat, cum adorari petit. Ita demon semper auget tentationes: quo circa qui non nouerit se à minoribus tentationibus tueri, in maiores incidet. Pharaoni misit Dominus paruos ciniphes in plagam: quibus superuenerunt grandes muscæ. Docet locus iste, vt minima timeamus, si nolumus in maiora mala incidere. Sic Herodi regi contigit: qui prius adulter fuit, ac deinde maiora mala addidit, & Ioannem in carcerem detrusit. Sic loquitur de eo noster Lucas in capite præcedenti: & quia ibi iam de his loquuti sumus: nunc ad alia gradum faciamus. ¶ Adorari petit, vt intelligas, quod omnes, qui diabolo consentiunt,

tiunt, illum adorant. O si hæc attenderet peccator, & videret quomodo impiissimò dæmoni & vili creaturæ se subiicit. ¶ Denique obseruabis, quã fallax & mendax sit dæmō in omnibus quæ promittit. Mendax fuit in omnibus quæ hic dixit: nã regna & diuitiæ, quas ostendit non suæ erant. Et etiam mendax fuit dicens, quod omnia hæc dabit ei ipse volebat: & quod item daret ea Christo, si eum adorasset. Similes sunt dæmoni, qui gloriantur de nobilitatibus, gratis, & bonis, quæ non habent & ea dicunt fecisse, quæ nunquam fecerunt. Similes etiam sunt dæmoni, qui ea non adimplēt quæ promittunt. ¶ Ad nostram autem eruditionem admonet locus iste, ne credamus diabolo, mundo, aut carni: & omnia quæ nobis promittunt falsa esse, & vana. Nunquam promissis stat, & quod promittit nunquam facit, & in omnibus dictis mendax est. Humiliat se, & interiora eius plena dolo. Ne credas eius dictis, nec cogites posse tecum amicitiam habere. Ne fides Ioab, nec credas quod dæmon & mundus amici tui sint: nã si credis illis, & in eis confidis, tibi necem inferet osculo & salutatione pacis, tãquam alteri Amasæ. Quidquid mundus dicit, & consulit tibi falsum est & mendax: vt clare videtur in omnibus quæ dæmon hic dixit Christo. Plurimi prophætæ falsi adulabantur regi promittentes ei vitam & victoriam, si in bellum iret: & omnia hæc vt ad libitum loquerentur. Omnia quæ mūdus consulit, & omnia quæ appetitus imperat fallaciæ sunt tibi dicentes, quod etiam si male viuas, bene potes vitam æternam expectare. Morieris tanquam Achab: si falsis prophetis credideris. Hi sunt falsi testes, quos Iezabel adducit: qui si credantur, spiritum interficiunt. Animaduerte quod omnia, quæ tecum mundus facit blandimenta sunt falsa & ficta, quibus capere solet incautos & improvidos. Cõfidit Sisara Iaeli: quia autem illi credit, misere interfectus fuit. Deus inquit. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Propheta ille qui venit à Iuda, qui credidit falso prophætæ, interfectus fuit à leone. Solet dæmon tanquam propheta ille falsus & senex vt magis decipiat dicere quod Deus iubet, & scripturam sacram in comprobationem adducere, vt faciebatur quando dominum tentabat. ¶ Aduerte quod piscatores solent esca hamū cooperire vt pisces capiant, & decipiant: & vide quod omnia mundi blandimenta sunt in tuam perniciem & damnium, & quod sub virenti herba coluber est absconditus. Mulier namque illa quam Apocalypsis refert in vase aureo propinabat venenum. O quot & quãtos hoc maledictum venenum suorum præstigiõrum interfecit, & quanti bibunt mortem in honorũ, diuitiarum, & voluptatum vas. Aureo vase ignarus & insipientes fallit: qui non agnoscent venenum suum. Ecclesiasticus enim ait. Multos destruxit iniqua promissio eius. Surgant (si volueris) omnes mortui, & dicant: an aliquando in hac vita gaudium sine dolore possederint, pacem sine discordia, quietem sine metu, valetudinem sine infirmitate, panem sine dolore, & gaudium sine tristitia. Omnia bona promittit, & cuncta præbet mala, gaudium promittit, & tristitiam tribuit: & diuturnam vitam promittit, breuissimam donat. Septem annorum spacio seruierat Iacob Laban, vt pulchram & for-

nosam Rachel in uxorem duceret: at derisor focer dedit illi Liam, quæ lippos habebat oculos. Talis est dæmon, qui aliud promittit, aliud dat. Hanc fallaciam non agnoscent, qui ei seruiunt: quousque clarum mane adueniat. Transacta iam obscuritate vitæ præsentis: cum mors aperiet oculos cognoscent: vt alter Iacob mēdacia dæmonis, & fallaciam in qua vixerunt: tunc cognoscent quam perdit ambulauerint seruiens dæmoni mendaci. Multi etiam si agnoscent fallacias dæmonis, nihilominus gaudent in eis viuere, vt Balam, qui apertis oculos ad lapides offendebat. Nonne clarè vides, quomodo hic Christo mentitus est, cum ea promitteret, quæ dare nequibat. Idem tecum facit, tentans te. Loquitur ad aures dicens tibi, quod in vitis est gaudium & voluptas: cum secundum veritatem tormento conscientie sint, & tandem dolores æternos ingenerent. Disce igitur à tuo redemptore & magistro, vt non credas fallaciis suis: sed potius illum à te reuice procul, talia, vt dominus illi dicens. *Scriptum est. Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruias.* Hoc scriptum habetur in Deuteronomio, ex quo libro omnes tres responsiones ad tres tentationes excerptit Christus: vt doceat sacram scripturam arma habere contra aduersarios, & inimicos veritatis. Nonne seruendum est dominis? vtique: sed quando iubent aliquid, quod est cõtra Deum, Deo potius quam illis serues. Secundo intelligendum est, illi soli seruias: scilicet seruitute patriæ, quæ soli Deo debetur: ita vt nulli homini seruire liceat hac seruitute patriæ. Sic Augustinus loquitur libro decimo de ciuitate Dei: atque ideo coniunxit illi soli seruias cum adoratione, vt intelligas quod de hoc obsequio adorationis patriæ loquutus sit. At multi Christiani sunt, qui aperte huic præcepto aduersentur inservientes suis appetitibus, quos tanquam Deos colunt. Adorant & venerantur avaritiam, iuxta illud Pauli. Avaritia quæ est idolorum seruitus. Alij sunt vt idem Apostolus ait, quorum Deus venter est. Videbis namque plurimos Christicolos, quorum si consideres occupationes, negotia, & loquelas, non dubitabis quin ventris sui idololatræ sint: quandoquidem nesciunt à primo mane vsque ad noctem aliud loqui, nisi de cibo, & potu, & oblectamento sui corporis: tanquam si Deus Iudex in cælo non esset, & vt post hanc vitam, alia excellentior non maneret legitime certantibus Deum, verum Deum esse agnoscent: at non solum illum volunt adorare, sed etiam carnem suam & vilem mulierem tanquam Deum colunt, similes illis Samaritanis de quibus ait scriptura, quod timebant Deum, sed habebant idola quæ adorabant. Sed stat sententia. Nemo potest duobus dominis seruire. Et duobus dominis sic contrariis quales sunt diabolus & Christus, caro & spiritus, mundus & Deus, nullatenus seruire poteris: quia solus Deus est ab homine colendus, vt illi soli seruias, & diabolus impiissimam tyrannum abūcias, & ipsius iugum onerosum. Quomodo autem tibi duobus dominis non possimus seruire, sed soli Deo, infra in suo loco Deo dante dicemus. Et hæc satis sint de tertia tentatione, nunc autem de secunda agamus, quia vt iam diximus Lucas noster non seruat ordinem historię in narratione

Gen. 29.

Num. 22.

Deut. 6.

Aug. lib. 10. ciui. cap. 1.

Colo. 3. Phi. 4.

4. Reg. 17. Matth. 6.

Cap. 16.

\* O harum

harum tentationum. Ait ergo. *Et duxit illum in Hierusalem, & statuit eum supra pinnam templi.* Pinna graecè significat alam illam ex leui ferro confectam, quæ supra summa tecta solet collocari, cuius motu differentia ventorum discernuntur. Itaque super templum est tectum, & super tecti summum est pinna, seu pinaculum, seu ala. Expende autem hominum impiorum ingenium nihil intentatum relinquunt, vt malitiam suam expleant. Balac rex Moabitum in alio & alio loco ter edificauit altare & apposuit vitulum, & arctem, vt malediceret Balaam populo Israeli. Visum est ei quod si mutaret locum, mutaretur etiam Balaam: & id quod in vno loco non potuit assequi, in alio existimauit assequiturum. Ita demoni visum est, nam cum in deserto non esset consequutus à Christo id quod intendebat, fore posse existimauit id consequi in pinnaculo. Postea verò cum nec in hoc loco intentionem suam expleuisset, tanquam alter Balac tertio duxit illum in montem, & in tribus locis tria altaria edificauit, quæ sunt tres suæ tentationes. Sic Iudei fecerunt cum illo cæco à natiuitate, quem Christus illuminauit, iterum atque iterum importunè interrogando illum, vt vel aliquid aduersus Christum inuenirent. Hoc quotidie faciunt impij, cum bonos persequuntur, vt nihil intentatum relinquunt, vt vel eis possint nocere. ¶ Obserua etiam & vide diaboli ingenium, semper enim supra pinnam collocat. Non decet, vt homines supra res diuinas sint, res autem diuinæ super homines. Solius domini est, vt excelsus sit, & eleuatus: Qui prælatis suis non obediunt vices Dei gerentibus supra pinnam sunt: non sub Deo. Imo vt generaliter loquar, omnis tentatio de quocunque peccato illa sit, id intendit, vt hominem supra pinnam collocet. Omne enim peccatum mortale est voluntarius supra pinnam concensus: id est, vt contra obedientiam Dei te ipsum erigas. Denique sicut nullus est locus excelsus tutus, sic tu qui contra Deum ceruice erecta insurgis, timere debes occasum inferni. Sic diabolus superbiens dixit. Super astra Dei exaltabo solium meum: & sedebo in monte testamenti, &c. Sed vide quid sequatur. Veruntamen ad infernum detraheris, in profundum lacu. Hoc modo sicut ipse exaltatus cecidit, vult homines exaltare, vt cadant sicut ipse. Ducit itaque diabolus homines in altitudinem superbiam, vt lapsu grauiori cadant. Aquila in altum surgit & eleuat testudinem, & inter lapides deiicit, vt vel ita fractum possit illum manducare. Ita demon plurimos in honores & dignitates eleuat: vt maior sit in infernum casus. Sic Iob agens personam superbi, inquit. Eleuasti me: & quasi super ventum tollens allisti me valide. Sicut vas luteum quod frangere vis, extollis à terra vt fortius comminatur: sic diabolus extollit vt proiciat in infernum. Vnde in prouerbis dicitur. Ante ruinam exaltatur cor. Si quando aliquem videns in honoribus & mundanis rebus ascendere, cum virtutibus non sit munitus: mihi crede iudesse, vt maior sit casus, & vt ab altiori loco precipitetur. Ideo Dauid inquit. Vidi impium exaltatum super cedros libani, & ecce iam non erat. Quando duo magni luctatores in arenam

descendunt, viribus prostrere se nequeunt: at qui dexteritatem in lucta habet, contrarium in aere leuat, atque ita illum prostrerit. Sic diabolus tanquam magnus luctator, quos pauperes nequit prostrere, quia humiles sunt, eos eleuat diuitiis, honoribus & dignitatibus, vt in abyssum inferni eos detradat. Hoc quotidie videmus in multis pauperibus qui recti sunt & humiles: at prælatis facti, Nerones fiunt & Diocleciani. ¶ Obseruandum quoque est demonem Christum non duxisse in sancta sanctorum, neque in altare templi: sed in exterioribus & in pinnaculum, quod superfluum erat & ad nihilum nisi ad ornatum deferuiebat. In qua re debes hoc vnum aduertere: demonis esse ingenium homines allicere & ducere in res exteriores, & non ad internas: quin potius rebus externis homines excæcat, ne interiores videant. Luxuriæ & libidini dedito huius vitij voluptates ob oculos ponit: non autem penitentiam & tristitiam, quæ post illud peccatum remanet. Avaro pulchritudinem & nobilitatem auri representat: at non ob oculos ponit diuitum curas, & scrupulum quo diuitia acquiruntur. Alteri dicit, esto prælatus, esto episcopus, & harum dignitatum honores ob oculos illi ponit: at non manifestat huiusquam graua sunt horum statuum pondera, quæque arcta ratio ab his sit exigenda. Nunquam demon te ipsum inuitabit tui ipsius humili cognitione, nec morsu & reformatione conscientia: sed rebus vanis & exterioribus, vt erat pinnaculum in templi. Nam si homo blandimentis carnis deditus vt considerat voluptatem exteriorum, recordaretur etiam quid hoc peccatum turpitudinis secum afferat, non vtique illud patriaret: at demon hominibus exteriora tantum ostendit, vt vel sic eos se nper falsos habeat. Moyses seruus Dei spiritu diuino ductus gregem mittebat in interiora deserti. Iubebat etiam dominus vt animal quod ei offerebatur sine pelle esset: demon autem vult, vt obsequium quod ei præstas pelle voluptatis cooperias, vt interiora illius vitij & peccati non videas. At tu teneris id facere quod Deus iussit, scilicet, auferre vitio pellem voluptatis: tuncque clarè agnosces, quæ fallacia, quæ turpitudines sint absconditæ in eo quod mundus representat. Crede mihi quod omne malum tuum pendet, cum non auferis peccato pellem. Corticem ei aufer, & in interiora eius ingrediere: tuncque clarè videbis, quanta sit pestis & abominatio abscondita, subter id quod nunc desideras. Vnde Angelus Tobia dixit. Exentera piscem & cor eius & fel: sunt enim hæc necessaria ad medicamenta. Sic exentera peccatum, & fel videbis, cæcis oculis medicinam: confertque multum vt malitiam peccati agnoscas, & mundi vanitatem. Sed de his satis. Constituit itaque Iesum in pinnaculum templi diaboli. *Et dixit ei: Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum.* Suadere potest, non precipitare. Præterea non ad ascensum, sed ad descensum suadet: quia omnes secum cadere optat. Ipso caelo eiectus, in infernum corruit: & id miser ipse molitur vt omnes cogitatus nostros, opera & vestigia in terram conuertamus, sequentes illam impiam pythagoræorum sententiam. Quæ supra nos, nihil ad nos. Expende etiam quanti

fecerit diabolus Christum: non enim eum tentat de luxuria aut de infidelitate, sed de nimia fiducia & confidentia: qua tentatione non nisi viros perfectos solet aggredi. Quando enim cognoscit malignus hostis, aliquem religioni, & egregiis virtutibus vacare, vt illum timore superbiam inflet, confidentiam & arrogantiam argumentum apponit. Sic tentauit illum phariseum qui ieiunabat, decimas dabat, & multa bona faciebat. Iam diabolus expertus fuerat Christi virtutem in deserto: ideo nunquam de iactantia tentat. Sancti autem, vt inimicum vincant, nihil sibi arrogent: sed omnia Deo adscribant. Sic Apostoli non in suo, sed in Christi nomine demones expellebant: ne arrogare sibi aliquid viderentur. Sic Petrus claudum curauit dicens. In nomine Iesu Nazareni surge, & ambula. Sic Paulus fugiens iactantiam dixit. Scio hominem siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit raptum huiusmodi vsque in tertium caelum. Vide quomodo suum nomen sub silentio inuoluat: vt vanitatem & iactantiam fugiat. Sic diabolus, quia Christum iustum videt, & fortem expertus est: de iactantia illum tentat. Et vt magis suadeat & alliciat ad id faciendum, sicut Christus, scripturam adduxit. Sic etiam ipse psalmum nonagesimum afferit. *Scriptum est enim, quod Angelis suis mandauit de te, vt conseruent te, & quis in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Scit diabolus quod timor poenæ præseruat à malo. Multi enim non faciunt malum quod scissent, nisi timerent Deum: vel poenam peccati debitam. Ideo vt à malo auerteret beatus Baptista, peccatores æternam minabatur poenam, dicens. Iam securus ad radicem arboris posita est. Omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur & ardet. Et Christus. Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Hæc mundi Saluator & præcursor eius prædicabant, vt homines à vitis suis malis auerterent: quod idem propheta olim facere confueuerunt. Diabolus autem cum homines ad peccandum vult inducere, quantum potest conatur timorem & metum illis auferre, vt se in peccata præcipitem, hoc modo Christum hic tentat dicens. Scriptum est, quoniam Angelis suis Deus mandauit de te, &c. Hoc idem veripellis fecit cum Eva matre nostra, cui timorem mortis adimens, dixit. Nequaquam moritem, neque infernum, quia recta valetudine & sanitate frueris, iuuenis es, non tam citò morieris: nunc in ebriare quantum volueris, libidini vaca, postea vero locus poenitentia superest. Ne timeas. Nos verò si ab eius manibus liberari volumus, diligamus Deum, & omnia potius diuino amore quam timore faciamus. Cum autem voluerit nobis timorem adimere vt peccemus, dicamus ei. Diligo Deum meum super omnia, ideo nolo illum offendere. Sic illa impudica foemina, diaboli instrumentum, cum solus esset sanctus iuuenis Ioseph, suadebat & alliciebat cum ad peccandum, cum testem non habe-

ret, quem timere posset. Dei autem fidelis seruus non timorem, sed dilectionem Dei obicit dicens. Quomodo possum peccare in dominum meum, qui tanta mihi contulit bona? Sic etiam illi falsi senes per quorum ora diabolus loquebatur. Susanna dixerunt. Ecce ostia pomerij clausa sunt, & nemo nos videt. Quod si non feceris dicemus aduersus te falsum testimonium. Hæc omnia dixerunt, vt tollerent timorem dicentes, quod portæ erant clausæ: & timorem infamiae & mortis iniecerunt, vt peccato consentiret. At illa, quæ castitatem seruabat non propter mundi timorè, sed propter Deum ne illum offenderet, mortem potius elegit. Quot autem obsecro nunc sunt foeminae quæ in maxima laberentur peccata, nisi timerent perdere famam, honorem, aut parentes, aut fratres aut viros suos? Qui bonum operatur, & malum sibi cauet solum propter timorem: proximus est vt peccet: quia sublato timore Deum offendet. Sed qui Deum amat, cum vbique ille sit, hic in nullo loco eum offendat. Quapropter si Deum dilexerimus multas diaboli tentationes vitabimus. Sed de his alias. ¶ Nunc operæpretium est inuestigare, vnde diabolus sciuit quod hæc scripta sunt? Vnde tibi à diabolo contigit lectio scripturæ? nunquid legis prophetas aut diuina eloquia cognouisti? Legit quidem diabolus, sed non vt ex lectione sanctorum melior fieret: sed vt simplicitate eos qui tantum corticis & literæ amici sunt interficiat. Multi etiam nunc dant operam literis, non vt sanctiores fiant: sed vt alios decipiant, sicut multi iuris periti & aduocati, qui lucernam & vigiliam tota nocte sustinent, vt pauperem spolient, & iustitiam conturbent, & iura violant, vt ipsi aucti & locupletati euadant. Sic etiam legunt scripturas hæretici, vt alios decipiant. Laborant omnes hæretici suas hæreses probare autoritate scripturæ: sensum verum retorquentes (& vt Paulus inquit) adulterant verbum Dei. Citant quidem diuinas scripturas, sed in deprauatum sensum, vt suas confirment hæreses. Vt qui regis imaginem ex auro & gemmis confectam dissoluunt, postea vero ex eodem auro canis figuram & imaginem conficiunt. Sic hæretici imaginem fidei dissoluunt, & ex eisdem scripturæ autoritatibus falso expositis imaginem perfidia conficiunt, & ornant: & dicunt illam esse fidei & veritatis imaginem, cum constructa sit ex eisdem scripturæ sacre locis, & fallunt homines simplices dicentes: illam turpem canis imaginem esse veritatis imaginem, hæc similitudine vitur Irenæus libro primo aduersus Valentinum. Sed iam nunc vide diabolum patrem hæreticorum, qui scripturam falso ad suum propositum allegat: hæretici enim scripturis peperam intellectus suas falsitates, & errores defendere volunt. Hæc enim quæ psalmista hic enarrat, de viro iusto, non de filio Dei intelligenda sunt: quia viri iusti quamuis sancti & recti sint, nihilo minus adiutorio diuino, & Angelorum indigent, non tamen filius Dei, qui custos est Angelorum, & dominus eorum. Quare hæc quæ psalmista ait in hoc psalmo, qui habitat in adiutorio altissimi, &c. de homine iusto intelligenda sunt, non de filio Dei, satis cui libet in-



tuenti apparet. ¶ Præterea illud quod contra se erat, scilicet, super aspidem & Basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem: tacuit diabolus, ne suo gladio se ipsum iugularet, hæc enim potestas contra ipsum non solum viris iustis in veteri testamento data est, sed etiam in nouo: cum dominus dixit suis discipulis. Ecce dedi vobis potestatem super serpentes, & potestates, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. ¶ Denique & multi sunt: nunc theologo prædicatore verbi Dei, qui sicut diabolus scripturas portant prædicantes in ore, & alios docentes: non tamen illas portant in corde: quibus Paulus ait. Qui alios doces, te ipsum non doces? Solet aliquando, vt in aquis nascitur aquatica videas, pallida, & in terram submissa, quæ nihil crescunt. Quæ autem est causa cur istæ herbæ non crescunt? Quia pluuia de cælo non descendit super ipsas. Nonne sufficientem aquam habent, quando sunt intra riuum? non vtique ista aqua sufficit: nam opus est, vt cælestis aqua super illas descendat, tuncque statim in altum crescent. Attende igitur verbi Dei prædicator, quod etiam si abundes aqua philosophiæ & theologiæ, & magnos in his facultatibus feceris progressus: hoc tamen parum prodest, vt tibi ipsi, & cæteris vtilitatem afferas: nisi ab alto scientia descenderit, & spiritus, atque deuotio, quo in amorem diuinum accendaris: vt aliis proficere possis. Opus est vt deuotus & spiritualis sis, & vt orationi & contemplationi vaces, si fructum tuorum laborum videre velis. Vide ne dæmonem imiteris, qui scripturam in ore tanquam doctus habebat, malitiam vero & calumniam in corde. Discamus etiam hoc loco, ne nos in res viles & turpes abiciamus: quandoquidem tanti nos facit Deus, vt Angelos suos in custodiam nostram tribuat, quia scriptum est. Angelis suis Deus mandauit de te vt custodiant te, & c. Colligitur enim ex hoc loco magnam esse hominum dignitatem, cum Angeli ad eorum ministerium deputentur. Quapropter quemadmodum ex parte corporis nosmetipsos humiliare debemus, contemnendo nos, siquidem cinis & corruptio sumus: ita ex ea parte, qua similes Deo sumus magni nos ipsos facere debemus: nec abicere nos debemus in viles res huius mundi: quandoquidem anima nostra tantæ est dignitatis, & excellentiæ, vt etiam cælestes Angeli, ei ministrent. Sed iam Christum, audiamus. *Et respondens Iesus, ait illi. Scriptum est, non tentabis dominum Deum tuum. Ille Deum tentat, qui petit miraculum fieri sine necessitate, & qui exponit se periculo, quod potest naturaliter vitare. Ideo Christus dixit suis. Cum vos persequuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam. Sicut Christus fugit paruulus in Aegyptum, & postea factus vir idem sæpè fecit. Sic Paulus summis in sporta euasit. Sed cum humanum auxilium defecerit, tunc ad Deum confugiendum est: non tentando, sed deuote & humiliter confitendo infirmitatem nostram. Sic ille rex pius dicebat. Cum ignoremus, quid agere debeamus hoc solum habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Sic Deum tentat qui miraculum citra necessitatem petit, vt hic dæmon petebat: cum scilicet essent ad descendendum, ab*

alto volebat eum precipitare, dicens, quod cum maxime Deo consideret, vt diceret Deum posse hominem sine pane sustentare, quod eodem modo facere posset, vt ipse sine scalis descenderet. *Be- ne posset Deus Noe & suos in nubem eleuare: at cum essent tabulæ & architectores, & in arca pos- sent saluari, non erat cur dominus miraculum in ea re operaretur. Quando filij Israel erant iuxta mare Rubrum, & inimici non procul ab eis aberant, tunc quando nullum erat naturale remedium, vt Pharaonis manus euadere possent, apertum fuit mare, miraculo portentoso facto. Et in deserto cum nullus esset cibus fecit etiam miraculum, mittens panem cælestem. Petere à domino vt faciat miraculum, quando naturale aliquod suppetit remedium, officium est dæmonis. Clarum quippe & naturale est, quod si ali- quis paries ruinam minatur in sinistram partem, quod in eam cadet. Qui igitur fieri potest, vt cum tu malè viuas toto tuæ vitæ discursu, à Deo miracula petens, in Dei sortem existimas te pos- se cadere? Miraculum sine dubio petis: nam mi- raculum quidem & illud grande est, quod cum malè viuas, scilicet & bene vitam finias. At Christus illi respondit. Non tentabis, &c. Ac si diceret ei. Malè quidem ò incaute arguis, quia nō est par ratio de vno atque de alio: nam in deser- to vbi non erat, qui nos pascere posset, ibi opus erat, vt Deus sua virtute nos sustentaret, aut qua- cunque alia re sibi placita. At hic sunt scilicet, qui- bus ascendimus: nam si scilicet postquam nos as- cendimus, iam fractæ essent, nullum mihi est du- bium, nisi quod posset efficere, vt nos intacti & incolumes descenderemus. At cum scilicet sint, nō est cur ego id faciam, quod dicis: id enim esset do- minum tentare, miraculum sine necessitate petē- do. ¶ Aduerte autem quod multi sunt qui tenta- tant Deum sicut diabolus. Tentant quippe hi Dei clementiam, qui negligenter orant, & sine deuotio- ne. Iuxta illud Ecclesiastici. Ante orationem præpara animam tuam: & noli esse quasi qui tenta- tant Deum. Alij tentant Dei patientiam: quia per- seuerant in peccatis. Vnde psalmista. Tentauē- runt, & exacerbauerunt Deum excelsum, & tes- tamentum eius non custodierunt. Alij tentant Dei iustitiam deprecantes vindictam alicuius. Vnde duo Apostoli dixerunt Christo. Vis dicimus vt descendat ignis de cælo? Alij tentant Dei potentiam, vt temerarij in periculis. Ideò Iudith quibusdam, qui Deo assignabant tempus, dixit. Qui estis vos, qui tentatis dominum? Multi etiam tentant Dei sapientiam, qui volunt sine stu- dio & lectione librorū scire & alios docere, quod certè tentare dominum est. Vide Augustinum in prologo de doctrina Christiana optimè de hac re differentem. Vult enim Deus vt homines ab ho- minibus discant, nam contrarium agere, temera- rium est, & Deum velle tentare. ¶ Obseruan- dum præterea, quod quia diabolus se tuebatur auctoritate scripturæ, Christus etiam cum scri- ptura respondet, adducens hoc quod in Deute- ronomio scriptum est: scilicet, non tentabis do- minum Deum tuum, gloriosum victoriæ genus est inimicum suis propriis armis prosternere. Cum diabolus armis se induisset scripturæ aduer- sus Christum: eisdem se ipsum Christus induit, &*

vicit illum. Vt etiam fecit in paradiso, vbi dæmon primos parentes per lignum vicerat, sic & per lignum crucis ipsum dæmonem vicit: nam ipse dæmon fuit faber lignarius, qui crucem confecit, quique per ora Iudeorum vociferabatur, dicens. Crucifige, crucifige eum. Sed his armis vt iam di- ctum est ipse dæmon fuit victus: quemadmodum in hoc loco cum scriptura à Christo allata. Do- cet eisdem armis dæmonem esse vincendum. Cum diabolus scripturam aduersus nos attulerit, nos etiam contra ipsam scripturam afferamus. Cum tentauerit te de superbia: illud tibi ex scriptura adducet. Curam habe de bono nomine. Cum ten- tauerit de auaritia: adducet illud, quod Salomon ait de formica, quæ cõgregat in messe quod comē- dat. Si de luxuria. Crescite & multiplicate, &c. De gula. Ecce dedi vobis omnem herbam & lig- num, vt sint vobis in escam, &c. Et sic de aliis peccatis. Nos vero è contra eiusdem armis illum vincamus & interficiamus, dicentes ex scriptura contra superbiam. Quid superbis puluis & cinis? Contra auaritiam illud Pauli. Nihil intulimus in hunc mundum. Et illud Ecclesiastici. Sicut egressus est homo nudus de utero matris, &c. Contra luxuriam dic. Omnis fornicator aut im- mundus nō habebit hæreditatem in regno Chri- sti & Dei. De gula ait scriptura. Ad huc escæ erant in ore ipsorum & ira Dei descendit super il- los, &c. Sed ad contextum. *Et consummata omni- tentatione. Jam initio diximus quod antequam diabolus visibiliter in assumpto corpore aggrede- retur dominum, tentauit illum multis grauissi- mis tentationibus: de quibus hæc, quæ nunc ait verificantur. Diabolus recessit ab illo usque ad tem- pus. Quia tempore passionis rediit ad tentandum: quamuis illa non fuit tentatio proprie dicta, pro vt est suggestio diaboli ad malum, sed fuit aperta persequutio incitando Iudeos contra Christum. Sed nunc nonne vides quomodo diabolus cedit virtuti? Et si inuidere non desinat, tamen instare formidat: quia frequentius refugit triumphari. Audit namque no mine Dei recessit usque ad tē- pus, postea non tentaturus, sed aperte pugnatu- rus in passione. ¶ Docemur non tantum aduer- sus carnem & sanguinem: sed etiam contra ne- quitias spirituales esse nobis certamē. Nemo potest coronari nisi prius vicerit: & nemo vincere nisi pugnaverit. Discamus omni tempore vigila- re, & esse cautos. Quamuis vincas, non sis sine cura & sollicitudine ociose viuens: quia diabolus non recedit usque in finem, non reuersurus sed usque ad certum tempus, fingit enim se fugere, sicut Iosue cum cepit ciuitatem Hai: sed reuertit- ur ad tempus, vt fortius & aptius vincat. Caue ne tibi contingat sicut Philisteis illis, qui epulabā- tur celebrantes victoriam, quam obtinuerant de Samson nec attendebat ad malum quod illis ene- nire poterat & fuerunt visi & mortui. Similiter Amalechitæ latebantur super victoriam, quam obtinuerant Sicelech, quam igne combusserant, & spoliauerant: & erant super faciem terre quasi festum celebrantes: quos David superueniens vi- cit, & occidit, & abstulit spolia. Quando viceris, tunc timidior debes esse & expergefactus, nam iterum redibit dæmon praliaturus tecum: & fa- cile vinceris si incautum te inuenerit, quamuis*

prius victor euaseris. Et multoties contingit, vt ipse dæmon, utpote qui sagacissimus & callidissi- mus est, se sinat vinci, vt postea melius ipse vin- cat, & maiorem victoriam consequatur. Vt facere solent hi qui alcarum aut taxillorum ludum ex- ercent, qui fingunt se perdere, & paruum pecuniæ quantitatem amittunt, vt postea maiori lucro ad- uersarium capiant. Multi sunt qui statim vt con- fessionem suorum peccatorum fecerunt, alacres sunt & gaudentes cum victoria, quam de dæmo- ne assequuti sunt, qui eos ridet, nam cum eos im- prouidos & incautos videat, redit iterum eos ten- taturus atque ita eos vincit facile, & captiuos pos- sidet. Vide ne post victoriam obdormias: nam tunc solet dæmon maioribus viribus & potentia inuadere. ¶ Obserua etiam quod quinque vicia diaboli notantur in hac historia. Primum quod sit curiosus speculator, an videlicet Christus esset fili- us Dei, quod scire cupiebat, non vt veneretur, sed vt iactanter miraretur, & vt redemptionē no- stram (si posset) impediret. Secundum quod sit vanus, quia propter gloriæ vanitatem suavit ca- sum. Tertium quod sit importunus: semel & bis repulsus, iterum accedit tentare. Quartum quod sit fallax, quia promisit se daturum, quod dare non poterat. Quintum quod sit arrogans & superbus, quia petit adorari. Matthæus narrat An- gelos accessisse & ministrasse, &c. Sed dices, nun- quid tam magnum fuit dæmonem à Deo vinci, vt sic adeo propter id tantum magnificetur? Res- pondeo quod non vicit illum in quantum Deus erat: quia hoc parum esset, & poterat annihilare illum: neque in quantum erat beatus homo, quia quicumque beatus maiores vires habet, quæ om- nes dæmones: sed in quantum homo immortalis vi- cit eum. Secundum quam naturam quamuis mi- nor esset diabolo, (quia iste non perdidit essentia- lia) in gratuitis tamen maior fuit Christus illo & sapientior omnibus philosophis, & sic vicit illū. Præterea in tentationibus Christus ostenderat se hominem esse: nunc Angeli illi ministrant, vt ostendatur eius dignitas atque diuinitas. Et etiam hoc est factum vt discas, quod quando à diabo- lo tentaris, quod Angeli tibi præsentis sunt, & desiderant nostram victoriam: & postquam vi- cerimus quasi congratulantes nobis, ad nos acce- dunt. Sed iam historiam prosequamur. *Et egress- us est Iesus in virtute spiritus in Galileam & facta est per vniuersam regionem de illo. Venit in vir- tute spiritus, nam ille qui plenus erat ab instanti conceptionis Spiritu sancto, nunc clarè ostendit spiritum in miraculorum operatione. Itaque vir- tus spiritus est virtus operatiua signorum, quæ datur à Spiritu sancto. Vnde in libris regum dici- tur, quod spiritus Heliaz requieuit super Eliseum. Porro Christi, quatenus Deus est & Spiritus sancti, vna est virtus, atque omnipotentia & quo ad hoc Christus propria virtute fecit miracula. Et secundum naturam assumptam, à Spiritu sancto, imo à tota Trinitate data est potestas super om- nem creaturam, vt ipse ait. Data est mihi pote- stas in cælo, & in terra. ¶ Discè & tu vt ducto- rem habeas Spiritum sanctum in omnibus, quæ agis. Vnde Paulus. Qui spiritu maligno & carnis concupiscentiæ obtemperant non sunt filij Dei,*

Luc. 10

Rom. 2.

Psal. 90.

Matt. 10

Matt. 2

2. Cor. 11.

2. Par. 20

Genf. 7

Matt. 27

Eccle. 21.

Prov. 6.

Genf. 2.

Eccle. 5.

1. Tim. 6.

Eccle. 30.

Eph. 5

Num. 11

Eccle. 11.

Psal. 77.

Luc. 9.

Iud. 8.

Iosue 8.

Iud. 16.

1. Reg. 30.

Deut. 4.

Matt. 4

2. Reg. 2.

Matt. 28.

Rom. 8.

1. Cor. 8.

sed eis dicitur. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere. Fama autem eius exiit per vniuersam regionem: nam probitas lucem quandam secum affert, quae homines vel inuitos cogit. Non potest (ait dominus) ciuitas abscondi supra mortem posita. Et sicut Sol vbi primum radios suos emittit super faciem terrae, minimè latere potest, cum à suismet radiis prodatur: sic homines spirituales, qui quae ex familiaritate quam cum Deo habent plurimum lucis acceperunt, etiam si conentur lucem illam abscondere, minimè poterunt. Cuius rei appositissimū exemplum erit nobis Moyses, cuius facies ex halita cum Deo conuersione clarissimos radios emittebat: quapropter necesse erat velamen ponere, sicut ipse ponebat: sed splendor eius aliquando foras exibat. Quod idem vides nunc in Christo Iesu adimpletum: quia gloria eius & fama indies crescebat, & augebatur licet ipse eam occultaret velamine humilitatis. Vbi est ignis, ibi erit fumus, qui illum manifestabit: & vbi vera virtus & probitas, ibi fama & gloria erunt, quae virtutem absconditam manifestabunt. Sic cum Christus post baptismum, & ieiunium reuerteretur in Galilaeam, creuit fama eius, & exiit per omnem regionem. Huic consentit alius euangelista qui ait. Abiit opinio eius in totam Syriam. Sic de Salomone dicitur, quod omnes reges terrae desiderabant videre faciem Salomonis. Et Iob. Auribus nostris audiimus famam eius. Age & tu vt bonus odor famae tuae exeat in regione. Vnde dominus suus ait. Luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. ¶ Obserua autem, quod haec fama Christi non fuit propter eius praedicationem, sed propter ipsius miracula: nam Christus non praedicaui nisi postquam Ioannes in carcere erat detentus, vt Marcus ait. Postquam traditus est Ioannes venit Iesus in Galilaeam praedicans euangelium. Fecit autem aliqua miracula antequam publicè praedicaret: nam conuertit aquam in vinum, quod fuit primum miraculum, & eiecit ementes, & vendentes de templo in quadam diuina potestate: & multa alia signa fecit in die festo coram Iudaeis. Et tunc venit ad eum Nicodemus, & Galilaei, & receperunt eum, videntes quae fecerat Hierosolymis. Et primo Christus hoc fecit, vt opinionem sui in plebe ingeneraret, vt doctrinae ab eo praedicandae crederetur: nam si incepisset praedicare, nullis praecedentibus miraculis, forte sermo eius nullius esset auctoritatis propter tantam excellentiam praedicationis Ioannis, qui ante eum praedicauerat. Cum igitur Christus primo multa miracula fecisset in Galilaea & postea in Iudaea, cum reuertetur à Iudaea in Galilaeam, in itinere audiuit Ioannem esse traditum, & tunc incepit suam praedicationem in terra Galilaeae, quae erat Zabulon, & terra Neptalim, vt adimpleretur illud Esaiæ. Terra Zabulon & terra Neptalim, &c. vt Matthaeus dicit allegans Esaiam prophetam. Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. Sapientia foris praedicat, & in plateis dat vocem suam. Noluit dominus in occulto praedicare sed publicè in synagogis coram omni plebe: tum vt multos doceret, qui propter omnes venerat, tum etiam,

ne eius inimici inuidi doctrinam diuinam calumniarentur. Vnde principi sacerdotum de doctrina ipsius interroganti respondit. Ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in templo & in synagoga, vbi omnes Iudaei conueniunt. Sic publicè praedicans ostendit suae doctrine sinceritatem, quia non clanculè (vt haeretici & seductores facere solent) sed in synagogis coram multitudine neminem veritus, veritatem docebat securus. Et venit Nazareth vbi erat nutritus. Aduerte quod Christus stetit in Nazareth ferè per spacium totius suae vitae vsque ad principium anni trigesimalis aetatis suae. Tunc baptizante Ioanne iuit Christus ad eum vt baptizaretur: & postquam fuit baptizatus non est reuersus in Nazareth, sed confestim iuit in desertum ad ieiunandum. Finito vero ieiunio rediit ad Ioannem qui erat ibidem in Iudaea, & ibi congregauit sibi Petrum, Andream, Philippum, & Nathanaelem, & cum eis profectus est in Galilaeam, vt ait Ioannes, & abiit in Nazareth. Et quamuis Ioannes dicat quod iuerit in Canaa Galilaeae, vbi aquam in vinum conuertit, & ibi descendit in Capharnaum: credendum est tamen prius iuisse in Nazareth, quam in Canaa & Capharnaum. Quod patet, quia Ioannes dicit, quod de Canaa Galilaeae descendit in Capharnaum mater eius cum suis discipulis: & tamen Christi mater habitabat in Nazareth, & quando rediit in Galilaeam iuit ipsa cum illo in Capharnaum. Postea reuersus in Iudaeam fecit miracula plurima Hierosolymis die festo: & rediens secundo Capharnaum in Galilaeam nunciatum est illi in itinere quomodo dilectus Ioannes in carcere detinebatur: & cepit ibi praedicare & exiit fama praedicationis eius, sicut & de miraculis iam antea exierat vt Lucas dicit: & tunc iterum venit Nazareth. De hoc secundo aduentu in Nazareth postquam praedicaauerat, & miracula fecerat, in Capharnaum, loquitur hic euangelista Lucas: quod manifestum est, quia Nazareth dixerunt ei nunc. Quanta cognouimus facta fuisse in Capharnaum, facta hic in patria tua. Et intravit secundum consuetudinem suam docubati in synagogam, & surrexit legere. Inter diem sabbati, & diem sabbatorum haec est differentia, quod omnis dies sabbatorum est dies sabbati: non tamen è conuerso. Nam dies sabbati significat quemcunque diem festum: dies autem sabbatorum significat solum diem festum, qui ideo vocatur dies sabbatorum, quia semper est dies sabbati ad differentiam diei festi, quinti, quarti, &c. quorum nullus est semper, sed quandoque, sic quandoque non dies est sabbati, hoc est quietis. Praedicabat autem die sabbati quia tunc potius conueniebant Iudaei ad audiendū verbū Dei: sicut nunc Christiani faciunt in die dominico. Diebus festis ab occupationibus cessatur, vt homines diuinis exercitijs quietius deuotiusque intendant: & vt ea emendent, quae ferialibus diebus peccauerunt. Deo adherentes & ecclesiae sanctae eius. Sed pro dolor, nam id quod datum est in medicinam, conuersum est in venenum: nam in diebus festis multi potius vacant ebrietatibus, epulis, iocis, choreis, quam in ferialibus diebus. Hoc lamentatur dominus per Esaiam. Sabbata vestra odiuit anima mea. Surrexit autem legere Christus,

vt ostendat quod praedicator concionem suam in sacra debet fundare scriptura. Vnde beatus Petrus. Non enim indoctas fabulas sequuti, notam facimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutem. Sed multi nunc, vt ostendant suam variam lectionem & elegantiam, vel vt verius dicam suā vanitatem, & arrogantiam onerant concionem implent verbis poetarum, & fabulis Ethnicorum? Sic adeo, vt totus gentilius sit sermo. Et traditus est illi liber Esaiæ propheta, & ut renouit librum inuenit locum vbi scriptum erat. Non solum operibus, sed diuinis scripturis, probauit dominus se Christū esse. Preterea non indigebat Christus libro, cum ipse sit, in quo sunt absconditi omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei: sed accepit codicem, vt nobis sacrae scripturae studium commendaret. Non tamen casu illum locū scripturae obuiat, erat namque id iam diuina prouidentia dispositum. Nemo quippe de Christo euidentiū, aut clariū, quā Esaias vaticinatus est. Locus verò scripturae erat. Spiritus domini super me. Haec verba de Christo quatenus homo est, intelligenda esse censet. Regula enim scripturarum de filio Dei est, vt distinguamus quid in eis sonet secundum formam Dei, in qua aequalis est patri: & quid secundum formam, quam accepit, in qua minor est patre: & non turbabimur tanquā contrariis inter se sanctorum librorum sententiis. Secundum formam serui dicit, pater maior me est: sed secundum formam Dei, ego & pater vnū sumus. Secundum formam serui, non veni facere voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me: sed secundum formam Dei. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic filius habet vitam in semetipso. Secundum formam serui Christus factus est obediens vsque ad mortem, & tristis est (inquit) anima mea vsque ad mortem. Sed secundum formam Dei, omnia quae habet pater ipsius sunt, & omnia tua mea sunt, & mea tua. Secundum formam serui dicit, mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me: & secundum formam Dei, ante Luciferum genui te. Etiam in quantum Deus aequalis Spiritui sancto, dixit. Spiritus paracletus quem mittet pater, in nomine meo: & sub forma hominis ait, haec verba quae modo interpretamur, Spiritus domini, super me. Ita haec exponit & interpretatur diuus Augustinus. Ex quo haec, quae diximus excerptimus. Ait itaque. Ille spiritus, qui est patris, & filij, quo spiritus dominus repleuit orbem terrarum, habitat in me, secundum quod homo sum: quia Christi anima ab instanti conceptionis plena fuit spiritu sancto. Vnde spiritus sanctus per existentiam donorum suorum dicitur super Christum hominem requiescisse. Ideo alio in loco ait Esaias. Requieuit super eum spiritus domini, spiritus sapientiae & intellectus, &c. ¶ Obserua autem quod Christus habuit spiritum domini super se vt authorem & praeceptorem: sed multi non habent spiritum sanctum super se, ei obediendo, sed sub pedibus, ipsius contemnendo inspirationes. Ideo Paulus. Et spiritui gratiae contumeliam fecerit. Obseruandum quoque est, quod haec verba, quae hic refert noster Lucas ex Esaias habentur in capite sexagesimo primo eiusdem prophetae licet sub aliis verbis: nam euangelistae (vt

Hieronymus ait) cum allegant veterem scripturam non sub eisdem verbis & syllabis sed sensum exprimunt, vt est in Matthaeo. Et tu Bethlechem terra Iuda: sub aliis verbis est in Michaea, Et illud quod Esaias dixit. Ecce virgo concipiet: allegat Matthaeus. Ecce virgo in vtero habebit. Et illud Pauli ad Ephesios, propter hoc relinquet homo patrem & matrem: alibi habetur in Genesi. Nam apostolus pro eo quod ibi habetur εὐκλειαν τούτων, posuit, ἄρτι τούτων, quod latine. alius verbis dici non potest. Deinde pro patre suo & matre sua pronomen abstrulit, & quod in medio dixit, adhærebit uxori suae penitus praetermisit. Sic quod hic refert Lucas, sub aliis verbis refert Esaias. Propter quod vnxit me. Quia placuit spiritui sancto quiescere super eum: ideo plenitudine gratiarum perfudit & impleuit, quemadmodum scriptum est. Vnxit te Deus Deus tuus oleo laetitiae praeparatae virtutibus tuis. Et in Actis. Vnxit eum Deus spiritu sancto & virtute. Denique Christus non solum plenus fuit donis gratiae gratum facientis, sed donis gratiae gratis datae. Ideo dicitur vnctus in regem, in pontificem, & prophetam: quod totum illi contigit in instanti conceptionis suae. Et si aliquando postea contigisse legatur, intelligitur quantum ad manifestationem. Nam sicut in passione obtulit se per effectum tanquam oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis, ita cepit hoc facere in principio creationis animae suae, quia tunc cepit intercessor esse & pontifex inter Deum & hominem. Obserua autem, quod oleo ferrum lenitur: ideo Christus vnctus est & lenis, vt asperrima mundi postquam Christo haeruerunt, blanda fierent. Iam enim crux, tormenta, mors, dulcia sunt: ex quo vncto Christo coniuncta sunt. Intellige, quod si adhuc non blandus es, quod nec tibi haerit Christus, & si haerit, iniuriam illi facis, qui cum blandā crucem effecerit, te bladium nondum effecit. Euangelizare pauperibus misit me. Id est regnum caeleste praedicare humilibus, siue pauperibus euangelicis: qui propter regnum caeleste contempserunt terrena. Sic quod Christus ostendit non accipere personas, dum non praefert diuites pauperibus, sed omnibus indifferenter euangelizat. Non sic faciunt multi praedicatores, qui nolunt nisi diuitibus & principibus praedicare, & pauperes agricolae fere nunquam audiunt conciones, ita vt eis dici possit. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Sed mirum hic videtur, quod cum euangelium toti creaturae praediceretur: quomodo tantū pauperibus dicitur hic praedicari, perinde ac si diuitibus haec praedicatione non aduenerit? Et reuera ita est: nam causa diuitū, qui huius euangelij parum aut nihil recordantur, comminus dixit, facilius est camelum per foramen acus transire, &c. Et ob hanc causam in tota fere sacra pagina diuites male audiunt, cum de illis sepe haec particula, v. dicatur. Pauperum vero curam Deo esse, vbi que commemorant scripturae. Parcet (inquit) pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet. Et illud. Edent pauperes & saturabuntur. Et, tibi derelictus est pauper. Et, oculi eius in pauperem respiciunt & alia possem multa afferre loca. Nec id mirum, nam ij sunt, qui Deum agnoscunt, & Deum praedicant. Pauper (inquit David) & inops laudabit nomen tuum.

Matth. 5

Exod. 34

Matth. 4  
2. Par. 9  
Iob. 28.

Matth. 5

Mar. 1.

Ioan. 2.  
Ioan. 3.

Esai. 9.  
Matth. 4

Sap. 1.

Ioan. 18.

Ioan. 1.

Ioan. 2.

Ioan. 10.

Ioan. 5.

Phi. 3.

Mat. 26

Ioan. 17

Ioan. 7.

Psal. 109

Ioan. 14.

Aug. li. 1.

Tri. ca. 11

Sap. 1.

Esai. 11.

Hebr. 10.

Esai. 1.

Hic. Super  
7. c. Esai  
& Amos.  
5. & ad  
Eph. 5.  
Matth. 2  
Mich. 5.  
Esai. 7.  
Matth. 1  
Eph. 5.

Psal. 44.  
Afr. 10.

Eph. 5.

Thren. 4.

Mar. 16.  
Matth. 19

Psal. 77.  
Psal. 21.  
Psal. 9.  
Psal. 130.  
Psal. 73.

Diuites autem non sic. Nam cernimus quotidie, quod quanto homines plus habent diuitiarum, tanto ipsum animus à Deo procul abest. Toti affixi terræ sunt, cogitationes eorum: verba & facta tantum terram sapiunt, de quibus Iacobus pulchre scribit dicens. Nonne diuites tyrannidem exercēt in vos? Et idem: Trahunt vos ad tribunalia, &c. Quem diuitem inuenies ad ecclesiam sæpius conuenire? Malunt tēpore concionis in lectulis eburneis dormire, aut in foro deambulare, aut risui & nris vacare, quam vel spacio vnius horæ in ecclesia sedentes sacram philosophiam audire. Qui cum magis grati Deo esse deberent ob maiora ab eo accepta beneficia, magis ingrati omnibus aliis sunt: atque in Deum & Christum magis iniurij. Nam fere semper hi blasphemij sunt, aduerti, vindicatiui, omnis pietatis inimici, & omnibus vitiis, & peccatis obnoxij. Merito ergo cum euangelij prædicatio promittitur, mentio diuitum nulla fit, sed pauperum duntaxat: de quibus idem Iacobus ait. Nonne Deus elegit pauperes mundi huius: diuites in fide, & hæredes regni? Aduerte autem quod Hebræa dictio significat non solum pauperes, sed etiam humiles, mites, afflictos, oppressos: quæ nomina his conuenire non possunt, qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur, & qui in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellantur, ideo tenuit eos superbia, &c. Hæc de his diuitibus sunt dicta, quos diuites huius mundi cum Paulo appellare possumus: qui pecunias tantumquam Deum venerantur: quorum studium recte idem Paulus simulacrorum cultum vocat. Nō de his qui diuitiis vtuntur, sicut Christianum hominem decet, & gratias agunt Deo, & diuina iudicia reuerentur. Sed de his iam satis, nūc ad quid aliud venerit Christus audiamus. *Sanare contritos corde.*

**Psal. 50.** Qui sunt vere poenitentes, iuxta illud. Corcōritum & humiliatum Deus non despicias. Quāvis per contritionem sanati sint à culpa: nihilominus tamen ab effectibus, qui sunt pronitas ad malum, debilitatio, & de cæteris debent curari: quod potissime fit per septem dona spiritus sancti, quæ à capite Christo in sua membra descendunt. Vnde egregius psaltes. Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Sic sacramentis alligat Christus peccata, quæ sunt vulnera animarum, sicut Samaritanus vulnera illius, qui incidit in latrones. Expēde autem quod non dicit omnibus mederi, sed contritis corde: quia quamdiu est cor durum, & sceleribus obstinatum nullam habet salutem. Ideoque oportet, vt corda nostra lachrymis molliamus, nosque ad gratiā Dei præparemus, &c. *Prædicare captiuis remissionem.* Id est, his qui vitiis & peccatis suat impliciti. Ideo in Prouerbis ait Salomon. Iniquitates sue capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringetur. Sicut peccator tenetur captiuus à diabolo, & cum quidquid operetur, nihil ex eo sibi acquirit, quia nihil sibi mereri potest: quo circa nullū opus dignum vita æterna & nihil facere potest.

**1. Cor. 13.** Vnde Paulus. Si distribuero substantias meas in cibos pauperum, & tradidero corpus meum, ita vt arcem, charitatem autem, &c. *Et cæcis visum.* Hoc quamuis de corporali cæcitate possint intelligi, quia Christus plures cæcos illuminauit, ve-

rum potius de spirituali, & interiori mentis cæcitate intelligendum esse puto. Erat enim mundus cæcus & in tenebris ignorantie sedens quem Christus venit illuminare. Vnde ipsemet ait. Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris. Nam sicut rex Babylonis captum Sedechiam iugulauit, & eruit oculos eius, & duxit illum vincum in Babyloniam: sic diabolus peccatorem captiuans omnia opera que fecerat bona destruit, & excæcat peccatorem, & illum in vinculo captiuum detinet. Christus autem venit è cælo, vt hæc omnia opera destrueret, iuxta illud Iōannis. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Hæc sunt, quæ Esaias enarrat de Christo in hac autoritate. Alibi etiam idem Esaias inquit. Dedit te in fœdus populi in lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum & educeres de inclusione vincum, de domo carceris sedentes in tenebris. *Dimittere confractos in remissionem.* Id est, aduersitatibus defatigatos, seu legalium obseruatiarum oneribus pressos deducere ad spirituale consolationem & leuamen. Christus namque nos ab obseruantia ceremoniarum legis, per euangelicam legis gratiam subleuauit, iuxta illud. Quid tētatis imponere iugum super ceruices discipulorū: quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus saluos fieri. Hinc est quod per Matthæum ait saluator. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos. *Prædicare annum domini acceptum.* Id est ostendere tempus plenitudinis gratiæ aduenisse, in quo Deus placabilis redditur poenitentibus. Sepulta enim Synagoga Christus legem gratiæ prædicauit mudo. Vnde Paulus. At postquam venit plenitudo temporis misit Deus filium suum, &c. Et beatus Petrus in Actis ait. Omnes prophete à Samuel annunciauerunt dies istos. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis. Ait enim scriptura tempore accepto exaudiui te. In quo enim foelicissimo tempore anniciatur regnū cælorum, quod nunquam antea prædicatum fuerat. Poenitentiam agite (ait Iohannes) appropinquabit regnum cælorum. Et quia Christus venit daturus omnibus pacem, ne populi videntes Christi pietatem & clementiam, auderent eum offendere: ostendit etiam suam iustitiam dicens. *Et diem retributionis.* Hoc est, diem iudicij, in quo vnusquisque accipiet iuxta mensuram meritorum suorum. Hunc diem prædicauit Christus sæpe. Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, &c. Et in Matthæo & in nostro Luca multa de die retributionis scripta sunt. Hactenus de hac Esaiæ autoritate, quam Christus coram omnibus legit: quam cum legisset sequitur in contextu. *Et cum plucisset librum reddidit ministro, & sedis.* Librum scripturæ sacræ magna cum reuerentia tractauit, vt discas quam debeas reuerentiam sacræ scripturæ exhibere: & arguendi sunt qui non solum libros veteris instrumenti, sed euangelia irreuerentius tractant, quam libros Gentilium damnatorum. *Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum.* Quia delectabilis fuit ad intuentum tanquā speciosus forma præ filiis hominū, in cuius vultu fulgur interioris perfectionis, ac gratiæ micabat.

Luc. 1.  
Ioh. 8.  
1. Reg. 25.  
Ier. 52.  
1. Ioh. 1.  
Esa. 52.  
A. 16.  
Mat. 11.  
Galat. 4.  
A. 3.  
2. Cor. 6.  
Esa. 49.  
Mat. 23.  
Eph. 2.  
Ioh. 5.  
Mat. 24.  
Esa. 25.  
Luc. 1.  
Psal. 44.

Iaco. 2.  
Psal. 48.  
Esa. 72.  
1. Tim. 6.  
Colo. 3.  
Psal. 50.  
Psal. 146.  
Luc. 10.  
Prou. 5.  
1. Cor. 13.

Sed & suauitate eloquentiæ suæ corda eorum at-  
traxit. Audierant etiam famam prædicationis suæ,  
& nouerant, non didicisse literas, qui quidē apud  
illos nutritus fuerat: atque ideo expectabant, &  
intuebantur quid diceret. *Cæpit autem dicere ad  
illos, quia hodie impleta est scriptura hæc in auribus  
vestris.* Per hoc, quod audistis me vobis euangeli-  
zantem, & corda vestra illuminantē, & gratiam  
benignitatis diuinæ annunciantem, aliquo modo  
impletū est, quod in superiori propheta erat præ-  
dictum. In hoc docuit Christus dicta atque prom-  
missa prophetarum in Christi aduentu spiritua-  
liter debere intelligi, de spirituali videlicet libera-  
tione à potestate diaboli, & iugo peccati, non de  
corporali libertate à iugo Romanorum, vt com-  
muniter multi Iudæorū existimabant in Christi  
aduentu à corporali seruitute liberandos fore, &  
eundis gentibus dominaturos. Sed tu vide Chri-  
sti redemptoris nostri modestiam. Non enim di-  
cit, is ego sum quem audistis in Esaiā loquentem,  
ne videretur seipsum iactare. Verum quia opus  
erat, vt aliquando cognosceretur, vt in eum crede-  
rent, vsus est verbis minus apertis nihilominus  
idem significantibus, & suo tempore intelligēdis,  
quamuis tunc non fuissent intellecta. Sed satis in-  
terea fuit si ea verba secum ipsi reuoluerēt, atque  
ex cogitatione aptiores fierent huic euangelicæ  
veritati percipiendæ, quia si rem aperte explica-  
ret, cum non essent capaces tantæ doctrinæ & ve-  
ritatis, offenderentur potius quàm erudirentur.  
Hi Domini mores, atque exempla proposita sunt  
nobis ad imitandum ea, vt sermones nostros sem-  
per cū iudicio disponamus. Neque enim satis est  
rem de qua sumus verba facturi, esse sua natura  
bonam, sed videndum superest, si temporis ratio  
& audientium animus eam postulent. Ob quam  
causam diuini vates aiebant, se & à bonis multis  
abstinuisse, ne vel aduersarij etiam ob id calum-  
niarentur. Nam omne verbum quamuis bonum,  
nisi tamen ad ædificationē sit, non inde caret peri-  
culo quod quis loquutus sit bonū: nam si ad ædi-  
ficationem non fuerit, contristatur Spiritus san-  
ctus. Quod manifeste docuit Apostolus, dicens:  
Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat:  
sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gra-  
tiam audientibus. Et nolite contristari Spiritū san-  
ctum. Quid de his dicendum est, qui quidquid in  
buccam venit, sine vilo iudicio proferunt? De qui-  
bus scriptum est: Sepulchrum patens est guttur  
eorum, linguis suis dolose agebāt, venenum, &c.  
Paulus præcepit his qui ad Christum venerāt, vt  
non solum se ab obscenis verbis abstinerent: ve-  
rum etiam ab his que faceta & vrbana vocantur.  
Stultiloquium, inquit, & scurrilitas, quæ ad rem  
non pertinet, nec nominetur in vobis: Et alibi ad-  
monet dicens. Sermo Christi habitat in vobis abū-  
de, cum omni sapientia docete, & commonete in-  
uicem, in hymnis, laudibus, & cantibus spiritua-  
libus cum gratia canentes in corde vestro Domi-  
no, &c. Sed de his alias, nūc Euangelistam audiam  
veteris instrumenti, sed euangelia irreuerentius  
tractant, quam libros Gentilium damnatorum.  
*Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in  
eum.* Quia delectabilis fuit ad intuentum tanquā  
speciosus forma præ filiis hominū, in cuius vultu  
fulgur interioris perfectionis, ac gratiæ micabat.

sunt, vt dixerint. Nunquā sic loquutus est homo.  
Quanto enim Christi beatissima anima plenior  
gratia fuit, tanto diuiniora proferebat verba. Ob-  
serua autem quod non dicit eos demirari in gra-  
tiam verborum, sed in verbis gratiæ. Multi habēt  
gratiam in verbis, quia expediti sunt ad loquendū  
ea, quæ volunt, & quomodo volunt, sed non ha-  
bent verbum gratiæ: quia non gratiam dare, sed  
contumeliam dicere studēt. Vnde Paulus: Omnis  
sermo malus de ore vestro nō procedat: sed si quis  
bonus est ad ædificationē fidei. *Et dicebant: Nonne  
hic est filius Ioseph?* Hoc scribæ & Pharisæi pleni  
inuidia dicebant. Sicut terra arenosa, quæ quanto  
magis pluuiam recipit, tanto plus aret. Sic isti,  
quanto plus prædicationis pluuiam Christus fun-  
debat, tanto sicciore & deteriore reddebantur:  
nam cum mirari debent, quod filius Ioseph qui  
nunquam operā dederat literis, talia proferebat,  
ipsi potius irridebāt. Quo modo huius doctrinam  
velut sacram admirari possumus, cū filius sit Ioseph,  
& nō sit doctorali dignitate insignitus? Nec  
enim est magister noster, doctor, aut rabbi: ac  
proinde videtur nullam operam in bonas literas  
collocasse. Vnde igitur eruditio hæc tanta? Vnde  
verborum & rerum diuinarum & admirabilium  
tam locuples copia, & thesaurus? Ita enim solet  
caro inscia Domini spiritus, quæ supra naturam  
sunt admirari, & admirando contemnere tanquā  
quædam magica & superstitiosa, cum diuina sint  
oracula. Existimāt quippe omnia sensibili cogni-  
tioni subijci: neque quicquā esse quod alibi emen-  
dicari possit, nisi id quod per organa sensuū per-  
cipitur. Contra quos ait Psalmus: Intelligite insi-  
pientes in populo, & stulti aliquādo sapite. Vide  
etiam quod cū populus laudat, scribæ & Phari-  
sæi detrahunt, & inuident. Magna quidem hæc  
est cæcitas, nam eum, quem mirabile & diuinum  
doctorem intuentur, ob solam generis agnitio-  
nem contemnunt: quia illum apud se viderant nutri-  
tum, sicut illi qui dicebant. Quæ nam res accidit  
filio Cisi: num poterit nos saluare iste? Illa re of-  
fendebantur, quæ nullius erat momenti: neque di-  
uinam virtutem inspiciebant, quæ ex diuinis di-  
ctis, & factis admiranda erat. Quod idem nunc sæ-  
pe accidit: nam homines nihil aliud attendūt, quā  
exteriorem hunc rerum splendorem & gloriam:  
cernunt hominem multa possidentem, stipatum  
satellitibus, preciosis vestibus indutum, eumque  
venerantur, quamuis impudicus sit, ebrius, tyran-  
nus, & omni vitiorum genere obscenus: alium  
vero omni virtute excellentē & excultū contem-  
nunt si pauper sit. De qua re indignatus sapiens  
vir aiebat. Loquutus est pauper sensate, & nō da-  
tus est ei locus. Diues loquutus est, & omnes ta-  
cuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perdu-  
cunt. Pauper loquutus est, & dicunt: Quis est hic?  
nonne, inquit, hic est filius Ioseph? nonne hic  
est faber ille? Et licet faber sit, quid inde? mundus  
illos solos, egregios viros magnificat, qui nihil  
agunt, & ociosi tota die per forum ambulat, &  
ludis ac iocis operam dant, remque esse ignomi-  
niosam arbitrantur si in aliquam artem incum-  
bant. Contemnitur hic Christus, & eius doctrina,  
eo quod Ioseph pauper erat, & cibum arte quere-  
bat. Pessimus error est contemnere prædicationē  
propter paupertatem parentum prædicantis: ac si

Ioh. 7.  
Eph. 4.  
Psal. 93.  
1. Reg. 10.  
Ecol. 13.

Psal. 13.  
Eph. 4.  
Psal. 5.  
Colo. 3.  
Psal. 14.





vt isti reges Iuda nobilissimi de medio tollantur in detestationem peccati, vt deleteretur memoria Iezabelis vsque ad quartam generationem. Non considerat Deus consanguinitatem, non patriam, non genus, non dignitatem, sed virtutem & pietatem, &c. Porro Sarepta vrbs parua fuit inter Tyrum & Sidonem. Sidon vero vrbs fuit, à qua illa regio vocata est Sidonia. Demum pia dispensatione fecit Deus vt Helias tam longū iter susciperet vsque in Sareptam: vt videns hominum pestem, peteret à Domino pluuiā, Sic ait Chrysothomus. Sed iam secundū exemplum quod Christus adducit audiamus. Et multi leprosi erant in Israel sub Eliseo Propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. Erant siquidē illi quatuor leprosi qui cogente fame in castra regis Syriae venerunt: & alij etiam quos scriptura non commemorat, quos non curauit Eliseus. Cur ergo non curabat fratres & conciuēs? Nunquid Helias & Eliseus maiori amore prosequerentur extraneos, quā in conciuēs? Minime, sed fides Naamā meruit beneficium: credidit enim hoc posse praestare Deū per suos seruos, & obediuit iussus mergi in Iordanē. Si talem fiduciā haberent Israelitae sensissent vtique diuinam benedictionē. Sed super hanchristiam breuiter aliqua cōsideremus. Puella Hebraea à latrunculis Syriae captiua ducta est, cuius verbis domina eius permota virum est alloquuta, & ille regem: atque hoc modo veri Dei maiestas inter Ethnicos declarata est. Vere enim omnia seruiunt ei, & nihil sit in regno quod non summam secum afferat sapientiam: & ex his, quae nobis mala videntur, maxima bona prodire facit. Cogitemus ergo omnia nobis aduersa in maximam nostram vtilitatē conuertere. Quis obsecro, non doloret Ioseph postquam fratrum inuidia venditus fuit, & cum postea dominā suae calumnia in carcerē fuit detrusus? At per ista media in magnā gloriam & maiestatem fuit euectus, & secundus à rege cōstitutus, & saluator mundi fuit appellatus. Attendamus nos paternā Dei curam & prouidentiam eō solum spectare vt bona nobis semper eueniāt, quāuis interea aliquid accidat quod sensibus nostris contrarium appareat. Nam & pueris multa prohibentur, quae optant, quin & plerumque à parentibus cœduntur: & tamē haec omnia in eorum vtilitatem faciunt. Haec puella prius exul à patria & captiua erat, sed postea eam ob acceptū beneficium liberam dimisit: nam ingentia munera obtulit Eleseo: & postea cū scenore dona dedit Geizi puero Elisei. Quare ex tam generosa grati animi significatione, nihil est dubij, quin puella dimissa sit libera: vel si remansit, libens & volēs remansit, eo quod bene & liberaliter cum illa ageretur, & melius in domo tanti principis haberetur, quam in sua patria, vbi fieri posset vt pauperem vitam ageret. Observandum quoque est, quod per Naaman Dominus dedit salutē Syriae. In quibus verbis duo docemur. Primū vt in omnibus rerum euentibus quidquid boni acciderit Deo adscribamus. Ecce enim hic cū dixit magnus & honoratus apud dominū suum expectabatur, vt bellica sua virtute saluauerit Syriam: sed hoc non dixit, sed quod per illum dederit Dominus salutem Syriae: quod plurimum refert & ad pietatem, & ad viuendū vsum. Nam hoc pacto nō

Chryf. hom. 42. in Gen.

4. Reg. 5. 4. Reg. 7.

4. Reg. 5.

Gene 37. Gen. 39.

Gene 41.

insolescunt homines, si omne bonum Deo acceptum referant: & cum intelligamus omnia à Deo gubernari aequo animo, quidquid acciderit patienter feramus. Sic Dauid: In te ventilabimus cornu. Non dixit ego, sed in te, id est, tuo praesidio adiutus. Sic Iudith. In manu feminae percussit illum Dns. Nabuchodonosor insolenter dixit. Nonne haec est ciuitas, quā ego aedificauit in robore meo? Sed vox statim de caelo audita est, &c. Alterum, quod ex illis verbis docemur est, quod et si gentes ignorabant Deum, & esse sine Deo dicebantur, & quod dimiserit Deus ingredi viis suis, eos tamen regebat, ac eorū regna. Quare cum cernimus Turcas & Christiani nominis hostes nos premere, ad id nobis statim est recurendum quod omnia Dei imperio aguntur qui permittit aduersarios nostros ob scelera nostra nobis esse superiores: quae sancta cogitatio nos ad poenitentiam, & ad melius vitae institutum inuitabit. Sic populum Israeliticum puniuit per Syriam & captiuam duxerunt Ethnici puellam Israeliticā. Sic per Eglon Iabin, & Amon, & alios Gentiles periebat olim Israel: & quando se conuertebant suscitabat Dominus saluatorem vt Aioth, Sangar, Samson, Gedeon, & alios. Sciamus quod mala quae patimur, peccata nostra meruerunt. Sed forsitan aliquis mirabitur in hac historia, cur Eliseus ad tanti principis aduentum non surrexit? Ob duas credo id fecisse causas. Prima vt prophetiae dignitas seruaretur: in qua diuina maiestatis virtus elucebat. Nā & regum legati dignitatem & maiorem grauitatem seruant dum legationis officio funguntur, quam vbi eam deposuerunt: quia dū hoc sibi minus est iniunctum, personam regis agunt. Altera causa est, vt doceantur homines hanc externarū rerum pompam, quam ipsi plurimi habent, apud Deum nullius esse momenti. Ad mulierē autem Sunnamitem abiit vsque in domū eius, & filium suscitauit. Sic etiam Helias, qui regem superbum asper conuenerat abiit ad pauperculā viduam. Et Christus omnium magister nō abiit in domū reguli (vt Gregorius annotat) licet rogatus: & tamen abiit in domum Centurionis. Quare quidā ei dixerunt. Non aspicias personam hominū: non diuitias, non honores. Tantum merita vnius cuiusque considerat. Aliter mundus facit, qui nō nisi diuites, & auro fulgentes nouit honorare. Accessit hic Naaman in curru suo, diuitiis abundās, famulis stipatus: sed nihil haec exteriora quae momento temporis vilescunt sanctum virum mouerunt. Vide etiam quod serui Naaman patrē appellauerunt dominum suum: quia vir bonus & clemens seruos non sicut canes & sicut iumenta, sed sicut homines tractabat. At multos inuenies nūc seruos, qui dominos suos non patres, sed tyrannos, Nerones, Tiberios poterunt appellare. Infirmos seruos non curant: imo in hospitium, vt citius moriantur, mittunt. Expende etiam, quod non designatus est consilium seruorū accipere, & audire eos: ideo meruit curari. Sic sanctissimus Moyses, & prudens omni diuina & humana sapientia excultus qui cū Domino loquebatur tanquam si esset aliquis amicus, tamen accepit consilium Ietro sacerdotis Madian hominis barbari, & Ethnici. Sed tanta est aliquorum praetorū superbia vt inferiores despiciāt, & eos audire nolūt.

Psal. 41. Iud. 16. Dan. 4.

Leu. 11.

Esa. 12. 2. Cor. 12. 1. Cor. 13.

1. Th. 5. 8.

Matth. 12. Luc. 6.

Ioan. 10.

Ab. 9.

4. Ro. 4. 3. Reg. 18. 1. Reg. 17. Ioan. 14. Greg. 14. 28. in 6. hanc.

Ab. 11. Luc. 5. Luc. 11. Luc. 19.

Ysa. 33.

Exod. 18.

Exod.

Consilio itaque seruorum accepto, descendit & lauit: & cum sanus esset, dixit: Vere scio, quod nō sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantum in Israel. O felix lepra, quae veri Dei agnitionem in huius viri mentem introduxit: quae si defuisset, neque morbo laborasset vllō, in illo simulacro- rum cultu perdurasset. Docemur hinc quā vitales sint infirmitates, quae salutem animae conferunt, sicut lepra Naaman dedit illi cognitionē veri Dei. Vnde Sapiens: Infirmitas grauis sobriam facit animam. Ideo qui spiritu Dei aguntur, etiam gratias agunt ob afflictiones & infirmitates. Con- fitebor tibi Domine, ait Esaias, quoniam iratus es mihi. Et Paulus gloriabatur in infirmitatibus. Et Iacobus. Omne gaudium exultate fratres, cum in graues tētationes incideritis. Quare? Illud scien- tes quod probatio fidei vestrae parit patientiā. De vtilitate infirmitatū multa in libro Vanitatis se- culi disseruimus, quapropter nunc ad alia prope- remus. His autem duobus exemplis viduae scilicet Sareptanae, & Naaman Syri, Christus Domi- nus noster causam suam tutatus est aduersus il- los Nazaraeas. Sic & discipulos euellentes sabba- tos alibi excusat à murmuratione Pharisaeo- rum exemplo Dauidis, qui olim panes proposi- tionis comederat: quos nō licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, sed solis sacerdotibus. Et in Euangelio Ioannis blasphemiae accusatus, quod se filium Dei appellauerit, obicit alios olim voca- tos deos, ad quos sermo Dei factus fuerat. Tu ita- que vitam & mores tuos sic institue, vt cōtra ma- leuolos te exemplo bonorum virorum defendere possis. Caue autem ne tibi magis arideat Saulus ecclesiae persequutor, quā Paulus ecclesiae propugnator & defensor. Multi enim sua peccata te- gere volunt, & defendere exemplo Dauidis, Magdalenae, Latronis, & aliorum quorum poenitentiam imitari oportebat, non eorum peccata. Christus defendit seipsum exemplo bonorum factorum Heliae & Elisei: & arguit im- pios incredulos exemplo viduae Sareptanae, & Naaman Syri: quos oporteret Nazaraeas imita- ri. Sic tu vt re exemplis bonorum, illosque in bo- nis actibus imitare. Sed iam ad nostrum Euange- listam Lucam reuertamur. Itaque cum illi Naza- raete audissent haec, quae Christus praedicabat, vi- de quid egerint. Et replati sunt omnes in Synagoga ira, haec audientes. Non sunt emendati, sed irati. Vnde propheta: Odio habuerunt corripientem in porta. Qui obstinato sunt animo deteriores fiunt correctione: sicut Pharao rex Aegypti. Vnde per Sapientem dicitur: Peruersi difficile corriguntur. Ecclesiasticus etiam ait: Qui odit correctionē, minuetur vita eius. Et surrexerunt & eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad super- cilium montis, super quem ciuis as illorum erat ad- ificata, vt precipitarent eum. Aspice, obsecro, quā retributionem mundus det sanctis & studiosis vi- ris. Semper mundus reddit mala pro bonis. Vnde Palmista: Qui retribuunt mala pro bonis detra- hebant mihi: quoniam sequabar bonitatem. Et Ie- remias. Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foueam animae meae? Praedicabat Chri- stus, vt eos à precipitio inferni liberaret: ipsi au- tem ab alto ciuitatis volebant eum precipitare. Multi etiam & nunc principes, episcopi, clerici, &

seculares praecipitant praedicatorēs, murmurātes, & detrahentes eis, quia sua vitia destruant, & detestantur. Solent autem huiusmodi homines ad- uersus praedicatorēs dicere. Nihil habebat, quod praedicaret, oblitus est concionis. Bene autē dicitur est per Sapientem: Non amat pestilens eum, qui se corripit, libenter audierunt isti de aduentu Mes- siae, erant quippe haec ipsis exoptatissima. Cū au- tem Christus accessit ad morum correctionē, non potuerunt aequo animo ferre. Sic olim Esaias di- xit: Loquimini nobis placentia. Habet etiam hoc nostrum seculum tam delicatas aures, vt libenter audiat quaestiones theologicas, verba curiosa: sed si eorum vitia praedicator arguerit, indignatur, & irascuntur, & quod non sine lachrymis dici po- test, ministros Dei persequuntur. Placet illis, & au- ribus suis dulce eloquium est audire sermonem elegantem de diuina benignitate & misericordia: differrentem autem de vindicta Dei in peccatores, molesto & aegro animo ferunt. Clerici conciones amant, in quibus laici corrigantur: laici autē econ- uerso. Quod si verbi minister liberam habuerit linguam, acerrimusque fuerit vitiōrū insectator. Hoc certo sciat illi debere cōtingere, quemadmo- dum Christo contigit. Dum praedicator illorū vi- tia non carpit, ipsum laudant, dicentes, alium di- uinum Paulum esse: at dum reprehendit illos ini- quissimum esse dicunt. Sic isti quando Christus de aduentu Messiae loquebatur, eius verba suspi- ciebant, & venerabantur: at statim vt illorū taxa- uit vitia, volunt illum precipitare. Hoc mihi cre- de, quod quicumque is fuerit praedicator, qui veri- tatem diligit, semper martyrūm patietur. Attēti erant hi Nazaraeae & laudabant Christum, cum illis aperiebat authoritatē Esaias. Spiritus Domini super me propter quod vinxit me, &c. Nunc autē eum illos reprehendit, volunt illum precipitare. Odio enim habetur veritas. Vnde beatus Paulus: Inimicus factus sum vobis, verum dicens: Sic Mi- cheam Achab persequutus est, quia veritatē dixe- rat. Non propheta, inquit, mihi bonum, sed ma- lum. Verum hic aliqua obseruanda sunt. Pri- mum horum est quod isti Nazaraeae peiores fue- runt magistro suo diabolo. Diabolus quippe sug- gestionē & verbo tantum tentauit Dominū: sed isti Iudaei facti. Ille dixit Saluatori in pinnaulo templi, mitte te deorsum, sed isti aperte mittere il- lum deorsum nituntur. Diabolus quoque vt sta- tim videbimus, Dominū confitebatur, & dicebat illum esse filium Dei: & isti ei nolunt credere. Et ita caecus factus est populus iste, vt eum ignorent & negent, quem vel ipsi daemones confitentur. In quo quidem nequitia & deprauata mens Iudaeo- rum conspicitur. Secundo obserua, quod à prop- riis ciuibus maximam ignominiam Christus est passus. Genezarēni quamuis amiserant duo mil- lia suum, nihil tamen ausi sunt aduersus Iesum loqui, sed rogauerunt vt ab eis discederet: Naza- reni verō nullum damnū passi, precipitare eum volunt. Optime quidem Christus dixit: Inimici hominis domestici eius. Maxima est illa tribula- tio, quae à propriis amicis & necessariis infertur. Sic Pilatus, qui Gentilis & alienigena erat, voluit Christum absoluere, itidem Herodes teste Pilato nulla mortis causam inuenit in eo: ea propter nul- lum illum ad Pilatum misit. Iudaei autē nulla

Prom. 29.

Esa. 36.

Gala. 4. 3. Reg. 22.

Matth. 4.

Matth. 8.

Matth. 10.

Matth. 27. facta





videmus, apud quos Christus manebat & docebat, & mansit donec illum expulerunt. Sic olim fecisse Dominum videmus: qui multoties, licet filij Israel grauissimè peccarent, non tamen recedebat Deus ab eis, donec ipsimet Deum deserebant, atque propulfabant: nam constantes aureum vitulum grauissimè deliquerunt: sic adeo vt timeret Moyses ne promissiones suas reuocaret propter tam graue scelus. Et ob hanc causam dicebat Deo. Aut dimitte illis hoc peccatum, aut dele me de libro quem scripsisti. Ac si clarius dixisset. Si non dimittis peccatum illis iam de me & aliis hominibus actum est, quod ad aeternam salutem attinet.

**2. Cor. 11** Id ipsum quoque timebat Dauid cum adulterium & homicidium patrauit, vt diceret. Tibi soli peccavi, & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Et hoc modo Israelitae saepenumero in Deum peccauerant, & digni fuerunt, vt Deus ab illis recederet: eo potissimum, quod omnes Prophetas missos ad annunciandum verbum Domini persequebantur, & occidebant, quemadmodum illis non solù beatissimum Stephanus, sed etiam Christus Dominus obiiciebat. Veruntamen non recessit Deus ab eis, donec ipsi suum verbum & vngentium filium crucifixerunt. Nolumus hunc regnare super nos. Et ad Pilatum: Tolle eum, non habemus regem nisi Caesarem. Ideo Apostoli Iudaeis dixerunt: Vobis oportuit primum loqui verbum Dei, quia autem reiecistis, ecce conuertimur ad gentes, quoniam hoc mandatum habemus. Vnde impletum videmus quod Sapiens dicit: Altissimus est patiens rector. Et quod Paulus dicit: An ignoras quod benignitas Dei, ad poenitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impoenitens cor tuum, &c. Similem quoque bonitatem Dei experimur in nobis ipsis. Quoties enim, obsecro, Dei ira, detestatione, & indignatione digni fuimus? Attamen Christus non recedit à nobis, nostram expectans resipiscitiam & poenitentiam, quam nisi egerimus miserè pereundum nobis restat. Sed iam ad contextum reuertamur. Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilaeae, ibique docebat illos sabbatis. Quia Nazarethense audire volebant, dereliquit eos: quia loqui in aures audire nolentium non est equum. Vbi enim auditus non est, ait Sapiens, ne effundas sermonem. Nam cum seminandum est: vitium terrae aptitudo & maturitas expectatur: potiori ratione ad seminandum verbum Dei tempus aptum expectandum est: & id cauendum quod potissime Dominus commendat. Nolite sanctum dare canibus: neque proiciatis margaritas ante porcos. Quibus verbis duo genera hominum exprimit, quibus haec mysteria (quae ob dignitatem sancta, & ob pulchritudinem margaritas Christus appellat) non sunt communicanda infidelibus, & eis qui suam vitam agunt. Etenim cum in nobis dux partes sint praecipuae intellectus, atque affectus: vt verbum Dei in his ambabus fructificet, oportet prius vt intellectus vim suam subiciat diuinae auctoritati, neque terminos sibi praefixos progredi audeat. Deinde opus est vt affectus sit purgatus, alioquin quidquid animus vitiosis affectibus obnoxius committit, cōfessim corumpitur. Et ij sunt qui margaritas pedibus calcant, nā certum plurimos, qui fidem Christi profitentur, at teterissimis

affectibus sunt pleni, praesertim, qui carnis lasciuiae sunt dediti, nam audientes Christiana mysteria ea contemnentur veluti pedibus calcant. Ideo porcos eos appellauit. Canes autem sunt hi philosophi, qui intelligendi habebant, & nulli sententiae assentiebantur, nisi ei quae suis opinionibus & argumentis nitebatur. Hi ergo cum non assentirentur caelesti hanc philosophiam (nam animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei) eam dilacerabant, detrahendo: & quod diuina & altiora erant mysteria, eo magis irridebant. Sic resurrectionem mortuorum, quam Paulus praedicabat, negabant & deridebant. Istis ergo sabbatis & canibus diuina verba non sunt danda, quia ea vituperant. Ideo ab istis Nazarethitis tollit Christus verbum Dei, & abiit, eos vacuos derelinquens. Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilaeae: ibique docebat illos sabbatis. Expende hic Christi redemptoris nostri clementiam & benignitatem: qui nec indignatione commotus, nec scelere offensus, nec iniuria violatus, Iudaeam deserit: quin imo immemor iniuriae, memor autem suae clementiae nunc docendo, nunc fanando omnibus benefacit, & bono malū vincere studet. Non impietas Nazarethorum, nec atrox culpa efficere potuit, vt euangelij munus ad gentes transferret: sed ipsius operibus praestitit, quod postea docuit suos discipulos, nimirum vt eieci ab vna ciuitate in aliam migrarent, nihil de vindicta cogitantes, sed de incremento euangelij: vt vel se ciuicentium malitia proficeret etiam ad celeritatem diuulgandae professionis euangelicae. Descendit autem in hanc ciuitatem potius, quam in aliam: quia maritima erat, plena diuitiis, voluptatibus, & luxuria: vt plerumque contingere solet ciuitatibus iuxta mare positis. Et cum animaduertentia dixit, prouinciae Galilaeae: quia tunc Galilaea à multis gentibus incolebatur, & multi etiam ex Hebraeis in idololatriam abierant, & pluribus aliis moribus deprauatis imbuti erant, tractis ab aliis nationibus: quapropter corruptissima & perditissima erat terra. Hic praedicat Christus: quia maximè haec gens doctrina indigebat. Expende etiam quomodo Christus maiora miracula fecerit, & plures sermones praedicauerit in Capharnaum, quam alibi. In quo maximè Christi benignitas consideranda tibi est: quia vbi magis offendebatur, ibi maiora suae bonitatis fundebat beneficia. Nbi abundauit delictū, superabundauit & gratia. Disce ex hoc loco Deum summo prosequi amore. Quis enim non amabit Deum tam amantem, qui ibi amare non horret, vbi minus amari se sentit? Quod, obsecro, iam erit peccatus tam adamantinum & ferreum, quod de diuina misericordia desperet, postquam videt Deum tot sordes & detestanda flagitia non horruisse? Et superbat in doctrina eius. Certum est diuinū fuisse sapientiam, & inauditam planè, quae auditores rapuit in admirationem. Sic solent mirari & stupere, qui numinis diuini potentiam ignorant. Non solum mirabantur, sed stupebant in doctrina eius. Causam verò tantae admirationis subdidit dicens. Quia in potestate erat sermo ipsius. Non enim dicit, haec dicit Dominus, vt alij Prophetae antiquitus facere solebant. Sed loquebatur cum eis tanquam Deus maxima auctoritate atque diuina potestate, dicens. Ego autē dico vobis. Sic Matthaeus dicit.

dicit, quod postquam Christus finiuit sermonem in monte, admirabatur turbae super doctrina eius: erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scribae & pharisaei. Praeterea Christi verba spiritualem habebant virtutem, quae corda ipsa penetrare valebant, vt conuerterentur, & poenitentem virtutis. Et in synagoga erat homo habens daemonium immundum, & exclamauit voce magna dicens. Nomen daemonium secundum propriam ipsius significationem commune est bonis & malis spiritibus: nam significat scientem: & propterea addidit euangelista, immundum, ad significandum, se de maligno spiritu loqui. Vt autem loquentium iam nomen hoc usurpauit: vt tatum malignos significet spiritus. Praeterea in synagoga dicit esse diabolum, vt scias nullam esse cogitationem vbi aliquis non sit habens spiritum nequam. Inter auditores causarum semper est aliquis habens spiritum contradictionis, qui omnia perturbat. In libro Iob scribitur quod inter filios Dei adfuit & Satan. Christus etiā dixit discipulis. Nōne ego duodecim vos elegi, vnus autem vestrum diabolus est? Et quod peius est daemoniaci ligantur: sed isti qui spiritum habent contradictionis & discordiae, liberi ambulantes omnia perturbantes, & zizaniā seminantes: Verum nouit diabolus quantum damni sibi afferat verbum Dei: & ideo Christi concioni adfuit, vt omnia perturbaret, aut si posset diuinum verbum à cordibus eorum auerteret. Etenim multi audiunt verbum Dei: sed ne credentes salui fiant, adest diabolus, vt auferat bonum semen à cordibus eorum. Sic omnibus bonis aduersatur. Ita nunc sentiens diuini verbi virtutem cepit vociferare vexatus à Christi virtute dicens. Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? Scio te, quia sis sanctus Dei. Adulatione daemonium vitur: vt vel sic eum sinceret illic manere. Sic multi adulantur praelatis ecclesiae vt sinant illos in suis peccatis, & vitiiis manere. Praeterea quod Iesum confitentur, bona est naturae, quam sortiti sunt: quod verò aduersantur male voluntatis est. Coniunxit autem haec duo verba, Iesu Nazarene: quia gaudet in nouitate, & studet semper in adinuatione nouitatis, homines circumuenire: vt vel sic eos alliciat iucunditate nouitatis, vt facilius in errore inducat. Sanctum dicit vocat. Hoc est, tu es ille sanctus Dei, qui expectatur à Iudaeis Messias scilicet. Sic in libro Daniel vocatur ab Angelo, vt vngatur, sanctus sanctorum. Et in psalmo. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Obserua deinde, quod Christus statim in principio ostendit, qua nam causa venerit, nimirum vt de Satana triumpharet, & regnum eius destrueret. Et increpauit illum Iesus dicens. Obmutescite, & exi ab eo. Increpans illum exire praecipit, quibus docet ne praebamus aures adulatoribus, imo arguendi sunt & increpandi. Diabolus namque licet verum diceret, tamen mentiebatur, quia ipse non credebatur Christum esse filium Dei, sed voluit illi adulari, vt in suam gratiam conciliaretur. Secundo praecipit vt exiret, quia non erat tempus, vt illius ore Christi diuinitas in carne latens astrueretur. Et quia volebat ostendere, quales ipsa postulare praecones, certe pios atque mundos: non eos qui omnium vitio-

rum immunditia polluti sunt. Deinde ne populus sibi persuaderet, diabolum posse vera dicere, & postea ab ipso mendace seducerentur: nam etiam si vera praedicet Satan, minime audiendus est, quia omnia eo animo facit, vt nos decipiat. Et cum proieisset illum daemonium in medium, exiit ab illo: nihilque ei nocuit. Quamuis enim ante egressionem hominem illum affligeret, iuxta illud Marci, discerpens eum spiritus immundus: tamē postquam egressus est daemon prior illa afflictio diuina virtute cessauit, & requieuit homo. Furens itaque daemonium illud proiecit hominem illum in medium iam exiturus. Interdum verò torquent, ac discerpunt in ipso egressu: vt quas possunt ab hominibus sumant poenas. Huiusmodi sunt homines qui cum altero litem habentes non desistunt à lite, quousque vi compellantur, vt ita quo possint damno aduersarium afficiant. Hi sunt veri daemonum imitatores, quorum mores, per totam vitam sequentes non credunt se illis etiam in aeterno igne futuros esse socios: & audituos vocem illam. Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius. Et factus est rumor in omnibus. Admirabantur qui hoc miraculum viderunt, modum, quo Christus daemonium illud expulit: cum exorisset apud illos daemones eiecerent non imperatiuè, nec tanta auctoritate, vt Christus. Porro homini naturalis est visus magnis & insolitis rebus timere: quāuis diuerso modo. Boni namque visis mirabilibus Dei timorem concipiunt quadam cum reuerentia: impiorum autem conscientia cito terretur, ne quid secundum eorum merita illis contingat: praesertim dum diuinæ potestatis aduertit praesentiam. Vnde in actis Apostolorum habetur. Fiebat autem omni animae timor, videlicet visis miraculis Apostolorum. Quia vero Christus imperando faciebat miracula, isti in magnam inde rapiebantur admirationem. Et colloquebantur ad inuicem dicentes. Quid est hoc verbum? Verbum hic accipitur pro re significata per verbum, sicut in scripturis frequenter accipitur. Itaque dicunt, quid est hoc verbum? Id est quā mirabile est opus istud? Cur? Quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus & exiit. Hoc est sermone imperatiuo & potentia efficaci daemones eiecit. Nihil obstante eo, quod de demonio scribitur in libro Iob. Nullam esse potestatem super terram, quae cum illo valeat conferri. Sed non mirum quia haec de habitantibus miseram hanc lachrymarum vallē dicuntur: qui autem de caelo venit, super omnes est. Christus enim diuina, caelesti, & supernaturali potestate haec fecit: nam creata Christi potestas tanta est, vt summis Angelis possit imperare, imperetque spiritibus, sicut & anima ipsius illos illuminat multoque altius, quā aliquis Angelus superior inferiorem. Obserua autem quod quāuis Christus vnus curauerit, pluraliter loquebatur dicentes: quod imperabat spiritibus immundis, quia plurale pro singulari ponebant, vt saepe consuetum est in sanctis scripturis, & in communi modo loquendi. Et divulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. Scilicet in regionem Galilaeae vbi Christus hoc miraculum fecerat: quod Marcus expressit dicens. Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galilaeae. Statim post

Exod. 32.

2. Cor. 11  
Psal. 50.

Ab. 7.  
Matt. 13.  
Luc. 19.  
Matt. 27.  
Act. 13.

Ecc. 5.  
Rom. 2.

Luc. 15.

Ecc. 32.

Matt. 7.

1 Cor.

Ab. 21.

Iob. 1.

Iam. 6.

Matth.

Rom. 1.

Dan. 9.  
Psal. 119.

Matth.

Mar. 1.

Matt. 25

Act. 2.

Iob. 4.

**Mar. 1.** hæc verba aliud miraculum Lucas recitat dicens. *Surgens autem Iesus de synagoga introiit in domum Simonis.* Protinus egredias à synagoga, ostendere voluit se non ambire applansum & gloriam hominum in operandis miraculis: longè aliter faciens, quàm multi, qui statim, vt aliquod bonum vel egregium opus faciunt, non à foro discedunt, sed ibi omnibus sua egregia facta ostentant. Præterea ille, qui tam egregie in synagoga prædicauerat, nunc opera charitatis exercet, visitans pauperes infirmos: & sanans, ac curans: vt doceat prædicatorem verbi Dei non solum verbis, sed etiam factis & operibus charitatis populum erudire debere. Denique nõ diu manet Christus in loco publico, sed statim ingreditur cū quatuor discipulis domum Simonis Petri. Mirum hoc est (vt Chrysostomus ait) quod hospitandi gratia, & vt cibum sumeret, hoc fecit, quod satis innuitur ex verbis quæ euangelista subdit, quod surgens focus Simonis ministrabat eis. Etenim ipse dominus, qui auibus nidos, & brutis animantibus domicilia parat, nullam propriam domum habebat, vt ipse alibi dicit. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis, &c. ¶ Intrauit autem in domum Simonis potius, quã in aliam: quia Christus his honorem impendit, à quibus ipse honoratur. Vnde olim dixit. Quicūque honorauerit me: glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Petrus Christum honorauit, relinquens domum, retia & omnia quæ possidebat, sequens illum. Ideo Christus illum vult summo honore afficere. Sic Magdalena cum Christum quæsiuisset in domo pharisæi, Christus magni illam fecit, & illam humanitas & benignè accepit, & à Pharisæo illam tutatus est. Ita nimirum si tu Christum magnificeres, ipse te ipsum in summos eueheret honores: at cum ita Dei oblitus viuas, non mireris si te ipsum Deus obliuiscatur. ¶ Obserua etiam pauperes non esse contemnendos, nec qui secundum populi vocem inopes sunt. Nonne pauperes elegit Deus diuites in fide? Vnde dominus per Esaiam, quæ est ista domus quam edificatis mihi? Ad quem ego respiciam nisi ad contritum & humiliatum, & tremementem sermones meos? Mundani homines nesciunt circuire nisi alta palatia & deauratas domos: vt diuitibus blandiantur: & fauorem magnatum sibi concilient. At Christus qui docet superba contēnere, & mundi vanitatem parui facere: non diuitum nec principū domos ingreditur: nec aulas regum quærit: sed in domum Simonis piscatoris & pauperis ingreditur. Pauper quidem supellestiliū erat: sed diues cum Christo. Honorat Christus potius virtutes: quam diuitias. Non sic mundus conseruit facere: qui non nouit, nisi diuitibus honorē præbere. At vt quidam dixit: probitas laudatur, & alget. itaque Christus ingreditur in domū viri iusti, & pauperis. Humiles respicit Deus, sicut aquila pisciculos in mari perambulantes. ¶ In hoc etiam Christus significabat, quod repudiada esset synagoga, & futurum esse, vt Christus ad gentes trāsiret per euangelij prædicationem, & ex gentibus constituendam fore ecclesiam, cuius caput Petrus erat. Ideo Christus synagogam relinquit, & abit in domum Petri: quod factum Esaias olim prædixerat. Venite (inquit) ascēdamus ad montem do-

mini, & ad domum Dei Iacob, &c. Sequitur, iudicabit gentes & arguet populos multos: Proieciisti enim populum tuum domum Iacob. ¶ Aduerte autem quod intrauit in domū Simonis (vt Chrysostomus ait) vt hoc beneficio discipuli affecti maiore præstaret diligentia in Dei seruitio. Petro voluit hoc beneficium donare, vt ipsum magis ad sui obsequium deuinciret. Grande quidem beneficium dominus illi impedit, in cuius domū ingredi vult, & cū illo sedere: & hoc recordatus Ceterio dixit. Domine non sum dignus, &c. Et Abrahā quādo dixit, si inueni gratiā in oculis tuis. Ideo dominus loquutus de eo, à quo ipse diligitur, tanquā magnum quid dicens, subdit. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Hinc omnia bona nobis eueniunt, quando quidem suo aduentu animam nostrā auget, & locupletat. Moyses, qui pusillanimis erat, quique metu Pharaonis fugit in Aegyptum: postquam dominus ad illum venit, & ei in monte apparuit, audaci & virili pectore loquutus est ad Pharaonem. Iacob etiam, qui nimis timebat Esau, quique ob illius metum à domo patris recessit: postquam luctam cum Angelo est ingressus, fortis extitit. Magnum equidem beneficium dominus impendit Petro: & magnum etiam est, vt dominus velit te fodalem & hospitem habere. At tu peccator hoc ingens beneficium non vis agnoscere: nec Deo, qui ad postes ostij tui pulsat, vis aperire: cum dicat. Ego sto ad ostiū & pulso. Aperi mihi Soror mea, &c. Si quis aperuerit intrabo ad illū, & cœnabo cum illō. ¶ Obserua etiam quod beatus Petrus non Christū rogabat vt in domum suam veniret: cum infirmam socrum haberet, & febre laborantem. Quare obsecro Petrus Christum non rogabat? hæc est sanctorum perfectio, vt sua propria oblii, nullam rationem habent nisi alienorum bonorum. Sic Moyses, cui dominus maiora promittebat: hæc omnia oblitus, tantum de populi utilitate curabat, & dicebat domino. Parce populo: aut dele me de libro, quem scripsisti. Et Paulus etiam Corinthiis ait. Ego autem libenter impendam & super impendam pro animabus vestris. Et iterum. Cupio anathema esse pro fratribus meis. Et Christus cū captus fuit in horto. Si me quæritis, sinite hos abire. Et ad filias Ierusalem. Nolite (inquit) flere super me, sed super vos. Sed nos multo aliter, qui nostri magnam curam habemus, ita vt pro utilitate proximi non aliquem velimus subire laborem. Sed vide quā curam Christus suorū habeat: ita vt non rogatus in domū Petri abeat. Gerit nāque dominus specialē curā eorū, qui sui & suorū rerum propter Christi amorem obliuiscuntur. Itā solertem curam eorum habuit, qui eum in desertum sequebantur sine vilo victu, quos quinque panibus & duobus piscibus satiauit: quia suæ necessitatis oblii, illum sequebantur. Cum autem Petrus nullam curam ad se pertinentium haberet, abiit Christus in eius domum: & socrum sanauit, de qua noster euangelista inquit. *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.* Quia Petrus habebat socrum, quidam hæretici putarunt, Apostolos post Apostolatū coniugatos fuisse: quod falsum est: quia cum omnia temporalia dimisissent, etiam vxores dimiserunt & ex vtriusque consensu mulieris scilicet & viri, cœlibem peragebāt vitam.

vitam. Sic affirmat & asserit diuus Hieronymus in primo libro aduersus Iouinianum: & de beato Petro specialiter hoc asserit in epistola consolatoria ad Ianianum. Et in epistola septuagesima quarta ad Pamachiū in fine concludit dicens, quod Apostoli vel virgines vel continentes fuerunt. Sed de his alias. ¶ Verum in his verbis duo obseruatione sunt digna. Primum quod non ait, quod tenebat febres, sed quod tenebatur à febribus. Sic peccator tenetur à suis passionibus & peccatis, ita vt captius teneatur, ne id quod vult facere possit. Vnde in persona peccatoris ait egregius psaltes, Funes peccatorum circumplexi sunt me. ¶ Secundo non qualicunq; sed magnis febribus tenebatur. Febres magna vt erat hæc, qua laborabat focus Petri, cito curatur: at febres quæ in ossibus latet, hæc vitam rapit, & ad interitum ducit. Ita magnum peccatū raro nos infernum ducit: nam ipsius magnitudo nos terret, ita vt in cognitionem eius veniamus quo fit, vt illius poenitentiam agamus cum mentis nostre meliori respicientia. At hæc peccata parua in qua quotidie dilabimur, & ad quæ ob ipsorum prauitatem nõ respicimus: hæc inquam sunt, quæ in interitum celeri cursu nos vocant, vt sunt murmuraciones, & infamiae proximorum, quorum cum non poeniteamus, paulatim & sensim in crucem inferni nos inducunt. ¶ Infirmatur itaque focus Petri: in quo expēde quomodo Deus dilectis suis labores, ægri tudines, & afflictiones mittit. Vnde de Lazaro Sorores eius per nuncium dixerūt. Ecce quem amas infirmatur. Et Paulus. Ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi Angelus Satanæ, qui me colaphizet, &c. Etenim infirmitas dilectis Dei valde utilis est. Primo namque animam purgat à prauis moribus, tanquam à malis humoribus. Vnde Salomon. Liur vulneris absterget mala. Sicut enim in infirmitate prauis humores consumuntur, & euacuatur: ita, vt trāsacta ægitudine homo in meliorem valetudinem perueniat: sic infirmitas corporis animam humoribus peccatorū & prauarum affectionū vacuat, & purgat. Sed de his alias. *Et rogauerunt illum pro ea.* Offerunt pro illa preces sancti Apostoli non fistas aut simulatas: sicut familiares principum facere consueuerunt. Etenim vt maiore postea calore pro suis & suorū negotiis interpellandi sit locus, negotia pauperum frigidissimis verbis regibus exponunt: sua vero propria negotia & eorū, qui se suæ fidei commendarunt, bone Deus, quot ambagibus, quot mendaciis in longissimas moras protrahunt. Pauperibus vero dicunt, coram rege suas causas perorasse, cum nec vnum verbum sint loquuti. Ne suis prauis commodis aliquid minuat, & simulat nescio quæ impedimenta & obstacula, quæ iam fere peractum negotium disturbant: quo fit, vt nec miseris pauperibus subsidio sint, neque aliorum necessitatibus finem imponant hos & illos varijs modis illudentes. Munera ab eis accipiunt, quorum negotia promittūt tractaturos: at postea vacuos & illusos mittunt. Non sic fecisse legimus sanctos Apostolos qui regum priuati & amici esse deberent vt semper promiseris & pauperibus intercederent. At isti de quibus antea loquebamur ad nihil aliud deseruiunt, nisi vt susurriones sint: & vt irasci & indi-

gnari faciant prælatos aduersus subditos. Itā iniquus ille Doeg regis Saul priuatus regi nūciavit se vidisse sacerdotē Abimelec panes propositionis dedisse Dauid: quæ verba in tantū cesserūt damnū sacerdotis, vt interfectus fuerit cū alijs octuaginta quinque sacerdotibus, & populus Nobæ ex tribu sacerdotali accensus fuit, & alia innumera mala contigerunt. Mēdacia namque domesticorum & amicorū tanquam euangelia credūt, veritate autē subditi, cui male volūt, mendaciū iudicāt: nisi hos magnates familiares & amicos habueris, nihil in omni negotio conficies. Hi omnia sua tyrannide efficiunt. Dolendum quidē est, vt ita cæci & obnubilati sint principes & prælati, vt hoc tantum malū non videant: nā hi quos ipsi amicos, coniunctos, & familiares existimāt, hi inquam eos tradūt, decipiūt: & semper ad populū male de illis nūciāt. ¶ Perpēde autē ex hoc colligi loco vitilē & sanctam esse sanctorū intercessionē: nam precibus Apostolorum Christus hæc mulierē sanauit. Ordo nāque diuinæ est sapientiæ, vt per superiora inferiora dispenset & gubernet. Quo circa vt per cælestes orbis terrena ista succūdat: ita per Angelos & sanctos animas, quæ in patria triūphantem requiescūt res nostras sæpè nobis dispēsat. In qua re nõ modo nihil honoris Deo detrahitur, imò multum ei defertur: quippe eo honore seruos suos dignos efficit, vt quæ sua ipse autoritate facturus erat, per ipsos, tanquam per veros amicos velit dispensare. Abraham pro rege Abimelec Deum deprecatur, Genes. 20. veniam illi obtinuit: & Moyses populo veniam Exod. 32. impetrauit de vitulo conflato. Et in libro Iob legimus. Voca, si est qui tibi respōdat, & ad aliquē sanctorū conuertere. Quæ quidem verba quamuis illa Eliphat ad Iob dixerit, non tamen Iob eam reprehendit: sed consilium datum libetèr suscipit, cum tamē alias de maledictis antea ab ipsa reprehensus fuerit. Et in eodem libro post descriptam omnem disputationem, quam Iob habuit cum suis amicis, in qua illi amici Deum offenderant, statim ponitur præceptum Dei, quo iussit, illos abire ad ipsum Iob, vt rogarent illum vt pro eis ad Deum intercederet. Quod cum illi (vt dominus præceperat) fecissent, Iob pro illis orans exauditus est. Et Centurio qui puerum habebat paralyticum seniores Iudæorum misit ad Christum, vt pro salute pueri deprecarentur. Et Stephanus pro inimicis orat dominum, & Apostoli nunc orant pro focru Simonis, sicut & antea pro Cananæa: in quibus orationibus obtinuerunt quod petebāt. Sed dices. Verum est hæc sanctos consequutos esse dum viuerent: sed non modò qui iam dormiunt. Si dum vixerunt poterant: multò melius nunc. Caritas enim nunquam excidit: & quamuis corpora exuerint, non tamen deposuerunt affectum pietatis erga patriam, gentem, fratres, cæterosque credentes: quibus optant, vt idem regnum, quod ipsi, adipiscantur. Vnde egregius ac diuinus vates. Pro hoc orabit ad te omnis sanctus, in tempore opportuno. Illud est tempus opportunum, quo graui febrī laboramus, quo grauib; necessitatibus premimur. Si autem in hac vita sancti pro aliis orant, dum etiam de se solliciti esse debent: quanto melius orabūt post triumphū & victoriā, quam fieri minimè potest, vt amittant? Iacob postquam nepotibus benedixit ait. Ange-

Chryf. in variis Mar. lo. nis hom. 6

Luc. 9.

1. Reg. 2.

Matth. 4.

Luc. 7.

Iaco. 2. Esa. 66.

Esa. 2.

Chryf. 28. in Mar.

Matth. Gen. 18. Ioan. 4. Exod. 2. Exod. 5. Gen. 18.

Apo. 1.

Iam. 11.

1. Cor. 12.

Psal. 20.

2. Cor. 12.

Rom. 9.

Ioan. 18.

Luc. 23.

Ioan. 6.

1. Reg. 12.

Genes. 20. Exod. 32. Iob. 5.

Iob. 42.

Luc. 7. Act. 7. Matth. 15.

1. Cor. 13.

Psal. 31.

Gene. 48.





nec finem labori imposuit, quousque sanguinem suum preciosissimum pro nobis effudit. *At ille singulis manus imponens curabat eos.* Supra Christus se ipsum medicum appellauit, dicens medice cura te ipsum: & alibi dixit, non indigent qui sani sunt medico, sed qui male habent: & applicans que dixerat ait. *Nō veni vocare iustos, sed peccatores.* Nunc autē quia medico se comparauerat, medici officii agit, curādo infirmos: quod faciebat Christus (vt ait euangelista) imponēs singulis manus. Erat enim eius humanitas instrumentū diuinitatis: quippe hæc miracula, quæ facultatem totam naturæ superabant, fiebant sola diuina potestate. **Psal. 7.** Ideo diuinus vates. Benedictus dominus Deus Israel: qui facit mirabilia magna solus. Multa tamē miracula Deus precibus sanctorum fecit, & homines sancti illa cooperabantur meritorie. Ita vt etiā sancti potestate eis cōcessa miracula fecerint, sicut Petrus, qui suscitauit Thabitam, & interfecit Ananiam & Saphiram: non prece, sed increpatione præmissa. Sic per gratiam adoptionis hominibus est datum fieri filios Dei, quod quidem maius est: nec mirū si detur eis potestas signa faciendi, quod etiam malis cōceditur, sicut Iudæ, qui dæmonia eiecit & multa miracula fecit. Sicut enim sacramēta nouæ legis efficiunt quod designant: ita quod quædam virtus in eis ponitur instrumentalis atque causalis cōoperatiua ad producendum gratiæ sacramentalem, vel saltē dispositionē ad eam putā charactere, cum tamen sacramenta ista in sensibilibus rebus consistant: multo magis apparet quod in animabus sanctorum sit virtus quædam instrumentali concuualitate ad operationem miraculorum concurrens atque cooperans. Sed virtus ista non inest sanctis fixē seu permanētiē, vt habitus, sed per modum dispositionis passionisve transeūtis, sicut propheta. Propter quod nō semper ad libitum possunt miracula operari. Hæc igitur tanto in Christi humanitate sublimius est ponenda quanto illa potius est instrumentum seu organum diuinitatis: est enim organū immediatū animatū, coniunctū, ac propriū sicut corpus meū est organum animæ meæ. Alij autē sancti sunt diuinitatis instrumenta separata & communia, sicut securis est instrumentū artificis. Itaque hæc miracula non solū de diuina & increata Christi virtute principaliter operante: sed de supernaturali eius virtute creata miraculorū instrumentali productiua intelligi possunt. Tangat Christus etiā nos, imo potius nos illū tangamus: vt nos ab omnibus infirmitatibus animæ liberet: nam sicut tactis ossibus Elifæus mortuū suscitauit, multo efficacius dominus Iesus suscitabit suo tactu animā nostrā, & sanabit illā. Docet etiā benignissimus Iesus, ne nobis laquidi & infirmitatibus sint & fastidio: sicut multi faciunt, qui nolūt accedere ad vidēda infirmorū vlcera. Poterat vtique Christus verbo sanare, & etiā sola sua voluntate, sed manibus tangere voluit, vt exemplo nobis esset, ne ad infirmos & ægros accedere horreamus, sed charitate benignā illos curemus. *Exibant autē dæmonia à multis clamantia & dicētia Quia tu es filius Dei.* Dæmones non crediderūt Christū esse filium Dei: quāuis aliquibus cōiēcturis id suspicabatur. Sētiebant ab illo diuinam & admirabilem virtutem oriri, inde suspicabantur esse Messīā. Multi etiā sunt & nunc

homines in operibus similes patri suo diabolo: qui de proximis multa mala dicit, & id affirmat, eo solum quia ipsi suspicantur. Etenim mundus plenus est hominibus, qui de proximis dicunt, non id quod sciunt, sed quæ ipsi secundum suam malitiam suspiciantur: quiquidem potius sua imaginatione regūtur, quam ipsa veritate. Sunt multi homines tam deprauatē cōditionis, vt quidquid in proximis vident, semper in malum vertunt partem, secundum suam malitiam: & his non cōtenti, quemadmodum in cogitationibus suis mali sunt, ita linguam deteriorem habent ad destruēdum honorem & famam proximorū, de eis non vera dicentes, sed id quod ipsi mendaciter suspicantur. Quiquidem peiores sunt diabolo, qui etiā si id dixit quod suspicabatur, non autē quod certo sciebat: nihilominus nihil mali dixit: sed potius Christum laudauit, & dixit esse filium Dei. At hi diabolum imitantur, id dicentes, quod suspicantur: peiores autem suat illo, quia de proximis non bona, sed falsa & mendacia proferunt, quo fit vt deteriores sint diabolo. *Expēde autem & vide, quomodo vexatio dat intellectum.* Quia isti dæmones Christi præsentia torquebantur, consentientur veritatem: nam dicebant. Quia tu es filius Dei. Sic Pharaō antequā verberaretur dominū nesciebat: verberatus tamen cōfitebatur domino, & supplicare domino pro se rogat. Antea decebat nescio dominum & Israel non dimitto & postea dimisit, & non solum dimisit, sed vrgebatur, vt exiret de Aegypto. At nunc multi peiores sunt Pharaone, & peiores etiam diabolo: nam isti cōfitebantur dominum in tribulatione: sed multi homines in tribulatione non solum non cōfitebatur dominum, imo murmurant, & blasphemāt. Nullam habent patientiam in infirmitatibus: conqueruntur de Deo, & sibi ipsis male dicunt, & os suum in Deum & in cælum pōnunt. *Aduertendum etiam quod dæmones coactō animo timentes amplius puniri Christum laudabant, vt vel his laudibus & hac via possent Christi fauorem & amicitiam conciliare, & ipsius beneuolētia frui.* Sic modo multos inuenies, qui ad aures principum & magnatum adulantur & blandiuntur ea prædicantes, quæ intra pectus suum minimē concipiunt, sed multo diuersa, quemadmodum hi dæmones cum Christo faciebant. Quæ omnia hi miseri homines faciunt vt suum fauorem, vel vt pecunias, honores, aut dignitates consequantur, qui etiam cum tam bene sciant adulari prælati multas euadunt pœnas, quæ peccata sua merebantur. Vnde in prouerbis dicitur. Simulator ore decipit amicum suum. Denique obseruandum quod dæmones timentes diem iudicij exhibant dicentes. Ad quid venisti ante tempus torquere nos? Si autem tu vides diabolum valde timere diem iudicij, cur ergo tu illum diem non times? *Et increpans non sinebat ea loqui quia sciebant illum esse Christum.* Iam diximus quod diabolus certo non sciebat Christum esse filium Dei: sed tantum id suspicabatur. Ideo in hoc loco, sciebant, tantum valet, ac si diceretur, suspicabantur: vel opinabantur. Iussit autem dominus dæmonibus vt tacerent: primo quia vnum dicebant & aliud credebant. Scrutator enim cordium est Deus. Non vult Deus ab eis laudari, qui aliud ore, aliud in corde

habent. Sed, pro dolor, quod totus mundus plenus est hominibus adulatoribus: qui vanis laudibus homines decipiunt. Coram te laudant te ipsum, clam verò te vendunt: & vnum tibi dicunt, aliud verò sentiunt. Quibus hominibus ita plenus est mundus, & tot fallaciis & technis abudat, vt difficile sit cognoscere, cui fidē præstare debeas, vel cui credendum sit. Væ duplici corde (ait Ecclesiasticus) & labijs sceleris & manibus maledicentibus & peccatori terram ingredienti duabus viis. Isti dæmones ait psalmista. Ore suo benedicabant, & corde suo maledicebant. Vnde etiam Ecclesiasticus consulit dicens. Ne accesseris ad illum duplici corde. Et concludit dicens. Accessisti maligne ad Deum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia. *Secundo iussit tacere, quia hoc non recta intentio ne dicebat. Nam id aiebant, vt impedirent Christi passionem, & si populus sciret Christum esse filium Dei, non vtique crucifixissent, vt Paulus ait. Si dominum gloriæ cognouissent, nō vtique crucifixissent. Hac de causa præcepit dominus discipulis, ne dicerent quis ipse esset: quando Petrus illum confessus est esse Christum filium Dei viui. Nam ait Lucas noster. Increpans eos præcipiebat, ne cui dicerent: hoc dicēs, quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus sacerdotum, & scribis & occidi. Tertio noluit Christus à turpibus laudari: nam non est speciosa laus in ore peccatoris: quod idem Paulus fecit, vt in actis Apostolorum legimus. Accidit (ait Lucas) cecitibus nobis ad prædicationem, vt puella quædam habens spiritum pythonis, &c. Quamuis Pauli prædicationem commendaret spiritus ille, tamen noluit Paulus ab impiis laudari. Potius ego vellem meam doctrinam ab impiis Lutheranis vituperari, quam laudari. Ideo Paulus. Nolo vos fieri participes dæmoniorum. Nemo sanæ mentis ab impiis optat laudari: nam etiam si aues nocturnæ vt noctuæ lucē fugiant, non ideo in lucis contumeliam hoc est tribuendum, imo in laudem ipsius. Ignominiosum tibi est, quod iniqui & scelerati te ipsum laudent: gloriosum autem quando tibi detrahunt, & murmurant, nam cum Christus nollet ab impiis laudari, iussit dæmonibus tacere, Et etiam noluit hac eadem ratione vt custodes sepulchri suam resurrectionem prædicarent, quia in peccatis mortui erant: atque ideo permisit, vt corrupti pecunia tacerent. At voluit vt per Apostolos & sanctas mulieres resurrectio sua prædicaretur. Nec in sua infantia voluit laudari, nisi à Simeone iusto viro, & ab Anna prophetissa. Quapropter Lucas antequam istorum laudes in Christum scriberet, prius eorum vitam & sanctitatem commendauit: vt late in superioribus annotauimus. Hac ratione adductus Antisthenes (vt est apud Laertium) cuiusdam dicenti, multi te laudant, respondit. Quid mali feci? Existimabat quippe insignis philosophus turpe esse à turpibus laudari, esseque præstantius in obscuritate latere, quam à talibus hominibus esse commēdatum. Nam quæ gloria obsecro alicui potest cōtingere ex eius laudibus, qui non nisi vitia & flagitia nouit laudare? Malus enim, qui sola vitia amat, hæc ex animo laudabit. Quo fiet, vt quidquid mali huiusmodi homo de*

vitio protulerit suspectum sit, & minime credendum. Ideo oportet rectē scire quis nam ille sit, & qualis, qui laudat: & inde coniectare oportebit, qualis etiam sit, qui laudatur. Vnde sicut gloria est bono viro ab alio bono viro laudari. Ita etiam dedecus est à viro scelerato commendari. Ideo dedignatur dominus ab ore peccatoris laudari, dicens cuidam peccatori. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuū? Ideo dominus in veteri lege os leprosi claudere iussit. Sic & os peccatoris claudi iubet: ne per labia polluta transiens polluat ipse loquutio. Nam contingit sæpē vt aqua clara transiens per immundum canalem, vt canalus malitiam imbibat. Sic etiam peccatoris os tanquam immundus canalus nonnihil detrahit diuinis laudibus ab eo prolatis. Propter quod ipsi peccatores dicere possunt. Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Quomodo distātes & maxime à Deo alieni, ipsius laudes cantabimus? Si igitur peccatores cantare non possunt: plangent, & plorent. Illic ergo sedimus & fleuimus. Quid autē requiratur à peccatore, vt Deo dignas laudes offerat, Ieremias expressit dicens. Consurge lauda in nocte in principio vigiliarum tuarum. Prius peccati somnum excutere admonet, & prius vigilare docet, quam laudare. Hunc eundem ordinem describit Oseas dicens. Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum: & reddemus vitulos labiorū nostrorum. Ac si diceret. Afer domine à nobis quod nostrum est, & accipe à nobis, quod tuū est: quoniam tua est laus, & tibi debetur honor, & gloria. Quocirca egregius vates antequam diceret, domine labia mea aperies præmisit dicens. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ. Et statim subdidit. Et exultabit lingua mea iustitiam tuam. Domine labia mea aperies, & c. Ideo in Leuitico præcipitur leproso vt habeat vestimenta dissoluta, caput nudum, & os veste contextum. Omnes partes corporis nudas habere præcipitur, & os solum aperire iubetur. Qui nudus est, & lepra peccatorum suorum manifesta cooperiat os: nam docendi auctoritas ei interdicitur. Clausum ergo peccator habet os suum, quia qui seipsum non docuit, docere alios non præsumat: & ideo os suum iubetur operire, qui male agendo loquendi amisit libertatem. Tacere ergo oportuit diabolum, qui impiissimus est & nequam: nec ab eius ore vult Christus laudari. Quarto præcepit, vt taceret: quia solet diabolus sub fūco bonorum verborum tentare & decipere: sicut Sirena cantu: aut vt fingunt poete Circe dulcibus verbis socios Vlyssis in bestias conuertisse. Etenim solet Sathanas se in angelum lucis transfigurare, vt eo commodius fidem sibi acquirat: faciliusque simplicitatē credentiū decipiat: ea propter nolebat Christus, vt veritatē diceret, ne inter aliqua vera multa falsa misceret. Sic prohibendi sunt hæretici, & lutheranæ factionis patroni à verbi diuini ministerio: nam quanquam euangeliū, & multa scripturæ loca ad suum dogma stabilendum adducant: cum tamen hæc vel torqueant, vel corrumpant, vel alio deflectant à vero & germano ecclesiæ sensu: minime audiendi sunt, & arcendi procul à lætione sanctarū scripturarū, & à ministerio diuini verbi. Et hoc munus nullis alijs tribuen-

Matt. 9.  
Psal. 7.  
Act. 9.  
Act. 5.  
10 an. 1.  
Matt. 10  
4. Reg. 13

Eccl. 2.  
Psal. 61.  
Eccl. 1.  
1. Cor. 12.  
Matt. 16.  
Luc. 9.  
Eccl. 5.  
Act. 16.  
1. Cor. 12.  
Matt. 28.  
1. Tim. 20.  
Luc. 2.  
Rom. 9.

Psal. 49.  
Leuit. 13.  
Psal. 136  
Thren. 2.  
Ose. 14.  
Psal. 50.  
Leuit. 13.  
2. Cor. 11.

dum est nisi his, qui vnitatem fidei fatentur, quique non falsa veris miscant, sed solidam & firmam doctrinam prædicant. Si hoc Christi exemplum imitati fuissent Germaniæ principes, non sic miseret tota incenderetur Germania. *Facta autem die egressus ibat in desertum locum.* Admonet locum iste apta & secreta loca esse eligenda, vbi Deo melius possimus vacare. Filij enim prophetarum à populi tumultu fugiebant: & Ioannes Baptista (quo nemo maior) ne leue saltem fame possit vitam maculare, antra petiit deserti. Ioannes quoque euangelista in insula Pathmos habuit reuelationes plurimas. Sed iam nunc multi, qui vitam apostolicam & monachatum sunt professi, aulas principum, & palatia regum circuire solent. Docet secundo locus iste ne præmium, aut retributionem expectemus ab his, qui docentur à nobis, aut ab his quibus benefecimus. Sæper enim suspicio inanis gloriæ fugienda est. Sed multi non solum sibi gratias agi pro collatis in alios beneficiis cupiunt sed pro eis etiam, quæ nunc fecerunt, id ipsum cupiunt, dicentes suo fauore & auxilio alios euectos esse ad honores, & in amplam dignitatem esse constitutos, cum tamen in rei veritate apertissime metiantur. Non sic Christus, qui postquam tot præclara dixerat, & tanta miracula fecerat, statim, vt dies facta est abiit in desertum fugiens humanas laudes & honorem seculi. Nolimus ergo exemplo Christi laudes hominū, aut gloriam mundi quærere, sed ad solum Deū oculi nostri aspiciant, & ad eum mentem, animum, & intentionem conuertamus. Vnde egregius psalter. *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum.* Ac si diceret. Quemadmodum ancilla non alio oculos auertit, sed semper dominam intuetur, quæ retribuere illi debet, & multa donare beneficia: sic tu ad nihil aliud mundanum, nisi in Deum solum oculos debes conuicere. Quis obsecro tam ignarus & stolidus esset homo, qui si lapidem preciosum inuenisset, eum in manus rustici vel agricolæ traderet, vt valorem eius taxaret? Mundus quidam rusticus est, qui valorem & intentionem operum nostrorum non cognoscit, nec quantum Deum diligamus: ideoque non committat illi opera tua, Deo tantum stude placere & fuge mundi laudes, & seculi vanitates exemplo Christi saluatoris nostri: qui ob hæc vitanda pericula fugit in desertū. Et quid turbæ? *Et turba requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum: & desinebant illum ne discederet ab eis.* Nonne vides quomodo honor eum sequitur, qui ab ipso fugit? Optime quidem vmbre assimilatur, nam ab eo fugit, qui ipsam sequitur: ipsa autem post eum sequitur, qui ab ipsa fugit. Fugit Christus honorem, ipse autem vsque in desertum Christum sequitur. Moyfes in deserto habitans pascebat oves suas, cum à palatiis Pharaonis fugisset, & ab Aegypti honore: quando electus fuit à domino in regem Israel. Ita etiam beatissima virgo Maria clausa erat in parua ciuitate Nazareth: & Ioannes etiam in deserto absconditus: quos tunc dominus ab eis vocat locis, & alterum in præcursores, alteram vero in ma-

trem elegit. Sine dubio hi omnes valde erant obliuati tantorum honorum atque dignitatum, quibus dominus hæc omnia dedit, sine eo quod ipsi aliquid negotiarentur, aut ea curarent. Facigitur & tu quod in te fuerit, & teipsum totū in manus Dei constitue, hæc omnia mundana reiciens, & nihili pendens: nam ipse sine dubio te honorabit in terra & in cælo insignibus & præclaris honoribus, cum nullius rei tu sollicitus sis. Sancti illi eremite eremum habitates, vt Hilarius, Paulus, Antonius fugientes mundum, cauernas & antra habitabant cum feris: quos videas quantum mundus celebret, & honoret. Disce itaque quomodo honor sequitur fugientem. Disce etiam ab hac turba quærere Iesum per fidem, iuxta illud sapientiæ. Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis, quærere illum. Postquam vero eum inuenieris eum tene per charitatem, sponsam sequutus, quæ dicebat. Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. Disce etiam ab hac turba magna diligentia & cupiditate quærere verbum Dei. Turba enim omnibus aliis negotiis dimissis, solius verbi Dei curam habebat. Demum vt concludam nulla hic metio sit de principibus, magnatibus, diuitibus, aut magistratibus: sed de turba. Diuitiæ namque, honores, & voluptates non querunt verbum Dei: hæc potius namque impediunt verbum Dei, & quæ sunt spiritus eius. *Quibus ille ait, quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum.* Sicut sol iste visibilis non in vno loco cæli persistit immobilis, sed vt claritate sua totum mundum illustret circuit orbem terrarum: ita Christus qui sol est iustitiæ, & vera lux mundi, vt omnes veritatis suæ luce ab ignorantia tenebris, quasi à quadam mortifera nocte vindicaret, quamuis rogatus noluit in vno loco manere, vt pote qui propter omnium hominum salutem in hunc mundum venerat. Vbi discere debent verbi Dei prædicatores nō in vno loco quiescere: sed sicut seminaria omnia loca percurrant emanantes verbi Dei in cordibus hominum. Observa quod poterat in vno loco manens omnes ad se trahere: non tamen id fecit, exemplum nobis relinquens, vt nunquam quiescamus, sed vt ipsi quæramus perirent. Sicut pastor qui quærat oves perditas, & sicut pius medicus ad infirmum accedit. Ait autem, quia ideo missus sum, scilicet vt animæ infirmitates apud vos curem non corporum: & ideo ad prædicandū missus sum, vt animis medicinam exhiberem, potiusquam corporibus. Si autem aliquando corpora curo id facio, vt corpora sanauis animæ inhæreant, vt homines visis miraculis veniant ad fidem. *Et erat prædicans in synagogis Galilee.* In Synagogis docuit, vbi multitudo populi confluerebat. Veritas enim non appetit angulum, sicut Christus per Ioannem affirmat. Omnis qui facit veritatem venit ad lucem, vt manifestentur opera eius. Vnde Anna interroganti de doctrina eius, respondit. Ego palam loquutus sum mundo ego semper docui in templo & in synagoga. Sed hæc de re plana dixisse sufficiat: & hæc de hoc capite: nunc de profectu verbi Dei in capite sequenti videamus.



**C**VM Indies apud omnes fama prædicationis Christi magis ac magis cresceret: tanta erat hominum multitudo & frequentia superueniens, vt illis non esset locus in synagogis, vicis, & plateis: ideoque tum propter sermonis dulcedinem, tum propter signa quæ faciebat extra oppida cogebantur eum sequi. Ipse enim docebat non sicut scribæ & pharisæ, sed tanquam potestatem habes. Habebat etiam verba vitæ æternæ vt Petrus ei dixerat. Quid mirum si eius verba, qui patris est sapientia, & in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei sunt reconditi, populū attraherent: cum vel ipsa discipulorum verba tantā haberent vim, vt in vno die Petrus ad Christi fidem tria millia hominum conuerterit? Attrahebat itaque Christus ad se magno impetu & feruore turbas: vt pote in cuius labiis erat diffusa gratia, quapropter ait noster Euangelista. *Factum est autem cum turba irruerent in eum, vt audirent verbum Dei: & ipse stabat sicut flagnum Genesareth.* Nunquā legitur tantus scribarum & pharisæorum ad Christū concursus: cum ad eudem plebem sermo habitus fuerit. Dulcedinem & gratiam suam abscondit à sapientibus & prudentibus huius seculi, & eam parulis & humilibus reuelauit. Etenim pharisæi & scribæ sua scientia inflati verbum Dei contemnebant: & putantes se omnia scire, stulti facti sunt. Si cupis aquam haurire de puteo, est opus vt vas inclinetur, & submittatur: quia in erectum vas non intrat aqua. Sic aqua sapientiæ potauit has turbas Dominus Iesus, quia in simplicitate cordis ad illum veniebant, & humiliter audientes verbum, resocillati sunt. Sed iam singula verba veniunt expendenda. Irruere est cum impetu ferri: in quo feruorem turbarum considera: quæ tanta auditate cupiebant verbum Dei, vt magno impetu current ad audiendum illud. Non solum in templo & in synagoga intra mœnia ciuitatis audiebant verbum, sed per montes & ad deserta properabant, vt illud audirent. Nos autem iuxta Ecclesias habitantes, parum itineris ambulare nolumus, vt conciones audiamus. Fastidimus enim quidquid spirituale & honestum est. Surgent vtique isti in die iudicii sicut Niniuitæ aduersus impios, & incredulos Iudæos, & condemnabunt nos: quia per campos vsque in mare isti properabant vt audirent verbum Dei, nos verò vt id audiamus nec parum laboris volumus sustinere. A quibus discamus opera Dei non segniter & pigre operari, sed cum magno ardore: tenemur enim Christū quærere & eum sequi, audientes verbum eius, quasi exeuntes ab igne. Quapropter Iudas in epistola sua ait: Salutate illos, quasi de igne rapientes. Marnum ne segniter & pigre ab igne separabit, si comburatur? At cum nos vultus quasi insensibiles & sine vita, damnū nostrum non sentimus, nam si id sentiremus, non vtique procrastinaremus. Attende, obsecro, quia diligentia & sollicitudine mundani mudo inseruiunt, & mundana quærunt: vt mercator mane surgit (qui nocte nec in lecto quieuit) quosque labores & pericula patitur, vt sibi pecunias comparet quantaque tormenta patitur is, qui illatam iniuriam molitur vindicare,

quantoque frigore miles in bello premitur & quanta fame: & denique mirandum est, quam innumeros labores hi qui mundo inseruiunt, patiuntur. Quid igitur est cur tu in Dei obsequio non nihil laboris nolis pati? At mundo seruientes diligentissimi sumus: Deo autem inertes & ignaui nos præstamus. Quod Cain Domino obtulit, id pigre & segniter fecit, sero & male. Factum est (inquit scriptura) post multos dies vt Cain offerret Domino de fructibus terræ munera. Non sic sanctus Patriarcha Abraham qui statim nocte consurgens, nec mane expectans, abiit ad sacrificandū filium: quod iam illi à Domino erat iussum. Sic istæ turbæ fecerunt, quæ certatim ad Christum properabant, vt verbo Dei satiarentur. Laudatur Maria, quia sedens secus pedem Domini, audiebat verbum illius, sed feliciores sunt turbæ istæ, quæ à domibus exiebant, & properabant ad Dominum, vt illius verbum audirent. Aliqui dicunt nolo audire concionem, quia cum tali homine inimicitias gero, quousque odium hoc deponā, & illius vindictam sumam: cum etiam & ego sapiens & doctus sim, nec vllam habeam necessitatem audiendi concionem. O quantum fallaris homo qui hæc tecum cogitas, nescio verbis exprimere. Esto quantumuis doctus, nihilominus tamen viuā vox habet nescio quid latentis energiæ. David sapientissimus erat, & magnam Dei cognitionem attigit, & diuinis reuelationibus donabatur: nihilominus hæc omnia nihil ei profuerunt toto tempore, quo in peccato vixit. Sed tamen protinus, vt ad eū venit Nathan Propheta ad viuam vocem prædicantis conuersus est, & dixit: Peccaui. Similiter Nabuchodonosor contempnabatur illam arborem, quæ statum suum designabat, sed nihil ipse hac cogitatione mouebatur: sed cum adiuncta fuit visioni & contemplationi viuā vox Prophætæ Danielis, poenitentiam egit. Doctus erat Paulus in lege, qui præclare didicerat ad pedes Gamalielis, sed nihil ei profuerat: tamen cum viuā vocem à cælo dicentem, Saule Saule cur me persequeris, audiuit, statim attonitus & stupefactus cecidit dicens: Domine quid me vis facere? Vide quomodo illū quem scripturæ lectio, & libri non conuerterant, vox prædicantis conuertit. Ne per Christi amorem dicas, & per sanguinem suum preciosissimum effusum, non relinquam concubinam, frustra prædicator clamat, nolo illum audire nec interesse concioni. Impia enim hæc vox est. Abierunt quidam impij peccatores & animo obstinati vt caperent & apprehenderent Iesum ex mandato pharisæorum: & inuenerunt Iesum concionantem ad populum, quem audientes compuncti corde reuersi sunt, dicentes: Nunquam sic loquutus est homo. *Ioan. 7.* Sic tibi accidere potest, sicut istis, & sicut Paulo. Nam si in peccatis iaces, consiliū salubre est, vt audias conciones. Si autem iustus & rectus es: aduertere debes, quod sal nō solum mortuas carnes conseruat, sed etiam viuas. Sic verbum Dei nō solum eum qui in peccatis iacet iustum efficit: sed etiam iustum pascit, alit, & sustinet. Hæc dixi, vt semper amici simus & cupiamus audire verbum Dei, & id diligenter inuestigemus, horum exemplo qui Christum tanto conatu, & ardore sequebantur.

Matt. 11.  
Apo. 1.

Psal. 122.

Exod. 3.

Luc. 1.  
Luc. 3.

Matt. 7.  
Ioan. 6.  
Colo. 2.

Ath. 2.

Psal. 44.

Matt. 11.

Sap. 1.

Rom. 1.

Mal. 4.

Matt. 12.

Ioan. 8.

bantur. ¶ Præterea quid mirum quod desiderio audiendi irruerint turbæ, cum de Salomone sit scriptum quod omnis terra desiderabat audire sapientiam eius: sed ecce plusquam Salomon hic. *Es ipse stabat secus stagnum Genezareth.* Optimū est memoriam habere & recordari locorum illorum, quibus nobis Dei beneficia contingunt, vt diuina nobis collata beneficia semper commendēt. Quod sanctos illos antiquos fecisse legimus. Nā loco vbi Deus apparuit Iacob, nomen Bethel, imposituit ipse Iacob, & locum designauit. Sic fecisse auum eius Abraham scriptura cōmemorat. Stagnum autē Genezareth est id, de quo scripturæ loquuntur, quādo cumque mare nominant. Et est iste lacus inter Galilæam ex parte occidentis, & terram duarū tribuum & dimidiæ ex parte orientis. Per quem lacum transit Iordanis fluius. Vnde aquarum copia abundat, sicut aliqui lacus magni qui sunt in Germania, per quos transeunt flumina magno impetu: sicut Rhenus qui transit per Constantiam. Iordanis autem oritur in parte Aquilonari terræ Iudeorum ad radices montis Libani, iuxta ciuitatem quæ dicitur cesarea Philippi: & fluens peruenit in Galilæam, & ibi transit per hunc magnum lacum: & ultra progrediens transit iuxta muros Hierico, & inde intra mare mortuum, & ibi absorbetur. Est autē hoc stagnū duodecim leucarū spacio protensum, contrahitur autem octo leucarum spacio: habet autem littus arenosissimum, palmis plenum, & malis citreis: aquam verò dulcem habet, & plurimos & optimos pisces. Vocatur autem hoc stagnum Genezareth, aliquando Euangelistis fretum, vt à Matthæo & Marco: & interdum mare Genereth, & hoc est nomē illi antiquissimum quo nomine in libro Numerorum nūcupatur, & etiam in Iosue: à quadam ciuitate nomine Genereth, quæ erat in littore huius maris à parte Occidentali, quæ postea dicta est Tiberias. Hæc est ratio quare Euangelistæ nunquam vocauerunt hoc mare Genereth sicut in veteri testamento: quia quando Euangelistæ scripserunt nomen vrbis iam erat mutatum. Ideo Ioannes vocauit mare Tiberiadis, & Marcus & Matthæus vocant mare Galilææ, quod nomen communius erat, quia istud mare est in Galilæa in finibus sortis Zabulon, & sortis Neptalim, vt Matthæus ait allegans Esaiam Prophetam. Vocatur autem Genezareth à quadam ciuitate, quæ erat iuxta stagnum vocata Genezareth, siue Genezar: vel vt quibusdam placet sic est nuncupatum, quod flātibus ventis, crispātibus vndeis, auram ex se generare videatur. Attende autem quod Lucas hic non seruat ordinem historiarum: nam hæc historia non contigit post curationem socrus Simonis, & post alia signa quæ Lucas in præcedēti capite scripsit, sed antea. Intentio autem Euangelistarum fuit, gesta & miracula, & prædicationē Christi ad fidei firmitatem, & ædificationē ecclesiæ, & vtilitatem credentium narrare. Ad hæc autem præstanda, nihil refert quid prius præcesserit, aut quid postea sequatur. *Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia sua.* Erant autem istæ naues iuxta littus, vt est moris nauatarum. Et Petrus, Iacobus, & Ioannes descendentes à nauibus mundabant & lauabant retia sua, vt complicarent ea, quia ni-

hil ceperant, & volebant tempus aptum expectare ad piscandum. *Ascendens autem in vnā nauim, quæ erat Simonis rogauit eum à terra reducere pusillum.* Expende Christi bonitatem & humilitatem, rogat cum solo nutu possit adducere, aut præcipere Petro: modestiæ & humilitatis exemplum præbens prælatis. Multa enim sunt quæ etiā si prælati præcipere possint: rogare tamen debent subditos, vt ea faciant. Sed multi sunt nunc domini & prælati, de quibus conqueritur dominus per Prophetam dicens: Cum austeritate imperabatis eis & cum potentia. ¶ Præterea quāuis Christus nauim adducere possit, noluit tamen nisi rogare Petrum, vt ipse libere & ex sua voluntate daret eam petenti. In quo etiam docuit mundi Saluator nullum esse opus Deo acceptum nisi sit voluntarium: nam opus bonum ex dilectione pensatur, nam hilarem datorem diligit Deus. Quanto plus dilectionis opus habuerit tāto magis Deo erit acceptum & meritum. Vnde in Leuitico præcipiebat Dominus. Omnis æstimatio, sicut Sanctuarij pōderabitur. Omne opus bonū, quod Deo offertur sicut diuini amoris ponderandum est. Si ieiunas, si oras, si elemosynam tribuis, sicut diuini amoris hæc omnia sunt tibi ponderanda. Pondus meum (inquit Augustinus) amor meus. Si parum ponderis diuini amoris habuerit opus bonum tuum, parum mereberis. Si Deo tuo lachrymas obtuleris, si preces, ieiunia, & omne tuum studium, ponderetur in sicut Sanctuarij: vt eorum retributionem videas iuxta pondus amoris. Vt autem intelligas quomodo Deus ea quæ ex voluntate & dilectione procedunt acceptat: nō nauim vi rapit, sed eam petit: vt Petrus sua sponte illam præberet, nam alias Dominus non eam acciperet, neque acceptaret. In voluntate tua sedet & constitutum est, velle Deo dare vel non: & illa tantum ex manu hominis Deus accipiet, quæ ex voluntate oriantur. *Et sedens docebat de nauicula turbas.* Sub diuo solis calori expositus, sine sede, sine subsellio, docet Iesus de nauicula turbas. At nunc quo apparatu, qua pompa, & maiestate, induti sericis & bombicinis vestibus episcopi docēt? Ad turbas autē etiam si protēcti sint à calore verba facere dedignantur. Non vtique auctoritatem damno, sed superfluum pompam, maiestatem, & vanitatem aliorum detestor. Sed iam singula verba quæ obseruatione sunt digna aduertamus. Primo ait quod sedebat, deinde docebat, & vltimo loco de nauis, sedit vtique primo vt non perfuntorie & velut aliud agens: sed summa cura & maximo conatu infirmitatibus animæ tuæ medietur sue admirabilis doctrinæ excellentia. Videns itaque cælestis medicus tantam gentis multitudinem ægram & languentem, vt omnes curet quietus in nauicula sedet: in quo quidem si aduertere libet ingentem amorem, quo nos prosequitur, videbis relucere. Nam cum aliquis medicus hominem pauperem & egenum accedit curaturus, celeriter, propere, & stans illum curat, & protinus abit. At si infirmatur eius filius, vel auicus, vel vxor, quā maturo gradu, quā serio, & quā cura & diligentia ægritudinem agnoscere studet: vt eam citius curet, & remedia necessaria adhibeat. O piissimum atque clementissimū nostrarū animarum medicum, qui vt nobis medietur, & salu-

tifera medicamenta apponat, sedet. Credo equidē quod nisi nos tam anxie, & tam paterno amore diligeres, non ita serio curam animarū nostrarum susciperes. ¶ Præterea sedit docens in nauicula Petri, vt insinuet semper se ecclesiæ suæ assistere, quæ nauicula Petri est. Nunquam Christus ecclesiam suam dilectissimā dereliquit: semper enim docet & erudit eam. Ecce, inquit, ego vobiscū sum, vsque ad consummationem seculi. Incredibilis est demencia Lutheranorum, qui existimant Deum ecclesiam suam fuisse oblitum plusquam mille & quingentos annos vsque ad tempora sui Lutheri: per quem illuminauit illam tanquam per virum Apostolicum & Euangelicum. O detestandā cecitatem & dementiam perditorum hominum. ¶ Secundo obseruandum est quod docebat Christus illas turbas: quid autem doceret, non explicat Euangelista. Sicut etiam subsilentio præterierunt Euangelistæ multa miracula & gesta Christi. Verum multa, quæ nūc tenet ecclesia, quæ nec Euangelistæ tradunt, certum est ea Christum tempore suæ prædicationis docuisse, & quod Apostoli sicut ab ore Christi audierant, ita tradiderunt ecclesiæ. ¶ Tertio obseruandum quod de nauicula docet, vt insinuet neminem posse docere, qui extra nauiculam Petri fuerit: nam qui extra ecclesiam docet, is non bene docet, sed potius seducit. Lutherus & qui suæ factionis sunt extra Petri nauem, non docent, imo potius homines seducunt. Secundo de nauis docet, vt scias nullum esse locum ineptum ad docendum quæ sunt Dei. Modo Christus in synagoga docet, modo in monte, modo in cam po, & nunc in nauis secus stagnum prædicat. Tertio de nauicula prædicat, vt omnes possēt recte cōspicere. Nos Deum à tergo relinquimus: ipse verò corā oculis nos semper habet, vt multa dona nobis impartiat. Quarto, vt ostendat, quantā necessitatem ipsius habeamus. Quis, obsecro, alterius opus habet, aqua ne terra? an terra aqua? Certum est terram aqua indigere. Sic nos indigemus Christo, atque ideo ipse est in nauis in aqua, & populus in terra iacens. Quinto ex nauis docet vt ostendat periculum in quo prælati & prædicatores sunt constituti. Securius magis ambulat qui per terram iter facit, quam qui profundū mare ingrediuntur nauigant. Sic prædicatores maiora naufragia patiuntur ambitionis causa, vanæ gloriæ, & humanæ laudis, quam plebs ignara & simplex. Sexto Christus est in mari, populus autem omnis in terra: nam prædicationis munus & status extra mundū & extra omnia quæ in eo sunt situs esse debet. Seculares in terra sunt, sed in fine illius, & iuxta littus maris habitare debēt, quia vt inquit Paulus, qui habent tanquā non habentes sint, & qui vtuntur hoc mundo tanquā nō vtantur, & qui habēt vxores tanquā non habentes. Sed prælati & prædicatores longe à rebus terrenis debent esse, omnia quæ in terra sunt cōtemnentes, & Deo solum vacantes. *Vt cessauit autem loqui dixit ad Simonem.* Vt vera esse ostēdat, quæ antea dixerat, post prædicationē miraculum operatur. Confirmat quæ dixerat Christus in signi miraculo, vt de illius doctrina minime dubitare possis. Sic & Apostoli profecti prædicauerūt vbi que Domino cooperante & sermonē confirmante sequentibus signis. Solent nāque Deus (vt Chryostomus an-

notat) coram eis qui legem suam accipiunt, quasi pignora quædam suæ potentia miracula edere. Sic quando hominem fecit prius mundum, creauit, & postea homine iam cōdito, legem in paradiso dedit. Abraham quoque multa signa legitur præstitisse, vt duas illas regū victorias, insignem quoque aduersus Pharaonem plagam: & etiam id quod de variis periculis eum liberauit. Et cum legē esset Iudæis daturus, prius mirabilia illa magna & signa multa ostēdit. Sic etiam in præsentiarū fecit. Præterea primo verbum suum cibum mirabilens animabus dedit, deinde corporibus reficiendis pisces. Vide etiam quā magnificus, & liberalis largitor sit Dominus: prædicauerat de nauis, sed non reliquit Dominum nauis sine mercede & premio. Duo quippe maxima beneficia in illum contulit. Primo nāque piscium multitudinem dedit: deinde eū constituit & elegit in suum discipulū. Aspice, obsecro, & aduerte, quanto eū fœnore & lucro Deus rependit, quidquid pro illo facimus, nam pro conductione nauis, multitudinē piscium dedit Petro, & (quod plus est) mentē illius illuminauit, & fidem præbuit. Ita quod & retributionē corporalem & spiritualem donauit. Discamus igitur soli Deo seruire: quādoquidem tam optimus est remunerator. Nam quidquid pro mundo, vel pro hominibus feceris: in retributionem non nisi ingratitude accipies. Vnde egregius psaltes. Dederunt mala pro bonis, & sterilitatem animæ meæ. Discamus grati esse, sicut Christus, qui pro minimo illo obsequio nauis præstitit tot dona Petro contulit. Gratus fuit Ietro sacerdos Madian cum dixit filiabus: Quare non introduxistis hominem? Gratus etiā Eliseus hospiti cum dixit: Si habes aliquod negotium cum rege, &c. ¶ Discamus etiam postquam diuinam concionē audierimus non ad Bacchanalia, Orgia, ludos, & choreas abiere, sed potius ad sancta opera, sicut beatus Petrus fecit. Vnde in Prouerbis dicitur: Panē ocioso non comedit. ¶ Discamus etiam prius querere regnum Dei & iustitiā eius: & postea quæ necessaria fuerint ad corporis honestū victū. Prius Christus egit de spiritali animæ cibo, & postea de corporali: quod vtique scilicet modo acquiritur, si laborem tuarū manuum manducaueris. Denique finitis sacris concionibus ne queras cœnopolia, non theatrum: sed ea quibus honeste viuere possis, quæque aduersus Domini præcepta nō pugnant. *Duc in altum.* Id est in profundum. Sic in Ioanne. Puteus altus est. Et in psalmo. Veni in altitudinem maris. Et ideo vocatur altū, quia aqua distans à littore altior est: quo, vt clarius intelligas fuit, ac si dixisset. Recedamus à littore, & in medium siue in profundum maris abeamus. *Et laxate retia vestra in capturam.* Habet & mundus sua retia, habet Satanas piscatores suos: qui miseris animas carnis blandimentis in mortis carcerem coniciunt: sed scilicet quas sagena Apostolica de profundo criminum & errore abducit, & è tenebris ad lucem, & è peccati sordibus ad pristinam & albā vitā reuocat. Non trahuntur ad mortem, sed ad vitam, vt Paulus inquit. Non quero 2. Cor. 12. vestrā, sed vos. *Et respondens Simon dixit illi. Præceptor per totam noctem laborans, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.* Vide, obsecro, Petri obedientiam & fidem quam in Christum habuit. Nouerat

3. Reg. 10  
Matt. 12

Gene. 28.

Genes. 22

Matth. 8  
Mar. 4.  
Num. 34.  
Ios. 11.

Ioan. 6.  
Matth. 1.  
Mar. 4.

Matth. 4.

Mat. 23

Exod. 14.

2. Cor. 9.

Leui. 27.

Aug. li. 4  
c. 28.

Genes. 1.  
Gene. 12.  
Exod. 19

Psal. 34.

Exod. 2.  
4. Reg. 4.

Prou. 31.

Matth. 6

Ioan. 4.  
Psal. 68.

1. Cor. 7.

Mar. 15.  
Chry. ho.  
14. in  
Matth.

2. Cor. 12.



Nouerat enim Petrus, vtpote qui peritus erat in arte piscatoria, quod noctu pisces super aquas natant, adueniente autem die in profundum aquæ abeunt: cumque tota nocte nec vnum piscem capere potuissent, multo minus die caperent. Nihilominus tamen plus fidei præstans verbo Christi, quam naturali rationi, decernit rete suum in mare proiicere: nihil obstante, quod id quod Christus præcipiebat rationi videbatur aduersari. Hæc enim est natura fidei, vt credat ea, quæ supra rationem sunt humanam, quæque rationi aduersari videntur. Non quia fides sit contra rationem: sed quod eam superet, ac longo discrimine transcendat. Quocirca diuinus Paulus vocauit illā substantiam rerum non apparētium. In verbo tuo, dixit **Heb. 11.** Petrus, quia fides verbo Dei nititur: iuxta illud Pauli. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Et Ioannes. Potestatis dedit eis filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Et idem in **Rom. 10.** epistola prima. Hoc est præceptum Dei, vt credamus in nomine filij eius. Sed de his, quæ ad fidem attinent, quia aliis in locis multa diximus, & differuimus, nunc cætera consideremus. ¶ Discamus etiam à beato Petro protinus, vt aliquid ex parte Domini fuerit præceptum, illud opere complere nulla facta mora. Abraham Deo obediuit, quāuis ea quæ videbantur aduersari promissionibus sibi factis Deus præciperet. Sic Petrus apostoli Domini mandatis, quamuis contra artem piscandi præcepit: sicque meruit innumera piscium multitudinem colligere. Laborauerat tota nocte, & nihil ceperat: sed obediens Domino omne tempus amissum recuperauit, & omnia delicta transacti medicamen acceperunt, ideoque repletum est rete piscibus. Poteris quidem tota nocte laborare, & nihil lucri inde portare: & quidem etiam poteris vnico tantum iactu retis in mare multitudinem piscium colligere. Ita nimirum poteris multū atque diu laborare, & parum mereri: & parum laborans poteris multum mereri. Si contra obedientiam multum laboris sustinueris, nihil mereberis: & si sola tua voluntate laboraueris, parum etiam mereberis: at si obedientiæ mandato laboraueris, ingenti retributione dignus eris: Quando beatus Petrus tota nocte laborauit, nihil piscatus est: at cum Christi mandato parū suscepit laboris, meruit multitudinem piscium capere. Nolis igitur, tu, qui religiosus es, prælatorum obedientiam fugere, & à laboribus communitatis te abstinere. Quis, obsecro, locus est magis sublimis, aut maioris dignitatis, quam Empyreum cælū, in quo Angeli conditi sunt, & à quo demones facti ceciderunt, cum suam propriam voluntatem sequi velent? Et optimus locus terræ erat terrenus paradisus: à quo primi nostri parentes propter inobedientiam egressi sunt lamentantes. Qui obediens est, manducans ieiunat: dormiens vigilat, & in quiete laborat. Multi sunt qui existimant, quod obedientia degentes vitam, & ea facientes quæ prælati iubent exterius, esse perfecte obediētes: existimantque interius propriam voluntatē non esse abnegandā. Qui quidem manifestissime falluntur: nam etiam si illa obedientia sancta sit, atque necessaria: non tamē ideo alia interior obedientia & multo excellentior excluditur: quaquidem anima tenetur diuinis inspirationibus obe-

dire, ea omnia negando, quæ sentit aduersari his quæ magis grata, & placencia sunt Deo: tanto feruore & ardore vt non solum his obediamus, quæ clare cognoscimus in diuinis literis esse à Deo præcepta: sed etiam his quæ vel nutu ipse à longè ostendit, dummodo certo sciamus sua esse. Sic Moyses & Aaron dixerunt Pharaoni, Deus Hebræorum occurrit nobis. Non dicunt, Deus Hebræorū hoc præcepit, sed occurrit: & statim quasi diuinantes voluntatē eius volūt iter agere trium dierum. Sic vera obedientia est, quæ statim vt agnoscit voluntatē prælati, eam adimpleas, ne dum ipso præcipiente. ¶ Modo autem quia infinitum esset abire si de fructu & bonis obediētiæ esset nobis agendum: aduerte cum beato Petro, quidquid feceris, vt in nomine Christi facias, quo fiet, vt scilicet ea omnia assequaris quæ desideras. Omnes enim actiones & studia nostra in nomine Domini exordienda sunt, vt foelicem euentū videamus. Vnde beatus Paulus. Siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et iterum. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo. ¶ Sed iam alia circa hoc miraculum consideremus, vbi aduertenda & admiranda venit diuina potentia atque sapiententia, quæ contraria contrariis curat: nam cum tota nocte nihil cepissent apostoli, iubet in die quādo pisces in profundū aquæ abeunt, retia in mare mittere, & ita multitudinē piscium colligunt, vt vel sic admiranda ostēdat opera sua. Sic infirmitas solet contrariis curare. Vnde in Numeris legimus, quod cum filij Israel à serpentibus essent vulnerati, crexit Moyses serpentem æneum ardentem, quem aspicientes filij Israel sanabantur à moribus serpentum: fertur enim naturam esse aris candentis, vt si quis à serpente morsus illud intueatur, statim moritur. Sed Deus vt illustrius, faceret miraculum fecit vt contraria contrariis curarentur. Idem possemus dicere de aquis amaris, vbi lignum illud fuit proiectum: & de sale quem misit Eliseus in aquas Ierico, quæ naturale non poterant esse dulces, sed falsæ cū proiectis esset in eas sal: verum istæ aquæ, quæ antea amaræ erant factæ sunt dulces contra ordinem nature. Idem dicere possumus de massa sicorum, qua curatum fuit vlcus regis Ezechiæ, quæ certe contraria erat infirmitati. Sed ita Deus sua opera solet facere, vt sua omnipotentia magis eluceat, & vt clarius miraculum agnoscat. ¶ Præterea cum dicit Petrus quod in verbo Christi vult laxare retia, docet prædicatores, vt non philosophorū argutiis, aut poetarum neniis retia prædicationis euangelicæ laxent, sed in verbo Christi, quod in sacris voluminibus abundat. Docet etiam prædicatores vt laxent rete prædicationis in verbo domini non ad gloriam suam, neque ad quæstum, non ad aliquod humanum desiderium, sed ad salutem eorum, qui capiuntur: sed in laudē & gloriam Dei. Vnde Ieremias ait: Propheta, qui habet somnium, narret somnium: qui habet sermonem meum, narret sermonem meum. ¶ Vltimo & postremo loco ad nostram eruditionem præter iam dicta alia tria discutienda sunt. Primo quo modo vbi Christus abest, ibi maximus labor & calamitas est: quod quidem manifeste apparet, cum

rantes. Secundo est aduertendum, hunc laborem inutilem esse & inanē, quod exprimitur, cum dicit Euangelista, nihil ceperunt. Tertio docetur, quod Christi potentia & virtute labor noster licet paruus, tamē vtilissimus est, quod insinuauit dicens, in verbo tuo laxabo rete. ¶ Attende primo quantum mundus suos amicos discruciet, & quot labores perpeti faciat. Per totam, inquit, noctem laborauimus. Sine Christo laborant, & nihil fructus colligunt. Homo sine Deo multum laborat, & nullam mercedem inuenit. Seruicis diis alienis (inquit Ieremias) qui non dabūt vobis requiem die ac nocte. Obsequens tuis affectibus, nimis laboras, & maxima tormēta pateris, sicā Dalidæ delinimenta fortissimum Samsonem in interitum adduxerunt, quemque Philistæi obcæcauerunt, & in molam asinariam conduxerunt. Tu igitur, qui mundo diligenter inseruis, qui que suas diuitias & oblectamenta quæris, intellige te alium esse Samsonem qui ligatis oculis molam asinariā circum: In circuitu impij ambulat ait Psalmista: nam peccatores non vias rectas ambulant, quas Sapiens dixit iustos perambulare. Homines namque mūdani anxio labore degentes vitam, in circuitu ambulat in mundo sicut porta in cardine suo, neque vnquam à termino & sine suorum peccatorum exeunt. Inuertitur illis caput, & tanquā gens sine sensu vanitatem quærant & falsa oblectamenta concupiscunt, & in suis vanitatibus laborant. Ideo Sapiens in persona istorum, inquit. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. Attende, obsecro, quod tota nocte huius vitæ, mūdī vanitatibus inseruis, à quo nihil aliud retributionis nisi poenitentiam & confusionem accipies. Solet enim contingere vt adolescens captus à more mancipij, illud in vxorem ducat, qui etiam si videat se omnino perdi, nihil facit suam perditionem. Ita nimirum volūtas nostra diuini amoris oblita, sic adeo huius mundi amores concupiscit, vt se ancillam & captiuam afferat illius, omnibus laboribus se subiiciens. Nouerat enim bene fortissimus Samson Dalidam ad nihil aliud velle scire, vbi suarū virium robur & vim haberet, nisi vt eum ad interitum duceret: nihilominus tamen sic adeo illius capiebatur amore, vt potius elegerit captiuum & mancipium fieri, quā Dalidæ esse molestum. Miser equidem in interitum ductus fuit, cum crederet Dalidæ mendacibus verbis. Quid, obsecro, aliud emancipatum te mundi obsequio habet: nisi fides, quam suis mendaciis & fallaciis præstitisti? Piora illa oblectamenta & illecebræ, quibus sui amoris principio te trahebant, in labores, quos nunc pateris adduxerunt. Nunquam mūdus nec momentum quietis tibi dabit, etiam si per totam vitam ei diligenter inseruias. Nullus maior labor, quā suis affectibus seruire, postquam verò te ipsum nimis discruciaueris tota nocte, quid inde excerpis? nihil. Per totā noctem laborantes nihil cepimus. ¶ Vnum hic illud maximè notandū est, quod omnes qui mundo inseruiunt, & sine Deo laborant, gratis & nulla accepta mercede se discruciant. Vt autem nec latum vnguem ab historia, de qua nunc agimus, discedamus: quam, rogo, mercedem Philistæi retribuerunt Samsoni pro omni accepto labore? nullam vtique. In qua quidem re

tu, qui mundo inseruis, & suis stas, id aduertere debes quod etiam si fidem præto tuo vitæ discursu te mille laboribus mundo ciaueris, nullum inde reportabis præiudicium: quibus quidē annis, & magnis perperis laboribus laboraueris, Laban: à quo decies fuit deceptus, & mercedem illi debitam negauit. Multi sunt huiusmodi homines, qui diligentissime omni semota pigritia se mundi mancipia exhibent, semper honoribus & diuitiis intenti: at mundus negat illis mercedem, quam promisit. Mundi sarcina ponderosa est, & anxius labor, à quo nulla vtilitas reportatur. Ideo Esaias: Telas aranæ texuerunt. Exenterat se aranea, & maxima cura & solitudine telam texit: omnia autem facit, vt muscas capiat. Ita ambitiosum videas vel auarum: qui animum, mentem, & cogitationes ad nihil aliud applicat, quā ad diuitias, honores & dignitates: at postquam hæc omnia consequutus est, tanta suæ animæ & cōscientiæ iactura, quid, rogo, habet miser? Quid adquisiuit nisi muscas? Per totam noctē laborantes, nihil cepimus. Musca præter id, quod vilis est & immunda, importuna est & molesta: nam si semel & bis illam à te repellas, iterū atque iterum redibit. Solet enim auarus in lecto suo per noctis quietem iacere, protinusque & improviso subit eum cogitatio quomodo carius vendet triticum: at ipse secū pugnat an vel possit quiete summum capere, sed iterum importuna musca, id est, anxia cura & cogitatio eum pungit, ne dormiat, ne quiescat, ne (si liberit in noctis tranquillitate) Deo vacet. Idem exemplū poteris de hominibus cupidis, & de eis qui illas iniurias vindicare curant. O miserum peccatorem, qui tanta cura & solitudine, tot laboribus, & vigiliis tanquā aranea telam texiisti, & honores, & diuitias cōsequutus es. Nunc autem quid habes nisi muscas, postquā maximam iacturā corporis & animæ fecisti? grandes curas, & solitudines lucratus es, & plures cōscientiæ tuæ morsus: qui tanquam importunæ muscæ te semper inuadent. Grauis calamitas, & crudele tormentum est, vt seipsum homo discruciet vt curas & solitudines acquirat. Ideo Esaias in eodem capite subdidit. Opera eorum inutilia: cogitationes eorum, cogitationes inutiles. Iob etiam ait: Sicut tela aranearum fiducia eius. Grandis plaga illa fuit Aegypti, quādo Dominus muscas im-misit: & maior plaga quam nunc patiuntur diuites prælati, & magnates huius seculi, illa est, scilicet, maximæ curæ, & importunæ cogitationes, quæ semper hos discruciant. Et denique hoc vno verbo vt omnibus his dicēdi finem imponamus: postquam hi miseri per totam noctē huius vitæ tam anxie laborauerunt, quid habent? habent equidem pauperem sindonem, & angustam sepulturam. Si resurgeret nunc à sepulchris, Cēsār, Pompeius, Alexander, & omnes principes mūdī, quorum memoria vteris seculis & presentibus protensis historiis celebratur, quid diceret? diceret vtique, per totam noctem laborātes, nihil cepimus. Cæci ambulauimus in tenebris ignorantie nostræ, quærentes gloriam huius mundi: quæ velut sumus pertransiit, & nihil illius habemus. Nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis. Laborant miseri per totam noctem huius vitæ: at postquam mors aduenit, nihil illis profunt omnia adquisita.

Heb. 11.

Rom. 10.

Ioan. 1.

1. Ioan. 3.

Gen. 22.

Genes. 3.

Exod.

1. Cor. 10.

Colo. 5.

Psalm. 11.

Sap. 10.

Prin. 29.

Sap. 5.

Num. 21.

Exod. 17.

4. Reg. 2.

4. Reg. 29.

Iere. 23.

28.

Esai. 59.

Iob. 8.

Exod. 8.

Psal. 75.



minimus piscis escam comedit quo fit vt hamus appareat, & fugiant maiores pisces. Sed in piscatione spiritali multo aliter contingit: nam pisces magni, paruos impediunt, quo minus capiantur. Nam praelati, magnates & diuites impedimento sunt aliis hominibus ne conuertantur: praebentes illis suis deprauatis moribus & pessima vita peccandi exemplum. Secundo pisces capiuntur ad mortem, & homines in bello ad feruitutem: sed in hac spiritali piscatione homines ad vitam & libertatem capiuntur. In mari pisces qui hamo vel retibus capiuntur, pereunt: reliqui autem viui manent. In hac autem piscatione contrario modo res se habet: nam qui capiuntur a praedatore hamo praedicationis viuunt: reliqui autem intereunt. Obferua autem, quod in eo quod dicit, eris homines capiens: docet praedicatores, vt concionibus suis non quaerunt aurum, nec argentum, no diuitias, honores, aut dignitates, nec hominum laudes: sed solum animas. Sic faciebat ille egregius gentium praedicator, cum dixit Corinthiis: Ego non quaero quae vestra sunt, sed vos. ¶ Obseruandam praeterea quod cum ambae nauiculae piscibus implerentur, vt pene demergerentur, soli Petro dicitur, ex hoc eris homines capiens: cum caeteri etiam essent piscaturi, nam aderant ibi Ioannes & Iacobus: vt ostendat hunc fore principem & vicarium ecclesiae. Eodem modo cum exigeretur tributum Christi dicit Petro: Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, & illum sume & da eis pro me & te. Petrū Christus tanquam post illū futurum vicarium nominat, nulla reliquorum facta mentione. Denique alij Apostoli scapha ad Christum venerunt: sed Petrus super aquas maris ambulans ad Christum venit: quod quidem cum vniuersale sit & omnem terram ambiat, significat vniuersale ecclesiae primatum, caeteri vero particularium ecclesiarum praesides fuerunt. Triplici autem ratione ecclesiae principatus Petro collatus fuit. Primo ratione humilitatis, digni enim sunt humiles: vt aliis praesint, qui officium praelati humiliter exercent. Vnde Sauli ex parte Dei dicitur. 1. Reg. 15. Nonne cum paruulus eras in oculis tuis caput in filiis Israel factus es? Secundo ratione confessionis constantis fidei. Nam statim vt dixit, tu es Christus filius Dei viui, respondit Christus. Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Ac si diceret. Eo quod tu me filium Dei es confessus, atque perinde primam petram & fundamentum huius aedificij quod fabricare intendo: ego te Petrum, id est, secundam petram instituo, qui vicis meas possis in terris gerere. Atque hoc (& non sine magno mysterio) significat illa verborum allusio, tu es Christus, tu es Petrus. Vbi vides quod id quod natura Christo competit id Petro per gratiam tribuitur. Quapropter dum ait, tu es Petrus, & super hanc petram, &c. demonstratio pronominis non refertur ad confessionem Petri, sed refertur ad ipsum Petrum. Ac si dixisset: Tu es petra, & super hanc petram, &c. Et portae inferi non praeualebunt aduersus eam, scilicet, ecclesiam, super te fundata. Et sicut ego habeo clauem David, qui oculos caelos aperturus modo sum, eorundem caelorum ego tibi claus credam: vt quidquid tu solueris, meam gerens authorita-

tem, sit in terra solutum & in caelo, & quidquid ligaueris sit ligatum. ¶ Tertio ecclesiae principatus Petrus collatus est ratione feruentis in Christum dilectionis. Nam cum Christus interrogasset Petrum, diligis me plus his: tradidit ei Ecclesiae primatum, & constituit eum principem domus suae, sicut praedixerat rex Dauid. Nam quod nunc promittit Christus Petro, post resurrectionem suam adimpleuit, cum dixit, Pasce oues meas. ¶ Tertio. Aduertendum quam dulciter & suauiter Dominus suos dilectos in caelum ducit: na reges Magos qui recte calluerant scientiam astrologiae stella duce in praesepe Christi pueri adduxit & beatrum Petrum, qui piscationem multis diebus exercuerat, allicit eum dicens. Ex hoc eris homines capiens. Ac si diceret. Nolo vt artem tuam deseras, imo eandem illustriorem reddam: nam si piscator es, aliud nobilius piscium genus tibi ostendam, quo possis artem tuam exercere. Ita etiam non dicit discipulis vt omnino nolint timere: sed quod non timeant homines, sed eum, qui postquam occiderit corpus, potest animam in gehennam mittere. Non tollit itaque Deus affectus animae: sed obiectum & causam mutat. Sicut in hoc loco non precepit Petro, vt a piscatione desisteret, sed aliam piscationem nobiliorem ostendit, & munus & officium illustrat. Sic cum voluit Deus populū ab Aegypto vocare, sciens illum rudem atque carnalem, nimisque cibo potuique deditum (quod ostenditur cum statim egressi recordati sunt, quando debebant super ollas carnis in Aegypto, & comedeabant panem in saturitate) sic eis Dominus loquitur per Moysen. Dominus Deus patrum nostrorum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos, vt, &c. ad terram fluentem lacte & melle. Vides quomodo affectum non tollit vi, sed materiam in meliorem mutat. Sic tu qui lasciuo & libidinoso amori deditus es, non cito amorem reicias, sed illum in spirituale muta. Sic Paulus Timotheo ait: Praecepti diuitibus huius seculi, non sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, &c. Vide sancti Apostoli prudentiam. Non ab eis tollit spem: sed inquit, ne sperent in incerto diuitiarum, sed quod spem suam, in Deum collocent, quae certa est. Sic Dominus iuueni diuiti. Vnde quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo. Sic Dominus cum Petro non aliter quam cum filiis Israel facit: qui cum illis alios cibos dulciores & meliores dedisset, huic munus aliud excellentius tribuit, & pisces maris in homines transfert. ¶ Expende quarto quod ne homines putarent se in vanum laborare incultu veri Dei ostendit se largum & liberalem suis seruis & ministris. Nouit enim pius ac misericors pater, nos non aliter suo obsequio velle vacare, nisi praemio & mercede ob oculos posito. Ideo Petro promittit hominum piscationem: & in toto instrumento praemii nos allicit, vt eum sequamur. Sic Abraham dixit: Ego merces tua magna nimis. Et alibi. Ego Deus liberalis, fortis, & beneficus. Docet hic mundi Saluator qualiter homines allicendi sint, non minis & terroribus: sed muneribus & promissionibus. Obserua etiam hominum diffidentiam, qui nullo modo velint Deo seruire: nisi mercede & retributione ob oculos positis. Vide etiam quanto cum fenore Dominus rependit, si

pro eo aliquid in discrimen exposueris. Deposuerunt isti retia, & dedit caelum: deposuerunt pisces, & dedit homines. Sic Abraham filium suum mortis periculo exposuit & eum non amisit: & auxit dominus pro eo semen eius sicut stellas caeli, & sicut arenae, quae est in littore maris. Dixit illi dominus: Quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi: & multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli. Vbi manifeste vides, quomodo pro Deo perdere sit lucrum. Quid perdidit Abraham? Exposuit filium suum: sed illum non perdidit, imo plura bona pro illo facto consequutus est. Perdidit Petrus pisces & retia: sed pro his caelum lucratum est, & hominum piscator est factus. Sic tu non existimes amitti eleemosynam, quam pauperi tribuis, quia multo vberiore & ampliore mercede accipies. Mitte panem tuum super transeuntes aquas: quia post multa tempora inuenies. ¶ Denique, vt sine dicendi facia attende ex hac historia quos elegerit dominus ad negotia sua. Nēpe vt qui inuolūti videtur, docti fiat vt sciat homines opera, ad quae assumuntur non esse sua, sed Dei. Quis non mirabitur Deum, qui Moysen mittit hominem balbum, vt munus oratoris exercent coram rege Pharaone: & quod pastorem ouium constituit in ducem populi sui? Cogitauit sapienter quare Deus pastores in reges, & piscatores in principes ecclesiae commutauit? Pondera attentè quae singularis hominum artes & officia, & videbis nullum esse artis genus his duobus laboriosius, aut vbi maior cura & diligentia requiratur: nam pastores & piscatores in maximo semper versantur periculo. Pastor enim ferè semper oculis suis nullam dat quietem, semper vigilat, vix in toto mense mundam subuculam induit. Sic piscatores semper nudi, in vigilijs & laboribus ambulant. Vt igitur principes, reges & pastores, scirent se non ad requiem, non ad voluptates, sed ad labores & vigilijs esse assumptos: hos inter caeteros eligere curauit, vt Moysen, Dauidem, Petrum atque Andream, Iacobum, & Ioanem. Quid autem Petrus & caeteri fecerint, postquam Christus haec dixit Petro, audi. *Et subductis ad terram nauibus relictis omnibus sequuti sunt eum.* Mirabile quidem est, vt continuo omnia reliquerint nulla facta mora. Vnde serui Dei similes sunt angelis qui citissimi sunt. Qua de causa spiritus sanctus venit in similitudinem veti, & in similitudinem ignis, & linguae: quibus omnibus nihil est mobilius, velocius, & facilius. Vbi enim spiritus venit, facile mouet, & continuo facit cuncta relinquere. Quod eleganter dicit Dauid in Christi persona. Populus quem non cognoui, seruuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Quasi dicat. Statim vt audiunt, obediunt mihi. Magdalena statim, vt audiuit, ad Christum venit, lachrymas fundens. Obserua quod in hac vocatione sanctorum Apostolorum habuit se Christus, vt mare cum conchis, quae in littore remanent in ipsius maris recessu, quae radijs solis in ipsas influentibus aperiuunt, & statim coerefcit humor crystallinus & generantur margaritae. Sic isti discipuli tanquam clausae conchae erant in mare, simplices, & ignorantes, qui nec prima rudimenta dicebant: & cum ita essent clausi, sol iustitiae Christus redemptor noster in eos tanta vi suos radios immisit, vt aperiret eis mentes vt illi cognoscerent, & vo-

luntates, vt illum amarēt. Cumq; ita essent aperti vt conchae, in animas eorum reuerberauit, & fide infusam dedit, & multa alia dona & beneficia: ita vt preciosissimi lapides, & margaritae maximi valoris effecti manerent, & tales, vt in sacro collegio Apostolorum primas obtinuerint sedes. Cum vero ait, relictis retibus praedicator admonet, vt relictis negotiis secularibus, se totos diuini verbi praedicationi tradant. ¶ Expende autem, quod haec mundi Apostolorum renuntiatio non fuit perfecta, nam non reliquerunt, quae possidebant, iterum ad ea non redituri: quia Christo non adhererunt modo nisi per aliquod tempus: quia postea reuersi sunt ad naues. Atque ideo ait quod subduerunt eas. Nam illa vocatio, de qua loquitur Matthaeus, in capite quarto, alia ab ista fuit, quia hic non dicit, vt eum sequantur: ibi autem inquit, sequimini me. Et etiam non simul omnes vocauit, sed prius Petrum, & Andream, & procedens inde vocauit Iacobum & Ioannem. Quapropter aduerte quod isti Apostoli ter vocati sunt a Christo. Prior vocatio fuit ad solam Christi cognitionem: & hanc scribit Ioannes cum Andreas vocauit Petrum, & Philippus Nathanaelem. Secunda vocatio fuit ad renunciationem seculi, sed non perfectam: & haec est quam nunc describit Lucas, cum ait quod relictis omnibus sequuti sunt Christum. Tertia vocatio fuit perfecta, cum Apostoli omnino reliquerunt omnia, & Christo adhererunt per totam vitam, nunquam ad ea redituri quae reliquerant. Hanc vocationem tradit Matthaeus, & solet haec tertia vocatio cani in festo Andrae Apostoli in sancta ecclesia. Quod si aduertet beatus Gregorius non dixisset in homilia in festo sancti Andrae, quod Petrus & Andreas nulla miracula viderant Christum fecisse, & quod nihil de praemio aeternae retributionis audierant: sed quod statim illum sunt sequuti. Certe hoc miraculum quod Lucas enarrauit, cum maximam ceperunt multitudinem piscium viderunt, & illum e nauis praedicationem audierunt: antequam Christum sequerentur. Non ergo leuitatis sunt arguendi Apostoli in sequendo Christum: quia iam illum cognouerant, & loquuti fuerant, & miracula viderant, & praedicationem audierant, & post haec omnia eum sunt sequuti. *Et factum est cum esset in vna ciuitate: & ecce vir plenus lepra. & videns Iesum & procidens in faciem suam, rogauit eum dicens.* Non feruat Lucas ordinem historiae: quia haec curatio leprosi fuit statim post sermonem domini habitum in monte, vt Matthaeus enarrat. Nam videns Iesus turbas ascendit in montem: & ibi turbis praedicauit. Beati pauperes spiritu, & c. Cumque sermone finem imponeret, descendit de monte & abiit in Capharnaum, & in montis descensu antequam ingrederetur Capharnaum fuit illi obuiam hic leprosus, & in itinere curauit eum. Quapropter cum audis hic Lucam dicentem, quod erat Christus in vna ciuitate, intellige Capharnaum: & tamen nondum ingressus erat Capharnaum, sed in itinere prope Capharnaum, quia leprosi ex domini praepcepto non poterant esse intra ciuitates, sed extra muros. ¶ Ad mores autem componendos hinc discamus, quantum Deus detestetur peccatum & peccatorum immunditias, quas homo inuitus patitur: vt est lepra. Admonentur

2. Cor. 12

Matth. 17

Matth. 14

1. Reg. 15

Matth. 16

Isa. 22

Ioan. 21

Matth.

Eccl. 11

Exod. 3

Exo. 16

Exod. 3

1. Tim. 6

Matth. 19

Matth. 2

Isa. 17

Luc. 7

Gen. 15

Gen. 17

Ioan. 1

Matth. 4  
Gre. ho. 5  
in euang.

Matth. 8

Num. 5

\* Q



etiam rectores ciuitatum, vt homines pestiferis morbis contactos expellant à ciuitatibus, & meretrices, quæ in medijs ciuitatibus, domilia habent, ne suis malis exëplis & deprauatis moribus alios coinquinent. Secundo expendit Christi Saluatoris nostri benignitatem, qui postquam in monte turbas docuit, nunc descendit vt leprosum curet: cæterisque medeatur infirmis. Ab altitudine montis, & in sublimitate sermonis descendit mundi Saluator: vt egenos curet, atque illis subueniat.

Psal. 112

Vnde regius vates in psalmo ait. *Quis sicut dominus Deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit in caelo & in terra? Ex altera parte miratur David magnitudinem & excellentiam Dei, ex altera parte prouidentiam & curam, quam etiam de rebus infimis habet. Formicam adiuuat dominus, vt ver suum compleat: & perficiat. Sic postquam perfectis loquutus est in monte, nunc ad leprosum & infirmos descendit. Tertio huius leprosi humilitatem & reuerentiam, quam erga Christum habuit considera: quia procidit in faciem suam & adorauit. Flectere genua, nudare caput, inclinare corpus, & aliæ cultus diuini ceremoniæ non displicent Christo: imo eas approbat. Quare isti impij neochristiani hæc contemnunt? Sed de his alias. Denique perpende quod non expectauit, vt Christus veniret ad locum, ubi ipse erat, vel alio diuerneret: sed statim in itinere obuiam illi fuit, & salutem petiit: ne postea forsitan si moram faceret, eum non inueniret. Docemur, ne Christum transire permittamus, sed statim, vt ad domum animæ nostræ peruenerit, illum detineamus, & inuocemus: ipsius auxilium implorantes. Vnde in Ecclesiastico dicitur. Non tardes conuerti ad dominum & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Sed quid ad Christi pedes orat leprosum? *Domine si vis potes me mundare.* Eius maiestatem confessus est, dicens domine. In diuisione tua cuncta sunt posita, & non est qui tuae possit resistere voluntati: quoniam dominus uiuorum tu es. Suam etiam potentiam fateatur dicens. Si vis, potes. Ac si diceret. De potestate non dubito: sed de voluntate. Non quia tuum non sit semper misereri: sed quia ego non sum dignus tua misericordia. Non dicit, si Deus obsecraueris, curabis me: sed si vis. Nemo est qui voluntati tuæ possit resistere. Ideo David. Vita in voluntate eius. Et Paulus Romanis ait. Voluntati eius quis resistet? Et Salomon. Subest tibi eum uolueris posse. Et iterum. Vitæ & mortis habet imperium. Non est in medicorum potestate pristinam valetudinem quando uolunt infirmo restituere: tu autem si uolueris mundare poteris: nam subest tibi cum uolueris posse. Ex quibus colligi uidetur huius leprosi suam maiorem uisum se quâ Centurionis, quia Centurio credidit Christum posse curare solo verbo, iste autem sola uoluntate, quod maius est. Centurio quasi cum termino uerbi petijt curationem serui sui, iste totum coramino commisit tanquam sapientissimo mundi gubernatori, qui recte sciebat, quid cuique expediret. Merces & retributio spiritalis quam dedit medico spiritali fuit oratio fide plena. Pridus tamen quam sanet, mercedem hanc postulat. Totum diuinæ dispositioni se ipsam commisit. Do-*

Ecol. 5.

Hebr. 13

Psal. 29.

Rom. 9.

Sap. 12.

Sap. 16.

Alatib. 8

mine si vis. Quis enim potest facere mundum de i mundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Non audebat dominum pro sanitate rogare. Eodem modo Magdalena & Martha fecerunt: mittentes nuncium ad Christum: & dicentes. Ecce quem amas, infirmatur. Non rogant vt sanet, sed ægrum demonstrat: vt ipse faciat quod uoluerit. Sic & Mardocheus. Si decreueris saluare nos, continuo liberabimur. Sic & Christus postquam in oratione infirmitatem nature ostendit, subiunxit, quid esset in oratione præcipuum, & quod omnino ipse uolebat. Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. ¶ Domine (inquit) si vis. Si vis ait? Vtinam sic tu noluisset, sicut ille uult. Si tu vis, uolet etiam ipse: nam de ipso scriptum est. Vult omnes homines saluos fieri. Non dubites nisi quod quantum est in se ipse uult, cupit, & ardentem expetit tuam salutem: quod autem superest, est vt tu uelis. O utinam homo uellet cum Deo se componere, o quam magna & mirabilia inciperet, & perficeret. Si nos bonum nostrum desiderarem, ut ipse Deus: multo meliores essemus, quam modo sumus. Deus uult bonum nostrum, salutem nostram, ipse rogat, ipse ad postes pulsat, ipse patens uisceribus ad conuiuium æternæ gloriæ nos inuitat. Nos uero, qui dura sumus ceruicis, & incircuncisi cordibus Spiritui sancto resistimus. Nos sumus qui nolumus. Vt autem scias quam prompta sit domini uoluntas, vt uelit nostram salutem, & quam promptus sit, vt nobis subueniat: non moras fecit, nec salutem distulit de die in diem, sed statim adiuuauit, atque ideo subditur. *Et extendens manum tetigit eum dicens. Volo. Mundare.* Poterat sola uoluntate, aut uerbo curare: sed eum tetigit. Primo, vt scia uis omne in salutem nostram per assumptam humanitatem, quia humanitatem assumpsit per eam operatus est: & in operando modo hu mano se habuit. Fuit enim contactus manus suæ uirtute plenus. Sic infra ait Lucas. Omnis turba quærebat eum tangere: quia uirtus de illo exibat & sanabat omnes. Et Matthæus. Quotquot tangebant eum, sanabantur à quacunque infirmitate. Sic mulier illa, quæ sanguinis fluxum patiebatur, statim ut tetigit fibulam uestimenti eius sanata est. Secundo tetigit eum, vt fiduciam nobis daret accedendi ad eum, & omne in occasionem trepidationis tollerent. Nemo sit qui timeat: omnes accedant ad ipsum. Non horret Christus nostram lepram, & putredinem, sed excellentiori modo, quam pater miseretur filiorum, nobis succurrit: quoniam ipse cognouit signum nostrum. ¶ Tertio tetigit vt doceret, nullum proximum exilio aut fastidio nobis esse debere, quam grauibz infirmitatibus & peccatis sit coinquinatus: sed benignè proximum esse tractandum, & Christiana charitate & pietate cum illo agendum. Magna quidem & admiranda fuit hæc benignitas Christi Saluatoris nostri. Si phariseus aliquis esset, protinus oculos & faciæ à leproso diuertisset: & uociferans statim præciperet, hanc abominationem de medio tolli, & leprosum foras tradi. Propriam iustitiam nimis diligebant: & mirum in modum sibi ipsis placebant. Christus benignè suscipit, & manu tangit, in quo indicat paratam auxiliandi uoluntatem. ¶ Porro Christus tangendo leprosum omnibus dicitur

Job. 14.

Ionn. 11

Hebr. 13

Math. 28

1. Tim. 2

Act. 7.

Luc. 8.

Math. 6

Math. 9.

Psal. 102

Ionn. 20.

Ionn. 18.

dicitur uoluit, se uerbo suo & spiritu omnes animorum morbos posse curare & propellere. Docuit etiã per hoc discipulos suos nosque omnes, coram quibuscunque hominibus rusticum pudorem esse deponendum, licet grauius & turpiter peccauerimus: modo facti nos pœnitent, & ueniã imploremus. Quasi Christus, dicere uoluerit discipulis suis. Videtis me tangere leprosum, quem unico uerbo sanare possem? Sed uestra id causa facio, vt uos discatis quid uobis faciendum sit. O illustre exemplum, & omni laude dignissimum. Etenim si Christus, qui solus diues erat, propter nos factus est egenus, seque miseræ & inopiæ nostre confortem fecit, ita, vt nec infirmi & abiectissimi hominis eum puduerit, nec à se abegerit: quantum cum maiori ratione nos pauperum infirmorum, egenorumque hominum nihil fastidij nobis est suscipiendum, qui sumus ipsi miseri, egeni, & infirmi, quique in multis peragendis rebus aliorum hominum auxilio indigemus? Si Christus, qui solus à peccatorum lepra mundus erat, non horruit infirmum tangere: quanto magis ipsius discipuli facere id deberent, quos ipse Christus à peccatorum lepra mundos reddidit: imo eos, qui peccatis adhuc obnoxij sunt, aut in peccata quotidie prolabi possunt, decet non alios homines morbo spiritali laborantes despiciere, deserere uel: sed omnem adhibere operam vt in sanitatem restituantur. ¶ Observandũ denique est, quod quãuis dominus præcepit in lege, ne quis tangeret leprosum, hoc fuit ne contaminaretur. Si quis autem tangeret mortuum aut leprosum, & non solum non contaminaretur, sed illum curaret; non esset legis violator: quia cessabat in tali casu ratio legis. Christus autem non solum quia Deus erat non subdebatur legi, uerum quamuis Deus non esset sed purus homo, cum tam sanctus esset, non modo non à lepra contaminaretur, nedum faceret contra legem tangendo illos, siquid suo tactu illos sanabat. Nam præceptum tantum obligabat eos, qui maculabantur. Similiter etiam erat prohibitum ne quis tangeret mortuum: & nihilominus Helias & Eliseus, super mortuos incubuerunt, & non fecerunt contra legem. Magis enim attendendum est ad rationem legis, quam ad uerba legis. Intentio enim legis latoris est lex uita. Causa autem propter quam prohibebatur tactus leprosi erat, ne inficeretur sanus. Dominus autem non poterat maculari, sed tactu suo fugabat sordes & lepram: ideo potuit tangere, & tangendo non fecit contra legem, neque illam soluit. Cum autem tetigisset eum, dixit illi hæc duo uerba. *Volo. Mundare.* Dixit leprosum, domine si vis: ad quem Christus respondit, uolo. Dixit præterea, potes me mundare: ad quod per uerbum imperatiui respondit Christus Mundare. Sic cum Thomas dixit, Nisi uidero in manibus eius figuram clauorum, &c. Dominus autem cum ei apparuit hæc omnia ostendit, & aspectum, & digitorum intromissionem, & manus, & fidei mentionem fecit, dicens. Infer digitum tuum & uide manus meas, &c. Sic nunc fecit cum leproso isto. In quo nobis documentum dedit, vt in responsis dandis circumspecte & accurate agamus. Volo itaque (ait) mundare. Uoluntas Dei fuit mundare illum. Vnde Ezechiel. Nunquid uoluntas mea est mors impij: dicit dominus?

At si dicat. Nō utique sed uita eius. Quocirca quilibet Christianus hoc uerbi infixum semper cordi suo habere debet, eiusque meminisse, quod Christus dicit, *Volo. Mundare.* Si aliqua afflictio, angustia, aut peccatorum pondus, te angit, & in desperationem præcipitem agere conatur: hoc Christi uerbum firmiter apprehende, eiusque firmiter inhaere, & eripiet te. Etenim cuiusuis hominis conscientia afflictæ iucundus quidpiam nō esse potest aut alacrius quã hoc uerbum quod Christus dicit, *Volo. Mundare.* Huc pertinet & alia multa scripture diuinæ loca ut sunt illa uerba Ezechielis. *Nolo mortem peccatoris.* Et Hieremias. *Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis.* Et illud Pauli. *Deus uult omnes homines saluos fieri.* Et illud Christi. *Omne quod uenit ad me, non eiciam foras.* Hæc est uoluntas patris mei. ¶ Secundo uerbum hoc solari, & animum præbere potest aduersus temporales afflictiones: nã idem est atque id quod in psalmis dicit dominus. *Inuoca me in die tribulationis, & eruam te.* Et rursus. *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Tertio hoc uerbo quilibet Christianus animum suum munire confirmareque potest in tempore persecutionis & omnium aduersitatũ. Hic namque dicit Christus uolo. Id est, me ita uolente in hunc morbum incidisti. Sic etiam David ait, dominum aliquando irasci, & tamen nihil aliud uult, quã uitam esse in uoluntate eius. Id autem solum ob nostram utilitatem facit: nimirum ne nobis ipsis, sed Deo, eiusque gratiæ fidamus. Ideoque Paulus ait. *Vt reformemur in nouitate sensus nostri: & probemus quæ sit uoluntas Dei bona.* Nam cum nos affigit nihil aliud querit, quã utilitatem & salutem nostram. Hoc etiam canit apte David. *Bonum mihi, quia humiliasti me.* Ex his igitur perspicuum est quantum solati hoc vni cum Christi uerbum, uolo, secum afferat: per hoc enim nobis spondit se semper subuenturum nobis in omni necessitate temporali & corporali. *Et confessum lepra discessit ab illo.* Non est uilium mediũ inter opus Dei atque præceptum: quia simul cum præcepto coniungitur opus. Ipse enim dixit & facta sunt. Uoluntas ergo eius potestas est. Præterea operationes Christi erant miraculosæ: miraculum autem in instanti fit. Ideo non mirandum quod statim hoc fieret quia Deo proprium est in instanti agere. Etenim celerius hic natura Deo cessit, quã euangelista potuerit exprimere. Hoc modo etiam Deus in spiritalibus seclinat reum à tormento conscientie absolueret, quasi plus enim magis discruciet compassio miseri, quã miserum afflictio sua. In quo tu id debes aduertere ut in negotiis salutis animæ tuæ festines omni ignauiā et pigritiā semota. Vnde dominus. *Frangere esurienti panem tuum, & egenos uagosque introduce in domum tuã, &c. & sequitur.* Tunc erumpet quasi mane lunæ tuum, & sanitas tua citius ouietur. *Et ipse præcepit illi, ut nemini diceret.* Hoc est. Nemini dicas quomodo te curauerim, quousque ab eas facerdes: & tunc poteris dicere cui uolueris. Docet etiam hoc factum mundi Saluator, vt uanam mundi gloriam fugiamus: nec laudem hominum desideremus. Magna cura semper habenda est, vt quam uirtutem exercueris, nemini propales, præcipue si tyrannus

Ezoc. 18.

Ierem. 28

1. Tim. 2.

Ionn. 6.

Psal. 49.

Psal. 99.

Psal. 29.

Rom. 12.

Psal. 118

Psal. 148

Psa. 58.



esse. Docet etiã hæc historia proximos leprosos & peccatores adducere ad sacerdotes, vt ab eis videantur & iudicentur. Docet sacerdotes non sese graues ostendere, sed è domibus & vrbibus ad egrotos exire. Docet non ad sanctorum consortium hominem esse admitendum, qui diu in peccatis fuit, ne forte sanus apparens infirmus sit, & alios inficiat lepra sua. Ideo hominẽ à lepra sanatum non statim admittit ad aliorum consortium, sed prius vult à sacerdote examinari, an bene sanus sit. Docet etiã sacerdotes, qui alios mundos esse ostendunt, mundi & ipsi vt sint. Sic in Leuitico dicit dominus multa quæ ad munditiam pertinet sacerdotum. Audiant ergo illa sacerdotes, vt mudi semper sint. Aspergent (inquit) mūdus super immundū. Licet sacerdotes nostri in sacramētis mudent, quamuis ipsi sint immundi tamen peccat & in damnationẽ incurrunt. Sed ad contextum. \* Et offer pro emundatione tua, sicut præcipit Moyses in testimoniu illis. Hoc est, in accusationẽ & condemnationem sacerdotũ. Cũ enim sacerdotes Iudæorum Christi doctrinã & miracula calumniarẽtur, voluit vt hoc miraculũ eis esset in testimonium vt cognoscant se iniustos esse & merito ab eo corripì. Cui simile est quod in Numeris legitur. Refer (inquit) virgã Aaron in tabernaculum testimoniu, vt seruetur in signum rebellionis filiorum Israel. Et in alio loco dixit Moyses. Tollite librũ istũ, & ponite in latere arcæ fœderis domini Dei vestri, vt sit contra te in testimoniu. Ego enim scio contentionẽ tuã, & ceruicem tuã durissimam. Vide librum legis positũ in testimoniu, vt si quis contra legẽ faceret, librum ipsum sui peccati esset testimonium. Sic Christus ait. Prædicabitur hoc euangelium in testimonium omnibus gentibus. Sic in testimoniu duritiæ, & infidelitatis sacerdotũ mittitur hic leprosus ad sacerdotes. Et quẽadmodum mundatus constituitur Iudex immundorum sacerdotum, sic in diuina iudicio Regina Sababæ erit contra Iudæos & Niniuitã cõtra impœnitentes, & viri mudi aduersus immundos, non quod semper mundi fuerint, sed quia mundatorẽ questierunt adorauerunt & misericordiam impetrarunt, sicut hic, de quo loquimur, leprosus. Hic leprosus damnabit in iudicio hos sacerdotes, quia tã apertis miraculorum testimoniu credere noluerunt. Vtinam & tibi idem non contingat. Multi nãque eximij & egregij prædicatores, quos audisti surgent contra te in iudicio in testimonium diuinæ misericordiae & confundet te, quippe qui magnus obruti peccatis penitentiam egerunt, atque misericordiam consequuti sunt, tu autem secundum impœnitens cor tuum thesaurizas in diem iræ & vindictæ. Testimonium etiam aduersus te proferet in die iudicij de diuina misericordia mulier illa adultera, Magdalena etiam, latro, & plures alij, & condemnabunt tuam obstinationem & duritiã. Disce ex hoc loco, vt non omitas legis circumstantiam, quantum tibi minima videatur, sed cuncta etiam minutula seruare memento, quoniam nihil sine ratione & diuino mysterio traditum tibi est. Quemadmodum enim dominus in donandis beneficiis omnes liberalitatis circumstantias obseruat, ita te in referendis gratiis vult omnes grati animi seruare conditionis. \* Disce etiam populus quod tenetur ministros

Leuit. 21

\* Tex.

Numer. 17

Deut. 31

Matth. 26

Matth. 12.

Rom. 21.

Ioan. 8.

Luc. 7.

ecclesiam sustentare, & dona offerre Deo pro suis peccatis. Sic dominus præcepit in Numeris offerre sacerdotibus sed pro opere tabernaculi. Sed sacerdos, qui animarum curam habet, & non operatur in tabernaculo domini, hoc est qui in ecclesia non ministrat sacramenta, nec populo seruit, nec pascit gregem qua verecundiæ facie comedit bona pauperũ? Præterea si sacerdos sciret se populi peccata comedere, vt inquit Oseas, sel esset eius panis, & non deliciae & voluptates. Porro præcepit dominus in Leuitico, vt curatus à lepra offerret tortam panis, duasque turtures, oleiq ue sefferitium. \* Perambulabat autẽ sermo magis de illo. Hoc est fama & sapientia Christi quotidie magis diffundebatur, cum alter ad alterum id nunciaret, atque sapientissime prædicaret Christi facta. Ideo factum est quod subditur. \* Et conuenerunt turbæ multæ, vt audierent eum, & curarentur ab infirmitatibus suis. Nõ quod omnes essent infirmi, quia plurimi ibant, vt eũ audirẽt, quia docebat, tãquam potestatem habens. \* Ipse autẽ secedebat in desertum & orabat. Non quod turba posset eum impedire, sed vt doceret fugienda esse mudi cõuersionẽ, & hominum consortiu, vt possis aptius Deo vacare. Præterea verũ hominẽ se ostendebat orando, & exemplũ prædicatoribus dedit non ita vacandũ prædicationis officio, vt obliuiscatur ad contẽplationis quietẽ recurrere, & ad eleuandã in Deũ mentẽ. Etenim vt iulque vite actiua & contemplatiua actiones cõiungi oportere in prædicatione astruit proprio exẽplo. Sic in hortu oras ter suos discipulos visitauit & eos ad vigilãdum suauit. Simul & illis prædicabat, & monẽbat, & patrẽ æternũ orabat. Docet suo exẽplo vt mundũ fugietes orationi vacemus. Nã oratio est quidã ascẽsus, seu volatus animæ in hac vita viuẽtis vsque ad Deum, estque quidã petitio quã Deo nostro & regi nostro offerimus ob quã in terra degẽte in cõlis cõuersamur, & à diuina clemẽtia & benignitate amplissimos thesauros consequimur. Venimus quippe in cognitionẽ ipsius & nostram, & noscimus nos puluerẽ esse & cinerẽ si eũ infinita ipsius maiestate cõferamus. Quidque dũ magis oramus, tanto maiorẽ cognitionẽ de iplo attingimus, & dũ maiorẽ cognitionẽ attingimus, tanto plus illũ diligimus, & quãto plus à nobis diligitur, eo magis mundi amorẽ à nobis propulsamus. Ita Iacob in sua oratione vocatus est Israel, hoc est, videns Deum, ob maximã cognitionem quã in ipsã oratione de Deo attingitur. Claudus autem factus est lucãns cũ Angelo, quia claudi sunt viri contemplatiui in amore mudi. Docet etiã Christus ne popularem captemus gloriam, & ne gentis multitudinem eo nomine ad nos alliciamus, sed potius omni humanæ laudis vento spretõ, solõ Deo placere conemur. Sed iam aliud insigne miraculum, in quo Christus clare suam diuinitatem ostendit, enarrat Lucas noster, ita magnificum & egregiũ, vt hanc ob causam ciuitatem, & locum, & singula explicet dicens. \* Et factum est in vna diebus & ipse sedebat docens. Et erant pharisæi sedentes, & legis doctores qui venerant ex omni castello, Galilæe, & Iudæe & Hierusalem, & virtus domini erat ad sanandum eos. In primis notandum quod locus vbi Christus hoc miraculũ fecit erat ciuitas Capharnaum, vt Marcus aperte testatur. Hanc ciuitatem

Numer. 18.

Oseas. 4.

Leuit. 1.

\* Tex.

\* Tex.

Matth. 7.

\* Tex.

Matth. 26

Genes. 33

\* Tex.

Mar. 2.

Matth. 9

uitatem vocat ciuitatem Christi Matthæus dicens, quod transferatur Iesus & venit in ciuitatem suã, eo quod ibi sæpe prædicauerat, & multa miracula fecerat. Quemadmodum enim Iesus Bethlehem suo ortu nobilitauit, & Nazareth educatio ne celebrem & illustrem reddidit, & Aegyptum sua fuga fœliciter fecit, ita Capharnaum frequenti prædicatione & miraculis adoptauit in patriã. Hanc nõ nominauit Matthæus, sed vocat illam Christi ciuitatem, quia audiebat verbum eius. Vt tu intelligas ex hoc quod quia hic populus Dei verbum audiebat, suus erat factus, tu autem cum id nolis audire alienus & exter factus es, iuxta illud. Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos nõ auditis, quia ex Deo non estis. Et alibi. Oues meæ vocem meã audiunt. In hoc cognoscitur quis sub Christi vexillo ambulet, si aures præstet vel non præstet suo verbo. Id autem quod ait, quod venerant ex omni castello Galilæe & Iudæe accipiendum est sub distributione accommodata, vel hyperbolice ad insinuandum, quod ex plurimis castellis venerunt. \* Et ecce viri portantes in lecto hominẽ qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre & ponere ante eũ. Venerat Christus nauigio à regione Genesareth & offerunt paralyticum. Hoc ne donum illi offeritis? hanc lepram? istam putredinẽ? Cibus Christi suauissimus & iucundissimus est cõuertere peccatores, ideo offerunt ei hic paralyticum. Idque omnes offerre ei debemus. Nã si nobilis aliquis vir infirmus est, & perdicẽ assatã comedere iuuat, statim ministri & serui qui suã salutẽ cupiunt, illã diligenter quærunt & ei afferunt. Ita vult dominus animas lassatas quæ ab vnguibus dæmonis sint erepta. Christi oblectamentũ, & deliciae suæ animæ sunt, vt ipse dicit. Ego habeo cibũ manducare, quẽ vos nescitis. Quod dixit ob animas, quas conuersurus erat illorũ Samaritanorũ. Hoc dono obsequium Christo præstãt & hunc cibum nimis sapidum mundi redẽptori offerunt. Ideo David. Afferre domino filij Dei, afferre domino filios arietũ. Sic nos offeramus illi in domũ animas nostras peccatrices, vt eas comedat, & curet. \* Obserua etiã quod vt Marcus ait à quatuor hominibus iste paralyticus portabatur. Vbi discernen inter seruos Dei & alios homines clare agnosces. Nam boni (vt erant hi portantes paralyticum) se iniucẽ adiuuant. Sic Paulus. Quis infirmatur, & ego non portate. At mali non ad bonum faciendũ se iniucẽ adiuuant, imo tanquam lapides mali iniqui mali immobiles sunt, at vt infernum te precipites multos inuenies, qui te adiuuant. Quatuor homines huic leproso fuerunt adiutorio, vt ad Christum tenderet, & vt salutẽ animæ & corporis consequeretur, at nũc quatuor nõ inuenies qui te ad Christum ducant, imò bis ducentos qui te ab eo semoueant, & in infernum ducant. Multos in mundo inuenies qui te vias inferni facile doceant, quique te adiuuent, vt celerius in infernum abeas, at paucos vel nullos qui te obsequium Dei doceant, & in eo adiuuent. Plurimos inuenies qui te à Aleazarum & taxillorum ludum inuident, ad conuiuia & bacchanalia, ad luxuriam & libidinẽ, & ad obsequium dæmonis, neminem vero, qui te in obsequium Dei adiuuet, aut alliciat. Imo inuenies, si insipis Deo seruire, qui tibi dicat, & ad aures dia-

Ioan. 3.

Ioan. 10

\* Tex.

Ioan. 4.

Psal. 28.

Mar. 2.

1. Cor. 11

Colo. 6.

bolico spiritu canat. Ne modo hoc cures quia hypocrisis est. Nondum iniquus Siba finem his verbis imposuerat. Non est nobis pars in Dauid, cum statim omnis populus fuit eum sequutus. Eodem modo cum Abimelec regnũ Israel vsurpauit in suum auxilium statim habuit omnes vagos inopesque, & populum Sichem. Sic etiam cum perdidit Adonias regnum paternũ voluit vsurpare (cum adhuc Dauid pater eius viueret) statim in suum auxilium venerunt Ioab, & Abiathar qui magnates erant in regno. Ad malũ plurimos fautores inuenies, quod si in infernum præcipitare te volueris, non deerit, qui calcarea tibi admoueat. Vnde dominus per Zachariam eos minatur qui adiuuabant gentes in destructione Hierusalem dicens. Ira magna ego irascor super gentes opulentas: quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in malum. Ad bonum vero non solum non est qui adiuuet, sed multi sunt, qui impediunt, vt hic impediẽbat turba de qua statim dicemus. \* Expende etiam quod quatuor habuit hic paralyticus qui eum adiuuarent in sua ægritudine, quique ad Christum ducerent: de quo ego non dubito, nisi quod diues esset, nam pauper solus ipse incubili iacet, solus suam indigentiam patitur. Si diues infirmatur, à multis inuisitur, si ei vel vxor, vel filius moritur, omnes eum consolantur, & ibi præsententes adsunt vt suæ tristitiæ medeantur. Ioram qui rex erat, statim cum ægrotauit, venit ad eum visitadum rex Ochozias. Etiam ad Ezechiam, qui diues erat, statim vt in ægritudinem incidit Merodach rex Babylonie nuncios misit & munera. Ita diuitibus nunquã defunt alij, qui in suis infirmitatibus munera tribuant, & eos consolentur: at pauper si ægrotat, nec medicus eum inuisit, quia pecuniam non habet & omnes amici fugiunt, & fastidiunt eum. Aegyptius ille cuius mancipium erat & pauper solus relinquitur cum ægrotaret: & moreretur vtique coactus fame & siti: nisi David ei subueniret. O miserum pauperem qui in ægritudine ab omnibus solus relinquitur: in tribulatione & angustia non est, qui eum consoletur. In labore & indigentia ab amicis non agnoscitur, in periculo spernitur: & denique miserum eius fortem sentio deploradã super quem omnes labores & calamitates magno feruntur impetu. Et nõ inuenies quia parte illi infirmari præ turba. Turba impediẽbat ascensum ad Christum. Sic in libro Esdræ habetur, quod populus terræ impediẽbat populum Iudæ in ædificando. Populus terræ scilicet, qui terrena sapiunt, & amant impedit populu Dei. Vnde Ecclesiasticus ait, ne pecces in multitudine: nec te immittas in populum. Discamus ergo ex hoc loco fugere turbam. Quocirca in Exodo dicitur. Ne sequaris turbam. Vnde etiã in quarto libro regum legitur de quodam principe Samarie conculcatum esse à turba & interemptum in ingressu portæ. Quando aliquis chirurgus vulnerato mederi vult, omnem gentem à se semouet, nec in platea illum curat: at ingressum cubile ibi medicamina apponit: ita dominus curaturus animam tuam eam à multitudine populi segregat. Ita cũ dominus furdũ illũ & mutum curare voluit (vt inquit Marcus) segregauit illũ à turbis. Sic tu fuge à mudi tumultu, & à seculi negotiis, vt saluti animæ tuæ possis consulere, & aptius Deo vacare.

2. Reg. 20

Ind. 9.

3. Reg. 1.

Zacha. 1

4. Reg. 9.

4. Reg. 20

1. Reg. 30.

1. Esd. 4.

Eccl. 7.

Exod. 33.

4. Re. 7.

Mar. 7.



*Matth. 9.* Hanc etiam turbam dominus docuit semouendā à nobis, cum scilicet puellam suscitauit. *Ascendens supra lectum, & per regulas submisit eum cum lecto in modis ante Iesum.* O diuinam charitatem quam potentes, quam robustæ, & quanti valoris tuæ sunt vires. Nihil ei difficile sit aut impossibile quantum asperum, & laboriosum sit. Videte obsecro quomodo nihil obstaculo charitati possit esse: & quomodo remedium quærit, vt id faciat, quod intendit. Etenim quamuis illa domus plena erat hominibus vt penè videretur vix fieri posse ad Christum introire, horū charitas remedium inuenit. Sic vtique nos, si charitatem haberemus: multa possemus perficere, quæ nobis difficilia vidētur. Sed de his alias. Expēde etiam quomodo omnes se bene in hoc negotio gesserunt. Nam qui infirmum ducebant tanta erant charitate incensi, vt non obstante tam maximo impedimento (sic diuino spiritu & amore ardebāt) infirmum coram Christo constituerunt. Docent quomodo subueniendum est proximis, cum extremā patiuntur necessitatem. Hi nāque non veriti sunt domum fodere, & testum aperire: nec timuerunt an forsitan illa sua audacia animus domini offenderetur. Etiā tota illa multitudo gentis, quæ Christum audiebat se bene habuit, nam cum terra desuper caderet, & tegulæ de tecto tollerentur, nullum strepitum aut murmur fecerunt; sed quieti, & tranquille concionem Christi audiebant. At nos vel sola musca in concionibus inquietos reddidit, & deuotionem & attentionem aufert. Christus etiam bene se habuit, quia mitissimus dominus imprudētiam & importunitatem istorū non exprobat: non stomachatur videns interruptum sermonem, sed potius approbat fidē baiulantium. Discamus à Christo patienter ferre importunitates infirmorum, pauperum, & egenorum. Etenim videbis multos, qui cum pauperes accedant ad eos suam indigentiam manifestantes, eos fastidiunt, & verbis ignominiosis afficiūt, & quod peius est fustibus cædunt. Discamus etiam ab his, qui paralyticum ferebant, quantum debeamus facere pro salute animæ nostræ. Si hi tantum pro salute paralytici corporali fecerunt, vt etiam domum alienam confoderent: quid nobis pro salute animæ nostræ agendū esset? Si igitur pro salute corporali nullum non lapidem isti mouent, quantum laboris nobis esset impendendum pro salute spirituali? Salus corporis honor & diuitiæ, nihil sunt: si cum hac spirituali salute conferantur. Dormierunt somnum suum & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis. Quis obsecro explicare valebit quanta & quam difficilia homines patiuntur pro salute corporali? Venas abscondi permittunt, pharmacum, & potiones amaras assument, &c. Quanta & quam maiori sollicitudine animæ salus curanda esset? Maximam curam habuit de corporis sanitate Ochozias rex Israel: nullam autem de recta animæ valetudine. Infirmabatur in corpore simul & in anima: at ipse sollicitus tantum erat de corporis salute, atque ideo misit nuncios ad consulendum Beelzebub an viuere posset, & sanus fieri ab illa infirmitate, & alios & alios nuncios misit. At nihil de anima regina agebatur. Geroboam quoque rex Israel magnam curā habuit de corporis incolumitate filij sui: quapropter

Ahiam prophetam consuluit, & misit illi uxorem suam vt filij incolumitatem ageret. Vtinam homines tot atque tanta facerent pro animæ salute. Sic Naaman Syrus venit in regnum Israel quærens salutem corporis: & longū iter peregit, vt à lepra corporis mundaretur: & nunc etiam multi longius iter agunt, & cælum mutant, & rem omnem consumunt optimosque quærent medicos, vt salutem corporis attingāt: at nec tantillum laboris assument, vt concionem audiant, quæ animæ medicina est salutifera. *Quorum fidem vt vidit dixit.* Maxima fide hi prediti erant, qui paralyticum ferebant ad Christum. Alij forsitan essent, qui humana recti ratione, eis videretur satis esse, ad ianuā expectare quousque concio Christi finiretur. At fides multoties ea aggreditur facere, quæ intellectu humano manifestissimæ videntur insanix: cū potius summa prudentia & sapientia sit. Etenim vt diuinus Paulus inquit. Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Id autem maxime deplorandum est quod ad querendam corporis valetudinem nullam faciunt homines moram, nec consilia expectant, quærenda sit, necne: at ad salutem animæ quærendam vnusquisque suā profert sententiam: & cras istud faciendum dicunt, & tempore quadragesimæ constituendum esse. Hi autem nec per dimidiæ horæ spacium expectantur, cum non esset in paruo tempore aliqua infirmi iactura. At cum tantū sit discrimen animæ si mora fiat in quærenda eius salute: nunc homines de mori & dilatione agunt, dum animæ curant salutem. *Osserua autem quod infirmitas corporis bene sanari potest sine fide propria, si adit alterius fides, & preces. Sic impetrauit Centurio sua ardentis fide seruo suo sanitatem. Vade inquit Christus) & sicut credidisti fiat tibi. Eodem modo Cananea filix suæ assequuta est sanitatem. Mulier inquit magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Ideo licet hic paralyticus fidem propriam habuerit, poterat tamen sanari sola fide portantium: quia ad curandam ægritudinem corporis, quæ omnino exterior est, non est necesse quod concurrant aliqui actus ipsius curandi. Sed si curanda sit anima, scilicet, vt remittantur ei peccata, necessaria est fides propria, quia nequitiam fieri potest vt alicui peccata remittantur sine propria fide. Nam in adulto, qui iam ad vsum rationis peruenit non satis est aliena fides. Hoc dico propter infantes, qui in aliena fide baptizantur. Huic autem paralytico non solum restituit dominus pristinam corporis incolumitatem, sed etiam salutem animæ donauit: quapropter dicendum est fidem propriam habuisse, nec pateretur ab alijs portari, nisi fidem ipse haberet. Est autem duplex fides scilicet altera, qua creditur, & hæc est virtus Theologica, altera est fides, quæ confidentia quedam est, scilicet, qua credimus quod donabit dominus, id quod ab eo petimus: vtraque autem requiritur in eo, cui peccata dimittenda sunt. De priori patet, quia infideli non possunt peccata dimitti. Ideo in Marco habetur. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit condemnabitur. Et tamen si homini remittuntur peccata necesse de lege est vt saluetur si in gratia discedat: infidelis autem saluus fieri nequit, ergo infideli non possunt peccata dimitti. Sic etiam per Ioannem inquit*

*Ioan. 3.* quit Dominus. Qui non credit, iam iudicatus est, id est, cōdemnatus. Ergo prior fides per quam creditur quiddam credendū est, requiritur ad remissionem peccati. In paruulo autem licet non sit fides, quia nō potest habere actum proprium, nulla est infidelitas: cū infidelitas aliquid positium asserat, & est per actum proprium ipsius hominis infidelis. Et quia illa inducta est per actū proprium hominis, necesse est vt per actum proprium tollatur, vel vt concurrat actus eius ad tollendum, cōsentiendo Deo illam tollenti. Paruuli autem non habent nisi peccatum originale, illud autem non est peccatum proprie personale, cū factum non sit per proprium actum, sed per originē ab Adam transfusum. Cū ergo sine proprio actu peccati in eos introductum sit, iustum est, vt sine proprio actu deleatur, & sine fide propria, per solam fidem ecclesiæ, infundendo ei fide, vt iam fidem propriam habeat. Peccata autē adultorum sunt proprie personalia, quia per propriū actum ex electione commissa sunt. Vnde consentaneum est rationi, vt non nisi per propriū actum deleantur. Ideo necesse est propriam fidem vt habeatis, cui peccata sunt remittēda, si adultus fuerit. Quia primus motus ad iustificationē est ipsius fidei, quæ quidem radix est iustificationis. De altera autem fide, id est, de confidentia dicendum est, quod sine illa, non possunt peccata dimitti: nā quamuis aliquis credat omnia, quæ in sacra scriptura continentur, & quæ ecclesia credit: si non confidit Dominum ei remissurum peccata, si ipse doluerit, non vtique dimittentur. Imò etiā si peteret illa dimitti si non consideret, & certissime crederet illa sibi dimittenda, nunquam dimittentur. Vnde Iacobus ait: Postulet in fide, nihil hæsitans. *Osserua autem quod loquēdo de fide virtute Theologica, vt communiter solet accipi quæ docuimus in scriptura sacra de fide merito fit, semper accipe pro fide viuā, quæ est formata charitate. Quis enim adeo infans est & stupidus, vt si hominem proferas non addendo pictum, vel mortuum in hominem non accipiat pro homine viuō? tripliciter namque hæc dictio homo de homine accipitur. De viuō in sua potissima significantia & de homine mortuo, & de eo qui artificis manu depingitur. Si autē quis referret tibi in via se vidisse hominem, non vtique de mortuo aut picto id intelligeres, sed de viuō. Itaque cū sit fides mortua & fides viuā, cū de fide sermo inuenitur, de viuā intellige, non de mortua. Quod autem sit fides mortua Iacobus attestatur, fides sine operibus mortua est. Illam autem, quæ per charitatem operatur vocamus viuā. Ideoque cū audieris in Euangelio fidem iustificantem, vt cū dixit Christus Magdalenæ, fides tua te saluā fecit: & alijs intellige de fide viuā, hoc est charitate formata. Quod perinde est ac si dicatur. Fides charitate viuā iustificat, non per se solam, sed per gratiam. Et virtus quæ dat vitam fidei illa est gratia, quæ vitam dat iustificationi, & ea est quæ impium iustificat. Et cū hic dicitur, videns fidem illorum intellige de fide viuā. Et ideo etiam dixit, remittuntur tibi peccata tuā: nam qui portabant charitatem haberent in fructu, quæ est misericordia, & opera charitatis à charitate procedentia, quia si charitatem non haberent nō vtique pro-*

ximum infirmū tanto ardore & seruire ad Christum duxissent. Et ipsemet paralyticus qui portabatur charitatem etiam interiorē habuit à Christo, & fidem formatam, quia hæc sola iustificat. Sed cur fides per se solam nō potest iustificare? Audi, obsecro, responsonem. Peccatorem iustificari nihil aliud est, quàm Deo in hac vita vniri, vt sic manens vnitus, vnatur cum eo postea in gloria. Vnimirum autem per charitatem. Ideo Ioannes. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Non dixit qui manet in fide, sed qui manet in charitate. Amans ergo & amatus amore coniunguntur, non cognitione. Quapropter gratia vnit cum Deo, & iustificat impiū. Et Christus etiam: Si quis diligit me, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Igitur isti habuerunt prius fidem ex dono Dei: quia fides, vt Paulus ait, donum Dei est. Et ad Romanos: Vnicuique diuisit Deus fidei mensuram. Et iterum: Alteri datur fides in eodē spiritu. Et in Actis legitur, quod predicatæ Paulo & Barnabæ Antiochiæ, crediderūt quotquot erāt præordinati à Deo. Et in ciuitate Philippis, quæ est prima partis Macedoniæ ciuitas colonia loquente Paulo quædam mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis hyatirenorum colens Deum audiuit. Cuius Dominus aperuit cor vt intenderet his quæ dicebantur à Paulo. Hanc fidem vocant Theologi infusam. Est enim diuinitus infusa nullis humanis meritis acquisita. Fides horum hominū inde cognoscitur, quia credunt Christum potentem ad illum ægrum sanandum. Secundo fuit his hominibus fides acquisita, ex bona fama quam de Christo audierant, & conceperant. Audierant clementissimū & benignissimū esse, neminēque ad eum accedere, qui absque consolatione abiret. Audierant omnibus opem conferre, & multa miracula mirabili potestate fecisse. His igitur tam præclaris factis auditis, ad Christum confugiunt ducētes se cum paralyticum. Fides inquit Paulus) ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Ex diuinis scripturis deprehendimus verbū diuinum instrumentum esse quo Deus nos vocat ad fidem. Idem de miraculis patet in Sergio Paulo. Et Ioannes, inquit, multos Iudeorū credidisse in nomine eius, videntes signa quæ faciebat. Et Christus dixit Iudæis: Si mihi non vultis credere, operibus credite. Docemur vt firmiter credamus, Christū posse & velle nobis afflicti, & in quacunque tribulatione iacentibus opem ferre: modo suæ gloriæ promouendæ, & vtilitati animarum sit profuturum, ob idque totam nostram spem semper in ipsum esse reponenda. Ideo Paulus: Spes non cōfundit. Et in Psalmo: In te confido, non erubescam. *Docemur etiā vt proximis afflicti infirmiamus, cunctisque hominibus verbo & opere, & cōsilio proximus & auxilio. In his namque duabus præclaris virtutibus fide & charitate simul cum spe vniuersa ratio Christianæ vitæ consistit, quæ virtutes cū separari possint altera sine altera ad salutem nihil prodesse potest. Iam ad contextum reuertamur. Homo, remittuntur tibi peccata tua. Matthæus dicit eum vocasse filium. In quo ostēditur propria fide illum fuisse saluū: hoc quoque nomine Christus credentes appellat, quibus dedit potestatem filios Dei fieri. Neminē leges in euāgelio à Christo*

neque ab Apostolis vocatū fuisse filium nisi hūc paralyticum. Videas, rogo, quomodo Deus faueat pauperibus, afflictis, & infirmis: nam beneficium hoc, vt aliquem vocet filium, non Christus diuitibus mundi & opimis confert, sed egenis & mœstis, diuitibus autem in viua fide. O bonitatē immensam & inauditam Christi Saluatoris nostri. Quis adeo tam obscœnus peccator erit & tā iniquus, qui in Deum suum non conuertatur: cum videat quam blaudis & suauibus verbis hunc paralyticum alloquatur & eum consoletur? Obserua autem quod Christus tanquam peritus agricolā, herbam malam radicibus euellit: & tanquā expertus medicus, infirmitatis causam tollit. Hic namque paralyticus salutem corporis volebat, & hanc desiderabat: at Christus prius illi parcat peccata, quæ causa erāt egritudinis corporis. Quādo chirurgus intra vulnus relinquit assulā laccæ vel iaculi, hic talis non vtique verē sanat, sed apparet: & potius infirmum in sepulturam mittit. Opus est interius malum extrahere. Nam cum salutem à Domino petis, cum intus habeas causam infirmitatis, quæ peccatū est, te non vult exaudire. Non in pristinam valetudinem deuenies, nisi prius ferrum lanceæ, quod tuam animā transfixam habet, euelleris. Esau magnis precibus Deū orabat, & lachrymas fundebat: at inquit Paulus, misericordiam non est consequutus. Quare, obsecro? quia peccatum intra animā habebat, & orabat cum odio haberet fratrem suum. Si negotas propter peccata tua: tolle prius peccata & sanus eris. Ita namque Christus huic prius sanat animam, postea verò corpus. Nam etiā si Deus egritudines soleat immittere aliis multis rationibus, vt iustus, vt maius sit eorum meritum, & vt magis eorum clarescat virtus, vt fecit cum Iob: & etiam vt gloriam suam maneset, vt cum cæco à natiuitate, & ad initium tormenti & crucis in hac vita, vt cum Antiocho & Herode: & denique aliis multis de causis: at hoc certum est quod multoties egritudines mittit ob nostra scelera & peccata, vt in meliorem mentē redeamus, & vt in viam mandatorum eius reuertamur. Et denique id plus quam certum est, quod clementissimus & benignissimus Dominus his infirmitatibus salutem & commodum animæ nostræ semper querit. Nam propter peccata sua iacuit triginta octo annos in piscina ille infirmus, cui Dominus dixit: Ecce sanus factus es, noli amplius peccare. Quod Moyses clarissimis indicat verbis, dicens. Nisi audieris vocē domini Dei tui percutiet te, pestilentia, & morbis, scabie quoque & pruriginē, &c. Quando tyrannus ille Aman populum Dei voluit euertere, quia non adorauit eum Mardocheus: conuersa ad dominum Hester dixit: Peccauimus in conspectu tuo, ideo traditi sumus in manus inimicorum nostrorum. Tantas atque tam graues animaduersiones solū in peccata reiecit sancta illa femina: nam hæc acris inferebant bellum, quam rex & superbus Aman & hæc erant causa potissima, radix & origo omnium laborum, quos patiebantur. Atque ita regina sancta non conuersa est aduersus regem, neque aduersus Aman: sed aduersus scelera & flagitia populi. Legimus etiam de sancto Tobia, quod cum Iudæi captiui essent in Ninive à Salmanasar Assyriorum rege, quod

cum videret tanta mala, quæ Iudæi patiebantur, conuersus ad Deum dixit. Quoniam non obediimus tibi traditi sumus in direptionem & captiuitatem, & mortem. Labores omnes, mortem, & calamitates Israel solum Tobias peccatis tribuit. Ideo Salomon. Miseros facit peccatum populos. Sic ecclesia alloquens Deum de populo Christiano ait. Nulla nocebit ei aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Ob scelera & flagitia populi mittit Dominus mortem, famem & pestē in eum. Solum enim contingere vt aliquis Dominus habeat multos seruos & ministros, quibus omnibus penarius victum quotidianū ministrat: at cum aliquis delinquit, vel minus benefacit id ad quod tenetur, præcipit Dominus, vt portio illius diei illi tollatur. Ita nimirum terra, aqua, & omnia elementa dispensatores sunt Dei, qui nobis seruis suis victum quotidianum ministrant: at quando eius mandata non adimplemus, & aduersus sua præcepta delinquimus, præcipit terra vt sterilis fiat & nubibus celi ne pluant. Sic temporibus Achab & Iezabel propter eorum scelera & peccata non pluit tribus annis, & sex mensibus: & facta est fames & sterilitas maxima. Sic Salomon in oratione, quā habuit Domino Deo Israel in templo dixit. Si clauso celo pluuia non fluxerit, propter peccata populi tui, &c. Tanta mala & flagella, quæ Dominus immisit in Sodomam, facta fuerunt propter sua scelera: nam si Dominus in illis ciuitatibus decem iustos inueniret, omnibus propter hos sine dubio parceret. Quod autem peccata sint causa flagellorum quæ nobis Dominus mittit, apparet in hoc manifeste: nam cessantibus malis, cessant etiam flagella, nam ablata causa, tollitur effectus. Huius autem rei vnicum tantum adducam exemplum. Præcepit Dominus Ionæ, vt abiret in ciuitatem Ninive, & diceret: Adhuc quadraginta dies Ninive subuertetur. Cum rex & omnes Ninuite cognoscerēt flagitia sua maiori esse digna supplicio, surrexit rex de solio suo, & penitentiam egit: tuncque Dominus, vt pius & misericors sententiam reuocauit, quia ipsi delicta emendarunt. Cessantibus peccatis, cessauit flagellum. Si hoc igitur, ita verum est, quare non penitentiam agimus? Imò potius de nobis dici potest illud Esaiæ. Vocauit Dominus exercituum in die illa ad fletum, planctum, & caluitium & ad cingulum sacci, & ecce gaudium & lætitia, &c. Vnde discere nos oportet ex priori notabili vt in quacunque infirmitate, angustia, & afflictione vitam emendemus, & peccata lachrymis & contritione deleamus. Hoc namque vnicum refugium est, & sacratissima anchora, ad quam nobis est recurrendum. Sic iram Domini & flagella fugerunt Niuite. Sic filij Israel hoc vnicō remedio euaserunt tyrannidem Chusa, Eglon, Iabin, Madian, & Amon, & aliorum tyrannorum, qui grauer eos opprimebant. Nam quando peccabant statim hi Gentiles suam salutem in eos exercebant: quando autem conuertebantur, dabat eis Dominus Saluatorem, qui à manibus inimicorum eos liberabat. Statim, vt fluuius hic clauditur, omnes iuuli ab eo procedentes desiccantur. Sic ecclesia sancta Dei præcepit medicis corporalibus, vt prius gerant curam animarum eorum qui infirmantur, quam corporum: præcipientes, vt illis omnia ministrarentur

nistrarentur viatica sacramenta. ¶ Discamus secundo patientiam habere in infirmitatibus & tribulationibus, considerantes peccata, quæ in Deum commisimus: & quod ea, quæ patimur, digna sunt nostris flagitiis. Etenim si homines recordarentur, quibus digni sunt pœnis, ob quæ quotidie committunt peccata, non conquererentur in infirmitatibus suis, nec grauer & moleste ferrent pœnas, quas hic patiuntur. Sciant igitur peccatores homines infirmitates, & labores quæ illis eueniunt, in pœnam peccatorū eis tribui. Ideo cogitandum tibi est si infirmus in lecto iaces, quod in meritum tuorum peccatorum hæc tibi successit infirmitas. Quando autem proximos tuos ægros videris, cogita illas infirmitates Dominum eis misisse, vt eorum virtus probetur, & clarius elucescat, & in testimonium suæ bonitatis & patientiæ. Ita Dominus super se habuit cum illis sanctis viris veteris testamenti, cum Abel, Noe, Abraham, Loth, Isaac, Iacob, Ioseph, Iob, Dauid, Tobias, Ieremias & cum aliis multis iustis. His afflictio purgatio est reliquiarum, aut certe probatio Dei, qua manifestat se maximo amore erga tales affici. Corripit enim Deus & flagellat filium quem suscipit. Et Eccl. 27. Sapiens. Vasa signi probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. De quorum numero ij fuerunt, de quibus Paulus Hebræis ait: Secti sunt, tentati sunt, &c. Et Salomon. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, &c. Hoc de proximis tuis iudicare decet, & credere, quod immittit Dominus illis tribulationes & labores, quia recti & probi sunt: tibi autē infirmitates & dolores, quia maioribus tormentis ob tua flagitia dignus es. Discamus tertio, quam graue malū sit peccatum, quando illius tam acre flagellum, vt est infirmitas paralytica, ob illud mittit. Si Deus in hac vita peccatum sic punit: quid in alia faciet? Quocirca tu qui dolores pateris ex aliqua graui infirmitate, vel stomachi, vel capitis, vel podagra: recordare, obsecro, quam grauer Deus in alia vita in eos animaduertet, qui suam vitam peccatis contaminarunt: quam loquidem in hac sic eos punit. Vnde tuam mentem subibunt terribiles illi ignes inferni, & ita fiet, vt in odium & detestationem peccati prorumpas. Verū n̄ præter hanc doctrinam aliqua in his Christi verbis obseruatione digna sunt. ¶ Primo quam liberalis & magnificus sit Dominus, qui plura contulit beneficia huic paralytico, quam petebat. Ipse namque solam corporis valetudinem desiderabat, & petebat: Christus verò & animæ & corporis restituit salutem. Sic Salomoni qui solam sapientiam petebat, dedit sapientiam & diuitias. Abraham, qui vitam tantum petebat Isaac dicens, vtinam viuat Ismael coram te: dedit illi Isaac, & reges orti sunt de Ismaele. Ezechia, qui vitam petebat, non solum dedit vitam, sed & addidit quindecim annos. Sic latro pendens in cruce rogabat Christum vt eius memoriam haberet, quod non solum donauit Christum, sed æternam illam patriam, quam sancti martyres, & confessores mille passis tormentis, mille generibus ignominie sunt ingressi. Tres etiam reges pugnatū contra Moab petierunt ab Eliseo vt rogaret Dominum pro pluuia, quibus dixit Dominus in manu Elisei. Hec dicit Dominus. Alueus replebitur aquis, & bibetis vos, & familie vestre, & cuncta

vestra. Parumque est hoc in cōspectu Domini: insuper tradet etiam Moab in manus vestras. Vide quomodo non solum aquā quam petebant, sed etiam victoriā donauit Dominus. Regulus etiam salutem filio petebat tantum: sed Dominus & salutem filio dedit, & patri fidē quam non petebat. Sic Moyses petiuit à Domino vt suam gloriā videre illi concederet: ipse verò pollicetur vniuersa bona sua illi ostensurū. Non sic mundus qui magna promittit, largitur autem minima. Promittit vitam longeuā & fœlicē cum breuis illa sit, & laboribus plena. ¶ Secundo obserua, quomodo quæ Deus castigauit paralyti propter peccata, quomodo etiam postea eum consoletur, non solū remittendo illi peccata, sed blande eum alloquens, & filium vocans. Munus equidem, & officium boni pastoris est, mœstos ac tristes consolari, & quos superior corripit & arguit, vicarius inferior demulcere debet. Sic in Deuteronomio cōsolatur Moyses Ruben potius quam alium, dicens: Viuat Ruben & non moriatur. Hunc filium pater Iacob grauer corripuerat: quæ substitutus Moyses cōsolatur. Sic Dominus qui Israellem corripuerat, consolatur eos per Prophetas suos. Sic Dominus postquam grauer populū suum arguerat, consolatur eū per Esaiam dicens: Consolamini, consolamini popule meus, &c. ¶ Tertio expendē quā facile Deus placatur. Vtinam homines tam facile iram suam deponerent. Nemo est qui tam facilliter, & alias tā difficulter placetur sicut Deus. Audi Deum quasi nunquam iram suam depositorū. Non retrocedam neque parcam: & non pœnitebit me. Et Oseas: Ibunt cum bobus & muneribus suis, in gregibus suis, & in armentis suis vadēt ad querendum Dominum, & non inuenient, & videbis Deum quasi qui placandum vnquam non esset. Sed vide illum mitem, mansuetum, & blandum, & qui facile placatur, quique per Ieremiam dicit. Nonne filius pretiosus est mihi Ephraim, si puer delicatus ex quo loquutus sum de eo, &c. Et per Esaiam. Populus enim Sion habitabit in Ierusalem. Morans nequaquam plorabis, miserēs miseretur tui. Ita dominus in hac vita facile iram aduersus nos conceptam deponit, nūc lachrymis, vel gemitu, vel contritione parcat peccatori, quātumuis inquinatus fuerit peccatis. At post mortē nunquam placabitur, fieri enim non potest, vt tecum sua benignitate & misericordia vtatur: nam etiam si clamores extollas, si cælum & terram inuoces, si sanctos omnes aduocatos interpelles, nihil proficiet, obstratas habebit aures. Quocirca Ezechiel propheta in mirabili illa visione dicit: quod facies hominis & facies leonis à dextris ipsorum quatuor. Habet n̄que dominus faciē hominis, peccatori, qui in hac vita ad eū cōfugit, & habet etiā faciē leonis vt in eū animaduertat grauer nisi penitentia egerit. Si igitur tu attente cōsideraueris Christi benignitatem, & dulcia verba, quibus infirmum alloquitur & eum consolatur: non dubito nisi quod statim in manus suas te iactabis: nec tēpus expectabis in quo illum inexorabilem inuenies, & implacabilem. ¶ Quarto aduerte, quod non satis erat dicere remittuntur peccata tua, nisi adderet tibi. Ac si diceret. Tibi remissa sunt peccata tua, absolutus ab eis manes. Quod

Hebr. 12.

Iob. 1. Ioan. 9. 1. Mac. 9. Act. 12.

Ioan. 5.

Deut. 28.

Esai. 14.

Tob. 3.

Prov. 14.

3. Reg. 11.

3. Reg. 8.

Gen. 11.

Iob. 3.

Esai. 22.

3. Reg. 3. 1. Reg. 17.

4. Re. 20. 1. Reg. 23.

De pœnit. & remis. c. quom infirmi. 126.

Ioan. 4.

Exod. 33.

Deut. 33. Gen. 47.

Esai. 40.

Ezech. 24. Oseas. 5.

Esai. 30.

Ezech. 1.

Quod deest, tibi vt satisfacias, ego pro te rependā. Magna quidem solutio & pretiū pro satisfactio-  
ne tuorum peccatorū erat necessaria: nam ex om-  
ni parte caperis à peccatis, & paralyticus es: at ego  
vt plenam faciam & integram tuam satisfactio-  
nem, acerbissimam & ignominiosam crucē liben-  
ter amplectar, nam sola pœnitentia tua non est  
sufficiens. Sic Dauidi postquam pœnitentiā egit,  
dixit illi Nathan Propheta: Dominus transtulit  
peccatum tuum. In quem, obsecro, transtulit? In  
filium Dauid secundum carnem, qui Christus red-  
emptor noster est. Quasi dicat: Hæc satisfactio  
non sufficiens est: at coniuncta cum satisfactio-  
ne Christi sufficientissima est. O beatum hominem,  
quē Deus liberavit à debito, quod solutus erat  
in inferno. Vnde egregius vates: Beati quorum re-  
missæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt pec-  
cata. Primo dicit quod sumus peccatores, nam  
alias non diceret, nisi beati qui non peccauerunt.  
Mundus beatos appellat diuites possidentes aurū  
& argentum: at Dauid eos beatos dicit, quibus re-  
missa sunt peccata. Beatus iste qui audire meruit,  
remittitur tibi peccata tua. Quod idem tu audies  
si in Christum abieris ea deuotione, & fide qua  
hic incedebat. Et cœperunt cogitare scribæ & Phari-  
sæi dicentes. Quis est hic qui loquitur blasphemias:  
quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? Non  
audent manifeste loqui timentes confundi à Chri-  
sto, sed intra seipfos cogitabāt & inuidebant. Ob-  
serua quam dissimilem fructum miraculum istud  
attulerit. Pharisæis namque scandalum erat, sed  
turbæ Deum laudauerunt: offendebantur, & in  
Christi humilitatem impingebant, quoniam no-  
uerant Deum per Prophetā dixisse. Ego sum qui  
deleo iniquitates tuas. In Christo autem videbāt  
humanam fragilitatem, ideo credere minime po-  
terant, quod peccata possēt dimittere. Et talis de  
Christo cogitatio nunc etiam plurimos offendit,  
sicut illi qui de Saule dicebant. Nunquid poterit  
nos liberare iste? Sic omnes infideles in Christo  
scandalizantur, & omnes mali Christiani: quon-  
iam aiunt à peccatis & morte liberare poterit,  
qui nos in tantis periculis dereliquit? Alij autem  
dicunt. Quid solatiū habere possumus ex promif-  
sionibus Christi cum cōtrarium experiamur? Sic  
offendit mundus ad Christi humilitatem. Ideo  
ipse ait: Beatus qui non fuerit scandalizatus  
in me. Vide etiam quomodo ipsemet fateantur  
Christum esse Deum. Quia si solus Deus potest  
dimittere peccata, & hæc Christus dimittit, ergo  
Christus est Deus. Et quod dimittat, probat ex  
miraculo facto, quia dixit quid est facilius, &c.  
Itaque Iudæi suā perfidiam produunt iudicio suo:  
vt opus astruant personā negant. Ab ipsis etenim  
Christus Dei filius accepit testimoniū: quamuis  
nec propter hoc crediderunt, quamuis apertū vi-  
derent testimoniū. Perfidia namque confiteri po-  
test, credere autem minime. Itaque testimoniū  
non deest diuinitati, fides deest saluti. Nā fir-  
mius est ad fidem quod consentitur inuiti, & pernicio-  
sius ad culpam quod negant: quia nolunt credere  
in eum, quem ore confitetur esse filium Dei. Ma-  
xima igitur fuit horum amentia, qui cum confes-  
si fuerint solius Dei esse peccata dimittere, non  
credunt in Christo, qui miraculo probat se peccata  
dimittere. Porro blasphemia est quando Deo tri-

buitur quod ei non conuenit, vel negatur de Deo  
quod ei conuenit. Blasphemia fuit illa Sēnachenib,  
cū dixit: Non potest Deus vester facere quod libe-  
ret vos de manibus meis. Et propter hæc blasphemiam  
occidit Angelus Domini in vna nocte de  
exercitu suo centum octogintaquinque millia. Et  
in lege veteri pœna mortis plectebatur blasphem-  
ia. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte  
moriatur. ¶ Expende autem qupd bene & male  
loquuti sunt Pharisæi. Bene quidem quia blasphemiam  
abominantur, & gloriæ Dei vindices sunt:  
male autem, quia ex operibus Christum non ag-  
noscunt, sed temere pronunciant sententiam.  
Exemplo ergo Pharisæorum oportet nos omni-  
bus modis abominari blasphemos, & gloriā, quæ  
soli Deo est, alteri non dare. Pharisæi blasphemiam  
accusant, vbi blasphemiam non est, nos verò  
impiissimos blasphemos accusare pudet? Deinde  
id maxime semper nobis cauendum, ne inapie aut  
temere de quopiam iudicemus: alias nobis eue-  
niet quod Pharisæis, qui blasphemiam arguentes  
Christū, ipsi blasphemii facti sunt. Nam blasphemiam  
erat dicere Christum non habere potestatem  
dimittendi peccata: quod peccatū quàm graue sit,  
vel videri potest in blasphemio illo, quem iussit  
Dominus lapidare, per legem editam præcipien-  
tem, quod omnis blasphemus moretetur. Et per  
Matthæū ait Saluator quod spiritus blasphemiam  
non remittetur. Blasphemus namque contumeliam  
infert Deo ipsi, cum alij peccatores contumeliam  
faciant in rebus suis. Fur vel latro contumeliam  
irrogat Deo in possessionibus seruorum  
suorum, homicida in seruis suis, sed blasphemus  
in ipsum bonum diuinum, qui Deus est contumeliam  
infert. Ideo maxime displicet Deo peccatum  
blasphemiam. Non enim sicut alij peccatores præ-  
ter intentionem blasphemiam Deum offendunt, sed  
ex proposito & industria ipsum Deum aggrediuntur.  
Nam alij peccatores appetunt delectationes,  
honores, vel aliud quidpiam mundi, & vellent si  
posset his bonis mundi finiri sine Dei offensa: sed  
blasphemus multo aliter, quia cōsulito & præmeditate  
contra Deum insurgit. *¶ Vi cognouit autē le-  
sus cogitationes eorum respondēs dixit ad illos. Quid  
cogitatis in cordibus vestris? Ex quibus Christi ver-  
bis nisi deprauato essent animo poterant Pharisæi  
colligere Christum esse Deum, & posse dimittere  
peccata. Nam cum solius Dei sit dimittere pecca-  
ta, etiam solius Dei est cognoscere cogitationes  
hominum. Solus etenim Deus regio testante va-  
te hominum cogitationes cognoscit. Et dominus  
ad Samuelem ait. Homo videt quæ foris apparēt,  
Deus autem intuetur cor. Paulus etiam huic con-  
sonat. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Cū  
igitur solius Dei sit videre hominū cogitationes,  
clarum est posse peccata dimittere, qui cogitationes  
videbat. Volens itaque Christus ostendere se  
posse peccata dimittere, voluit ad cogitationes res-  
pondere. Vnde tibi cogitandum est qui peccas in  
occulto, & existimas latere aliquid Deo, quod sem-  
per te ipsum intuetur. O vtinā hæc aduerteret pec-  
cator & intelligeret, quod Deum habet in speculo,  
omnium, quæ agit. Multi coram Deo multa  
facere audent, quos puderet ea coram hominibus  
ostendere. Existimat enim peccator quod sicut ip-  
se non videt Deum, quod nec ipse videtur à Deo:  
& sicut*

2. Reg. 12

Psal. 31

Psa. 43

1. Reg. 10

Matt. 11

3. Reg. 18  
Esa. 31

Leuit. 24

Matt. 11

Psal. 7

1. Reg. 10  
Eheb. 4

& sicut ipse cæcus est, quod etiā Deus habet oculos  
cæcos. Sed iam Christum audiamus. *Quid est  
facilius dicere, dimittantur tibi peccata tua, an di-  
cere, surge & ambula? vt autem sciatis, quod filius  
hominis habet potestatem in terra dimittendi pecca-  
ta, ait paralytico, tibi dico surge.* Videtur Christus  
non bene argumentari: nam maius est dimittere  
peccata quam sanare infirmum: quia ad remissionem  
peccati necessaria est motio liberi arbitrij,  
quod vtique necessarium non est ad sanandū cor-  
pus? Plus etenim est pondus id me lauare, quod so-  
lus non possum, quàm id quod nemine adiuuante  
possum. Etenim vt vniuersum orbem & cælum  
& terram condere Dominus non indiguit alterius  
ope, ipse solus sine alterius adiutorio condidit. Et  
idem dico ad sanandum quoduis ægrotū corpus.  
Ipse dixit & facta sunt. Nihil aliud est opus, quam  
sola Dei voluntas: nam statim vt vult, sit nullo  
contradicente, aut impediante. At vt Deus parcat  
peccatum, non satis est si Deus velit, nam præter  
hoc requiritur ipsius peccatoris consensus, quan-  
doquidem illo reluctantē nihil fieri in hac re po-  
test. Ex quo manifeste liquet plus esse peccatorē  
iustum efficere, quàm vniuersitatem mundi con-  
dere. Et plus est huic paralytico peccata remittere,  
quam paralyticum curare. Ergo argumentum Chri-  
sti non valet, quia sic argumentatur. Possum fa-  
cere quod minus est, ergo possum facere quod  
maius est. Quia dicit possum sanare corpus, ergo  
& animam. Facit namque istam consequentiam.  
Possum sanare hunc paralyticum ab infirmitate  
corporis: ergo possum sanare animam remittēdo  
peccata. Ad quod responderi potest, quod curare  
corpus isto modo scilicet imperatiue, tibi dico sur-  
ge, æqualis est potentia: quia sicut solius Dei est  
dimittere peccata, ita solius Dei est hoc modo sa-  
nare infirmum: nam tanta virtus requiritur ad fa-  
ciendum miraculū isto modo præcipiendo, sicut  
ad dimittendum peccata: quia vtrunque est Dei.  
Præterea si sanare corporaliter accipitur sub po-  
tentia naturæ creatæ quod factum & modū mi-  
nus est sanare corporaliter quā spiritaliter. Sed  
si accipitur supra posse naturæ creatæ & solitum  
cursum, vel quo ad factum vel quo ad modum, sic  
æquæ magnum est sanare corporaliter atque spi-  
ritualiter. Sic in proposito iustificare maius dicitur,  
quam creare quoad factum: sed quoad modū  
faciendi & potentiam facientis æquale est. Igitur  
vnum miraculum non est maius alio ex ea parte,  
qua superat potestatem naturæ creatæ: quia fit per  
potentiam infinitā: & nō est accipere in ea maius  
aut minus: & nullum est miraculum quantumuis  
minimum quod non sibi postulet virtutem infi-  
nitā, quia alias nō esset miraculū. Si autē conside-  
retur miraculū ex parte rei, in qua fit vnū maius  
altero potest dici: quia in alijs miraculis plus di-  
stat natura ab ipso opere, quam in alijs. Vt si ali-  
quis homo ignarus & nihil sciens in minimo tē-  
poris articulo efficiatur magnus Philosophus mi-  
raculum quidem est: sed si alius homo qui peni-  
tus nec prima didicit rudimenta, omnes scientias  
& sacram Theologiam in eodē temporis articulo  
percilleret, hoc vtique maius esset miraculum.  
Itaque ex parte potentie non est vnum miracu-  
lum altero maius, quia res denominationem sibi  
asciscit ab eo, quod de per se est: non ab eo quod

est de per accidenis. Quocirca bene argumentatur  
Christus, quia si autoritate mea possum hunc  
hominē in instanti sanare, possum etiam peccata  
dimittere. ¶ Aduerte autē quod ad huc nihil proba-  
uimus, nisi quod ex parte potentia Dei vnum  
miraculum non sit maius alio: quod quidē diffi-  
cultatem non euacuat: quia Christus argumen-  
tatur à maiori ad minus, quia vt esset bona con-  
sequentia argumentum in hunc modum deberet  
neēti. Possum facere quod maius est, ergo quod  
minus. Possum leuare pondus duarū amphora-  
rum ergo & vnus potero. Igitur vt locus hic di-  
ui Luca bene explicatus maneat, & vt Christi ar-  
gumentatio vim habeat, & robur: operæpretium  
est, explicemus quomodo maioris potentia sit  
Christo corpus quam animam sanare. Aliqui di-  
xerunt, quod sanare corpus secundum exteriorē  
apparentiam plus est, nam sanare corpus paraly-  
tici ipsis oculis cernebatur: at dimittere peccata,  
non ita: atque ita coram oculis istorum maius vi-  
debatur opus corpus ipsum in pristinam valetu-  
dinem restituere, quam animam: Sed hoc vtique  
nihil valet: nam etiam si corpus sanare opus cla-  
rius & euidentiū esset, quia ipsis oculis corporis  
cernebatur: at cum Pharisæi fideles essent, & cre-  
derent quod solus Deus poterat peccata dimitte-  
re: si oculis corporeis hoc non videbant, id tamē  
internis mentis oculis credebant: atque ita hoc  
opus, scilicet peccata remittere, difficillimum iudi-  
cabat, & solius diuinæ & supremæ potentia esse  
dicebant: atque ita plus apud ipsos erat animam,  
quàm corpus sanare. Quapropter ea, qua nos po-  
terimus breuitate probare conabimur, maius esse  
Christo corpus, quam animā sanare. ¶ Ideo ad-  
uerte, quod tantum potest Deus, quantum vult:  
& omne quod vult, etiam potest. Omnia enim  
quæcunque voluit fecit in cælo & in terra, & in  
omnibus abyssis. Potentia eius mensuratur sua vo-  
luntate: atque ita etiam si omnipotens sit,  
hanc tamen omnipotentiam non extendit nisi ad  
id quod vult. Atque ita dum aliquid magis vult:  
magis ad illud omnipotentiam suam applicat: &  
ad id quod minus vult, minus potentiam suā ap-  
plicat. Quod igitur Dominus potius vult animæ  
salutem, aut corporis? Manifestum est quod ani-  
mam potius sanam cupit, & id vehementius de-  
siderat. Si igitur magis desiderat salutē animæ, &  
eam magis vult, certum est quod magis potentia  
suam applicat erga salutem animæ: quandoquidē  
(vt modo diximus) potentia executio, regulatur  
& mensuratur sua voluntate. Ea igitur quæ nos  
magis volumus & magis possumus, maiori faci-  
litate operamur. Certum namque est, si amicus  
aliquis, quem ego sum moperere diligo, præciperet  
mihi vt pro eo vnus diei iter ambularem: me la-  
borem illum nullū indicaturū, suscepturum que  
eum pro summa voluptate & oblectamēto: nam  
amor, quo amicum meū vehementer prosequor  
iter illud leuius & alacrius faceret. At autē si alius  
cuius amicitiam nunquam iniui, idem iter pro eo  
suscipiendum diceret: vt que ægre & moleste fer-  
rem id laboris pro eo subire. Hoc igitur non dese-  
ctū potentia est: nam ita sanus sum, & ita valeo  
pro vno id iter suscipere, quam pro altero. Potentia  
enim est eadem. At quia plus vnū quā alium  
diligo, inde euenit, vt maiori voluntate & conatu,  
maiori

Psal. 134



maiori affectu & facilitate, pro vno labore suscipiam, quam pro altero. Quod enim id tanto affectu faciam ideo mihi facilius est. Ita in Deo eade est potentia infinita, & omnia neque facilliter operatur. At juxta modum nostrum loquendi (siquidem filius Dei hominibus loquebatur) facilius dici mus ei esse, peccata dimittere, quam sanare corpus: nam magis optat animæ salutem, quam corporis. Si igitur quod ipse minus vult, scilicet corporis salutem, tam facile id operatur, vt solo verbo, surge & ambula, statim paralyticus sanus fit: quāto melius & facilius peccata dimittet, quādoquidem plus animæ salutem desiderat, & potentiam suam magis ad hunc effectum extendit? Igitur si hoc quod minus vult, scilicet, sanare paralyticū, tam facile operatus est: multo melius salutē animarū operari poterit. ¶ Et satis probasse constat ex hoc miraculo filium esse Dei: quia miraculum factum fuit, ad probandum quod posset dimittere peccata. Ideo impossibile erat, vt fieret nisi verum esset illud, ad quod inducebatur. Causa namque miraculi consideranda est. Nam si quis diceret Petrus est saluatus, & ad hoc probandum induceret miraculum quantumcumque minimum, esse hoc scilicet, Petrus est saluatus veritatis in fallibilis: quia Deus qui est infallibilis veritas adducitur in teste per illud miraculū. Sic Samuelem dixit Iudæis, cum ostendere vellet, eos peccasse petēdo regem. In uocabo Dominū, & dabit voces & pluuias: & scietis & videbitis, quod malefecistis petendo vobis regem. Et Helias dixit: Si homo Dei sum, descendet ignis de cælo: & ita factum fuit. Hoc autem erat ad probandū quod esset homo Dei. Cum enim omne miraculum à Deo sit, & Deus non possit esse testis falsitatis: ideo miraculum non facit nisi ad confirmationem rei veræ. Sic autem hic contigit, quia Christus dixerat, se remittere peccata: & induxit miraculum ad hoc probandū, ergo impossibile erat falsum esse quod dixerat. Quod manifeste patet, nam dixit, vt autē sciatis quod filius hominis habet potestatem dimittendi peccata, &c. & ita factum est, ergo necessario probauit se filium esse Dei. Nullus vnquam fecit miraculū, ad probandum, quod posset peccata dimittere, nisi solus Christus: ideo ex miraculis Christi etiam si non maiora essent quam miracula Prophetarum, sufficientissime probauit esse Deū, quia ad hoc probandum adducebantur. Ideo ipse dixit Iudæis: Si non fecissem opera quæ nullus alius fecit, peccatum non haberent. Hoc est ea miracula feci ad virtutis meæ ostensionem, quæ nemo Prophetarum fecit, ad ostendendam suam potentiam, sed ad Dei gloriam, vel ad alios fines. Hæc opera non possunt intelligi de sola differentia magnitudinis operum suorum ab aliis: quia tunc potius crederemus aliquem illorum esse Deum, quam Christum: quia maiora opera fecerunt aliqui quam ipse Christus vt Petrus, quia sua vmbra infirmos sanabat. Et Dominus: Qui credit, inquit, in me, opera quæ ego facio, ipse faciet, & maiora horum faciet: tamen nemo Apostolorū miracula faciebat ad ostendendum potestatem, vel deitatem suam, sed ad ostensionem gloriæ Christi, & ad confirmationem legis quam prædicabant. Vnde Marcus: Illi autem profecti prædicauerunt vbi que, Domino cooperante & consumante sequētibz signis.

¶ Præterea quāuis Christus (vt sufficienter ostendimus) hoc miraculo probauerit esse filium Dei, tamen noluit aperte hoc dicere, sed etiam filium hominis se vocauit, vt magis occultum hoc esset, ne passio eius impediretur: nemo namque esset qui Deum vellet occidere. Vnde diuinus Paulus: Si Dominum gloriæ cognouissent, non vtique crucifixissent. Hoc autem esset maximum inconueniens: quia nos salui fieri non poteramus, nisi per mortem Christi. Quocirca cum beatus Petrus Christo dixit cum esse filium Dei, præcepit Christus Petro ne cui hoc diceret: quia oportebat illū pati, & reprobari à senioribus. Ideo nō aperte manifestauit se esse Messiam, aut Deum. Et licet Samaritanæ, aut cæco illi à natiuitate id dixerit, non ideo mors Christi impediēbatur: secus autem si scirent Iudæi. Cum autem iam iam morti esset proximus in publico manifestauit se esse Deum: nam quando sacerdos interrogauit, esset ne filius Dei, clare respondit dicens: Ego sum. Quia iam ipse benignissimus Dominus recte nouerat, quam irati, quam cupidi vindictæ essent aduersus eum, qui quamuis tunc veritatem diceret, non ideo impedituri erant passionē, imō acrius suam expleturi fœuetiam & crudelitatem putantes se filium Dei facere. Secundo nunc aperte hoc non dixit, quia magis scandalizarentur, & nemo audiret doctrinam eius, sed potius omnes simul ad occidendum eum insurgerent: nam aliquoties hoc obscure etiam dicens ortum est ingens scandalum, vt cum dixit: Antequam Abraham fieret, ego sum. Et cum dixit, ego & pater vnus sumus, voluerunt lapides in eum reicere: & causam lapidationis esse dicebant, quia cum homo esset, se ipsum Deū faciebat. Ideo cautius hic fuit loquutus, & non ita aperte, tamen bene posset (si ipsi aduerterent) colligere cum esse filium Dei. ¶ Expende etiam non dixisse, ego possum dimittere peccata, sed filius hominis potest dimittere peccata: quod ad laudem & exaltationem naturæ humanæ dixit, vt totam hominum vniuersitatem Christus ostenderet exaltatam, per illam humanitatem quā ipse assumpserat. Vt videatur, quod ista operatio communicata est homini per vniuersitatem humanæ naturæ ad diuinam personam, dicit filium hominis. Sic Caiphæ respondit. Videbis filium hominis sedentē à dextris virtutis Dei: Sic significans potestatem iudicis sibi traditam super vniuersam creaturam dixit. Videbūt filium hominis venientem in nube, cum potestate magna, & maiestate. ¶ Deinde non dicit, potestatem accepit, sed habet: vt significet se æqualem esse Deo secundum naturam diuinam. ¶ Postremo obseruandum quod dicit, hanc potestatem habere super terram: vt intelligas quod Christus peccata dimittit his, qui sunt super terram, & quādiu viuunt: quia si in mortali peccato decesseris & descenderis in abyssum, non vtique dimittet. Vide igitur quod dum in hac mortali peregrinatione ambulat, quantumuis peccatis coinquinatus fueris Christus tibi potest parcere, & peccata dimittere. Nam firma & stabilis est illa sententia. In inferno nulla est redemptio. Ideo Sapiens admonet dicens: Memento creatoris tui in die iuuentutis tuæ, antequam obtenebrescat sol, &c. Tolle lectū tuum & vade in domum tuam. In domum suam misit illum,

illum, ne existimarent Iudæi, quod ei restituebat similitudinem: vt in ipso obsequio & ministerio ambularet. Ideo Christus neminē eorum quos curauit voluit habere discipulū (quamuis aliqui id rogauerunt, vt fuit ille, à quo legionem dæmonū expulerat) noluit mundi saluatore suum commodū querere: sed nostram vtilitatem. Præterea dicit, tolle lectum tuum, ac si dicat. Is Iesus qui te infirmum sustinuit semper, & recepit: nunc tu eum portare debes humeris tuis, nā infirmos proximos adiuuare tenemur, cum autē ipsi ab ægritudine valentes surrexerint tenentur etiam mutuum beneficiū nobis præstare. Sic Paulus iubet, vt qui sani sunt, & in integra valetudine infirmis laborent. Deinde hoc mandato Christus miraculū illustrius reddit & celebrius: nam cum præcipiat ferre grabbatum, omnibus manifestum fiet eum verē esse sanatū: nam si membra firma & robusta non essent, non vtique tulisset lectū. Declarat potentiam suæ diuinitatis, quæ neque temporū interualla, neque mortales respicit. Nam hoc medicorum ars præstare non potest, vt homo omnibus membris destitutis in pristinum vitæ statum adiuentis vocem restituatur, & ita sanus euadat, vt lectum possit ferre. ¶ Obserua autem quomodo gaudium huius paralytici obliuisci eum faciat lectū sui, cum res admodum necessaria sit: vt necessarium sit, vt habeat qui id recordetur. In quo quidem sapius aduertere soleo, quam parum de supernis & celestibus, de quæ Deo ipso sentiamus: nam si aliquid horū degustaremus, vtique mens nostra tam ad eum eleuata esset, vt recordatore indigeremus, ad curandum ea quæ ad corpus attingunt. Quod gaudium in Romano Paulus desiderabat, cum dixit: Deus repleat vos omni gaudio & pace in credēdo in virtute Spiritus sancti. Quid obsecro putatis esse, vt præcepit Dominus primo nostro parenti, vt comederet? Nonne ipse sui haberet curam? Creauerat illum Dominus in tanta perfectione & gratia, & dederat illi intellectum ita sublimem & in diuina eleuatum: vt accessus ad contemplationem tantum & tam ingens, sentiret gaudium: vt totus in Deū translati nec comederet, nec biberet, quapropter præcepit illi, vt comederet. Si Deum degustaremus, non dubito quin omnia mandarem obliuioni. Vnde ad hoc conuuiuium nos inuicē egregius psalter inquit: Gustate & videte, quam suauis est Dominus. Nam si terrenū gaudium ita facit homines suarū rerum obliuisci, vt recordatore indigeant, quid, obsecro, de gaudio illo supremo & æterno dicemus? Quid de consequatione boni illius vbi nullus est iacturæ timor, nullus metus ab alta dignitate & supremacia cadendi? ¶ Denique aduertendū hic est, quod duo dicit Christus huic paralytico. Primum, surge, secundo verō ait, tolle lectum tuum. Primum delectabile erat & iucundum, posterius verō laboriosum & molestum. Primum mandato obediuit, item & secundo. Namque quemadmodū hic obtemperauit in prosperis & iucundis: ita etiam in laboriosis, & molestis fecit. Sanum & valentē surgere post longam infirmitatem dulce erat & iucundum: at molestum & graue lectum humeris ferre. At tu (quæ malitia est humana) Deo nō vis obedire nisi in his quæ palato tuo satisfaciunt. Nā si sacerdoti dederis beneficiū pingue illum quidē

& quod multos habeat redditus, id sponte & alacri vultu acceptabit: quod si illi dixeris aduerte hoc illi esse onus impositum, vt si opus fuerit ad administranda sacramēta media nocte debes surgere, etiam si grandis pluuia cadat: in hoc quidem Episcopo non vis obediē. Si etiam alicui dixeris, visne ingredi hanc confraternitatem, in qua per anni discursu in plurima conuiuia sunt, multæ sunt epulæ? Libenter respondet, velle. At si illi dixeris, teneris in hac confraternitate semel, aut bis in anno flagellis cædi: neutiquam pactum acceptabit. Ita nimirū multi subditi prælati obediunt præcipientibus ea quæ sibi arident: in laboriosis autem & molestis minimè obtemperant. Samson vtique ille fortissimus in omnibus Deo obediuit. Nam cū præciperet illi Dominus vt tolleretur portas Gazæ, & in montem eos ferret: iussis obediuit. Præcepit etiam vt mandibula asini mille viros interficeret, & huic etiam mandato libenter obediuit. Eodem igitur modo quemadmodum in his honorificis rebus Deo obtemperauit, ita etiam in laboriosis obediuit: nam cū iuberet illi Dominus vt columnas templi euelleret, & vt ibi cū Philistæis illis interiret (vbi etiam de sua salute & de discrimine vitæ agebatur) nihilominus tamē id mandatum spontaneus impleuit. Obediuit vtique in prosperis, & aduersis. Diuus etiam Paulus hanc diuinam regulam nolens præterire quemadmodū in honorificis obsequiū præstitit, ita etiā in ignominiosis ab ea non discessit. Nam cū illi diceret Agabo, quod in Hierusalem ligandus esset & manibus & pedibus, illis, qui dolentes flebant, dixit: Quid facitis stantes & affligentes cor meum? ego non solū alligari, sed mori paratus sum propter nomen Domini Iesu. In omnibus Paulus obtemperabat Deo: nos verō in salute & prosperitate illum laudamus, alias immurmuramus. Nec erit ad hoc propositum inutile sanctissimi Iob exemplum, qui cum talis esset dicebat: Si bona suscepimus de manu Domini, mala autē quare nō sustinemus? Israhelici in prosperitate & foelicitate dū mortuos viderent Aegyptios, laudabant Dominū & cantabant: at in tribulatione cū indigebāt viam, aduersus Dominū & aduersus Moysen murmurabant. Vnde Paulus Corinthios admonet tā in prosperis quā in aduersis benefacere. Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per infamiam & bonam famā, &c. Sic iste in prosperis & aduersis obediuit, & fecit quod Christus imperauit. ¶ Demū discamus ab hoc paralytico nō solum credere, sed etiā à peccatis resurgere, & in via mandatorū Dei ambulare: nec vā quā quiescere donec ad domum nostram, & verā patriā accedamus. Nō satis est ei credere, sed opus est surgere, ambulare, & laborare, & omnibus suis præceptis obedire. Vt autē videas, quā prompte obediendū sit Deo, audi quid vltimus noster Euāgelista dicat. Et cōsestium consistens coram illis, tulit lectū, in quo iacebat: & abiit in domū suā magnificans Deū. Sequutus exemplū illius regij vatis, qui dicebat: Benedic anima mea dño: & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea dño, & noli obliuisci oēs retributiones eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat oēs infirmitates tuas. Optima quidē ratio & merito paralyticus hic hos versus Deo canere potest: quia à suis iniquitatibus illum liberauit,

6. Reg. 14.  
4. Reg. 1  
Ioan. 15.  
Mat. 26  
Mat. 24  
Luc. 21  
Ioan. 14.  
Mat. 16.

Ind. 14.  
1. s.  
L. Aug. de discrimine vitæ agebatur nihilominus tamē id li. 1. c. 26.  
A. 23.  
Iob. 2.  
Exod. 15.  
Exod. 16.  
2. Cor. 6.  
Psal. 102

liberauit, & sua peccata dimisit: & integram corporis valetudinem illi restituit. Nos vero cur potiori iure hæc non canemus: quos quotidie à tantis periculis tam animæ quàm corporis eripit? Iam audisti Euangelistam dicentem, quòd quando hic paralyticus infirmus iacebat, nemo illorum qui in domo erant, locum ei dabat vt ad Christum posset transire, quousque super tectum illum a scenderunt: nunc autem quando sanus est, omnes locum concedunt, & nullo impedimẽto transit. O execrandam mundi consuetudinem & regulam: qui pauperem, infirmum, egenum, & mendicum à suo consortio reiicit, nec illum agnoscit, nemo ei subuenit, nemo fauet, omnes eum contemnunt, & tanquam sterco reputant. Nam si pauper in miseriam abit, in egestatem, vel in lapsum: vt citius cadat omnes adiuuant. At si sanus est, diues & foelix, omnes illi fauent, vt vltius in diuitiis & foelicitate proficiat. Nescit mundus fauere nisi eis qui fauorem habent: deicere autem abiectum, & humiliare humilem. Huic paralytico cum infirmus erat, & in lecto iacebat, non concedebat locum, vt transiret: nunc vero cum sanus est, omnes discedunt & dant locum vt transiant. Meliorem locum nunc inuenit, quàm cum infirmus erat. Quam doctrinam vt manifestam intelligas sacræ paginæ exemplo eã tibi ostendã. Nã cum Ioseph afflictus esset, contemptus, & in carcere detrusus: nemo erat, qui illius recordaretur, & Pincerna Pharaonis etiam obliuioni eum tradiderat, & fratres eum vendiderant. At postquam honoratus fuit, & in amplissimam dignitatẽ euectus, omnes illi gentia fledebant: & fratres eius ipsum adorabant. Et præter hæc populus Israel dum vixit Ioseph summo honore habebatur & æstimabatur in Aegypto: & in potiori sorte terræ viuere: at mortuo Ioseph, & fauore perempto quem cum rege habebat, statim mundus incepit Israelẽm persequi. Vnde aduertat oportet, quòd si multi nunc qui te diuitem vident, foelicem & prosperum, vel in aliquam dignitatem constitutum, honore tibi summum præstant: vide ne cæcus sis, & lippos habeas oculos: nam certiorẽ te facio, quòd hi qui maxime te honorant nunc, si de diuitiis, si de dignitate, aut officio cecideris, ij in quã priores erunt qui pedis iactu te euntem in præcipitium adiuuant. Quòd igitur ex his omnibus concludo, id est, ne hominum laudibus aut honoribus capiaris: nam ad vtramuis aurã se fleant, & is (aiunt) viuat, qui vincit. *Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum.* Magnificant, in quã Deum, qui talem potestatem dedit hominibus, vt possent peccata dimittere, & vnico verbo infirmos curare. Hanc eandem mirabilem potestatem dedit sacerdotibus qui Christi vices gerunt in terris: & ligandi atque absoluendi habent potestatem. Mirabilis quidem potestas, quã neque Angeli in celo, neque Sancti, nec beatissima Virgo. Maximo igitur honore afficiendi sunt sacerdotes, qui talẽ habent potestatem & corpus Christi consecrant, & fidelibus tradunt. Præterea isti Deum amplius magnificant, si attenderent, quam dederit Deus hominibus potestatem, scilicet, vt filij eius sint. Dedit (inquit Ioannes) eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Nec hoc solo contentus, de factis etiam filios Dei nos fecit,

testante Ioanne. Videte, inquit, qualem charitatẽ dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur & simus. *Et repleti sunt timore dicentes: quia videmus mirabilia hodie.* Mirabilia, inquit, quia duplex miraculum fecerat: alterum sanando animam, alterum verò sanando corpus. Ideò meritisimè Esaias appellauit illum admirabile, quia multos in admiratione rapuit suis prodigijs operibus & miraculis. Vnde regius vates in psalmo. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. *¶* Observa etiam quod Pharisæi, qui inuidi erant, videntes mirabilia Dei murmurabant: populus verò gaudebat, & magnificabat Deum. Sic boni lætantur in his, quibus cruciantur impij. Vnde David agens Christi personam. Qui timent te, videbunt me & lætabuntur. Nam si tanta est vis in naturalibus (vt Ambrosius ait) vt visum animal proficit ihericis, ita vt cornu huius animalis mortui prodesse dicatur his, qui in similem passionem deuenierint: quanto, obsecro, plus iusti a spectu proficiet? Si enim vile animal tantam habet virtutem vt exiguo temporis momento hominem sanare possit, quomodo Christus, & quilibet alius vir sanctus ac iustus maiora horum non faciet? Eis namque qui Christum fideliter videre desiderant diuinam infundit virtutem: atque ita isti, qui recti & studiosi erant latati sunt & stupe facti iniusti visione, & miraculorum operatione. Ideo dicunt, vidimus mirabilia hodie. Viderunt & lætati sunt. An ne omnes? Non inquam: sed qui timent te. Non Pharisæi, sed turbæ. Nam quemadmodum pudicitie amator summo & incredibili gaudio afficitur, si foeminam vel virum pudicum videat: & sicut castus castitatem seruantem diligit: & sicut liberalis & magnificus alium liberalem virum desiderat sibi comitem, & sapiens sapientem: ita ex diametro vir castus impudicum torquet, liberalis auarum, & sobrius voracem & ebrium. Nam si prodesse dicimus mutũ animal cum videtur, ita obesse percipimus lupum si ipse nos prius viderit. Nam ij, quos prius lupus videt, vocem feruntur amittere. Aiunt etiam Basiliscum si quodecumque viderit prius animal, id interficere, si homo visu præuidetur. Sed ipse serpens mori dicitur si prius eum homo viderit. Ergo si tanta virtus oculis serpentis vel hominis inest, vt si alter alterũ viderit, possit occidere: quanta maior virtutis efficacia erit in oculis hominis iusti? Viderunt ergo illum turbæ, & lætati sunt atque exultauerunt dicentes. Quia vidimus mirabilia hodie. Ex his igitur omnibus vt aliquid succi tibi maneat, aduertat, vt semper inuidiam fugias, & bonis fratrum tuorum gaude, & Dei magnalia considera. Sed iam hæc satis sufficiant de hac historia: nunc de conuersione Apostoli Matthæi, Lucam nostrum disserentem audiamus. *Et post hæc exiit, & vidit publicanum nomine Leui sedentem ad Teloneum & ait illi.* Non forte aut casu Christus ad eum accessit locum, sed secundum suum æternum propositũ, quo ad suam gloriam, & ecclesiam, & Apostolicã dignitatem augendam aeterna sua prædestinatione hunc Apostolum præordinauit eligere. Vnde videre oportet, quomodo nos non Christum queramus, nec inueniamus: sed potius ipse est, qui nos tanquam perditos & errantes querit, & inuenit. Tantum igitur beneficium, & tantam gratiam admu-

1. Ioh. 1  
Esa. 9  
Psal. 113  
Eph. 1  
Psal. 111  
Amb. 10. in  
Cant. 5.  
Esa. 52.  
Psal. 20.  
Matt. 9.  
Psal. 111  
1. Tim. 1  
1. Cor. 15  
Psal. 113  
Psal. 67  
Rom. 8. 1  
adm.

admirantes cum Paulo dicamus. O altitudo diuinarũ sapientiæ & sciẽtiæ Dei, quã incõprehensibilis, &c. Sed iam singula verba huius contextus veniant expendenda: nam vnũ quodque suam emphasim secum affert. Primo igitur ait: quòd exiit: quòd quidẽ magnũ argumentũ est diuinæ bonitatis. Nam cũ Deus sciat se ita magnũ esse & incomprehensibile, vt nos nõ possimus eũ attingere: ipse ad nos venit, & nos querit. In quo amor diuinus erganos ostenditur. Elegit nos ab æterno, sed nõ nostris meritis, sed sola sua bonitate & gratia. Et videns, quod nos, quos oportebat ipsum querere nõ querimus, ipse venit ad nos. Cũ enim mortui essemus in peccato, Deus, qui diues est in misericordia sua nõ viuificauit. Quod quotidie nos experimur, nã sæpius sanctis inspirationibus nos vocat, pulsat & querit, in quib. Aperi mihi sponsa mea, coluba mea, soror mea, &c. Et iterũ. Solue vincula colli tui, captiua filia Sion. Non possumus ad Deũ ire, nisi ipse prius ad nos venerit, & nos vocauerit. Quocirca opus est, vt nos in benedictionibus dulcedinis præueniat, sicut præuenit Matthæum. Ipse enim exiit, & venit ad nos: vt nos ad eũ possimus redere. Alius quoque euangelista ait, quòd cũ trãfret inde Iesus, noluit detineri in Teloneo, neque in domo negotiationis: quia inuia peccatorum nõ stetit, nec sedit in cathedra pestilentie, sed trãferebat, vt etiã Matthæus inde trãfret. Tũ enim trãfret Iesus & in trãfretu peccatorẽ videt quando eũ vocat per internam inspirationẽ. Non facit in eo mäsionem, donec inspiratio impleatur opere: sicut Matthæus sequens suo cõiuuio detinuit illũ. Dilectus detinere Iesum ne prætereat. Væ illis, iuxta quos iterũ atque iterũ Iesus transt, & nõ detinetur. Væ horum falsæ spei, qui confidunt in lögitudine vitæ. *¶* Secundo dicit euangelista, quòd vidit Iesus publicanũ. Ea est solis virtus & natura vt pene trãs viscera terræ aurũ & multa aliã metalla generet. Sic virtute radiorũ Christi aurum fidei generatum & productũ est in corde huius Apostoli. Nullus alius sensus aptior est vt transferatur imago rei visæ in aliã rem quã visus. Itã visus amatũs qui vehemētissimus est transfert cor amatũ in seipsum. Solent namque hæc ob causam ij qui se nimio amore diligunt quodã pudore suffundi si se in viã, cõicẽtis alter in alterũ oculis intueantur. Et huius rei nõ est alia ratio nisi quia naturaliter si valde intuemur quos diligimus, nos ipsos in dilectos trãferimus. Itã Christus cũ hũc Apostolũ aspiceret, formatus mansit. Non enim vidit Matthæus sicut solẽt alij homines videre: nec vidit illum, sicut vidit Pilatũ, Annam, Caiphã, & reliquos carnifices. Nã in hoc loco, sicut & in alijs multis scripturæ locis videre Christi nihil aliud est, quã corda mouere, & suam gratiã impartiri. Sic vidit & respexit Petrum, Andream, Iacobũ, & Ioannẽ Nathanaelẽ, & hũc discipulum Matthæũ. Quibus etiã oculis misericordie & benignitatis vidit Abrahã in Chaldea, Loth in Sodoma, Israelitas in Aegypto, Zachariũ in arbo re, Petrum in domo Caiphæ, latronem in cruce, & Paulum in itinere Damasci. Qui Christi aspectus ita perspicacissimus est, vt carnẽ penetret, sanguinẽ, ossa, spiritũ atque animã. O foelix intuitus, de quo beatus Matthæus id dicere possit quòd dixit Agar. Tu Deus quia vidisti me, &c. Nec est iste intuitus Christi simplex aliqua hominũ cognitio:

sed est interioris cordis dulcissima & suauissima penetratio, quæ animã tãgit, & vulnerat: itã vt suo intuitu sanctorũ mentes illustrauerit, vt in ipsum crederet: voluntatẽ itã inflãmauit, vt ipsum amarent: animum ita perfecit vt suis semper vestigijs illũ insequerentur. O quã diuinus & mirabilis intuitus fuit hic, nã eo solo fecit vt Matthæi cor totũ tremere. Si stetit sol mãdato Iosue, & clãgore tubarũ diuino iussu mari Ierico ceciderũt: nõ mirũ (quando quidẽ David inquit, a facie domini mota est terra) vt solo Christi intuitu Matthæus pauecat & tremat. Ideo iterũ inquit regius vates. Qui respicit terrã & facit eã tremere. Quemadmodum sol suorũ radiorum virtute calefacit terrã, & eam pinguem reddit: & in ea generat multos fructus & herbas: itã etiã oculi domini qui (vt ait scriptura) lucidiores sunt sole multo fertiliorẽ & abundantiorẽ reddiderunt animã huius Apostoli solo nãque suo intuitu sol ille iustitiæ Christus redẽptor noster in anima huius Apostoli amplissimas diuitias generauit. Vtinam Christus sic nos videat, vt corda nostra vulneret suo intuitu suisque oculis quasi hamo nos capiat atque ad eũ sequendũ amãdumque cõmoueat, sicut hũc Apostolũ cõmouit. *¶* Tertio dicitur, quòd vocabatur Leui. Et ipse Matthæus qui hanc suã vocationẽ scriptis nominat se ipsum, dicens quòd vocabatur Matthæus. Habebat nãque beatus Apostolus duplex nomẽ Matthæus s. & Leui. At magis cõmune nomen illi erat Matthæus: at Lucas & Marcus vt sanctũ honorarẽt euãgelistã nominãt illũ Leui. Ipse vero suæ humilitatis causã vocat se ipsum Matthæi: quòd nomẽ magis notũ & familiare illi erat. Nõ lætatur Matthæus in peccatis, sicut illi, de quibus scriptura ait, quòd lætatur cũ male fecerint, & exultat in rebus pessimis: sed narrat sua peccata, vt Christi bonitatẽ ostendat, & suã misericordiã commendat. Sicut nos volẽtes aliquẽ magnũ & peritũ medicũ laudare, solemus morbos ingẽtes, quos curauit in mediu adducere, vt clarius eius peritã & experientiã demonstramus. Sic Paulus sua peccata cõmemorat, vt Christi bonitatẽ exaltet dicens. Christus Iesus venit peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum. Et alibi Ego sum minimus Apostolorũ, qui non sum dignus vocari Apostolus: quoniam persequutus sum ecclesiam Dei: gratia autẽ eius sum id quòd sum. Cõmendat Dei misericordiã, quæ omnia mala nostra & grauissima peccata superat, & lato antecellit discimine: atque ita is idẽm de quo David in psalmo inquit, qui cõuertit petrã in stagna aquarum, & rupẽ in fontes aquarũ: statim vt aspexit Matthenm illũ cõuertit, & ad se quasi magnes attraxit. Vnde egregius psaltes diuinitus canens ait domino. Lingua cantum tuorum, ex inimicis ab ipso. Quasi dicat. Canes inimici crudeles ecclesie, amici eius & defensores facti sunt. Lingua canis cõmoda & vtilis est, ad reparandum id quòd dentes perdidit. Nulla est sanior medicina quã si canis vulnus ipsum lingua tangat. Mordaces canes fuerunt ecclesie sancte Paulus, Matthæus Augustinus, & multi alij qui suis moribus ecclesiam dilaniabant, & persequebantur: at postea suis linguis illam curarunt, & sua prædicatione maximã illi vtilitatem attulerunt, docentes, & suis codicibus vtramque paginam illustrantes, &c. *¶* Quinto autem aduertendum hic est officium vel artem

Gene. 40  
Gene. 41.  
Exod. 1.  
Ioh. 20.  
Ioh. 1.  
Ioh. 20.

Ios. 10.  
Iosue. 6.  
Psal. 113  
Psal. 103.  
Ecc. 23.  
Matt. 9  
Prou. 2.  
1. Tim. 1  
1. Cor. 15  
Psal. 113  
Psal. 67

quam Matthæus exercebat. Sedebat etenim ad teloneum, τολωνίου, græcè mensa erat publicanorū, in qua vestigalia soluebatur. Peccabat Matthæus ex auaritia excupidine, & amore nimio pecuniarū. Vnde publicanus erat, cuius erat munus vestigalia regis, & redditus colligere: atque ita habitabat Capharnaum, quæ ciuitas erat maritima, vbi maxima vestigalia exigebantur, eorū omnīū, quæ mari vehūtur. Explicās autē euangelista quo vicio esset inquinatus Matthæus, cōmendat medicinā mirabilem, quam supernus & cælestis medicus illi apposuit. Nā cum minus retribūū habet infirmitas: maiorē gloriā & honorem sibi cōparat medicus, qui eā curat. Nullum igitur vitii est itā incurabile, quodque fortius & tenacius hominem teneat, quā auaritia. Possessio namque diuitis auari plus durat, quam ipse: quocirca dū viuūt non soluitur neque relinquitur à peccato auaritiæ. Secundo, quia pluribus stipitibus est ligatus, & multiplici funiculo detentus, quia non solum amore proprio sed etiā amore filiorum est implicitus. ¶ Expēde autē quod dominus voluit peccata sanctorū suorū manifestari: vt nos de venia, & misericordia eius non desperemus. Nam vidētes quod dominus maximos peccatores illustres & sanctissimos viros reddiderit, & sui regni cōpotes fecerit: fiducia nobis præbet, quod etiam & nos possimus vitā & gratiam adipisci. Etenim cum tu videris quā liberaliter famosissimo latroni regnū suum dominus donat: quamque misericorditer & benigne Magdalenam suscipit, & pro ea Pharisæo respōdet cuiusque etiam vides, quæ mirabilia dominus operatur cū carnifice Christiani nominis Paulo, & sanctę ecclesię persecutore, & quomodo se cum Petro habuerit, qui tanquā ignotum & inimicum Christiū negat: quare obsecro hæc omnia audiēs non de sua diuina misericordia cōfides? Nam si ciuitas aliqua aduersus dominū coniurationē faceret: rex autē itā benignus esset & misericors, vt non solum ciui, qui coniurationis totius caput fuit, liberaliter parceret, verū etiā in domo sua regia duo præcipua officia & munera donaret: nonne reliqui ciues populares magnam veniæ & condonationis sp̄e conciperent? Nimirū, nam rex itā benignus, qui præcipuo traditori nō solū parcat: verum etiam eum honorat, credendum est, non negaturum veniā reliquis ciuibus, qui tanta non sunt digni culpa. Si igitur tu iā audis & vides quomodo in signē auarum vt Mattheum querit, aspicit, & peccata dimittit: & non solū dimittit, sed in Apostolum & euangelistam eligit: quid est quod nos de diuina misericordia & benignitate desperabimus? O quā bonus rex, & quā clemētissimus dominus hic est: qui non solū peccata condonat, verū ipsos peccatores summis honoribus exaltat, & c. Sed Christum Matthæū vocantē: audiamus, & dicentē illi. *Sequere me.* Videas obsecro quomodo Christus sit qui prius nos querit: & non solū qui prius nos querit, sed qui ad nostrā conuersionē prius quā nos incipit loqui, & vocare. Vbi aduertere debes quod non ex meritis Matthei, sed ex sola sua gratia vocatus est à Christo: iuxta illud Pauli. Non volentis est, neque currentis, sed miserentis Dei. Ex vno atque eodē fonte omnīū vocatio proficiscitur: Etenim nos omnes gratia Dei vocati sumus, non ex operibus & meritis nostris

Luc. 7.

Aff. 9.  
Mar. 14.

Rom. 9.

precedentibus. Vnde beatus Paulus, gratia estis saluati per fidem: idque non ex vobis. Dei donū est nō ex operibus neque quis gloriatur. Itē Deus (inquit) saluos nō fecit, & vocauit vocatione sancta non secundū opera nostra: sed secundū suum propositum & gratiā, quæ data quidem est nobis per Christum Iesum. Consideremus itaque bonitatem Dei in nobis, laudemusque illum super misericordia sua dicentes cum regio vate. Quomodo miseretur pater filiorū, miserus est Dominus timētibus se. Recordatus est quoniā puluis sumus, &c. Vnde nihil salutis meritis nostris tribuendum est, aut alicui creaturæ: sed soli Christo omnē iustitiam nostrā tribuamus. Vnde Baruch propheta. Domino Deo nostro iustitia: nobis autē cōfessio faciei nostræ. Si vocauit Matthæū, id sua misericordia fecit, &c. ¶ Aduerte autē quod nō sit facta mentio de vocatione omnium Apostolorum nisi horū quinque scilicet Petri, Andreę Iacobi, Ioānis, & Matthei: quia hi tantum vocati sunt à Christo. Nam Apostoli nō diuersis tēporibus, aut diebus electi sunt in Apostolatū, sed vnicō tantū die: & ideo non est vnus Apostolus antiquior altero in Apostolatu, quamuis in vocatione sit, aut in ingressu scholę domini: nam Christus venientes ad se recipiebat, & sic cōgregauit magnū numerum discipulorū. Postea vero quadā die in vnum locū eos omnes cōgregauit, & ex omnibus hos duodecim elegit, quos Apostolos nominauit. Ceteri autē manserunt in gradu discipulorū & postea ex illis assumpsit sibi septuaginta alios discipulos. Singulos autē istorū nō vocauit ad se Christus, sicut eos quinque, quos iam retulimus: quia plurimi eorum visis Christi miraculis veniebant ad eū, & forte rogabant, vt eos in discipulos haberet. Hoc patet in illo scriba qui dixit. Magister sequar te quocūque ieris. Sic Philippus, qui postea Apostolus electus est, Christum sequutus fuit. Sic & Nathanael. Igitur quia tantum hi quinque Apostoli vocati sunt, reliqui autē ad Christum venerunt: ideo solum illorum quinque vocatio scribitur. Si autem aliqui vocati fuerūt illa fuit leuis vocatio, sicut de Philippo, quem Christus inueniēs dixit. Sequere me. *Et reliquos omnibus surgēs sequutus est eum.* Non surdus auditor, sed factōr operis extitit. Surrexi & adhuc tecum sum. Hæc duo verba maxime fuerūt virtutis: nam illis auditis statim surgens sequutus est eum. Non est mirū si solis præsentia gelu resoluatur. O diuini verbi mirabile efficaciam vt hæc duo verba, sequere me: magis vinculum & ligatū attraxerunt beatum Matthæū quā si duabus cathenis deuinciretur. Cuius verbi Dei mirabile virtutē expressit Dauid dicēs. Dabit voci suæ vocē virtutis. Videbant enim (vt diuus Chrysostomus ait) aliquid diuini in vultu Saluatoris, atque sequebantur eū attracti Christi aspectu: cum quo quē volebat ipse, ad se attrahebat. Nam sicut in Ezechiele habetur, quod cum eleuabatur cherubin, eleuabantur etiā rotę: sic viri iusti & charitate excellētes Christū sequuntur, cū eos vocat, & attrahit voce virtutis suę, ¶ Duo sunt peccatorū genera, alterū est hominū, qui imbecillitate naturæ in aliqua dilabūtur delicta, & hi faciles sunt vt conuertantur: hos dominus sui diuini amoris igne cōuertit mittēs illis sanctas inspirationes, & dicēs. Vide o homo quod habeo gloriā, beatū-

Eph. 2.

2.Tim. 1.

Psal. 102.

Bar. 1.

Luc. 6.

Luc. 10.

Matth. 8.

Luc. 9.

Joan. 1.

Iaco. 2.

Psal. 138.

Psal. 28.

Chrysol. 13. in Mar.

Ezecl. 11.

beatitudinem, gaudium, diuitias denique nunquā perituras, &c. Sic conuertit Dauidem, Paulū, Petrum, Matthæum & Magdalenam. Aliud est peccatorum genus procacissimū, meretricia incedens fronte, & dura ceruice quos dominus cōuertit turbine, & grandine infirmitatum, laborum, & afflictionum. Talis fuit rex Manasses, & omnes hi, qui cōstitutū in infirmitatibus & tribulationibus Deū quaesierunt. Quo circa Dauid in psalmo. Intonuit de celo dominus, & altissimus dedit vocē suam: grādo & carbones ignis. Quando autē nullo modo cōuertit voluit, vide quid psalmographus dicat. Et misit sagittas suas & dissipauit eos: fulgura multiplicabit & cōturbabit eos. Sic euerit Pharaonē, Sennacherib, Antiochum, & Iudam. Intonuit itaque altissimus voce sua & vocauit Matthæum quem attraxit igne dilectionis suæ, & surgens sequutus est Christum. ¶ Aduerte rogo, quid Christi visus & aspectus fecerit. Statim dominus Matthæum aspexit, solum est iugum diaboli: & statim Matthæus ab asperissima cæmonis seruitute liberatus est & Christum sequutus. Quem admodum si in dura cera sigillo sunt impressa alta mania, turres, & montes: hæc omnia dissoluantur si radiis suis sol aduenerit. Sic mundanæ opes, imperia magistratus, honor & gloria mundi, si in corde hominis depicta fuerint: si sol iustitiæ Christus aspiciat, vt aspexit cor Matthei, statim calore diuini amoris dissoluantur, & in nihilum abeunt. Quocirca Dauid domino ait. Respice. Respiciam vos (inquit) & crescere faciam. Itā suo aspectu & duobus his verbis dominus Matthæū voluntatem inclinauit, ac si ex necessitate id heret quamuis liberē. Itā dominus vehementi amore cor eius mouit: vt melius ei videretur obedire, quā omnia, quæ habebat, & habere poterat, ideo nihil se facere putauit relinquens omnia, & ei vni adherendo, vt vocantem sequeretur. ¶ Ex quo loco primo prælati, pastores, & omnes principes discant, statim vt à domino fuerint vocati, ei libenter obtemperare: nā Apostoli, & beatus Matthæus non pigri fuerunt, aut multoties vocari expectarunt: at semel vocati, ipsi domino paruerunt. Nā prælati qui successores sunt Apostolorū, nō expectantur vt Christus eos multoties vocet, tanquā populum imperfectum: at ipsi, vt pote qui perfectionis statum habēt, statim Christum sequuturi sunt, vt fecerunt Apostoli, quandoquidem eorum successores sunt, ac proinde imitatores. Vnde dominus in Numeris præcepit Moyse, quando consistare iussit duas illas argenteas tubas. Si semel, inquit, clangueris venient ad te principes & capita multitudinis Israel. Sin autē prolixior atque concisus clangor increpauerit, mouebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam. Aduerte obsecro quomodo ad primum clangorem tubæ vult Dominus vt omnes principes, & duces adueniant: at postea multiplicatis clāgoribus omnis multitudo populi exiet. Itā prælati statim vt vocatur à domino, ad eum debet accedere: & tam in hoc quam in aliis, quæ ad obsequium Dei spectauerint omnibus aliis priores esse debent, & coram subditis incedere. Nos etiam omnes post pastores nostros sequamur Christum vocatē: & ne simus pigri.

Psal. 17.

Exod. 14.

4.Reg. 19.

1.Mac. 6.

Matth. 27.

Psal. 85.

Leuit. 26.

Num. 10.

Matth. 23.

sequi dominū: longitudo enim dierum assumetur ab eo. Sic gloriatus est Ieremias dicens. Non sum turbatus te pastorē sequēs, & diē hominis nō desideraui, tu scis: quoniā omnes qui te derelinquūt confundentur, recedētes à te in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venā aquarū viuentiū. ¶ Discamus etiā ex Matthæo vana mundi contēnere & despiciere: nam tēpore maioris necessitatis deserēt nos diuitiæ & opes. Ideo cum eis te habere debes, quemadmodū cum exercitu militū sit, de quibus præsumitur & colligitur quod traditores sunt, aut quod in potiori & periculosiori parte belli terga debēt inimicis vertere. Itā nimirum mundū hunc relinquere debes antequā ipse te relinquat: siquidē fallax est & mendax, & omnes suos amatores irridet. Contemne & relinque illū dum viuīs: quādoquidem te ipsum constitutū in mortis articulo relinquere debet. Si autem hæc quæ prosequimur, non agnoscis, si eius vanitatem non intelligis, ideo est: quia ipsum mundū nō vides, causa vero cur illū non videas est, quia in ipso ambulās, & ipsum diligis. Nā quæ admodum corporeus oculus videre non potest, si aliqua non sit distātia inter ipsum & rē visam: ita hi, qui in mūdo sunt, ipsum mundū videre non possunt: quoniā nullū est interuallum inter ipsos & mundum. ¶ Aduerte autē quod itā eum relinquant vt nihil suarum rerum tecū feras. Iacob fugit de domo Labā: Sed Rachel secum tulit idola Laban, quia præteritarum imaginem voluptatum non itā cito delentur, sed eas secum ferre solet, is qui mundum fugit, & sequitur Christū. ¶ Docemur etiā quomodo gloria potius sanctis actionibus & operibus attingitur quam verbis. Legimus enim quæ fecerit Matthæus nō quæ dixerit. Quod dixit nihil fuit, quod autē fecit multum: quandoquidē omnia reliquit, & Christū fuit sequutus. Perfectio namque Christiana non verbis, sed operibus consistit: nec cæli verbis rhetoricis & elegātibus emittur, sed sanctis operibus. Etenim sanctū gloriam adepti sunt pauca loquentes, & multa bona operantes. Vt autem intelligas bona opera non desuisse Matthæo, audi quod sequitur. *Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua.* Eliseus vocatus ab Helia fecit conuiuium socijs suis: sic nunc Matthæus conuiuiū fecit Christo, & socijs suis amicis, & publicanis. Sed quomodo Christus ex vsuris comedebat? Et quomodo si reliquit omnia, fecit conuiuium? Facta copia à Christo in domum suā reuersus est, & disposuit omnia sua negotia, & reddit rationē officij sui, restituit quæ debebat: & derelictis diuitiis & omnibus bonis suis, fecit conuiuium Christo, vltimum vale mundo dicēs: & postquam omnia vendidit & dedit pauperibus Christum est sequutus, & post ipsum abiit. Magnum vocatur hoc conuiuium, quia splendidū fuit & opulētum: sed certē splendidum erat quia potius spiritualiter, quam corporaliter Christū Matthæus reficiebat. Et vere magnum hoc conuiuium appellari potest, quia ex eius reliquijs Angeli satiantur in cælo: quia gaudium fit in cælo super vno peccatore poenitentiam agente. O homo peccator attende, quod in manu tua est Christo magnum facere conuiuium: quādoquidem potes offerre illi cor istud tuum humiliatum, & poenitens. ¶ Obserua etiam quomodo Christus Matthæum honorat, & illum suspicit, quando

Ierem. 17

Genes. 31

3.Reg. 19.

Luc. 15.



*Psal. 138* qui ipse Matthæus Christū honorauit, & magnificet. Vnde Dauid merito dixit. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Audiuit Matthæus vocē Christi, & obediuit ei: & idēd Christus ingreditur domum suam ad manducandum cum illo. Et aduerte quod Christus Matthæum inuitauit, dicens, sequere me & Matthæus inuitauit etiam Christum in domo sua: & quia Matthæus Christū audiuit, ipse exauditus est à Christo: & quia Matthæus Christi conuiuuiū acceptauit, etiam Christus Matthæi cōuiuuium suscepit. Vis ne ut dominus faciat, quæ ab illo petis, & rogas? fac tu etiam quod ipse præcipit. Audi tu Deū: & ab ipso utique exaudieris. At si rudis tu es diuinis inspirationibus, vocaris ab eo, & audire nō vis & inquit sequere me, & relutans: quomodo igitur vis, ut ipse te clamātem exaudiat? Vocas illum, & non præstat tibi aures: quia tu ab eo vocatus non respōdisti. Vult dominus, eadē moneta tibi repēdere: nam quemadmodū ad illius voces obturatas habebas aures ita etiā ipse tuis nūc clamoribus eas claudit. Vnde per sapientē ait. Vocauit & renuistis: sequitur. Tunc inuocabunt me & nō exaudiam. Et Esaias. Ecce nō est abbreviata manus domini ut saluare nequeat: nec auris eius aggrauata est, ut non exaudiat: sed iniquitates vestra, &c. Et Ieremias. Nos inique egimus, & ad iracūdiā te prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es. Quia igitur Matthæus, Christo obediuit & exaudiuit eū: ideo Christus cōuiuuium acceptat. ¶ Observādum præterea est tunc verē te audisse vocē domini, & sequutū fuisse Christum: quā lo senseris te in omnem proximum esse benefactorē: nā statim vt incepit Matthæus Christum sequi, illico amore & charitate proximorū exarsit. Clarum & apertum signum est, quod Deum audieris: si cū proximis charitate incipias uti. A mor quippe diuinus ociosus nō est, vbiūque est operatur. Nam quēadmodum ignis nō potest in sinu esse, sine eo quod vestes comburat, ita ignis diuini amoris nō potest esse in corde hominis, & frigidū hominē in operibus esse. Sic Eliseus postquam in siluit super eū spiritus domini, statim occidit duos boues, & coxit carnes eorum, & dedit eas populo. *Matth. 25* Oportet autē cum Christum in domum tuā receptoris magnum facere cōuiuuium: hoc est, quod pauperes afferte volueris, & eis cibū præstare (in quibus se recipi Christus cōfessus est) liberaliter hoc faciendum est. At nunc multō aliter sit: nā in mūdi conuiuuiis & vanitatibus nō solum liberales, sed prodigi sunt homines: vbi verō propter Christum aliquid fieri oportet: parū est quod pro ipsius obsequio dispensatur, aut ita exiguum ut pudori & conuicio potius dandum sit, quam laudi id quod impēditur. Sic illi Israhelite ad idolum confādum liberales fuerūt, quia obtulerūt monilia, & annulos, & aurea multa: sic homines in mūdi seruitio liberales se & magnificos ostēdunt, cū Christi verō pauperibus parcissimos & auaros. Nō sic Matthæus qui magnum cōuiuuium Christo apposuit. *Exod. 32* *Ecce erat in turba plerima publicanorum & aliorum qui cum illis erant discumbentes.* Vide quomodo cū Matthæus Christum sequitur, alij multi eius exemplum sequuti, post Christum abeunt. Quādo aliquis princeps, vel aliquis ex optimatibus populi aliquo illiusre exemplum virtutis edit: magnū cōmodum & vtilitatē affert alijs popularibus homi-

nibus. Nam cum cōuerteretur Matthæus, qui ex optimatibus erat in Capharnaum statim post se multitudinem eduxit, & magnam præstitit vtilitatem. E contrario autem si isti optimates malē viuant, & si vitis & peccatis se inuoluunt, perniciēs sunt & pestis totius rei publicæ: quia secum plurimos in infernum ducunt. Itā Iero boam secū tulit plurimos in infernum eis, quos conflauit vtilis aureis. Et Abimelec cum scidit ramum arboris & dixit quod me videritis facere, citō facite. Omnes idem fecerunt: & sequebantur ducem. ¶ Expende autem quod quatuor veræ iustificationis signa in beato Matthæo hic videmus. Primō namque surrexit. Opus est prius à peccatis surgere. Si mortui (inquit Apostolus) sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? Secundo sequutus est eum. Non enim sufficit mala non agere: nisi quis (vt inquit Gregorius) studeat bonis operibus insudare. Vocauit nos (inquit Paulus) in sanctificationem. Tertiō gratias egit pro acceptis donis: & idēd parauit conuiuuium, quasi gratus existens vocanti. Quo circa diuus Paulus inquit. In omnibus gratias agite. Quartum quod Matthæus fecit, fuit proximum adiuuare: nam adduxit alios peccatores vt ipsi etiam conuerterentur. Sic Andreas adduxit Petrum à Christo. Sic etiā Dauid postquā de se ipso dixit. Benedicam dominum in omni tempore, statim inuitat proximos suos dicens. Magnificate dominum mecum, &c. Sponsa etiam in Canticis postquā dixit spōso trahere me post te: alios voluit secum adducere acque ideo subdidit. Curremus in odorem vnguentorum tuorum. Hæc enim vera charitas secum habet vt alios secum adducere velit. ¶ Vide etiā quomodo Matthæus munus incipit exercere, quod postea habiturus erat. Futurus erat Apostolus & euāgelista, & sua prædicatione multos ad Christum allaturus: quod iam incipit facere statim in suæ vocationis exordio. Iam incipit ostēdere, quam magnus & excellēs temporis progressu futurus erat. Sed cum astitus dæmon semper eos persequatur, qui se sub vexillo Christi committunt, & mali semper bonos persequantur, audi quid nunc dicat euāgelista. *Et murmurabant pharisæi & scribæ eorum dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis ac bibitis?* Serpēntina vox hæc est. Hanc primam vocem serpens emisit dicens Ena. Cur præcepit vobis Deus, ne de ligno vitæ comederetis? Parentis sui diaboli venena diffundunt, qui dicūt. Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis, & bibitis? Sed forsitan aliqui videbitur hanc fuisse iustam murmuratiōem: quia in multis sacrae paginæ locis Societas & amicitia cum impijs reprehenditur. Dauid enim de se ipso ait. Superbo & insatiabili corde cum hoc non edebam. Et in Proverbijs ait Salomō. Ne comedas cum homine inuido. Et Paulus scribit Corinthiis, cum similibus nec cibum sumendum fore. Si de cibo præcipue sic prohibetur in scriptura: cur Christus & Apostoli comedebant cum publicanis & peccatoribus? Ad has & similes autoritates respōdetur, quod loquuntur de peccatoribus pertinacibus & induratis in malo, qui correctionē contēnunt, non tamen de illis, qui conuertuntur, vel proximi sunt vt conuertantur. Hi nāque benigne suscipiēdi sunt vt semper in bono proficiāt. ¶ Obserua

serua etiam hanc murmuratiōem non fuisse aduersus discipulos, sed aduersus Christum. Nā vt Matthæus explicat in suo euangelio murmurantes dixerunt discipulis. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Nec est vlla contraditiō inter euāgelistas, quia Lucas narrat verba Pharisæorum: Matthæus autem animum & intentionem: quia in factō discipulorum magistrum calumniabantur, qui idē faciebat. Nec lis erat aduersus discipulos, aut odiū: sed aduersus Christum: Qui mos murmuratorum est, vt non ei malum dicant, aut reprehendant qui deliquit: sed alteri, qui ipsi delinquenti referat. Mihi de te malum narrant, & tibi de me idem renunciant: & sic contrariō & inuerso ordine semper ambulat. Pharisæi quando eis videbatur Christum errare, discipulis id dicebant: cum vero discipulos errare putabant, magistro id dicebant. Itā cum discipuli illotis manibus mensæ accubuerunt: ad magistrū tendentes, dixerunt. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum: non enim lauant manus cum panem manducant? Nunc autē, quādo videtur eis quod Christus errat, dicunt discipulis. Quare cum publicanis & peccatoribus māducat magister vester? Quod magistro discipuli sunt, dicunt discipulis, quod autem discipulis, magistro referunt. O quos, quātūque sunt hodie inuitatores pharisæorum: mundus namque scatet hominibus zizaniam seminantibus, susurrionibus, & murmuratoribus. Nam quod malum in proximis videt non illis id dicunt, vt seipsos emendēt: sed murmurantes alijs narrant, & sic proximorum sanæ detrahunt. Et sunt multi qui ad te veniunt murmurantes, & prælato detrahentes: quod si aliqui tu de prælato dixeris, statim ad prælatū abibit, & omnia, quæ dixisti illi narrat. Te ipsum presentem laudant, absentem vero vituperant, & detrahunt cum alijs: tecum autem aliorū murmurant. O hominum genus execrandum qui dæmonis filij sunt, inferni carbones, Pharisæorum discipuli, Dei inimici: & quos Angeli, homines, & bruta ipsa abominantur. Vnde Salomon in Proverbijs. Sex sunt quæ odit dominus, & septimum detestatur anima eius, &c. Hoc autem est, qui seminat inter fratres discordias. *Et respondens Iesus dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico sed qui male habent. Quis erat sanus? nullus certē, nam totus mūndus iacebat ægrotus. Qui sunt ergo illi qui sunt sani? Pharisæi & scribæ qui se ipsos existimabant sanos, cum maiores essent peccatores: & alios despiciēbant, & improperabāt. His non medicus venit, quia solos eos visitat qui suas infirmitates agnoscunt & medicum vocant. Caue etiā & tu ne sicut Pharisæi iustum & sanum te iudices: hæc namque superba cogitatio medicum è domo eiicit & expellit. Quare Dauid sanatus est? Quia infirmū se esse cognouit, & dixit medico. Sana me domine, quoniam infirmus sum. Et alibi petiit misericordiam & addidit dicēs. Quoniam iniquitatē meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper. Non, inquam, egent qui sani sunt medico. Relinquire igitur me artem meam & officium exercere: quia medicus sum, in autem se ægros esse cognoscunt, & suorum peccatorum veniam poscunt. Non mihi detrahatis quia honestum est, & medicum decet, cum ægris esse, &*

illos visitare: cui autem hoc minus decens videtur, infans potius est, & elleboro purgandus veniet. Quod idem etiam nūc hoc tempore consuecit facere: quod si quā magnus medicus sit, & quam expertus, videre cupias, oculos connerte ad tot tantalque ægrotos, quas in hoc mundo curauit. Solent periti & experti medici, quando in aliquam ciuitatem abeunt, ibi mansuri: quæere aliquos infirmos, qui ægrotos patientur incurabiles: vt in his ægrotudinibus suæ artis peritiā & scientiam demonstrēt. Grauis quidē infirmitas est auaritia, nam vt inquit Paulus est idolorum seruitus. Et hæc ægrotudine Matthæum laborantē curat. Præterea reliqui medici alias infirmitates curant, alias vero nō: quia nec omnia sapiūt, nec omnia possunt. At de Christo ait regius vates. Qui sanat omnes infirmitates tuas. Denique alij medici sanitatem tribuunt, sanguinem emittēdo, venas scindēdo, & potiones amaras dando: & præter omnia hæc pecunias volunt. At Christus qui cælestis medicus est ipse potiones: amaras suscipit, & sanguinis missiones, vt nos sanemus. Vere languores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit. Nos fructus vitos comedimus, ipse vero felle & aceto in cruce potatur. Nos pleni eramus malis humoribus: ipse vero in hortu sanguineo cruore madefit. *Non veni vocare iustos sed peccatores ad penitentiam.* Non intelligas quod Christus inuenit aliquos iustos. Vera quippe est sentētia Pauli. Omnes peccauerunt. Et psalmus. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Sed intelligendū est, non veni vocare iustos, id est, confidentes suæ iustitiæ, sicut pharisæi, qui bus Christus hæc dicebat: & quales erant illi, de quibus Paulus. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere: iustitiæ Dei non sunt subiecti. Sed peccatores, id est, desperantes de omnibus viribus, & conatibus suis: totoque animi desiderio gratiam diuinam expectantes. Hos Christus cælestis & diuinus medicus curare venit, quales erant illi publicani & peccatores. Omnes erant peccatores, & omnes Christus vocabat: sed vocare Christus hic effectum appellat: quia non omnes ei obtemperabant, scilicet pharisæi, qui arrogantia pleni se se iustos existimabant. Hos nāque & similes istis non venit Christus vocare per effectum & consequentem salutis: nam quo ad efficaciam Christus non est mortuus pro istis: quia propter eorū superbiam mors Christi non profuit illis. Igitur hos scribas & pharisæos vocat Christus iustos, non quia iusti fuerint: sed secundum existimationem & apparētiā eorum. Mos enim est scripture (vt Hieronymus ait) multa dicere iuxta opinionem illius temporis, quo gesta referuntur: non autem iuxta id, quod rei veritas continebat. Sic dicit Ieremias quod Ananias propheta tulit cathenam de collo Ieremias: & hic non erat propheta, sed pseudopropheta. Vocauit autem illum prophetam, quia talis in populo existimabatur. Sic Ioseph vocatur in euangelio pater Christi iuxta opinionem vulgi, vt Hieronymus ait contra Heluidium. Et idem Hieronymus super Matthæum dicit contristatum Herodem propter mortem Ioannis Baptistæ, non quia vere contristabatur, cum potius gauderet: sed quia hoc discumbentes putabant. Sic intelligendum puto

*Prou. 7. Esai. 9.*

*Ierem. 4.*

*Prou. 6.*

*3. Reg. 19.*

*Matth. 25*

*Exod. 32.*

*3. Reg. 12.*

*1. Inq. 9.*

*Rom. 6.*

*Greg. 10. 13. in euang. 2. Thess. 2. 1. Thess. 5.*

*1. Inq. 1. Psal. 33.*

*Cant. 4.*

*Gen. 3.*

*Psal. 100. Prou. 20. 1. Cor. 10.*

*Psal. 6. 1. Inq. 50.*

*Eph. 3.*

*Psal. 120.*

*Esa. 50.*

*Genes. 3.*

*Rom. 3. Psal. 13.*

*Rom. 10.*

*Hier. super. ca. 23. Iere. Iere. 23.*

*Luc. 2.*

*Hier. lib. 2. commen. Mat. cap. 140.*

illud Ezechielis. Perdam ex te iustum & impium. Iustos vocat hypocritas: nā vere iustum non perderet Deus simul cum peccatore: vt ipsemet testatur ad Abraham loquens. Et in Ecclesiaste. Et iustus, qui periit in iustitia sua: non quod iustus sit, sed quod sibi iustus videatur. Atque ita exponit Hieronimus. Sic Paulus stultam fecit mundi sapientiam, per prædicationis stultitiam. Mundi sapientia stulta prorsus est. Stultitia prædicationis vocatur iuxta hominū existimationē. Lege Dionysium de diuinis nominibus pulchre de re hac differenter. Itaque infirmi & male habentes erāt publicani, qui se peccatores esse fatebātur: & pharisæi iusti & iusti, quia sic ipsi credebant & alij sic existimabant. ¶ Ad nostram vero eruditionem aduertendum est, quod Christus non fuit contentus solum dicere non veni vocare iustos sed peccatores: sed addidit, ad pœnitentiā. Quibus verbis ostendit ad quid venerit vocare peccatores: non quidem vt perpetuo peccatores sint, sed vt ex peccatoribus pœnitentes fiant. Non vocat obsecratos Pharaones, & induratos peccatores: sed pœnitentes. Multi sunt, qui peccant, & dicunt. Deus peccatores vocare venit. Vtique venit vt salui fierent peccatores: sed eius aduentus parū aut nihil proficiet tibi & aliis similibus qui semper in peccatis sedentes iacent. Propter illos peccatores venit, & eos vocat: qui se conuertuntur ad eum. Attende quod vocat, sed ad pœnitentiā. Peccatores, qui pœnitentiā agunt, ij sunt, qui effectum suæ vocationis consequuntur, & in quibus diuina vox operatur. ¶ Præterea ad pœnitentiā vocat: vt intelligas quod Christiana religio crux est, & pœnitentiā. Non vocat Christus ad delicias, non ad opes, non ad honores & dignitates, sed ad pœnitentiā. Vocat mundus, & vocat Christus: sed diuersimode. Ille ad oblectamenta, & carnis spurcitas: hic autem ad pœnitentiā. Per hanc renouatur turpis animæ imago, & hanc à nobis exigit Deus: & propter illam promittit, se veniam nobis concessurum. Vnde per Esaiam ait. Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erunt. Duos apposuit colores, qui difficiles sunt vt tollantur: vt nobis significaret, quod quantum peccata in nobis inualuerint, quantumuis vegeta fuerint in ueterato more, diuina gratia, & nobis pœnitentiā agentibus mundi erimus, & quasi nix & lana dealbabimur. Vnde videre licet quod ad pœnitentiā te vocat Christus nō ad delicias. Si persecutiones pateris, labores, & infirmitates: si in tribulationibus & angustiis constitutus fueris, recordare obsecro hæc domini verba, & memento ad pœnitentiā esse vocatum. Hæc namque Christiani gloria & laus est pro Christo persecutiones pati. Et in hoc gloriabatur Paulus dicens. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Et iterum. Si gloriari oportet, in infirmitatibus meis gloriabor. At illi dixerunt ad eum. Quare discipuli Ioannis ieiunant frequentius, & obsecrationes faciunt, similiter & pharisæi: tui autem edunt & bibunt. Discipuli Ioannis cum pharisæis hoc dixerunt, videntes gloriā Iesu, & ipsius miraculis inuidentes, quæ Ioannes non fecerat. In hoc autē peccabant. Primo quia se cum Pharisæis immiscebant, quos nouerat & condem-

natos à magistro suo Ioanne. Secundo, quia Christus calumniabantur, quem magister suus Ioannes sic adeo laudauerat. Tertio se ipsos iactantes de ieiunio. Videbant Ioannem ieiunantē & credebant in hoc summam perfectionis consistere, & longe erant à veritate & maxime errabant, eo quod in ieiunio perfectionem constituiebant. Non ieiunabat Ioannes vt per hoc solum iustus efficeretur, sed quia iustus erat ieiunabat hocque externo ieiunio alios ad verā pœnitentiā adducere volebat. Sed isti ex ieiunio alios iudicabāt & contenebant non ieiunantes: cum Paulus doceat. Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in die festi, &c. Et ad Romanos. Qui non manducat, manducantem non iudicet. Sic nos iudicamus tanquā transgressores præceptorum Dei eos, qui constitutiones & leges nostras non seruant, iudicantes illos ethnicos & peccatores: quia idem quod nos, non faciunt. Optimū est ieiunare, & ecclesiasticas sanctiones obseruare: sed in his omnia collocare & reponere fiduciam, impium est & ineptum, si Dei dilectionem negligas. Christus hanc iustitiam docuit, non solum corā hominibus, sed maxime coram Deo, ob idque se medicum vocauit. Officium namque boni medici est causas morbi radicibus euellere: nam si penitus sanus nō fuerit infirmus, cito in eandem recidit infirmitatem: nam si externa tantum curat, nihil vnquam perfecte sanabit. Sic vera iustitia nō est vt externe pietatem proferas, interne autem animus vitiiis scateat. Nec verus animarum medicus est, sed seductor, qui docet tantum quæ ex ternæ pietatis specie in habent, his neglectis quæ animam rectam & mundā reddūt. Hinc est quod Christus vt optimus medicus docuit, quæ cor reificent, scilicet mundi gloriam contemnere, voluptates negligere, opes spernere, tollere iram & inuidiam, inimicos diligere, amare Deum, patriam illam beatam ardenti quodam & flagranti amore desiderare. In his vera iustitia consistit, quæ qui adimpleuerit facile ieiunabit, & alia exteriora opera efficiet. ¶ Expende autē quod quando dixerunt, quod discipuli Ioannis ieiunabant, addiderunt, & obsecrationes faciunt: loquendo autem de discipulis non dicunt, non orant, sed tantum, non ieiunant: quia sciebāt quod discipuli orabant, & Christus docuerat eos orare. Si ergo sciebant quod Apostoli orabant, satis erat dicere, nos ieiunamus, tui autem non ieiunant. Sed quia isti arrogantissimi erant cum de se ipsis loquebatur, quamuis nihil ad rem faceret addiderunt orationem se ipsos laudantes. Sed denique loquentes de discipulis, tantum de ieiunio loquuti sunt. Sic & nunc multi sunt, qui vt aliquid proponant, vel vt ad aliquam obiectionem respondeant, illis factam, mille res adducūt ad propositum nihil pertinentem, sed in suā laudem eas adducunt, & suam omnem vitam, suasque omnes actiones studiosas narrant, ita vt audientibus fastidio sint: qui vel vnico verbo ad propositum respondere possent suam causam defendendo: & veritate, & iustitia se ipsos excusare, non tantis ambagibus adductis facientibus in ipsorum laudes quæ nec ad propositum, nec ad rem faciunt, eorum, quæ ab eis interrogantur. Quæcunque vel etiam si laudissima fuerit occasio satis illis est, vt incipiant se ipsos laudare. Sic Saul reprehensus à Samuele quare reuersus esset ad præ-

ad prædam: poterat respondere quod causa immolationis tulit populus primitias. Amalech: sed antequam hæc diceret in sui ipsius laudem multa impertinentia protulit. Audiui, inquit, vocē domini, ambulauit in via per quam misit me dominus, & adduxi Agag regē Amalech. &c. ¶ Porro obsecratio est cum in petitione vel oratione aliquid sacrū commemoratur. Græce enim ἱκετήριον sonat per sacrum rogo. Ac si ad Christum fundens preces, diceres. Per passionem tuam rogo. ¶ Aduertendum est etiam quod discipuli Christi non ieiunabant ieiunatis supererogationis: quia Christus volebat ad se trahere multos discipulos: atsi multa ieiunia illis imponeret, pauci id possent tolerare: quia difficilia & ea quæ sunt magnæ perfectionis non à multis sed à paucis obseruātur. Secundo fuit propter infirmitatem eorum & imperfectiōē: quia tunc noui erant, & si graua onera illis imponerentur forte sustinere non possent, & ab eo recederent. Tertio fuit, quia Christus voluit ostēdere, quod status nouus quem ipse instituebat, nō erat sicut antiquus: quia homines non erāt iustificandi ex operibus legis, sed ex fide. Ad ostendendū ergo excellentiā status, quem Christus prædicabat, non debebat grauius hominibus onera imponere. Sed Christum respondentem audiamus. *Quibus ipse ait. Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus facere ieiunare? venient autem dies, & cum ablatus fuerit ab illis sponsus tunc ieiunabunt in illis diebus.* Ioannes Christum vocauit sponsum. Qui habet sponfam sponsus est. Ecclesia sponsa illius est, quam Christus sibi exhibuit mundam & immaculatam: & vniuersalis hæc ecclesia vnica appellatur virgo, quæ Christum vnicum etiā sponsum habet. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Est autē matrimonium inter Christum & istam virginem, vt inquit beatissimus Paulus. Sacramentum hoc magnum est inter Christum & ecclesiā. Filij sponsi sunt Christi discipuli, & omnes, qui in Christū crediderunt. Nam omnes, qui intra ecclesiā aqua spiritus sancti & fide renascuntur efficiuntur filij Christi per hanc fidem. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credit in nomine eius. Quos omnes Christus spiritualiter gignit. Tunc ergo nō oportebat discipulos ieiunare propter conditionem tēporis: quia luctus cum gaudio non cōuenit. Quia aliud est tempus ridendi, aliud est flendi. Ieiunium autem ad luctum pertinet. Totum autē tempus quo Christus secundum carnis præsentiam mansit eum discipulis gaudium quoddam ingens fuit, & magna festiuitas. At post passionem in Actis sæpe dicitur, quod erant ieiunantes & orantes. Et Paulus, in omnibus exhibeamus nos &c. In fame, siti, & ieiunio. Dicebat autem & similitudinem ad illos. *Quia nemo commissuram à vestimento nouo immisit in vestimentum vetus alioquin & nouum rumpit: & veteri non conuenit commissura à nouo.* His verbis Christus significat, quod his, qui quotidie vsque ad fatietatē comedunt & bibunt, non conuenit statim in ipsis conuersionis exordio magnam abstinentiam illis imponere. Tales erant discipuli, quapropter paulatim ad perfectiora duocendi erant: vt degustata spirituali dulcedine fortiores fierent ad corporis afflictiones perferendas. Doctrina etiam hæc loca confellatij, ac statim

carnalibus peccatoribus grauius iuga imponant. Est enim opus eos, qui minus perfecti sunt, paulatim ducere: exemplum diuini Pauli sequuti, qui dicit. Lac vobis dedi, tanquā parulis non escam: nondum enim poteratis. Et Paulus Agrippæ regi dixit. Opto apud Deū & in modico & in magno, non tantum te, sed etiam omnes, qui audiunt feritales, qualis ego sum exceptis vinculis his. Quare obsecro dixit exceptis vinculis his? Nonne optimū erat pro Christo ligari? Vtique: at hoc opus erat maxime perfectionis, quod quidem Agrippæ non conueniebat, nec nouiter ad fidē conuersis. Quos tanquam in fide teneros vincula Pauli deterrebat. Tractandi erant Agrippa & qui nouiter ad fidem Christi veniebant blande, leniter, & quadam suauitate: non autem aspere & acriter. Ideo Paulus non vult vincula Agrippæ, sed viris iam perfectis & exercitatis in Dei seruitio. Pannus itaque vetus consuendus est veteri. *Et nemo mittit vinū in vires veteres alioquin rumpit vinum nouum vires & vinum effundetur, & vires peribunt. Sed vinum nouū in vires nouas mittendum est, & vtraque conseruatur.* Intendit Christus his parabolis quod doctrina noua non bene potest percipi à viris retinentibus, antiquum viuendi institutum: sed oportet prius expoliare veterem hominem & sic induere nouum: ita quod non bene stare potest vt aliqua pars noua sit, alia vero vetusta. Id est, quod doctrina sit noua & vita vetus. Discipuli Christi sic adeo erant imperfecti, vt adhuc non essent capaces vitæ & doctrinæ noui testamenti, vt patet ex his, quæ Christus illis dixit post resurrectionem. Manete in ciuitate quo adhuc induamini virtute ex alto. Ideo eos abstulit à ieiunij præcepto & ab aliis spectantibus ad perfectionem noui instrumenti. Hæc enim tunc seruanda non tradidit maxime teneris discipulis, sed seruanda prædixit. Explicatio ergo est huius loci. Nemo nouam doctrinam docet eos, qui veteri doctrina instituti sunt. Vestimentum vetus & vter vetus animus est, qui retinet ea quæ imperfectiōnis sunt. Quod si vinum nouum noui testamenti in veteres immittatur vires rumpetur integritas noui testamenti, & vinum diffundetur, & amittetur. Ita caute omnia agere debemus, nec in nidu oculi, siue momento ex imperfectis perfectos fieri velle: aut ex imbecillibus fortes. Homines qui adhuc fragiles sunt non imponendæ sunt maximi rigoris regulæ: sed quæ humana imbecillitas ferre potuerit: nam secundum medicos natura non patitur repentinas mutationes. *Et nemo beneo vetus, statim vult nouum. Dicit enim Vetus melius est.* Superior doctrina ex similitudinibus vestium & vtrium ex parte doctoris ostendit, & continet manifestam causam, quare Christus non faciebat tunc ieiunare: hæc autem parabola ex parte effectus discipulorum se tenet. In prioribus liquidem parabolis ex parte temporis nuptialis, & ex parte imperfectiōnis discipulorum sapientia magistri commendatur: in hac autem explicatur praua dispositio discipulorum ex mala consuetudine. Sicut enim gustus cui maxime satisfacit vetus vinum, si subita facta mutatione ei præbueris vinum nouum recusat & resistit: si autem paulatim palatum vino nouo assuefeceris illud libenter degustabit: ita discipuli

Genes. 18  
Eccle. 7.  
Hier. li. 8  
100mmen.  
Esa. c.  
25.  
1. Cor. 1.  
Dio. ca. 7

Esa. 1.

Gala 6.  
1. Cor. 12

Matth. 3

Ioan. 1.

Colo. 2.

Rom. 14.

Rom. 5.

Ioan. 3.  
Eph. 5.

2. Cor. 11.

Eph. 4.

Iun. 3.  
Iun. 1.

Phil. 3.

Ab. 1. & 2.

1. Cor. 6.

1. Reg. 15.  
ad præ-

1. Cor. 2.

Ab. 26.

Colo. 3.

Luc. 24.

assuefacti veteri legi, non gustabant adhuc suauitatem noue legis: sed venit tempus quando gustabant suauitatem noui testamenti. Per hanc enim parabolam, rationem Christus ad literam reddidit quare etiam post missionem spiritus sancti non statim semoni homines à suis legibus & ceremoniis, sed paulatim: quoniam assueti veteri vino, non statim sapit nouum. Difficile enim est assuetam relinquere. Vbi iam oportet ad nostram utilitatem discere, vt hominem vetus exuamus, (vt inquit Apostolus) & in nouo spiritu renouemur. Ambulemus non in fermento veteris malitiæ, & nequitiae, sed in azimis sinceritatis & veritatis. Iucundus & suavis est spiritus domini. Vnde aduertere licet, an in ueterata peccati consuetudo in eum nos deduxerit statum, vt non Deum degu-

stemus neque sanctum ipsius spiritum, postquam in peccatis senescimus. Etenim sic multis bene sapit vetus peccati vinum, vt desipiat euangelicæ gratiæ status & dicant. Vetus vinum melius est. Et illud, quod anima peccatrix per Oseam dixit. *Ose. 2.* Vadam & reuertar ad virum meum priorē: quia bene mihi erat tunc, magis quam nunc. Opus est aduersus prauam peccandi consuetudinem delolari, vt tibi virtus bene sapiat, & nouum gratiæ vinum. Faxit Deus, vt ita vitia præterita, & antea vitam detestemur, & vt conscientiam nostram & mentem ita mundemus, & præparemus: vt cum venerit ad nos dominus noster Iesus Christus cum vino suæ gratiæ, ne nobis desipiat, imò sapiat, & habitet nobiscum in secula seculorum.

## CAPVT VI.



**ANTIQUISSIMVS** est inuidiorum mos, vt semper alieni boni eos poeniteat. Teredo quæ in ligno nascitur, nihil aliud statim facit à primo exordio vitæ suæ, quam ipsum lignum corrodere. Ita inuidia quæ ab ipso hominis corde ortum & originem ducit, nihil aliud prius facit, quam ipsum cor abrodere, & comburere. Pharisei igitur legis hoc pestifero veneno pleni, grauiter ipsorum corda torquebantur. Atque ita cum viderent Christi redemptoris nostri admirabilem vitam, & suæ doctrinæ altitudinem & excellentiam: plusquam nouercale odium aduersus eum conceperant. Et inde ortum & originem hæc inuidia habebat: quia cum populus sanctos ipsius mores & cælestem doctrinam sequeretur, post ipsum abibat, & phariseos relinquebat. Hoc itaque videntes scribæ & optimates populi graues inimici Christi facti sunt, & capitale odium aduersus ipsum concipientes omni diligentia & sollicitudine querebant aliquid, quo Christi famam, & nomen radicatus euertent atque labefacerent. Cumque in domino (vti in quo nulla erat peccati macula) nihil reprehensionis dignum inuenirent: defectus discipulorum curabant reprehendere, vt vel inde aliquid redundaret in reprehensionem magistri: quandoquidem in ignominiam magistri cedit, si discipuli male docti euadant. Ita beatus euangelista Lucas in principio huius capituli sexti scribit quomodo Pharisei acerrimi Christi inimici saluatorem calumniabantur: quia discipuli domini in die festo spicas tritici manibus fricauerant. Diem autem & tempus quando hoc contigit eleganter hic scribit euangelista: vt nihil ad perfectionem historię deficeret videatur. Attergo. *Factum est autem in sabbato secundo primo.* Hoc dupliciter solet exponi. Primo sic: Iudæi namque omne festum sabbatum vocabant: nam sabbatum requiem sonat. Dies festos quicumque illi essent, in quibus ab operibus cessabant, appellabantur sabbata. Quod si festum incidebat in die Parasceues: hoc est, in die veneris, vocabatur parasceue sabbatum: & sequentem diem, qui proprie sabbatum erat, nominabatur secundo primum: id est, primus sabbati, & secun-

das dies sabbati, hoc est solennitatis. In primo nomine primus, & secundus in ordine festiuitatis præcedentis. Secundo locus hic intelligi potest, quod loquatur de sabbato, quod erat septima dies illius festi quod cecidit in sabbato. Quasi dicat. In sabbato, quod erat octauus dies illius festi. In sabbato secundo: id est, secundo repetito. Primo, id est, principali. Nam sabbatum primum est festum cadens in sabbato, quod etiam dicitur magnus dies festus sabbati: quia in sabbato duplex solennitas inuenitur. Sabbatum autem secundo primum est septima dies festi solennis cadens etiam in sabbato. Nam sabbatum simpliciter est septima dies, requies domini. Sed vt mea in etiam in mediū proferam sententiā, dico quod sabbatum secundo primum proprie erat sexta decima luna sequens diem maximum in pascha. Ea namque die iuebatur offerri frugū manipuli, vt habetur in leuitico. Dicebatur *Leuit. 23* secundum, quia sequebatur festum paschæ: dicebatur secundo primum, quia primum erat inter sabbata sequentis festiuitatis. Sic exponit Iosephus, cui in his potius ego fidē adhibeo quā doctoribus Christianis: quia ipse Iudæus erat, & legis Moysæ seruator, & in lege doctissimus, in cuius diebus ille dies vocabatur sabbatum secundo primum. *Cum transiret per sata, uellebant discipuli eius spicas: & manducabant confricantes manibus.* Fame coacti hoc fecerunt, nam vt Matthæus inquit. Discipuli Christi esurientes coeperunt vellere spicas. Maxima premebantur fame, quandoquidem hoc facere illos urgebat. Nam nisi ita adeo fame defatigarentur, minime hoc fecissent. Vbi tu, qui opulenti, opiparisque ciborum generibus vteris, maximo deberes pudore suffundi, & videre quam parce Christi Apostoli comedebant, qui solis spicarum granis contenti erant, & consolabantur. Quod autem euellebant, spicas, & eas comedebant: signum erat non esse assuefactos delicatis epulis & cibis. Quid de illis dicendum, qui maxima sollicitudine & industria semper curant, ne aliquantulum famis patiantur, & antequam necessitas postulet, vino ciboque ingurgitatur, quorum Deus solus (vt inquit Paulus) venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Discite Christi exemplo carnis delicias, & multi-

mitudinem ciborum contemnere. Id autē vnum in hac re debes considerare, cum carnem tuam ita delicate & tantis generibus ciborum pascis: quod eam seruas & faginas vt esca sit & cibus immundis vermibus. In quo facto valde ei similis es, qui amicis suis volens parare conuiuium, multis retro diebus anseres faginat, pauos, & capones, vt in diem conuiuij valde pingues sint. Ita nimirū tu, qui tam delicate tanta cura & sollicitudine carnem tuam pascis, vermibus eam seruas, quasi vel nobiles aliqui sint viri, vel familiares tui. Plusquam insanus es, & elleboro purgandus venis: si cum in hac vita in continuo sis bello, & in medio inimicorum ambulans si inimicis tuis arma tribuis, vt ab eis vincaris. Nonne insane vides quod carnem tuam pascens, & ei multos parans cibos, quod tribuis illi vires & robur, quibus aduersus te insurgat & superet, & vt ipsa spiritum subiciat? Arma fortiora, quibus dæmon aduersus te induitur, tua caro est. His armis Holofernē truncauit, & Amone filium Dauid interfecit, & aliis multis vitam abstulit. Tolle inimico arma, si vis eum vincere. Abstinentie & sobrii procual fugit dæmon, & à longe eum salutat. Horret vitæ asperitatem, & ab eo fugit qui suam carnem macerat, nec ad eum accedere audeat tentaturus. Sic beatus Petrus admonet dicens: Sobrii estote & vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanquam leo, &c. Vide quomodo beatus Petrus sobrietatem commendat, vt possit diabolicas fraudes & tētationes fugere. Ideo *Rom. 13.* quod (vt Paulus ait) non in comestationibus, & in ebrietatibus, non in cubilibus & impudicijs, non in contentione & emulatione: sed induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs. Sed de his alias. Christus itaque propter nimiam importunitatem Iudeorum irruentium in eum exiit à ciuitate nondū sumpto cibo, & ita discipuli esurientes, spicas uellebant. Sæpenuero hoc Christo accidit, vt patet in Marco, vbi legitur, quod Christus dixit illis: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum: erant enim qui veniebant & redibant multi, & nec manducandi locum habebant. Vbi discant oportet diuini verbi prædicatores: vt non relinquunt prædicationem propter defectum victus & corporalis refectiois. Discant etiam qui diuinum verbum audiunt cætera obliuisci. Ita enim Apostoli verbo Dei erant intenti, vt nihil de cibo curabant. Mulier illa Samaritana statim vt Christum audiuit, & verbum eius suum tetigit cor, hydriam reliquit, & abiit. Qui Deum gustant omnia deserunt, & ea quæ ad corpus pertinent, nihil curant. Saulus persecutor Domini, vt vocem cælestem audiuit, statim omnia reliquit: & Matthæus obliuiscuntur: sic adeo rapiebantur amore, & doctrina Christi. *Quidam autem phariseorum dicebant illis.* O Deum immortalē, & etiam Pharisei ibant cum Christo? Non solum discipuli, sed etiam pharisei eius inimici magistram sequuntur: vt nullus locus sit, qui non pateat impugnationibus etiam in sacro Christi collegio. In omni loco & tempore aduersus Christum calumnias quarunt: quando autem non possunt magistrum reprehendere, discipulos taxant. At si sub vexillo Christi pugnaveris, ab ipso propugnaberis. Dominus enim mi-

hi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Et sanctissimus Iob: Pone me Domine iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Pharisei verò potius quā alij discipulos arguebant, quia & Christo & ipsis iudebant: vel quia volebant se ostendere cæteris sanctiores: & ideo zelabant legem, & præuicatores legis: vel quia erant periti in lege, & ad illos spectabat scire, quid licitū vel illicitum esset in sabbato. Et licet hic nulla fiat mentio de scribis, tamen sub nomine phariseorum intelliguntur. Quia in Matthæo legimus, quod accusabant pharisei dicentes: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? & tamen ibi non solum aderant pharisei, sed etiam scribæ, vt dicit Marcus. ¶ Obserua autē quod Matthæus & Marcus dicunt, hæc verba dixisse Phariseos Christo: sed Lucas ait quod dixerunt illa discipulis, quia fuerunt duæ atque diuersæ accusationes. Altera accusatio fuit quorundam Phariseorum Christum accusantium, altera verò fuit aliorum phariseorum accusantium ipsos discipulos. Ideo ait Lucas: Quidam autem phariseorum dicebant illis. Quasi dicant. Multitudo phariseorum Christo loquebatur, & cum illo erat præcipua questio & accusatio: quidam autem eorum discipulis loquebantur, eos increpando & dicentes. *Quid facitis quod non licet in sabbatis?* Quid dicerent Pharisei si vidissent nostras festiuitates, conuiuia potationem, & bacchanalia, cum per integros dies festos homines saltant? Expende autē sceleratorum hominum impietatem. Ipsi flagitijs cooperti viros excellentes, & sanctitate præstantes, in quibus aliquod lumen vident elucescere irruunt, & culpam leuē calumniantur. Vt vultures, qui veniunt ad cadauera, non autem ad corpora viua: sic inuidi non opera viua & excellentia, sed mortua odorant. Vide etiam quanta fuerit sanctitas & bonitas discipulorum Christi: Nam ex hoc loco satis ostendi potest. Nā certe si Christi discipuli essent adulteri, homicidæ, latrones, aut contra legem crimen aliquod commississent: vtique pharisei inuidi non tacuissent. Quærentes autem quid reprehenderent, nihil inuenirent aduersus eos: magnum quidem hoc est argumentū sanctissime illos viuere. Sic tu viuere, vt quamuis inimici velint calumniari nihil contra legem Dei inuenire possint, quod tu commiseris. Si autem aliquando aduersus te aliquid moliantur reicere, nihil nisi mendacia & inutilia possint adducere. Sic cum aduersus Paulū fere tota Iudæa insurgeret, & illum accusarent grauiter coram Festo & Agrippa: nihil tamen dignū mortis contra illum inuenirent. Ita vt Agrippa rex diceret Festo, dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem. ¶ Obserua autem quod non accusabant eos nec arguebant eo quod in sabbato iter facerent, quamuis iter facere videbatur magis illicitum esse, quam confricatio spicarū: quia non itinerabant, sed iuxta loca ambulabant per segetes. Et etiam ipsi Pharisei in eodem loco erant, quando discipuli euellebant spicas. Tum etiam quia licebat Iudæis in sabbato mille passus ambulare. In Actis etiam Apostolorum dicitur, quod mons Oliueti est iuxta Hierusalem sabbati habens iter, id est, tantum distat à Hierusalem quantum licet Iudæis ambulare in sabbato. Quia autē discipuli hoc loci spaciū non transierant, non poterant



rant accusari, quia itinerarent in sabbato. Nec etiā arguebant eos furti, quia de alienis segetibus vel lebant spicas, non enim suae erāt illae segetes, quia omnia reliquerant propter Christum. Ideoque de furto eos non arguebant, quia licebat discipulis hoc facere permittente lege. Nam Deus dixit: Si intraveris segetem amici tui frange spicas, & manu conteres: falce autem non metes. Eadē etiam lex erat quantum ad vvas. Ibidem namque etiam dicitur: Ingressus vineā proximj tui comedere vvas quantum tibi placuerit, foras autem non afferas tecum. Non ergo poterant pharisaei discipulos de furto accusare, quapropter accusabant eos de sabbati violatione: eo quod in tam magno festo vt sabbatum erat, spicas cōficarent manibus, vt eorum accusatio iusta & recta videretur, & zelo obsequantiae legis posita. Sed palliata malitia est, quod multoties homines impij facere solent: qui sub praetextu virtutis dicentes legem Dei zelare, vindicant suas iniurias & in fontes persequuntur. Omnes homines sua vitia curāt tegere virtutis pallio. Nam si per regum & principū curias abieris, si per ciuitatum senatores, si in concilia clericorum tetenderis, plura, & detestanda inuenies vitia cooperta sub virtutū pallio. Cupidinem suam tegunt sub virtutū pallio. Cupidinem suam tegunt sub iustitiae titulo. Atque ita omne hominū studium est in malū proclives esse, & bonos semper velle haberi: & hoc est quod in vniuerso orbe vitur à mundi sectatoribus. Hi namque pharisaei sub furo & zelo obseruantiae legis suae tegunt malitiam & inuidiam. Iniquus Absalon cum vellet aduersus parentē suum regem Dauid insurgere: iniquitatem suam titulo religionis & deuotionis cooperuit, dicens patri Dauid: Vadam & reddam vota mea, quae voui Domino Ebron. Et abiit ad Ebron, & coniurationem aduersus patrem iniuit. Sub colore & furo deuotionis & religionis, aduersus parentem violentas manus intulit. Idem fecit rex Saul, qui cum nimis ambiret greges pingues & armenta Amalechitarum, hanc suam ambitionem & cupidinem excusare voluit dicens Samuēli, ea omnia accepisse, vt Domino sacrificaret. Ita etiam multi vt prauitatem suam dissimulent, adducunt testimonia ex diuina scriptura: vt vel malitiam tegant suam. Quod fecisse legimus daemone in deserto, qui malitiam & iniquitatem, quam in peccatore absconditam gerebat, Christo voluit persuadere autoritate scripturae sanctae. Sic etiam Herodes deuotionem simulans, dixit Magis, vt redeuntes de puero nunciaret, vt ipse etiam tenderet eum adoraturus. Sic & Caiphaz & concilium illud de quo Ioannes scribit mortuum iustum tradiderunt, dicentes hoc ad bonum vniuersae rei publicae spectare, & populi Israelitici, ne venient Romani, & tollerent locū & gentem. Iudas etiam sub pietatis furo cupidinem palliabat, dicens: Non poterat vnguentum istud venundari multo, & dari pauperibus? Et inquit Ioannes, nō quia de egenis pertinebat ad eū, sed quia furerat, & oculos habens. Quod iniquus & traditor avaritia & cupidine motus faciebat misericordiae zelo palliabat simulans se eleemosynae largitorē. Hoc etiam & nunc multi iuris periti & aduocati consueuerunt facere, qui pauperibus & proximis substantiam & rem omnem diripiunt, qui vel ad hoc

faciendum textus allegant & detorquent tanquam daemon in deserto, & tanquam Herodes cum Michā, & adducunt in suam sententiam Bartolom, & digesta, & Baldū, quibus suas tyrannides cooperiunt. Pharisaei sua lege Apostolos Christi persequuntur, & iuristae legibus suis rem proximorum furantur: & medici Hipocratis aphorismo aegrotam amittunt, & in alium mundū transferunt ostenso Galeni textu. Et respondens Iesus ad eos dixit. Aduerte, obsecro, quā fidelis amicus sit Deus, quantamque habeat curam delictorum suorum, vt semper illis adsit, & pro illis respondeat. Confide in Domino, & ipse pro te respondebit. Iacta spem tuam & cogitatum in eum, & non tibi desiciet. Quis sperauit in eo, & deceptus est? Sed quid respondeat audiamus. *Nec hoc legistis quod fecit Dauid cum esuriret ipse & qui cum illo erant, quomodo intravit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit & manducauit, & dedit his qui cum ipso erant: quos non licet manducare nisi tantum sacerdotibus.* Respondit Dominus calumniae, sed non nisi textibus sacris. Vt enim tentanti diabolo non respondit sine textu: ita nec eius ministris calumniantibus sine sacro testimonio respondit. Docet vt cum agitur, an quidpiam licitum sit, necne, ad sacram paginam esse recurendum, vt vel inde colligatur an liceat. Vt vsus est Christus scripturae testimonio, quia isti Iudaei nimis credebant scripturis. Quocirca alio in loco dixit eis. Scrutamini scripturas, in quibus vos putatis vitam aeternam habere. Ideo nunc Christus adduxit ex sacra pagina auctoritatem: vt vnde oriebatur dubitatio, ibi ortum etiam haberet responsio. Accusatio aduersus discipulos ortū habebat in scriptura: conueniens ergo erat eis ostendere ex ipsa scriptura, se contra illam non agere. Etenim clauum clauo truditur. Sed singula iam expendamus. ¶ Non legistis inquit. Ac si diceret: Si scripturas sciretis, vtique non diceretis hoc: sed quia nihil intelligitis, insipienter loquimini. Legis defensoribus probat Dominus eos nescire legem. Adduxit Christum exemplū Dauid, quia princeps erat prophetarū, & vniuersa Iudaeorū gloria ab ipso pendebat: de quo Dominus specialiter loquutus dixerat: Inueni virum secundum cor meū. Et Abimelec summus sacerdos huic rei auctoritatem praestitit. Erat enim vir ille summus sacerdos, & iustus habebatur, & in lege erat valde peritus. Conseruatio namque humanae salutis anteponi debet obseruationi festorum: quia sabbatum factū est propter hominem, & non homo propter sabbatum. In necessitate ergo potius prouidendum est, vt vite hominis cōsuletur, quam vt sabbatum obseruetur. Leges namque non constitutae sunt ad perniciem hominum, sed ad salutem: idcirco vbi maior vtiget necessitas, cedere debent. Et saepenumero fit vt lex legi cedere cogatur: id quod Dominus apud alios Euangelistas in hoc negotio satis aperuit, cū inter circumcisionem & sabbatum collationem faceret. Et hoc profecto summe obseruandum est in quem finem humanae leges & promulgandae & interpretandae sint: nimirum, vt charitati minime contrarientur. ¶ Aduerte autem quod non solum dixit hoc fecisse Dauid, sed etiam illos qui cum eo erant. Etenim si de solo Dauid Christus loqueretur, possent illi obicere Pharisaei. Dauid rex erat, & pro-

& propheta: tui autem discipuli qui sunt? Ideo addidit Christus, & qui cum illo erāt milites, etiam manducaisse. Quod dicitur licuit militibus: cur discipulis non licebit? Verum vt scias, qui fuerint isti panes propositionis, auerte quod in tabernaculo Moyse erat quaedam mensa aurea ex lignis Setio, operata laminis aureis, super quam apponebantur duodecim panes, quorum in quilibet duas farinae decimas continebat: qui panes à solis sacerdotibus conficiebantur. Laici dabant farinam leuitae, & leuita custodiebat illam in thesauro Sanctuarij. Cum autem necesse erat panes confici: petebat sacerdos à leuita farinam, & panes faciebat: fiebantque isti panes singulis sabbatis & recentes super mensam apponebantur vsque ad aliud sabbatum: & tunc fiebant alij duodecim, & ablatis prioribus illi recentes apponebantur: De his nulli manducare erat licitum praeter ipsos sacerdotes. Vocabantur panes propositionis, quia proponebantur: id est, ponebantur corā Domino in mensa, quae erat intra tabernaculum ante velum & sancta sanctorum, vbi vox Domini audiebatur in sancta sanctorum super arcam & propitiatorium super alas Cherubin. Quapropter vocabantur etiam panes faciei: qui positi erant ante faciē Dei. Cū autem dicit panes propositionis, loquitur Hebraeo more. Hebraismus enim est panes propositionis. Lingua quippe Hebraea, denominationibus vtitur pro denominatis. Nos verò dicemus panes propositionis. hoc est, terra promissa: & filius iniquitatis, id est, filius iniquus: & familiarissima est in scripturis sacris haec loquutio. Itaque non erat licitum, vt de his panibus aliquis laicus comedere, qualis erat Dauid: nisi in extrema esset necessitate constitutus. ¶ Obserua autem, quod licet vrgeret necessitas, non tamen comederunt Dauid & sui hos sanctos panes donec mundi fuerunt, & puti à mulieribus. Quoquidem factō significatur nemini licere, ad sanctum Eucharistiae sacramentum accedere, nisi prius ab omni carnis inquinamento fuerit purgatus: praecipue sacerdotibus quorum munus est id quotidie manibus & pectore gestare, & aliis id impartire. Vnde Dominus: Mundamini qui fertis vasa Domini. *Et dicebat illis: Quia Dominus est filius hominis, etiam sabbati.* Si Abimelec dispensauit cum Dauid in necessitate constituto, vt non solum ipse, sed etiam milites qui cum illo erant, panes propositionis manducarent: de quibus non poterant edere nisi soli sacerdotes: multo melius id ego poterō cum discipulis meis dispensare. Ratio est, quia ille non erat dominus sabbati sicut ego sum: & nihilominus cum inferior me esset, id donauit militibus suis. Et facta hypothesi, quod illi male fecissent violando legis praecipuum: ego tamen non possum violare sabbatum, quia sum Dominus sabbati. Etenim ego mihi me peccare possum, faciēs quidquid mihi libuerit: quia possum omnino sabbatum tollere nulla existente causa, sicut illud institui, quia volui. ¶ Perpende autē, quod in praecipuis primae tabulae cuius numeri est obseruantia sabbati, nemo dispensare potest, neque ipse Deus: ideoque in tali praecipuo inuiolabili duo consideranda veniunt, scilicet verba legis, & intentio legislatoris, id est naturalis aequitas, quae illum

mouit. Vbi ergo ista duo apparuerint, non licet alicui contrarium dispensare. Vbi verò non apparet intentio legislatoris, tunc licebit: nam lex potius in intentione consistit, quā in verbis. Nam leges scire, non est nosse verba legum, sed vim & potestatem earum. Praeterea inter praecipua stabilita quaedam important actus malos in se, & secundum se, qui semper dicunt deordinationē, vt rem alienam inuito Domino cōtrectare, vel vxorem alienam cognoscere: & in his nō potest Deus dispensare. Quidam verò dicuntur actus mali in se, licet non secundum se, vt occidere hominem, vel rem alienam suscipere sine fraude. In his potest Deus dispensare. Inter praecipua autem immutabilia quaedam sunt puro moralia, in quibus Deus nec homo dispensare potest, quaedam sunt partim cre nonialia, vt praecipuum de sabbato in quo potest Deus, & homo in necessitatis articulo dispensare, vel potius intentio non praecipui interpretari, & de his loquitur hic Christus. *Factum est autem & in alio sabbato, vt intraret in synagogam & doceret.* Duplici ex causa curabat & docebat in sabbatis. Primo, quia Iudaeos volebat docere in sabbato, in quo omnes in templo conueniebant, sicut modo Christiani in dominicis diebus accedunt ad audiendum rem sacram, & praedicatores. Et ideo ait hic Lucas quod Christus tunc docebat eos. Venatores etiam & piscatores retia tendunt, vbi sciunt plures natate pisces, & feras latitare. Sic Christus qui animas venari cupiebat, vbi frequens erat turba Iudaeorū docebat in sabbatis. Secundo in sabbatis docere voluit, & miracula facere, quia volebat locum accusationi Iudaeorum dare, quam in ipsum tanquam in violatorem sabbati retorquebant: vt vel inde occasione sumpta eos doceret, quomodo sabbatum esset obseruandum. Ideo sequitur in contextu. *Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida.* Pharisaei illum hominem ad Christum adduxerunt: & ideo dicitur hic, quod insidiabantur vt accusarent illum. Non tamen intelligas, quod ipsi obtulerunt eum, vt illum curaret: quia hoc iam esset saltem illi homini impetrare: & si hoc facerent non possent Christum arguere, eo quod in sabbato curaret: sed suaserunt homini, vt se ipsum offerret. Et quamuis videatur illum hominem non fuisse adductum, quia ait: Erat homo in synagoga: dicendum tamen est illum esse in synagoga quando Christus intrauit, & Pharisaei videntem hominem, illi suaserunt, vt se Deo praesentaret. Quamuis deprauata & iniqua intentione hoc fecerint, tamen bonum opus fecerunt, persuadentes vt ad Christum accederet: qui verus animarū medicus erat. At Deus ita sanctus, ita bonus & misericors est, vt ex malis saepe bona eliciat, quemadmodum hic fecit, vbi salutem infirmo restituit, & vtilem doctrinam omnibus praesentibus praedicauit: ita etiam filij Iacob fratrem Ioseph iniquo & deprauato animo in Aegypto vendiderunt: at autem ex hoc tanto malo Deus grande bonū multis populis parauit: nā prudētia & sagacitate Ioseph effecit ne magna gentiū multitudo fame periret. Atq; ita ipse postea fratribus suis dixit. Vos cogitatis de me malū, sed Deus vertit illud in bonū. Ita etiā Saul existimauit Dauid in interitū adducere, petens ab illo centum Philistaeorū praepucia, & dixit:

Deut. 23.

1. Reg. 15.

1. Reg. 15.

Matth. 4.

Matth. 2.

Ioan. 11.

Ioan. 12.

Mich.

Exod. 23.

1. Par. 9.

1. Par. 9.

1. Reg. 21.

Num. 24.

Leuit. 22.

Num. 7.

Ioan. 1.


AA. 13.

1. Reg. 21.

Ex. 52.

Gen. 37

Gen. 50.



**1. Reg. 18** dixit: Nō sit manus mea in eo: sit autē super eum manus Philistim? At etiam si Saulis animus deprauatus & iniquus esset, opus tamen inde elicitum bonum fuit, quia Dauid triumphans victoriam de Philistæis reportauit. Ex quo loco discere debes semper recta & bona opera facere: etiam si in mortali sis detentus culpa. Hi namque pharisæi etiam si in mortali iacebant peccato, tamen huic homini habenti aridam manum, bonū impendebant opus. Ita etiam si viuas in damnationis statu, bona tamen opera semper facito: nam etiam si pro illis vita æterna non sis dignus, nec etiam per illa mereris quod à peccato te Dominus eripiat: bona tamen temporalia tibi comparabis & salutem corporis, & etiam bonum habitū, vt postea cum veneris in statum gratiæ maiori cū facilitate virtutis operibus te addicas, nam habitus potentiam reddit facilem. Petrus namq; postquam bis Dominum suum abnegauerat, Christi discipulus in loquela solum cognitus fuit. Curandum tibi maximè est, vt etiam si Deum amittas, nunquam tamen Dei loquelam amittas, vt vel signis bonus Christianus habearis, etiā si reuera bonus non sis. Nunquam desinas ad rem diuinam accedere, & ad conciones audiendas: nam hæc Christiani signa sunt, quibus ipse cognoscitur: in quibus concionibus aliquando galli cantū audies, hoc est diuinam inspirationē, quæ ad postes animæ tuæ pulsabit, vt tua peccata & delicta plangas, & in saniorē redeas mentem. Præterea si manū aridam habes, ad Christi statim confugas, potens quippe est omnia tua vulnera in ictu oculi sanare. Multi enim sunt qui manū aridam ad sanctē operandum habent, & ad eleemosynā tribuendam: de quibus Zacharias ait: Brachium eius ariditate siccabitur. Quod fit quia pauperi & inopi manus non extendunt: id autem euenit ex cordis siccitate, vbi nulla pauperum misericordia & pietas inest. Sic beatus Dauid in psalmo: Percussus sum sicut arido, arida manus facta est, sicut arbor, quæ radices aridas habet nullos fructus agricolis promittit. *Observabant Scribæ & Pharisæi sin sabbato curaret, vt inuenirent unde accusarent eū.* Quia Christus discipulos à culpa liberauerat, & misericordiam sacrificio pretulit, pharisæi insidiosi cœperunt magistro, obseruantes an sanaret infirmū, nec ne: nam si eum sanaret, statim eum arguerent de sabbati transgressione: & si non sanaret, eum de impietate & crudelitate inculcarent, vel de impotentia, quod infirmum non potuisset sanare. *Obserua autem quod calumniari & accusare proprium munus & officium diaboli est.* Iuxta illud Apocalypsis: Proiectus est accusator fratrum. Vnde merito dicebat illis Dominus: Vos ex patre diabolo estis. Porro hæc pharisæorum inuidia detestanda est, vt pote quæ in sollicitum animam excecat, vt inde homo deterior euadat, vnde potiore & sanctiorem viuendi normam elicere deberet. Etenim inuidus omnia quæ videt, sicut serpens omnia quæ comedit, in venenum conuertit. Omnia facta & dicta illius, quem odio prosequitur, semper in sinistram partē interpretatur: imò potius inuidus semper intendit omnia facta illius quem odit deprimere & in nihilum redigere, & querit semper viam & modum vt hunc depraua-

tum cogitatum adimpleat. Sic pharisæi & scribæ mundani honoris cupidi & stititissimi, Christo inuidebant, & tam illius facta quàm dicta calumniabantur. Fuge igitur tu hanc trucem & immanē feram, quæ tanta mala in vniuersum intulit: inuidiā enim diaboli mors introiuit in orbē terrarum. Quia demon vidit hominem in solliciti statu constitutum esse, & ad illum locū illi patere adiutum: vnde misere ipse corruerat, illum tentauit, & vicit. De Isaac namque scriptura dicit: Benedixit illi Dominus & locupletatus est homo. Ob hoc inuidentes ei Palæstini, puteos eius obstruxerunt. Hæc enim maledicta inuidia nec propinquis parcat: Nam Rachel sterili sorori fecundæ inuidit. Et fratres Ioseph ei inuidebant pessimo & iniquo animo, videntes quod à parente præ alijs fratribus diligeretur: cum etiam audiret somnia quæ narrabat. Sic Aaron & Maria loquuti sunt contra Moysen dicentes: Non per solum Moysen loquutus est Dominus. Sic isti Pharisæi Christo à quo tanta receperant bona, inuidebant, & calumniabantur: atque ideo facta eius obseruabant. Sed id frustra, nam vt inquit modo Euangelista *Ipsè verò sciebat cogitationes eorum.* Ideoque falli non poterat, quia omnia nuda sunt, & aperta oculis eius. Etenim homo videt quæ foris sunt, Deus autem intuetur cor. Quocirca regius vates in psalmo Domino cecinit, dicēs: Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam, & funiculū meum inuestigasti. Hoc tu deberes prospicere, qui semper prauas & iniquas cogitationes in pectore voluis, & deberes semper ingenti pudore suffundi, quandoquid scis, quod Deus omnia nouit, etiam ipsi cordis penetralia: Talia namque multoties in animo voluis, quæ si homines viderent, non dubito quin in faciem tuam spuerent, & cōspēctum tanquam detestandum relinquerent. Quid est igitur quod corā Dei oculis ea facias, quæ corā abiectis hominibus puderet facere? Sed de his inferius aptiori dicemus loco: nunc verò Euangelistam audiamus. *Et ait homini qui habebat manū aridam: Surge, & sta in medium.* Præcepit illi vt staret, & in medium prodiret, vt omnes illum, & miraculū factum videre possent. Expende autē quod quemadmodum munus diaboli est, semper proicere, euertere, & destruere: sic Domini est erigere, resarcire, & eleuare. Nam vt beatus Hieronymus pulchre annotat: nullū peccatorem in scriptura stantem legimus, sed ad iustos dicitur: State succindite lumbos vestros, preparari in Euangelium pacis. Et Ezechiel: Statuit me supra pedes meos. Nam stare ad vitam pertinet bene operantis. Vnde & Paulus dicit: Qui stat, videat ne cadat. Et non dubium est, nisi quod in hoc loco stare vocat Paulus statum gratiæ & salutis. Vnde alibi suis dicit: State in Domino charissimi. Et Propheta qui se vita & moribus ante Dominum stare videbat, dixit: Viuit Dominus in cuius conspectu sto. Et ad Christi seruos loquutus egregius psalter dicit: Ecce nunc benedicite Dominū, omnes serui Domini. Qui stas in domo Domini: in atrijs domus Dei nostri. Et alibi stantes erant pedes nostri, in atrijs tuis Hierusalem. At è contra (vt Zacharias inquit) iniquitas in talēto plumbeo sedit. Etenim inueterati in peccato, & flagitijs suis hærentes, sedere dicuntur qui nec exurgere, nec illud audire

volunt dicentem: Surgite postquam sederitis. Et iterū: Sederunt principes, & aduersum me loquebantur. Ecce igitur quomodo verbo stare significat recte agere: cadere verò iniquē. Hinc in psalmo primo: Non resurgent impij in iudicio. Id est, non stabunt, non probabunt esse iustos: nam illa particula, re, redundatè posita est, & hæc est Germana expositio. Peccatori etiā in Deuteronomio dicitur: Non erit stabile vestigium pedis tui. Lege si placet, Gregorium & Ambrosium. Discamus si placet, non relinquere bona opera, nec exercitia virtutis propter calumniantū murmuraciones, nec propter dicta aut iudicia hominū impiorum. Christus namq; huic indigentī non desinit benefacere propter impias pharisæorum calumnias. Id enim est multorum hominū ingenium, vt hæc attendentes, ab incepto bono desistant: de quibus illud psalmi dici potest. Sagittæ paruulorū factæ sunt plagæ eorum. Sunt namque pueri balistas ex ductili virga facere, & tales ex scœno & alijs sagittas cum illis proicere, quæ vel multas nō possunt interficere. Itā multi sunt tā pusillanimēs vt has puerorum sagittas timeant, & metum eorum hominum concipiunt qui de omnibus mala dicunt, quique depriato sunt animo & conscientia. Ne hos timeas, quia paruulorum sagittas proiciunt, quæ nec tuam conscientiam lædere possunt cum hi tales infames habeantur: quod si hos timeris, & sagittas has nimium sentis, potiori iure tu infans & puer eris appellandus, qui talia sentis. Discamus secundo in omni loco & tempore bonum semper operari itā vt euntes in bonū opus, aliud item bonum non sit nobis impedimēto. Dixerat superior Lucas, quod Christus intrauerat in synagogam, vt doceret: nihilominus tamen hunc hominem infirmum etiam curauit. Ne te poenitet tendens in templum rem sacram auditurus, vel predicaturus: infirmum in via visitare, & pauere. Nam si perfectē bonus esse cupis, multa bona habere debes. Nam bonū ex integra causa consergit: malum autem ex quocūque defectu. Vt autem bonum opus effectum sit, & omnibus numeris absolutum opus est, habeat omnes virtutis circumstantias, vt vel ita compositum ad consummatam deueniat perfectionē. Itā rectus & bonus Christianus ad multa recurrere debet, nec vno solo contentus esse debet. Vide Christum, quē nec infirmi curatio impedit, vt prædicationē exerceat: nec prædicationē impedit, quo minus infirmum curet. Propter vnum opus bonum aliud nō relinquit, nec aliud opus alteri est impedimento. Multi sunt sic adeo ambiosi vt multa secularia officia velint amplecti, & dicunt se omnia posse. Si autem illis aliquid pertinens ad Christi obsequium demandaueris, solo illo laxantur, defatigantur, & denique oneri succubunt. Nam si conditionibus vacas, dicis ieiunare nō posse: si eleemosynam pauper postulat, dicis iam alijs pauperibus dedisse: atque ita vnum opus aliud impedit. Bonis Israelitis non erat impedimento ædificium templi: nam altera manu Israelitici populi inimicos interficiebant, altera verò laborabat, ædificantes ciuitatem sanctam Hierusalem. Itā ambabus manibus ludere debes vt alter Aioch de quo ait scriptura, quod sinistra manu tanquā dextra utebatur. Itā tu ambabus manibus laborare debes: &

omnia quæ Dei sunt recurrerere. *Et surgens stetit.* Velox & perfectā obedientia, non moras nescit, dicens cras istud faciam, subinde reperens. Sic tibi faciendum est, vt in omnibus promptā obedientiam obserues. Vtinam tu cum in vitiolorum & flagitiorum lecto iaces, ad Christi vocem ita ocys surgeres, quæma immodum hic, de quo nobis est sermo: qui statim, vt dixit Christus, surge, surrexit. Vide, rogo, attētis audias auribus quod Salomon inquit: Ne tardes conuerti ad Dominū, & ne differas de die in diem. Surge itaque qui dormis, & illuminabit te Christus. Quandoquidem nō ad interitum vel ad iugulum vocaris, sed vt si cæcus es, visus clarus tibi restituatur: si infirmus, vt in pristinam restituaris valetudinē. Surge surge piger, ne inchoenice sedeas, neque tam suauis & vtili tibi præcepto resistas. *Ait ad illos Iesus: Interrogo vos, si licet sabbato bene facere, an male: animam saluam facere, aut perdere?* In Matthæo legimus Pharisæos hoc interrogasse, hic autē id interrogat Christus: sed vt unque verum est. Ipsi namque prius dolose de hoc interrogauerunt Christum, deinde iussit Dominus hominē in medio stare: quo stante Christus eorum quæstionem iterū interrogauit, vt eis aptius responderet. Cum verò dicit an liceat animam curare, totum hominem intelligit: nomine nāque animæ, totus significatur homo. Sic intelligitur ille Deuteronomij locus. Intrauit Iacob in Aegyptum cum septuaginta animabus. Vel iuxta aliorū sententiam loquens de toto homine animam dixit: quia Christus corpus miraculose curaturus, sciscitatur de animæ salute: quia quorum corpora sanabat, etiam animabus salutē tribuebat, peccata tollendo, & infundēdo illis gratiam. Insuper corporum curationem ad animarū ordinauit salutem. Interrogat igitur an liceat in sabbato bene agere, id est, infirmos curare. De Christo non dubium est quia erat legislator, & dominus legis. Dato autem quod omnē rigorem legis vellet obseruare, non faciebat contra legem: curando infirmum illum. Quia in sabbato prohibebantur externa opera, propter laborē & occupationem: Christus autem solo verbo dicebat & sanabat. Etenim lex non præcipiebat, vt Iudæi in sabbato non loquerentur: ergo si aliquis solo verbo, vt Christus in sabbato curaret, nō vtique contra legem faceret. Medici etiam Iudæi poterant in sabbato curare: imò peccarent, si extremē infirmanti non prouiderent. Et sic Iudæi non prohibebant medicos suos in sabbato curare. Arguebāt autem Christū, quod in sabbato curaret, eo quod posset has ægritudines in alijs curare diebus: cum nullum esset in mora periculum. Sicut sanando cæcos, claudos, paralyticos: quorū salutē in alios posset differre dies. Alijs etiam diebus Christus curabat, de quibus in scriptura nō fit mentio: quia tantum de sabbato controuersia agitabatur. Sed poterit aliquis forsitan dubitare: Si in alijs diebus poterat curare, in quibus calumniā non patetur, quid est quod in sabbatis curabat? Ad quod dubium facilis est responsio: nam aliqui infirmi eorū, quos Christus curauit, itā erant in maximo constituti periculo, vt nisi statim curaretur, perirent. Sicut fuit ille reguli filius, de quo pater dixit: Descende, prius quam moriatur filius meus: sicut etiam Simonis magnis laborabat febribus. Alios

**Matt. 26**

**Zacha. 11**

**Psal. 101**

**Apoc. 1.2. Ioan. 8.**

**Sap. 6. Genes. 30. Genes. 37. Num. 12.**

**Genes. 30. Genes. 37. Num. 12.**

**Hebr. 3. sciebat cogitationes eorum.**

**1. Reg. 16. Psal. 138.**

**Hier. super Eze. cap. 2. Ephes. 6. Ezech. 3.**

**1. Cor. 10. Ephes. 4. 4. Reg. 6.**

**Psal. 138.**

**Psal. 121. Zacha. 5.**

**Eccles. 5. Ephes. 5.**

**Matt. 12.**

**Deut. 10.**

**1. Cor. 4. Luc. 4.**

Alios etiam qui non in tanta erant necessitate in sabbato curabat, ut gloria Dei in similibus diebus magis eluceret, nam Christus miraculose salutem restituebat: quanto autem coram pluribus miraculum fiebat, tanto diuina virtus & gloria exaltabatur. In sabbatis autem plurimi conueniebant propter vocationem operis: & Christus querebat omnium spiritualem salutem. Sed de his satis. Verum quia isti ad interrogationem Christi non responderunt, conuersus est ad hominem, qui habebat manum aridam, & ideo sequitur. *Et circumspexit omnibus.* Circumspexit ira percitus & contristatus, cum videret cecitatem cordis eorum: ut Marcus inquit. Fuit enim in Christo ira cum zelo diuini honoris, quæ tamen rationis iudicium non præueniebat: sed suo assumpta imperio. *Dixit homini: Extende manum tuam.* Imperando loquebatur, non sicut scribæ & pharisæi. Extende, inquit, manum tuam. Non in te contrahas, non quæ tua sunt quaras, sed quæ Christi. Nō ad posteriora te conuertas, sed ad priora te ostende, nam qui male agit non se extendit, sed ad posteriora se cōuertit. Scito enim semper debere extēdere & exercere totam vim, quam in manu accepisti: nunquam tamen otio vacare debes. Cum Paulus dicat. Charitas Christi vrget nos. Si igitur pater extēdit manum suam donans nobis filium suum. Et si filius manum suam & brachia quoque extendit, præbens sanguinem suum, & facit potentiam in brachio suo, ut nos aridos in vitam restitueret, & nos iacentes exaltaret, quid est quod nos manum nostram non extendimus apprehendentes disciplinam, nequando irascatur Dominus, & de via iustorum separemur? *Et extendit.* Vide quomodo membra rationis expertia Deo obediunt, & eius diuinæ voluntati parent. Quid igitur est quod tu, qui diuina præditus es mente, & rationis particeps es, diuinis mandatis resistis? *Et restituta est manus eius.* In pristinum scilicet robur, ut recte ea possit uti. Docuit hoc exemplo Christus ob malorum deplorandam peruersitatem, non esse abstinendum à iuuandis proximis. Vt quid igitur medicus ob incurabilem morbum vnus, infirmi omnes infirmos negligeret? cum etiam nec seminatore à seminando deterreat vnus vel alter lapis. Sic tu ob malorum detractiones bonum inceptum non relinquis, nam virtus quidquid hominū dicat vulgus vincere debet. Obserua etiam quomodo hoc factō Dominus factorum suorum rationē dedit. Neque enim semper locum habet authoritas, sed aliquando exhibenda est dictorum aut factorū ratio. Etenim sunt multi qui volunt sua laudari opera solum hac ducti ratione, scilicet quia ipsi fecerunt. Et tanti haberi volunt, ut si aliquid dixerint, ipsis videatur obeandem rationem solum, quia ipsi dixerunt, credendum esse certissime: Christus autem qui tanta authoritate & maiestate miracula faciebat, etiam rationem facti reddidit ut omni populo satisfaciatur. *¶* Obseruandum hic etiam quomodo sanctificandi sunt dies festi, nempe proximis beneficiando & seruando animas, illud adimplentes, quod apud Esaiam legimus. Frange esurienti panem tuum, nudos vagosque introduce in domum tuam. Si videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Sed iam nūc apud Christianos (quæ huius tempestatis misera fors,

& calamitas est) dies festi bacchanalibus celebrantur, conuiuuiis, & ebrietatibus, choreis & ludis datur opera: & eo tempore, quo magis Deo erat vacandum, maiora committuntur peccata, & maioribus flagitiis Deus nos offenditur. Sed iam videamus, quid ad hæc scribæ & pharisæi: nam sicut sumus bonus odor vitæ ad vitam (ut Paulus inquit) & aliis odor mortis ad mortem: ita hæc miracula Christi quæ bonis bonus odor erant, pharisæis & scribis erant ad mortem. Quapropter sequitur in cōtextu. *Ipsi autem veplati sunt insipientia.* Insipientia quoad intellectum, & odio quoad animi affectum. Pleni fuerunt erroribus, prauis consiliis, & iniquis cogitationibus: quia inde peiores euaserunt, vnde rectiores fieri deberent. Nec portentosum illud miraculum potestati diuinæ adscriperunt: nec Christi rationi & probationi voluerunt acquiescere. *¶* Sed fortassis alicui videbitur, Christum non bene fecisse curando in sabbato, quādo illis pharisæis erat occasio ruinæ: maxime quod id in alterū diem differre possit. Ad quod dicendum quod id quod agitur aut est malum in se, & de hoc non dubium est, quin relinquere debeat: quia est scandalum actuum, quod semper est peccatum: aut est indifferens, & hoc etiam dimitteendum est: quia naturalis ratio homini dicitur propter nullam rem alicui esse inferendum scandalum. Si autem est bonum, aut est bonum præcepti, & hoc non est dimitteendum: quia non debet ob vitandum alterius scandalum quis peccare. Aut est bonum supererogationis & hoc quamuis homo possit dimittere propter scandalum alterius, non tamen tenetur omnino dimittere, sed aliquid interiecto tempore. Quia igitur curatio miraculosa corporum ordinabatur ad salutem animarum, quod est bonum necessarium: propter scandalum dimitti non debuit aut in aliam diem distrahatur, cum melius & opportunius in sabbatis fieret. Tum etiam quia præcipue illis diebus magna hominum multitudo conueniebat, tum propter documentum, quia non erat opus seruire à quo cessandum erat, denique vt ostēderet Christus se Deum esse, & non legi subditum. *Et colloquebantur adinuicem quidam facerent de Iesu.* Hoc est, quomodo eum perderent: cuius beneficiis maxime indigebant. Impiissima fuit eorum malitia: quandoquidem concilium inierunt, ut de Christi morte agerent. Vides iam hic quomodo Dei mirabilibus impij obstinatiores redduntur, ut in impio illo Pharaone, & in Iudæis patet: in quos cum Dominus tanta contulisset beneficia, & passisset illos in deserto: saepe sepius in Aegyptum reuerti voluerunt. Sic isti pessimi homines miracula Christi videntes, non solum reuersi sunt ad poenitentiam: sed peiores facti de illius morte egerunt. Sic in Matthæo legimus, quod cum vidissent hoc miraculū pharisæi, concilium secerunt aduersus eum, quomodo illud perderent. Et in Marco etiam dicitur, quod cum Herodianis inierunt concilium. *¶* Cave tu à malitia & inuidia istorum. Etenim offenduntur inuidi bonis operibus proximorū. Legitur in primo libro regum de Heli sacerdote, quod non poterat videre lucernam, donec extinguebatur. Sic inuidi non possunt bona opera proximorum lucencia videre, nisi solum ea opera, quæ extincta sunt

sunt & mortua. Infirmabantur horum oculi tanquam inuidi: ut nō possent bona opera proximorum intueri. Tales lumine solis obcecat. Pascuntur hi stercore, vt scarabæi: vnde iniquis proximorum operibus gaudet & delectantur, bonis autem in opere cōficiuntur. De his, qui proximorū bonis operibus offenduntur, inquit propheta Amos: Occidit sol in meridie, & tenebre factæ terram in die luminis. Cui rei persona Christi cōcinit egregius psaltes: Loquuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermones odij circūdederunt me: pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: posuerunt aduersum mala me pro bonis. Quod etiā per Ioannem Christus testatur. Vt impleatur, inquit, sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis, &c. Sed iam beatissimū Euangelistam Lucam, qui agere incipit de Apostolorum electione audiamus. *Factum est autem in diebus illis exiit in montem orare.* Non intelligas hoc contigisse statim post prædicta, quæ hic narrantur: sed antea, videlicet prius quam sermonem habuisset in monte. Vnde quæ de Apostolorum electione hic dicitur, quædā recapitulatio est sancti Euangelistæ. Docemur autē hoc Christi factō à mundo & eius tumultu longius abire: si Deo vacare quiete volumus. Præterea oraturus montem ascendit, ut ostendat quod omnis orans mundi tumultibus & vanitatibus segregatū. *Et erat pernoctans in oratione Dei.* Genitiuus ille additus in oratione Dei, hebraismus esse potest: cuius alias meminimus. Nam cum Hebræi rem magnam exprimere volunt, rem Dei appellant ut montes Dei, cedros Dei, id est magnos. Et nos etiā frequentius loquendi vsu hoc sermone vtimus. Dicitur namque panem Dei, vinum Dei, cum suauissimum & optimū id significare volumus. Sic modo Euangelista inquit, in oratione Dei, id est, in ardenti & seruentissima oratione: cuius rei argumentum præbet dicens, quod in ea pernoctauerit. *¶* Docet non solum die, sed etiam noctu orationi vacandum esse, & in ea persistendum, quod quidem propheta sanctus Ieremias docet, dicens: Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarū: & effunde sicut aqua cor tuum ante conspectum Domini Dei tui, leua ad eū manus tuas. Sic egregius ille & sanctus rex David faciebat, dicens: Preueniunt vigiliis oculi mei. Et Esaias: Anima mea quesituit te in nocte. *¶* Aduerte hic etiā quod ante electionem Apostolorū præmisit Dominus orationem: tota enim nocte orauit, & mane elegit duodecim Apostolos: ut doceat nos orare ante electionem prælatorū: ut Deus dignetur ostendere, quis sit dignior ut in prælatum eligatur. Sic etiam Apostoli qui edocti erant à Christo cum alium Apostolum eligere voluerunt, qui sedem Iudæ impleteret, orantes dixerunt: Tu Domine, qui nosti corda omnium, ostēde, &c. Sed iam hodie in electionibus potius præmittitur malignum & iniquum fœdus, quā deuota oratio. Prius nāque qui dignitates ascendere anhelant ambitu sibi suffragia quaerunt, & si opus est oblatis pecuniis id facinus perpetrant. Et ij etiam, qui suffragantur,

potius amicitiam, consanguinitatē, patriam, vel nationem quā eum qui studiosus est, sapiens, vel dignitate & officio dignus. Tales sunt quæ hodie sunt electiones: ut fuit electio Sichimitarum, qui Abimelec elegerunt in ipsius euerfionem, & eorum etiam qui ipsum elegerunt. Subditi eum prælatum volunt, qui semper facultatem illis facit vt cum ignauia & negligentia viuunt: eum autem abiiciunt & nolunt, qui studiosus, & amator virtutis & religionis est: statimque aduersus eum insurgunt dicentes, asperum esse rigidum, & crudelem. Is autem, qui hoc medo eligitur prælatus, & ad libitum subditorum, statim conspiciunt nō per portā intrasse: quia asperē & superbe imperat, & cum tyrānide regit, nō oculos coniciens in commune bonū, sed sibi indulgens, & amicis suis qui illum elegerunt, etiam si mali & peruersi sint. De quibus Dominus per Oseam aptissime loquitur, *Osee 8.* inquit. Ipsi regnauerūt, sed non ex me, principes extiterunt & non cognoui. *¶* Obseruandū est etiam, quod quāuis Christus sit Deus, poterat tamen sicut homo preces fundere: nam secundum assumptam humanitatem orare poterat, secundū quam minor erat patre, quod idem testatur dicens: Pater maior me est. Secundum quam etiam obediebat in omnibus tanquam minor maiori, iuxta illud Pauli: Factus obediens vsque ad mortem. Ideoque orabat, & non solum hic, sed etiam à dextris patris quatenus homo orare potest, & orat pro nobis offerens merita passionis suæ: totū diuinitati. Vt ipse beatus Ioannes nobis locupletissimus est testis, qui inquit. Si quis peccauerit, aduocati habemus apud patrem Dominū Iesum Christum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. *¶* Expende etiam quā asperam vitā debebat Christus redemptor noster, qui in die prædicabat & docebat: per noctē verō in somnis in oratione erat, in monte, inter feras, & in solitudine. Quid ad hoc mirabile Christi exemplum dicent illi mi feri & infelices, qui de christiano nomine gloriantur, qui in blandis lectulis per totam noctem stertunt, qui etiam vsque in mediam diem nō expurgantur? Hi quidem vitā Epicuræorum sectantur: quietiam in vitis & obscœnis voluptatibus tanquā sues deuoluuntur, ventrē suū Deum habentes, & vxores suas tanquā deas venerantes. *Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos.* Nō in salutato hospite accedunt, sed prius vocantur. Vnde Paulus Hebræis dicit: Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Sed hodie multos vocat peculiaris ambitio, multos carnalis affectio, plurimos pecunia, aut regum & principū amicitia & cōciliatio. Obserua etiā quod Christus ex discipulis suis prælatos elegit, Apostolos & principes ecclesiæ. Sic tu ex Christi discipulis elige prælatum: non ex discipulis diaboli, mundi, aut carnis. Sed quis est Christi discipulus? Qui charitatē habet. Charitas enim discipulos Christi nos efficit: iuxta id quod idem Dominus inquit. In hoc scient omnes quod discipuli mei estis: si dilectionē habueritis ad inuicem. Is qui maiorem & ardentiorem habet charitatem, dignior est vt prælatus eligatur. Vnde quando Christus beatum Petrum eligere voluit in aliorum prælatum prius illum eximauit qualem amorē & charitatē haberet, & voluit scire an præceteris

Mar. 3.

1. Co. 15. Phi. 3. 2. Cor. 5.

Psal. 2.

Esai. 58.

2. Cor. 3.

Amos 8.

Psal. 8.

Ioan. 15.

Indi. 9.

Osee 8.

Ioan. 14.

Phi. 2.

1. Ioan. 2.

Phi. 3.

Hebr. 5.

Ioan. 13.

Ioan. 21.

Exod. 8.

Exod. 16.

Matth. 1.

Mar. 1.

1. Reg. 1.



**Act. 1.** cæteris Apostolis eum diligeret: nam etiam si dignum eligas, si dignior alius sit, aduersus cōscientiam facis, nam teneris digniorem eligere. Itaque ex Christi discipulis, & ex eis qui inuicem se diligunt prælaturam eligere debes. Sic Apostoli fecerunt in electione Matthæi in Apostolatam. Vnde beatus Petrus dixit: Oportet vt ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, &c. Sic etiam cum elegerunt illos septem Diaconos vt ministrarent mensis, dixerunt: Considerate viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto & sapientia, vt constituamus super hoc opus. *Et elegit duodecim ex ipsis.* Ex quibus manifestum est, quod omnes duodecim Apostoli simul fuerint electi, nec alterum altero in apostolatam antiquiorem esse: quāuis alij alijs in discipulos prius fuerint electi. Primus namque sequuti sunt Christum beatus Petrus & Andreas, quam Ioannes & Iacobus: ideoque in discipulos aliqui prius electi sunt, nō autem in apostolos. Nam quadā die primo mane vocauit Christus omnes discipulos suos, & ex eis duodecim segregauit, quos elegit & nominauit Apostolos. Quod autē duodecim elegerit non alto vacat mysterio. Aliqui existimauerunt nullum esse mysterium in duodeno numero Apostolorum, dicentes nullā esse causam aut rationem quod plures essent aut pauciores. Nam Marcus ait ad se Christum vocasse quos ipse voluit: & placuit illi duodecim eligere. Nam quādo infœlix Iudas perit, non vtique elegerunt Apostoli alium, qui locum illius implet, & Petrus id esse necessarium dixit: Oportet, inquit, vnum ex istis nobiscum fieri resurrectionis, & quod scriptura hoc prædixerat, quam oportebat impleri. Sed quāuis ratio determinata de hoc certo numero non appareat: tamen duplex videtur esse. Prior, quia volebat eos honorare, & nullus maior honor æstimatur, quam is quē in propria patria quis habet: Apostoli autem ex gente erant Iudæorum qui diuidebatur in duodecim tribus. Voluit eos esse duodecim quasi habituros potestatem in duodecim tribus Israel. Sicque eis dixit Christus: Vos qui sequuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Secundo, quia Christus voluit aliquam facere colationem inter vetus & nouum testamētum. Illi namque qui vetus testamentum coluerunt, secundum carnem à duodecim Patriarchis descendunt: ita nimirū voluit Christus, vt omnes qui in nouo testamento futuri erant Christiani descenderent spiritualiter à totidem patriarchis. Ideoque duodecim constituit Apostolos, qui principes fuerunt & doctores legis euangelicæ. Vt enim in hac mundi machina terrestri per duodecim signa Zodiaci Sol conficit cursum suū mirabili & diuina dispositione. Sic in mundo spirituali Christus sol iustitiæ per duodim apostolos deducitur, qui eius fidem prædicauerunt, & nomen eius cunctis nationibus fecerunt notum, & expulsis tenebris ingenti splendore mundum illustrauit. Obserua autem, quod ea ad quæ vocantur Apostoli, cælestia sunt, non terrena: meritissimo ergo ad ea eliguntur, qui minus habent in terra, & ideo Christus pauperes elegit. Nam quemadmodum ad secularia eliguntur qui maiorem seculi prudentiam habent: ita ad res semotas à seculo eligi debent, qui minus

habent de seculo. Fecit Dominus in euangelica lege, quod in veteri fecerat: in qua primus rex Saul de minima tribu inter omnes alias, & de minima familia inter sue tribus familias electus est. Dauid etiam cū eligitur, minimus est inter fratres suos. Vnde ius erat Israelitici regni vt deficiente posteritate Salomonis successio pertineret ad filios Nathan, qui minor erat ante Salomonem: vt in capite tertio huius in genialogia Christi supra ostendimus. Ita hic non diuites, sapientes, nobiles, aut potentes elegit Dominus: sed pauperes, simplices, & humiles corde. Sic beatus Iacobus inquit: Nōne Deus elegit pauperes in hoc mundo: diuites in fide, & hæredes regni? Elegit enim eos ante mundi constitutionem. Ad hoc nāque munus prædestinati fuerunt ad mundi, scilicet, cōstitutionem isti scilicetissimi homines. ¶ Sed expende, obsecro, in hac electione mirabilem & infinitam Dei sapientiam. Nam cū vellet Deus à suis creaturis cognoscere, diligere, & amari in ipso mundi exordio: primo omnium Angelos condidit, excellētī virtute præditos, substantias spirituales, & diuinam mente potentes, donauit illis scientiā & sapientiam admirabilem. Horum multi male abutētes diuinis donis & beneficijs acceptis gloriam Domini vsurparunt, cū potius gratias illi referre deberent: ob quod acerrimē in eos animaduertit Dominus, & ita ceciderunt miserando lapsu, vt dicat Ioannes, non inuentum esse in cælo eorum amplius locū, ita, vt perpetuo nulla eis remāserit ascensus spes, nec vllius remedij vmbra. Vnde ad reparandas sedes horum casu perditas (vt inquit beatus Augustinus) naturam humanam Deus condidit primū hominem Adam ad imaginē suam constituens. Qui sic adeo tanta innocentia & sanctitate conditus fuit, vt non solum fuerit plenus gratia atque diuino amore: sed etiam ornauit & munuit eum originali iustitia, secundum quam pars sensitua ratione obtemperabat. Nullaque orta inter potentias lite ita sancte, pie, & angelica vita, & in omni perfectione viuēbat. Quæ omnia dona, gratia, & immunitates non illi fuerunt satis: vt in amicitia diuina persisteret. Quippe diuinum mandatū ipsi impostū violauit: vnde priuatus fuit iustitia originali, quæ sibi & posteris suis tanquam primogenitura erat concessa atque ita subiectum mansit eius corpus morti, & anima in misera dæmonis seruitute captiua. Et quia omnis caro corruerat viam suam, ex omni massa perdita elegit Deus filios Israel in habitationem suam, segregans eos à reliquis vt ab illis adoraretur & coleretur, quādoquidem reliquam hominum pars idololatriæ studebat. Et quemadmodū Angelis sapientiam donauerat subleuem, & primo parenti Adæ sanctitatem obfolutam & perfectissimam: ita huic suo populo electo dedit abundantem terram, affluentiam diuitiarum, regale scepterū, gloriosos triumphos & victorias, quas de inimicis suis reportarunt. Hi etiam sui tanti domini, qui in eos tot cōtulerat beneficia, tot amoris & pietatis sue pignora tradiderat, proditores ingratiissimi extiterunt. Videns itaque vnigenitus Dei filius quam fragile fuisset literarum, quod iactum erat, fundamentū sanctitatis, diuitiarum atque humanarū virium: ædificium in aliud multo dissimile conuertit. Et ad id stabilendum & firmandū non sibi assumit mundi

mundi sapientes, non literatos, non potentes, non legis Rabbinos, non inflatos mundi philosophos, non principes & magnates, non strenuos milites, nec fortes & robustos duces: at fundamentum iacit ecclesiæ suæ sanctæ pauperes & rudes piscatores: vt vere Apostolus dixerit. Infirma mundi elegit Deus, vt fortia quæque confundat. Vult Christus ecclesiam suam perpetuo durare, atque ita hos humiles & infirmos homines eligi. Quā quidem rem si accuratius inspexeris, videbis in ea diuinam & admirabilem sapientiam relucere. Nā cum ecclesiæ suæ priora icesset fundamenta Angelicam sapientiam, miserabili lapsu corruit: deinde iam in sanctitate & in innocentia fundauit & cecidit: denique eam edificat in viriū robore, diuitiis, atque potentia, & tandem radicitus fuit euersa. Nunc autē mundi reformator & restaurator ecclesiæ suæ fundamentum constituit homines imbecilles, & peccatores, vt Petrus, qui post Christum prima fuit petra fundamenti qui non post multum tēporis misere & infœliciter cecidit. Et vt fuit Matthæus, qui in Teloneo sedebat. Et Paulus Christiani nominis inimicus & persecutor: & duo alteri ambitiosi filij Zebedæi & iactis his tam fragilibus fundamentis certo certius est ecclesiam nunquā defuturam. Hæc sunt mirabilia & stupēda Spiritus sancti opera: hæc immensa & inscrutabilis Dei sapientia, quam insipiens mundus cum non attingat, nec capiat, stultitiam & insipientiam iudicat. Itaque supernus artifex iam incipit ædificium suum, & priora iacit fundamenta duodecim angulares & fortissimas petras. ¶ Aduerte autem quod ex communi gremio eligendi sunt ij, qui in magna habeantur estimatione. Sed multi prælati præcipue monachorum iam huius doctrinæ obliuiscuntur, qui exteras & peregrinas adducunt moniales, vt monasterijs præsent: vnde fit, vt multæ oriatur dissensiones inter eas, quæ moleste ferunt, vt foris adueniat, que eis præsit: cum potius aliter deberet fieri. Vnde bene sancitum est in ecclesia vt abbas à suo monasterio eligatur. Sed proh dolor qui sæpe sæpius multa propriis oculis vidi orta scandala, cum prælati eas velint honorare, quæ illis magis placent quibusque aliquibus donis & beneficijs sunt affecti: atque ita eas traducunt ex altero in alterum monasteriū. Postea verò nō illis deest parua quædā & nullius momenti excusatio, qua suū defectum, & inordinatū amorē tueatur, dicētes ita conuenire, vt ad sit pax & tranquillitas in monasterio. Quod certè nō ita reuera euenire solet, quia potius ipsi cum discordia gaudent vt milites cū bello, in quo ipsi diripiūt, & rapiunt quæ possunt. Christus itaque ex ipsis elegit duodecim. Et Apostoli elegerunt Mathiam ex ipsis, non ex extraneis. Oportet (inquit Petrus) eligere vnum ex his qui nobiscum sunt, &c. Sed de his satis. ¶ Vnum autē hic vltimo notandū, quod Christus elegit hos Apostolos in monte: nā statim inquit euangelista Christū descendisse de monte: ex quo dignitas Apostolorum excelsa & sublimis cōsiderari potest, cū in sublimi & alto loco in cacumine montis data fuerit. Postquā igitur ex omnibus discipulis hos duodecim elegit, ait euangelista. Quos & Apostolos nominauit. Apostolus Græce idē est quod latine missus. Hi nāque gloriosissimi Christi, & eius vice, obseruatissimi sectatores, pri-

matum obtinēt in ecclesiastica hierarchia: & sunt post Christū altissima Christianæ ecclesiæ Seraphin quorum verba & scripta veritatem continēt infallibilem, & scripturæ sacre reputatur. Hi sunt, qui ecclesiam plantarunt, & suo sanguine tanquā aquarum torcētibus fructificare fecerunt. Hi sunt, quos Christus nō seruos, sed amicos nominauit: hi sunt mundi restauratores, vniuersi orbis prædicatores Christus splendidissimus mundi sol, & lumen orbis tenebras ignorantie expellens. Hi denique duodecim Apostoli, sunt illi duodecim fontes Helim, qui doctrina sua omnem terrā irrigauerunt. De quorum numero & altissima dignitate, & meritis multa eaque præclara dici possent, quæ breuitati consentientes, consentaneū diximus omittere. Nomina autem sanctorū Apostolorū, quæ Christus dicit scripta esse in cælo: nunc etiā beatus euangelista hic ea scribit dicens. *Simonem quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius: Iacobum & Ioannem.* Nominantur Apostoli quasi viri illustres & preclari. Sic Moysi dictum est. Noui te ex nomine. Illi ducēt quinqueaginta viri proceres synagogæ tēpore concilij singuli per nomina vocabantur: & ad ostendendū quod erant proceres, dicitur quod vocabantur per nomina. Sicut enim in veteri testamento ponuntur nomina patriarcharū filiorū Iacob: sic in nouo testamento ponuntur nomina principum & patriarcharum. ¶ Obserua autē, quod in ordine nominū nō attenditur ad merita, aut ad sanctitatem: quia Ioannes vt dicit Chrysostomus non solum cæteris, qui post ipsum sequuntur: sed etiā ipso fratre maior erat. Et Andreas nō fuit vocatus ad tantā Christi dilectionē & familiaritatem sicut Ioannes. Ordo enim est antiquus: quāuis Petrus propter principatum & dignitatem omnibus præferatur. Petrus & Andreas prius fuerunt vocati ad discipulatū: quāuis nō ad cognitionē Christi, nā ad hoc prius fuit vocatus Andreas, quam Petrus: & prius Philippus, quam Iacobus & Ioannes. Sed ad discipulatū nunquam ad sua reuersuri simul vocati sunt Petrus & Andreas: & primus ponitur Petrus, quia natu maior erat, & eadem ratione Iacobus ponitur prior Ioāne quia ætate maior erat: quos duos fratres statim post Petrum & Andream vocauit dominus. Sed non nihil differre videntur hic euangeliste. Lucas enim & Matthæus ponunt in secundo Andream: & in Marco & in Actis vbi numerantur Apostoli, ponitur Andreas in quarto loco, scilicet post Iacobum & Ioannem. Ratio est, quia Matthæus & Lucas seruant hic ordinē temporis, illic autem dignitatem: quia ad maiora secreta hi tres eleuati sunt. Et quia Ioannes inter duodecim (vt Ambrosius fatetur) solus virginitatis puritate inuētus fuit, & quia a domino maiori dilectione fuit prosequutus: ideo Lucas in Actis post Petrum eum nominat, & postea Iacobū & Andream. Vocatur autem Simon Petrus ad differentiam alterius Apostoli, qui vocabatur Simō cognomēto Zelotes, aut Cananæus. Posuit autem Simoni nomen Petrus ad significandam futuram excellentiam: quia summus pontifex constituendus erat. Nam sicut petra ponitur in ædificijs tanquā basis & subterniculum ita Petrus fuit fundamentum ædificijs spiritualis Apostolorum, & qui primas inter eos tenuit. Quia inter principes Apo-

stolos ad dignitatē pontificiā electus est, imposuit illi Christus nomen: quia nominis impositio dominij & principatus signum est. Vnde dominus volens docere Adā, quod cum principē & omnium dominum fecisset: adduxit ad eum omnia vt videret quod nomen singulis imponeret. Veluti qui mancipiū emit: volēs ei ostendere se super ipsum dominium habere nomē immutat. Sic Deus Abraham & Sare nomina mutauit. Sic Pharaon in Aegypto vocauit Ioseph Saphanat: hoc est, mundi Saluatorē. Et Nabuchodonosor vocauit Danielē Balthasarem. ¶ Præterea res in melius mutatae indignae sunt, vt prioribus nominibus appellentur. Hac de causa Abram in Abraham mutatus est, & Iacob in Israel. Quo etiā factō docemur, vt si quē ex peccatore iustū, iam mutātū viderimus: nominis prioris ignominiosi obliuiscamur. ¶ Andream autē vocauit fratrem Petri, propter honorē: quia in honorē illius cedebat, quod esset frater Petri, quē Christus principē Apostolorū fecerat. ¶ Iacobus filius est Zebedaei, quē Christus plurimū dilexit: fuitque vnus, ex eis, qui peculiariter ad omnia secreta Christi vocabantur: qui omnium Apostolorū primus martyrij palma laureatus est. ¶ Ioānes frater Iacobi vnus est ex quatuor euāgelistis, cuius euāgelii (vt Augustinus ait) inter omnes scripturas eminentissimū est: quocirca aquilę assimilatur, quia sermonis & secretorum altitudine omnes transcendit. Solus ipse inter duodecim cum Christo adfuit cum in cruce pederet, cui dominus virginē matrem virgini commendauit, & præ ceteris dilectus fuit à Christo: qui postquā octo supra sexaginta annos euāgelium prædicauit post exilia, post calamitates & martyria apud Ephesum suscepta (teste beato Thoma) absque vllō dolore moriens eadē hora suscitatus corpore simul & anima gloriose cum sanctis ascendit in cælū. *Philippū & Bartholomæum.* De his nulla est discordia inter euāgelistas, quia ambo ponuntur statim post supra dictos quatuor. Tamē in Actis Apostolorum post Philippum ponitur Thomas & deinde Bartholomæus. Huius discordantię causa manifesta non apparet, sed forte fuit ad designandū ordinem dignitatis: & omnes euāgelistae tenuerunt ordinem temporis. Lucas vero in Actis tenuit ordinem meritum. Nobis tamē nihil constat de differētia Thomæ & Bartholomæi, quia eorum gesta nō leguntur in sacra scriptura, per quę aliquam eorum dignitatem venari possumus. ¶ Obserua autē quod euāgelista, Apostolos binos & binos nominat, dicens Petrum & Andream, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum, & sic de reliquis, quos fortē ita numerauit, quia bini postea fuerūt missi. ¶ Porro hic Philippus anno ætatis suæ septuagesimo octauo crucifixus est, postquā Ebionitarum heresim destruxit, & totam Scythiam ad fidem Christi sua prædicatione conuertit. Bartholomæus autem in superiori India euāgelii prædicauit: & in Licaonia, vbi pro Christo nomine cæsus, & exenteratus, tandē capitis diuicine foeliciter occubuit. *Matthæum & Thomam.* Marcus & Lucas prius ponunt Matthæum quā Thomam: sed ipse Matthæus Thomam prius ponit. Ratio discriminis est, quia Lucas & Marcus scribunt iuxta temporis ordinem, in quo Matthæus præcessit Thomam: ipse tamen Matthæus ex humilitate

prius posuit socium suum, quia etiam humilitate seipsum publicanum nominauit, quod alij euāgelistae tacuerunt. Matthæus vero prius omnium euāgelium in Hebræo scripsit, regium pueri in Aethiopia suscitauit à mortuis, & parentes pueri ad fidem Christi conuertit, & tandē Hirtaco regni successore gladio cōfossus est. Thomas autē bene de Christiana pietate meritus tamen in Medos, quā in Persas Hircanos, Brachmanas, & Indos multis editis miraculis Christi fidem augēs læcis cōfossus in India fuit. De quatuor autē Apostolis qui sequuntur, omnes tres euāgelistae cōcordant. *Iacobum Alphaei, & Simonē, qui vocatur Zelotes: Iudā Iacobi, et Iudam Iscariotem qui fuit proditor.* Horū duo scilicet Simon & Iudas fuerūt fratres Iacobi minoris, & filij Mariæ vxoris Alphaei Sororis virginis Mariæ Iacobus hic Alphaeus propter eminentem vitæ sanctimoniam cognomento iustus appellatus est. Constitutus fuit ab Apostolis episcopus Hierosolymorum, ob Christi nomen lapidatus & præcipitatus velle sulonis capite comminuto martyrij laurea decoratus est. Simon vero in Aegypto prædicauit, & post Iacobum iustum cathedram Hierosolymis obtinuit: & iam senex factus sub Traiano imperatore, sicut Ioannes euāgelista, passus & cruci affixus est. Iudas autem Iacobi frater in Mesopotamia & in interioribus Ponti prædicauit, & tandē Martyrio coronatus est. Iudas vero Iscariot vltimo loco ponitur non quod posterior venerit ad Christi scholam: sed quia traditor & iniquus fuit. Sicut enim Ioannes ponitur in Actis in secundo loco propter ipsius excellentiam: sic Iudas ponitur in infimo loco propter eius vitæ obscuritatem & nequitiam. In quo loco videre poteris quomodo vitia & peccata in humilē & infimū locum hominē constituunt. Quod quāuis in Dei iudicio & inter euāgelistas ita sit: tamen mundus non sic facere cōsuevit: nā homines pessimos flagitiosos, & morte dignos in priori loco collocat. Vnde regius vates. Ecce ipsi peccatores abundantes in seculo obtinuerunt diuitias. At viri studiosi & integritate vitæ & cādore fulgētes in mundo infimum locū obtinent; hi semper abiecti & contemptibiles reputantur. Diues ille auarus, qui omni vitiōrum genere erat coinquinatus primū locum obtinebat in mundo: at mendicus Lazarus infimum. Sed multo aliter corā oculis Dei id contigit, nam pauper Lazarus principē locum in cælo occupauit, diues autē purpuratus infernum habitationem recepit. Ioseph principaliore & nobilitatem iudicabat Ephraim, quia maior natu erat, quā Manasses: at sanctus patriarcha Iacob diuino spiritu afflatus, manus inmutauit, & minori qui diuina predestinatione erat electus, quique gratus & iucundus Dei oculis inueniebatur dexterā imposuit manū, sinistram autem maiorem. Solet enim contingere, vt cum dominus aliqua à nemine incolitur omnia quę in ea sunt, trāsmutata & nullo ordine disposita inueniuntur: nam scabella, subscella, & mensæ cum lectulis inuoluuntur: at cum dominus aduenit singula suis locis apponuntur. Sic nunc in mundo contigit vbi omnia sunt inuersa, & iniquo ordine disposita: nam qui meliores sunt, minoris æstimantur, & ea quę in sublimiori loco constituta esse deberent, in infimo iacent: quæque in infimo, ea in altissimo solio sunt collocata.

collocata. Vnde vere hunc mundum Babylonicā confusionem appellabis: vbi nullus ordo, sed perpetua discordia & dissonantia inuenitur. Sed cum venerit Christus, qui vniuersi orbis dominus est, omnia suis debitis locis disponet: & reddet vnicui que iuxta opera sua, præbens rectis honorē, ignominiam verō & contemptū malis. Vt autē videas quā rectus ordo in domo domini obseruetur proditorem Iudam sancti euāgelistae in infimum & vltimum locum constitutum, tanquam vltimū & minorem in meritis. ¶ Præterea quotiescunque euāgelistae Iudam nominant, dicunt illum proditorem fuisse: quod fecerunt vt ostenderent bonitatem aliorum Apostolorum, quia hūc solum malum & iniquum designantes, reliquorum sanctitas & integritas clarius elucescat. Quod manifestē innuitur quando Petrus nomine Apostolorum dixit. Domine verba vitæ æternæ habes: & nos cognouimus, & credidimus quia tu es Christus filius Dei. Et respondit Christus. Nonne ego duodecim vos elegi, & vnus vestrū diabolus est? Et ille non credidit. Iudas quippe nunquam credidit Christum esse filium Dei: quamuis credidit nullum virum bonū & iustum. ¶ Discamus, propter vnus hominis delictum non contēnere omnium communitatem & congregationē. Nam in cælo omnes sunt boni, in inferno omnes mali: in terra autem & boni si mul & mali vitam agunt, si quidem nulla in mundo sanctior congregatio reperiri potest: quā fuit Apostolorum, vbi vnus iniquissimus Iudas fuit inuentus. Christi collegiū habuit bonos & malos, perfectos & imperfectos: sicut nunc sagena ecclesiæ bonos & malos comprehendit. Sic etiam religiosorum monasteria boni & mali habitant. Inter Apostolos fuerunt duo quærentes vindictam Samaritanorum, tanquam imperfecti. Fuerunt etiam gloriæ & honoris cupidi, nam facta fuit contentio inter illos, quos eorum videretur esse maior. Fuerunt etiam murmurantes, nam videntes Magdalenæ factum, indignati sunt dicentes. Vt quid perdidit hæc? Fuerūt etiam inter discipulos apostatæ: nam multi audientes, quod loqueretur de manducatione corporis sui, illum reliquerunt, & abierunt retro. Fuerunt denique inter illos poenitentes & impoenitentes: sicut Petrus & Iudas, quorum alter poenitentiam dignā fecit: alter vero misere & infeliciter laqueo se suspendit. Quare ineptissimi & stupidi homines sunt appellandi, qui propter vnus religiosi peccatum, monasteria monachorum damnāt. Qui etiā perinde sua imprudentia sanctorum Apostolorū collegium dānare deberent: & damnent etiā cælū & sanctorum Angelorū choros, in quibus multi mali fuerunt, & ab eis ceciderunt. Monachi (vt piē & verē loquar) raro cadūt, citius vero resurgunt, quia multa iuammina & suffragia habent, quibus adiuti facile resurgere & respicere possunt, vt claustra, choros, locus orationis, celebratio sacrorum, bonorum cōsilia: denique mercede & retributione sunt digni propter omnia, quæ faciunt, nam sub obedientiæ iugo ea conficiunt: viuunt tandē semoti & segregati ab scopulis mundi: vbi multa sunt præcipitia. Si autē aliquando eis cōtingit cadere, id humane fragilitati dandum est: pressio vero adest illis dominus manū dexterā porrigens, vt cum Petro fecit. Quid si aliqui retrorsum

vadant lapsi in apostasiā, sicut abierunt illi Christi discipuli? Nunquid propter hoc execranda sunt monasteria? Si igitur in illo tam sancto & tam diuino collegio, vbi Christus rector erat & magister inter tam paucos tanta fuit differentia honorū & malorum, fortū & imbecillium, poenitentium, & impoenitentium, abeuntū & perseuerantiū: quid est quod miremur si viderimus arcam monasterij non esse sine paleis? Vide etiam & tu quod cū aliquis illorū delinquit, & illi detrahis: quod multa ille operatus est bona, quæ tu nunquā fecisti, imō multa patraisti mala, quæ si panderetur, puderet te corā oculis hominū apparere. Itaque tu vnus mali quod semel fecit, perpetuus es imitator, multorum autem bonorum in quibus per totam vitā se exercuit, nunquā recordaris. ¶ Docemur secundo, ne quis de statu suo nimis cōfidat: aut inaniter gloriatur. Poteris namque in statu perfectionis vitam degere, & inter viros perfectos conuersari: tu tamen iniquis & peruersis moribus esse imbutus. Et licet modo inter bonos habitans bonus sis: poteris tamen in misto oculi ab hac bonitate recedere, & in profundum malorum misere labi. Ecce Angeli de cælo ceciderūt. Adā de paradiso, David egregius psaltes & vir perfectissimus, turpibus se immiscuit flagitiis. Et tandem Iudas, qui dignitatem apostolicam conscenderat, quique daemonia eiecerat, & multa fuerat operatus miracula, turpiter & infeliciter cecidit, & cum Apostolorū esset socius, daemiorum sodalis factus est. Nullus enim inaniter aut præsumptuose de se aliquid præsumat aut gloriatur: neque monachus secularis viros contemnat: nec in sua virtute & monachatu confidat, sed potius semper humiliter de se sentiat, & cum timore domino seruiat, cum videat Iudam Apostolum ex culmine dignitatis in misera Tartara cecidisse. Quapropter egregie admonet beatus Paulus dicens. Qui stat, videat ne cadat. ¶ Obserua etiam quod quamuis Christus rectē sciret Iudam fore damnandum, & ab eo tradendum esse: nihilominus illum in Apostolum elegit, vt impleretur scriptura dicens. Qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationē. Hanc eandem rationē reddidit ipsemet Christus, loquens de Iuda: vt impleretur scriptura, quę ait. Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. Nemo tamen haberet consuetudinem manducandi cum Christo, ni esset mensæ suæ continuus & familiaris: nempe discipulus aut Apostolus, ideoque vel in discipulum, vel in Apostolum Iudas eligendus erat. Sed potius, in Apostolum, quia Apostoli magis familiares erant Christo: & manducabant, & bibebant cum illo. Elegit illum quem sciebat proditorem futurum, vt doceremur homines non natura: sed voluntatis arbitrio malos fieri. Bonus erat Iudas cum electus fuit, & tradidit illi dominus pecuniam, quia videbat eum pia & bona mente esse præditum: quod vero ipse bonis rebus abusus fuerit, ipsi imputanda est culpa. Poterat vocare si voluisset in sancto collegio & diuina vocatione permanere. Perisistamus igitur nos in sancta vocatione: cecidit enim Saul, qui bonus electus est in regem, cecidit & Iudas. ¶ Expēde autem inauditam & ineffabilem Christi mansuetudinē & quam bene sanat ecclesia illum viscera misericordie

Augu. de sensen. euang. sup. 6.

Tho. in euang. Ioan. ca. 21. & in 4. sent. d. 43. q. 3. ad. 2. arg.

Matth. 9

Matth. 7.

Ioan. 6.

Matth. 13.

Luc. 9. Luc. 22.

Matth. 26. Ioan. 6.

Psal. 72.

Luc. 17.

Gen. 48.

Apo. 1. 2. Gene. 3. 2. Reg. 11.

1. Cor. 10

Psal. 40.

1. Reg. 9.

fericordiam habere: quia quotidie cum Iuda comē-  
debat, & plurima beneficia illi cōtulerat, & dulci-  
ter cum eo conuersabatur, recte sciens, quod tra-  
diturus esset illum in mortem. Tu vero inimicū  
tuū & persecuteris, & ab eius conuersatione te  
abstines. Sed iam historiam prosequamur. *Et des-  
cendens cum illis stetit in loco campestris.* Electurus  
Apostolos ascēdit cum illis in montē, & docturus  
urbas descendit: quia perfectioribus altiora dicē-  
da sunt & minoribus leuiora. Vnde Apostolus.

**1. Cor. 3.** Tanquam paruulis in Christo lac dedi vobis, nō  
escam. Et in alio loco. Sapientiam loquimur in-  
ter perfectos, omnis enim, qui lactis est particeps  
expers est sermonis iustitiæ: paruulus enim est,  
& perfectorum est cibus solidus. Erat Christus in  
monte pernoctans, in oratione, cū mundani sunt  
in lectis suis lasciuietes & in vtramuis dormietes  
aurē. Erat Moyses in monte in orationibus & vi-  
giliis cum Deo loquens: populus autē infra erat  
comedens & bibēs, & vitulū adorans. Ita mundi  
discipuli, cum Christus & eius discipuli in oratio-  
ne sunt, ipsi in deliciis & vanitatibus sunt detēti.  
At prius dominus cū videat eos in cacumen mō-  
tis non posse ascendere propter virium imbecilli-  
tatem, descendit à monte illos docturus, & mira-  
bili doctrina eos erudit. Stetit, inquit, in loco cā-  
pestris. Voluit dominus loca, in quibus populū  
docuit scribi & designari, vt si postea rebelles facti  
dicerent se non admonitos, loca ipsa si opus esset  
in testes vocarentur. Sic enim homines lapidum  
aceruos & statuas in testes fœderis vocat, vt le-  
gimus de Iacob & Laban: qui aceruum lapidum  
conficientes, cumulum testimonij vocauerunt.  
Cur etiam Deus in testimoniū suę doctrinę loca,  
in quibus prædicauit, non adducit? Lege diligēter  
initium libri Deuteronomij, vbi videbis quāti fa-  
ciat dominus loca, in quibus doctrinam suam tra-  
didit. Hęc, inquit, sunt verba quę loquutus est.  
Moyses ad omnem Israel trans Iordanem, in so-  
litudine campestris: contra mare rubrū: inter Pha-  
ran, & Tophel, & Laban, & Aseroth vbi auri est  
plurimum: vndecim diebus de Oreb. &c. Et post-  
quam loquendi finem fecit, dixit omni populo.  
Testes inuoco hodie calum & terram quod po-  
fuerim vobis vitam & bonū, benedictionē & ma-  
ledictionem. Et in capite vltimo libri Iosue habe-  
tur quod postquam Iosue locutus fuit ad omnē  
populum Israel tulit lapidem pergrādem posuit-  
que eum subter quercum & dixit. En lapis iste erit  
vobis in testimoniū quod audieritis omnia verba  
domini quę locutus est vobis: ne forte postea cę-  
gare velitis, & mentiri domino Deo vestro. Vbi  
peccator diligenter debet aduertere, quod Deus  
videns suam obstinationem vocauit in testes la-  
pides & montes aduersus eum. Si non adimple-  
uero verbū meum (inquit Iacob) lapides isti testes  
erunt. Tum tēporis lapides loquuntur & testimo-  
nium profertur aduersus iniquum & mēdaceum,  
qui verbum Dei audiens, id noluit obseruare, imo  
violauit præcepta & mandata eius. &c. Vbi obser-  
uabis quod sermonem istū beatitudinum, quem  
Christus hic habuit, licet alij existiment alium  
esse ab eo quem Matthæus narrat, ego vero salua-  
torum pace eundem esse credo. Et si cōtradecere  
videatur id quod Matthæus dicit, quod Christus  
ascendit in montem, Lucas vero quod descendit

**1. Cor. 3.**  
**1. Cor. 2.**

**Exod. 32.**

**Gen. 31.**

**Deut. 1.**

**Deut. 30**

**Matth. 5.**

in locum campestrē. In quibus verbis nulla est  
contradictio aut repugnantia: nam licet locus hic  
campestris mons sit, & illum Matthæus montem  
vocet, nihilominus, vt dixi nulla est contradictio,  
nam locus campestris mons est, licet sit quadam  
pars montis planior. Loca enim campestris solēt  
in scriptura ea vocari, quę non sunt omnino ex-  
celsa, nec omnino plana sicut montes. Etenim in  
libro Numerorum ponitur quadam mansio Is-  
raelitarum in campestribus Moab, & alia subse-  
quens ponitur in planioribus locis terrę Moab.  
Ex quo innuitur quod loca campestris non erūt  
plana, sed sunt quasi quidam descensus mōtium  
vbi Christus prædicauit. Ascendit in altitudinem  
montis vbi discipulos elegit in Apostolos, & des-  
cendens in medium montis in quadam planicie  
accesserunt ad eum discipuli eius, & videns mul-  
titudinem turbarum, tunc prædicauit sedens: quia  
locus ille satis conueniens erat vt posset in eo ser-  
monem ad populum habere, vbi omnes cōuene-  
runt. Cum autem dicit Matthæus quod sedit, &  
Lucas quod stetit: nulla est contradictio, nam  
cum accessisset ad loca campestris in illo monte  
stetit cum discipulis suis, expectans paululum do-  
nec congregarentur turbę, vt omnes doctrinam  
audirent quę cum congregatę essent sedens ince-  
pit prædicare. Sedes autem docebat, vt significa-  
ret differentiam inter nouum & vetus instrumē-  
tum: nam lex vetus data fuit cū in terroribus, ful-  
minibus, & tonitruis: ita vt populus tremens, &  
mortem timēns dixerit Moysi. Non loquatur no-  
bis Deus, sed tu loquere nobis: ne forte moria-  
mur. Lex autem noua quam Christus dabat, erat  
lex suavis, iucūda, amoris & quietis plena: ideo-  
que sedit. Sic Paulus Romanis scribens ait. Non  
accepistis spiritum seruitutis iterum in timore,  
sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. Ad-  
uerte autem quod sedit in loco apto & publico  
ad prædicandum: vt ab omnibus posset videri,  
& audiri: ideoque omnes accedentes audiebant  
verbum illius & curabantur. Principes namque,  
qui veluti fontes sunt à quibus omni populo  
hauriri debet aqua, omnibus se amabiles præsta-  
re debent, & nemini quantumuis pauperi & ino-  
pi ad eos ingressus abnegari debet, sed cunctis si-  
ne acceptione personarum patere. Nam optimo  
iure in eum animaduertet iudex, qui fontem  
omnibus communem sibi tantum vendicare vel-  
let: & sæpi & sera additis aditum omnibus pro-  
hiberet. Ita etiam grauius suat puniendi, qui sibi  
solis tantum principum fauorem conciliant: cæ-  
teris vero omnibus clausam ostendunt portam,  
ne aditus pateat vt à rege necessarii impetent. At  
quemadmodum aqua illa salubrior est, quę nec  
terra permiscetur, nec cœno: sic ille princeps re-  
publicę erit vtilior, qui nullus terreni hominis  
admixtam habuerit familiaritatem: nam quan-  
tumuis fuerit excellens princeps, & animi candore  
præditus, nihilominus, vt li impiissimū quod-  
dam speculum à circumstanti statu obnubilabitur:  
nisi tali sit spiritu affatus, vt nihil velit pati, quod  
rationis limina transcendat. Iudicium igitur ra-  
tionis ita semper in iudice maneat liberum, vt  
cuncta Christianis institutis gubernet, mala pu-  
niat: & vbi que locorū virtutis & pietatis studio-  
sissimus sit cultor, exempli Christi redemptoris  
nostri

**Num. 22.**  
**26.**

**Exod. 19.**

**Exod. 20.**  
**Deut. 5.**  
**Rom. 8.**

nostri memor, qui Iohanni & Iacobo iniusta petē-  
tibus non cōcessit, neque ad id amoris & familia-  
ritatis vinculum coegit: imō diuersa multos à suo  
palato respōdit. Nescitis, inquit, quid petatis. Nūc  
vero à nullo familiari detētus fons ille misericor-  
dię perennis omnibus patet, omnibus adest, om-  
nibus dextram porrigit, vt ad eum accedant vt bi-  
bant, & sanentur. Stetit itaque in loco campestri,  
in loco publico omnibus periuo: vt omnes ad eū  
posset accedere, & si vellent tãgere, vt ab infirmi-  
tibus sani euaderent & vt suam doctrinam au-  
dierent. Ideoque ad eum accesserunt discipuli &  
copiosa turba: nam cum stetisset, & eos circūspi-  
ceret, intellexerunt, eum velle predicare: quocirca  
omnes illum circūierunt, atque ita sequitur in te-  
xtu. *Et turba discipulorum eius, & multitudo co-  
piosa plebis ab omni Iudæa & Hierusalem & mari-  
tima & Tyri & Sidonis.* Eodem die, quo electi fue-  
runt Apostoli mox confluunt populi: quia futu-  
rum erat vt horum duodecim prædicatio per vni-  
uersum orbē funderetur in omnes gētes. Aduerte  
autē quod in cacumine montis solus erat cū suis  
discipulis: postquā verō descendit, maxima mul-  
tudo ad eum accessit. Non poterat turba in mō-  
tem ascendere, quia quos delictorum sarcina depri-  
mit, nisi deposito onere ad mysteria sublimia  
scendere, minime possunt. Idcirco filij Israel non  
poterant in montē scandere, vt Deo facerent ob-  
uiam: quia Aegyptiorum detenti conuersatione  
impediēbatur. Sed solus Moyses ascēderat & pau-  
ci seriores Israel cum eo. At nunc descendens Ie-  
sus de monte plurima populi caterua eum seque-  
batur: nam cum ad eum turba inbecillis ire non  
posset, benignissimus dominus ad eos descendere  
voluit, vt ad eum accedere possent. Cuius rei etiā  
in teipso experimētum posses facere. Quoties ob-  
secro, cum in peccatis & flagitiis sis detētus cum-  
que ad illum accedere non possis peccatorū pon-  
dere pressus: ipse tanquam clementissimus domi-  
nus ad te descendit, rogat, vocat, & multis benefi-  
ciis te allicit. Expende autem populi huius de-  
uotionem & feruorem: veniebant quippe de lon-  
ginquis & remotissimis locis verba Christi & eius  
doctrinam audiri. Quando canis venaticus lep-  
orem, vel aliud quoduis venationis genus inue-  
stigt, si nullū vestigiū inuenit piger & iners am-  
bulat: at si venationis ventus nares eius attingit,  
solertissimus & diligentissimus currit, quousque  
feram inuenit. Ita nimirum nos quia Deum non  
gustamus, nec suauitatem suorum mandatorum  
olemus, inertes & pigri, in ipsius obsequio ambu-  
lamus. Venimus namque rem sacram audituri  
cum iam sol fere dimidiū diei cursum perambu-  
lauit, prolixam concionem fastidimus, & verbis  
Dei defatigamur: denique in omnibus ad eius ob-  
sequiū spectantibus pigre & ignaue nos gerimus.  
O vtinam fragrantiam diuinorum odorum degu-  
staremus: vt caelestem hanc venationem toto pe-  
foris conatu inuestigaremus. Attendite obsecro  
quomodo omnis hæc gentis multitudo ad odo-  
rem Christi currit, suam patriā & res relinquens.  
Tāta est odoris suauitas qui ab ore pãtherę exit,  
vt philosophi dicant, quod omnia animalia do-  
micilia sua deserunt, tanta oris eius suauitate at-  
tracta. Ita nimirum tam suavis erat odor oris Chri-  
sti, & ita admirabilis & diuina eius doctrina, tam

**Matth. 20**

**Exod. 17.**

**1. Tim. 2.**  
**18.**

dulcia verba: vt omnis multitudo gentium illa-  
rum regionum domicilia sua deserentes Christū  
sequebantur. Itā desiderabat ardenti peñoris  
amore post Christum duci anima illa sancta, quę  
dicebat dilecto suo. Trahe me post te: curremus  
in odorem vnguentorum tuorum. Trahinatur,  
quando tribulationibus & tentationibus exerce-  
mur. Currimus cum internis inspirationibus vi-  
sitati tanquam suauē aliquid olētes diuinis virtu-  
tibus fragramus. Itaque quod asperum erat sibi  
retinebat tanquam sanę forti atque perfectę, at-  
que ideo dixit in singulari, trahe me post te. Ad  
id autem, quod dulce erat & suauē, curremus, di-  
xit in plurali. Trahit Deus per tribulationes & ad-  
uersitates, & vocat suauitate & odore inspiratio-  
num & prædicationum & beneficiis, ad hæc au-  
tem quę suauia sunt currebant plures cum ad la-  
bores sola traheretur, & sequeretur Christū non  
currens sed sola. Currentes ibant attractę dulce-  
dine verbi Dei, diuinis promissionibus attractę.  
Hac igitur dulcedine & suauitate ducebat Chri-  
stus post se hunc populum: & in odore vnguen-  
torum eius veniebat omnis Iudæa, Hierusalem,  
& maritima cum Tyriis & Sidonibus. Porro non  
veniebant de maritima illa, quę est iuxta mare  
Galilæum, sed de remota maritima, quę est iuxta  
Tyrrhenum mare, iuxta quod sunt Tyrus & Si-  
don. Ex quo quanta fuerit Christi fama & nomē  
manifestē colligitur: vt multos Gentiles etiam ex  
remotis & longinquis partibus attraxit. Quod fa-  
ctum in maximam ignominiam Christianorum  
cedit: nam cum hi tam à longinquis locis venirēt,  
tu cum iuxta ecclesiam sis, nec paululum laboris  
assumere vis, vt in templum abeas: si vel minima  
pluit aqua, vel paruus sufflat ventus. Ponuntur  
autem nomina harum ciuitatum, vt magis con-  
fundatur Iudæa: quia ad hos Gentiles non iuit  
Christus, sed ipsi ad eum venerunt. Quod iam  
multis retro ante seculis egregius prædixerat va-  
tes. Memor ero Raab & Babylonis: scientium  
me. Ecce alienigenę & Tyrus & populus Aethio-  
pum, hi fuerūt illic. Hi vtique in die iudicij aduer-  
sus nos insurgent, & frigidam nostram deuotio-  
nem confundent: quemadmodum Ninuiter Ge-  
cerunt aduersus Iudæos: quando ipsi, cum Gen-  
tiles essent tanta deuotione & feruore Christum  
sequebantur, vt eius doctrinam audirent. Vt au-  
tem scias hoc illos quęsiuisse, causam huius fe-  
quelę subdit euangelista dicens. *Qui venerunt  
vt audirent eum.* Quia sicut anima Christi erat  
instrumentum diuinitatis ad edenda miracula in  
corporibus hominum: ita verba Christi erant  
instrumentum eiusdem deitatis ad efficiendas mi-  
rabiles operationes in animabus. Et quemadmo-  
dum res erat admiratione dignissima vt Christi  
manus visum cæco restitueret, & quod Christi  
manus leprosum mundaret: ita multo dignius  
admiratione erat, quod eadem vox vitam daret  
defunctis animabus. Nam verba Christi, non so-  
lum excitabant animos audientium, nec solum  
(vt solent ceteri prædicatores) suadebant: sed  
etiam talem virtutem habebant & potentiam: vt  
videretur quasi cogere auditores, vt id facerent,  
quod ipse prædicabat. Donabant itaque verba  
Christi gratiam, sine qua anima mouere se ad  
iustitiam coram Deo non potest. Vellem ego vt

**Can. 1.**

**Leg. Ber.**  
**ser. 2. in**  
**Can. 1.**

**Psal. 86.**

**Matth. 17.**

**Leuit. 18**  
**Matth. 8.**



in deuotionem & sanctum spiritum huius gentis oculos conuerteret. Omnes Gentium nationes & omnes mundi respublice semper de origine & natione sua, deque carundem fundatorum, & principum nobilitate seipfas iactauerunt: si autem aliquando contigit ut principum & originem suam non inueniant, ut se nobilitate & magnificentia mēdacia fingunt. Itali gloriantur genus suum ducere à Troianis, Hispani vero à Gothis. Sic nos maxime gloriari de Christianismo deberemus, utpote cum nullum sit tam illustre, tam nobile, & tam egregium genus: de quo maiori iure nos iactare debeamus. Oculos igitur nostros conuertamus in principum legis euangelicæ, & in feruorē & spiritū primæ illius ecclesiæ: tuncque videbimus manifeste quantum ab illa gente degeneremus. Magni igitur æstimemus tam illustrem originem habuisse, & in meliorem mentē redeamus: si illis non sumus similes & doleamus quandoquidem ab eis longe distamus. Tunc enim est tā longinquis terris ad Christi conciones confluebant: nunc autem vel duobus gradibus factis iam defatigamur. Et hoc erat quod Ieremias lamentabatur dicens. *Vix Sion lugent, eo quod non sit, qui veniat ad solennitatem.* Quando autem hoc lamentabatur propheta, id erat ob defectum gentis: nunc vero non is est defectus, quia omnes viæ & plateæ plenæ sunt hominibus, sed potius ob defectū deuotionis. Ideo dominus. *Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Gaudet vnusquisque si bona gesta suorum audiat. Nā si quis Gallus est, gaudet si audiat narrare egregia Gallorum facta. Si autem coram aliquo Gallo Vngarorum facta quis narret, nullam præbet attentionem, nec aures illi accommodat. Ita natura quis gaudet sui generis & auroꝝ suorum illustria audire facta, quia ab illis descendit: si autem loquela incidat de eis, quæ non ad suos pertinent, nihili facit, & discedit. Ita nimirum, qui sunt de genere & pro sapientia Dei, quæ Dei sunt audire gaudent: at qui ex Deo non sunt, sed patrem diabolum habent, sicut oblinati, non sermonibus Dei gaudent. *Quapropter dominus eis dixit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Cuius igitur domini sunt? Vos, inquit, ex patre diabolo estis, atque ita vobis placet eius verba & sermones audire, ut sunt murmuraciones, blasphemix, & turpia & obscena verba. Vnum autem ex præcipuis signis, quibus cognosci potest, an quis prædestinatus sit, illud est, an gaudeat Dei verba & conciones audire. Nam si suaue & iucundum illi est audire verbum domini & in eo delectatur, magnum utique argumentū est eum esse electum & ex familia & domo Dei. O quam magna multitudo eorum est, qui in audiendis concionibus defatigantur, & verba vitæ nec primis labiis degustant. Ita etiam magna multitudo eorum est, qui in gehennam tendunt. Superest illis tempus, ut legant profanos & obscenos libros, in quibus non nisi de mundo & carne agitur, at sanctum & deuotum codicem nec dimidia hora manu sustinere possunt: & si concio durat plusquam dimidia hora, quam moleste & ægre ferunt abeuntes, & murmurantes. Ut recte hac nostra misera & infœlici tempestate illud Pauli verum habeat. *Veniet enim tempus cum sanam doctrinam non*

sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros pruriētes auribus: & à veritate quidem auditum auertēt, ad fabulas autem conuertentur. Aliam etiā causam subdit nunc euangelista, propter quam illæ gentes ad Christum veniebāt, dicētes. *Et sanarentur à languoribus suis.* Deserebant omnes hi sua domicilia, ut salutē consequerētur, & ut Christum audirent per montes & præcipitia non sine magno gaudio tendebant. Licet autem nunc dominum interrogare. *Quid est quod si in mundum venisti, ut salutem & dona illi tribuas, tam care hæc omnia illi vendas? Nonne tuæ diuinæ & ineffabili misericordiæ conuenientius esset, ut in ciuitate eos doceres, & ibi eos curares, ut non tanto labore, & tā longo factō itinere eos in mortem duceres? Non utique: nam ita dominus sua misericordia cum hominibus vitur, ut velit semper eorum iustitiā saluam & incolumen permanere, ut vere illa duo de Deo dicatur. Misericordia & veritas obuierunt sibi: iustitia & pax osculatae sunt. Iustitia nāque & misericordia in Deo pari gradu currunt. Ut autem Deus beneficia hominibus conferat, vult ut ex ipsorū hominum parte aliqua dispositio sit: quod quidem sacræ paginæ appositissimo exemplo non difficile erit ostendere. Nam cū dominus Holofernis caput in Hebræorū manus traditurus esset, & victoriā illis cōcessurus: vult prius ut famem patiatur, sitim, & labores, & ut Iudith preces fundat & caput & vitam simul in discrimē ponat. Vult itaque ut quantum in se fuerit, digni sint beneficii Dei. Tu autem quid est quod existimes gloriā attingere posse nihil agēs: vitam in voluptatibus, & deliciis agēs? Sed ad id fortassis mihi obiicies. Deus misericors est, omnibus veniam condonat. Vera te narrare fateor. At scias oportet, quod quemadmodū misericors est, ita etiam reus & iustus. Vnde quotiescunque in scriptura de diuina sua misericordia agitur, eam semper videbis tribui contritis corde, & eis, qui suorum peccatorum poenitentiam agunt. Sic rex Ezechias dixit. Pius & clemens est dominus, & non auertet faciem suam à vobis, si reuerſi fueritis ad eum. Vbi videre licet quod misericordia promittitur non obstinatis peccatoribus, & otiosis hominibus: sed iis tantummodo, qui conuersi fuerint ad eum. Quod alio exemplo appositissimo tibi ostendam. Nam cum Nabal Carmelus graui affecisset contumelia regem David: ipse David vehementer iratus volens in Nabalē grauius animaduertere, exiit ei obuīā vxor Abigail, & flexis genibus coram David munus obtulit, atque ita eum placauit, ne vindictam de marito, denique vniuersa familia sumeret. Quid hoc facis Abigail? Nonne scis Davidem virum esse misericordem? Ita nimirum, nihilominus tamen opus est obuīam ei exire, preces fundere, & munera offerre, ut suam misericordiam possim impetrare. Destruxit dominus ciuitates illas Sodo nam & Gomorram: quia non inuenit in eis iustos propter quos illis parceret. Ita etiā vult dominus, ut labores, in mandatis domini, & poenitentiam agas, si casū introire vis: nam sancti, qui in eo sunt per varios casus, per multa rerum discrimina, per crucē & tormenta id consequuti sunt. His etiam, qui modo illum sequuntur, Christus dominus non sine aliquo eorum labore salutem vult tribuere: sed vult ut à ciui-*

ciuitate exeant, deserantque domicilia sua illum quærentes. Vbi aduertere est opus, quod postquam prædicauerat, sanabat eos, & post doctrinā sequebantur miracula: nam legem euangelicam, quam Christus prædicabat, confirmabat illā statim factis miraculis. Prædicabat his Christus, postea vero ab infirmitatibus & languoribus suis illos sanabat: quibus ostensis miraculis probabat doctrinam suam veritatem esse infallibile, ipsumque verum esse Deum. Ideoque aduerte, vniuersas leges constitutas à sapientibus, & philosophis mundi, & eas etiam, quæ tam in canonico, quam in Cæsareo iure continentur, fundatas esse & stabilatas in rationis perpêdiculo: vnde famosum axioma iure consultorum est, quod ratio legis est anima legis. At leges, quas principes & reges stabilierunt, fundatæ sunt in potentia. Nam siue rationē in se contineant, vel non, proculdubio adimplendæ sunt, & ad vnguem obseruandæ, cum rex ita præceperit: alias qui legum limites transcendit, in eum animaduertetur, tanquam in transgressorem legum: cum rex summum imperium habeat in regno suo. Ita vt vera potestas & imperium in vero domino fundatur: ita quod tantam potestatem princeps habet, quantum fuerit eius dominium. At in Deo multo aliter contingit, est dominium in potentia fundatur, quæ infinita est. In quo igitur, bone Christe, tua lex fundata est? Non utique in potestate, nec in ratione. Non in potentia: quia neminem coegisti ut fidem tuam reciperet: nec aliquem compulisti, ut legem tuam amplecteretur. Nec etiam in ratione naturali fundatur, quia quamuis non sit contra rationem naturalem imò præsupponat illam, est tamen supra: nam omnes rationis limites transcendit, & omnem humanum intellectum etiam acutissimum, & sublimen superat. In qua igitur re hæc lex fundatur? Utique in sola sua autoritate: nam solum quia Christus hoc dixit, ideo credendum est. Qui igitur fieri potest, ut sciamus, Christum id dixisse? Nam statim quod scimus id Christum dixisse, minime id dubitari potest. Solet enim contingere, ut mariti per puerū aliquem vel per seruum vxoribus petant: vxores autem id dare nolunt, quousque per aliqua signa illis constet maritos id petere. Nemo est bone Deus omnium hominum, qui sub celo sunt, qui tibi non credat: at quo modo sciamus quod tu id dicis, & imperas? Utique per signa mea. Dixit dominus Moysi. Vade & dic Pharaoni, ut dimittat populum meum. Dixit Moyses. Et quomodo credent mihi? & dixit illi dominus. Quid habes in manu tua? Respondit, Virgam. Tuncque misit illam in terram: & conuersa est in colubrum. Dic igitur Pharaoni, ut populum meū dimittat, & dato hoc signo, id est, factō miraculo, statim intelliget, quod missus es à me. Nam cum Deus solus, qui supra omnem naturam est, miracula facere possit, cumque ipse testis esse nequeat mendacijs, faciens miraculum in testimonij eius quod dicis, probabis omnino te à me missum esse nunciū, ut hæc illis dicas. Accedunt igitur hi auditori diuinam & admirabilem Christi doctrinam. At probat se esse Deum, id autem, quod dicit proculdubio credendum esse coram eis factis miraculis sanando infirmos, & in integram valetudinem eos restituendo,

cumque in nictu oculi, & imperatōe hæc miracula operaretur, clarum reddebat testimonium veritatis quam prædicabat. Ex hoc vero contextu ad nostram eruditionem duo obseruanda sunt. Primum dixisse, quod venerunt, ut audirent verbum eius: postea vero, ut sanarentur à languoribus suis. Prius namque ut cordati & prudētes homines de valetudine animæ agebāt, quam de corporis incolumitate. Discamus primo quærere regnum Dei, & iustitiam eius: & deinde omnia hæc terrena nobis adiiciantur, iuxta saluatoris promissum, sed iam oppositum fieri videmus: tota namque sollicitudo rerum terrenarū est tibi, potus & vestitus: hæc enim auide curant homines, animæ vero salutem obliuiscuntur, ad conuiuia & humanos sumptus nunquam pecunie deficiunt: at pauperi, egeno, & vidue semper deest. Si corpus infirmatur, expertus medicus quæritur, si anima ægrotat quicumque imperitus sat est: atque ita sua peccata confitentur coram ineptis & insipientibus sacerdotibus, cum multo melius salutem corporis prouideant. Vbi omnis reus & bonus ordo iam peruertitur, nam mundana diuinitas & cælestibus præferuntur: quemadmodum Esau contigit: cui pater benedictionem dedit secundum mores suos, bona terrena cælestibus præferendo. Nam Esau & illi similes mundanas diuitias plusquam cælestes diligunt. Ideo dixit ei pater. De pinguedine terræ & de rore cæli erit benedictio tua. Non sic viro sancto Iacob dixit, sed potius cælestia & spiritualia terrenis anteposuit dicens. De rore cæli & de pinguedine terræ sit benedictio tua. Nam iusti prius spiritualia, quam quæ carnis sunt quærent. Docemur secundo infirmitates & tribulationes bonas esse, quandoquidem in Deū nos ducunt. Multi namque istorum infirmitatum causa Christum quærebant, qui forte si incolumes vaerent non quærerēt. Bona igitur reputata sunt ea, quæ hominem ad Deum ducunt: cum igitur languores, dolores, & corporis ægitudines homines ad Deum ducant, ut euangelista ait, quod veniebant, ut curarentur à languoribus suis, non hæc mala sunt æstimanda, quandoquidem tam nobilem effectum pariunt. Quodquidem, si attentas præbueris aures sacræ scripturæ exemplo tibi ostendam. Nam Pharaos, & Manasses rex Iuda, non solum in prosperitate Deum non agnoscebant, verum iustos & bonos persequebantur: at cum dominus misit eis infirmitates & tribulationes ad illum reuertebantur. Sic David in psalmo. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt. Et ipse de se inquit. Ad dominum cum tribularer clamaui. Videbis namque sapientissimus robustum adolescentem, incolumē, sanum, & optima valetudine fruētem, qui vitam perpetuo in vitis & in voluptatibus degit: quem si dominus punctorio vel laterali dolore percussit, statim ad Deum se conuertit, confessorium inuocat, & sacramenta postulat, & inquit. Quidquid in mundo est, vanitas est, stabile autem & firmum Deo seruire: promittit idem se statim ut à letho surrexerit diuinis mandatis semper operā daturū. Vides igitur quomodo ægitudines & labores homines ad Deum ducant? Quod aduertens diuinus Paulus Corinthiis dicebat. Dum infirmor fortior sum. Qui igitur id fieri potest? Nam qui infirmus

Matt. 6.

Genes. 27

Psal. 24.

Iudith. 19.

2. Par. 13.

1. Reg. 26.

Genes. 29.

Exod. 5. 2. Par. 36

Psal. 119. Psal. 119

2. Cor. 12.

mus est ad nulla exercitia est aptus, quod vnus-  
 quique in se ipso experiri poterit. Nihilominus  
 tamen etiam si hæc vera sint, verum habet dictū  
 Apostoli, cum infirmior fortior sum. Nam cum  
 anima tres habeat capitales inimicos: mundum,  
 carnem & dæmonem: cum infirmatur homo v-  
 num ex his tribus nempe carnem victam & supe-  
 ratam habet. Et non solum hunc inimicū victum  
 habet: imò ipsa caro, quæ inimica animæ est tunc  
 à partibus animæ stat, & illi fauet. Cumque dum  
 valet corpus, tres sint aduersus animā inimici, cū  
 regrotat, duo aduersus duos insurgunt, cum caro  
 à partibus sit animæ, & illi faueat. Ideoque rectif-  
 sine dixit diuus Paulus, cū infirmior fortior sum.  
 Et qui vexabantur à spiritibus immundus curabā-  
 tur. Immundus hic dæmon appellatur ab effectu:  
 quia hominum animos immundos reddit. De cor-  
 de enim exeunt quæ coinquant hominem, sci-  
 licet, adulteria, fornicationes, & mendacia: quæ  
 omnia pater & inuentor mendacij diabolus ho-  
 mini suggerit, vt ea faciat, quæ hominem coinqui-  
 nant, & immundum reddunt: & quia hæc immū-  
 da suadet hominibus immundus appellatur, ad  
 differentiam angelorum, qui mundi spiritus di-  
 cuntur. ¶ Præterea in his verbis quatuor conditio-  
 nes maligni spiritus nobis significatur. Primo natu-  
 ræ subtilitas, quia spiritus est. Vnde Apostolus.  
 Non est nobis colluctatio aduersus carnē & san-  
 guinem: sed aduersus spiritus & potestates, &c. Et  
 princeps Apostolorū Petrus inquit. Aduersarius  
 vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, &c.  
 Secundum ostenditur culpæ feditas: quia immun-  
 dus est, & sordibus peccatorum gaudet. Ideo do-  
 minus ait infra. Cū spiritus immundus exierit ab  
 homine, ambulat per loca arida &c. Non inuenit  
 requiem, quia in coeno luxuria, & carnis volupta-  
 tibus quiescit. Qua de causa in Matthæo & in  
 nostro Luca legimus, quod volēs Iesus eiicere le-  
 gionē dæmoniorū ipsi dixerūt. Si eiicis nos, mitte  
 in porcos. Quia cū immundus sit, immundis ani-  
 malibus delectatur. Tertio ostenditur hic ipsius  
 peruersitas & malitia, quia ob inuidiā & malitiā  
 homines vexat, cum nihil vtilitatis sibi comparet  
 ex hac re: sed potius calamitatem & miseriam. Vn-  
 de Sapiens inquit. Inuidia diaboli mors introiuit  
 in orbem terrarū. Quarto significatur hic modus  
 nequitie sue: nam à domino cohibetur, & tēpe-  
 ratur: ne tantum mali faciat, quantum ipse deside-  
 rat, vt hic dicitur. Et in libro Iob legimus, domi-  
 num dixisse Satanæ. Animam eius serua. Quibus  
 verbis manifeste apparet, dominum modum &  
 mensurā tentandi apposuisse faciendo ei potesta-  
 tem, vt illum percutere posset: tamen non ita vt  
 eum ad interitum vsque perduceret. Itætiā nos  
 si volumus, possumus eum vincere: nam Chri-  
 stus vires illi abstulit: nam ante Christi aduētum  
 dæmon potentior erat & fortior. Tunc enim erat  
 diabolus princeps huius mundi, nunc autem cie-  
 ctus est foras. Verū quomodo diabolus sit in cor-  
 pore humano & possit illud vexare, inferius in ca-  
 lud, Erat super iudeum dante dicemus. Et om-  
 nis turba quæ crebat eum tantere, quia virtus de illo  
 exibat & sanabat omnes. Non solum infirmi, sed  
 etiam, qui optima corporis valetudine fruebantur  
 ad eum veniebant: & vt Marcus inquit, cer-  
 tum irruiebant, vt eum tangerent. Et sic ista cura-

tio & sanatio non solum de corpore intelligenda  
 venit, sed etiā de animis: nam à peccatis sanabat,  
 quos aptos inueniebat, quique nullum ponebant  
 obicem. Nam virtus de illo exibat, hoc est, sancti-  
 tas, quæ in ipso erat ad operationē se extēdebat, &  
 velut causa product effectum, sic virtus de illo  
 exiens salutē & incolumitatem restituebat. Apo-  
 stoli namque & alij sancti, non habebant virtutē  
 à seipsis promanantē, nec erant fontes virtutū, sed  
 riuiuli quidam ab illo perenni fonte aquæ viuæ,  
 quæ Christus est, dimanantes. Vnde diuinus Pau-  
 lus hæc aduertens inquit. Alij gratia linguarum,  
 alij interpretatio sermonum, &c. diuidens singu-  
 lis prout vult. Sed Christus fons erat perpetuo  
 scaturiens omnium virtutum & gratiarū à se egre-  
 dientium. Potest etiam per hæc virtutem intelli-  
 miraculosus iste effectus curatiōnis: etiāq; virtus  
 actiua huius effectus, quæ in opus exiit, & ad id se  
 diffudit. Nec mirandum multum si Christi virtus  
 sanitatem efficeret, quandoquidē gemmæ, & her-  
 bæ multæ eandem habent virtutem. ¶ Porro vir-  
 tus illa à Christi diuinitate tāquam à causa prima  
 & principali egressa est, & ab eius humanitate  
 tanquam à causa secunda instrumentali: quia huma-  
 nitas Christi fuit instrumentum viuum suæ  
 diuinitatis, cōiunctum, immediatum, & propriū:  
 sicut, & corpus nostrum est animæ nostræ instru-  
 mentum. ¶ Obserua vero quod omnis artifex du-  
 plex habet instrumentum, coniunctum videlicet  
 & separatum: quibus anima vtens omne absoluit  
 opus instrumentum coniunctum habet virtu-  
 tem operandi ab ipsa anima, separatum autem  
 à coniuncto mouetur. Manus artificis dicitur cō-  
 iunctum instrumentum: securis vero, ferra, & si-  
 milia separata dicuntur. Ab anima enim primum  
 mouetur, & per primum secundum, id est instru-  
 mentum separati. Diuinum igitur verbū à Deo  
 patre, lumen de lumine indeficiens, Deus verus de  
 Deo verō vnita sibi nostræ fragilitatis substantia  
 tanquam instrumento coniuncto ea vtebatur, ad  
 donandam sanitatem, & ad mirabilia opera effi-  
 cienda. Quemadmodum enim qui stibundi sunt  
 ad fontem currunt ex aliqua rupe manantem &  
 vnusquisque ore, vel vase admoto aquā sibi hau-  
 rit abunde: ipsa tamen aqua (quamuis magna sit)  
 multitudo hauriētium non minuitur: & quæad-  
 modum candens ferrum omnes tangētes adurit:  
 sic humanitas Christi à diuinitate habens virtutē  
 omnibus indigētibus salutē præbebat: neque præ-  
 multitudine eorum, qui sanabantur fons virtutis  
 eius exhauriebatur. Imo quotquot fide viuā illā  
 sanctissimam humanitatem diuinitatis igne accē-  
 sam tangebant omni morā expulsa sanitati resti-  
 tuebantur. Quocirca recte ait euangelista quod  
 omnis turba quæ crebat eum tangere: quia virtus  
 hæc, quæ de illo exibat sanabat omnes. Et nihil  
 mirum: nam si solo tactu ossiā Elisei, mortuus vi-  
 tæ habuit: & contactu sudarij Pauli languores re-  
 cedebant, & dæmonia expellebātur: quanto me-  
 lius contactus Christi sanare possēt omnes infir-  
 mos? Præterea tangit Christum, qui credit in eū,  
 & tangitur à Christo, qui in fide ab ipso Christo  
 roboratur & firmatur. Quapropter Iacobus ad-  
 monet dicens. Appropinquate Deo, & appropin-  
 quabit vobis. Qui ergo sic tangit & tangitur vir-  
 tute spiritus eius sanatur. Accede igitur nunc tu  
 ad Chri-

Mat. 53. Ioh. 140

Mat. 7.

Ioh. 1. Luc. 2.

Mat. 2.

Ioh. 1.

4. Reg. 11. 1. Reg. 17.

Iacob. 4.

ad Christum: nam ita potens est mōdo tuas infir-  
 mitates curare, sicut tunc quando tanta virtus de  
 illo exibat. Namque si mœltus & tristis es, si pau-  
 per, si infirmus, si flagitiis & peccatis coinquina-  
 tus, si in misera dæmonis seruitute iaces: accede  
 ad Christum, ne timeas: qui potens est, qui om-  
 nium nostrorum languores tulit, tua vulnera cu-  
 rare. Cum de illo & non immeritō, imò aptissi-  
 mē & concinne egregius canat psaltes: Qui sanat  
 omnes contritos corde, qui redimit de interitu vi-  
 tam tuam, &c. Et ipse eleuatis oculis in discipulos  
 suos dicebat. Hunc sermonem non tantum ad disci-  
 pulos suos habuit, sed etiam ad omnē plebem.  
 Quod manifeste patet, quia Matthæus qui hunc  
 & eundem sermonē scripsit, dicit: quod cum con-  
 summasset Iesus verba hæc, mirabantur turbæ su-  
 per doctrina eius. Et infra nosse Lucas in initio  
 capituli sequentis inquit. Cum autem impleuisset  
 omnia verba sua in aures plebis. Hic autē dicitur,  
 quod cōuertit oculos ad discipulos, quia ad ipsos  
 præcipue loquebatur. Præterea cum dicitur, quod  
 eleuatis oculis loquebatur, insinuat affectus lo-  
 quentis, & sublimitas eorum de quibus habeba-  
 tur sermo. ¶ Ore autē nunc dicebat. Ideoque cla-  
 rius Matthæus dixit, quod aperiens os suum doce-  
 bat eos. Nunquid clauso ore docere poterat? Vti-  
 que si clauso ore non posset docere, non diceret  
 euangelista quod aperto ore docebat. Quapropter  
 operæ precium est aduertere duplicem esse docen-  
 di modum alterum manu, alterum verō ore. Mu-  
 nu docet qui bene viuut, & operatur: ore autē qui  
 bene docet & prædicat: Christus namque triginta  
 annorum spacio sanctis & studiosis operibus do-  
 cuerat: nūc autem quod manibus docuerat, idem  
 ore docet. Prius cœpit facere: modo verō incipit  
 docere. Namque qui in præsepī Bethlehēm, & in  
 domicilio Nazareth mundi contemptum & pau-  
 pertatem docuerat: nunc eandem paupertatē do-  
 cet dicens: Beati pauperes. Docuerat antea ipse  
 manu inter præsepis angustiam positus vagire &  
 flere: modo autem ore suo docet, dicens: Beati qui  
 lugent. Manu docuerat famem, nunc autem ipso  
 ore dicens: Beati qui nunc esuritis. Docuerat pere-  
 grinari, & exilium pati fugiens in Aegyptū: nunc  
 verō id ipso ore docet. Beati, inquit, cum oderint  
 vos homines. Igitur qui antea apertis manibus  
 bona opera docuerat, paupertatem, humilitatem,  
 & patientiam: nunc aperiens os suū docebat eos.  
 Age verō fili Dauid, & attende quod pater tuus  
 Dauid incipit suos psalmos à beatitudinibus di-  
 cens: Beatus vir qui non abiit in consilio impio-  
 rū, sic tu incipe à beatitudinibus sicut pater tuus,  
 sicut Christus fecit in his verbis inquitens. *Beati  
 pauperes, quia vestrum est regnum Dei.* A beatitu-  
 dinibus incipit, quia in omni operatione huma-  
 na præsupponitur finis, propter quē operamur,  
 & ille est principium in actionibus, & maxime  
 competit hoc beatitudini quæ est vltimus finis.  
 Nihil enim tam ardenti pectore homo desiderat,  
 quam ipsam beatitudinem: & reliqua omnia pro-  
 pter ipsam appetit. Sola autem beatitudo propter  
 seipsam appetitur, quia vltimus finis est. Etenim  
 omne bonum ratione beatitudinis imperfectū &  
 inabsolutū est: cum ipsa sola sit, quæ postquam  
 adepta est, nihil vltius desiderari potest. Quia  
 igitur Christus eam legem incipiebat dare, in qua

multa præcepta continebātur, quæ difficultatem  
 habebant, vt homo ad illa operandum facilius du-  
 ceretur voluit vltimum finē ostendere, ad quem  
 ordinabantur & perducebant ista mandata. Sic il-  
 li adolefcenti dixit: Si vis ad vitam ingredi, serua  
 mandata. Sic daturus legem Iudæis promisit illos  
 bonum quod habituri erant, si seruarent legem.  
 Si audientis, inquit, pactum meum, critis mihi in  
 peculium, &c. ¶ Præterea non tantum spe vitæ  
 æternæ allicit eos ad obseruationē preceptorū, sed  
 nunc etiam in præsentiarū vocat eos beatos: quia  
 fides initium beatitudinis est, & pignus vitæ æter-  
 næ. Vnde Dominus ait: Hęc est vita æterna, vt co-  
 gnoscant te solum Deum verum, & quem misisti  
 Iesum Christum. Hic enim de cognitione fidei lo-  
 quebatur Christus. Etenim duplex est beatitudo:  
 altera in via, altera verō in patria. Prior est fidei,  
 quæ per charitatem operatur: alia est fructio diui-  
 næ essentię. Beatitudo vię est actus meritorius bea-  
 titudinis patriæ, quia meritum homines disponit  
 ad felicitatē patriæ. Priori modo vocat hic Chri-  
 stus beatos pauperes, esurientes, & fientes. Itaque  
 isti pauperes fientes & persecutionem patientes  
 re vera beati sunt: si loquamur de beatitudine  
 vię. Suntque beati in spe, loquendo de beatitudi-  
 ne patriæ. Vnde mirari non desino quomodo tot  
 viri alioquin eruditissimi magnificiant hanc au-  
 thoritatem Ioannis, vt per illam probent beatitu-  
 dinem patriæ consistere in actu intellectus: cum  
 Christus ibi non loquatur de beatitudine patriæ,  
 de qua est quæstio, nisi de cognitione fidei, quia  
 subdidit statim Christus: Ego te clarificauī super  
 terram. Quo modo? manifestaui nomen tuum ho-  
 minibus quos dedisti mihi. Et inferius in eodem  
 capite seipsum declarans dixit: Et cognouerunt  
 vere quia à te exiui: & crediderūt quod tu me mi-  
 sisti. Postulat namque ibi Iesus vt quemadmodū  
 ipse effecit, vt crederent in patrem, ita pater faciat  
 vt credant in filium Iesum Christum: quam fidei  
 cognitionem vitam æternam vocat: sicut in alio  
 loco ipse Saluator dixit: Qui credit in filium, ha-  
 bet vitam æternam. Non dicit, habebit, sed habet,  
 de præsentī loquens. Itaque ex hac autoritate  
 Ioannis vbi Christus dixit: Hęc est vita æterna, vt  
 cognoscant te, &c. arguere ad probandum, quod  
 beatitudo cælestis, de qua est disputatio, consistat  
 in intellectu principalis, esset arguere ac si quis  
 diceret, quod in beatitudine patriæ erit pauper-  
 tas, iustus, & reliqua: quia Christus hic dicit, beati  
 pauperes, beati qui nunc fletis, &c. quod quidem  
 ridiculum esset, cum Christus hic & in Ioanne in  
 præfata autoritate de beatitudine vię quæ est  
 per fidem loquatur. De beatitudine fidei etiam in-  
 terpretantur illam autoritatem Ioannis sancti  
 patres Hilarius, & Cyrillus, & Ambrosius. Chri-  
 stus namque aliquando loquitur de beatitudine  
 patriæ, aliquando verō de beatitudine vię: quod  
 quidem ne decipiaris, diligenter aduertendum est.  
 Nam non solū sunt beati in patria, sed etiam nūc  
 in via, vt cecinit diuinus vates: Beati immaculati  
 in via, qui ambulāt in lege Domini. Omnes enim  
 tam illi, quam hi, quos modo retulimus Deū vi-  
 dent, longum tamen discrimen & interuallū in-  
 ter vtranque est visionem. Est enim quædam cla-  
 ra & aperta visio, qua fruuntur beati in cælo: al-  
 tera verō obscura est & ænigmatica, quæ per solā  
 fidem

Mat. 19. Exod. 19.

Ioan. 17.

Ioan. 3.

Hila. lib. de patris & filij vnitate. Cyrill. in per Ioan. & de de ad reg. na. Amb. l. 2. offi. c. 1. I. Ioh. 11. 26.

1. Cor. 13.

fidem fideles habent: nam cætera hominum infidelium & ethnicorum pars mentis misera cæcitate laborat. Vtramque comprehendit diuus Paulus vnico orationis contextu. Videmus, inquit, nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Quod quidem similitudine apposita libet expendere. Sunt enim in ordine diui Ioannis Baptistæ Hierosolymitano (cuius conuentum nunc est in Melita) quidam nobiles viri commendatarij, qui simul cum habitu multas habent possessiones & hæreditates, & diuites sunt: alij vero sunt ibi commendatarij qui nullam hæreditatem acceperunt, sed solum habitum commendatarij habent candida cruce insignitum: at hi tæporis incrementum sua antiquitate hæreditatem expectant. Respondeas obsecro: nonne hi omnes commendatarij sunt? sunt proculdubio. Ita nimirum beati, qui nunc in cælo diuina fruuntur essentia, sunt tanquam commendatarij qui iam possessionem & primogenituram cæli hæreditarunt, at iusti qui in hac misera lachrymarum valle huc & illuc procellis innumeris iactantur commendatarij sunt in spe, qui professionem fidei habent, & habitum gratiæ, & crucem mortificationis & poenitentiae. Illi iam possident & fruuntur, hi autem expectant. Et quemadmodum nos eos, qui iam hæreditarunt, & eos, qui in spe sunt hæreditatis commendatarios appellamus: sic Christus modo eos, qui lugent, qui esuriunt, qui calamitatibus opprimuntur, beatos appellat: vt eos etiam, qui iam in cælesti regno habitant. Quo etiam modo intelligendæ sunt illæ autoritates, beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & illud etiam, beati omnes qui timent Dominum, & illud beatus qui intelligit super egenum & pauperem, quæ omnia sic debent intelligi, scilicet qui talia operantur in via sunt beatitudinis: per semitam ambulant qua ad beatitudinem peruenitur. Quemadmodum si quis hominem habentem in manu in alba papyro depictum templum interrogaret, quid manu tenes? ipse responderet templum, bene quidem respondisset: etiam si nec lapides, calcem nec ligna manu teneret, sed ipsum templum lineamentis descriptum. Sic isti beati dicuntur, qui imaginem æternæ felicitatis referunt, & similitudinem ciuium beatorum. ¶ Obserua præterea discrimen esse inter beatitudinem donum, & beatitudinem virtutis: nam virtus & donum sunt habitus, beatitudo verò est actus virtutis. Et etiam differentia est inter beatitudines & dona. Quia dona perficiunt & reddunt virtutes illustriores ad operandum & eas in dignitate antecellunt, demptis virtutibus Theologicis quæ perfectiores sunt donis. ¶ Præterea multas beatitudines posuit Christus vt ostenderet multas esse vias, quibus potest in æternam tendi beatitudinem. Ita Christus beatos dixit pauperes, vt etiam flentes beatos nuncuparet, &c. Differentes enim sunt vniuerso generi humano beatitudines vix huius: dū alius hoc modo, alius verò diuerso possit incedere. Multæ viæ sunt ad celestem patriam, & in diuersis detentus studiis saluum fieri potes. Etenim vna beatitudo alteram non excludit, sicut philosophorum sectæ, quarum altera alteram excluderebat. Ita vt à Peripateticis ille tantum felix & beatus nuncupatur, qui sapiens erat. Si autē mundo volueris inseruire vnica tan-

Psal. 1.  
Psal. 127  
Psal. 40.

tum via est. Nam si tu Archiepiscopum Toletanum ardentem desideras, vnica sola via est, ad id eoque sequendum, scilicet, vt is moriatur qui modo illum possidet: quia fieri non potest, vt duo simul hanc dignitatē subeant. Ita Iacob dixit Esau: Præcedat dominus meus, & ego sequar paulatim vestigia eius. Nam si duo per angustum iter incedere velint, alter alteri est impedimento. At via Domini multæ sunt, quibus ad eum possumus incedere. Alij namque caelestem sibi patriam lachrymis consequuntur, alij elemosynis, alij ieiunijs & asperitate vitæ: alij orationibus & meditationibus, alij denique multis alijs generibus studiorum, nemo tamen alteri est impedimento. Quocirca tu, qui pauper es, ne male sententiam de diuite proferas: nam etiam si non vt tu, paupertate laboret elemosynis & alijs multis operibus beati beatam patriam lucrari poterit. Si autem tristis es, & peccata tua plangis, ne, obsecro, iudices eum qui gaudet & ridet: nam ille alia incedit via, quam tu ignoras. Monachus non contemnat secularem, neque clericos monachū. Nemo proximū suum iudicat, quia non facit idem quod ipse: nam vnus quisque in suo statu saluus fieri potest. Quocirca diuinus Paulus hanc rem maxime commendans inquit: Qui manducat, non manducantem non spernat. Nemo alium contemptui det, quod id nō faciat, quod ipse. Cuius rei typus mirabilis illud est, quod in Apocalypsi Ioannes inquit: scilicet, quod ciuitas Hierusalem habebat plures portas. Nam ille ciuitas cælestis Hierusalem quæ æterna beatitudo est, plurimos ingressus habet, plurimas portas, & multis vijs ad eam incedere possumus. Vna quæque harum beatitudinum porta quadam est, qua ingredi poteris in cælum. Propterea, inquit Ioannes, quod murus istarum portarum, & portæ ipsæ ex lapidibus pretiosis erant confectæ, nam virtus vera esse debet, tanquam pretiosus lapis, non autem falsa & ficta, sicut hypocritarum. Grandis erat quia non contentus esse debes si vnā vel alteram lachrymam fuderis: sed oculi tui tanquam fontes esse debent, nec contentus esse debes si buccellam panis pauperi erogaueris: atque ita de reliquis virtutibus & beatitudinibus dicendum est. Nā vult Dominus, vt virtutes excellenti quodam & heroico modo à nobis adimpleantur. In virtute namque quam insequeris, magnus esse debes. ¶ Rursum harum quælibet beatitudo in plurali posita est, ei m dicitur beati, & nō beatus, vt in qualibet beatitudine multitudo comprehenderetur hominum beatorum. Amatores mundi constituunt beatitudinem in rerum abundantia, alij quippe sectantur scholam Epicuri, alij verò (vt fastidium fugiam) diuersas philosophorum opiniones, diuersas beatitudines iudicant. At si mundani homines has philosophorum sectas nō pleno ore beatitudines dicant esse, tamen ipsis operibus quod dignius lamentatione est eas beatitudines consentiant. Nam sunt multi qui cū sub Christi vexillo in sacro baptismatis fonte promiserint militari, datam fidē sponso suo non seruantes, potius videntur Gentilium philosophorum scholam profiteri suis moribus & vita, quam Christi Saluatoris nostri. De quibus iniquis Christianis David dixit in psalmo: Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua: filix eorum

Genes. 14.

Rom. 14.

Apo. 21.

Psal. 117.  
Psal. 138

Psal. 144

compo-

compositæ circumornatæ ad similitudinem templi. Promptuaria eorum plena, &c. Beatum dixerunt populū, cui hæc sunt. Sed Christus hos omnes mundi errores in his beatitudinibus destruit & euertit, dicens non hos beatos esse, sed pauperes, flentes, & qui fame & siti opprimuntur. ¶ Denique aduertendum est, quod his beatitudinibus docet Christus redemptor noster, quibus portatis mercibus cælum emere debeamus. Mercatores namque qui diuites fieri cupiunt, merces emunt in populis & ciuitatibus, in quibus vilius venditur, easque traducunt, vbi cariori venduntur pretio: atque ita vili ementes pretio, & carius vendentes, breui temporis interualla diuites euadunt. Etenim si aliquis Salmantici copiam magnam facere emisset, vt id Valentia venderet, is sane potius iacturam suarum mercium fecisset, quam aliquid lucraretur: nam hic caro venditur pretio, Valentia verò viliori: vt pote vbi magna illius copia est. Opus itaque est vt merces tuas vendendas traducas vbi carius venduntur. Attendē igitur, o homo tu, qui noctu diuic: in alteram vitam iter velocissimum agis, qui que mature vel sero moriturus es: quod si beatus esse cupis, & in caeleste regnum ingredi anhelas, tales merces tecum ducas, quæ in illa caelesti ciuitate non sint: nec te oneres eis mercibus, quarū in cælo copiosa est abundantia. Ibi nāque gloria & diuitiæ tantæ sunt vt illo pacto explicari nequeant, vt regius cōtestatur vates. Gloria & diuitiæ in domo eius. Plurimus etiā honor ibi est, vt idem inquit vates: Nimis honorati sunt amici tui Deus. Ibi denique æterna & perpetua quies est: diuitiæ nunquā periture, saturitas gaudium, & summa felicitas. In illā verò ciuitatē nunquam intratur lachryma, fames, nec persequutiones. Tales igitur merces tecum ducere debes, quarum ibi penuria sit. Nō te oneres diuitiis, gaudijs & voluptatibus: quorum omnium summam ibi reperies abundantiam. Quod si his mercibus nauē tuam oneraueris in hoc mundo: cum in cælum appuleris, nihil tecum portabis, & perditus omnino manebis. Has namque merces in cælum deferre non aliter est, ac si saccharum in Valentiam portare, vel bombicem in Granatam. In cælo nō est paupertas: onera igitur te ipsum multa paupertate, quoniam beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. In cælo non sunt lachrymæ, nec tristitia. Has igitur assume tecum: quoniam beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. In cælo nulla est fames. Ieiuna igitur & poenitentia agite: quoniam beati qui esuriunt, quoniam ipsi saturabuntur. In cælo non sunt labores nec persequutiones. Has in hac vita amplectere, quia beati qui persequutionē patiuntur, &c. Nam si tecum duxeris voluptates, diuitias, quietē, & gaudia, proculdubio perditus abis. Quocirca has amplectere beatitudines, nam illis proculdubio quietē & gaudium æternum emes. Has namque merces sancti illi, qui nunc visione diuina fruuntur, tanquam sapientes & solertes mercatores secum duxerunt. Acceperunt hic partem, labores, & tristitia, vbi magna horum illic est inopia, nunc autē nunquam perituris voluptatibus & gaudijs in cælo cum Christo fruuntur. Primā igitur omnium harum rerū, quam ex toto animo amplecti debes, sancta & euangelica

paupertas est, & cōtemptus harum omnium terrenarum diuitiarum. Et inde est quod Dominus primam beatitudinē hanc constituit dicens *Beati pauperes*. Multi in illo Matthæi loco, beati pauperes spiritu, hunc locum interpretatur de humilibus dicentes: Beati humiles. At quantum ego possum coniectari, omnino falluntur: nam quāuis humilitas parens sit, nutrix indiuiduaque comes paupertatis euangelicæ at hic sermo Christi de paupertate est, quæ diuitis opponitur. Quod quidem manifeste patet ex hoc loco Lucæ. Inquit enim, beati pauperes siue mendici, vt ex Græco colligi potest. Mox autem beatus Lucas his beatitudinibus contraria ponit, dicens: *Vt vobis diuitibus qui habetis hic consolationem vestra. Vt vobis qui saturati estis. Non dicit, vt vobis sit peribus, sed diuitibus.* Quod clarum est argumentum Christum in beatitudine paupertatis de rerum temporalium abdicatione fuisse loquutum. Deinde quid opus erat Matthæum dicere, beati pauperes, & non potius beati humiles spiritu: si nihil peculiariter dictum voluit de paupertate diuitis opposita? Itaque de paupertate rerum temporalium loquitur Christus tam hic, quam in Matthæo. Hanc igitur beatitudinem primo omnium Christus voluit statuere tanquam bonis, & peritis artifex. Primo quia cum aliquis ædificiū sumptuosum cōdere vult, primo omnium fodit, & terram foras eiicit, postea verò lapides fundamenti ponit, & ædificare incipit. Ita Christus vt diuinū amorem & plurimas virtutes in nobis (si ita licet loqui) ædificet, prius à nobis mundanum amorem eiicit, & rerum omnium terrenarū suos ædificans in vera paupertate & cōtemptu diuitiarū mundi: nam cum natura humana ita labefacta sit, vix hæc terram possideri possunt, nisi cor nostrū illis fuerit nimis affectum & detentum. In lege veteri non solum non Dominus has diuitias cōtemnere præcipiebat, imò eas promittebat eis, qui diligētes obseruatores suorum præceptorum se exhiberēt: nam in multis locis scripturæ promittit illis Dominus abundantē terrā & plurimas diuitias. Nūc autem cum legem euangelicā ædificare vult, profundius fodit, & fundamenta iacit fortiora, paupertatem prædicans. Cur igitur in veteri lege diuitias promittebat, nūc verò paupertatē prædicat? Quia lex vetus lex erat puerorum: & vt Paulus ait, lex pædagogus fuit. Infantes nāque solent nutrices in vehiculis portare: atque ita diuitiæ tanquā vehiculum erant, quibus Dominus Iudæos ducebat per legem mādatorum suorum. At postquā iam aliquis vir est adultus vehiculum non solum iuuat, imò impedimento est, quo minus recte ambulare possit. Atque ita euangelicus hominibus Deus vehiculum tollit, ne tanquam pueri ambulent. quandoquidem temporales diuitiæ potius impedimento sunt, quam iuuamini, vt in cælum eatur. Vnde cum Christus velit vitam cæli nos docere, prius vehiculum tollit, & terrā foras eiicit: vt ædificet spirituale ædificiū legis gratiæ & perfectioris. ¶ Deinde priori loco paupertatis beatitudinem posuit, quia cum radix omnium malorum sit cupiditas, ab spontanea spiritus paupertate spirituales diuitiæ exordium quoddā & originem ducunt. Herba mala radicitus debet euelli: atque ita Christus mundū cum radice euellit, cupidinē

Leui. 26.  
Deut. 28.  
Esa. 1.

Galat. 4.

1. Tim. 6.

fugans,



fugans, quæ radix omnium malorum est: & hoc exordium sumit, quod principium malorum est. Expende autem Christi bonitatem & sapientiam. Videbitur tibi forsitan durum & asperum esse omnia, quæ habes relinquere, & pauperem esse: at non attendis durius & asperius esse, si tibi præciperet quod diues esses. Nā si diceret diuites felices esse, quid facerent pauperes? At dicens beati pauperes, voluit vt omnes beati essemus. Nam pauperes clarum est esse pauperes, diuites verò, pauperes fieri possunt relinquentes omnia quæ habent. Vt aliquis diues fiat, grandis quidem & ardua difficultas est: at vt pauper sit, nulla. Atque ita facilius omnes beati poterimus esse hac paupertate, quā diuitiis. Et cum bonitas Dei tanta sit, hanc beatitudinem eo pretio donat, quo omnes illam possimur emere. Mirabile quidem est quantā facilitatem Dominus in obsequio suo posuerit. Nam si aliquis velit regi inservire, & in eius famulatio vitam agere, opus est, vt nouas & optimas habeat vestes, velocem equum, seruos & sumptus. Et dicere soletis vnicum tantum filium, qui in regis curia ambulat & in regali domo dimidiam partem substantiæ vestræ consumere, nam debet incedere habitu nobilis viri, quia regi seruit. At ad inserviendum Christo non solum non necessarij sunt famuli, sumptus, & equi: imo consulit ipse Christus hæc omnia contemnere. In quo quidem facile videbis, quam facilius Deo, quam mūdo inserviat. Atque ita in Euangelio Dominus ad suum famulitium & obsequium vocari præcepit cæcos, claudos, & omne genus hominū. In obsequium regis non admittitur claudus, cæcus aut mutus: Deus autem omnes vocat & vult, & pauperibus & contemptis gloriam suā promittit. O benedictus talis & tantus Dominus, qui neminē foras eiicit, etiā si abiectus & humilis sit. Imo potius beatos appellat pauperes, cum paupertas res sit, quam si vnusquisque vult eam inuenire potest. Vult Dominus omnes nos in cælum ducere: quia verò illos honores & diuitias æternas non amittamus hæc terrena præcipit relinquere: nam veræ diuitiæ potius acquiruntur, si minuat cupiditas, quam coaceruando thesauros. Atque ita vult vt celeriter & veloci cursu per hæc omnia terrena transeamus. Quādo filij Israel ibant in terrā promissionis, nuncios miserunt Edon, qui ei dicerēt, se per patriam & terrā suā velociter transituros. Velociter, inquit, transiemus. Itā nimirū qui iter faciunt in cælum, terram & patriam nobis promissam opus est, vt per hæc terrena cito & veloci gradu transeant: desideria semper & oculos in cælum conuertentes. Atque ita Edon obuiā exiit filijs Israel, & aduersus illos bellum gessit, vt mundus solet pauperes spiritu contemnere, & eos persequi. Luna cum longius distat à sole, totū suum splendorem in terras mittit, in cælum autem claritatem non ostendit: cum verò soli coniungitur tota in superiori parte illuminat, inferius autem nullum lumen ostendit, & tunc insipientes & rudes homines eam obscuram arbitrantur, cum in coniunctione sua cum sole in superiori parte sit splendidissima. Sic qui à sole iustitiæ Christo separantur & humanam gloriam quaerunt, cum illos videat mundus diuites & potentes esse, existimat illos felices & beatos: cum reuera coram recto &

Luce. 14.

Mat. 20.

superno iudice tales abiecti & infimæ sint sortis. Sed pauperes spiritu, qui abiicientes amorem seculi Christo coniunguntur, animi splendore sursum tendentem emittunt, & à mundi amatoribus obscuri & stulti iudicantur, cum ipsi in superiori parte animo fulgentissimi sint. Quia igitur Christus vult in altam & profuadam cognitionem rerum cælestium nos ducere, & nos allicere vt ea diligamus & amemus, prius amorē mundi à nobis lemoueri vult: ad quod faciendum salubrius consilium est, hæc omnia terrena relinquere, despiciere & pro nihilo facere. Atque ita pauperes beatos vocat: quia etiā dum in carne viuunt, iam incipiunt frui cælesti illa beatitudine. Beati igitur sunt pauperes in hac vita: beati in morte, & beati post mortem. Lege Chrysostr. homilia de oratione Anne tomo primo, pulchre de paupertate disserentem. Si paupertatem subtrahas, mundū omnem subvertes: nam si paupertas non esset, nec essent futores, nec fabri lignarij, nec ferrarij, nec domificatores, & denique nulla ars in mundo exerceretur: nec māducaemus, nec biberemus, nec nos induceremus, nec calciati incederemus, nec essent ciuitates, nec populi, nec mundus: nam omnia hæc à pauperibus efficiuntur, & ipsi hæc omnia præstant, non diuites. Triticum verò pauperes seminant, & ipsi collegerunt, securant, moluerunt, & denique in fornacem introduxerunt. Paupertas igitur author est omnium harū rerū & ipsa est, quæ humanam vitam sustinet, & gubernat rem publicam: quæ nisi cōstaret, mundus periret. Quod autem pauper meliorem & tranquilliorē sortitus sit vitam, quā diues vel facili indiget probatione. Primo, nam præcipuis creaturis, quas Deus creauit in ministerium hominis sic ipse pauper vtitur, vt diues, vt sole, luna, stellis, aere, luce, aqua, campis & terra. At si resillas dicendo, diuitem delicatis & opiparis vti cibis, vna pretiosiora bibere, dormireque in eburneis lectulis: hanc non merito meliorem sortem appellabis, imo deteriorem: nam pauper ita bene dormit in duro & aspero lecto, vt diues in blando & delicato: nam pauciores vel nullæ curæ illum per noctis quietē vexant & sollicitant, & ita libens & gaudens durum panem & aquam frigidam potat, vt diues sua obsonia & edulia. Vnde Sapiens: Dulcis somnus laboranti siue parum siue multū comedat: saturitas autem diuitis non sinit eum dormire. Hanc corporis indulgentiam diues non sentit, cum in ea nutritus sit, labores verò (si aliquos experiat) nimis sentit, cum non sibi natos iudicat. Quod quidem in paupere multo aliter contingit, quod labores tanquam voluptates amplectitur, cum ex consuetudine diuturna in alteram naturā fuerit mutatus. At si aliquando ei contingat vel conuiuio, vel ludo adesse nimis gaudet, & delectatur, cum id non ex more habeat. Neminē autē ita natura vniuersis bonis destituit, quin aliquando non inuitatus vocetur, vel vas boni vini non deguset. Plus enim gaudet is, qui semper assuevit in duro lecto dormire, si vel vna nocte in blando contingat cubare, quam diues qui semper id ex more habet. Si igitur diues voluptates in quibus nutritus est, non sentit, & vel minimus labor nimis eum vexat: nonne beator pauper erit appellandus potius quam diues? Secundo si vt communi

Eze. 3.

Mat. 10.

Luce. 13.

communi proverbio circumfertur, ad libitum viuere, vita est: potior vtique est vita pauperis, quā diuitis. Nam si diues aliquid infamum vel ineptū protulit (cum semper pluribus incedat stipatus) proptinus id aduertitur & murmuratur: nec libertatem habet eundi quo ipse voluerit. Omnia eius dicta vel facta notantur, atque ita nec sui ipsius dominus est, imò omnium captiuus & seruus. Beatus ille, qui quidquid vult, dicit: & quomodo vult, ita loquitur, & quo libuerit vadit. Syluam petit, venatus saltat, gaudet, nemo tamen est qui ad id iudicandum oculos cōuertat. At diues nihil horum facere potest, quia decorem & autoritatē suam seruare debet: nec facultatem habet, vt verè ridere & gaudere possit: nam statim si hæc fecerit omnes eum irridet. Nullo pretio emi potest libertas pauperis: nam cum solus sit, vadit quo vult, nemoque illum impedit. Si igitur in vita feliciores sunt pauperes diuitibus ipsis: hanc eandē felicitatem duabus aliis rationibus in morte obtinebit. Prior est, quia mortē diuitis plurimi desiderant, vt substantiam & rem accipiant: præcipue si fenex sit, cui proprii nati mortem exorant, pinguiorē sibi fortunam desiderantes. Atque ita cum ex morte diuitis plurimis emolumentum & lucrū eueniat, sic à plurimis desideratur & exoptatur. Pauperes verò obitum, nemo est qui optet: cum nihil lucrū inde reportatur sit: atque ita bona eius valetudine & incolumitate omnes gaudent. Secundo, quia cum diues moritur maximæ curæ illū vbi que angunt & circūunt: nam cum longum testamentum facturus sit, ad aures alter illi dicit, vt antiquum seruum & fidelē quique tot annis illi inservierit, recordetur: alter vt talis filia memoriam habeat: alter vt talē vel talem rem recordetur: atque ita his mundanis & terrenis negotiis intentus corpore dissoluitur. At pauper nullam aliam curam habet, nisi in ipsum Deum oculos & mentē conuicere: & animæ suæ saluti providere. Quod quidem bonum ita bonū & pretiosum est, vt nisi aliud præter hoc religiosi haberent, omnes seculares & diuites homines nobis proculdubio deberent inuidere, quibus nulla est cura de domibus, de agris, & de armentis disponere, sed solum animam & mentem suam cum Deo componere. Quapropter pauper non solū dum viuunt beator est quam diues, sed etiā in ipsa morte. Post mortem etiam nullum est dubium, quin pauper felicitior sit quam diues, quo ego dicere nolo, cum ipse Christus testis & assertor sit huius veritatis, qui id contestatur dicens. Quoniam vstrum est regnum caelorum. Si igitur non solum dum pauperes hac communi luce fruuntur, sed etiam in ipso mortis articulo: itemque postquā à corporis sarcina sunt liberati, beatores sunt quam diuites: nonne merito & optime iure inquit Christus, beati pauperes? Nihil vnquam verius dici potuit. Non inquit regnum terra eorum esse, sed cælestē: nā si Deus ignominiosum iudicaret, quod tam infima pars (scilicet terra) seruis suis daretur. Atque ita cum Dominus ageret cum Moysē de diuisione terræ promissionis, de Leuitis, quæ gens erat Deo electa, & seruitio altaris designata, dixit se non velle, vt Leuitæ possessionem obtinerent in terra. Et in libro Iosue in distributione portionum terre scriptum est. Tribui autem Leui non dedit possessionem:

quoniam Dominus Deus Israel est possessio eius. Beata gens, quam sibi & regno suo cælesti Dominus elegit, cui nihil in terra dedit. Hi sunt felices & electi, quibus possessionē cæli Dominus dedit. Vnde egregius vates: Deus meus tu es, portio mea in terra viuentium. Nihil eos vult in terra possidere, vt mentem & animum ad cælestia eleuent. Arbor enim dum plures rami inferiores illi abscinduntur, tanto profundius in altum surgit: vnde ramis abscissis qui se in terram inclinant, ipsa arbor in altum surgit. Sic etiam Dominus terrena bona hominibus aufert, vt cū Leuitis fecit & Apostolis, & id etiam modo facit cum vitis Apostolicis & perfectis, quibus Dominus regnum cælestē hæreditatem illis promissam paratam habet. Parum ne tibi videtur hæredem Dei fieri, & cohæredem Christi? Nunc filij Dei sumus, tunc similes ei erimus. Dij quidē, quia diuina essentia vnitur intellectui beato. Et sicut diuinitas vnitur intellectui diuino in modum speciei, vt sic habeat intellectus cognitionem beatam diuinitatis: ita & vnitur intellectui creato per modum speciei, vt talis intellectus producat beatā visionem, vt sit beatus, vt est ipse Deus, & in eo ipso, in quo Deus est beatus: quam dignitatem nemo in hac vita capere nec intelligere potest. Si rex aliquis domum haberet clausam, & plenam auro & gemmis, quæ omnia promitteret ei, qui illam aperiret, tibi verò duas clauas porrigeret, alteram ex auro, alteram verò ex ferro confectam, hæc tamē secunda ferrea valeret aperire, quam, obsecro, istarum eligeres? nonne vtilius esset accipere ferream potius quam auream? Aurea pretiosior quidem est, sed ad referandum inutilior: ferrea verò quamuis vilior sit, tamen præstantior est, quia cum ea aperitur thesaurus. Sic domus plena thesauris est gloria & beatitudo: quia gloria & diuitiæ in domo eius, vbi sunt thesauri quos nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ ibi Dominus diligentibus cum habet præparata. Clauis aurea diuitiæ sunt temporales, ferrea verò paupertas. Has igitur duas clauas porrigit tibi Dominus, vtram illarum eliges? Nonne potius ferrea, qua aperitur cælum? Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum, &c. Grande igitur bonum consequeris, si paupertatem inueneris: hanc igitur tam altam & sublimem dignitatem cognosce, quæ tibi donatur, si hæc terrena bona cōterseris. Etenim de magno illo Alexandro scribit Quintus Curtius, quod cum vellet Indiam expugnare ex omnibus diuitiis suis & suorum, & ex omnibus rebus pretiosis cumulum congregauit, cui statim ignem apposuit: vt vel ita milites sui paupertate coacti præfenti & virili animo Indiam expugnarent. Quorsum igitur tu, qui in baptismatis fonte fidem inuolatā seruare promissisti, vt cælum consequaris, hæc non facies, quæ ethnicus & gentilis fecit, vt Indiam ingrederetur? Attende, obsecro, quicumque fueris cum Christo pauper, quod non verè pauper in nō ditissimus quandoquidē regnū cælorum tuum est. O diuinam & admirabile nostrorum laborum mercedem & retributionem. Quis vnquam legis fuit lator qui legum suarum obseruatoribus regnum cælorum promiserit? Nemo vtique illud promittere, nedum dare potuit. Moyses namque in legibus quas Iudæis tulit,

Psal. 142.

Rom. 8. 1. 10. 3.

Psal. 111 1. Cor. 2.

Mercur.

Mercurius Trismegistus Aegyptiis, Phoronæus Græcis, Solon Soloninus Atheniensibus. Licurgus Lacedæmonis, & denique Numa Pompilius in legibus, quas Romanis promulgauit, nemo inquam horum omnium legum suarū obseruatoribus regnum cæleste promissit: sed solus Christus Dominus noster & vniuersi orbis restaurator. Nulla lex est, quæ tantū & tam magnum bonum promittat, nec vlla lex humana est, quæ vel aliquod malū non patiat. Sola lex Christi omnem malum execratur: ita vt qui in vno deliquerit, omnium reus est factus: nam etiam lex Moisaica vsuram permittebat, & libellum repudij. Sola Domini lex immaculata est, conuertens animas. Et lata fuit à tam sancto & tam iusto viro vt etiam ipsi eius inimici (vt sunt Iudæi & Mauri) confitentur illum iustū & sanctū fuisse, vt ipse Iosephus Iudæus affirmat, & etiam ipse Mahumetus in Alcoram. Itaque lex euangelica nō solū bonitate & rectitudine materiæ, verum etiam bonitate & sanctitate legiflatoris, & diuinis promissionibus cæteras omnes mundi leges excellit, & longo intervallo superat. Quocirca barbarus & iniquissimus homo appellandus venit qui sacrosancto euangelio non subiicitur. *Beati pauperes* (inquit Christus) *quoniam vestrum est regnum Dei*. Si igitur regnum cælorum pauperum est, quid diuites facient? A pauperibus quærant. Non aliter ac si in domū mercatoris tenderis empturus bombicem, vel aliud quiduis, ita in domum pauperis te confer, vt regnum cælorum (quod suum est) in pauperibus à Deo emas elemosynam illis tribuendo. At si diues non misericors fuerit, si liberalitate non fuerit cum extreme indigenti vsus: qui fieri potest vt in illud ingrediatur? Exclusus perpetuo manebit diues auarus à regno cælorum: si deposita auaritia, pauperi extreme indigenti elemosynam non dederit. Pauperes namque contemnentem thesauros terrenos cælestes congregant, vt ipse Iacobus inquit: Nōne pauperes elegit in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni: quod repromissit Deus diligentibus se? Ideoque his tribuitur cælorum regnum. Plus enim haberi debet priuilegium hoc pauperi à Deo datum, quā omnes diuitiæ & thesauri mundi: nam potius chirographo hoc pauperi dato tradetur illi regnum cælorum quam tibi, etiam si Tantali diuitias superes, & facultatibus Cressum antecellas. Nam arcis vel alicuius ciuitatis custos potius arcem vel ciuitatē tradet illi, qui regium chirographum ostenderit: quam ei qui mille aureos dederit. Nam nisi talis custos traditor suo regi fuerit, nulla pecunia tale facinus patrabit. Ita nimirum pauper chirographum Dei habet, inquit: beati pauperes, quoniam vestrum est regnum Dei. Quaquidē ostensa scedula regio Dei chirographo insignita potius dabitur illi regnum, quā tibi, etiam si grandem pecuniarum sarcinam tecū tuleris. Etenim regnum cælorum non honoribus emitur, non voluptatibus, nec pecuniis, sed potius egestate, lachrymis & laboribus. Præterea autem hic est obseruandū quod non solum de futuro loquitur dicens, quod regnum cælorū erit pauperum, sed nunc de præfenti est, inquit: quia pauperes qui propter Deum terrenum regnum contempserunt, in hac vita diuinam hæreditatē iam obtinent. Vnde beatus Pe-

trus, qui propter Christū omnia reliquerat, claudo illi, qui elemosynam ei petiit respondit: Argentum & aurum non est mihi. Pauper sum, omnia pro Christo reliqui. Ideo quibus possum, adiuuo. Surge, inquit, & ambula. Petrus igitur cū sua reliquisset, iam in hac vita Christum possidebat: atque ita ex eis, quæ habuit petenti tribuit. Sed opus est iam vt in hac beatitudine receptui canamus: ad aliam gradum facientes. *Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini*. Dupliciter intelligi potest locus iste, primo de egestate & fama corporali, quatenus est actus virtutis abstinentiæ, qua quis ieiunat & affligit corpus suum, vt inquit Apostolus: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte cum aliis prædicauerim ipse reprobos efficiar. Et ad Galatas: Qui autē sunt Christi carnem suam crucifixerūt cum vitiis & concupiscentiis. Et iterū: Exhibeamus nos in multa patientia, in ieiuniis, in fame & siti, &c. Beati ergo qui spretis diuitiis, hic in mundo esuriunt, & famem patiuntur propter regnū cælorum. Quapropter aduertendum est, illam particulā nunc, quā hic apponit Euangelista plurimū habere euidentiæ atque efficaciam. Duo enim mihi videtur facer Euangelista complecti. Primo meminisse debemus hanc vitam in certamen & pugnā datam esse homini, nō ad animi ignauiam & remissionē ideo in euangelicis & Apostolicis præceptis passim labores ponuntur. Vnde Saluator. Qui vult venire post me, abneget semetipsum: & tollat crucē suā. Etenim per multas tribulationes oportet intrare in gloriā Dei: nam si cōpatimur, & conregnabimus etiam. Si enim Christum pati oportuit, vt sic intraret in gloriam suā: quis infringere aut labefactare audebit afflictiones & labores? Si is qui peccatum non fecit, nec in eius ore inuentus est dolus, nec illi opus erat vlla afflictionum purgatio, nostri verō gratia tanta prius pati voluit, quā intraret in gloriam suam: nos qui multorum peccatorū nobis sumus cōscij, quibusque multa ac iustissime pœnæ debentur fugiemus affligi, vt in eam demū gloriam intremus? Alterum verō, quod in illa particula nunc insinuat, est breuitas temporis, quo pati & affligi pro Christo debemus: quia breuitatis contemplatione fortior & præfatio redditor animus ad tolerandum: sicut itineris breuitas laborem leuiorē efficit. Etenim si longissimum vitæ huius spacium si cum æternitate cōferas, vel angustissimum momentū est: quod Paulus cōsiderans dixit: Momentaneum pōdus tribulationis nostræ supra modū in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis: non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videtur temporalia sunt, quæ autem nō videntur, æterna sunt. Contēplatio breuitatis huius vitæ, omnes mūdī afflictiones leues reddit, si sempiterna illa bona cōtemplemur: quæ momentanea hæc afflictionis pœna parit. Nam que si infirmi vt corporis valetudinē assequantur maxima siti vexati se aqua abstant, quid nobis esset ferendum, vt illā corporis incorruptionē assequeremur, quæ nobis in resurrectione promittitur? Hęc consideratēs viri sancti & perfecti nō formidabāt pro Christo in siti, fame, & frigore vitæ agere. Nam appellatio- nem esurientem quidquid humanæ vitæ transigendę necessarium est intelligitur: quā vitam ij debebant,

Iaco. 1.  
Deut. 23.  
Deut. 24.  
Psal. 118.  
Ios. lib. 18  
antiqui.  
cap. 6.

Iaco. 2.

Ad. 17.

1. Cor. 9.

Galat. 5.

2. Cor. 11.

Matt. 16.

Ad. 24.

2. Tim. 2.

1. Pet. 2.

2. Cor. 4.

2. Cor. 4.

Matt. 5.

1. Cor. 4.

1. Cor. 13.

1. Cor. 12.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

qui ouinis & caprinis pellibus induebantur, & in solitudinibus & speluncis terræ domicilia sua habebant. Aduerte autē, quod nō omnes qui esuriunt & sitiunt, hanc beatitudinē consequuntur: quia multi vt diuitias sibi cōparent esuriē & sitim patiuntur, & longa naufragia huc & illuc peruagantes experiuntur: sed ij tantū, de quibus Mathæus inquit: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā. Etenim hi sunt qui amore iustitiæ famē & sitim & multa aduersa patiuntur. Secundo modo locus hic exponitur de spiritali egestate vt ait Mathæus: Beati, inquit, qui esuriunt & sitiunt iustitiā, quatenus iustitia est virtus generalis, sub qua includitur omnis virtus, iustitia & sanctitas. Atq; ita esuriere est professū in omni virtute exoptare, Dei honorē, & proximorū perfectionē desiderare quatenus procedit ex charitate & zelo iustitiæ. Isti enim saturabuntur in celo. Obserua autem quod nō dixit de præfenti saturabuntur, sed de futuro loquutus est: nā in hac vita misera nihil est quod iusti palato possit satisfacere. Terrena enim hæc animā nostrā non complet: nā qui biberit ex hac aqua, sitiet iterū. Omnia quæ præfens vita continet velut salamentū sunt, quod nō ad saturitatē apponitur: sed vt tantū gustum excitet. Nā si tribuatur pauperi sacerdoti beneficium simplex, statim canonicatum anhelat: quē si adeptus fuerit, protinus in altiorē dignitatē vel in episcopatum euehi cupit. Ad quid, obsecro, profuit beneficiū, quod prius illi datum fuit? nō vtique ad aliud, nisi vt appetitum excitaret, vt alia maiora cuperet. Quocirca qui ex aquis & bonis huius vitæ plus bibit, tanto ardentior sitim patitur. Sola animi tranquillitas, & conscientia reatitudo hominē satiat. Animi enim reatitudo est veluti mensa apposta multis & bene conditis cibus, ita vt si bonum appetitum habebas, omnia sapiunt & profunt. At deprauata conscientia est veluti mensa plena fordidis & malis cibus qui appetitui nociui sunt, & omnes in venenū cōuertuntur. Sic nimirum etiā si omnibus mūdānis deliciis & voluptatibus abudes, si intus conscientia remordeat, omnia in amaritudinem conuertuntur. Solus Deus animam nostram satiat. Vnde beatissima virgo in cantico suo dixit: Esurientes impleuit bonis. Solus Deus est, qui fame pereuntes saturare potest. Iuxta illud Prouerborum: Iustus comedit & replet animam suam: venter autē impiorū insaturabilis. Sed quia de hac materia in codice nostro, quē nuper de vanitate mundi edidimus in prioribus tribus capitibus multa egimus, ad aliam beatitudinē faciamus gradum. *Beati qui nunc fletis*. Qui igitur fieri potest, vt infra dicat, gaudete & exultate? Non sibi obuius est, quia lachrymæ quæ pro Christo funduntur dulces & suaves sunt. Etenim plus ille voluptatis & gaudij suscipit, qui in cubili suo passio nem Christi consideras lachrymas fundit: quam si omnibus mundanis voluptatibus & deliciis afflueret. Nec longius aliunde tibi petas exemplum, quam ex regio & sancto propheta, qui dicit: Fuerūt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Ideoque iusti dum flet, gaudent & exultent interius. Beati ergo qui nunc fletis, quia vana mundi gaudia quæ mūdānos alliciunt ad se minime vos adducunt. Quando Nabuchodonosor voluit vt populus statuam adoraret, voluit vt plurima mu-

ca instrumenta prius resonarent, & aiebat præco. Cū audieritis sonitum tubæ, citharæ, symphoniæ, & omnis generis musicorū, adorate statuam auream, quam fecit Nabuchodonosor rex. Quod fieri iubebat, vt musicæ sonitu euanescentes homines, & falsa dulcedine allecti: nō aduertēret quam graue patrarēt peccatū, relinquentes verū Deum, & statuam adorantes. Eodē modo Laban cū fugisset Iacob, & illū esset sequutus vsque in montē Galaad, dixit illi: Cur ignorante me fugere voluisti? nec indicare mihi vt prosequer te cū gaudio, & canticis, & tympanis & citharis? quod quidem nihil ob aliud Laban faciebat, nisi vt in domo retineret Iacob seruientē, ne in patriam suā abiret. Itā mūdānos similibus voluptatibus, & falsis deliciis in obsequio & famulatio suo vult nos detinere: ne in propriam patriam nostrā iter faciamus, quæ æterna beatitudo est. Quia verō peccatum & facinus, quod cōmittimus adorantes propriā carnem, non videamus musicis instrumentis, voluptatibus & deliciis nos detinet vt Nabuchodonosor: vt vel ita caput nostrū inuertendo sensum & intellectam abstrahat: & subiciat nos mi serę peccati seruituti, nobis malum nostrum non sentientibus. Quid igitur aliud tu Christicola cogitas mūdi voluptates esse, nisi quasdā artes & præstigia, quibus demon molitur sensu & intellectu nos destituere: vt vel ita his vanitatibus allecti mundo nos subiciamus, & Dei vexillum deseramus? At Christus, qui fidelissimus est amicus nobis dicit: Beati qui nunc fletis, quia qui flet hos mundi, & demonis laqueos facillimo negotio euadēt. Obserua autem quod non dicit, beati, qui hoc vel illud fletis, sed absolute loquitur dicens, beati qui fletis. Quibus quidē verbis significatur quod flet, non ob malum secundum quid, sed ob malū absolute, quod contrariatur absolute bono, scilicet vitæ æternæ. Itaque dicens beati qui nunc fletis, dixit beati qui flet ob mala præfentia: quæ contraria sunt vitæ æternæ. In cathologo beatorum scribit fletentes in hac vita & non immerito, nam cum delectabilia mundi huius plurimū à virtute homines semoueant excellens perfectio est lugentium, quia non solū à delectationibus se abstinēt, sed cōtrariis actionibus se exercent assumēdo contrarium luctum, nō vano & sterili vitæ vacantes, sed se minātes in lachrymis, vt fructus vitæ æternæ cum exultatione colligant, iuxta illud Propheta: Qui semināt in lachrymis, in exultatione metēt. Expende etiam quod in hac & superiori beatitudine hæc particula nunc ponitur. Non enim dixit beati qui esuritis, aut beati qui fletis: sed beati qui nunc esuritis, & beati qui nunc fletis: quibus verbis appositissimē Christus docet præfentis vitæ tepus, tempus esse esuriendi, & flendi: in ventura quippe vita tempus erit satietatis & gaudij. Quapropter diuinus psaltes Domino dixit: Satiabor cū apparuerit gloria tua. Etenim ibi Dominus absterget omnē lachrymā ab oculis sanctorum, & iam nō erit clamor neq; luctus, nec dolor erit vltra. Hoc igitur tepus est flendi. Irmo, quia à propria patria nostra quod cæli est exiliū patimur: quemadmodū illi qui dicebāt: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordamur tui Sion. Itā etiam tu cū recordatus fueris patriæ tuæ cælestis Sion, lamētari debes: cū m sedecas

Gen. 31.

Psal. 125.

Psal. 16.

Apec. 21.

Psal. 136.

exul

exul à patria in tempestuosis huius mundi aquis & laboribus. Vnde sancti illius regis, qui se videbat segregatum à Domino, lachrymæ panes erant die ac nocte. Fuerunt, inquit, mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie ubi est Deus tuus? Deinde flere & non gaudere debes in præfenti exilio, quia semper in hoc mundo in tenebris & obscuritate ambulas. Etenim sanctus ille Tobias dixit Angelo: Quale gaudiū mihi potest esse, quia in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? Vani equidem sunt ij & omni prorsus mente destituti: qui cum in lamētabili mundi huius exilio sint, vanas & perituras voluptates suscipiunt. Sic adeo tenebris & obscuritate laboramus, vt in hoc mundo non possimus cognoscere qui boni vel mali sint: nec nos ipsos etiam videmus nec cognoscimus. Præterea merito qui iter facit tristis est si nesciat an deuius sit in itinere, an certam viam sequatur. Ita nimirum vanus es, si in via huius peregrinationis gaudes, cum nescias an Deo acceptus sis, an odio habitus. Potius plangere & lamentari debes: cum in eo statu viuas, à quo in infernum descendere potes. Cum igitur in hac vita in omni tempore hoc possit tibi contingere, debes semper cautè vitam tuam componere. Mirum quid est, quod cum in tenebrosa vitæ huius noxiter iter facias, alacer sis, & nimis lætus. Deinde etiam qui vicini sui domum videt comburi, non gaudet. Vanus es si vitam tuam in voluptatibus & deliciis traducis: cum quotidie vicinos & amicos tuos mortem subire videas. Certa tibi mors est: dubius autem & incertus status, in quo debes aduocari. Infans igitur, & amentissimus es: si timorem Domini oblitus, gaudes, & rides. Plus enim dolet, quam gaudet pater: qui videns hodie natum filium, cras perire conspicit. Mundus hic, in quo maximè delectaris citò trahit: & gaudiū eius est velut gaudiū hypocritæ, quod in momēto labitur. Stultitia gaudium est stulto, ait Sapiens. Ideoque manifestissima infania est mundi huius lætitiā stabilem iudicare, & cor tuum vanis mundi huius cogitationibus habere intentum: cum te vera nihil in eo firmū sit. Quocirca rectissima Esaias dixit: Ingenuerūt omnes, qui lætabantur corde. Cessauit gaudium tympanorum: & quieuit sonitus lætantium. Denique vt appositissima similitudine tibi hanc rem comparem: quemadmodū gaudium vanum & mendax est auiū, quæ intra rete aucupis granū comedunt, & piscium, qui escam in hamo appositā rapiunt: cum tam propinquus sit mortis dolor: ita nimirum tu infans es, & amentissimus, & similitudines huius seculi lætus ambulas, cum tam propinquam & vicinam mortem habeas: quæ fortassis te protinus comitem aduocabit. Quapropter memor esto Apostoli dictum. Tempus breue est, & qui gaudent, tanquam non dormientes sint. Etenim sapientissimè Apostolus breuitatē huius vitæ rationē & causam esse dixit, quare hic gaudere non debeamus: sed potius voluptates huius seculi sunt nobis accipiendæ tanquam somniatæ & ridiculæ res: quandoquidem cum nondum uenerint, iam abierunt. Hoc igitur ex hoc loco concludamus non vana mundi oblectamenta concupere: sed potius discamus peccata nostra plangere,

& de illis pœnitere, memores Domini dicentis: Tristitia vestra conuertetur in gaudium, & modo etiam id iterum approbat iniquiens. Quis r. debitis Etenim Dominus (vt Ioannes ait in Apocalypsi) absterget lachrymas iustorum. Beata & fœlices lachrymæ, quas manus Domini absterget. Ideoque gaudēdum maxime tibi est, si in hac vita tristis fueris, & fleueris: siquidem in ventura tantam & tam admirabilem consolationē es accepturus. Iuxta illud Prophetæ: Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Et diuinus Paulus: Sicut abundant Christi passiones in nobis: ita abundat consolatio nostra. Beatus ille est, qui propter Christum mortificatus, in hac vita tristitiam passionis Christi ob oculos gerit: & beatus denique qui in hac lachrymarum valle ipsis lachrymis pascitur. Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum. In hac beatitudine plurima vexationum genera posuit, scilicet, odij, exprobrationis, & persecutionis: quia Christus à suis membris corde, opere, & ore erat persequendus: corde Christum odiendo, ore blasphemando, & tormentis Christianos affligendo. Porro homines sumuntur hic in malam partem prout sunt amatores sui ipsius & suæ carnis indulgentissimi. Sic Paulus Corinthiis ait: Cum sit inter vos zelus & contentio: nonne homines estis? Et iterum. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Placere hominibus iustus, malum non est, sed potius bonum. Verum placere hominibus carnalibus & sensualibus: hoc non conuenit seruis Christi. Ab initio malis inditum est bonos persequi: vt Cain Abel, Ismael, Isaac, Esau Iacob, Aegyptij Israelem, Fenena Annam, Saul Dauidē, & Iezabel Heliam. Quocirca si mali didicerint te ipsum persequi, discite tu illos patientia tolerare: nam vt inquit beatus Gregorius, qui malum non suffert, per suam impatientiā offendit bonum non esse. Abominantur iustum impij (inquit Sapiens) & viri sanguinum oderunt simplicem. Hanc tamē ob causam non sis tristis, quia panis sine fermento insipidus est: at si fermentum quod amarum est immisceatur, sapidus & dulcis redditur. Itā vult Dominus vt fermentū amarum tribulationis gustum & saporē tribuat virtuti: atque ita si panis sapidus Deo volueris esse, opus est, vt in hac vita fermento tribulationis & persecutionis concoquaris. Maiores igitur in tribulatione vires assume, & audi Dominum dicentem: Si me persequuti sunt, & vos persequentur. Non es tu melioris conditionis quā Christus: nec existimes gloriam quam ipse, & sanctissima eius mater, & omnes sancti sunt consequuti, tot perpessus laboribus, tot transfactis naufragiis, tot angustiis & calamitatibus acceptis, tibi dandā esse si in chœnice sedes, & in vtrauis dormieris aurem. Si nullam pateris persequitiōne ne lateris: ea nāque maxima omnium est persequitiō, nullam perpeti contractionem. Medicus enim facultatē facit infirmo, vt omnia comedat & bibat quæ illi libuerint, cum iam illum nullius remedij cōpotem esse videt: & de cuius salute desperat: quod quidem non efficit eum eo, cui salutem & conuersionem restitutum curat, sed potius sanguinis

missionibus prouidet, & potiones amaras tribuit, & ea omnia interdicit, quæ illi nocua sunt. Manifesta igitur damnatio tua est, si omnia ad libitum & secundum animi sententiā eueniunt: ille verò fœlix & beatus iudicandus est, qui in hac vita torrente persequitiōnum affligitur. Nam quemadmodum sanguinis missiones pateris, & potiones amaras sumis, & corporis incolumitate fruaris: potiori iure tribulationes & persequitiōnes debes sustinere, vt anima incolumis & salua persisteret. Obsecro autem ne oculos conicias in tribulationes & labores, quos modo pateris: sed in retributionē & mercedē quam pro illis speras. Aequo igitur animo seras in hac vita omnes tribulationes, quas tibi Deus miserit, illius egregij dicti sapientis recordatus. Legatus fidelis, egestas & ignominia. Et quemadmodum qui contumelia legatum regis afficit, ipsum regē videtur dehonestare: ita qui de tribulationibus & laboribus conqueritur, ipsum Deum qui eos mittit, offendit. Legimus in secundo libro regum Dauidē grauiter animaduertisse in Amonitas & in eorum regē: quia nuncios, quos ipse miserat, ignominiose tractauerunt. Aequum igitur est, vt his nunciis tam fidelibus, qui nos certos faciunt de Dei amicitia, debitum honorem deferamus, & persequitiōnes & labores suscipiamus, multis gratiarū actionibus. Quod si de illis fuerimus cōquesti, nobiscum dominus agat: vt Dauid cum Amon, quia nuncios suos contumelia affecit. At si ad amorem attēderes, quo dominus has persequitiōnes tibi mittit, vtique gratiarum actionibus illas susciperes: cum talia non det, nisi eis, quos ardenti amore prosequitur. Valde tuos persequutores debere diligere quando quidem lauream gloriæ tibi conficiunt in celo. Sed quia de his in hoc capite dicturi sumus agentes de dilectione inimicorum: hinc ad alia prope remus. Vnum hic autem maximè est obseruandum quod Christus tanquam piissimus pater, ne succumberemus tantis afflictionibus & laboribus vt nobis vires adderet ad persequitiōnes patientias: prudentissimè beatos esse dicit, qui eas fuerint passi. Etenim si persequitiō hac consolatione careret, aut desperaret pusillanimitas qui eam patere: aut ipsum deum dominum propter quem illam patitur desereret. Secundum autem, quo consolatur Christus eos, qui persequitiōnem patiuntur, illud est, quia causam suæ crucis & tribulationis dicit eundem Christum esse: nam si qui tribulationes patitur, oculos conuertit ad eum, propter quem patitur, summo gaudio & lætitiā omnes præsentis vitæ persequitiōnes feret. Quocirca animus addēs Christus inquit. Propter illum hominis. Verba hac, quam ingentē secum afferant consolationem, vix fieri poterit, vt valeam explicare: quibus certè in omnibus laboribus noctis & in persequitiōnibus læti & gaudentes incedere deberemus. Prius autem, quam vltra progrediar, fratrem meum peccatorem certum facio: quod si quando ei contigerit ob sua peccata & flagitia tormenta & tribulationes pati, dummodo de eis pœniteat & ex toto animo in Deum se conuertat, is talis propter Christum dicitur pati. Cuius rei appositissimum exemplum nobis erit Dauid: qui cū reprehensus à Nathan ob adulterium & homicidium esset, cum digna factis suis pateretur, inquit,

Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciē meam. Quomodo propter me, nonne propter tua peccata? Quoniā cum patientia hæc mala sustineo: dico propter te. Ita nimirum tu si cum recta facias, propterea persequitiōnes pateris: lætare nimis, quia pro Christo pateris. In omnibus tuis laboribus si volueris, corā Dei oculis maxima retributione eris dignus: & patientia tua aliis hominibus exemplum dabis. Quocirca caue ne venias insanæ & inscitæ taxandus: si ex omnibus tuis laboribus vtilitatem & emolumentum non sumpseris. Itaque præcipua ratio mercedi consistit, si causam, propter quam patimur & finem respiciamus. Martyr enim nō perficit pœna, sed causa pœnæ. Nam adolescēs ille Romanus Curtius qui se sponte sua in guttura terræ deiecit, nō vtique martyr fuit. Nec Cosdrus Atheniensis rex, qui morti sese obtulit: nec itē Mucius Capola, qui in ignē manum coniecit, nec alij multi his similibus, quia nō pro Christo mortem occubuerunt, sed propter suam vanitatem & insaniam. Itaque causa & finis martyrij, qui Deus est gloriosam martyris mortem efficit: similiterque efficit vt labores tui mercede & retributione sint digni si ante oculos tuos ipsum Deum cōstitueris. Itaque discas oportet vt si quid feceris, pro Christo id facias, & eum scopū & finem tuorum operum collocas. Vt autē hæc omnia dicta rectius intelligas duas tibi apponā conclusiones: quarū altera esto. Si tantū dolorem & pœnitentiā tuorum peccatorum habueris, & illorū causa tot lachrymas fuderis, quot sunt guttæ aquæ in mari: si hanc pœnitentiā & dolorem habueris solum, vel præcipuè id cauens ne in infernū eas: certissimè scias te hac sola ratione damnandū fore. Nam in peccato duo considerare debes. Alterū offensam, quæ aduersus dominum tuū commisitisti: alterum verò malum quod tibi ipsi comparasti, quia te ipsum ad æternam pœnā obligasti. Si igitur te peccati tui potius pœnitet propter inferni cruciatu quā quod Deū offenderis: manifestum est te potius id cauere & fugere, quod cōtra te est, quam id quod est aduersus Deum. Vnde fit, vt te ipsum plusquam Deum diligas. Ideoque nunquā peccatum tibi remittetur, quantumuis grauissimū dolorem habeas, nisi te pœniterit Deum offendisse. Hunc dolorem vocant scholastici attritiōne: quæ filia est amoris proprii, vt contritiō filia est diuini amoris. Plus dominus attendit ad doloris causam, quam ad illius intentionē: & etiam finē, quem peccator habet, maxime aduertit dominus. Quod si desideras huius rei exemplū in sacra pagina videre audi. Saul & Dauid ambo fuerunt reges Israel, & vterque etiam peccauit: & iterum ambo à duobus prophetis fuerunt reprehensi, & denique vterque pœnitentiā egit & dixit peccauit. Cur igitur dominus Dauidi peperit, & non Sauli? Nunquid Deus est acceptor personarum? Absit. In veritate (ait Petrus) cōperi, quod Deus acceptor personarum non est. Flacuit domino pœnitentiā Dauid, & non Saulis: quia dolorē maximū habebat Dauid quod Deū offendisset: Saul vero pœnitentiā habebat sui peccati, non maxime propter peccatum, sed quia regnum Israel amittebat: qua propter Samueli dixit. Non me coram senioribus populi mei, & coram Israel. Hæc omnia dicebat Saul ne contēneretur à

1. Reg. 15.  
2. Reg. 12

Act. 10.

1. Reg. 15.

\* T populo,



populo, & vt incolumis in regno persisteret, si posset. Ob quam etiā rationē dominus Esau non exaudiuit: quamuis misericordiā cum lachrymis postulasset, vt inquit Paulus. Sic etiā nec Antiochus misericordiā a domino impetrauit: quia ille dolor & lachrymæ non ex radice dilectionis Dei procedebant. Sicut enim in aulam regis Assueri nemo ingredi poterat sacco indutus: sic nec in regiam Dei aulam intrabit aliquis solo hoc timore indutus, qui attritio est: nisi indutus fuerit nuptialibus vestibus, hoc est diuino amore. ¶ Secunda conclusio est. Etiā si Deos alienos nō adoraueris, si non sumptis nomē Dei in vanum, si festa nō violaueris, si denique decē decalogi præcepta custodieris, & denique si consilia omnia euangelica obseruaueris: si hæc inquam omnia feceris sine dilectione Dei solū vel præcipue, vt Deus tibi gloriam & quietem tuam tibi tribuat, sine dubio scias futurum esse, quod in quocūque bono opere duo sunt. Alterum est honor & gloria, quæ Deo tribuitur: alterum verò commodū & vtilitas, quam inde reportat qui bonum opus facit, scilicet, gloria, quā dominus illi tribuit. Si igitur tu cum sanctam aliquam actionem exeres plus attēdis ad tuū commodum & vtilitatem, quam ad Dei honorē: manifestum est, quod te ipsum plus diligis, quam Deum. Atque itā quemadmodum tuum opus diuino caret amore, ita etiam merito caret. Quocirca ob talia opera nunquam in cælum ingredieris, nec dominus tibi gloriam dabit. Amor Dei statera est, quo liberabatur omne id, quod offerebatur in sanctuario. Omnis æstimatio sicut sanctuarij ponderabitur. Etenim si oraueris, si elemosynam tribueris, aut aliud quoduis opus effeceris: pōdera illud in sicut sanctuarij. Amor, id pōderare debet. Et tantum bonum opus, meriti habebit, quātum amoris diuini. Ideoque si omnia hæc mandata exactissimè seruaueris, & alia multa bona opera feceris, nisi illa ex charitate diuina processerint & nisi Deus vltimus eorum fuerit finis, nulla retributione erunt digna. Nam in conspectu diuino corā superno illo iudice potius attenditur finis operis, quam eius magnitudo aut excellētia. Si scopus & finis tuus non fuerit Deus: etiā si multū laboraueris, minimā mercedē accipies. Cuius rei exemplum si appositissimū cupias videre, attēde quod cum dominus sanctū Iob laudaret, dicens eum esse rectum & timentē Deum: aduersus hoc insultauit dæmon dicens. Nunquid Iob gratis timet Deum? Nonne valla si domū eius, &c. Aduerte obsecro quod non dixit dæmon Iob non fecisse multa bona opera, nam bene conficius erat illum rectē & sanctē viuere: at intentionem & finem operū tegit dicens, ea non gratis facere, nec propter Deū, & ipsius amorem, sed propter suum commodum & vtilitatem ob tam amplam & diuitem suppellectilem, quam illi dominus donauerat, & propter spem tantorum bonorum, quæ ipsi promiserat. Ideo subdidit dæmon. Sed extēde paululum super eum manū tuam, & nisi in faciē benedixerit tibi, &c. Hoc est. Tolle illi substantiam & salutem: tuncque manifestē videbis quomodo sanctitatis & amoris tui oneri succūbat. Vnde dominus facultatem fecit Satanæ, vt hæc omnia bona, cum filiis & armentis abstraheret Iob: cumque dæmo-

hæc fecisset, & sanctus Iob in rectitudine vitæ perseuerasset, cognitum fuit qua animi intentione & propter quē finem mandata diuina tam diligenter obseruaret. Atque ita ipsa experiētia compertum fuit Iob iustum & sanctū esse, vt ipse Deus dixerat: quandoquidem illi nō seruiebat propter suū commodum & lucrum, sed tantum ob ipsum Deum, qui pignus est sanctorum preciosissimum. Hoc idem argumentū, quod dēmon domino proposuit, multis Christianis in articulo mortis obicit. Non turcis nec infidelibus (quia qui non credit iam iudicatus est) nec malis Christianis, qui in mortali peccato ab hac vita discedunt argumentū hoc facit, sed eis qui boni & recti vidētur esse Christiani, qui que diuina mādāta seruant: qui tamē in primo principio hoc est in amore diuino deficiūt. Quando Angeli omnia tua opera corā tribunali Dei manifestauerint exhibit protinus dæmon à latere vt ea labefacter dicens. Nunquid gratis timuisti Deum? Librabitur etenim bona tua opera ipso sine quē in illis faciendis habuisti. Sichen & Emor filius eius circūcisi fuerunt, sicut Iacob & filij sui: quodquidem opus etiā si sanctū & iustum videtur, quia isti gentilitatē deserebant, & populo Dei coniungebantur: nihilominus tamen hæc circumcisio nullius fuit valoris & momenti, quia hoc sacramētum non acceperunt propter Deū & ipsius amorem, sed propter suam vtilitatem & emolumentum. Dixerunt quippe populo suo: Substantia eorum & pecora eorum, & cuncta quæ possidēt, nostra erunt. Quodquidem opus cum bonum & sanctum esset, ob finem quem in ipso habuerunt nullius fuit valoris: quandoquidē propriū lucrū potius quærebant, quam gloriā & honorem Dei. Multi sunt, qui iudicio & arbitrio nostro iusti & sancti videntur: qui forsitam coram diuinis oculis qui hominū corda & cogitationes nouerunt, nullius sunt meriti. ¶ Attēde obsecro, quod non tibi præcipimus, vt sanguinē tuum fundas, nec infornaces ardentes te cōiciās, nec vt ieiunes quousque in infirmitatem & egritudinē labaris in lectū: nec volumus, vt te ipsum interficias: sed potius, vt viuas & tuæ salutis consulas: id tamen volumus & præcipimus vt hæc opera bona, quæ facis, vel ductus consuetudine, vel solū ob hoc, quia tibi Deus gloriam donet, hæc inquam solum propter ipsum Deum facias, & quia ipse vult, nec ad proprium commodum respicias. Respōdeas obsecro, si filius aliquis iustus & voluntati parentis sui obediret nō propter castum & filialem amorem: sed ne illū in morte exheredaret, & vt in illius patrimonium succederet: nonne talis filius merito à parente exheredaretur: bene vtique. At si alius filius parenti suo obediret & eum diligeret solū paterno amore ductus, nec ad rē & suppellectilē patris oculos conuiceret: nonne pater optimo iure suorum bonorū potiorem sortē huic filio donaret? Merito quidē. Cui obsecro pater rem suā vult & bona, nisi filio, qui ipsum diligit? Quæ obsecro Deus exheredabit, nisi eū, qui sui ipsius indulgentissimus est? Vbi lucrum inuenire putas, ibi iacturam facis: vbi vero iacturam facere existimas, inde lucrum reportas. Si Deo seruis, vt gloriā tibi donet, vtique gloriā amittis: si autē illi seruieris propter se ipsum, vtique gloriā lucraberis. Quærens tuū lucrum, illud amittis, illius autē oblitus, id lucraris. Minimo labore

bore plurimum mereri posses: tu autem non vis, nisi mille laboribus te ipsum discruciare & nihil mereri. In sanus equidem es, cum propter nullam mercedē laboras. Hoc studiū tibi debet esse, vt omnia, quæ feceris, semper in Deū dirigas, & propter illius amorem facias: & quia ipse vult, & illi placeat: & quia est hæc voluntas eius. Si autē peccasti pœniteat te tam sanctum dominum, tam bonū & iustum offendisse: cui potius seruire deberes, cum ab illo tanta acceperis beneficia. Is dolor animam tuam debet affligere, & est præcipuū, quod plangere debes. Nōne ratio postulat, vt id, quod facis, cum homine, cū Deo etiā facias? Solet enim contingere vt amicū habeas, cum quo conuersaris, & familiariter agis: à cuius latere nunquam velles discedere. Quid est obsecro quod tam familiariter eū illo agas, & semper illū comiteris? Est ne quia illius amicitia diuītē fieri putas? Respōdebis mihi hæc nō esse causam, quia tu ditior & opulētior illo es: sed solū quia homo sapiens est, cautus, & prouidus à quo nihil aliud vis. Quid igitur est, quod non facis cū Deo idem quod cum amico? Quare illum non vis, quare illum non diligis, quare illū non amplecteris solum propter se ipsum, cum tamen sanctus, tam pius & misericors sit? Quid est quod hoc cum homine facias, qui mille imperfectionibus est plenus, cum solum in illo videas vestigiū & vmbra bonitatis diuinæ: at cū ipso Deo, qui fons est perennis totius bonitatis atque virtutis hoc non efficias? Iustum equidem & equum est, vt Deus propter se ipsum diligatur. Et quemadmodum pœniteret te si aduersus amicū deliquisses, solum quia amicū tuus est, non autem propter vtilitatem, quam ab illo speras: sed quia amicitia & consuetudinem suam amissisti. Ita cum flagitiū aliquod committis, maxima pœnitētia animum tuum subire debet, quia tam bonū & pium Deū offendisti, & quia à tam sancta & diuina familiaritate priuaris. Omne tuum studium sit solū Deum diligere propter se ipsum & illi soli placere. Et id tibi maximè est curandum tui ipsius amorem & indulgētiam à corde tuo euellere, & diuinū amorem in eo serere: ita vt si per impossibile daretur quod in beatitudine esses cū sanctis diuina essentia fruens & Deum offensum habens: aut in inferno omnes cruciatus damnatorum in serēs: potius debes eligere in inferno esse, & Deum non offendere, quam in cælo, dum tamen aduersus illum sis peccaturus. Quocirca beatissimus ille pater Anselmus in libro de similitudinibus domino Deo dicebat. Mallem purus à peccato & innocens gehennam intrare: quam peccati sordē pollutus cælorum regna tenere. Digna quidem verba tanto & tam sancto viro. Loquitur enim vt vir perfectissimus: & in obsequio Dei veteranus. Infernus tuus futurus est Dei offensā: gloria autē tua Deo placere. Id semper à domino anxia sollicitudine tibi petendum est: vt nunquam illum offendas, & vt mittat te quo ipse voluerit: nā dummodo voluntas eius hæc sit, vbicunque gaudens & latus debes esse. Infernum eatenus timere debes potius cum scias, quod omnes ibi habitates inimici sunt Dei, quam, vt caueas propriam tuā pœnam. Gloriam desideras, sed potius cum scias quod omnes qui ibi sunt amici sunt Dei, & nunquam beatitudine destituentur: quam vt propriam tuā quietitatem

tem & quietem optās. Beatitudinem autem summopere cupere debes, quia qui in cælo sunt confirmati sunt in gratia, & certi, quod nunquā Deū offendent. Quocirca ex aduerso hanc vitam odio habere debes: quādoquidem tam parata est, vt aduersus Deum possis delinquere. Et denique, vt cōcludam, hæc, quæ modo agimus semper mēte tua reuoluere debes & quod dominus dicit, propter filium hominis. Nā vult vt omnia tua opera pro Christo facias. Hoc est fundamentum totius meriti: nam etiā si plurimos labores patiaris, si plurimis ieiuniis & aliis rectis operibus te ipsum discruciaueris: dummodo ea non pro Christi amore facias, iam omnia nullius valoris sunt nec momenti. In hoc quippe consistit tuorum laborum meritum. Sic Christus cum de laboribus sermonem ad Apostolos habebat, semper causam meriti addidit. Vt cum dixit, beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiā, & subdidit. Et persequuti vos fuerint propter me. Et iterū. Ad reges & præfides ducemini propter me. Et rursus. Qui perdidit animam suam propter me. Et idem inferius habetur apud nostrum Lucam, cum de cōtemptu seculi loqueretur. Qui reliquerit domum, & patrem, & matrē propter me. Et de persequutionibus loquens dixit. Trademini ad reges & præfides propter nomē meum. De quibus etiam loquutus apud Ioannem dixit. Sed hæc omnia faciēt vobis propter nomē meum. Vides ergo quomodo omnia mala, quæ pateris, vel quæcunque bona egeris, propter Christi nomen & propter ipsum Deū faciendū sunt sine spe alicuius propriæ vtilitatis? Sed si statim mihi obieceris, quomodo David, qui iustus & sanctus erat, dixit domino in psalmo. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem? Respōdebo tibi, quod hæc retributio ipsemet Deus est: pro cuius amore sunt omnia faciendū. Sic Olim Deus dixit Abrahæ. Ego merces tua, magna nimis. Nam quicunque agit, agit propter finem: qui nobis Deus in omnibus operationibus nostris intēdi debet. Sed credo plusquam in principio existimauit, me ipsum extendisse: vt autem gradum ad alia faciamus, lege si placet diuum Gregorium pulchre de hac re differentem. Atque ita nostrum euangelistam audiamus vterius progredientem. Gaudere in illa die & exultare. Gaudium illa sola delectatio est, quæ rationem sequitur ex qua delectatione resultat in appetitu sensitiuo motus exterior, qui dicitur exultatio, qui est passio eiusdem appetitus. Gaudium itaque non in appetitu sensitiuo sed in intellectu, nempe in voluntate suscipitur. Est enim motus voluntatis, quæ non est volitio, sed passio siue affectus. Veruntamen inter gaudium & exultationem secundum propriū significatum hoc interest: quod gaudium in affectu animi dum ad mensuram rationis lætatur neque vltra modum foras effunditur. Exultatio vero cum ita mouetur, vt exterius præcipue in vultum immodicè egrediatur. Illud igitur gaudiū beatorum ex exuberantia gaudium & exultatio nuncupatur. Ideo David de vtroque dixit. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Gaudete inquam interius dicit Christus, propter stolā animæ: & exultate exterius, propter stolā gloriæ. ¶ Obserua autem, quod solum huic beatitudi-

Matt. 5.  
Matt. 10.  
Matt. 16.  
Luc. 12.  
Luc. 21.  
Ioan. 15.

Psal. 148.

Gen. 15.

Greg. lib. 18. mora. cap. 13.

Psal. 83.

additur gaudiū, & exultatio: quia quæadmodum in ea narrantur tot mala, ita accumulatur bona. Iuxta illud. Secundū multitudinem dolorū meorum consolationes tuæ latificauerunt animam meam. Et etiā additur gaudiū & exultatio ad demonstrandum gratiā Spiritus sancti conferendam fore sanctis martyribus noui testamēti. Quia ergo sancti martyres non solum virtutem patiendi, sed gaudendi & exultandi in tribulationibus accepturi erant, patientibus propter Christū dicitur, gaude & exultate. Sic sanctissimi Apostoli gaudentes ibāt a conspectu cōcilij: quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliā pati. Sic beatus Laurentius in tormētis, Gaudeo, inquit, quia Christi hostia effici merui. Ecce enim merces vestra multa est in celo. Vides iam quomodo qui pro Christo persecutiones & labores patiuntur, non sine digna mercede & retributione maneāt? Hic autē aliqua obseruanda veniūt. Primo, quod in hac beatitudine nulla facta determinatione ponitur premiū. Non enim sicut in aliis beatitudinibus ponitur aliquid certū pro premio puta, ridere & saturari, vel aliud simile: sed dicitur merces vestra multa est in celis, vt hanc beatitudinē præ cæteris cōmendat, quam copiosa manet merces. Premiū denique infinitū insinuat, quod huic beatitudini respōdet & merito. Nam si iuxta Saluatoris testimonium, maiore charitate nemo habet, quā vt animā suam ponat quis pro amicis suis: nemo maiore habet perfectionem quam is, qui pro Christo amico suo animā in discrimen ponit, quodquidē ad hanc beatitudinem cōstat spectare. Expēde autē, quod dicit in celo futurā esse mercedē non in terra: quia Deus mūdi amatoribus in hoc mundo stercorea tribuit. Premiū malorū in hac vita illis tribuitur: bonis autē in celo. Etenim boni non hac vita gaudent, quia merces eorū multa est in celo: mali vero hic gaudēt & lætātur. Non vult dominus in hac vita iustus retribuere his mundanis & vilibus diuitiis: quæ cum stercorea sint dōmus Dei suis eas tribuit, vt fuerūt Nero, Domitianus, Commodus & alij his similes. Etenim diuinus vates ait. Ipsi potētes in seculo obtinuerūt diuitias. Sed iustus nō hic, sed in celo merces reposita est. Quocirca in persona domini loquutus Esaias de pinguedine & abundantia illius ciuitatis supernæ inquit. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: in tabernaculis fiducię in requie opulēta. Observandū tertio, quod nō qualiscunq; merces, sed multa & magna erit vitæ æternæ: ita vt pro paupertate momentanea dabitur regnū æternum: pro tēporali fame satietas opulēta, pro breui luctu læticia sempiterna: pro modica persecutione gloria perpetua. Nam ait hic dominus. Merces vestra multa & magna. Sic Abrahæ dixit. Ego merces tua magna nimis. Tanta enim sunt gaudia illius patriæ cælestis, vt si vniuersæ mūdi voluptates, quæ fuerūt, & quæ futuræ sunt, cōparentur, nihil omnino erūt. Omnis mundi iucūditas si cum illa cælesti cōferatur, mæror, & luctus est: omnis suauitas dolor, omnis dulcedo amaritudo, omne pulchrit & decorum scelerū & obscenū iudicabitur. Tanta & tam magna est dulcedo futuræ glorię, vt dicat Augustinus quod si vnica tantū gutta cælestis beatitudinis in dānatorum pœnis deflueret, tāta dulcedine repletet gehēnam, vt nullū dolorē aut tormentū

Psal. 93.

Ab. 4.

Ioan. 14.

Psal. 73.

Esai. 32.

Gene. 15.

An. ser. de beatitudi- ne cælesti.

damnati paterentur. Et tāta ex diuina visione oritur delectatio, vt beati mallent esse in inferno, & conspiciere vultum Dei, quam priuati hac visione, esse in celis. Ibi enim (vt inquit Ioānes) similes ei erimus. Et Paulus etiā. Tunc cognoscām, sicut & cognitus sum. Leuabimur enim in tātam celsitudinem & maiestatem: quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit. Nec minus habent altitudinis verba illa Esaię. In lumine tuo videbimus lumē. Etenim diuina essentia vni- tur per modum luminis & speciei intellectui humano. Res equidem summe celsitudinis. Ibi enim sensus omnes replebuntur innumerabilibus delectationibus, non solum secundum vota, sed lōge vltius quam desiderari queat. Denique facilius multo explicari potest quod non est in cælesti illa patria: quam numerare perfectiones, & diuitias, quibus abundat & ornata est. Hæc est illa copiosa merces in celo reposita his, qui in hac vita breuē hanc tribulationem patienter tolerant. Vbi aduer- te, quod si merces est, ergo mentitur is, qui dicit operibus nostris nihil ex iustitia deberi. Imo sicut merces debetur operationi non ex gratia sed ex vero debito: ita optimo iure gloria debetur bene operātib. Discamus itaque ex hoc loco aduersa queque & aspera equo animo tolerare, memores huius copiosa mercedis. Etenim si oculos cōuertis ad breuitatē laboris præsentis, & ad magnitudinem retributionis, quam expectas, nihil laboriosum & aduersum in hac vita præsentem tantum vexabit. Tempus enim breue est (ait Paulus) & merces copiosa, dicit Christus. Hæc duo in omnibus laboribus tuis semper ob oculos consistit, scilicet, tempus breue esse: mercedem vero copiosam. Quid obsecro agricolam cogit frigus & labores hyemis tolerare, nisi spes colligendi fructus in vere? Sic etiam mercator per varios casus per tot discrimina rerum ad Indos nauigat, vt diuitias sibi comparet. Sic tu omnia mala vitæ præsentis æquo animo sustine, considerans copiosam mercedem tibi in celo esse repositā. Hoc equidem maxime solabatur Paulū in omnibus laboribus suis, cū scribens Corinthiis dicebat. Propter quod non desecimus, sed licet is, qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is, qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim quod in præsentem est momentaneum & leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate æternum glorię pondus operatur in nobis, non contēplantibus nobis que videntur, sed que non videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna. Secundum hæc enim faciebat prophetis patres eorum. Exemplo prophetarū temperat rigorem tribulationis. Ac si diceret. Non est nouum quod vos, qui serui mei estis persequantur Iudæi, quia eandem ob causam seruos prophetas sunt persequuti. At si illi qui non habuerunt exemplum constantes fuerunt in tribulationibus, vos qui habetis exemplum constantes esse debetis. Nam sicut modo Iudæi persequuntur vos, ita patres eorum persequuti fuerūt sanctos & prophetas antiquos, scilicet, Moysen, Aaron, Esaiam, Ieremiam, Michā, Amos, Zachariā, Danielem, & Ezechielem, & plurimos alios: sicut beatus Stephanus dixit eis in concilio. Dura cervice & incircuncisi cordibus & auribus, vos semper spiri-

1. Ioan. 3.

1. Cor. 13.

1. Cor. 2.

Esai. 64.

1. Cor. 7.

2. Cor. 4.

1. Tim. 13.

1. Tim. 23.

1. Luc. 5.

1. Iud. 27.

Ab. 7.

tui sancto restitistis. Præterea sicut solet Elephātib. ostendi sanguis, vt stimulentur ad præliū: sic Christus sanguinem effusum sanctorū prophetarum ostendit discipulis, vt eos alliciat ad tolerandum quacunque aduersa illis euenerint. Perpende autem quod Christus qui gloriam mundi contemnendā esse docuit, quatuor commendat & beatificat, quæ ex diametro mundo aduersantur. Mundus enim in felicitatē constituit in diuitiis, voluptatibus, & gaudiis, & deniq; in honoribus: que omnia Christus hic damnat. Aduersus diuitiarū amatores inquit. Beati pauperes quoniā vestrum est regnum Dei. Aduersus eos qui deliciis summam felicitatem iudicant inquit: Beati qui nunc esuritis. Contra eos qui iocis & conuiuii indulgent dicit: Beati qui fletis. Et denique aduersus eos qui honores ambiunt, & mundanos sumptus & dignitates sic inquit. Beati eritis cum vos oderint homines, &c. Sed ad maiorem commendationem harum beatitudinum condemnat etiā vitia eis opposita. Ait igitur. Veruntamen vobis deuitibus: qui habetis consolationem vestram. Væ in scriptura sacra (vt Gregorius testatur) sæpius de æterno luctu, potius quam de præsentem solet intelligi. Vnde Esaias ait. Væ in ipso in malo, retribuitur enim malum eius fiet ei. Et Iob. Si impius fuerit væ mihi, &c. Quasi per antithesim quatuor promissionibus quatuor apponit cōminationes: sicut quatuor beatitudinibus quatuor virtutes cardinales posuit correspondentes. Nam paupertas tēperantiam gignit, esurietas iustitiam, luctus prudentiā, & contemptus fortitudinē. Sic modo quatuor cōminationes apponit quatuor vitis correspondētēs. Primum, væ, facit cōtra cupiditatē diuitum, quod opponitur paupertati & virtuti temperantię, dicens. Væ vobis diuitibus. Secundū est contra voluptatem Epicurorū, quod opponitur esurietati iustitię: cum dicitur. Væ vobis qui saturati estis quia esurietis. Tertium væ contra vanitatem lætantium, quod opponitur luctui & prudentię cum dicitur. Væ vobis, qui nunc ridetis, quia flebitis. Quartum væ est cōtra mundi placētia que opponitur mūdi maledictionibus, & fortitudini, cum dicitur. Væ cum benedixerint vobis homines. Et si beati sunt pauperes vt Christus hic inquit, væ amatoribus diuitiarum. In Proverbiis habetur. Est quasi diues cum nihil habeat, & est quasi pauper cū in multis diuitiis sit. Si beati sunt esurientes: væ epulonibus, & qui se cibis & vino ingurgitāt. Vnde in Proverbiis dicitur. Noli esse in conuiuiis potatorum, nec in comestationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt. Si fletes sunt beati: væ gaudētib. & ridētibus. Iacobus enim ait. Florate & ululate in miseriis vestris. Si beati patientes, væ impatientibus. Et idem Iacobus. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Observa autem quod in his benedictionibus & maledictionibus est quædam similitudo & correspondentia inter nouam & veterē legem. Deus etenim cum dedit legem Moysi, dedit etiam benedictiones, & maledictiones: nam iussit vt essent sex tribus in monte Garizim, ad benedicendum: & sex alias tribus in monte Siebal in ingressu terræ Canaan, ad maledicendum. Et in vigesimo septimo capite Deuteronomij inuenies maledictiones, & in sequenti benedictiones. Christus autem verus Deus, qui dedit legem Moysi

eundem ordinē tenuit & modum, præbens nouā legem: quia posuit & cōstituit benedictiones obseruatoribus legis, & maledictiones eam violātib. Nam sicut pauperes sunt benedicti, ita vos diuites maledicti: & sic de aliis benedictionibus & maledictionibus. Expēde etiam quod istæ maledictiones nō fuerunt positę per modum imprecationis, sed per modū prænunciationis: nam impre cari pertinet ad eos, qui male volunt & inferre nō possunt, & ideo petunt inferri ab illo, qui potest. Hoc autē non cōuenit Christo qui Deus erat, & ipse neminem odit, sed omnia diligit: & si alicui vellet malum inferre, protinus inferret, quia à nemine potest impediri & sic non deprecaretur. Vt autem comminatio est æterna: quæ deterret vt Christus huius seculi amatores, vt quærant cælestia, & cōculcent terrena. Nullum nō lapidē mouet, vt legem Dei obseruemus, tum benedictionibus: tum maledictionibus sed superba mēs nostra neque blanditiis, nec terroribus mouetur. Præterea ne putaret homines posse peccare impune in occulto, ponit maledictiones: quia vt in publico nō delinquas, magistratus statuit. Prima itaque maledictione diuitibus maledicit: nō omnibus sed tātura illis, qui diuitias tanquam Deum colunt, & eis seruiunt, atque ideo dictum refringit dicens. Qui habetis hic consolationem vestrā. Talis enim consolatio via est ad æternum cruciatum: sicut cōtra tribulatio præsens est via ad æternam consolationem. Vnde Abrahā dixit diuiti epuloni existenti in inferno. Recordare quod recepisti bona in vita tua, & Lazarus mala: nunc autem hic cōsolatur, tu vero cruciaris. Sunt in hac vita diuites huiusmodi velut pecudes quæ ad iugulum adducuntur, quæque in vetita pascua ingredi possunt, cum iam illis appropinquet mors. Pasceitur mali flores huius vitæ, & ad libitum comedunt & bibunt, & in vitis, & peccatis, quæ lex domini vetat, vitam degunt. At carnifex inferni non procul est, vt eos ducat in iugulum & interitum. Morientur & nihil eorum inuenient, quibus hic oblectabatur iuxta illud psalmi. Dormierunt somniū suum, & nihil inuenierunt viri diuitiarum in manibus suis: Apte quidem & apposite dicit quod dormierunt somnium: quia eorum gaudium est simile consolationi somniantium, de qua per Esaiam dicitur. Sicut somniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergefactus lapsus adhuc sitit, & vacua est anima eius: sic erit, &c. Quapropter in alio loco ait ipse David. Velut somnium surgesium domine in ciuitate tua, imaginem eorum ad nihilum rediges. Optime dicit imaginē quia sicut somnians non videt res, sed imagines rerum, & tamen credit se videre res: ita diuites credunt se habere diuitias veras, cum tamen non habeāt nisi imagines, siue phantasticas diuitias. Præligiatores artibus suis efficiunt, vt tibi appareat hortus amœnissimus arboribus & fructibus plenus: tu vero attingis ramum, vt fructus colligas, & nihil inueniens, iudicas statim omnia illa vanitatē esse & sola apparentia fallere, cum reuera nihil ibi sit. Ita nimirum sunt omnia hac mundi præsentis, quæ oculi nostri intuentur, quæ nihil aliud sunt nisi somnium & vanitas. Quid obsecro exillimas esse has diuitias diligens, nisi similis illi, qui in sinu suo calore serpentes nutrit: qui postea illum

Sap. 11.

Luc. 16.

Psal. 75.

Esai. 29.

Psal. 72.

essent interfecuri? Ita tu calore cupidinis diuitias nutris & auges, quæ viscera tua comedunt, conscientiam rodunt, suffocant spiritum, & salutem animæ tuæ in discrimen ponunt. Sic adeo vt Christus dicat, vā tibi. Ideo beatus Iacobus: Lugete diuites, & estote miseri: quia risus vester vertetur in luctum, & gaudium in mœrorem, &c. sequitur iam secunda maledictio secundæ benedictioni respondens. *Vs vobis qui saturati estis, quia esuriatis.* Nam sicut Paulus Romanis scribit. Si secundum carnem vixeritis moriemini. Sicut enim beatitudinibus posuit præmia correspondentia, sic vitiiis oppositis posuit pœnam correspondentem. Vnde in Sapientia habetur. Per ea, quæ quis peccauit, per ea & punietur. Ideo quæcunque epulo fuerit, seque cibo mero quæ impleuerit acutissima fame postea torquebitur. Docemur hic gulam fugere, & abstinentiam amare: ne in tantam calamitatem incidamus. Cibo enim vetito primus homo cecidit. Cibo Esau vendidit primogenituram, & populus Iudæorum dum immoderato vsus fuit cibo vitulum conflaguit. Sedit enim populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere: id est, idololatrare. Nam verbum ludere sæpè in scriptura sumitur pro idololatrare, aliquando pro occidere, aliquando idem valet quod habere rem cum muliere aliqua. De primo legimus in Genesi Saram vidisse filium suum Isaac ludentem cum Ismaele: quare dixit dominus Abrahe. Eūce ancillam & filium eius. In Hebræo est verbum mezaele quod æquiuocum est: significat enim occidere & idololatrare. Voluit namque Ismael idolis quæ ex luto fingebat, adducere Isaac ad idololatriam. Occidere autem significat in secundo regum cum dicitur. Surgant pueri, & ludant coram nobis. Id est occidant: nam statim sequitur ibidem. Surrexerunt duodecim de Benjamin ex parte Isboseth filij Saul, & duodecim ex pueris Dauid: apprehensiq; vnusquisque capite comparis sui defixit gladium in latus contrarij & ceciderunt simul. Quod etiam accipiat vt idem sit quod rem habere cum muliere, habetur in Genesi vbi dicitur, quod Abimelech vidit per fenestram Isaac ludentem cum Rebecca vxore sua, id est cocuntem. Quare accersito Isaac dixit ei Abimelech. Perspicuū est quod vxor tua sit, cur mentitus es, eam sororem tuam esse? Igitur cum populus sedisset manducare & bibere surrexit idololatrare: vt in eodē capite satis aperte dicitur, quod ludus hic sit idololatria. Quod non ex alio processit nisi ex nimia crapula, & ingluuione. Multa enim mala oriuntur ex vitio gulæ. Cumque diabolus non lateat plura quotidie ex hoc vitio pullulare mala, frequenter gula nos tētat: imò legem mundo tulit de ebrietatibus & conuiuiis faciendis: & hanc inter honores retulit sanctionem, vt crescēt nobilitate & auctis redditibus, crescat magis lauta & opipara ciborum genera: sic adeo vt inter præcepta nobilitatis vnum & id præcipuum sit gula. Cum dominus multo aliter inferius moneat dicens. Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Si dixisset, corpora vestra, perspicuum esset, fuisse loquatū de infirmitatibus corporis, quæ ex nimis cibus oriuntur, iuxta illud Sapientis. In multis efcis erit infirmitas. Sed dixit, ne grauentur corda: quia non solum ex gula mortem corporis subit homo: sed

etiam ipsius animæ. Quod in Esau & Iudæis manifestissimo exemplo perspicui potest, qui idololatrantes coram vitulo saltabant dicentes. Hi sunt Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Maxima igitur Christiano viro habenda est ratio de temperantia. Etenim ea est quæ cibo & potui fræna imponit: vt pote quæ sit totius hominis & animæ quam corporis rectissimum institutum, & saluberrimum medicamen: cōtra vero gula mors est tam anime quam corporis. Epulātibz quippe Philistæis & latantibus, cecidit mors super eos. Nolebant filij Heli carnes costas ab offerentibus accipere, sed crudas, vt eas sibi lautius præpararēt qui misere, & infeliciter in bello fuerunt intercepti. Ionathas etiam quia contra mādātum patris parum mellis comedit, occisus esset à patre, nisi populus ei impedimento fuisset. Quocirca cū sciret sanctissimus Iob multa in ebrietatibus committi peccata, idcirco postquam epulati essent filij eius consurgēs diluculo offerebat holocausta per singulos dies. Dicebat enim. Ne forte peccauerint filij mei. Vide obsecro quāta mala ex nimis epulis proueniunt: sed qui hic potationibus & conuiuiis se tradiderint esurient postea in æternum. Nunc autē iam in textu tertiæ benedictioni ponitur tertia calamitas. *Vs vobis qui videtis nunc, quia lugebitis & flebitis.* Non de quocunque risu, sed de immoderato & de inepta lætitia loquitur. Etenim non decet virum, qui sitendus est coram seuerissimo Dei iudicio inani risu suam stultitiā patefacere: nam postea hic talis, & huic similes lugebunt & flebunt. Nam si recordarentur homines quæ lamenta & planctum facturi cum tot cruciatibus in inferno torquebuntur ob peccata, quæ hic patrarunt: non vtique tam læti & alacres vitam agerent. Porro cum dicit lugebitis, de exteriori dolore loquitur: & cum dicit flebitis, de interiori vultu inferni intelligit: quia interioris nimio dolore, & exteriori multitudinē pœnarum dolebunt & tristabuntur. ¶ Discamus ergo, falsa mundi gaudia contemnerē, & lachrymas pro peccatis suas amare: vt in hac vita anima tua lachrymarum tuarum riuus irrigata tanquam mūdissimum speculum sine macula in vltima illa die appareat. Etenim sicca & arida terra tribulos & spinas producit, simul & serpentes: sicut anima tua mundi vanitates, nisi eam rigaueris tuarum lachrymarum aquis. Opus est, vt super terram pluat. Omnis enim caro cum corrupisset viam suam, misit dominus aquas diluuij, quæ eam mundarent. Ita si diluuium aquarum venerit super cor tuū, morietur omnis concupiscentia carnis. Ille quidem cautus est & recte facit, qui lachrymarum diluuii interficit mundanas concupiscentias: infans autem sunt & amentes, qui gaudia & voluptates in hac vita quærunt. Melius enim fuerit in hora mortis delicta nostra planxisse, quam vitam nostram in falsis & vanis gaudiis duxisse. Attende obsecro per Christi amorem quod qui in hac vita rident, in ventura ambobus oculis lamentantur, qui vero hic lugent, ibi gaudent & lætantur. Nam si hic festum celebrate vis, ibi vigiliam habebis: & si hic vitam in risu transgeris, in inferno eris in luctu. Recordare obsecro sanctissimi Iob dicentis. An tequam comedam suspiro. In festis sanctorum prius celebratur vigilia quam festum: nam ipsi

prius ieiunauerunt, & luxerunt, postea vero gauisi sunt: multo aliter fit in mūdo, nam prius homines in caupona comedunt & bibunt, postea verò symbolum exoluunt. Ita quidem etiam si nunc comedas, bibas, & gaudeas: postea mors arctissimā rationem exiget omnium gaudiorū tuorum. Care nimis nunc emis risus, quādoquidem postea pro illis, gemitus exolues æternos. Amara sunt omnia gaudia mundi: quibus respondent æterna tormēta. Ideoque cauendū tibi maxime est, quod etiā si modo iners & incautus comedas, & rideas, cito mors adueniet exactura rationē, vbi non sine scœnore hæc omnia gaudia exolues. Etenim etiam si in mensa huius vitæ multa comedas nullam tamen habens rationem solutionis: nō ideo hospes obliuiscetur omnes sumptus, vt eos exacte numeret & scribat, & vt nihil insolutum maneat. Quocirca si hæc attentis oculis considerasses, non tot sumptus faceres: nec tam laxis habens, in omnia vitia viueres: quia vero nunquā tecum reuoluis, diem esse vltimum, in quo de omnibus factis, & de minima etiam cogitatione rationem es redditurus: tū excessuos & superfluos sumptus facis, quos nūquam in inferno satis exolues. Quemadmodum enim boni in hac vita lugēt, postea vero inter sanctorum choros delectantur & gaudent: sic mali in hoc mundo suas voluptates & gaudia quærunt, vt postea non supersit eis nisi luctus & planctus. Nunquam inuenies in tota sacra pagina Christum redemptorē nostrū risisse: at inuenies tota eius vita continuus luctus & carnis afflictio fuit. Etenim ipse est, qui ait. Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. Pueri quippe non alia arma habent aptiora, quibus se defendere possint, quam lachrymas: nam quidquid mali puero intuleris statim fundit lachrymas. His opus est amissis, vt te ipsum tuteris ab inferni lamentis. Nam Pharao aquis fuit obrutus, & dæmon ipse lachrymarum aquis destruitur. Vana igitur sunt gaudia vitæ huius præsentis, iuxta illud Sapientis. Risum reputaui errorē, & gaudio dixi. Quid frustra deciperis? Potius elegit Moyses cum populo Dei affligi, quam participem esse terreni gaudij: & ideo dixit non esse filij filia Pharaonis. Si igitur iustorum lachrymæ conuertuntur in gaudium, & omnis vana voluptas in luctum: potius est in solitudine plangere, quam in principum domibus ridere. Iam sequitur quarta maledictio. *Vs cum benedixerint vobis omnes homines.* Id est, cum laudauerint vos, si inaniter gloriemini. Adulatio enim nutrit peccatum. Quia sicut oleum missum in flammam igni est fomentum: ita adulatio culpa. Laudatur (inquit Dauid) peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Et Esaias. Popule meus, qui te beatū dicunt, ipsi te decipiunt. Iudæi velabant faciem domini, & salutantes dicebant. Aue rabbi. Sic adulatores laudando excecant. Cæcus enim bene audit, quod illi dicitur: sed non videt quid mali ei inferatur. Sic ille qui decipitur, adulationem audit: sed nō videt quantum malum illi proueniat. In pœnā nāque multorum peccatorū sæpe permittit Deus, quod scœlera non solum non arguātur, sed quod laudē-

tur. ¶ Obserua autem quod non simpliciter dixit, homines, sed omnes homines, quia malū non est à bonis hominibus benedici: at malū est benedici à malis, qui non nisi mala laudare consuecunt. Quoquidē loco discere te oportebit: vt humanas laudes non sitias, nec à peccatoribus laudari velis: memor beatissimi Pauli ad Corinthios dicentis. Mihi autē pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: qui autem me iudicat dominus est. Ita que nolite ante tēpus iudicare, quousque veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum: & manifestabit obscura cordium. Tunc laus erit vniciquæ à Deo. Quocirca nullo modo impiorum laudes quæramus, sed bonorū. Etenim cum Achilles sepulchrum Alexander videret, o te scœlicem iuuenem, inquit, qui talē meritorem tuorum meruisti habere præconē. Felicitissimus item Ioannes Baptista fuit, cuius laudes ipse Christus mirabilibus encomijs prædicauit. Non quærās ab impijs benedici: nā statim homines suspicantur (& id merito) similem laudatori esse laudatum. Etenim mandus huius est nature & conditionis vt sui similes diligit. Idem enim est turpiter laudari à turpibus, quam laudari ob turpia: propter quod (vt ait Dauid) homines à Deo deseruntur. Vt quid domine, inquit, recessisti longe? & respondens inquit. Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Et hoc quidem potentum maximum est discrimen: hoc attestante propheta, qui cupiens ab hac peste liberari orabat dicens. Saluū me fac domine, quoniam defecit sanctus, & diminutæ sunt veritates à filiis hominum. Ideoque cum ab impijs maledictus fueris gaude: & hæc verba Christi memoria nunquam excidant, si ab aliquo maledictus, vel probus fueris cæsus. Væ cū benedixerint vobis homines. Multi enim sunt qui de te multa bona prædicent: nec ægreferas, si ab omnibus non benediceris. Etenim de Christo, cuius os nūquam nouit mēdaciū, multi multa bona prædicabāt: alij vero mala. Quid igitur est, quod cum tu mille sis flagitijs coinquatus, ab omnibus laudari velis? Nosce te ipsum, & attende quod dignus sis ab omnibus vituperari. Vnde nec mirari debes, si aduersus te aliqui murmurant: sed potius suspiciōnem de te concipe cum laudatus fueris, id pe merito fiat, nec ne. ¶ Discē tandem ex his maledictionibus diuinum iudicium timere: quia Christus ea etiam seuerissimo, & terribili iudicio, quæ homines iudicant vix esse mala condemnat. Quo igitur obsecro rigore ea damnabit, quæ grauissima sunt, & turpissima scœlera? Etenim nō inquit Christus. Væ latronibus, væ homicidis, væ sodomiticis & adulteris: sed væ diuitibus, væ qui ridetis, væ qui saturamini, & qui gloriam & vanam hominum laudem cupitis. Quid de grauioribus criminibus & delictis faciet, si ea quæ sepe nulla putantur æternis punit supplicijs? Sed vt omnia dicta breuibus complectar verbis in hoc miserando exilio (quod ecclesia sancta lachrymarum vallem appellat) semper plora: pœnitentiam age, gaude in aduersis & calamitosis, noli mundi fluxam & ad triduum perituram laudem quærere, ne æternos cruciatu experiaris, & quod peius est, ne æterna scœlitate & beata illa visione, quæ angelicas mentes satiat & replet, destituaris.

Iaco. 4.

Rom. 8.

Sap. 11.

Gen. 3.

Gen. 25

Exo. 1. 3<sup>2</sup>

1. Cor. 10

Gen. 21.

2. Reg. 2.

Gen. 26.

1. Tim. 21.

Eccle. 7.

Hebr. 12. Exod. 32.

1. Tim. 16.

1. Reg. 2. 1. Reg. 14.

Iob. 1.

1. Tim. 11. Luc. 19.

Matt. 18.

Iob. 14.

1. Tim. 2.

End. 2. Iob. 11.

Matt. 16.

Gen. 6.

1. Tim. 9. 1. Tim. 25.

1. Cor. 4.

Matt. 11.

Psal. 9.

Psal. 11.

Ioan. 9.



Secundum hæc enim faciebant pseudopropheta-  
res eorum. Hæc omnia, quæ hic dicit cum his, quæ  
superius dixerat conueniunt. Nam quemadmo-  
dum singulis benedictionibus singulæ maledictio-  
nes respondebant: ita etiam nunc (vt cum finiuit  
benedictiones dixit secundum hæc faciebant pro-  
phetis patres eorum) nunc eodem modo ait, secun-  
dum hæc, id est, laudando mala faciebant falsis pro-  
phetis patres eorum. Progenitores eorum bonos  
persequebantur, atque ideo in benedictione perse-  
quutionum & bonorum dixit. Secundum hæc fa-  
ciebant Prophetis, eos persequendo. Et quia ma-  
los et impios laudabant post hanc maledictionem  
dixit in hoc loco, quod hæc faciebant pseudopro-  
phetis, quia malos prophetas & impios laudabāt.  
Hoc mundus facere consuevit bonos persequēdo:  
& prauos exaltando. Sic egregius psaltes in psal-  
mo ait. Quoniam laudatur peccator in desiderijs  
animæ suæ, & iniquus benedicitur. Vos autem o  
discipuli mei nolite pauere: nam hæc est malo-  
rum in ueterata consuetudo, & non aliquid nouū  
modo inuentum. Hæc omnia uolui uobis prædi-  
cere: ut parati sitis, eos enim minus iacula feriūt,  
qui prouidi sunt incautos uero interficiunt. Sed  
uobis dico qui auditis. Rhetorum & oratorum ob-  
seruatissimus est mos, ut cū uelint de aliqua præ-  
clara re dicere prius attentionem postulent. Cuius  
præcepti omnium rhetorum magister Christus  
non immemor, attentionem captat. Sic Esaias uo-  
lens populo Iudæorum magnalia Dei prædicare  
dixit. Audite cæli & auribus percipe terra: quia  
dominus loquutus est. Quando loquitur rex om-  
nes famuli silentium tenent. Audiant igitur om-  
nes regem regum, & dominum dominantium al-  
tissimam & diuinam Theologiam: quam insanus  
& stultus mundus, nunquam cognouit. Præsent  
cæli attentionem, sol, luna, stellæ, elementa, &  
omnes insensibiles & irracionales creaturæ: & præ  
cæteris omnibus ipse homo aures corporis & ani-  
mæ aperiat & summa attentione Deum suum  
loquētem audiat, incommodum & utilitatē suam.  
Cum homine loquitur, & hæc diuina & mirabi-  
lis doctrina ad ipsum dirigitur, qui non loquitur  
ore prophetarum aut sanctorum suorum, sed ipse  
proprie filius Dei doctrinam euangelicā pro-  
mulgat. Etenim cum dicit. Sed uobis dico, magnā  
emphasim ostendit. Non enim dicit, hæc dicit  
dominus sicut propheta: sed ego dico tanquam  
Deus, qui auctoritatem habeo condendi legem:  
qui sapientiam non ab aliquo accepi, qui æternus  
sum, & ab æterno plenus sapientia. Hoc uerbo, di-  
co, maximam suam auctoritatem & maiestatem  
ostendit, & simul suæ doctrinæ ualorem. Quæcir-  
ca in Matthæo dicitur, quod cum consummasset  
Iesus uerba hæc, admirantur turbæ super doctrina  
eius. Docebat eos sicut potestatem habens, & non  
sicut scribæ & pharisæi. Ideoque arrectis corporis  
& animæ auribus audiamus Christum nobis lo-  
quentem. *Diligite inimicos uestros.* Hæc est doctri-  
na mirabilis prolata ab ipso filio Dei, utilis qui-  
dem & necessaria salutis animæ nostræ, & condu-  
centissima ad gubernationem mundi, & ad stabi-  
litate reipublicæ. Sed ad explicationem eius ac-  
cedamus. Et in primis animaduertendum quod  
inimicus dupliciter potest considerari. Primo cō-  
siderando malitiam, qua te persequitur, quam

odio prosequi debes: secundum quam beatitudinē  
ingredi non ualet. Vnde Dauid. Iniquos odio ha-  
bui. Et alibi etiam dicit. Nonne qui oderunt te do-  
mine oderam, & super inimicos tuos tabescebam.  
Secundo consideratur inimicus quantum ad na-  
turam suam: & sic ad salutem animæ necessarium  
est diligere inimicum. Peccatum itaque odio pro-  
sequi debemus: natura uero diligenda. Nunc uero  
multo aliter fit: quia multi naturā odiunt, & pec-  
catum amant. Nam si inter aliquos cōtigit, ut sint  
inimicitia & contentiones, hi ad malum faciendū  
amicitiam incunt, similes sunt hi homini illi ini-  
quo, quem dominus reprehēdit dicens. Si uidebas  
furem currebas cum eo, & cū adulteris portiones  
sumebas. Nullum in mundo unquam grauius  
fuit peccatum, quam innocenter Iesum morti  
tradere: ad quod perpetrandum Pilatus & He-  
rodes conuenerunt, & amici facti sunt. Vitium  
igitur inimici odire debes, naturam uero eius di-  
ligere. Nam inimicus habet nobiscum quandam  
conuenientiam & similitudinem in natura, secū-  
dum quam peruenire potest ad beatitudinē: qui  
etiam capax est uirtutis & gratiæ, per quam in cæ-  
lum tenditur. Vnde à communi proximorum di-  
lectione nemo excludere potest inimicos, quæ di-  
lectio inimici sufficit, cum etiam amicis sufficiat.  
Nam speciali affectu non tenetur homo omnes  
homines diligere, quia impossibile est, id aliquem  
adimplere posse, cum multi sint, quos non cog-  
noscamus. Tenetur autem ex charitate generali  
dilectione omnes diligere: secundum quam quis  
omnibus vitam æternam desiderat. Oportet au-  
tem ut animum paratum habeas semper ut si ne-  
cessitas occurrerit specialiter unumquemque di-  
ligas, ut si in aliquo esset constitutus periculo à  
quo nisi per te posset liberari: sed non teneris ita  
familiariter cum eo agere, & opera supereroga-  
tionis ei cōferre, sicut amico: nisi (ut iam diximus)  
in aliqua extrema necessitate esset positus. Eum  
autem excludere non debes à communi & gene-  
rali oratione, etiam si familiariter cum illo non  
agas, nec conuerseris, sicut cum amicis erat. Ne  
autē his uerbis fauere uideamur multis qui cum  
nouercali odio proximis suis prosequantur lo-  
quelam & familiaritatem illis tollunt, quibus  
si dixeris, quod inimicis parcat: respondent, se  
nihil mali eis cupere & eos diligere, sed nolle eos  
alloqui. Vbi aduertere debes, quod etiam si bona  
conscientia bene possis cum inimico non loqui,  
nec cum eo familiariter agere: hoc intelligi debet  
quando alterum horum non interuenit, scilicet,  
scandalum. Nam si cum illo non loquendo (ut  
solebas) scandalum oritur in populo, & aliquid  
mali de te præsumitur, teneris illū alloqui, & cum  
illo familiariter agens, signa amoris & beneuolē-  
tiæ debes illi ostendere, & non solum illi, quæ tu  
contumelia affecti, sed etiam illi, à quo tu es af-  
fectus, etiam si odio te ipsum prosequatur. Tene-  
ris quippe & lege naturæ & diuina uitate scanda-  
lum. Nam licet tu iam illum inimicum diligas  
cōmuni amore (ut diximus) & sicut lex dilectio-  
nis præcipit: nihilominus hoc latet uniuersum  
populum, nisi signo aliquo exteriori loquēs cum  
illo, ostendas illum non odire. Sicut quis habens  
concubinam, postea uero ab illa discedēs, casta ui-  
uat obseruans domini mandata, tenetur illam à  
domo

domo eicere non solum propter periculum, sed  
etiam propter scandalum: qui etiam licet esset in  
gratia cōfirmatus teneretur illum expellere à do-  
mo, ut uiter scandalum, cum alij nesciant an ab ea  
discesserit. Sic tu quamuis inimicum diligas tene-  
ris illum alloqui: non enim satis est ut diligas, sed  
est opus ut hoc sciant alij: quod illis constare non  
potest, nisi te uiderint cum illo loquentem. Vnde  
diuinus Paulus: Si proximus scandalizatur, non  
manducabo carnes in æternum. Quemadmodum  
enim si uideres aliquem, qui coram sacramento  
altaris genua non flectit, nec caput nudat, sed ter-  
ga uerteret: utique tu illum hereticum & infidelē  
iudicares, quia non ostēdit signa Christiani, quā-  
uis catholicus & fidelis esset. Ita tu si proximum  
non alloqueris, quamuis cum diligas, homines ta-  
men iudicabunt, te eum prosequi odio: quod scan-  
dalum uitate teneris. Quod si hoc sacre scripturæ  
appositissimo exemplo pendere libet, repete  
secundum Machabæorum librum. Vbi Eleazarus  
compellebatur edere carnes porcinas contra legē  
Moysi, qui nō acquiescens imperio Tyranni uo-  
luerunt quidam ut alias carnes, de quibus licebat,  
comederet: sub furo & prætextu porcinae carnis:  
qui comedere noluit, non quod porcina esset ca-  
ro, sed ut scandalum aliorum uitate. Nam licet  
uere suinam carnem non comederet: attamen pu-  
tarent alij Iudæi eam comedere, & sic ipse causa  
esset scandali. Sic in præsentiarū, licet proximum  
diligas, attamen opus est, ut exteriori opere id ma-  
nifestes, ne contrarium ab aliis iudicetur. ¶ Secū-  
do etiam illum alloqui teneris ratione fraternæ  
correctionis. Nam unusquisque in maxima ne-  
cessitate, proximum tenetur corrigere, & quāuis  
inimico tuo existens in mortali peccato alij præ-  
dicent & amicitiam persuadeant, non ita uere cō-  
mouetur & conuertitur ad Deum, ac si tu illum  
esses alloquutus, qui offensus es. Nemo enim est  
qui tam apte inimicum curare possit, quā inimi-  
cus suus. Scorpio acerrimus inimicus est muris,  
& hæc duo animalia maxime inter se contraria  
sunt: medicamentum autē presentaneum morsui  
scorpionis est mus occisus & apertus, positusque  
morsui. Sic nimirum inimicus inimicum curare  
potest, si cum blādis & amicis uerbis alloquatur,  
& coram eo humilietur. Quod exemplum Chri-  
stus sanctissimus & benignissimus amicus etiā ini-  
micorum suorum nobis dedit, qui coram scelera-  
tissimo Iuda genua flectens pedes eius lauauit,  
quem sciebat traditorem & inimicum suum esse.  
Utique si impius uellet medicinam accipere, be-  
nignissime & clementissime oblata illi fuit, attam-  
en cum obstinatus esset animo, nihil illi profuit.  
Sic tu quamuis offensus sis, ex parte tua id facito:  
quod decet iustum & rectū uirum. Nam si uide-  
res hereticum plurimos in ciuitate decipientem,  
dum tamen scias quod si illum fueris alloquutus,  
illum ab errore suo auertes, teneris ad illum sub  
pœna peccati mortalis accedere, & illi consulere.  
Pari igitur ratione, si scis & probabiliter credis,  
quod inimicus tuus non peior & deterior fiet, sed  
melior, si illum alloquutus fueris blande & ami-  
cē, teneris illum alloqui, & coram illo humiliari,  
ut saluam facias animam proximi tui. Ex sua nā-  
que tecum inimicitia multi scandalizantur, & suo  
malo exemplo plurimos corrumpit: quod si tu

cum tua loquela id uitate potes, teneris illum mo-  
nere. Non solum illum diligere debes, sed plura  
signa amoris ei ostendere quā amico. Nam si ali-  
quando amico beneuolentiam non captaueris, id  
incuriæ uel negligentia tribuet: quod si id feceris  
cum inimico multi propter odium id facere puta-  
bunt: atque ideo ratione scandali uitandi potius  
inimico, quā amico amoris pignora debes offen-  
re. Christus redemptor noster in cruce pendens, Luce. 23.  
prius pro crucifixoribus suis orauit, cuius exem-  
plo discere curā de inimicis habere. Extra hos duos  
casus non ad amplius cum illis teneris, quam ad  
generalem amorem & charitatē, quam etiam er-  
ga omnes proximis habes, nihilominus ex bono  
cōsilio id deberes facere, quippe hoc opus est ma-  
ximū meriti & perfectionis. Scio etiam quod ultra  
hos casus potest quis inimicis loquelam interdi-  
cere, sicut pater filio, & prælatus subdito. Nā cum  
prælatus peccatum subditi multis modis possit  
corrigere, potest etiam hoc modo, scilicet seuerū,  
& iratum uultū ei ostendens. Sic fecit Dauid cum  
filio suo Absolon, qui etiam si uenisset in Hieru-  
salem, faciem tamē regis duorum annorū spacio  
non uidit. Quomodo uir mansuetissimus hoc fe-  
cit? Et ita mansuetus & benignus, ut de eo psal-  
mus canat: Memento domine Dauid, & omnis  
mansuetudinis eius. Et ita misericors, ut etiā à Se-  
mei maledictus & lapidatus, noluit uindictam su-  
mere, cum posset Abisai eum interficere. Qui etiā  
cum à Saule persequeretur, & bis ipse Saul pos-  
set occidere, noluit. Qui igitur fieri potest, ut tam  
mansuetus homo, qui illatas iniurias tam uirilī  
animo tulit, filium suum non alloquitur? Utique  
quia iudex eius erat & rex, & hac pœna filij cul-  
pam castigabat. At si rogites, poterit ne subditus  
cum prælato hoc facere, filium cum patre, mulier  
cum marito, aut inferior cum superiori? Minime.  
Sed quid est quod tu uel focū, uel fratrem tuum,  
uel vicinum non alloqueris? Etiam si tu offensus  
sis, tamen lex Christi suauis hoc uult, ut prius eū  
alloquaris. Uter utrum offenderat, Christus mu-  
lierem Samaritanam, an ipsa Christum? Certum  
est mulierem illam Christū offendisse, quia idolis  
deseruebat, & concubina erat: nihilominus tamē  
Christus eam prius alloquitur, & loquelam inci-  
pit, & dixit illi: Mulier, da mihi bibere. Quod uti-  
que fecit ut eam ad se conuerteret. Sic tu etiam si  
offensus sis, prius inimicū debes alloqui, ut cum  
confundas, & conuertas: ut ipse uident humili-  
tatem tuam, & uirtutē seipsum etiam humiliet, &  
sedet. Sed quid ad hæc tu inique dicis, qui plures  
iam sunt transacti dies & anni, ex quibus proxi-  
mum tuum non alloqueris? Ne, obsecro, cū Da-  
uide teipsum excuses, quia tu non iudex es proxi-  
mi tui, ut ipse Dauid Absolonis, qui pater suus  
erat, dominus, & rex. Si illū diligis & bona ei de-  
sideras, quare illum nō alloqueris? Est ne excom-  
municatus: quorum conuersatio ab ecclesia no-  
bis interdicta? Quomodo tam minimum cor  
quod proximum minimum capere non potest,  
Deum tam magnum & capiet? Qui creaturam non  
capit, quomodo capiet creatorem. Aspice uene-  
no uiscera tua plenā habes, & inimicus es Deo,  
quando fratrem tuum odis, & mendacio tuam ne-  
quitiam operire uis, cum reuera illum odio pro-  
sequaris. Si illum diligis, alloquere eum: & bona  
opera

Psal. 9.

Psa. 1.

Matth. 7.

Psal. 119.

Psal. 138.

Psal. 48.

Matth. 27.

1. Cor. 8.

Matth. 6.

Matth. 13.

Luce. 23.

2. Reg. 14.

Psal. 131.

2. Reg. 16.

1. Reg. 24.

2. Reg. 26.

Ioan. 4.

opera illi facito, tuncque clarius apparebit quod illum diligis: homines quippe corda non nouimus, & signis exterioribus cognoscimus à te eum diligere. O odium & inimicitia detestanda, quarum inuentores vtiq; Dominus in profundū abyssi detruderet, vt vel sic tam ingens lues mundi concordiam non destrueret. Sed prohi dolor: nam plerumque isti, qui has inimicitias gerunt nunquam in meliorem mentem redeunt, nec conuertuntur: atque ita tanquam bruta animantia intellectu carentes suis odiis inuoluti in ima Tartara descendunt. Cuius tam deprauati vitij non possum non mirari amatores: nam cum in sacro euangelio inueniamus libidini & luxuriae deditos, auaritia, & latrocinii, & multis aliis generibus vitiorum ad Christū se conuertisse: Pharisei tamen qui Christum odio persequebantur non sunt conuersi, atque ita animo obstinato in profunda Tartara descenderunt. Maxima quidem difficultate odia euolantur ab anima, & ferè omnes qui in his contentionibus & iurgiis vitam agunt, tanquam lapides sua duritie & pondere in profundum inferni migrant. Peccatores verò voluptatibus & carni dediti, vel iam in morte cum caro vires deperderit, ad Deum conuertuntur, & poenitentiam agunt, eodem modo superbi, ambitiosi, & auari. Omnia hæc vitia cessant: minimè verò odium, quousque in sepulturam ipsum hominem comitatur. Preterea in inferno vbi tot abundant tormentorum genera, non sunt deliciae carnis, nec delectatio ciborum, non auaritia, nec cupiditas diuitiarū, sed summa paupertas. Sed hoc pestiferum & execrā-dum vitium ibi etiam maximè viget, vbi proximi & Deus intrinseco odio habentur à damnatis. Attende, obsecro, quam nialum sit proximi odire, quod vitium cū in vita nunquā eradicatur ab anima, ita etiam in morte & post mortem manet, quousque in infernū eū descendit, vbi ipsi demones in Dei odio obstinati sunt. Diligite ergo inimicos vestros. ¶ Et prima ratio huius dilectionis sit propter maximam vtilitatem, & commodum, quod nobis afferunt. Etenim ratio naturalis dicitur, vt homo eos diligat, qui bona ei conferunt: nam in bestiis ipsis & feris animantibus hoc experimento cognouimus, canis enim, mus, & ipse leo ferocissimus suos benefactores diligunt. Igitur si ratio postulat, vt benefactorē amore prosequamur, eadem lex postulat, vt inimicum diligamus: quādo multa bona nobis impartitur. Plura bona ab inimico, quā ab amico suscipis. Nam cū amico simul conuiuaris, bacchinalia exeres, aliorum famā detrahis, & multa vitiorum genera committis: ita vt ipse pallium sit tuorum flagitiorum, & scelerum, cum vna cū eo Deum audeas offendere. At inimicus studiosum te efficit, cautū, & prouidum: nam si corā eo loqueris, quid dicas attendis, ne postea tibi detrahat: neve calūniatur. Et si forsitan concionaturus es, & aliquos inimicos seīs ad concionem venturos infonnis totam noctē studendo transigis, ne tuam ignauiam aduertant. Sed amici plerūque stimuli sunt, & calcaria, vt in peccata tendas: inimici verò tuorum peccatorū frangulum. Quod si attentius & cū prudentia rem hanc volueris contemplari, inuenies certe multa maiora bona ab inimicis, quam ab amicis accipere. Quocirca bene & prudenter dicebat Socrates, ho-

minein maxime indigere vero aliquo amico, vel crudeli inimico: nam amici (si veri sunt) verum semper consulere debēt: quia verò nos veritatem auscultare nolumus, permittit Dominus, vt inimicos habeamus, qui ea dicant & consulant nobis, quæ amici nolunt, nec audeant. ¶ Præterea inimici nostri aptant & præparant nos, vt in cæli abeamus. Quocirca egregius vates dicebat: Bene-gne fac in bona voluntate tua Sion, vt edificentur muri Hierusalem. Non loquitur hic diuinus propheta de ciuitate illa superba Hierusalem, quam ipse incolebat: sed de cælesti illa Hierusalem loquitur, quæ patria beatorum est, de qua Apostolus ad Galatas inquit. Illa autem, quæ sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. Huius ciuitatis muri subuersi erant angelorum casu, qui quidem reparandi & reedificandi erāt sanctis & immaculatis animabus, quæ in eam non ascendissent, nisi filius Dei carnem assumeret, & mortem pateretur. Rogat itaque Dauid vt carnem assumat nostrā, & homo fiat, vt misericors & benignus sit, vt vel ita muri illius ciuitatis renouentur & sedes illæ perditæ reficiantur & restaurētur. Singuli igitur nostrū lapis est, quo muris illius ciuitatis reficiendi sunt. Ita nos beatus Petrus appellauit, cū dixit: Et ipsi tanquā lapides viui. Quomodo igitur lapides priusquā in altū adificiū collocētur, multis instrumentis ferreis aptātur, vt quisque suo loco cōueniat: ita etiam si nos volumus in altissimū gloriæ adificiū collocari, opus est vt in hac misera lachrymarū valle appetemur & præparemur multis laboribus & persecutionibus, vt tandem illi cælesti adificiū gloriæ lapides inepti simus. Artifices igitur, qui suis instrumentis nos ad hoc adificiū aptāt, inimici sunt: qui iniuriis illatis & persecutionibus aptos nos in cæleste adificiū reddunt. Hæc rem cōtemplans, sacrosancta ecclesia, quæ diuino spiritu regitur & gubernatur in illo hymno, qui incipit, Vrbis beata, loquens de cælesti illa gloriæ Hierusalem, dixit de illis, qui eam ingressuri sunt. Omnis qui ob Christi nomen hic in mundo premitur. At si interroges. Quomodo hi lapides aptādi sunt? Tensionibus, pressuris, expoliti lapides suis coaptantur locis, per manum artificis disponuntur per mansuri, sacris adificiis. Attende, rogo, quod inimici suis persecutionibus aptum lapidem te reddunt in adificiū gloriæ: si autem inimicos non diligis, perferri & aptari nequis, quod si aptari nequis, perinde nec in gloriam introire. Qui inimicos non vult, lapis viuus non vult esse cælestis illius Hierusalem: nam si perferri & aptari recusas, vix fieri potest vt collocari possis in cælo. ¶ Attende, obsecro, & vide quantum vtilitatem tibi afferant, & verbis scripturæ crede id affirmantibus: & non solum non debes illos odio prosequi, sed potius amare ardenti charitate, & (si opus fuerit) eis genibus flexis deferuire. Quia sine dubio velut instrumentum sunt nobis, quō in æternā beatitudinem ascendamus. Cū clauum parieti figis, dum maioribus ictibus eum percusseris, tātō magis firmus & tenax est. Ita nimirum dum magis atque magis ab inimicis persequeris, & dum maioribus ictibus percuderis tātō magis fixus es Deo, & cum illius

illius amore copulatus. Ne te poeniteat perseque-tionum inimicorum tuorum: quandoquidē animam tuam multis diuitiis auctam ac locupletatam reddunt. Si aliquis vt tibi malū inferret (etiā si id faceret mala intentione) pilas auri in te con-iiceret, vtiq; si cautus esses deberes illas colligere, atque ita iste talis malum tibi cupiens, teipsum diuitem efficeret. Conuitia igitur & iniuria, quas in te inimicus tuus iacet, pilæ sunt auri, tu autem tacens humilia teipsum & eas collige, vt thesaurum locupletissimum in cæleste regnum tibi reserues. Et etiam si hic inimicus sit, & deprauati animi, sibi ipsi damnum infert, tibi verò commodum & vtilitatem. Nam si fustem habes, qua puluerem vestimentorum tuorum excutias, non pateris in ignē mitti, sed potius eam seruas: quia tibi vtilis est. Inimicus igitur tuus velut fustis est, qua Dominus animam tuam mundat ab omni peccatorum sorde: quod Dominus per Esaiam affirmavit dicens: Assur virga furoris mei. Assur qui persequutor erat, & inimicus populi Israel dilectum suum populum dominus castigabat. Quod idem Dominus tecū facit per manus inimici tui. Quid igitur est, quod virgam in ignem vis mittere? Quare ò in sane & stupide plures æstimas pallium tuum, quam animam tuam? Nō vis virgam in ignem conicere quia vestes tuas mundat, imò eam seruas maxima cura: inimicum verò tuum, quia ab anima puluerem peccatorum excutit, destruere & subuertere vis? Si dux aliquis arcem fortissimam expugnare, ex qua multis tormentis in eum & in suum exercitum damnū inimico inferret: si post captam arcem tormenta omnia & spicula frangeret, nonne hic talis insanus & amens iudicaret? Tormentis vtiq; nulla impudenda est culpa: sed eis, qui ignem apponunt. Ita inimicus velut tormentum est, qui sua natura bonus est, & compos diuinæ gloriæ: cui nullam culpam imputare debes, sed ei qui ignem apposuit, scilicet iræ, vel odio, vel alicui passioni. Hanc malitiā persequi debes, ea quippe est, quæ tibi damnū infert. Id quod Dominus fecit, non te persequitur, sed malitia quam peperit homo, & hæc ad ingulum ducenda est bonis operibus & verbis. Sic in Prouerbiis dicitur: Responso mollis frangit irā. Sic & Dauid: Mane interficiebam omnes peccatores terræ. Et quomodo interficiebas eos? Bonis operibus. Sic interfecit Saulem inimicum suum, ei parcens cum posset illum occidere. Vnde Saul humiliter cognouit peccatum suum. Postquam verò dux hic milites interfecit, qui ignem apposuerunt, tormenta seruat: quæ optima sunt ad custodiam arcis. Ita tu inimicum tuum blande tracta, & ne aduersus illum irascaris, nec aliquod malū ei inferas: quia bonus & vtilis est in tuam defensionem & custodiam. Quocirca illū diligere summa charitate debes, quia ipse horologium est, quod vitam tuam dirigit, & in optimum vitæ institutum ducit, quodque teipsum vt à somno expergiscaris vocat. Et denique quod ignis in auro efficit, & ventilabrum in paleis, & aqua in linteis: idem inimicus in anima efficit: quandoquidem mundat & puram animam ab omni immunditia reddit, & conscientiam tuā ab omnibus inquinamentis purgat. Charitate igitur cū illo vtere, quia dignus est hac retributione: siquidem tantam vti-

litatem tibi affert. Quia etiam si modo malestiam aliquam tibi inferat, non ideo poenitere te debet, nam vt Paulus inquit: Charitas patiens est, benigna est, non agit perperam, non amulatur, &c. Si patiens est, debet patientiam verberati: si benigna est, maledicentibus non debet respondere: si quæ sua sunt non quærit, resistere non debet odipienti: si non æmulatur, non debet inimicū odio prosequi. Et tamen præcepta diuinæ pietatis superant præcepta Apostolica. Plus enim est cōdonare iniuriam, quam inimico cedere: plus est amare inimicos, quā non æmulari: quæ omnia Dominus & fecit & dixit. Nam cum malediceretur, nō maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: & pro crucifixoribus orauit dicens: Pater dimitte illis. Hoc Christi exemplum debes semper præ oculis habere. Sed tanta est hominum stultitia & insania, quod cum aliqui viri religiosi aliquos homines exorant, vt inimicis veniam condonent: si exemplum Christi Saluatoris nostri ob oculos illis afferatur, qui inimicis suis pepercit, & pro crucifixoribus suis exorauit, respondent ipsi, aliquid dixisse putantes. Christus Deus est, ego autem homo sum. Dic mihi, obsecro, si rex sumpta scopa domum mundaret, & diceret militi, accipe scopam, & munda domum, quando rex tuus hoc facit: nonne ab hominibus irideretur si responderet, rex hoc facit, quia rex est: ego autē homo pauper sum. Vtiq; in ipsum verba sua retorquerentur. Si igitur rex domum purgat: quid est quod tu vilis vermis hoc facere recusas? Sic in istos, qui nolunt inimicos diligere, arma & spicula retorquenda sunt. Si enim Christus Dominus cum sit Deus, parciit inimicis suis, & pro illis orat: quid est quod tu homuncio id facere recusas, & fluuola oratione insontem conaris te ostendere? Exemplo igitur Christi inimicos tuos debes diligere, & propter maximam vtilitatem, quam tibi afferunt. Malleus quando lapides aptat, ipsis lapidibus vtilitatem infert: at sibi ipsi damnum affert, quia hebes fit. Sic inimici sibi ipsi damnum asciscunt, & quos persequantur benefaciunt: quocirca eos debes diligere. ¶ Si quis tibi aliquod munus afferet, longū aggrediens iter, & per multa pericula transiens, non solū non aduersus eum ira esse comotus, verū etiam amice eum susciperes, & gratias illi referens, eum in domo tua hospitatus esses. Ita inimicus tuus cum te persequitur, grāde munus, & multis perfectis laboribus tibi affert, quia beneficium tibi confert: maxima suæ animæ iactura: si igitur tam opulentum munus tibi offert, suis propriis expensis summa lætitia debes illū suscipere, illius miserans, qui vt tibi propriæ conscientia nocet. ¶ Secunda autem ratio, quare inimicos debemus diligere est, ob graue malum, quod ipsi sibi inferunt: nam vt in hac vltima collatione ostendimus nobis malum facientes, sibi ipsis damnum acquirunt. Vnde si is qui tibi bona fecit opera infirmatur, vel percussus est, iustū & æquum videtur, vt illi subuenias & compatiaris. Quodquidem ratio naturalis dicitur: at si aliter feceris: immanis & barbarus es. Oportet igitur scias, quod cū ab inimico persequeris, maius malum sibi ipsi comparat, quā tibi. Vnde legimus in Genesi quod Lamec qui interfecit Cain dixit vxoribus suis Adæ & Selæ: Audite vocē meā vxores Lamec,

1. Cor. 13.

1. Pet. 2. Luc. 23.

Genes. 4.

Lamec, auscultate sermonem meum: Quoniam occidi virum in vulnus meum: & adolescentulum in luore meo. Prius attentionem petit, & auditu exoptat & nō immerito: quia id quod dicit auditu dignum est. Dicit itaque virum interfecisse in vulnus suum, & adolescentulum in luore suo: quia Cain, & seruum qui illū ducebat, interfecit: & hoc est in vulnus meum, & in luore meo. Ac si clarius diceret. Interfeci Cain, & meipsum: quia grauius meipsum, quā Cain percussi. Illum nāque in corpore lesi, me autem in anima. Ipsi corporalem vitam adei, nisi autē animā. Inimicus enim non tantum malum tibi efficere potest in corpore, in fama, nec in re: vt sibi ipsi in propria conscientia. Si igitur tu inimicum tuū lēdis & percutis: hoc est, percussum percutere, & mortuum interficere: quod quidē grauius crimē est, & maxima crudelitas. De quibus hominibus Dauid in Psalmo dicebat: Quoniam quē percussisti, persequuti sunt, & super vulnus dolorē addiderunt. Vulnus vulneri addis, & ictum ictui, cum inimicum odis, vel aliquid mali illi inferis. Ita sancta ecclesia loquens de instrumentis passionis Christi, dulces clauos vocat, dulcem crucem inquiens. Dulce lignum, dulces clauos, dulcia ferens pondera. Sed ferrum lanceae crudele appellauit, dicens: Quo mucrone dirā lanceae. Clauī namque crudelissimum fuisse tormentum Christo: quia manus & pedes eius plus iusto in cruce extenderunt. At lancea nullum illi intulit malum: nam Ioannes inquit, quōd cum venissent ad Iesum, & vidissent eum mortuum, vnus militum lancea eius latus aperuit. Quid igitur est quod lanceae vulnus cum Christus id non fenserit, crudele id appellet? Vtique quia mortuū Christum vulnerauit: quae immanis crudelitas est. At si crudelitas est mortuum percutere, immanitas penitē erit inimicum vulnerare qui mortuus est. Ruit enim inimicus tuus furens, & ardenti ira aduersus te percitus, vt te ipsum perdat & destruat, iam igne inferni ardens: quem protinus debes misereri & compati cū eius animam videas perditam, sibi graue malum inferens, tibi verō cōmodum. Ideo Dauid in psalmo: Inimici mei circūdederunt me sicut apes: exarserunt sicut ignis in spinis. Merito quidē egregius vates apes in collationem attulit, quae grauius sibi malum inferunt alios pungendo, quā eos quos persequuntur. Fungit digitum tuum apes, & ipsa protinus moritur, tu verō luto appolito digito mederis; & melle gaudes in alueis ab ipsis recōdito. Sic inimicus alios persequens, seipsum occidit sicut apes: tu verō melle gloriae satiaris. Igitur si dulci melle frui vis, & gloria caeli satiaris, opus est, vt persequutionē patiaris, & pungaris ab apibus. Etenim vt fuscissimū animal, nihil facit apes ipsum pungentes, vt gaudeat melle aluei: nec tu multi facere debes laciones inimicorum tuorum, si melle gloriae satiaris cupis. Nemo sanctorū martyrum sine inimicis gloria adeptus est: & omnes persequutionem passi sunt. Præterea ignis in spinis strepitum facit, sed spinas non comburit. Vidit Moyses in monte rubum ardentem, qui nō comburebatur. Ita bilis & verba inimicorum tanquā ignis sunt non comburens, sed strepitum faciens: nisi forte tu lignum aridum & sicū fueris omni virtute deflitutū. Bene igitur inquit Dauid, quōd

inimici sui circuerunt eum tanquam apes, & sicut ignis in spinis: quia nullum damnum illi intulerunt etiam si vomentes ignē venirent, at venientes tanquā apes non solum non damnum illi fecerunt, verum etiam maximam vtilitatem portarunt, quia animam suam tanquam suum mellis reliquerunt, ipsi verō mortui manserunt. Omnes persequutores sibi ipsis nō solum animā, verum etiam corpori damnum asserunt: & omnes iustorum persequutores infeliciter mortui sunt. Saul qui Dauidē mortali odio persequabatur, seipsum misere interfecit. Postea verō iussit Dominus Dauid, vt omnes posteros suos crucifigeret. Et Absalonis corpus, qui in arbore suspensus mansit, Ioab triplici lancea ictu transfodit. Et Semei, qui Dauidi maledicebat, ense interemptus est: & Siba de collatus. Quem, obsecro, obitum habuit Iezabel illa, quae Heliam prophetā persequabatur? Vtique quae à canibus dilacerata fuit, & ab equis concucata. Et Athalia, quae regalem Profapiam inimico odio persequabatur, pugione interempta fuit. Et Aman persequutor populi Israelis & omnis familia eius suspensus in cruce obit. Eodem modo Nicanor, Antiochus, & omnes iustorum persequutores infelicissimis mortibus tandem occumbunt. Si igitur inimici tui cum te persequuntur, nihil aliud sibi moluntur quam miserā & infelicem mortē: quid est quod tu super hoc eos persequeris? Illos igitur desine, nam satis eis est sua misera fors, & calamitas, & tantum & tam graue damnum, quod sibi ipsis inferunt cum te persequuntur: imō potius eis debes parcere, & quae bona poteris in eos cōferre: quandoquidē tibi sunt causa vel occasio vt in caelesti patria corona gloriae insignitus appareas. ¶ Tertio diligendi sunt inimici, quia illis damnū non potes inferre, quin tibi prius grauius noceas. Nam si quis, vt vestem suam, qua indutus est, scinderet, quia ei non placet, seipsum pugione interficeret, nonne insanus & amens hic talis esset? Sic tu inimicum tuum nō potes ferire, quin prius te ipsum percutas, & multo grauius quā illum. Vnde beatus Aurelius Augustinus. Non potest fieri vt qui odit alterum nō sibi prius noceat: ille enim laedere conatur extrinsecus, & se vastat intrinsecus: quāto enim animus noster corpore maior est, tāto ipse prospicere debemus, ne ipse laedatur. Laedit autē animū suum, qui alterū odit. Haec tenet Augustinus. Lege eundem Augustinum in psalmum 34. super illud, In laqueum cadat in id ipsum. Quapropter optime dixit in sua prima canonica beatus Ioannes: Qui odit fratrem suum, homicida est. Quis tamen Ioannes? Quomodo possum occidere inimicū absentem, licet odiam eum? Dicit quōd qui odit homicida est. Cuius? Vtique sui ipsius. Omnis qui odit occidit seipsum: ergo omnis qui odit, homicida est. Si igitur tu inimicum tuum odire non potes quin prius te ipsum interficias: neque illū vix laedere, quin grauius te ipsum percutas: nonne saluberrimum videtur tibi Christi cōsiliū praecipientis, vt inimicum diligas? Si odis illum, te ipsum perdis: sed si illum diligis, tibi ipsi caues: & inimicus iam in odio suo perditus manet. Qui manu accipit prunas vt alium cōburat, iam prius seipsum laedit & comburit. Sicut candelā, qui vt alios comburat, se ipsum consumit. Quae igitur maior

maior insania esse potest, quam inimicum odio prosequi: quando hoc fieri non potest, quin prius in graue malum tibi cedat? Fuit ne vnquam tam amens homo, qui cum comedēs esset, & linguam dentibus momorderet, dentes euellat? Aut qui linguam scindens, si pedē suum percussisset, manū abscindat? nonne istos tales, qui hoc facerent omni profusus desitutos mente diceretis? Scitote igitur proximum meum magis mihi propinquum esse, quam dentes aut manus. Erit ne cor dati hominis, vt si proximus contumelia me ipsum affecerit, vt vindictam ego sumam, membrū meum qui proximus est, scindam? Si autem alia ratio nō esset, vt inimicum non persequaris odio, scilicet, ne damnum tibi inferres, cum natura hoc dederit, vt vnusquisque seipsum diligat: haec vtique sufficientissima deberet esse, vt illum potius amares, & felicia semper cuperes. Quod si illum diligere nolueris, sed potius odio habere, & eum persequi: esto, obsecro, vere ei cōtrarius: nam si ille te odit, tu verō illum: non vtique contrarij estis. Sed si ille malus est, te persequendo vt verē cōtrarij sitis: tu illum dilige, & bene illi facito: tuncque ille nequam, tu verō iustus & rectus persistes. Quocirca diuinus Paulus admonet dicens: Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. ¶ Quarta verō ratio quare inimicū debeas diligere, ea est, quia omnes illi labores & persequutiones quos de opprimis, à Dei manu mittuntur, & eos diuina maiestas in vtilitatem & commodum tuum permittit. Vt verum intelligas dictū Amos prophetae: Non est malum in ciuitate quod nō fecerit Dominus. Quod quidem de malo poenae intelligendū venit. Atque ita Satanas, vt sanctū Iob affligeret, prius à Domino petiit facultatem. Et de Saule dicitur: Spiritus Domini malus exagitabat Saulē. Et eum Semei Dauidi malediceret, ipse Dauid suis dixit qui interficere volebant Semei: Sinite illum. Dominus enim precepit ei, vt malediceret Dauid. Ita etiam cum legionē demoniorum Dominus expulit à corpore illius hominis: ipsi daemones licentiam à Domino postularunt, vt in porcos intrarent. Quapropter cū inimicus tuus te ipsum persequitur, considerare debes potentiam quae in illo est, à Domino esse: quia omnis potestas à Deo est, nec aliquod malum tibi infligere posset, nisi prius facta esset illi à Domino licentia. Vnde cum Dominus patientissimū Iob substantia sua orbauit, dixit: Dominus dedit, Dominus abstulit. Aduerte igitur, & verba sanctissimi viri considera dicentis substantiam suam ablatā à Domino, cum daemone id fecerit: vtique id dicit, quia si Dominus non fecisset daemone facultatem, daemone eam non tolleret. Nam is qui suspenditur, latro, non de carnifice conuerterit, sed potius de pretore, aut iudice, qui sententiam tulit: quia carnifex nihil aliud est quam executor iudicis. Vnde quādo Pilatus dicebat, superbia inflatus: Nescis quia potestatem habeo dimittere te, & potestatem habeo crucifigere te? Respondit illi Saluator: Non haberes potestatem aduersus me vllā, nisi datum esset tibi desuper. Et Dauid etiam dicebat: Obmutui, & attendi quoniam tu fecisti. Ideo non persequor inimicum meum: quia tu Domine facultatem illi fecisti, vt me percuteret & affligeret. Quapropter qui persequutores suos odit, non multum distat

quin & Deum odiat. Cum enim nullum recipiat aeternus pater filium quē non castiget, imō quem non mortificet. Si odimus eos, à quibus damna recipimus, facile fiet vt in odium Dei dilabamur: cum nos non lateat nullum malum nobis prouenire, quod non inferat Dominus. Igitur si diuina te deterret maiestas, ne illum odio prosequaris: eadem te deterreat, ne in fratres tuos animū tuum iratum conuertas. Cumque haec sint opera Dei semper cū illis gaudere debes, & gratias illi agere. Vnde beatus Iacobus ait: Omne gaudium existimate fratre, cum in varias tentationes incidertis. Atque ita tanquam amicorū beneficium in nos collato gaudere debemus. Quocirca Redemptor noster Iudam traditorē amicū appellauit: nam etiam si intētio & animus eius inimici esset, opus tamen amici fuit: & ideo qui nos persequuntur, opera amici in nos conferunt. Gaude igitur cum omnibus operibus Domini, si Christicola es. Si autem propter has omnes rationes, quas adduximus inimico non vis patere: graue quidem malum est, vt omnis persequutiones & labores, quos dominus hominibus tribuit in correctionē suorum peccatorum, te ipsum deteriorem efficiant. Quemadmodum enim cultellus non bonus esse arguitur, si dum magis mūdatur, rubigine cooperitur: ita arguitur Christicola prauus & iniquus esse, qui dum persequutionibus & laboribus purgatur, durior & deterior fit. Euenit autem, vt inimicis tuis non parcas, cum te persequuntur, quia diuina gratia priuatus es. Cultellus si ei deficiat aēs, statim rubigine cooperitur, nec mundari vult cum totus sit ferrum. Itā homo, qui sensualis est persequutiones renuit, & cū illis deterior fit: quia aēs gratiae illi deficit. ¶ Relinque igitur o homo peccator vindictam Domino: nam si omnia dicta non sufficiunt vt inimicum diligas, & vindictam sumere vis, id aequum esse iudico & cōsentaneum rationi. Nam si vehementer cupis vindictā sumere, illam Deo relinque, nam Dominus melius & grauius in eum animaduertet, quam tu. Attende, obsecro, quomodo persequutores Dauid, & eos, quos supra memorauimus puniuit. Mihi vindictam (ait Dominus) & ego retribuam. Respōdeas, rogo, si quis te certum faceret, quod iste inimicus, qui modo te persequitur, suspendendus est anno venturo, & quod mēbra eius in medijs viis in crucibus & lignis sunt ponenda, nonne laetus & alacer maneres? Certo igitur certius scire debes, quod is, qui modo te persequitur, & forsitan prius quā crastina dies adueniat in cruce inferni suspēdetur: quod quidem de fide certissimum est, & ita infallibile, nisi prius veniam à te petat, & vniuersum incommodum tibi restituat, & de sceleribus poenitentiam agat. Multo grauiorē poenā Dominus illi iniiciet, quam ea fuerit quae à te potest inferri. Quapropter ei potius condolendum est & beneficiis afficiendo, vt conuertatur: ne in tantum incidat supplicium. Quod si hoc tibi durum videtur perpende quod hi, qui oculis infirmantur pannū viridem coram oculis ponunt, vt acies visus magis acuat. Sic tu coram oculis tuis cōstitue inuaginem regis Dauid, & si illos infirmos habes perfectam consequeris sanitatem. Et ne resillas dicendo. Inimicum habeo sceleratissimū: nam si quena volueris ostenderis, non tamē erit Saule deterior: qui

Psal. 68.

101. 19.

Psal. 117.

Exod. 3.

1. Reg. 30. 2. Reg. 21. 2. Reg. 21. 3. Reg. 24. 1. Reg. 25. 4. Reg. 9. 4. Reg. 11. 1. Mat. 15. 1. Mat. 23.

Rom. 12.

1. Cor. 13.

Iob. 1.

1. Reg. 16.

1. Reg. 16.

Mat. 8.

Rom. 13.

Iob. 1.

Iun. 19.

Psal. 38.

Heb. 12.

Iaco. 3.

Mat. 26.

Rom. 12.



Chry. ho.  
de Saule  
& Dauid,  
de, de qua  
toleranti-  
a. 10. 1.

1. Re. 24.  
26.

Matt. 18.

Matth. 6.

Matt. 5.

Luc. 22.

Luc. 23.

qui cum semel & iterum à Dauide posset interfici, ipse tamē ob tanta beneficia accepta in sua malitia persistit. Lege Chryostomū. Quid igitur est, quod tu inimicum tuū accuses? Quod terræ partem ademit, quod iniuriam contulit, quod murmurauit? At nondū eripuit vitam, quod facinus molitus est Saul: quod si vitā eripere conatus est semel inimicus tuus: iterū atque iterum, vt sæpe sapius Saul Dauidi: quod si vitam sæpius auferre curauerit: non tot beneficiis ac ipse Saul fuit affectus: nec cum semel & iterum incidisset in manus tuas, vitę eius pepercisti. Quod si adhuc hoc etiam effeceris præterea ipse Dauid te benignitate & pietate superat: non enim paria sunt hæc, cum vita agebatur sub veteri lege, & modo postquā euangelica gratia fruimur. Non audierat Dauid parabolum de decē millibus talentis, nec illud: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus: nec Christum audierat dicentē: Diligite inimicos vestros: nec vidit illū curantē Malchum, nec in cruce pendentē brachiū extensis audiuit dicentē, pater dimitte illis: sicut tu, cui hæc plusquam nota sunt. Quod si oculos fixeris in sanctissimi regis vitam, nec satis est, vt tuum lapideum, & adamantinum cor molliatur, vt inimico parcas: conuerte oculos in Christū crucifixum, qui ob tuū amorem à planta pedis vsque ad verticem capitis eius in seipso nullā conspicit sanitatem: & pro inimicis oratione clamat ad patrem. Et considera quod cum aliquis tibi dicit, vt inimico indulgeas: ipse Christus inquit: Fili mi propter meipsum parce modo, siquidē quotiescunque ex toto pectore veniam à me postulas, liberaliter condono etiam si mille flagitiis & sceleribus aduersus me deliqueris. Aequum est & rationi consonū, vt aliquid à me rogatus facias, quando pro te tot & tanta feci.

¶ Quod si adhuc pertinax es, & proteruus in tua malitia persistis, nec exēplo Dauidis adducto, nec Christi redemptoris nostri commoueris, vt indulgeas: leua leua oculos tuos in altū: & vide quam gloriā Dominus paratā habeat his, qui suos inimicos diligunt, quæque diues & opulenta sit merces, quæ ob id tibi reddetur. Qui adliquod maris spaciū nauigant, ne caput illis turbetur, & ne nauis facies stomachum, quousque in interitū deuenias, & ideo turbidā aquam tribulationis non conspicias, nec oculos ad persecutionē inimici conuertas. Oculos tuos in littus cōiice, nec salisquam aquam aspicias. Coniice inquā oculos tuos in littus illud cæleste, & saluberrimū portum, in quem iter facis, & aspice patriam illā viuentium, in quā quotidie nauigas, considerās sublimem illam gloriā, & præmium æternū, quod Dominus paratum habet his, qui patienter tolerāt persecutiones, & inimicos suos diligunt. Fieri non poterit, quin si breuitatē persecutionis, & magnitudinē præmij fueris contemplantus, inimicis tuis parcas, & eos diligas plusquam amicos tuos: quandoquidem causa & instrumentum sunt vt in cælesti regno laurea gloriæ coroneris. Quod si hæc quę diximus sacratissimi illius sancti martyris Stephanij exemplo apposituissimo videre cupias, huc adli-

attentis auribus. Nam cum ipse inter furorē persecutionis & lapidum & armorum strepitū constitutus esset, nō oculos coniecit in malitiam inimicorum, sed in littus cæli, vbi cor suum iam habebat collocatum, & in hæc verba prorupit. Ecce video caelos apertos, & Iesum stantē à dextris virtutis Dei. Quodquidem si tu in persecutionibus tuis fecisses, non perturbaberis, nec molestē illas ferres: sed auxilium & iuamē diuinum inuenies, & Christum benignū Dominum, qui tuis dextris adest, manum suā porrigens. Vnde beatus Stephanus non Christum vidit sedentē, sed potius stantem: vt ij esse solent qui adiutorium aliis ferunt. Tuleris igitur, obsecro, frater mi dilectissime patienter furores persecutionū propter Christum, & ob sanguinē in passione sua pro nobis effusum: quandoquidē hæcenus nō tantum sanguinē pro Christo sudisti, quantum ipse pro te. Attende, obsecro, quā copiosa sit retributio, & quā minimus labor, qui breuissimē finietur, illud autē æternum præmiū in perpetuū daturum. Tempus enim breue est (inquit beatissimus Paulus) sed merces copiosa. Quidquid in hac vita est, vanitas est: quæ hodie nascitur, & iam hodie finitur. Conuerte oculos in sanctos illos martyres, qui immanibus tormentis sanguinē & vitā suderunt: quorum omnium in beata illa patria gaudentes & exultantes iam obliuiscuntur. Quod si te tanti huius domini benignitas, vt inimicis tuis parcas, nihil commouet: si ingentia illius in te merita ab inimicorum persecutione te auocare nō valent, si honor, gloria, diuitiæ, triumphus, quæ inimicis suis indulgentibus parata sunt, nec tantillum te commouent: id certē mouere maximē debet, vt infamiam fugias, pudor quem contrahas, cum ante iudicis tribunal feuerissimi sis sistēdus, immania etiam supplicia, quibus proculdubio afficeris. Elige vtrum volueris, vel inimicum diligere, vel æternis cruciatibus torqueri: quod quidem non loquelæ sunt hominum, sed euangelica & æterna veritas. Responde, obsecro, ad has voces dī infelicitissime homo qui in inferno cruciaris. Quare proximum tuum nō dilexisti? nam si illum diligeres, vtique non arderes in inferno. O hominis miseram infelicitatē, qui potius ardere elegit, quā diligere. O insanam & ridendam electionē, nam si proximum diligeret, cum Christo perpetuo gauderet: quia verō amare illum noluit, ignibus æternis cruciatur. O manifestissimam fallaciam hominis, qui in hac vita tantillum doloris non vult pati: vult autē in ventura perpetuos sustinere cruciatūs. Si Ethnicus aliquis hoc euāgelium legeret, vel audiret, quo Christus præcipit inimicos diligere: post hæc verō iste abiret in plateas, & audientias, vbi tot lites & contentiones aguntur inter Christianos, vnum ex duobus diceret: aut quod non credimus euangelio, & rem ridiculam id iudicamus: aut quod gaudemus in tormenta gehēnæ ire. Velles ne tu in eū locum descendere, in quem infidelis & paganus tendit? Si igitur in potiorē locum post hanc vitā ire cupis, quam paganus & infidelis, plusquā illi facere teneris. Si igitur tu solum amicū tuū diligis, quid amplius facis quam Turca? Dilige igitur inimicū tuum quod Turca nec Ethnicus facit, & post hæc vitam meliorē locum obtinebis: A mor inimicorum rubrica est, qua infectæ sunt oues Christi. Et

457.

1. Cor. 7.

Matth. 5.

idem Christus dicit: In hoc cognoscet, quod discipuli mei estis, si dilectionē habueritis ad inuicem. Si igitur amicū diligis, nonne & Ethnicus hoc facit? Sed quia de his inferius in hoc capite suo lococo dicemus, & quomodo per dilectionē inimicorum simus filij, quæ omnia Lucas noster, vt Mattheus tractat, vterius procedamus ad ea explananda, vbi Lucas agit de operibus bonis proximis nostris exhibēdis, licet inimici sint. Sequitur ergo. *Bene facite his qui oderunt vos.* In primis autē hic venit aduertēdum, quod semper vbi Dominus de amore loquitur, protinus de eius effectibus sermo nem ingerit, quæ opera sunt. Nā in cœna illa vltima cū Apostolis dixisset: Hoc est præceptū meū, vt diligatis vos inuicē: statim de operibus loquitur: dixit: Maiorem chantatē nemo habet, quā vt animam suā ponat quis pro amicis suis. Et iterū. Si quis diligit me, sermonē meum seruabit. Attēde quomodo statim vt de amore fuit loquutus, de operibus loquitur. Et in Leuitico præcepit Dominus dicens: Ignis in altari meo semper ardebit. Et subdidit: Quem nutriet sacerdos subiiciens ligna. Vult Dominus, vt in altari cordis nostri semper sit ignis sui amoris, qui alendus est & sustentandus ipsis operibus. Nam quemadmodum ignis constituitur & perit nisi semper ligna ei addideris: ita etiam amor moritur, nisi eū bonis operibus alueris. Opera vult Dominus, & opera petit. Nam, vt fieri non potest, vt ignē habeas in sinu quin cōburaris, ita etiam impossibile est, proximi diligere, & frigidum in operibus esse. Quocirca statim vt in Mattheo Dominus de amore inimicorū egit, sermonē inferuit de operibus, quæ in eos cōferre debemus. Vnde sicut hæcenus diximus de dilectione, modo acturi sumus de signis dilectionis, quæ sunt opera: sed ea meminisse oportet quæ diximus superius, statim vt incepimus agere de dilectione inimicorum. Nā sicut de dilectione inimicorum, & interiori amore loquuti sumus, eodē modo & sub eisdē terminis de operibus inimicis exhibendis loquendum est. Nam sicut dilectio inimici interior in generali cōsiderata est absolutē necessaria de necessitate præcepti, in speciali verō cōsiderata non est de necessitate præcepti, sed secundum præparationem animi: ita de signo dilectionis exterior exhibendo dicendum est: nam quedam sunt signa amicitia, quæ in cōmuni exhibentur proximis, alia verō in speciali. Generalia sunt, vt cum quis orat pro defunctis, aut pro salute & felicitate fidelium, aut pro toto populo: quæ quidem generalia opera teneris exhibere de inimicis de necessitate præcepti. Nā si in hunc modū preces funderes. Proficiat hæc oratio omnium fidelium salutis demptis inimicis meis, in mortale delictū incideres. De particularibus autem beneficiis aut signis dilectionis, vt pote de communicatione lætitiæ cum eo, vel de profectū eius in aliquibus: dicendum quod non teneris de necessitate exhibere vel ostendere: sed solum secundum animi præparationem, scilicet, quod animus tuus sit paratus, vt si inimicus tuus fuerit in articulo necessitatis, & non potuerit per alterū ei prouidere, tu illi subuenies. Quod autē extra articulum necessitatis quis faciat inimico hæc particularia beneficia, ad perfectionē pertinet, per quam non solum vult vitare peccatum faciendo ne ipse malus sit per odium

idem

proximi: sed etiam vult inimicum beneficiis superare vt eum bonum faciat, quæ quidē superabundans charitas est, & sub consilio cadit, quod tu facere deberes, vt salutē anime proximi tuo acquireret, pro qua Christus dignatus est mori, vt ipse Apostolus admonet dicens: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi: hoc enim faciens carbones congeres super caput eius. Quod fere idem consilium in Proverbiis habetur. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit da ei aquā bibere. Prunas enim cōgregabis super caput eius, & Dominus reddet tibi. Quantā vim habeant bona opera, vt inimicus iram & furorē deponat, in ipso Iacob apertissimo exemplo videtur: qui bonis operibus iram fratris Esau mitigauit. Theriaca præsentaneum remedium est, & singularis medicina aduersus venenum: quæ quidē ex ipso veneno & aliis optimis confectiois componitur. Ita tu si theriacam admirabilem, & singularem medicinam volueris conficere vlcibus animæ tuæ: accipe tibi inimici tui malitiam, quæ venenū est, & alias res bonas simul, scilicet si esurierit, ministrare illi cibum, si sitit laborat, potum dare, si fuerit nudus, vestibus illum operire: quæ quidem res si admixtæ fuerint cum veneno suæ malitiæ, mirabilem conficies theriacam, quæ infirmitatibus animæ medicamentum sit saluberrimum: nam ob hæc parcat tibi Dominus alia multa peccata, quibus coinquinatus es, & simul etiam infirmitati inimici tui medeberis: nam cum ipse inimicus bonitatem & patientiam tuam attenderit: pudore suffudetur, & in melius emendabitur. Nemo quippe ita adeo immanis est & barbarus, qui si videat te multa ei bona facere, in retributionem suæ malitiæ, & quod ipso absente multa bona de illo prædicas, & laudas, non confundatur, & in faniorem mentē redeat. Attende, obsecro, per viscera misericordiæ Dei, quo pretio Christus animam inimici tui redemerit: nam si ipse sanguinē suum pretiosissimum exhibuit, non multum si tu fragmentum panis dederis: & si necessitate laborauerit, illi subuenias: quandoquidem non in hac re multum laboris impendes. Itā sanctus rex Dauid, cum Abisai vellet nequam illū Semci interficere, qui per syluam tendens lapides in Dauid iactabat, & contumeliosis verbis illum afficiebat, nunquam permisit aliquid mali ei fieri, cum facile posset pœnas sumere. Et Christus Malcho seruo pontificis, qui simul veniebat cum Pharisæi & Scribis, vt eum in carcerem detruderet, auriculam curauit, cum Petrus illā scidisset. Et hoc idē agens in Mattheo de bonis operibus, quæ in inimicos conferre debemus addidit. Sicut pater vester cælestis qui solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: & plus super malos quā super bonos. Nam oriente sole terram calefacit, & ita terra vberes fructus producit panē, vinum, flores & fructus. Quis, obsecro, his copiosus fruitur iustus ne, an peccator? Vtique malus. Nam hic plures habet hæreditates, oliuas vineas, & denique plures messes: & maiorem portionē terræ sortiuntur infideles quam Christiani, quandoquidem ipsi possident Africā, Asiam maiorem & minorem Aegyptū, Achaiam, Bithyniam, Syriam, Macedoniā, cū reliqua orientali terra. Vnde peccatores in libro Sapientiæ ad inuicē dixerunt:

Rom. 12.  
Prov. 25.

Genes. 33.

2. Re. 16.

Luc. 22.

Matt. 5.

Venite

**Sap. 2.** Venite coronemus nos rosis, antequam marcescant, nullum pratū sit, quod non pertranseat luxuria nostra, perfluamur bonis, &c. Et in psalmo dixit Dauid: Ipsi peccatores abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias. Ipsi enim sunt qui plus eis gaudent, quæ sol & terra producunt, quam reliqui iusti. Iam igitur vides quomodo maiora bona terrena sæpe Dominus in hac vita cõferat malis, quam bonis, & maiora inimicis quàm amicis.

**Exod. 5. & 8.** Nonne vides quæ miracula & prodigia inimico Pharaoni miserit & ostēderit? Et dū plures inimicos in mundo habebat tunc Dominus eum visitauit, & humanam carnem assumpsit. Sic Paulus Romanis ait: Concluserit Deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur. Tunc Deus mundum inuisit, quando plures habebat inimicos: & quando maior vastatio grassabatur. Sic tu dū inimicus tuus magis indignus fuerit, vt ei parcas: tūc illi debes indulgere & maiora bona illi facere: vt vel ita bonitas tua inter malitiam suam splendeat velut lumen in tenebris. Cuius rei si appositissimum exemplū videre cupias in quarto libro regum id inuenies. Nam cum latrones Syriæ capere vellent prophetam Eliseum, duxit illos propheta in mediam Samariā: cumque rex illos interficere vellet, non solum non id voluit propheta, sed potius splendidissimum conuiuium illis fecit: ex qua re ita cõfusi sunt latrones, vt dicat scriptura, quod vltra non venerunt latrones Syriæ in terrā Israel. Attende, obsecro, quomodo cõfusi sunt bonis in pensis operibus à sancto propheta. Potius inimicum tuum humiliabis, & iram ipsius franges bonis collatis operibus, quàm malis: dumque inimicus deterior fuerit & indignior bonis, tãto melior illi tu debes esse. Verum quia inimicus te ipsum corde persequitur odiendo: opere, persequendo, & ore maledicendo: tu è contrario debes illum ex toto corde diligere. Ideoque Dominus dixit: Diligite inimicos vestros. Secūdo si te opere persequatur, tu ei bona impende: ideoque dixit: Benefacite his qui oderunt vos. Et tandem si lingua sua tibi detraxerit, multa tu bona de illo prædica: sicut modo præcipit Dominus. *Benedicite maledicentibus vobis.* Vult Dominus vt toto corde, ore, & opere inimicum diligamus, ei retribuendo bona pro malis. Sic in Marco legimus quod discipuli Christi laborabant remigando, quia erat illis ventus contrarius. Vide, obsecro, quomodo sancti infelici & contrario vento remigant. Itā tu si in portum illius cælestis patriæ peruenire cupis, contrariis & aduersis calamitatibus ab inimicis illatis nauigare debes. Contrarium maledictionis est benedictio: & quod aduersatur odio, amor est, & malo repugnans, bonum est. Quocirca si inimicus tuus malus est, tu esto bonus: si te odit, eum ama: & si tibi maledixerit, bona de illo prædica. Quo aduersante vento beatissimus Paulus nauigabat dicens: **2. Cor. 4.** Maledicimur, & benedicimus: persequutionē patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus. Sic sanctissimus Ioseph, quem fratres venderāt, cum descenderet in Aegyptum, cum fletu magno occurrit, & osculatus est eos dicens: Nolite timere. Sic Moyses, quē populus multoties contempserat, & lapidare voluerat, his non obstantibus pro eis ardenti amore ad Dominum orabat, dicens: Dimitte peccatum populi huius, aut dele-

me de libro vitæ. Sic Dauid pro Saule orabat, & bene de illo loquebatur, eiusque fortitudinē laudauit, & mortem illius lamentatus dicebat: Gladius Saul non est reuerfus inanis. Filiae Hierusalē super Saul flete, qui induebat vos cocino, &c. Sic beatissimus Christi martyr Stephanus, vento contrario nauigans, pro crucifixoribus orabat dicens: Domine Iesu, ne statuas illis hoc peccatum. Denique ipse Christus in nauicula crucis vento contrario nauigans inter scyllam & Charybdim inimicorum & carnificum pro eis ad patrē suum precibus exorauit dicens: Pater dimitte illis. Sic omnes sancti in portum salutis nauigauerunt inimicos diligendo, orando pro eis, & bene illis faciēdo. *Et orate pro calumniantibus vos.* Orare debemus pro inimicis nostris exemplo Christi Saluatoris nostri, & sponsæ suæ sacrosanctæ ecclesiæ: quæ preces pro inimicis Iudæis fundit, hæreticis, & schismaticis in die pasche. Moyses etiam proiecit se super faciem suā orans pro calumniatoribus. Sic sanctus propheta Samuel cum eiceretur à principatu, dixit: Absit vt cessem orare pro vobis. Sic diuinus Paulus admonet dicens: Benedicite, & nolite maledicere. Et Esaias loquutus de Christo dixit: Ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit, vt non perirent. Etenim oratio pro inimicis facta, plurimum valet coram Deo. Vnde Dominus per Hieremiam: Si steterint Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populū istum. Hos duos nominauit præ cæteris patribus, & horum orationē sic exaltauit & magnificauit: quia hos duos tantum pro inimicis orasse in veteri testamento legimus: Alter eorum lapidibus cæsus à populo, pro lapidationibus orauit: alter verò cum eiceretur à principatu, preces ad Dominū fudit. Quocirca, vt Hieremias nobis commendaret excellentiam orationis factam pro inimicis, vtque ostenderet Dominum meritissimo aduersus populū illum irasci, horū orationem tanquam maximi ponderis & valoris attulit. Porro qui calumniantur peiores sunt persequutoribus, quamuis vtrunque apud Mattheū dixerit. Calumnia quippe non solum falsa fingit, sed etiam ea, quæ pie gesta sunt labefacta & denigrat. Sanctus Ioseph non solum persequutus fuit à fratribus, sed & calumniam passus est à domina sua: quia inuitatus ad crimen, cum fugiens in manibus domine pallium reliquisset, falso fuit accusatus de adulterio. Quocirca hæc contemplatus egregius vates ad Dominū clamans dicebat: Redime me à calumniis hominum: vt custodiā mandata tua. Nam cum ipse totius belli pondus suscepisset, & in funda & lapide Gethæim Goliath percussisset, cœpit calumniam pati à Saule rege: & ideo dicebat: Redime me à calumniis hominum, vt custodiā mandata tua: nam qui calumnia opprimitur, non facile custodiare potest mandata Domini. Etenim necesse est plerunque tristitie aut timori cedat, aut vel metu calumniæ & dolore affligatur. Itaque non solum vos persequentes diligite, sed etiam pro calumniantibus orate. *Et qui te percussit in unam maxillam, præbe illi & alteram.* Quod quidem consilium est, non præceptum. Ideoque non est opus vt exteriori opere id adimpleas, sed vt animum paratum habeas, vt si opus fuerit id pro Christo sustineas. Sic benignissimus Domi-

dominus ei, qui percussit in vnā maxillam non præbuit alteram, sed maxima charitate eum corripuit. Sicque consilium hoc adimplendum est, ita vt proximis magis prodesse videamur. **¶** Obserua autem quod phrenetici dū medicis magis conuiciantur, tanto magis medici illis condolēt, & maiorem compassionē suæ infirmitatis habēt. Si autē aliquis medicus irasceret propter verba quæ phreneticus ei dicit, talis vtique infānus iudicaretur. Sic tu cõsiderare debes quod is, qui te ipsum percutit phreneticus est, & omni profusus mēte destitutus, & passio infirmitatis vitij sui facit eū delirare. Ideoque tu irasci non debes, sed compassionem suæ infirmitatis habere, illi medendo, impendēs ei bona opera: paratuque; debes esse & præsentis animo, vt pro Christo percussaris alapis & fustibus.

**2. Cor. 11.** Sic diuinus Paulus Corinthiis suis dicebat. Libenter suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. Sapientes sustinere debent ignaros: & cordati insipientes, & sani infirmos: nam medici prudentes phreneticos curant: Ideo addidit. Sustinetis enim si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cedit. Etenim per horum completum homo cū Christo componitur, diabolus ab homine vincitur: & plena pax inter homines obtinetur. **¶** Obseruandum etiam hic est fuisse Pharisæorum commētum, licere omnibus vim repellere: quoniam à Moysē dictū legerunt. Oculum pro oculo, dētem pro dente. Quod si verum esset, vt quisque suā iniuriā vindicaret, quid opus esset iudicio? Manifestē itaque patet hoc dictū pertinere ad magistratus, quibus dominus gladium permisit, & commissit ad puniendum malos: illi autem dictū domini deprauantes suis affectionibus id accommodarunt, quod de magistratibus peculiariter dictum erat. Etenim non cuiusuis est leges ferre, & vindictam sumere. Itaque in eo quod hic Christus dicit de exhibitione alterius maxille: & quod subdit statim de tunica, nihil aliud docere voluit nisi vt Christianus homo aliquo modo læsus non querat vindictam, paratiorque sit ad grauiora ferenda quam ad vindictam sumendam. Et vt breuiter omnia dicta complectar tale cor dominus in suis amicis postulat, quod ab omni impatiētia, & vindictæ cupiditate, & omni contētiōne sit alienum. Nec tamen negauerim posse contingere vt iuxta Christi verba, etiam altera maxilla sit exhibenda: nec dubitauerim, quin nō hoc semel à piis hominibus factū sit. Porro, an Christiano homini liceat aduersus Christianum iure agere, & coram iudice eū conuenire modo nō disputamus. Potest suam iustitiam implorare, & sanctum & pium esse velle, vt delicta puniantur, nē Deus ab aliis offendatur. Id autem quibus homo facere debet, ne hoc faciat vt vindictam sumat: vtque passionē animi sui sequatur. Charitas enim in huius modi negotiis consulenda est: nihil autem refert, quod iudicio assistas, siue non: sed quo animo hoc ipsum facias, plurimum refert, quod idem sentiedum est de hoc quod modo sequitur. *Et ab eo, qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere.* Nō intelligendum est, quod tenemur illa dimittere, quandoque aliquis à nobis illa auferre voluerit: quia ista nō esset perfectio charitatis sed potius anxia & occasio ad malum proximi vt quis accipiat res alienas, & efficiatur auarus & violentus.

Sed intelligi debet hoc de animi præparatione, scilicet, quod si alicui fuerint ablata aliqua eorum quæ possidet, ideo ob hoc nō commoueri debet in fratrum odium, sed animum habere paratū ad perdendum hæc, & alia multa, antequam proximorum charitas amittatur. Licitum tamē est sine contentione & scandalo ablata repetere. Vbi intelligere debes, quod hic Christus dānat lites, contentiones, scandala & damna, non iustitiā & iudicium. Et si non potueris repetere temporalia, ait etiam quod tunicā des illi, qui vestimētum tulit: quia melius est rerū temporalium iacturā facere, quā æternæ vitæ. Iudicia enim tribunalia, & magistratus non dānat Christus: sed inimicitias, odia & contentiones, quæ propter res temporales oriri solent: ita vt sepe sæpius iniuicem conuiciantur, pugnant, & occidūtur homines. Si sine diuina offensione rem tuam recuperare non potes: sic adeo animam tuam æstimare debes, vt raptā non debes repetere, sed quæ remanserunt dare si opus fuerit, ne tantus & tam magnus dominus offendatur. De quibus contentionibus & iudicijs Corinthios Paulus arguebat dicens. Iam quidem omnino delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis iniuriam patimini? *Omni autem petenti re tribue: Et qui aufert, quæ tua sunt, ne repetas.* Eodem modo venit intelligendum hoc, vt id quod superius statim retulimus, scilicet vt potius homo paratus sit damnum proprium pati, quā vt scandalum pusillorum suscitet: si id aliter sedare non valeat. Melius enim est, vt quod aufertur non repetamus, & quod potius pereat: quam quod aliquid fiat charitati contrariū. Præterea id quod ait, omni petenti tribue, intelligendum est de illo, qui iuste petit. Omni inquam qui iure petit tribuendū est, sic elemosyna necessitatem habenti, eroganda est. Iuste nāque pauper diuiti petit, quia indiget. *Et pro vt vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.* Quia proximos tenemus ex charitate diligere tanquam nos ipsos: ita nos facere tenemur eis, sicut nobis ab ipsis fieri cupimus. Hoc quippe fraterna dilectio postulat, & lex naturalis dicit: cuius duo sunt communia atque præcipua præcepta. Vnū negatiuū, quod habetur in Tobia, scilicet Quod ab alio oderis tibi fieri, vide ne alicui feceris. Aliud est affirmatiuum quod ponitur hic à Christo. Quæquidē præcepta leges sunt naturales à Deo datæ, quibus homo dirigitur vt actiones proprias operetur: & quia affirmatiuum est maioris perfectionis, decuit Christum in euangelica lege illud proponere, quæ lex maioris est perfectionis: & quanto perfectius quis hoc præceptū adimpleuerit tanto perfectior erit. Adimplendum est tamen loco & tempore opportuno: quia præcepta affirmatiua obligat semper, & nō pro semper: non enim obligat omni tempore sicut negatiua: sed tātum loco & tēpore necessitatis. Nullus ab hac lege excusatur, nullus ignorantia excusabitur. Dauid enim ait. Multi dicunt: quis ostendat nobis bona? respondet tamen ipsemet dicens. Signatū est super nos lumen vultus tui domine. Hæc lex naturalis fixa est cordibus nostris, & æque antiqua ac ipse homo: qui vero eam nō seruauerit, nullam excusationem coram domino habebit. Quod tibi vis, alteri facito. Manifesta obse-

1. Cor. 6.

Tob. 4.

Ps. 4.

ero quidquid in hac vita cupis: certè aliorum amicitiam vis, ab aliis amari & honorari: at si videas te ab aliis despici, aut odio haberi, doles: optasque ut in tuum amorem deueniant, & vt te colant, qui contra faciebant. Hoc autè, quod tu tibi optas, præcipit Deus, vt tecum fiat. Dices, rectè quidè consultum est honori meo, ne scilicet, quis contra me insurgat: & opto etià, vt ego aduersus aliquem leuare caput, vt impunitus manerè. Impia & iniqua est hæc tua lex: nã Christus hic dicit, quod vultis, vt faciant vobis, idem vos aliis facite. Nã si Christus in Matthæo præcipit, vt gehenna puniatur qui te despicit, gehenna par est, vt puniatis si alios despexeris. Si autè non vis, vt aliquid tibi rapiatur, ne tu fureris, &c. Na n vt vnus est omnibus Deus, ita omnibus est vna diuina lex. Mirabile quidem est, quomodo Ethnicus aut infidelis homo audita hac lege illam non accipiat. Vtque pecudes & non homines esse credo qui tam regiam & nobilem legem non accipiunt. Iustitiæ domini rectè (inquit David) lætificat corda, præceptum domini lucidum illuminans oculos. ¶ Obserua nõ dixisse Christum hic, vt faciunt vobis homines, sed vt vultis vt faciatis vobis homines. Nã si diceret, vt faciunt vobis homines sic facite illis: intelligi posset, mala debere fieri, malefactoribus, & odio inimicos prosequi: quod certè absurdissimè est homini Christiano, & ab eius religione profusus alienum. Etiam si modo multorum sit proverbium, qui bene mecum fecerit, multa bona deus illi impèdat: malum autè mittat in eum, qui malum mihi fecerit. Multo aliter Christus redemptor noster docet, qui ait, Diligite inimicos vestros: & benefacite his, qui oderunt vos. Merito ergo ait, quod vt vultis, vt faciatis vobis homines, ita facite illis. Et quæadmodum tu velles ne saluum aliquod testimonium tibi imputaretur, nec quod res tua tibi raperetur: idem ipsum Christus inquit, vt cum proximo facias. ¶ Obserua autè hoc nõ esse intelligendum de quocunque actu voluntatis nostræ: sed de voluntate rationali, siue consilij. Multi quippe causa sunt scandali: & alios ad peccandum inducunt. Nec tu velle teneris, quod vt tu malus es cum proximo tuo, ille alter tecum sit. Ideoque vt vultis voluntate bona & rationabili, & recta, vt faciatis vobis homines, ita facite illis. ¶ Expende etià quod homines dixit: nam à Deo & Angelis multa volumus fieri nobis, quæ non possumus facere illis: redditur tamen vicissitudo illis solo charitatis affectu. *Et si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis est gratia?* Hoc est, si tantum vos amates, diligitis & non alios: quod meritum inde vobis euenit? Nullum sanè. *Nam peccatores diligentes, se diligunt.* Quia hoc naturale est, quamuis nõ semper: quia odiunt corripientes illos, quando puniuntur vel corriguntur: iuxta illud sapientis. Non amat pestilens eum, qui se corripit. Et Amos ait. Odio habuerunt corripientem, & loquentem perfectè abominati sunt. ¶ Obseruandum est quod Christus in hoc loco dicit peccatores diligere peccatores, non intelligitur, ex charitate, quæ amor infusus est, & spiritalis, nam qui tali charitate diligit amicum, merebitur vitam æternam. Peccator tamè in mortali existens peccator, non potest mereri vitam æternam. Intelligendum est tamen, peccatores diligentes se, diligunt, scilicet, amore carnis, naturali, & sociali. Nam qui amicum diligit ex charitate: diligit

Matth. 5.

Psal. 138.

Pron. 15.  
Amos 3.

etiam inimicum: quia charitas se ad omnes extendit, quia si inimicum non dilexerit, in peccato mortali est, & tunc nec amicum diligit ex charitate, quia charitas caret. Diligere autem amicum quia diligit nos ex charitate, meritum est vite æternæ: sicut omnis actus ex charitate procedens. Signum autem, quo quis non diligit amicum ex charitate est, quia inimicum non diligit. Ideo qui aliquem hominem odit, nullum veraciter diligit. Itaque qui ex charitate diligit amicum, etiam inimicum diligit: & si inimicum non diligit, neque amicum diligit ex charitate. Sed qui in charitate est, omnes vere diligit tam amicos quàm inimicos. ¶ Denique dilectio inimici maioris mihi meriti videtur quàm amici: quia si præmium essentialè respicitur feruori dilectionis feruentior est voluntas in dilectione inimici, nam tendit circa ea ad quæ non inclinatur: & ideo requirit maiorem feruorem circa finem, id est, circa Deum. Quia ad hoc, vt quis diligit amicum decem gradibus feruoris, feruoris: ad hoc autem, vt diligit Deum duobus gradibus feruoris: oportet vt diligit Deum quadraginta gradibus feruoris: quia inimicum non diligit nisi propter Deum: & ideo dilectio inimicorum non tantum quia ex maiori conatu procedit voluntatis, sed etiam quia ex feruentiori & maiori dilectione circa finem oritur, magis meritoria est quam dilectio amicorum. Nam si hic duos appositos in mensa habetis cibos, alterum bene conditum, alterum verò male: manifestum est quod bene conditum teipsum inuitabit: vt ex illo maleduces alius verò non. Ità amicus tuus tibi est bene conditus: nam quemadmodum hic cibus ad comedendum inuitat, sic amicus vt cum ames & quemadmodum amarus cibus & potio amara vt sumatur & comedatur maior conatus & vis requiritur, ità cum inimicus sit cibus amarus & insipidus, opus est maiori conatu vt ipsum diligamus: & ubi est maior conatus ibi cæteris paribus est maius meritum. Beatissimus ille Stephanus cum à carnificibus lapidaretur, in dominum se conuertit dicens. Ne statuas illis hoc peccatum. Et quod pro se rogauit stans dixit, Domine Iesu accipe spiritum meum. At quando pro inimicis suis exorauit, genua flexit. Positis autem genibus, clamauit, ne statuas illis hoc peccatum. Quoquidem factum cum genibus oraret flexis, ostèditur agonia & feruentissimus conatus, quo pro inimicis orabat: nã genua flectere nihil aliud est, quam voluntatem inclinare ad orandum pro illis Dominum. Et veterius dicitur, quod clamabat voce magna, vociferans: manifestum enim est, quod vt aliquis vociferetur opus est maiorem habere in pectore conatum, quam vt submissius quis loquatur. Quia quidè re nobis significauit, quod propter negotia sua non opus erat voluntatem inclinare, nec magnum conatum adhibere: sed ad orandum pro inimicis suis maiorem conatum addidit. Igitur ubi maiores adhibentur vires ibi maius est meritum: si igitur maiores & potentiores vires exequentur in dilectione inimicorum, ibi erit maius meritum. Vnde dico maiorem perfectionem esse inimicum diligere, quam amicum, quia ex maiori charitate procedit. Nam maior ignis est, qui procul distantes comburit, quam is, qui proximos & vicinos vit: atque

Aa. 7.

que ita maior charitas est quæ attingit inimicum tuum, qui longe à corde tuo distat, quam ea, quam amicum qui proximior est, diligit. Et cum obiectum charitatis sit Deus, vbiuque operatur est propter Deum. Cum igitur amor inimici nihil aliud habeat, quàm Deum, magis purus & perfectus est, quia plus humanas vires superat. Perfectior adamas erit qui vnam ferri libram è terra leuaret, quàm qui acum. Maximum pondus inimicum habet, quæ charitas leuat. Quod etiam si appositissima similitudine audire id gaudeas, audi. Nã quando multi cantores canunt, si inter eos aliquis sit, qui optimam & suauem vocem habeat, cum simul iste cum aliis canat, non ita illa excellèti voce gaudeas, ac si ipse solus caneret. Vnde debes precipere si suauem vocem illius audire cupias, vt omnes alij taceant. Ità quando inimicum diligit, solus diuinus amor canit, quia solus Deus diligitur: at quando amicum amas, etiam si propter Deum illum ames tamen alia multæ causæ sunt: & ideo tunc charitas non ita suauis sonat: atque ita is amor quo amicum diligit non tam purus & spiritalis est, vt inimici, vbi solus diuinus amor canit. Quam quidem perfectionem amoris (vt cætera præclare sollet) volens explicare egregie diuinus Paulus dicit. In hoc apparuit gratia Dei quod cum inimici essent semus reconciliauit nos in Christo Iesu. ¶ At si diceret Christum dixisse. Maiorem charitatem nemo habet, quam, vt animam suam ponat quis pro amicis suis: respondeo quod quando hoc dicebat, tantum conseruabat inter se opera collata amico, quorum maximè est vitæ pro amico exponere. Nam manifestissimè est, plus illi pro amico facere, qui vitam pro illo tribuit, quam qui rem donat, aut aliquid aliud facit. Sed si hoc opus factum pro inimico accipiatis, nullum est dubium quin maioris sit meriti. In hac autè re nolo amplius filii parte adducant sua argumèta & id in scholis disputat. Itaque eandem materiã prosequitur Christus: nam sicut dixerat, diligite inimicos vestros, addidit, si diligitis eos qui vos diligunt. Et sicut dixerat. Benefacite his, qui oderunt vos, nunc etiam in consequentiam ait. *Et si benefeceritis his, qui vobis bene faciunt: quæ vobis est gratia? siquidè peccatores hoc faciunt?* Hoc etiam sicut præcedentia verba intelligi debet: quia si benefactoribus bonum facias, non ipsum Deum intues, sed propter amorem mundanum non est id apud Deum alicuius meriti. *Et si mutuum dederitis his à quibus speratis recipere, quæ vobis est gratia? Nam peccatores peccatoribus sicut amantur ut recipiant equalia.* Si mutuū das non ex dilectione aut charitate, sed propter propriam vtilitatem, vt aliquid ultra sortem accipias: quæ mercedem accipies? Etenim hoc idem peccatores faciunt, peccatoribus mutuum dantes, & ultra id, quod dant, nihil accipiunt, sed tantum æquale. Quanto potius vos, qui meliores estis, debetis mutare, vt æquale recipiatis: sed etiam mutare, nullam habentes spem repetendi id, quod mutuastis, si videatis proximum necessitatem habere? Si igitur peccatores contenti sunt accipientes id, quod dederunt nec aliquid ultra petunt: aliquid amplius vos debetis facere vt eos superetis. *Veruntamen diligite inimicos vestros: & benefacite eis. Tãquàm doctus & prudens magister Christus redemptor*

noster iterum inimicorum amorem commèdat. Vt magister qui lectionem vtilè & necessariam legit, ne memoria discipulis excidat, iterum eam relegit. In quo quidè aperte cõspicis quam necessariam est, inimicum diligere, si in salutis portu appellere cupis: quandoquidè dominus, non semel sed iterum, atque iterum vt inimicos diligas, commendat, & tanquam vtilissimam doctrinam iterum eam repetit. Certos igitur vos facio, quod non scenerabitis nec malum facietis vobis mala facientibus, si inimicos dilexeritis. Bonum omnibus impèdetis: si omnes amore fueritis prosequuti. Nam si amor in cordibus vestris habitauerit, ipse vos docebit, quid facere debeatis. Ideo dixit. Veruntamen ac si diceret. Hoc feruetur exactè, hoc indubitate fiat vt amor sit proximi talis & tantus, vt etiam ad ipsos inimicos extendatur. De hac dilectione: & de operibus inimicis impendendis iam diximus. Ideo nunc ad alia gradum properemus. Igitur ignis abscondi non potest, & amor si verus sit ipsis operibus ostendi debet. Atque ita si amore ardes fieri nequit, vt proximo non subuenias si illum videris in necessitate constitutum. Si igitur amor præcepit, vt indigenti proximo, ex substantia tua tribuas: qui fieri poterit, vt suam rapias? Vnde Christus postquam proximorum dilectionem cõmendauit, & charitatè quam erga illos exercere debemus, præcepit ne sua rapiamus, sed quod illi mutuemus, nec aliquid ultra mutuū repetamus. Et ideo subdidit. *Et mutuum date, nihil inde sperantes.* Si proximum diligit bonum illi facio, mutuū dando, & ne malum facias ultra id quod dedisti accipiendo. In quibus verbis aliquid est consilij, & aliquid præcepti. Consilium enim est: vt des mutuū: nam extra casum necessitatis extrinsecus nõ teneris tua dare proximo. Verum si ita mutuū dedisti: præceptum domini est, vt nihil ultra id quod dedisti, accipias. Maxima quippe iniquitas est, accipere vsuram propter id, quod mutuasti. ¶ Primo quia vsurarius vendit pauperi tempus, quod omnibus est commune: merito temporis indigentia punitur vsurarius: vt inquit David. Viri impij non dimidiabunt dies suos. Et licet iste diu viuat: cuius seculi, in morte occupatus, temporis indigentia punitur, non habens locum penitentia. De eo namque Ecclesiasticus dicit. In tempore redditionis postulabit tempus. ¶ Secundo cum commodare sit pecuniam ad eius commodum dare: vult impius pauperi pecuniã dare, & commodum apud se retinere: quod quidem omni rationi profusus aduersatur. Præterea vsurarius vult, vt ea pariat, quæ nunquã pepererunt: & vt ea generent, quæ nunquã generarunt: nã vult vt nãm sui singulis mèsibus alios numeros pariat, quod quidè contra naturam esse. ¶ Obserua autem quod vsura idè est quod morsus, nam in hebraica lingua verbum, nassach à quo, nessesch, id est vsura, significat mordere, vt patet in libro Numerorum ubi dicitur. Si nassach, id est, si mordeat serpens virum. Dicitur autè vsura morsus: eo quod mordeat eum, qui mutuo petit ad vsuram. Vsurarius quippe nõ tantum quod suum est recuperat, sed etiam mordeat in propriis bonis eum, qui mutuo tradit ad vsuram ultra sortem accipiendo. Sicut enim canis aut

Psal. 54.

Eccl. 29.

Num. 21.

\* V \* Serpens.



serpens, aut quodcumque animal mordens trahit secū id quod mordet, seu morsum: ita pecunia trahit ad vsuram trahit secum aliam partē minorē velut morsum suū ex aliena substantia. Quo circa dominus hęc iniuriam velut sibi illatā grauissime repetet. Vnde in Exodo dicit. Simutuaueris pecuniam tuā populo meo pauperi. Non dicit tuo, sed meo: vt scias vsurā non à paupere, sed à Deo exigi debere. Quemadmodū enim ab aspide percussus, dulcedine & suauitate delinitus à somno capitur: & in illa soporis suauitate quiescit donec animā exhalat, quoniam venenum latēs per omnia mēbra diffunditur: sic qui ad vsuras accipit, pecunia oblectatur: sed vsure venenum, per omnes membrorum facultates discurrit, totumque hominem captiuum aere alieno reddit: & qui antea liber erat, vt se in libertatem asserat, diu noctūq; laborat. Considera igitur o homo tu, qui Christianus es, qua munificentia dominum bona tibi omnia largitum esse. Quid obsecro ipse à te petit pro vsu solis & lunæ? Quid pro stellarū splendore & ministerio? Quid denique pro cunctis bonis, quę tibi natura donauit? Pudeat ergo te ab eo vsuram expectare: qui tibi cūcta gratis & sine vsura largitur. Eum hominem sanctus Dauid dicit stare in monte Domini & in loco sancto eius: qui pecuniā suā non dedit ad vsuram. Et Domini etiā præceptū est. Non foenerabis fratri tuo pecuniā ad vsurā neque fruges, &c. Idem habetur in Leuitico, Et in Ezechiele etiā legimus. Vsuram & superabundantiam non accipietis. Et in Deuteronomio Dominus ait. Non foenerabis fratri tuo ad vsurā, pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno. Dixit alieno: quia terra promissionis erat Iudæorum, nam Deus dedit illam Abraham, quam multi ex Gentilibus sub tyrannide possidebant, vt erant Iebusei, Philistei & reliqui. Et quia isti Gentiles contra fas & ius terrā Iudæorum possidebāt, ipsi vero Iudæi illam armis expugnare non valebant cum innumera Gētilium esset multitudo eaque potētissima. Quocirca dominus præcepit Iudæis vt ad vsuras pecunias darent Gentilibus illis: vt vel sic recuperarent quod iustitia & iure suum erat. Vt modo licitum est aliquem se ipsum in re alienam intromittere, accipiendo id quod ipsi debetur: si qui ei debet potens est, & iustitiā aduersus illū nō valet obtinere, si modo sine scandalo fiat. At quod Iudæi faciebāt cū extra terrā promissionis erant, exteris gētibus foenerantes id vtiq; peccatum erat. Et quod modo Christiani faciunt foenerātes, vtiq; peccāt. Nā id quod dominus inquit. Dabis alieno, intelligendum est, de his, qui terram promissionis incolebant: quia hoc non erat alienū rapere, sed quod suum erat recipere. Quod si alias ad vsuras dabant, grauiter peccabant. Et sic intelligitur illud, alieno. Et quemadmodū Iudæi optimo iure Aegyptios expoliauerunt, & eorum suppellectilia rapuerunt, cū exierunt ab Aegypto, quia cum illis tanquā mancipia seruauissent nullā mercedem acceperunt: hoc etiā modo foenerare poterant Palæstinis qui cōtra omne ius terrā suā vsurauerant, quā illis dominus dederat: quę sua erant ita recuperātes. Et in hoc casu foenerare licet, & non in alio. Aduerte etiā quod hoc quod Christus hic dicit, & omnes istę authoritates veteris testamēti intelligendę sunt, si res, quę accipitur

ex mutuo sit precio aestimabilis. Nā si das mutuo vt a micitiam alicuius tibi concilies, non es vsurarius. Eodem etiā modo vsura non est si mutuas, vt bona tua ab alio detenta redimas, & recuperes: & etiā vt à vexatione te liberet: quia hic nullum ex mutuo lucrum acquiritur, sed sola vitatio proprii damni. Ex his etiā, quę pretio aestimantur ratione lucri cessantis, vel damni emergētis poteris aliquid accipere ad arbitrium boni viri, aduertens ad id, quod lucrari posses quia mercator es, & cum mutuaueris, aliquid amisisti. Id ex lucro auferens quod propter laborem acquirere deberes. Alias dare ad vsuram peccatum est, & lege diuina prohibetur, & natura sua iniustum est: quia id veditur quod propriū est, quod cōtrariatur iustitię. In qua re id aduertendum est: quod quædā sunt res, quarum vsus est earū consumptio, & non habent vsu distinctū à cōsumptione: sicut vinū, triticū, & alię res similes, quę vsu consumuntur, quarū rerum cui cōceditur vsus, conceditur etiā res quantum ad suā substantiam: propter quod in talibus per mutuum transfertur dominium. Alię autē res sunt: quarum vsus non est dominium, quia distinguitur vnum ab alio sicut equus, domus, & similia. De his potest quis accipere pretium vsus, sicut patet in conductione & locatione domus, nō autē de aliis, quia proprius vsus pecunię est cōsumptio eius: ideoque illicitū est pro vsu pecunię cōmodatę accipere pretium. Vnde maxime obseruandū est in hac materia rerum mutuataram apud quę remanet dominium rei, quę mutuat. Nam si dominium manet apud eū, qui mutuat, & nō apud eum, qui accipit: si id quod mutuatū fuit amittitur, illi amittitur, qui mutauit: quia res, quę perditur, domino perditur. Quę regulā memoria nō debet excidere. Exēpli gratia. Accipit quis mutuum ab aliquo equū, & simul centū aureos, vt aliquid iter faciat: at vero in itinere contigit vt latrones furati fuerint equū & simul nūmos sine huius causa. Hic talis tenetur ei, à quo accepit centū aureos restituere non autē equum: quia iactura facta fuit sine hominis culpa: & res quę perditur domino perditur, & dominium equi apud eū mansit, qui equum mutauit, & non dominium pecunię. Etiam si aliquando contigit mutuare pecuniā, ita vt qui mutuat dominium apud se referuet vt in cōtractibus societatis: in quibus qui pecunia agit nō aliud habet, quam vsum eius. In quo casu si pecunia, quę substantia est commercij amittitur, domino amittitur, qui eā mutauit: & hac eadem ratione partem poterit obtinere lucri suę pecunię. At qui mutuat, & pecuniam suā in commercium apponit vult vt pecunia sua incolumis maneat, & quod ei soluat etiam si amittatur: at si lucrū inde acquireretur vsura esset. Sed si lucro, vel iacturę talis pecunia daretur, licitum esset. Hęc materia nimis proluxa est, de qua multi multos & magnos codices scripserunt, de vsuris, de cambiis, de depositis, quam modo rem si ex professo agere vellemus esset in infinitum abire, & à proposito digredi. Sed vtinam domino Deo placeat, vt in regum & principum corda inspiret, vt à regnis suis hoc pestiferum venenum exterminent: vt sunt tot tantęque vsurę, tot latrociniā & furta. Ob quę maxime mirari soleo, quomodo Deus yniuersum mundum non subuertat, & fulgura

gura & radios mittat, ne horum hominum tanta prauitas & nequitia pios & sanctos Christianos offendat. *Et erit merces vsurę multa.* Bene quidem inquit multa, quandoquidē diuus Paulus inquit, quod nec oculis vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quę præparauit dominus diligentibus se. Dabit æternos illos & cęlestes thesauros eis, qui in hac vita diuitias congregare noluerunt: qui in hac vita diuitias congregare noluerunt: Verum hæc verba non tantum ad immediate dicta de mutuo referenda sunt, sed ad cætera, quę de dilectione, & bonis operibus proximorum agūt: nam modo ad eos, qui inimicos diligūt loquitur dicens. *Et eritis filij altissimi.* Per adoptionis scilicet gratiam & dilectionis conformitatem: quia Deus inimicis suis multa largitur, quod quidem non facit propter retributionem, sed ex propria bonitate, & charitate, & deniq; propter seipsum: cum ipse sit omne bonum & vltimus finis noster. Sicut hic vt suaderet dilectionem dixit, quod eritis filij Dei. Sic & olim propter eandem rationē dixit. Filij estote domini Dei vestri. Non vos occiditis, &c. Ex amore & pace, quę ad inuicem inter nos fuerit, cognoscitur cuius filij simus, an demonis, qui seminariū est totius discordiæ, & odij: an Christi, qui pacem fecit, & ex vtraque vnum. *O excellentissimam & occultam dignitatem hominis, qui inimicum suum diligit.* Non dicit nos futuros esse seruos Dei, aut amicos, aut aliud simile, sed futuros esse filios sui filij. Sicut in Mattheo etiā dixit. Diligite inimicos vestros: vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est. Dicit itaque quod erunt filij propter vrbānitatem & nutritionem, qua nutriti sunt in hac vita qui inimicos suos diligunt. Hęc est differentia inter filium regis, & filium pastoris: nam pastoris filius protinus vt adultus est, mittitur, vt oues, & sues pascat & sine doctrina & eruditione nutritur: nec magistrum habet, qui illum vrbānitatem doceat. At filius regis pædagogus statim prouidetur, qui illū doceat, moneat & sanctis moribus instruat: quique eum corrigat si in aliquo deliquerit. Quid aliud obsecro inimicum esse existimas nisi quandam pædagogum, qui tui curam habet? Nam quemadmodum pædagogus puerum castigat & corrigat: ita tu si inimicum renuis, neque monitorem vis qui te instruat, doceat, & dirigat. Vnde nec filius perinde vis esse regis glorię, sed pastoris, vt quod libuerit facias, siue ad pascendum porcos siue ad custodiendas oues. Debes igitur pædagogum tibi eligere si hunc titulum tibi vis, scilicet filium esse Dei. Respondeas obsecro ad interrogata. Vis ne in gloriā ascendere nec ne? Vtiq; respondebis, in illam ascendere cupio. Si igitur in cælum ire desideras, & beatus esse cupis: audi Apostolum dicentem. Quod si filij & hæredes: hæredes quidē Dei, cohæredes autem Christi. Si hæres esse vis, & filius debes esse, nam in domo patris filij hæredes sunt, qui autem per gratiam & adoptionem non fuerit filius Dei non ingredietur in cæleste regnū. Si igitur filius Dei esse vis, opus est, vt pædagogū habeas, qui te reprehendat, moneat, quique nunquam oculos à te auertat: & vt tua vitæ caueat, & eis, quę dicis. Reges namque & principes pinguem mercedem pædagogis retribuunt, vt soler-

tem curam suorum filiorum habeant: tibi vero vicinum tuum pædagogum dominus tribuit, nec illi aliquam mercedem tribuis propter curam, quam de te habet. Qui etiam si nihil illi condones ob beneficium in te collatum: saltem gratus illi esto, & illum ama. Summum honorem homines iudicant, in domo regia esse vel secretarium, vel cubicularium, aut quoduis aliud officium præcipuum. O quanto maior est rex glorię, quam terrenus rex: & quanto maior dignitas est filij esse, quam seruum. Merces quidem magna & copiosa est, vt dominus suos filios nos efficiat, & perinde hæredes, glorię. Præterea filij solent parēs suos referre vel in loquela, vel in facie, vel oculis: & plerunque contingere solet vt inter eos aliqua similitudo sit. Ob hanc igitur rationem Christus dicit, quod si filij sumus vt ei assimilemur in benignitate, misericordia, & amore proximorum. Ideo statim post hæc de similitudine quā cum parente nostro habere debemus, agit dicens. *Quia ipse benignus est super ingratos & malos.* Si enim ipse altissimus pater benignus est super ingratos & malos, ita vos esse debetis super inimicos, & peccatores, benefaciendo ingratis, & impiis. Deus quippe ingratis & sceleratis hominibus bona naturę & fortunę copiose largitur. Ideo per Mattheū dicit quod solem suū facit oriri super bonos & malos, & quod pluit super iustos & iniustos. In hoc enim imitari debemus Dei misericordiā, qui ingratis bona multa impartitur. Deus enim nemi ni est debitor. Sic namque Esaias affirmat, & beatus Paulus ad Romanos scribens. *Quis cognouit sensum domini, aut quis cōsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei?* Ex propria voluntate & liberalitate sua confert hominibus, quibus nihil debet, multa & innumerabilia beneficia tam naturę quam gratiæ. Nā qui mali sunt, non sunt digni gratiā, antequam illum dominus impartatur eis: cum nemo dignus sit prima gratiā, quia nulli mereri contingit nisi per gratiam. Et etiā post datam gratiam non solum nō merentur, sed demerentur, quia per gratiā non operantur & perdunt eam illam contemnendo, quę maxima ingratitudo est: quę ex diametro pugnat cum beneficio, reddens ipsum hominem indignum vltiori beneficio. Iam credo videris quam liberalis est dominus cum malis, quamque benignus cum ingratis. Quod quidem tu si patrem tuū referre vis, facere teneris. Aspice obsecro faciem illam benignam, plenam gratiarum, quę peccatoribus semper indulgentissima est: & quo amore Magdalenam suscepit, Zachæum, & latronem in cruce, & alios multos, quos libet sub silentio preterire. Debes etiā illum loquela referre, vt filij parentes, & vide quod eloquium suū dulcissimū est, vt fuit illud, quo alloquutus fuit infirmū peccatorem. Fili remittitur tibi peccata tua. Et quod dulcius esse potuit verbum quam illud ad latronē dictum, hodie mecum eris in paradiso? Similis etiam illi esse debes in incessu, & quibus viis ipse incedat, & attende quomodo obuiam exit filio prodigo, qui omnem paternam substantiam deglutierat in voluptatibus & libidine. Hunc parētem imitari debes: quia eius imitatio filij suum te ipsum efficiet. Ita Daniel dixit vni ex illis senibus, qui Susannam accusabāt. Semen Canaan & non

Esa. 40. Rom. 11.

Luc. 7.

Luc. 19.

Luc. 23.

Matth. 9.

Luc. 19.



me delinquere solent, vt ex leuibus signis opus proximi semper in sinistra parte retorquet: & exteriora tantum videntes, penetrabilia cordis iudicent. Ea enim quae bono, vel iniquo animo fieri possunt, semper animo recto facta putari debent: & charitate excusare, potius quam in deteriorem imputare partem. Sed ad id obsecro attendas, quod Paulus aduersus hos peccatores dicit. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? In quo enim alium iudicas, te ipsum condemnas. Ea enim hominum iam est deprauata consuetudo, vt omnes faciles sint ad iudicandum temerarie de proximis. Et pauci quidem sunt ab hoc vitio alieni: sic adeo hominum creuit malitia. Maxima est copia medicorum, & omnes volunt aliorum infirmitates curare, & infirmis remedio prouideri. Praecipiebat dominus in Leuitico, vt septem diebus leprosus clauderetur. Non permisit Deus sacerdotem facile de lepra iudicare, sed suspendi voluit iudicium septem dierum spatio. Igitur si dominus non permisit ita facile de lepra, quae oculis cernebatur iudicari: quomodo permittet te de cordis proximi tui malitia statim sententiam ferre? In primo volumine regum dicitur, quod Bethsames cum arcam domini nimis curiose intuerentur de illis percussit dominus septuaginta viros, & quinquaginta millia de plebe. Quanto obsecro secretius est ipsam hominis cor, quam illa arca? Quanto maior temeritas penetrabilia cordis hominis iudicare: quam secretiora loca arcae illius? Maxime igitur tu, qui hunc pessimum morem habes, vt semper alienam vitam inquiras, timere debes ne in te dominus mitat similem punitionem & maiorem, quam Bethsames dedit ob insanam suam audaciam. Fieri non poterit quin in manus diuinæ iræ incidas quandoquidem tam audax es vt officium Dei fureris. Homo quippe videt quae foris sunt, Deus autem intuetur cor. Si igitur solus dominus corda hominum videt: quid est quod officium domini usurpare vis, qui hominum intentiones nouit, & iudicat? At dominus honorem suum recuperabit: & in te grauius, quam tu cogitas, animaduertet. ¶ Obserua autem quod haec iudicia temeraria ex triplici radice oriri solent: primo quia aliquis malus est, & ideo credit, alios ei esse similes: nam homo non potest melius de alio, quam de seipso sentire: hoc enim omnis affectus habet, vt in quo homo insanit, cogitet & alios omnes insanire. Vnde in Ecclesiaste habetur. In via stultus ambulans, cum ipse sit insipiens, ceteros putat insanire. Quod quidem non alio, quam ipso experimento cognouimus. Nam cum auarus semper auarum emendo & vendendo proximos suos fallere, alios omnes idem facere existimat. Luxuriosi etiam & carnis voluptatibus dediti, facile etiam credunt & iudicant viros religiosos idem facere: cum ipsi non possint seipso frangere. Sic Vagao cubicularius Holofernis qui Gentilis erat & carnalis, facile iudicauit Holofernem cum Iudith dormire cum longae aliter esset. Qui iniquus est, semper malitiam cogitat, & ubi peccatum non est, peccatum imaginatur: & ubi pax & tranquillitas conscientiae est, semper mala multa ibi esse existimat. Vnde sanctissimus Iob dicebat. Cum pax sit, ille semper suspicatur insidias. Bonis autem multo aliter contingit iudicare: nam cum recti sint simpliciter am-

bulant, & cum omnibus loquantur veritatem, ita de aliis iudicant. Iosue & populus Dei, quia boni erant crediderunt facile Gabonitis dicentibus, quod de longinquo venerant: nec iudicauerunt Gabonitas cum dolo ad eos accessisse. Sancti etiam quia ipsi amicae est veritas neminem putant mentiri, & fallere quid sit ignorant. Vnde Salomō in Prouerbiis. Innocens credit omni verbo. Est enim Christianae mansuetudinis & pietatis proximi dicta factaque simul quoquo animo fiant semper in meliorem partem interpretari. Nam syncerus animus semper propensior est ad bonum opinandum, quam ad suspicandum malum: nisi ipsa res aliter manifeste indicauerit. Sed scelerati, quia impietate pleni sunt facile alios ex quacunque leui causa sinistre iudicant: & aliquando etiam ex leuissima aut proflua nulla causa credentes tales alios esse quales ipsi sunt. ¶ Secundo etiam haec temeraria iudicia resiliunt ex odio & mala voluntate: non solum ob hoc, quia quis alium odit, vel inuidet ei, vel etiam ex leuissimis signis male de illo iudicabit, quia vniciusque facile persuadetur id quod desiderat. Sic Pharisaei, qui Christum inimico prosequabantur odio facile credebant illum non esse prophetam: sicut ille Simon pharisaeus interius cogitabat, quia permittebat se tangi a muliere illa peccatrice. Et cum cecus a natiuitate id testificaretur, non illi acquiescentes parentes eius de veritate interrogauerunt. Isti namque qui proximos odiunt, prouisi sunt ad male iudicandum de illis. ¶ Tertio haec temeraria iudicia resultant ex longa experientia, scilicet, quando quis diu expertus est aliquos homines mala operari, illorum malitiam ex facillimis signis comprehendit. Ideo senes plerumque solent esse, qui de aliis suspicantur, quia experti sunt aliorum defectus: iuuenes autem quia pauca viderunt non suspicantur malum, sed omnia in bonam partem coniciunt. ¶ Postremo obseruandum, quod Christus hic dicit, quod qui male non iudicat, non iudicabitur, scilicet a Deo. Hoc intelligi puto illum non iudicandum esse de hoc peccato iudicij temerarij: nam de aliis sine dubio iudicabitur. Nam quamuis aliquis non iudicat alios, nec aliquid mali commiserit circa hanc Christi prohibitionem: si alias sit vsurarius, fornicator, vel aliud flagitium commiserit, iudicium vtique domini experietur, & damnabitur propter huiusmodi scelera. Itaque illa verba, non iudicabimini, de peccato iudicij temerarij intelligenda veniunt: si alios non iudicaueritis, sicut nec vir castus iudicabitur de peccato luxuriae, quod non commisit. *Nolite condemnare, & non condemnabimini.* Quae verba consequentia sunt ad superiorem doctrinam: nam condemnatio iudicium sequitur. Nam quemadmodum inordinatum iudicium prohibetur, ita non quauis aliorum condemnatio: sed iniusta interdicitur. Ideo praecipitur hoc sicut superius intelligendum esse puto, scilicet, quod non condemnabitur propter peccatum in condemnationis iniustitiam sui proximi, quamuis pro aliis damnabitur: etiam si ab hoc immunis sit. Noli igitur aliquem condemnare: nam saepe humanum fallit iudicium, cum insonem aliquando damnamus: qui quamuis hodie malus sit, crastina die erit bonus. In Ecclesiastico enim dicitur, facile est in oculis

Domini

Domini subito honestare pauperem. Et rursus: A mane vsque ad vesperam immutabitur tempus, & haec omnia citata in oculis Domini. Ex quo loco discere oportet vt neminem contempnas, quauis iniquus ille sit, quia sine eius non nosti: nam si hodie prauus est, forsitan cras rectus existet. Na fieri potest, vt quos hodie errare vides, Deus sua praescientia praedestinos habeat, vt in numero collocentur sanctorum. Tempus venturum nosti, nec quid Dominus de aliis facturus sit? Quod tu recte nosti, id est, quam grauis & iniquus peccator sis, & dignus, vt ab omnibus despiciaris, & tormentis aeternis crucieris. Quocirca te ipsum damna, & non alios, quandoquidem necis quid faciat de illis Dominus. Quamque non Deus sis, qui omnia nouit semper in meliorem partem quae videris iudica, nec aliquem condemnemus. Quod si aliorum opus non potueris excusare, intentionem tamen excusae quae recta esse potuit, vel dic ignorantiam cum peccasse. At si denique fratrem tuum nulla ratione potueris a peccato excusare, credere debes illum grauissimis a demone fuisse tentatum: quodque si tu tam graui tentatione fuisses expugnatus forsitan deterior & iniquior esses. Gratias igitur Domino agito, qui similem tentationem non tibi apposuit, & pro fratre tuo qui cecidit, ora. Et Apostoli dictum semper memineris dicentis: Qui stat, videat ne cadat. Nam si elatus superbia feuerissimus iudex aduersus fratrem tuum extiteris illum damnando: peccatus Deus, vt in illud peccatum incidas, de quo alium condemnas, vt vel sic dominus tuam insaniam puniat. Vt beato Petro contigit, qui cum plus quam de ceteris de se praesumeret, Dominum negauit. *Dimittite, & dimittimini.* Priori fundamento de misericordia innititur, quae etiam consistit in remittendo, ideo ait: Dimittite & dimittimini. Hoc est, dimittite iniurias vobis illatas, & dimittetur vobis peccatum a Deo: quem mille flagitiis semper offendistis. Hinc Dominus apud Matthaeum dicit: Cum stabis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, vt pater vester qui in caelis est dimittat vobis peccata vestra. Ideo orare nos docuit. Dimittite nobis debita nostra, sicut nos dimittimus debitoribus nostris. Et Paulus etiam ad Colossenses scribens inquit: Induite vos sicut electi Dei viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes iniuriam & donantes vobis, &c. Sed sunt multi, qui aliam legem sibi velint, aliam vero alius. Volunt namque, vt aliorum peccata grauissime puniantur, & vt sua propria, in qua quotidie delinquit Dominus dissimulet. Contra quos Ecclesiasticus inquit: Homo homini seruat iram, & a Deo quarit medelam. In hominem sibi similem non habet misericordiam, & pro peccatis suis deprecatur. In quo loco maxime aduertere debes, quomodo Deus in manibus tuis suam posuerit misericordiam. Nam si vis vt Dominus tecum sua misericordia vtatur, vtaris tu etiam benignitate & pietate cum proximo tuo: vt Ecclesiasticus consiliarius dicens: Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi soluentur peccata tua. Quid est, obsecro, de quo conquereris? Nonne tu Dominum offendisti? quid miraris si proximi tui te etiam offenderint? Etenim is qui Deum offensus habet, non aegre debet ferre, quod ab aliquo noceatur: quandoquidem cum

aduersus Deum delinquimus, digni sumus vt vniversus mundus aduersus nos insurgat pro honore Domini clamans. De quo igitur conquereris cum aduersus Deum peccaueris? Nullam rationem habes querimoniae, quod homines aduersus te insurgant, quandoquidem tu toties contra Dominum caput leuasti. Parce igitur illis, vt Dominus veniam tibi condonet. Tertio misericordia consistit in dando. Ideo ait. *Date & dabitur vobis.* Date pauperibus bona temporalia, & dabit vobis dominus pro illis aeterna. Nam planetae, quibus suffragis possunt terram adiuuant: nam virtutem praebent germinandi, & creandi, & illa illuminant, & verberem reddunt. Sic diuites, magnates & principes debent communicare inferioribus & pauperibus sua bona, illos alendo, pascendo, & auxiliu illis praestando. Dato igitur, vt Dominus reddat tibi. Nam in Prouerbiis de illa forti muliere dicitur. Manus eius aperuit inopi, & palmas eius extendit ad pauperem. Cum pauperi aliquid largiris temporale numisma pro aeterno commutas: nam melius & pretiosius numisma tibi reddet Dominus in caelo, quam id quod tu in terra pauperibus tribuis. ¶ Praeterea quado putatur arbor magis ramos suos extendit, & abundantiores fructus producit: ita etiam tu opus habes, vt superflui rami tui amputentur, & quod pauperibus tribuas id quod non necessarium est tibi: vt vel ita auctus sis in meritis & in ministerio Domini. Nunquam necessarium ei deficiet qui semper recordabitur pauperum: vt cogit illi mulieri quae hospitata fuit Heliam, cui farina nec oleum defuit. Pauperem Dominus fecit, vt medicina esset diuiti, vnde semper pauper infirmitatibus & viceribus diuitis medetur. Quocirca quado diues non pauperem diligit, nec ei subvenire vult, inimicus propriae salutis est: quando suae aegritudini non vult medicamentum adhiberi. ¶ Insuper etiam obseruabis, quod id quod Christus de largitione hic dicit, non solum intelligendum est de generali omnium rerum liberalitate, sed praecipue de eo opere quod in pauperes confertur. Plurimos namque homines in mundo reperies qui liberales sunt, vel vt melius loquar suarum rerum incauti consumptores, qui semper indigentia laborant, quia substantiam suam in vanitatibus & deliciis consumunt: & cum paratis benigne agunt, mundos per deseruientes. Respondeas, obsecro, an ne liberales arbores iudicas, quibus vetus fructus rapit? An ne magnificum & liberalem eum hominem appellabis, cui ventus pileum capitis leuat, aut pallium surripit? Ita nimirum ij liberales non sunt, quibus vanitatis ventus, rem suam rapit, vt alijs tribuant. Quicquid homines hoc liberalitatis nomine non appellandi veniunt, neque commune aliquid cum liberalitatis virtute habent, neque id quod hic Christus iubet, adimplent. Quocirca pauperi & inopi semper tribuendum est. Quod si ab hominibus laudari desideras, melius hoc obtinebis, si pauperibus liberalem te ostenderit: quam si phaleratis equis & tapetibus studeas. Melius quidem homines, qui ora habent, & linguas tua encomia & laudes praedicabunt, quam ipsi parietes & equi, qui loquela destituti sunt. Quod igitur consumis in cooperiendis parietibus domus tuae, quare, obsecro, non id consumis in operiendis Christi pauperibus? Plus laudis tibi conferent hi, quam

\* V 5 parietes

Rom. 2.

Leuit. 13

1. Reg. 6.

1. Reg. 16

Ecc. 10.

Judit. 14.

Iob. 15.

Iosue. 9.

Prou. 14.

Luc. 7.

Ioan. 9.

Ecc. 18.

1. Cor. 10.

Matth. 26

Matth. 11.

Matth. 6.

Col. 3.

Ecc. 28.

Ecc. 3.

Ecc. 11.



parietes. Liberalis esto cū indigentibus & egenis: tuncque gratus Deo existes, & iucundus hominibus. Qui liberalis est, nunquam orbatus est amicis: nam qui omnibus largitur, etiam si multi ingrati sint, nunquam carebit amicis. Contra verò auarus omnibus o.lio habetur, nam à pauperibus maledicitur, & domestici eius mortē illi deprecantur, & si aliquod aliud vitium habet, statim ab omnibus manifestatur. Omnes liberalem tegunt, nec deest qui pro honore suo pugnet, & murmuratorem eius reprehendat. Multa beneficia accipit, qui impendere scit. Valde nobilis cōditio est liberalis: vnde beatus iudicari debet in terra, iuxta illud quod Paulus in Actis ait: Oportet reminisci verbi Domini Iesu: quia beatus est dare quā accipere. Tanto melius est dare quam accipere, quāto melius diligere quam diligi: nam amare in prædicamento actionis est, & amari nec actionē nec meritum dicit: quādoquidem amare solemus eos, qui amore non sunt digni. Deus omnibus dat, & à nemine accipit, vnde qui tribuit similior Deo est. Sol inter omnes planetas primatum obtinet, quia omnes stellæ ab ipso splendore in mendicant. Esto amicus Dei, quia ita liberalis eris, pius & iustus: nam quāto auarus omnium oculis vilis est & detestabilis, tanto ex diametro liberalis nobilis est & generosus. Diuitiæ ancillæ sunt virorum sapientum, & domina: insanoꝝ, & insipientiū. Etiam si prodigalitas vitium sit, deterius tamen est auaritia: nam auarus nemini bonus est, & prodigus, etiam si sibi malus sit, tamen multis prodest, & honorem sibi comparat, & dominus est illorum, quibus aliquid donat, iuxta illud Sapientis: Victoriam & honorem acquirunt, qui dat munera. Verum quamuis his rationibus & Christi exemplo, multa oportet vt proximis beneficia impedamus: nihilominus vt ad charitatis opera prouocemur, mercedem in medium proponit, vt nos alliciat, si tamen tantæ perfectionis nō sumus, vt solo Christi amore id agere enitiamur. Ideo ait. *Mensuram bonam & conseruam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum.* Mensuram quippe bonam, id est, iustam retribuet, quia erit secundum exigentiam meritorum, iuxta illud psalmi: Reddes vnicuique secundum opera sua. Conseruam, quia supra condignum erit, sicut Paulus ait: Non sunt condignæ passionibus huius seculi ad futuram, &c. Coagitatam, id est, supra id quod desiderari potest: secundum illud Apostoli: Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus. Superfluentem, id est, supra id quod humana cogitatio attingere valet, sicut Esaias comprobatur: Oculis nō vidit Deus absque te, que præparasti diligentibus te. A quo diuinus Paulus & illud accepit: Nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. Hoc autem verborum circūloquio, & his ambagibus Dominus vult exprimere, quam maxima illa retributio erit: quæ quidem humanū intellectum longo intervallo superat. Itaque, vt nobis commendat maximū illud præmiū & vberem retributionē, quam Dominus reddet eis qui fuerint in pauperes misericordes illa verborū ambage vtitur. Ideo in Prouerbis dicitur: De primitiis frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua satietate. ¶ Obserua autem quod quamuis hæc mensura tribuatur ab vno Deo, ta-

Act. 20.

Prou. 22.

Psal. 61. Rom. 8.

Eph. 3.

Esa. 64.

1. Cor. 2.

Prou. 3.

men numero plurali Christus vtitur, dabunt, inquam, pauperes, quibus opera pietatis impenduntis, quia ipsis interuenientibus datur hæc merces. Sic Cornelio dictū est: Orationes tuæ & elemosynæ tuæ ascenderunt, &c. Præterea in sinum dicitur vestrū. In sinum, inquam, nō tunica sed anima. Sinus vtique intellectus noster est qui replebitur gloria visionis apertæ: & affectus qui implebitur lætitia dilectionis perfectæ. Iusta enim futura est retributio. Nā qui in sinū pauperis abscondit elemosynam, iustum est quod Deus in sinum suū elemosynā suam abscondat: vt Ecclesiasticus ait: Conclude elemosynam in sinu pauperis, & ipsa pro te exorabit ab omni malo. Rursus obseruandum quod quadruplex bonū donatur à Deo propter pietatis opera. Bona scilicet fortunæ, que sunt diuitiæ, ideo ait mensurā bonam: alia sunt bona naturæ, ad quæ refertur mensura conseruata: tertia bona sunt gratiæ, ad quæ mensura coagitata refertur: vltima sunt bona gloriæ, ad quæ spectat mensura superfluentis. *Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis.* Hoc referri potest ad id quod antea dixerat de malo proximis non impendendo, id est, nolite iudicare, nolite condemnare, Et referri etiam potest ad id, quod proxime dixerat de largitione, scilicet, date & dabitur vobis. Itaque sensus verborum est. Si iudicaueritis, iudicabimini, si condemnaueritis cōdemnabimini: & si dederitis, dabitur vobis. Et eodem modo si parum mali impenderitis, parum vobis impendetur: & si multum, vobis etiam multū fiet. Et ita si parum dederitis, parum vobis dabitur: & si multa bona impenderitis, copiosam mercedē accipietis. Quemadmodum enim aliis egeritis, sic vobiscum agetur, & qua mensura mensi fueritis, & vos mensurabimini. Et denique vt vultis vobiscum fieri, ita cum proximis facite. Nam iudicium (Iacobus inquit) fiet sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam. Si proximo tuo iniuriam intuleris, si eum iudicaueris, si condemnaueris, si denegaueris ei auxilium & consilium, tua ipsa malitia reuertet in sinum tuum, vt ob eandem causam malum tibi ascisas ob quam alteri in malum moliebaris. Sic impius Achab & Iezabel interficientes Naboth iuxta mensuram delicti puniti sunt: nam iuxta verbum Helix in eodem loco, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, linxerunt etiam sanguinem Achab: Fratres etiam Ioseph magnis tribulationibus fuerunt in Aegypto oppressi, quia fratrem suum Ioseph non audierunt. Vnde dixerunt: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum & non audiuimus vocem eius dum deprecaretur nobis. Eodē etiam modo quia Pharaon rex Aegypti suffocabat in aquis filios Israel, eadem poena & ipse punitus est, quia suffocatus fuit & ipse in mari rubro cū illis, qui ei consenserunt. In libro Iudicum etiam legimus dixisse Adonisedech. Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus colligebant sub mensa mea ciborum reliquias. Sicut feci, ita reddidit mihi Dominus. Illi etiā de tribu Benjamin, qui absterulerunt uxorem Leuitæ, quia ipsi rapuerunt alienam, non habuerunt uxores Israeliticæ, sed alienas ex raptu, quas sibi iunxerunt, non tamen connubij sacramēto. Et merito quidē id illis contigit, vt qui alienum cōtubernium soluerant, ipsi

Act. 10.

Ecc. 29.

Iaco. 2.

1. Reg. 22.

Gen. 44.

Exod. 1.

Exod. 14.

Iud. 1.

Iud. 19.

Iud. 20.

ipsum nuptiarum amitterent solennitatem. Simili etiam modo quia Pharisæi peccata manifestabant illius mulieris adulteræ: ideo Dominus peccata illorum in terra scribebat. Quapropter si tu charitatē proximo non habes, & eius manifestas peccata: eodem modo tua peccata manifestabit Dñs. Vnde in Deuteronomio dicitur. Pro mensura peccati erit & plagarū modus. Et in Apocalypsi etiam habetur: Quantum se gloriauit in deliciis, tantum date illi de tormentis. Itaque quale iudicium fecerimus de proximo, tale iudicium faciet Deus de nobis. In hoc tamen differunt, quia iudicium nostrū de proximo cum malo sit, tamen Dei iudicium de nobis non malum est, sed iustum. Et erit tantū secundum quantitatem: quia quantum malū nos intulimus proximo iniuste iudicando de eo: tantum malum poenæ nobis inferet iuste. Nam iustitia æquitate seruatur in retribuendo. At si bonum egeris bonum accipies. Secundū enim proportionem meriti vestri erit gradus præmij: quia præmiū merito correspondet potiusque pensatur secundum magnitudinem interioris affectus, quā operis exterioris: sicut illa vidua, quæ duo minuta misit, plus dedit diuitibus. Vnde mento Dominus dixit: In domo patris mei mansiones multæ sunt: id est, diuersi gradus præmij iuxta diuersitatem meritorum. Et Paulus suis Corinthiis dicit: Qui parce seminatur, parce & metet: & qui seminatur in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Et per Esaiam Dominus ait: In mensura contra mensurā iudicabo eam. Sicut enim fecerimus siue bonum siue malum, sic fiet nobis: & secundum dignitatem meritorum nobis retribuetur. Erpende autem quod non iniqua mensura, vt ait Ambrosius rependet Deus, sed est ac si dicat. Ipsa iniquitas iudicandi, & iniqua mensura tibi nocet, & te ipsum punit: & sæpe non illum quem iudicas. Quo nimirum illum tremendū iudicium nos admonet, vt sciamus actiones nostras non ab homine, sed à Deo examinandas. Docet etiam digno præmio se compensaturum illa opera, quæ proximis impenderitis, in vltimo die iudicij. Docet denique tantum misericordiæ vnicuique fidelium se Dominus retribuere debere, quantum adhuc viuens ipse fidelis in hac vita proximis fuerit impartitus. Vnde optime huic proposito concinit Paulus: Vnusquisque secundum suum laborem mercedem accipiet. ¶ Obserua autem quod cum de præmio siue mensura loqueretur boni, dixit mensuram futuram esse bonam, conseruata, coagitatam, & superfluentem: sed cum de mensura mali loquutus esset, non sic dixit, sed absolute loquutus inquit. Eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Ratio autem quare maior mensura detur bono, quam malo illa est, scilicet, quia dare bono vltra meritum pertinet ad liberalitatem, dare autem malo vltra demeritū pertinet ad misericordiam. Deus enim iuxta theologorum sententiam, punit citra condignum, & præmiat vltra condignū. Dicebat autem illis & similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcum ducere, nonne in foueam cadent. ambo? Per metaphorā de spirituali cæcitate loquitur, quæ cæcitas multo deterior est cæcitate corporis: non tantū quia nobilius subiectum est anima, sed quia maiori cæcitate plestuntur. Nam qui cæcitate corporis laborat cognoscit se cæcū esse: sed

Mat. 8.

Mat. 25.

Mat. 18.

Mat. 12.

Luc. 21.

1. Cor. 14.

1. Cor. 9.

1. Cor. 27.

1. Cor. 3.

Exod. 1.

Exod. 14.

Iud. 1.

Iud. 19.

Iud. 20.

cæci mente se ipsos cæcos esse non agnoscunt. Vnde Saluator Pharisæis dixit: Si cæci essetis non haberetis peccatum: nūc verò quia dicitis, videmus, peccatum vestrū manet. Hæc est misera & deploranda peccatorum cæcitas, vt non videntes, videre se putent. De quibus diuinus Paulus inquit: Dicitentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Sensus itaque huius loci est, qui seipsum nescit, qui sui curam non habet, qui propriam animā non diligit, quomodo alios diligit? Qui cæcus est, & in tenebris ignorantia ambulat: quomodo alios illuminabit? Qui ignorans est & stultus, quomodo alios docere potest? Ambo vtique in errore vel vitiorū foueam cadent. Ignarus quippe vel vitis deditus, non est idoneus regere, aut per semitas iustitiæ ducere alios ad beatitudinem: sed tam ipse qui ducit, quam qui ducuntur in vitiorum foueam cadent, de qua in Prouerbis. Impius cum in profundum peccatorum venerit contemnit. Et Esaias in hunc modum loquutus inquit. Formido, & fouea & laqueus super te, qui habitator es terre. Deinde ruūt in lacum gehennæ, de quo in Ezechiele dicitur. Dormierunt cum his, qui descenderunt in lacum. Et diuinus vates. Aestimatus sum cum descenderibus in lacum. ¶ Docet hic Christus prelatos sapientia, scientia, & sanctitate debere polleere: nam aliter seipsum, & alios præcipitabunt & perdent: cum suo consilio alios errare faciant. Ridiculum enim est, vt qui speculator est, cæcus sit, doctor inscius, præcomutus, & prælatus insipiens. Habet enim se prælatus in populo sicut oculus in corpore. Vnde in Hieremia scriptum est: Quia stulte egerunt pastores & dominum non exquiritur: propterea omnis grex eorum dissipata est. Modo autem vt vera loquar miserandum est, cum in ecclesia tot videamus prelatos ignaros, tot cæcos sacerdotes, qui alios cæcos ducunt: sicut sacerdotes filij Heli, de quibus in libro primo Regum dicitur quod Ophni & Phinees erant filij Belial, nescientes dominum neque officium sacerdotum: ideoque infœlici & miseranda morte perierunt. Et in secundo volumine Regum dicitur, quod Ierubael posuerunt super muros Hierusalē cæcos in despectum Dauid. Sic multi super muros ecclesiæ, vt illam defendant & tueantur prelatos cæcos constituunt. Quod lamentatur valde Esaias dicens: Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi. Vides quomodo Esaias de cæcitate spirituali, quæ ignorantia est loquitur, quia dixit, Nescierunt vniuersi. Dolor quidem est cum tot videamus ignaros sacerdotes, qui nec prima grammatices rudimenta didicerunt: qui vehemente cupiunt confessori esse, & pro rostris prædicare. Et sunt alij qui cum theologi nō sint, episcopatus ambiant, & in supremas dignitates euellunt: cum isti miseri nesciant quod proprium episcopi manus sit docere & erudire. Sic in consecratione episcoporum consecrator tradit consecrando librum missalem ad scapulas dicens: Vade & prædica quibus tibi commissis. Sed dicito mihi: Quomodo sacram scripturam interpretabatur qui Theologiam non didicit, & forsitan nec bibliam legit? Quomodo iurat in consecratione, quod calluit vtrunque testamentum in vtroque sensu, qui in vita nil aliud egit, quam venatione & voluptatibus studere? Et qui iuri Cæsareo dedit semper operā, Bartolo, Baldo, Felino,

1. Ion. 9.

Rom. 10.

Prou. 18. Esa. 24.

Ezec. 33.

Psal. 87.

Iero. 10.

1. Reg. 22.

1. Reg. 5. 2. Reg. 50.

Esa. 56.

Amb. 1. off. cap. 6.

Ab. 6.

Felino, & aliis huius cateruē doctoribus: quomodo cū veritate affirmare potest quod nouit vtrunque testamentum in vtroque sensu? Quod si dicas Canonistas & Iuriconultos plus nosse de negotiis publicis, & quomodo agenda sint: hoc prorsus ridiculū est, eos homines in praelatos eligere, qui potius apti sint litibus & negotiationibus, quam docendo & pradicando. Apostoli, qui praelati & episcopi ecclesiae erant, dixerunt: Non est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Propterea dixerūt: Considerate fratres, viros ex vobis boni testimonij septē, plenos Spiritu sancto & sapientia, quos constituaui super hoc opus. Nos verò orationi & ministerio verbi Dei instantes erimus. Et sic elegerunt septem Diaconos, qui se exercerēt iuxta ea, quæ ad corpus & ad causas populi spectarent: Apostoli autem prædicationi euangelij & orationi vacabant. Ita equidem bonum est & sanctum, vt episcopi vicarios habeant & prouisores iuristas, qui canones ecclesiae sciunt, vt iudicarias causas ecclesiae iudicent. At officium episcopi & pastoris est docere & prædicare populo: ad hoc autem munus quā aptior & paratior sit theologus, quam iurista tuo id arbitrio relinquo. Etenim officij boni pastoris est oues à lupis hæreticis defendere: quomodo, rogo, aduersus hæreticos disputabit qui theologus non est? Solus theologus iudicare & discernere potest, quæ propositio hæretica sit, temeraria, erronea, vel scandalum minans. Solus theologus scire potest, qui concionator veram aut falsam doctrinam prædicat. At si hæc iudicare, examinare, & æqualitate pensare munus est episcopi: qui hæc ignorauerit, quo iure in episcopatum ascendet? Et Apostolus, quorū successores sunt episcopi, dixit Christus: Ite, & prædicate euangelium. Non misit illos ad litigandum, sed vt euangelium prædicet: quod munus est episcoporum, vt ipsi met Apostoli fatentur. Et in sacrosanctis Concilijs, quæ ad incolumitatem & stabilitatē ecclesiae pertinent, vbi iurant ad futuros esse presentes omnes episcopi, quid in concilio agat qui theologus nō fuerit? Aut quod munus ibi exercebit? Vtique ligni elinguis, vel lapidis muti. Qui fieri poterit, vt aduersus hæreses disputet: aut quomodo de sacramentis agat, qui theologus non est? Quod si responderis, quod hi episcopi secum ducunt doctos theologos, qui eos illuminent, dirigant & doceant quid ducturi, quidve responsuri sint, vt nostris temporibus conigit in sacro Tridentino concilio. In hac quidem re nō possum me à risu temperare, vt velint episcopi se dignitatem habere, redditus & honorem episcopalem: & vt laborem serant theologi scientia sua onusti, & fame pereuntes. Melius quidem hi episcopi facerēt, & salubrius si episcopatus renunciarent Theologis quandoquidem agnoscunt magis aptos & bene meritos ad tale munus esse: quod quidem ipsi negare non possunt, quandoquidem necessitatis articulo suam scientiam & literas implorant, & ad theologos tanquam ad sacram anchoram confugiunt. Sed nō tantum esset mali si seipser has dignitates ascenderēt iuris consulti: sed grauius malum est, vt in his dignitatibus constituti sint homines omni prorsus scientia destituti siue theologia, siue iure Pontificio, siue Casareo. Vbi per Christi amorem consideres, ob-

Mar. 16.  
Ab. 6.

secro: si oues tales pastores & custodes habeant, quid facient? aut quem finem habebūt? Etenim ea Domini sententia firma & stabilis manet. Si cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadunt. Sed de his dicta sufficiant. Iam verò audiamus quid vltius diuina sapientia profert. *Non est discipulus supra magistrum.* Quia non æqualis sapientiae est, quod intelligendum venit, quādiu discipulus fuerit. Nam si aliquando contingit discipulos doctiores fieri magistro, hoc non est quatenus discipuli sunt, sed quia iam ingenio suo altiora petierunt, & studendo emendarunt. Sensus igitur est huius loci. Si tu cæcus es, alium ducere non poteris, quia cæcus etiam erit tuus discipulus: nam si magister cæcitate laborat, cum discipulus non sit supra magistrum, cæcus & ipse discipulus manebit. Et si tu malus fueris, alios non poteris bonos facere: quia tu iniquo exemplo illos destrues. Quod si forsitan discipulus tuus te ipso melior extiterit, non ex tuo magistro hoc habet, sed ex alio. Ex hoc loco discas oportet, in omnibus tribulationibus & laboribus patientiam habere, quia non est discipulus supra magistrum: Magister quippe tuus Dominus Iesus Christus cum nullo esset malo cūgnus, siquidem peccatum non fecit, nec dolus inuenit in ore eius, omne malum patienter tolerauit ipse dicente: In me transierunt iræ tuæ, & teriores tui conturbauerunt me, & omnes fructus tuos induxisti super me. E contra verò nos discipuli eius omni malo digni, nullum malum pati volumus: cū alij discipuli cupiāt suis magistris similes esse, nos volumus dissimiles fieri. *Perfectus autem omnis erit, sicut magister eius.* Id est, si ei assimilatur per imitationem, aut si per æqualitatem conformis illi fiat. Non tamen absolute erit perfectus, sed in certo gradu, statu, aut ordine, vtpote qui perfectus est quantum ad id quod à suo dicitur magistro. Quæ verba Christus protulit, vt ostenderet quod cæcus non valet cæcum ducere. Id est, praelatus ignarus regere alios nō potest: quia praelatus constitutus est magister subditorū suorum. Ideo si ipse praelatus errauerit, ipsi quoque subditi errabunt, nec perfectiores sunt eo, vt regulariter loquamur, quamuis Deus dilectos suos non deserat: sed diuina & angelica vnctione instruat. Sed sunt multi praelati qui cū desides sint in obsequio Dei, profani & malis moribus imbuti, graues & acres iudices se volunt ostendere in puniendis peccatis minimis subditorum: cumque scādalum ex propria vita semper iniciant, solis verbis emendare volunt, quod malis moribus & operibus destruant. Ad hoc igitur Dominus loquitur dicens. *Quid autem, vides festucam in oculo fratris tui, iram autē, quæ in oculo tuo est non consideras?* Oculi intentio cordis est, festuca ira subita. Fieri quippe non potest, vt non irascamur aliquando, cū natura irascibiles simus. Sed coercēda est ira ne limites rationis excedat, vt ait psalmista: Irascimini & nolite peccare. Ira quippe inueterata conuertitur in odium, & fit tanquā trabs: inter quod & homicidium nihil interest. Qui odit fratrem suum (inquit Ioannes) homicida est. Et quamuis leuis ira multoties sit peccatum, est tamē paruū respectu odij, sicut festuca respectu trabis. Tantum enim interest inter festucam & trabem, quantum inter iram & odium. Odium nāque inueterata ira est: fieri

Gen. 3.  
1. Reg. 24  
1. Reg. 22

Psal. 50.

Psal. 4.

1. Ioan. 1.

fieri autem potest vt homini irascaris, quem velis corrigi: non autē si eum oderis: quia ille qui proximum odit, nullum bonum ei vult, & tamē correctio bonum quoddam est. Dicitur autem in oculo fratris tui, non quidē quod trabs possit esse in oculo, sed ad significandū periculum quod esse in oculo, sed ad significandū periculum quod esse in quavis alia parte corporis habeat, non est manifestum periculum: in oculo autem grauissimum est. Ita dicendum est de peccato, si ad eum confertur. Secundo, vt ostendat quam longe ineptior sit anima peccato mortali detenta, quam oculus trabe grauissima. Ideoque rectissime Dominus trabem dixit in oculo esse, vt intelligas minus conuenire peccatum animæ, quā trabs oculo. Sed valde mirandum est quod qui habet trabem videt: & qui non habet trabem non videt. Nam qui nō habet trabem, hoc est peccatum, & habet charitatē, hic certē aliorū vitam non videt: & qui habet trabem minima proximorum videt, quod quidē mirari non desino. Charitas non cogitat malū, nec de fratre sinistra suspiciatur. Oculi Adam cū in innocentia & sanctitate viuebat, nuditatem nō videbant: sed cū deliquissent, nuditatē conspexerunt. Oculi Adam innocentis solū nouerant bonum: delinquentis verò sciunt bonum & malum, & potius malū. Dauid non ausus est mittere manum in Saulem Christum domini, sed Philistæos nihil Saul demoratus est. Doeg Idumæus irruit magno impetu in sacerdotes Domini: in quos pij Saulis serui noluerunt manus suas extendere. Itaque viri iniqui trabem habentes, oculos, manus & gladios in Christi seruos conuertit. Vbi obseruabis oculum tenerimam esse rem, & vel leui etiam re grauius lædi, ita vt statim lachrymas diffundat: & si festucam habet, nunquā quiescit, donec illam foras eiciat. Multo ergo tenerior est anima, & exiguo peccato offenditur, & coinquinatur: & sic iusti viri animam leues culpas flet, quasi maximæ sint. Flent igitur sancti & inquieti sunt, & dolent, donec etiam minima debeant peccata. Mirum autem est vt non sentias trabem quæ est in oculo tuo: & credo id non ob aliud esse, nisi quia mortua est anima tua. Nam oculus mortuus faciles festucas sustinet & trabes. Non sic sanctus ille rex agere consuevit, qui dicebat Domino: Peccatum meū contra me est semper. Sic non quietus sanctus vir donec illud deleuit ab anima, quod tu etiam opus est vt facias. Rursus obseruandum, quod id, quod Christus dicit, nos minima videre in fratribus nostris, & maxima in nobis non contemplari: natura id contingere potest. Quia quod in facie tua est, id ego video directis radiis, quod etiam si minimum sit, satis est vt potentia meam immutet, vt in cognitionem rei veniam. At quod in oculo meo habeo, videre id non possum per lineam rectam, sed per reflexū radium, quod velut vmbra directi presentat obiectum à quo exiit remissa. Vnde fieri poterit vt maior res sit, & illam non videamus: vel si eam videamus nō ita distinctē vt si talis res in aliena esset facie, etiam si minor esset. Itā fit vt proximorū culpam per radios directos videamus, & vt volumus iudicium de illa ferimus: nostra verò delicta per ambages & circū-

loquia videmus. Ideo in sequentibus inquit Dominus. *Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater sine eiciam festucam de oculo tuo, & ipse in oculo tuo iram non videt? Hypocrita, eice primo trabem ab oculo tuo: & tunc perspicies iram eiciam festucam de oculo fratris tui.* Qui pluribus peccatis irretitus est, quomodo dicere potest fratri, qui leue peccatum commisit, vt se emendet? Talis certē est impudens sit, tamen ratione id dicere nō potest, frater sine eiciam festucam de oculo tuo: cui meritissimo respondere potest: Medice cura te ipsum. Et Paulus Romanis: In quo alium iudicas, te ipsum condemnas. Sibi prius debet esse medicus vnusquisque, quam alteri manus admoueat. Sic Pharisæi non solum discipulos, sed & ipsum Dominū conati sunt impiè cōdemnare, quod peccatricem mulierem admittebat: quod discipuli manus abluabant, & confricabant spicas. Quapropter Dominus eis dixit: Duces cæci, excolantes culicem, & camelum glutientes. Audi hypocrita simulator iustitiæ, qui non tuis bonis, sed alienis malis sanctorum laudem venaris apud homines: si verè iustus esse cupis, primum eice trabem ab oculo tuo. Nam in Proverbijs dicitur: Iustus in principio accusator est sui. Charitas enim ordinata esse debet, vt homo prius curam sui ipsius habeat, & deinde proximi. Nam si quis impeditum oculum habet, nihil videre potest: & quanto maior fuerit res oculo apposita, tanto amplius visum impedit: ideo peccatum proximi videre non potest, vt illud arguat qui peccatis est impeditus. Vnde talem hypocritam Dominus appellat, quia vult peccata proximorum arguendo, bonus & iustus haberi. Vbiunque Christus vult ostendere aliquod maximum peccatum esse, à contumelia incipit: Sicut est illud. Serue nequam omne debitu dimisit tibi. Hic enim peccat peccato præsumptionis: quia officium sumit quod sibi non competit: & peccato scandali, si peccatum suum fuerit publicum, & in aliis publice arguat quod ipse commisit, quia proximos scandalizat, qui agnoscunt peccata sua etiam maiora, quam illa de quibus proximum arguit. Si autem arguentis peccata nota nō sint, debet de secretis pœnitere, & tunc licet arguit proximum: quod si non pœnitens arguit vitio præsumptionis peccat, non tamen scandali, quia peccata sua non sunt manifesta. *Non est enim arbor bona quæ facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructum bonum.* Ex consequentione ad superiora hæc addidit. Ac si diceret: Fias prius arbor bona, & deinde poteris fructus bonos producere. Hoc est, amputa quæ in te sunt crimina, disce amare innocentiam, & tunc licebit frater tuos suis erroribus purgare. Nemo enim potest esse iustus iudex, nisi prius amaueit iustitiā. Disce ergo ante omnia ex fructibus tuis qualis sis, & ipsi tui fructus docebunt quid te facere oporteat. Dicit Christus hoc in loco arborem bonam non ferre malos fructus, quia manifestare voluit hominē rectum nunquam proximo suo detrahere. At diuus Iacobus miratur quomodo homo lingua, qua benedicit Deo, hominibus maledicere possit, qui ad imaginem Dei sunt facti? Dicit ergo: Nō est enim arbor bona, quæ facit fructus malos. Quādiu homo malus est, non potest bonum fructum ex se producere, & contra. Sicut mala arbor nō potest bonos

Luc. 4.  
Rom. 2.Luc. 7.  
Matt. 15  
Matt. 12.  
Matt. 7.

Prov. 18.

Mat. 18.

Iaco. 5.

bonos fructus facere. Ita neque bona malos. ¶ In hac tamen re magna versatur differentia inter ipsum hominem & arborē. Nam arbor sequitur naturam, homo autem quia liber est, potest ad vtrūlibet conuerti: ita quod si bonus est, vitiosus fieri poterit loquendo in sensu diuiso, non autem sic erit in formali sensu. Vnde in sensu cōposito istae propositiones verae sunt. Superbus nō potest saluari: & amans Deum non potest perire. Superbus etenim vt talis, saluus fieri nequit, neque amans Deum, damnari. Et iuxta hunc sensum multa in epistolas Pauli, & in aliis scripturis sunt intelligenda. Vt illud: Neque adulteri, neque fornicarij, neque auari regnum Dei possidebunt. Sic multi hunc locum interpretantur, quod sanē mihi non comprobatur: quia si ille, qui verē malus est, potest facere bonū, siue illud quatenus bonus faciat, siue quatenus malus, id nihil ad nos: quia fallit & iudicabimus illum esse bonū. Dicendū igitur est quod homo malus nō potest facere bonū, & e contrario: tamen quilibet homo aliquo modo est bonus & malus: ita quod quilibet homo in quolibet tempore potest facere bonū vel malum. Nam ille qui bonus est, suis virtutibus est munitus, quae bonum illum constituunt, & per illas bonum operatur, & fieri non potest vt per illas malum operetur, quia includit contradictionē quod aliqua virtus inclinet ad malum. Habet tamē hic homo bonus malum aliquod, scilicet, labilitatem liberi arbitrij & fomitem, quae sunt duo mala existētia in omni homine, & per illa possumus malum facere, id est, ad malum inclinari, quia virtus non cogit nos facere bonum. Et de homine malo idem dicendum, quia habet simul malum & bonum: malū quia habet habitus vitiorū per quos operatur malum, & per illos non potest bonū facere. Habet tamen bonum, hoc est libertatē arbitrij, per quam potest bonum eligere, & sic malus aliquando bonū operabitur, non per malū, quod habet, sed per bonum, quod in eo habitat: & sic quilibet homo potest facere bonum siue malum quodcumque voluerit, quia libertatem habet arbitrij. Nec tamē inde intelligas quod idem homo in esse moris absolute possit esse bonus & malus: quamuis simul possit habere bonum & malum. Quando autem in hoc loco dicitur: quod malus homo non potest bonum operari, aut bonus malum: intelligendū est, quod difficulter potest bonus malū facere, & malus bonū: quia malus prauos habitus habet, & per illos ad malū inclinatur. Quia etiam si fieri possit vt bonum operetur per arbitrij libertatem, cū tamen malitia habitus incommoueat libertatem, maxima cū difficultate contra inclinationē operabitur bonum. Ideo statim post haec verba (vt modo videbimus) dixit Christus: Ex abundantia cordis os loquitur. Id est, quando cor valde procliuē est ad loquendū, difficulter se abstinēt, quin loquatur. Ita cū homo sit dispositus per malos mores, difficile est quod operetur nisi per illos. Nam in scriptura sacra im possibile pro difficili ponitur. Sic & in libro Iosue dicitur: Non poteritis seruire Deo. Id est, difficile erit vobis seruire illi. Et per Hieremiam dicitur: Si potest Aethiops mutare pellem suā, & pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum dixeritis malū. Et tamen fieri non potest vt Aethiops

Iosue. 24.  
Iere. 13.

pellem suam mutet, nec pardus varietates suas, & sic sequetur perinde, quod malus non potest bonū facere, quod (vt diximus) operari potest. Christus etiam ait: Propterea nō poterāt credere: quia Esaias dixit: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua. Et illud etiam quod alibi dixit: Sicut camelus non potest per foramē acus transire, &c. Omnes istae loquutiones, & si quae aliae similes sunt, intelligende veniunt cum difficultate operationis: quam difficultatem insinuat dicēdo, quod non possunt. Sic in praesentia locum hunc intelligendum esse existimo. ¶ Insuper secundo obseruandum ad nostram doctrinā, quod Christus his verbis ostendit euangelicam perfectionē non verbis, sed factis consistere. Etenim caelum & gloria illa beatorum non verbis, sed sanctis actionibus emittitur. Arbor enim ad fructum ordinatur: quare non ex folijs pretium eius attenditur, sed ex fructibus. Ex bona quippe voluntate tanquā ex radice, bona opera procedunt. Nam (vt inquit Paulus) fructus spiritus caritas est, gaudium, pax, patientia. E diuerso autem in arbore mala, cuius radix amor proprius & mala voluntas, procedunt haec, quae Paulus statim addidit. Manifesta sunt opera carnis, quae vultu fornicatio, immunditia, impudicitia, &c. ¶ Tertio obseruabis, quod non absolute dixit, fructus, sed fructus bonos. Nam Deus à nobis non solum fructus, sed fructus bonos postulat. Nec dicit fructus pulchros, aut magnos, sed bonos: quia haec omnia etiam malis fructibus conueniunt. Magnum etenim versatur discrimen inter fructus bonos, pulchros aut magnos. Lapidem magnum longē proiciere, opus magnum est: non tamen bonum. Egregie saltare opus est pulchrum, non tamen bonum: bona tamen opera sunt, proxiuum diligere, Deum amare. Haec enim opera bona sunt, & boni fructus. Ideo Dominus: In hoc cognoscent quod discipuli mei estis, si dilexeritis adiuuicem. Non dicit, si feceritis opera magna, sed si dilectionem habueritis adiuuicem. ¶ Quarto etiam obseruabis, quod arbor quae plantata est in inferiori loco, securior & tutior est, quā si in altum montem, vel culmen sit posita. Sic humilis Christi seruus tutior est, & tranquilliorē vitam degit, quam is qui in altis & supremis dignitatibus est constitutus, superbus, potens, & diues casui subiectus est: nam si arbor, in sublimi loco constituta est, rami eius amplius à vento quatuntur. Ita, qui magni sunt in republica plures habent curas, ita vel leuis etiam res cor eius huc & illic impellit, & cogitationes eorum maximo vōto agitantur. Per medios mōtes pertransibunt aquae. Hoc est, per vallē. Ita Dominus humilibus & paruis corde sua secreta pandit, & humilibus familiariter vtitur, & illis suam gratiam impartitur. ¶ Quinto aduertes, quod ad hoc, vt arbor fructus vberes producat, oportet, vt in bona terra sit plantata: nam si in sterili sit, malos fructus producet. Ita oportet si sanctis actionibus te exercere vis, vt cum bonis ambules & cōuerferis, memor diuini Prophetæ, qui inquit: Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum nō stetit. Quis ergo erit de hoc homine, qui impiorum fugit consortia? Erit vtique tanquam lignū quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Quia haec arbor

Matth. 13.  
Matth. 13.

Galat. 5.

Ioan. 13.

Psal. 103.

Psal. 1.

bor non fuit plantata inter impios, sed secus decursus aquarum, quod est inter bonos: quia non abiit in concilio impiorum, sed in valle humilitatis, vbi humiles habitant, & vbi sunt decursus aquarum optimum fructū dabit in tempore suo. Quod igitur remedium habebit arbor, quae cū in mala terra sit plantata, non bonum fructum producit? illam euellere & in aliam bonā terram eam inferere. Sic tu malorum consortia fuge, & bonis adhaere. Sic Dominus transtulit vineam suā de Aegypto (vt inquit David) vt populus suus in consortio Aegyptiorum non sterilis esset. ¶ Expēde etiam quod cum tenera est arbor, transplātari debet: & tu in adolescentia tua rectus fieri debes, & mores tuos, & vitam sanctē componere: nam si senectus te in vitiis & peccatis ceperit, difficile erit vt ab inueteratis moribus in meliorē mentem resipiscas. Quando arbor noua est eam transferre debes & amputare: & nunc qui adolescens es, poenitentiam tuorum peccatorum agito, & tui creatoris reminiscere, iuxta illud Sapientis: Memoro creatoris tui in tempore iuuentutis tuae: antequam obtenebrescat Sol, &c. ¶ Sexto & vltimo obserua, quod non qualemcumque fructum opus est, vt proferas, sed fructū bonū. Solet enim contingere, vt nux tibi sana appareat, quam si frigeris, quia putrida est, os tuum puluere implebit. Sic opera carnis fructus sunt putridi, quia intrinsecus foetida sunt & obscena, foris autē pulchra & delectabilia videntur. Intrinsecus nihil reperies nisi putredinem, abominationem, tormenta, & infernum. Etenim fructus isti interior vermes habent, etiam si exteriori purpurati appareant. Hic vermis fructum abrodit, & hic conscientia tuam torquet grauissimis cruciatibus. Lætatus est Ionas super hereda læticia magna, quae statim mortu super aruit. Itā sunt omnes res mundi, quae etiam si virides & amoenae appareant (sub quarū vmbra omnes mundani sedent) citissime viriditas & læticia earum transiit, qui vermis sub voluptatibus latet: qui conscientiam mordet, & dolorem capitis incutit, quo etiam cruciabat Ionas. O vitam mundus gladio veritatis scinderetur, vt statim quidquid in eo est, vanum & falsum appareret. Nam quod praeteriit, iam fugit: venturū autem incertum est: & tandem quod praesens est in momento & articulo temporis cum momentaneum & fluxile sit, stare minimē potest. Fructus quos Dominus à nobis requirit, sani debent esse: quia sancta & pia opera bonis fructibus assimilantur. Sed haec iam dicta sufficiant: nam superius in capite tertio de hac re multa diximus: & quomodo mala arbor excidetur, & mittetur in ignem. Vnaquaeque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colliguntur ficus: neque de rubo vindemiam vnam. Contrarium per Matthaeum dixisse videtur: nam ibi dicit quod nunquā colliguntur de spinis vuae, aut de tribulis ficus: sed si recte verba perpendantur, nullam inuenies contradictionem: nam eadem sententia est licet diuersis verbis prolata. Nam quando hic dicitur, nec de rubo vindemiam vnam dicitur in Matthaeo nunquam colligunt de spinis vuae: nam rubus & spina idē sunt. Est enim rubus arbor spinosa: spina autē est nomen generale omni arbori habenti spinas. Et sic Matthaeus posuit spinas genus accipiens pro vna

Ioh. 79.

Matth. 12.

Ion. 4.

Super illud, Securus ad radicē arboris, &c. Omnia arboris nō sunt, &c.

Matth. 7.

specie spinarum, scilicet, pro rubo, & sic illum expressit Lucas. Et cū hic dicitur, nec de spinis colliguntur ficus, & in Matthaeo, nec de tribulis ficus, verum est, quia etiam tribulus est arbuscula spinosa: & Matthaeus posuit nomen speciei, Lucas autem nomen generis, quia tribulus spina est. Verum hoc in loco commendat Christus exercitium bonorum operum. Arbor enim ex fructu cognoscitur: & homo ex operibus. Opera enim illorum sequuntur illos quasi testes suorum operū. Multi sunt, qui maximum fundamentum verborū constituant, nullum autem in ipsis operibus. Quod si homines sic adeo laborarent, vt benē & sanctē viuerent, quemadmodum laborant in recti loquētia & verborum elegantia: plures sancti essent, quam nunc sunt, & religiones magis compositae perfisterent. At sunt multi praelati, qui existiment monachos suos, solū habere aures, vt audiant sermonem elegantē, & loquelam, quam ad vniuersum conuentum habent: existimantque etiam simul caecos esse, nec eos videre, quā cōtraria sint praelati opera suis verbis. Quod si recordarētur quod subditi etiam habēt oculos, vt videre possint: pauciora haberent verba, plura verō opera. Sed tu vel praelatus sis, vel subditus, ita viuere debes, & talis esse, vt si Iudaeus, vel Gentilis, vel Turca tua opera videat te misericordem iudicet, castum & humilem, ita vt Deum in suis creaturis laudet, & in talia prorumpat verba. Hi sunt boni homines, bonum herum haec vinea habet, qui bene cultam & fossam habet. Hoc est quod Dominus dicebat: Luc. 11. Matt. 5. ceat lux vestra corā hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Quae bona opera Christus nobis suadet in superioribus verbis, & in eis quae sequuntur. Quod si Christus, qui summa veritas est, & vera sapientia hoc docet: foras abeant impij isti & sceleratissimi Lutherani, qui bona opera tollunt dicētes id sufficere, vt solum in Christi passione fiducia habeamus, & in vtramuis dormiamus aurem in deliciis, vt sues vitā agentes, veluti ipsi faciunt. ¶ Sed iam tandem, vt de hac re finem dicendi faciamus, vnum hic obseruandum est, quod Christus de ficis & vuis hic meminit, potius quam de aliis arboribus aut de aliis fructibus: quia vuae & ficus calentes, & pingues reddunt commedentes. Sic Dominus vult, vt suo amore calidas, hoc est viles & fructuosas & charitate coniunctas faciamus nostras operationes. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonū: & malus homo de malo thesauro profert malum. Itaque Dñs dicere vult, vniquisque id tribuit quod habet. Bonus bonū, & malus malum: atque ita vnusquisque operatur vel secundum suam bonitatē vel malitiā. Vnaquaeque arbor secundum suam naturā fructus producit: nam ficus non poma dat, nec pomū ficus. Porro thesaurus cordis intētio est cogitationis, ex qua bona vel mala proferuntur. Sicut natura est operationū naturalium principium: ita virtutes & dona proferunt fructus sanctos & studiosos. Operatio enim formam arguit. Sic Christus alibi: De corde exeunt Matt. 15. cogitationes malae, homicidia, adulteria, &c. ¶ Itaque qui mala verba profert, & mala opera facit, malum thesaurum habet: & qui bona operatur, bonum thesaurum sibi seruat. Vnde locus iste admonet ad salutem non satis esse cor bonū, id est,

Apo. 14.

Matth. 5.

Matth. 15.



id est, bonam intentionē habere, nisi simul opera (cum ratio postulaueit) adhibueris, & simul optima verba. Corde enim creditur ad iustitiam: oris autem confessio fit ad salutem. Et multo melius sanctis & bonis operibus Christum confiteberis. Verum quia verba maximam ostentationem habent, quid homo habeat in corde subdidit Dominus. *Ex abundantia enim cordis os loquitur.* Quod quidem prima facie videtur stare non posse: nam interdum loquitur quis, quod nunquam in mēte habuit, & etiam aliqui mali bona loquuntur, sicut hic dicitur: Non omnis qui dicit mihi, Domine, domine, intrabit in regnum cælorum, & tamē loquitur bene. Intelligentus ergo est locus iste nō de quolibet bono aut malo: sed de eo qui abundē est bonus vel malus: nam qui valde iniquus est, non potest malitiam occultare: quia abundantia malitiæ cogit linguam prorumpere in verba mala. Nihilominus tamen malus propter arbitrii libertatē bona dicere potest: tamen plerumque propter inclinationem habitus mali, malus mala dicit. Et vt vera loquar, qualis vnusquisque est, talia profert verba, & talia opera efficit. Ideoque non solū dixit ex corde, sed ex abundantia cordis. Etenim imago cordis sermo est: quia anima motrix est corporis, & corpus instrumentum est animæ, vt agat Solon ille vnus ex septē sapientibus, quos Græcia iactat (vt refert Diogenes Laertius) dicebat verba esse velut exemplar cordis vnusquisque: nam affectus animæ ipsis verbis velut in limpidissimo speculo ostenduntur. Nam sicut ex fructu & foliis cognoscitur arbor, ita ex verbis & actionibus suis cognoscitur homo. Vnde id quod dicitur: Potentiæ cognoscuntur per actus & obiecta, verum habet non solum de cognitione potentiarum, quoad esse naturale earū, sed etiam quoad esse formale. Itaque ex verbis cognoscitur homo. Qui febriliter laborat, in ipsis labiis oris statim conspicitur, quia in eis ampullas habet. Attende, obsecro, quod negare nō potes, quin infirmus sis: quia ipsum os tuum clarum testimonium reddidit. Ais te bonum esse, & Dei amicum, sed dictis tuis contrarium ostendis, & infirmum & malum esse manifestas. Nam odium quod aduersus fratrem tuum concepisti, & febris ire, quæ viscera tua comburit, id manifestissimè ostendit. Verba tua te notum faciunt, & tuo proprio ore agnosceris: sicut illa ancilla quæ ad ostium erat, dixit Petro: Tu Galilæus es, nam loquela tua manifestum te facit. Sic in libro Iudicum habetur, quod Galaaditæ cū quendam transitum ad fluuium Iordanē, occupatum haberent Euphratæis, qui fugientes, à bello veniebant, dicebant: Nunquid Euphratæus es? cum quæ ipse responderet non esse, statim dicebant illi, vt pronunciatet verbum hoc, Sibboleth, & in prolatione verbi cognoscebant Euphratæus ne esset, an non. Qualis vnusquisque est, talia verba profert. Quia (vt inquit Christus) qui de terra est, de terra loquitur. Et in Prouerbis de stulto ait Sapiens. Os stultorum ebullit stultitiam. E contrario autem de iustis ait Psalmus: Eruclauit cor meum verbum bonum. Verum vt iam diximus, aliquādo mali vera loquuntur. Sed quomodo cognoscitur quod malus sit? In aduersitate vtique cognoscetur. Psttaci enim solent velut homines loqui, & nostra verba pronunciare, & loquelam expri-

mere: & aliis denique auibus in cantu assimilari: at si illos sustibus credas, vel aliquid mali eis facias, ad naturam suam reuertuntur, & querimoniam vt psttaci proferunt, non autē vt homines, vel vt aliæ aues. Ita fidei & fallaces, qui cum mali sint, bona loquuntur: si eos persequarent, vel aliquam tribulationem & molestiam eis intulerint, statim suum venenum per os vomunt, & vindictam appetunt, impatientiam suam ostendentes: tuncque non vt boni loquuntur, sed vt mali, vt tandem eorum malitia appareat. Vnde verissima Christi sententia manet, ex abundantia cordis os loquitur: nam temporibus angustis & tribulationis, qualis vnusquisque est, loquitur: quia tunc nihil dissimulare, aut fingere potest. Iam tandem Dominus iterum cōmendat bona opera, quæ verum testimonium sunt bonitatis vel malitiæ: cordis, dicens. *Quid vocatis me domine, domine: & nō facitis quæ dico?* Ac si diceret: Vos habetis folia sine fructu, & verba sine operibus: similes falicibus, quæ habent folia similia oliuis, sed fructu carent. De quibus ait Iob: Circundabūt eum falices torrens, quia isti solis verbis innocentes circūnt, & eos fallunt. Sunt etiam similes struthionibus habentes pennas accipitris, sicut in eodem libro Iob scribitur. Penna struthionū similis est pennis Herodij & accipitris. Tales sunt omnes hypocritæ, qui abundant verbis, & operibus vacui sunt: de quibus Dominus dicit: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis, &c. Obserua autem quomodo ponit hic Christus Dominus discrimen inter iudicium Dei & hominum, & inter Christi regnum & mundi. In regno mundi, & in aulis principum & regum bonum est dicere, domine, domine: quia adulatorum & parasiti, qui dulcia & suauia auribus personant, & de aliis detrahunt murmurantes, hi sunt plurimi æstimationis apud eos, qui quæ thoraces rapiunt ex rasoleo confectos, & catenas aureas, quæ potius pauperes Christi accipere debent. Et inter mundanos, qui blādiri nescit & adulari, & alios fidei laudare, hic equidem nunquā in tota vita caput suū leuat, nec aliquid emolumenti sibi comparat. Qui veritatem agit, & vitia carpit, quique peccata non approbat, nunquam caput suum leuat vt in aliquo officium vel dignitatē constituatur. Quemadmodū ipse Christus de Ioanne Baptista dixit: Qui mollibus vestiuntur in domibus regū sunt. Ioannes autem qui veritatē dicebat, & vitia corripiebat, in deserto habitabat: nullum in Herodis domo locum habebat nisi in carcere. Et quis non videt quanta animaduersione id sit dignum etiam in mundanis & Ethnicis regibus? Quanto magis dolendum est de ecclesiasticis & Christianis principibus, qui suos adultores licet insipientes, & prauæ vitæ homines in supremum locum collocent: bonos verò & doctos penitus obliuiscant? Multo aliter erit in regno Dei: hoc est, vbi Christus omnia subiiciuntur, vbi regnū Deo patri tradet. Tunc enim cor nostrum maioris erit valoris, quam phalerata verba: & bona conscientia plus æstimator, quā crumena nummis onusta. Imò tunc nihil aliud ibi valebit, nisi bona conscientia, quia iudex non secundum aspectum oculorū, aut exteriorem faciem iudicabit: nec verba composita admittentur, etiam si dixeris, domine, domine, nisi

nisi feceris quod Christus precipit. **¶** Secundo colligitur ex hoc loco: quod non omnes, qui Christi constantur saluantur: quamuis etiam prophetēt: sed qui voluntatem eius faciunt. Multi enim dicēt mihi in illa die, domine, domine (ait Christus) nonne in nomine tuo prophetauimus, & demonia eiecimus, & in nomine tuo multas virtutes fecimus? Et tunc constebor illis, quia nūquam noui vos, discedite à me qui operamini iniquitatem. Quia miracula facere neminem saluū facit: nam alioqui salui essent illi incantatores Pharaonis, & Aegyptij præstigiatores, qui etiam quædam edebant miracula. Vaticinari & prophetare, nec hæc etiam homines saluos faciunt, nam alioqui saluus esset Balaam ariolus, imò etiam asina eius & eodem modo Saul & Caiphaz qui prophetauerūt de quibus tamen scriptura sacra multo aliter sentit. Neque enim nomen & titulus aliquem probum aut rectum faciunt: nam, vt Paulus inquit, non in sermone sed in virtute est regnum Dei. Alioqui si nomen Christi & sola fides saluos faceret, omnes Christiani salui essent: quia omnes nomine Christiano gaudemus. Et vtinam saluemur. At timeo quod non omnes salui fiant: quia licet Christiani sint, & sacro baptismatis fonte abluti, & Christum consteantur, tamen multi non obtemperant diuinis præceptis. Opera enim bona necessaria sunt ad vitam æternam capessendam. Vnde in quarto volumine regum habetur, quod cum Iehu rex Israel iret vt occideret filios Achab, & destrueret Baal, & eius sacerdotes, obuiā inuit militi cuidam, cui dixit. Est ne cor tuum rectum cum corde meo? Et ille respondit. Est. Si est, inquit, da mihi manum tuam. Qui dedit ei manū suam, & lauaui eum. Sic Christus verus rex Israel, qui de cælo venit, vt idololatram destrueret, & mundum, primo quærit, an rectum sit cor nostrum, id est, an diligamus illum. Quod si illum diligimus: statim subdet. Da mihi manum tuam. Videamus opera dilectionis & amoris, & ascende mecum ad gloriam. **¶** Præterea aliqui sunt, qui semel tantum vocant dominum, illi videlicet, qui tantum habent illum in ore. De quibus Esaias ait. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Quidam autē bis illum dominum vocant, dicentes: Domine, Domine, illi videlicet, qui ore contentur & corde credunt, sed operibus contra dicunt: de quibus Paulus ad Titum ait. Contentur se nosse Deum, factis autē negant. Et de his qui bis dicunt, Domine, Domine, loquitur hic Christus, de malis scilicet Christianis, non de infidelibus, de his inquam, qui Christum cognoscunt, & vocant illum, Domine Domine, quia in eum credunt: sed operibus id negant & contradicunt. Dominum vocant illum, cui nunquam obtemperarunt. Qui cum mundum, carnem, & dæmonem dominos habeat, & in omnibus illis obediunt: nunc Dominū Christū vocant. At in Christum credere, & miracula facere nihil prodest nisi adsit charitas, & bona opera. Indas cum cæteris Apostolis miracula fecit: & non sequentes Christum dæmonia eiciebant, sed nihil profuit ad vitam æternam. Vnde Paulus. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatē autem non habeam, &c. Virgines illæ fatuæ ad ianuam dixerūt. Domine Domine, apertis nobis. Sed dictum fuit il-

lis. Nescio vos. Non dicere, Domine Domine, facit seruum Dei: sed si fidem cum charitate habeas, & opera bona exerceas. Nullus efficitur bonus nisi cum gratia Spiritus sancti: potest tamen moueri sine gratia ad aliqua bona: nō tamē saluari. Vnde Dominus. Qui facit, inquit, voluntatē patris mei qui in cælis est, intrabit in regnū cælorum. Opera igitur à nobis exigit Deus, & præceptorum obseruantiam. Quæ propter sequitur in contextu. *Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini adificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram: inundatione autem facta illius est flumen domus illius: & non potuit eā mouere, fundata enim erat supra petram. Qui autem audit & non facit, similis est homini adificanti domum suam super terram sine fundamento, in qua illius est flumen: & continuo cecidit: & facta est ruina domus illius magna.* Innuat igitur Dominus his verbis semper bonis operibus esse insistendum: quæ quod ne solis verbis, aut soli fidei confidamus, quæ quidem sine charitate mortua est. Nam si tu seruum haberes, qui coram te caput nudaret, genua flecteret, & reuerenter loqueretur, non propterea illum fidelem seruum appellares, si iussis tuis non obtemperaret. Plura namque ab eo expectas, quàm verba: nempe, vt voluntatem tuam faciat, & tibi obediat, in his, quæ præcipis, & vt honori tuo semper caueat & propiciat. Sic Deo non sufficit, vt templum ingrediaris, sacram rem audirurus, nihil conducit si psalleris & predicaueris: nisi fidelis sis & ipsum dilexeris & obedieris, ipsiusque honoris obseruantissimus sis cultor. Quod Christus superius probauit similitudine arboris, & similitudine thesauri: & nunc idem probat similitudine ædificij. Et hic est finis sermonis eius, per quē inuitat nos vt illum adimpleamus, præmium adimplentis, & pœnam contemnentis proponens. Illos namque, qui audiunt & faciunt verba Christi assimilant ipse Christus, domui supra petram fundata: alios autem ædificantibus supra terram. Nam quod in arbore est radix, in ædificio est fundamentum. Quemadmodum enim fructus arboris non potest esse boni saporis, nisi radix optimum habeat & dulcem succum: ita structura, quamuis exterius magnifica sit: & altitudine excellens: firma tamē non erit nisi solido firmoque fundamento nitatur. Quod fundamentum Christus ipse est. Supra petram ædificat qui supra Christum ædificat. Petra enim, vt ait Paulus, erat Christus. Quamuis inundatio veniat tentationum, nō poterit illum mouere. Hic nō cadet, quia Christus est firmamentum eius. Vnde Esaias ait. Cum ambulaueris in igne non combureris. Et dominus etiā. Cum ipso sum in tribulatione. Atque ideo beatus Paulus. Quis separabit nos à charitate Christi? An tribulatio? an angustia? an fames? Certus sum enim quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus. Nā sicut in mari Rubro Aegyptij mortui fuerunt, & populus Israel liber & incolumis mare Rubrum transiuit: sic tribulatione ventorum, & fluuii inundatione boni, cum fundati sint supra firmam petram, salui fiet: & mali, quia supra terram habent fundamentum corrūct & destruentur. **¶** Ait itaque. Omnis qui audit sermones meos & facit eos, id est, opere implet: quod

Matth. 7.

Iaco. 2.

1. Cor. 10.

Esa. 43.  
Psal. 90.  
Rom. 8.

Exod. 14.

non solum de opere exteriori, sed etiam de interiori intelligendum est, ad quæ vnusquisque tenetur cum ratio postulauerit. Iste si similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum: id est, in profundum. In scriptura quippe altum profundum dicitur, iuxta illud psalmi. Veni in altitudinem maris. Et in Ioãne dicitur. Puteus altus est. Veniens super hunc tentatio, quæ per flumen intelligitur, nõ potuit illum mouere, quia in Christo fundatus erat: non solum sermone eius, auditionem, & fidem habendo: sed veram & perfectam charitatem opere adimplens. Sed qui verba Christi habet, & non facit ea, habet debile fundamentum: & ideo veniente tẽtatione corrui: quia non potest quis resistere tẽtationibus nisi per charitatem: & qui tantum audit verba, ea non adimplens, nullam charitatem habet. Tentatio namque non in verbis, sed in factis consistit: ideoque qui sola verba habet non potest resistere tẽtationi. Quapropter cadit & facta est ruina domus illius magna: quia homo corrueat per peccatum vitiosus à tẽtatione, & rationalis creatura moritur, & ab altitudine gratiæ præcipitatur, bona omnia perdit, & foelicitate priuatur æterna, & calamitate obruitur infernali. Ideoque diuus Iacobus ait. Scienti bonum & non facienti peccatum est. O quam magna est ruina peccati. Magnã dicit Christus ruinam esse, & non qualemcunque. Non potest esse nisi maxima ruina ad quam reparandam Deum ruere & mori fuit necesse. Quod si lapsus ille timendus est, quo anima à gratia cadit in culpam: quanto erit maior, quando ex morte hac priori in mortem cadit secundam? Reuera ruina grandis quia mors peccatorum pessima, qua ossa animæ ita infringuntur, vt ad nullum bonum agendum vires supersint: qua vires animæ ita conciderunt, vt illa vera & viuua tormenta nullatenus ferri possint. Deniq; magna est ruina, quia non manet lapis super lapidem: tum quia in inferno nullus est ordo, tum etiam quia in inferno nihil est firmum. Quare neque ibi inuenitur lapidis firmitas, quia hic fuit super arena, & non

Psal. 68.  
Ioan. 4.

Iacq. 4.

Apo. 20.  
Ipsal. 33.

Iob. 20.

CAPVT VII.



**S**ATIS quidem existimo eã, doctrinã, quæ viribus humanis attingi potest, naturali quadã ratione & philosophicis argumẽtis cõprobari, verũ nim vero ea, quæ humanum captũ prorsus exuperat, admodum necessarium puto vt supernaturali argumento confirmetur. Sic Christus cum misisset Apostolos suos vt munus prædicationis obirent, & vt omni creaturæ doctrinam illam à celo allatam prædicarent, inquit Marcus, vbique prædicasse domino cooperante & sermone confirmante sequentibus signis. Et cum Helias suscitasset puerum, dixit ei mater. Nunc cognoui, quod verbum Dei in ore tuo verum est. Etenim miracula illa, quæ superna & diuina virtute perficiebantur, manifestissima erant argumenta & indicia diuinæ illius & cœlestis doctrinæ: quandoquidem in eius confirmationem fiebant à Deo optimo maximo, qui prima veritas est, quæ nec

Mar. 16.

3. Reg. 17.

fallere, nec falli vnquam assuevit. Oportebat igitur Christum stupenda prodigia & miracula facere in confirmationem tantæ tamque supremæ doctrinæ. Quapropter cum Christus in monte (quod in capite præcedenti facillimum est videre) diuinam illam doctrinam protulisset, in eum, quæ dixerat confirmationem egregia & illustra in medium producit miracula. Quod fit, vt omnes qui Christi prædicationem audiebant, nec illi obtemperabant, nullam sui delicti apud Deum excusationem habere poterant. Idcirco ipsemet dominus ait. Opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Et iterum. Si opera, quæ nullus alius fecit, ego non fecissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Itaque post habitam concionem, cum descendisset Iesus de monte in itinere leprosum sanat: & cum ingrederetur Capharnaum, quemadmodum Sol, qui vapores terræ in altum

Ioan. 13.

Luce. 15.

Ioan. 12.

Ioan. 1.

1. Cor. 13.

Ioan. 10.

Ioan. 15.

eleuat & trahit, sic Christus verus iustitiæ Sol Centurione charitatis calore accendit & inflammavit, vt famulo suo salutem peteret. Ait igitur sacer euangelista. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens erat moriturus. Qui Centurio Gẽtilis erat, & de exercitu Romanorum: nã Tiberius imperator qui ea tẽpestate orbi præerat, ne quis posset rebellionem moliri, milites suos habebat diuersis locis constitutos: & hac de causa multæ erant cohortes militũ in Iudæa & Galilæa, & plures Centuriones. Vnde bene in hoc loco dicitur. Centurionis autem cuiusdam. Ac si diceret: non erat ille solus, sed vnus de Centurionibus. Sic etiã Pilatus, qui erat Hierosolymis suos habebat Centuriones. Vnde verum esse intelliges, quendam Centurionem morti Christi affuisse, qui dixit. Filius Dei erat iste. Et in aliis locis erant Centuriones, vt in Cæsarea Cornelius Ceturio erat cohortis, quæ dicitur Italica. Iste Centurio erat in vrbe Capharnatim, quæ caput erat prouinciæ Galilææ, vt illam custodiret sub Romanorum obedientia. ¶ Et inquit male habens erat moriturus: quia incurabili paralyti laborabat, & nulla erat illi viuendi spes. Erat moriturus. Quod quidem intelligendum venit secundum causas inferiores & naturales & proximas: quia eius infirmitas certissimè mortẽ denunciabat. Quod idem legimus in quatuor regum Esaiam dixisse regi Ezechia. Dispone domum tuã, quia morieris tu, & non viues. Qui tamen secundum illam superiorem & omnium maximam causam à qua omnes alie in suis motibus dependent, curandus & sanandus erat. ¶ Ex hoc itidem loco manifestè constat hunc paralyticum, famulum fuisse, & non filium vt nonnulli existimarunt, quia in Matthæo legerunt *παις μου*, quæ vox significat & filium & seruũ, sed hic clare ostendit Lucas, famulum fuisse, nam *δοϋλος* nihil aliud significat quam seruum vel famulum. *Qui illi erat pretiosus*. Id est charus. Qui loquendi modus metaphoram sapit: nam pretiosus non dicitur de homine libero, sed de alia re. In magno etenim pretio hunc habebat seruum, & ingenti amore illum prosequeretur. Ac si diceret. Nihil aliud magis diligebat quam seruum, vt suum amorem eum appellaret: quandoquidem pro eo tantũ laboris suscipiebat. Vbi statim animaduertere oportet, hunc seruũ, qui Centurioni charus erat, graui morbo laborare. Solet etenim dominus homines pios, & illi obsequentes, graui dolore afficere: eius rei discrimine & periculo, quæ illis charior & iucundior est. Adam quippe primus noster parens vulnus accepit in charissimo filio suo Abele: & Abraham in Isaac, eo quod dixit illi Deus. Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, & offer in holocaustum. Et Iacob in Rachele prius illi denegata, & postea sterilitate percussa: & Dauid in amantissimo puero sibi recenter ex Berabe nato. Quod dominus nobiscum consuevit facere, vt nihil præter ipsum diligamus: & vt ille solus cor nostrum & animam nostram possideat. Vult Dominus, vt nullas alias facultates aut opes desideres, quam ipsum Deum. In cuius rei gratiam videas Petrum Apostolorum principem de sua fide gaudentem, qui tamen victus & prostratus fuit infirma ancillæ voce. Videas etiam vas illud electionis Paulum de castitate gloriantem, stipu-

Matt. 27

Act. 10.

4. Reg. 20

Genes. 4.

Genes. 32.

Genes. 29.

2. Reg. 12.

Mar. 14.

lo carnis irritatum: vt ex his discere valeamus deũ solum fiduciam nostram esse, &c. ¶ Perpẽde etiam huius Centurionis charitatem, qui Christũ quærit, & ad eum mittit, vt seruum suum pristinæ incolumitati restituat. Non spreuit famulum suum, qui ægritudine laborabat. Et ob id miradum maximè, quia nõdum iste audierat Paulum, qui cum admonuisset seruos, quales deberent esse, erga ministerium dominorum suorum, iubeat protinus vt ipsi Domini paria rependant. Et vos Domini, inquit, eadem facite erga illos remittentes minas, scientes, quod & vester ipsorum Dominus est in cœlis, & personarum acceptio non est apud Deũ. Nec id memoria tibi excidat, quod forsitan seruus coram Deo melioris est conditionis, & præstantior forsitan, quam tu: licet tu ditior sis, qui cõdis (vt inquit Paulus) in incerto diuitiarum, peracta hac scœna exolues pœnas relegatus in ignẽ sempiternum. Et loquitur quidem Paulus elegantissimè dum dicit, peracta scœna, nam ea quæ geruntur tanquam in comœdia aut tragœdia transiunt. Nã quis obsecro dum in comœdia aliqua videret hominem quempiam illustrem & nobilem personã serui aut rustici agentem, cum sperneret: cum certo cognosceret peracta comœdia, ad pristinam viuendi normam rediturum? Nemo quidem sanæ mentis id faceret. Non enim tam attenderet, quid tunc ageretur, quam quid serio peracta comœdia esset agendum. Sic modo fieri debet, nec tam aspiciendus esset is viuendi modus & status, quem fortuna in hac misera valle lachrymarum vnicuique dedit, quam quid in illa æternitate sit agendum. De qua re consulẽ beatissimum Paulum dicentem. Omnes filij Dei estis, eo quod credidistis Christo Iesu: nam quicunque baptizati estis, Christum induistis. An nõ audis, seruum factum esse filium Dei, & Christum induisse? Et idcirco adiecit statim. Non est Iudæus, neque Græcus: nõ est seruus, neque liber: non est masculus, neque femina: omnes vnũ estis in Christo Iesu. Ideoq; habendi sunt fratres quemadmodũ ad Philemonem scribit Paulus, dum ei commẽdat Onesimũ, eiusdem Philemonis seruũ: quẽ Paulus in Christo genuerat. Hortatur Paulus, vt eum iam non vt seruum recipiat, sed vt fratrem dilectum, cum iam Christum induisset. Sic fecit iste Centurio qui postquam cognouit seruum suum in paralyti laborare non solũ humanæ industriæ subsidia quesuit: sed humano iam auxilio deficiente ad sacram & diuinam anchoram conũgit. Nõ eum seruum iudicat, sed loco domini habet. Non sequitur hic tyrannorum quorundam inhumanitatem, qui cum seruis suis non aliter se habent, quam si bruta animantia essent: in stabulis & sterquiliniis cubilia eis parant, ac veluti propter hos etiam Christus non esset natus, & sanguinem suum non fudit. Hic vero Centurio in domo sua seruũ infirmum habebat: & ideo dixit, iacet in domo mea paralyticus. Non veluti tyranni quidam, qui toto vitæ curriculo operas & industriam seruorum expectant, nullam tamen mercedem seruis tribuunt. Postea vero cum miseri serui iam ad necessitatem deuenerunt, postquam oppressi sunt morbis grauibus tanquam inuitiles à domibus in hospitia mittuntur, vt ibi necessitate coacti vitã eũ morte conmutent. Quod quidem à multis quoti-

1. Cor. 11.

Ephes. 6.

1. Tim. 6.

Galat. 3.

Phi. 2.

die fieri videmus, quodquidē impietatis & inhumanitatis genus à Christianis hominibus maxime est detestandum, ne ipsos homines canibus similes efficiant. Certē qui hæc faciunt, id non didicerunt ab isto Cēturione, quin potius ab illo impio Amalechita, qui dereliquit seruū suum in medio itinere, & effecit illum ad mortem properare, eo quod captus iam erat ab ægritudine, & nisi Dauid illi succurrisset, proculdubio fame interiret: qua de causa sui peccati poenam fuit cōsequutus: nam seruus ille dixit Dauidi vbi essent Amalechitæ, quorum multi gladio percussi sunt à Dauide. Quapropter quædam modum Amalechita ille poenam sui peccati exoluit, eodem etiam tu, & corporis, & animi morte, plecteris supplicio, si tuæ crudelitatis causa seruus foras eiectus mortuus, aut aliquod discrimen passus fuerit. Nam sanguis illius pauperis corā Deo clamabit, veluti sanguis Abel crudelissimi sui fratris vindictam coram domino poscebat. Hoc degustarunt filij Iacob, qui postquam fratrem suum vendiderunt, sui peccati causa variis calamitatibus & angustiis oppressi, dicebant. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. En sanguis eius exquiritur. Ne igitur nos ipsos alius præferamus, aut potioris esse conditionis iudicemus: nam vbi vera charitas est, ibi non attēduntur quæ extrinsecus accidunt, vt mundi amatores facere solent, qui neminem in pretio habent, nisi is fuerit diues, potēs, aut literatus, amicus, aut consanguineus. Et semper id fuit ingenium mundanorum hominum, vt pauperes & humiles contemptibiles iudicent cum reuera soleant aliquando plurimi ab ipso domino æstimari. Sæpe nāque quos nos paruiducimus, Deus ad grandia vocat munera & multa per illorū misericordiam dominus operatur: vnde superiores efficiuntur, & nobis dominantur. Cuius rei exemplum nobis erit Gepte Galaadites, qui repudiatu & despectu propter generis obscuritatem, postea tamen princeps eorum fuit. Et Saul cum despiceretur à quibusdam dicentibus. Num saluare nos poterit iste? Et tamen postea ille brachio suo percussit Philistim & Israel liberauit. Nec oportet obliuisci regium illum prophetam Dauidem, qui cum contemptibilis esset & abiectus in domo paterna, electus fuit à Domino, & maximus fuit corā omni populo. Vbi attendas diligenter est opus, nam forsitan quos tu contemnis, illustriores & multo potiores corā Domino sunt, quā tu. Quid namque illi faciunt aliud, qui pauperes, humiles, & infirmos despiciunt, quam externam accipere lucernam, eamque admirari? Vera enim charitas proximum diligit, omnibus fauet: nec proximū diligit eo quod diues, nobilis, doctus, amicus aut consanguineus sit, sed eo nomine tantum illum amore prosequitur, quia Christianus homo est. Nam si vniuersis hominibus auferantur diuitiæ, potētia, nobilitas, sciētia, & his similia vtique omnes æquales sumus, omnes homines sumus, omnes Christiani sumus, vnam fidem habemus, vñ baptismum, vnam vocationē & vnum Deū. Sed de his satis. Admonet subinde locus iste, quod si cupimus subditos obedientes nobis esse, ne utique eos debemus contēnere. Nā ob id existimo quod Centurio hic obediēs seruos habebat, quia non contēnēbat eos. Hic dixit Christo. Ego sum homo

sub potestate cōstitutus, & habeo sub me milites, & dico huic, veni, & venit: & alteri vade & vadit, & seruo meo fac hoc, & facit, Perpēde qua ratione obediebant Cēturioni serui sui: namque protinus vt aliquid iubebat, id exequebantur. Vnde obsecro tanta obedientia orta est? quia benignē & quadā beneuolentia cum illis agebat. Domini qui beneficia conferunt seruis suis, & serui illi diligenter obtemperant: & prælati, qui vnicuique subditorū debitum honorem tribuunt: vbi que subditi illi obtemperant, & eos venerantur. Tu autē qui moribus tuis Neronis crudelitatem redoles: quo pacto à seruis tuis diligi speras, aut de quod lato animo tibi seruiant? Si semper vel te leui seruos tuos arguis: quo pacto desideras, vt bene tibi ministrent? Præterea opus est, vt semper sanctis operibus insistamus, licet in miseria mortalis delicti iaceamus. Nam Gentilis hic, qui aliquando idolorum fuit cultor: tamen quia pius erat & misericors, & proximis suis humanitatis officia impēdebat, meruit ad fidem adduci, ita vt eius fides maior fuerit, quam Israelitarum. Pari modo Gentilis illa Raab quia officium pietatis hominibus peregrinis & ignotis exhibuit ad fidem Saluatoris venire meruit. Sic etiam ille Cornelius Centurio, qui elemosynis & orationibus instabat verba vitæ à beato Petro audire meruit, & ad Christi fidē venire. Caue autem nequid tale existimes, scilicet, quod opera quæcunque bona facta ab existētī in peccato mortali possint primam gratiam mereri: gratia enim (vt inquit Paulus) si ex meritis non est, gratia hæc enim sub nullo merito cadit: tamen Saracenus, Gentilis qui ita legem naturæ atque Centurio, Achior, & Cornelius, multi que alij seruauerit, Deus illi gratiam non denegabit, & auxilium suum: nō quidem propter illorum merita, sed quia Deus benignitate sua & misericordia motus disponenti se, & libero arbitrio bene vtenti, cōcedere vult gratiam & lumen fidei, & sui ipsius cognitionē. Quapropter dum in peccato mortali fueris cōstitutus, ne desinas rebus sacris interesse, elemosynā porrigere & alia pietatis opera efficere, vt hæc Dominus prospiciens super te misericordiar suarū oculos effundat, & peccati tui veniā condonare dignetur. Namque omni tempore recta debemus operari iuxta illud, quod Paulus consulis Theſſalonicēſibus. Vos autē fratres nolite deficere beneficiētes: quippe in quocunque statu fiat bonū opus, suum consequetur præmiū. Quod si in diuina gratia & charitate fiat, vitam consequeris æternam: sin minus quod tuū est, tibi dabitur. Nā argentarius, qui opus aliquod cōficit, si postquam id fecerit, illi nō placet, iterum illud efficit, & quāuis priorem laborem amiserit, argentum tamē ibi mansit. Optimū quidē est bona se nper facere: licet enim opera in peccato mortali facta, digna non sint æterno præmio, nihilominus qui illa operatur manet rectē dispositus: vt in statu gratiæ facilius & promptius illa efficiat. Quj enim in prauo & iniquo statu bona non operatur, postea cum maxima difficultate ad virtutis indolē adducetur: nā cum habitus facillē reddat potentiā, si in bonis se exercent: postea in statu gratiæ innumera charitatis & pietatis opera facillimo negotio operabitur, quæ & digna sint vita æterna. Qui à beato Ioanne Baptista baptizabantur virtute baptismi gratiā non consequēbantur

tur: tamen manebant apti & dispositi ad recipiendum Christi baptismū. Hoc igitur modo dum in peccato mortali nec gratia, aut gloria dignus es: id tamen grāde bonum tibi comparas, vt postquam ad salutis statum deuenieris facilius & iucundius opereris bonum. Vnde diuinus Paulus cōsulit dicens. Bonū facientes non deficiamus: tēpore enim suo metemus, non deficientes. Quod si modo cælestis regni nō es dignus, vt fias particeps, nunquā à bonis operibus tibi est desistendum: quia diuina misericordia fiet vt ad sceleriorum & pinguiorem statum deuenias, tūcque magno afficeris gaudio, eo quod rectis & sanctis operibus incubueris. Christus quippe transiens iuxta siculneam quādam cā maledixit, eo quod fructu carebat, & statim arida facta est: nec tunc tempus aduenerat fructus, quia hyems erat, & nihilominus eam maledixit cum fructum non haberet. Deum enim minime latet, fieri non posse, in peccato mortali dari posse talia opera, quæ digna sint vita æterna, vult tamen quod omni tempore bona exerceas. Hoc est dominum siculneam maledicere, quia ficus non habebat. Præceptū erat domini in lege veteri ne offerrent illi immundum animal: sed potius quod tale venderetur, & pretiū illius adduceretur in oblationem. Immodum & spurcū animal est qui facit opus mortale culpa affectū. Nō recipit Dominus tale opus, veruntamen illius pretiū acceptat: cupiens semper, vt opera bona efficias, nam dū in his te ipsum exerceueris & diuina mandata adimpleueris laudabilē consuetudinē in scelerem statum recipit Deus, licet opus illud meritum non sit. Sed iā videre licet quomodo Centurio hic ad fidem venerit. Cum audisset de Iesu famam potestatem, & miracula maximam concepit fidē, fides enim nō est sine auditu, vt Paulus testatur dicens. Quomodo inuocabunt, in quē non crediderunt? aut quomodo erudent, in quem non audierunt? Et tandem concludit dicens. Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi cum multa miracula fecisset Christum non longe à ciuitate Capharnaum poterat illa audire à Iudæis. Vbi summe aduertendum est, quātas vires habeat diuinum verbū, & quā efficax sit, quādo homines ita ad se adducit, & eorū corda penitus trāsmutat, sed de his in sequenti capite suo opportuno loco dicemus. Sed certe rapit me in admirationē huius Centurionis fides, quia licet audisset Christū multa & grandia fecisse miracula, à nullo tamen audierat quod Christus dum esset absens, aliquem curauisset, tamen credidit de Christo, quod dum esset absens, bene poterat, si vellet seruū suum in pristinam incolumitatem restituere. Auditis ergo miraculis quæ prope Capharnaum fecerat sciens iam adesse. Misit ad eum seniores Iudæorū. Mittens seniores Iudæorum aperte ostenditur, quod fuerit Gētilis. Et etiā hic dicitur, quod isti seniores Iudæorum dixerunt Christo. Diligit gentem nonāstrā. Et in Matthæo habetur, dixisse Christi. Multi venient ab oriente & occidentē & recumbent, & c. quibus significat, Centurionem nō esse ex regno illo, sed ab extera gente venisse. Sciebat enim recte Centurio ille quanta beneficia illi populo dominus contulisset, & ibi fuisse magnos patriarchas & prophetas, ideo facilius existimauit se posse consequi animi sui desiderium, si nuncios mitteret &

ex genere suo. Mittit igitur ad Christum seniores Iudæorum, vt vel sic ostendatur quod seniores & sacerdotes debent esse iudices inter Deū & populum, & quod semper pro vniuerso ad dominum debent preces fundere. Etenim in Exodo dicitur, quod portauit Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt, & sanctificauerunt filij Israel. Sed pro dolor, quia ipsi senes & presbyteri plus distant à Deo quam reliqui seculares homines. Vt videre licet in libro Danielis, vbi dicitur quod egressa est iniquitas à senioribus Israel, qui videbantur regere populum. Verum quamuis mali sint sacerdotes & senes, tamen quamdiu tolerātur ab ecclesia, debetur eis honor & reuerentia à subditis. Idcirco quamuis isti mali essent, voluit tamen illos Centurio honore afficere, & ita intercessores eos cōstituit. Sic Dauid honorabat Saul quia vnctus erat & eius prælatus: licet cognosceret illum reprobū esse, & à domino eiectum. Et Amalechitā occidit dicens. Quare ausus es mittere manū tuā in Christum domini? quia dixerat Saulē ab eo fuisse interemptum. Vnde Paulus cum ignorasset Ananiā esse sacerdotem & propter eius tyrannidē illi maledixisset, postquam cognouit illum esse sacerdotem dixit. Principi populi tui ne maledicas. Exhibe honorem senioribus & sacerdotibus iuxta præceptum domini in Leuitico. Coram cano capite conſurges, & honora personam senis & c. Præterea diuina prouidētia ad eos mittit seniores Iudæorū, vt eis præsentibus læguidus sanetur, vt ita in excusabiles sint si credere noluerint. Sic etiā leprosum misit ad sacerdotes dicens. Vade & ostende te sacerdotibus, & offer munus tuum in testimonium illis, vt cum viderint te sanū, qui antea infirmus fueras, & cum tu retuleris illis mea virtute effectū fuisse, vt consequeris salutem, hoc sit illis euidentissimum testimoniū incredulitatis eorū. Quo etiā pacto Lazarus pauper in ostio diuitis iacebat laceratus & pene fame cōsumptus in testimonij crudelitatis & impietatis diuitis: quia sic negare non poterat, se nō vidisse illum, cum iuxta ostium iaceret per quod ingrediebatur & egrediebatur. Nec poterunt etiā Pharisei & sacerdotes templi iustā aliquam excusationē adducere sui peccati, dicētes, non vidisse aut audiuisse miracula quæ Christus faciebat: postquam in testimonium huius ad eos mittebat leproſos, quos curabat, vt propriis oculis illos viderent. Et multo minus tu coram domino excusaberis, qui cum quotidie iuxta ostium tuum pauperes clamātes videas, illis nō subuenis. Cum autem scias viduam extremam pati indigentiam, fingis te id nescire. Audis conciones, & mirabilia Dei vides, solem lunā te illuminantē, nec ista omnia inducere te possunt vt ad meliorē viuendi frugē te ipsum cōuertas. Mittuntur itaque ad Christū isti seniores diuina prouidētia, vt tāta Cēturionis fide à Christo arguantur: cum facilius crediderint Gētilis, quibus Deus tāta beneficia non cōtulerat. Sic eosdē arguit exēplo reginæ Sabba, quæ diuturnum & laboriosum iter ambulauit, vt videret sapientiam Salomonis. Et in medium profert exēplum Niniuitarum qui Ionā crediderunt. Sic fides Centurionis cōfundit Iudæos. Et Christus vt cōfunderet hos seniores Iudæorum dixit: Nō inueni tantā fidē in Israel. Rurſus tibi erit in hoc loco obseruandum Lucā & Matthæum videri aliquantulum



tulū inter se dissentire in narratione huius miraculi: nā Lucas dicit hic quod misit Centurio seniores Iudeorū: ac deinde cum appropinquaret Iesus domui, quod misit nuncios dicēs domine nō sum dignus, vt intres sub tectū meum. Matthæus vero dicit, quod ipse abiit ad Christū, & accessit dicens. Puer meus iacet in domo paralyticus. Ac subinde respondens domino Centurio dixit. Non sum dignus. Sed certe nulla est inter eos contrarietas aut dissonantia, cū spiritu sancto inspirati scripserint euāgelia. Quod vero in miraculorum narratione, quæ Christus gessit, nō nihil cōtrarietatis esse videatur, nō ob hoc te moueas, vt existimes aliquē eorum de mēdacio aut suspicionē posse argui: nā si vnus omnia scripsisset, vtique ceteri superflui essent, nec iis opus haberemus. Denique si sententiis pugnarēt, conciliari minime possent. Nec mouere etiā nos debet quod in his rebus, quas multi scripserunt, nō semper eodē loquendi modo, aut eisdē verbis vsi sint. Quin potius hoc tibi maximū indicium veritatis debet esse. Etenim si vbique & in verbis, & in loquēdi phrasi eundē tenorē seruaret: possent aduersarij nostri existimare sacros euāgelistas data opera hoc fecisse, & mundo paruulū insidias, & idcirco vnū ab alterius verbis non recessisse, verum hanc ingentē suspicionem omnino destruit & aufert, postquā videmus singulos differētē methodū & verba fuisse sequutos. Res enim ita se habet, Centurio misit ad Iesum seniores Iudeorum, cum quibus cum venerit Iesus antequā domum appropinquaret, misit Centurio amicos suos ad Iesum dicēs. Domine nō sum dignus, &c. vt noster Lucas narrat: tuncque Christus dixit, nō inueni tantā fidem in Israel, & protinus seruum eius pristinæ valetudini restituit. Itaque ipse Centurio nō iuit ad Christum, sed serui eius abierunt pro eo: & loquuti sunt ad dominū. At cū ait Matthæus, Centurionē accessisse: intelligendū est per nuncios. Quia quod quis per alterius ministerium facit, id ipse facere videtur. Sic etiā dicitur hic, quod edificauit synagogam Iudeorum: id est, per ministerium artificum, nō vero propriis manibus. Sed ad quid misit ad Iesum seniores Iudeorū? Rogans eum vt veniret, & sanaret seruum eius. Nam cum naturæ esset author & dominus, poterat illū statim ab ægritudine liberare. Medicus enim morbum nō curat, sed natura, namque vbi natura nihil potest ad sanitatem cōducere, morbus redditur incurabilis, quia medicus solum est adiutor naturæ. Sic etiā in spiritualibus ægritudinibus propriis viribus non valemus medelam cōsequi, nisi Deus ipse nos sanauerit, licet nos eius simus coadiutores. Quod si nos ipse reliquerit, statim morbus non ster prorlus incurabilis fiet. Cuius rei causa in psalmo dicitur. Misere mei Deus quoniā infirmus sum: sana animā meā, quia peccauit tibi. Nisi dominus inuauerit, & sanauerit: vtique infirmitas tua ad mortē properabit. Quod summa diligentia velim vt peccatores animauerent, antequam sceleribus & flagitijs se ipsos contaminarēt. Multi quippe dicunt. Labet peccare: veniet enim quadragesimalis tempus, in quo delicta mea plangam, & ad Deum me conuertam. Aduerte: aduerte, o infane & amentissime peccator, quod cadere poteris, quoties volueris, resurgere autem minime, nisi dominus suo auxilio præsto aduerit. Sed for sua

1. Ioh. 3.

1. Cor. 12.

in surget aliquis ex Lutheranis dicens. Igitur peccator ipse protinus vt peccat: liberum arbitrium penitus amittit, maxime cum & ipse Christus dicat. Sine me nihil potestis facere. Si ergo iā Christum amisit, & diuinam amicitia perdidit, & nihil propriis viribus facere potest, certo cōcluditur, ipsum peccatorē antiqua libertate esse spoliatū. Ad hæc opus est aduertat aliud esse potestatem, aliud vero libertatē. Ignorauerunt omnino isti inscientissimi Lutherani quid sit habere libertatē & quid habere potestatē. Idcirco enim nos liberum hominis arbitrium dicimus esse (ait Ricardus) non quia bonum, aut malum facere potest, sed quia bono vel malo consentire, vel non consentire potest. Aliud enim est habere potestatē, aliud vero libertatem. Possē bonū facere potestatis est, & possē malū facere infirmitatis, neutrum tamē est libertatis. Libertatis est, quod voluntas nostra cohiberi nō possit, potestatis autem priuatio, quod ad bonū faciendum sufficiens nō est. Potestas autē & vires anime gratia est, quod voluntas dum homo per peccatum perdit, potestatis perdit. Et idcirco Christus dicit: Sine me nihil potestis facere. Non tamen inde intelligas peccatorē libertatē amittere: quia peccator potest velle & diligere quod magis illi placuerit: nec potest cogi eius voluntas, licet quod velit, nō possit aliquando assequi. Et hoc non est libertatis priuatio, sed potestatis. In manu quippe hominis est, multa velle & diligere, quæ assequi non valet. Poterit enim quis in profundū puteū se conicere, nō tamen ab eo egredi. Sed iam quæro, nonne qui in puteo est, poterit illic velle manere, & etiam velle egredi? Nil certe manifestius est, potest nāque exitum desiderare, & ingenti letitia affici eo que in medio puteo sit. Quid ergo deest illi? Certe egredi potestas, quia licet egredi velit, minime poterit, nisi alius suppetias tulerit. Quod si alius auxilium præstiterit, nisi ipse aliquid viribus suis fecerit, & se ipsum iuuerit, funē apprehendens, egredi minime poterit. Pari ergo ratione cum peccatum committis, propria volūate id committis. Repugnat etenim peccatum esse, nisi ibi aduerit voluntatis cōsensus tacitus vel expressus. Et idcirco quoties delinquis, propria volūate te conicis in culpæ puteum. At dum sese peccatum tibi offert: liberum arbitrium habes, vt id fugere si maui aut amplecti possis. Veruntamen postquam iam deliquisti & misere cecidisti, licet à culpæ puteo resurgere velis, non tamen poteris, nisi Deus auxilio suo speciali tibi subueniat, & à peccato deducat. Et quemadmodum qui in puteo est, quamuis manus illi porrigantur, nisi ipse velit eas apprehendere & se ipsum adiuuare: vtique semper in puteo manebit: eodem igitur modo, & si Deus peccatori manum porrigit & sapius roget: vt inde exeat, certe nunquam exibit, nisi se ipsam adiuuauerit diuinis inspirationibus consentiens, & suo libero arbitrio recte vtendo. Et hinc meritissimo Paulus vocat nos coadiutores Dei, quia in salute & resurrectione nostra coadiutores illi sumus. Nam cum natura sit quæ corporis ægritudinem curat, medicus coadiutor est naturæ, ita vt dum absens fuerit natura, medicus nihil possit afficere. Ita Deus præcipuus author est ægritudinis anime curandæ, qui nisi præfens fuerit suo præsidio, actum est omnino de hominis salute, nos vero coadiuto-

1. Ioh. 3.

Ric. VII. lib. de bon. hominibus. 11. ca. 1.

1. Cor. 12.

1. Cor. 12.

res eius sumus. Aduerte igitur o peccator, in manu tua constitutum esse semel & bis & millies in die peccare: at à luto peccati resurgere minime potes propriis viribus, nisi dominus manū suam pietatis & misericordiæ tibi porrexerit. Cuius rei nō immemor deberes esse, imo id præ oculis semper tibi esset ferendum, vt non ita leuiter & velut aliud agens in vitia & peccata laboreris: cum facilis sit descensus Auerni, sed superius reuocare gradum diuinæ benignitati tribuendum. Indiget enim homo peccator viribus & potentia, vt à peccato resillire possit. Et hoc est quod inquit Christus, sine me nihil potestis facere. Videns ergo Centurio naturæ remedium profus deficere, & quod medici industria nullius emolumentum esset: decreuit ad Deum totius naturæ authorem tanquam ad sacrā anchoram confugere, rogans pro infirmi salute. Sed id obiter inquirendum est, quo pacto dicat noster Lucas his verbis, quod rogauit Centurio, vt veniret, postea vero dicit: Domine non sum dignus vt intres sub tectū meum? Sed aduerte huiusmodi per facilem esse solutionem. Nam Centurio nunquam habuit animum vt Christus in domum suam veniret, sed tantum voluit, vt verbo significaret incolumitatem serui: at Iudæi, qui à Centurione ad Christum fuerunt missi Christū rogauerunt, vt ad domum veniret, quia eum honorem tribuere volebant Centurioni adducentes Christum in domum suam. Nam ipse Centurio dixit senioribus Iudeorum. Ite ad Iesum, & dicite, vt sanet seruum meum. Iudæi autem adulationis amici dixerunt, Domine nos id efficiemus cū eo vt ipse veniat in domum tuam. Et propterea postquam recesserunt Iudæi, & alloquuti sunt Christum vt veniret: misit Centurio amicos suos viros Gentiles, qui fideliter mentem suam & desiderium panderent Christo, dicentes quod solo verbo sine itineris labore sanitatem seruo tribueret, & occurrerunt Christo venienti cum Iudæis iam prope domum. Quod autem Iudæi ex propria intentione hoc peterent, manifesto liquet ex verbis blandis, quibus Christo suadebant dicentes, dignus est, vt hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram & synagogam nobis edificauit. Itaque quamuis euāgelista dicat hic rogans in singulari numero, non ideo intelligas Centurionem tale quid rogasse, sed Iudæos id fecisse nomine Centurionis, & sic videbatur ipse Centurio eius petitionis author: & idcirco ipse contrarium expressit per amicos suos, quos ad Christum misit. At illic cum venissent ad Iesum rogabant eum sollicite dicentes ei. Quia dignus est vt hoc illi præstes, diligit enim gentem nostram & synagogam ipse edificauit nobis. Ex quibus verbis manifestissimum est colligere ipsum Centurionem ad Iudaismum iam esse conuersum, vel saltem vnus Dei esse cultorem, relicta idololatria, quia synagogam edificauit Iudæis. Veluti si modo aliquis nobis edificaret ecclesiam. Vt autem probarent isti seniores Iudæorum vera fuisse loquutos, cum dixerunt, diligit gentem nostram, addiderunt subinde. Synagogam nobis edificauit. Bene quidem intem probant, dicentes, synagogam nobis edificauit: quia probatio dilectionis exhibitio est operis. Ex quibus doctrinam solidam deberemus elicere, vt scilicet, proximum non solum verbis diligemus,

sed multis charitatis collatis operibus. Quocirca id Ioannes nobis in memoriam adducit, dicens: Filioli non diligamus verbo & lingua: sed opere & veritate. Sed profecto diuites huius temporis misericordes & pios sese prædicant: at si amittam misericordiam non video, quia vel spiritualis tantum est, vel ea est sine dispendio aliquo suorum honorū, quippe qui nihil pauperibus Christi erogant. Sed de his post pauca in suscitatione filij viduæ suo loco aptius dicemus. Et aduerte in hoc loco coniunctionem, & idem valere quod, nam. Addunt enim rationem eorum, quæ dixerant, aientes, nam synagogam nobis edificauit. Sic etiam intelligendum existimo illud Ioannis. Qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam. Et illud etiam ad Romanos. Et ministrauerunt gloriam incorruptibilis Dei. Et iterum. Et sicut non probauerunt. Et Ioannes. Et in lege vestra scriptum est quia Deorum hominum. Et rursus. Et verbum caro factum est. Et Lucas etiam noster. Et ipse præcedente ante illum. Insuper & admonet diligenter locus iste, vt pro benefactoribus semper preces nostras Deo fundamus: nam isti pro Centurione, qui synagogam eis edificauit, dominum rogant. Sic tu Christum orare debes, pro iis, qui bona temporalia tibi ministrant: exemplo illius sanctissimi Helix, qui Domino dicebat. Domine etiam viduam apud quam vtunque sustentor, affixisti? Sic Eliseus pro Sunamite. Ecce (inquit) in omnibus sedulo ministrasti nobis, quid vis vt faciam tibi? Nunquid habes negotium & vis, vt loquar regi vel principi, vel militi, &c. Expende etiam quanta benignitas & misericordia sit apud Dominum: vt omnes sanare dignetur tam Iudæos, quam Gentiles. Nullus etenim tam infimæ & abiectæ fortis homo erit, qui (si velit) Deo non possit placere, si vera & sincera fide ad eum accedat. Non est personarum acceptor Deus, sed in omnigente, qui timet Deum, & operatur iustitiam acceptus est illi. Nemo apud Iudæos Ethnicis abiector erat. Nullus etiam vilior erat apud eos, quam homo miles. Nam propter factas prædas & violentiam infames erāt. Idcirco Iudæi ad Christum mittuntur, vt suis verbis rogarent: metuebant enim se nihil impetraturos, aut illum vix exorabilem esse, & idcirco tanta verborum ambage vtēbantur, dicentes Dignus est, vt hoc illi præstes diligit enim gentem nostram, & synagogam nobis edificauit. Quasi velint Christo dicere. Nolis rationem habere, nolis attendere, Ethnicus sit, aut miles: sed amicitiam considera, quam ipsis operibus erga nos habere manifestauit. Christus autem, qui nihil horum attendit precibus acquieuit & seruum sanauit. Nec opus est, quotiescunque ab eo aliquid velis impetrare multa verborū ambage vti: quin potius cor adducito sincerum & mentem ab omni inquinamento liberam & tunc cum fiducia accede, & consequeris animi tui desideria. Nemo enim hominum vlla ratione contemnendus est: sunt quippe varia dona, munera, & functiones (vt ait Paulus) & tamen non est nisi vnus dominus omnium. Variæ sunt vocationes, & tamē non est nisi vnus Christus, qui omnes nos vocat: hic ad Apostolicū munus, alium ad opus ministerij, &c. Namque

1. Ioh. 3.  
1. Ioh. 4.  
Rom. 1.  
1. Ioh. 3.  
1. Ioh. 1.  
Luc. 1.  
3. Reg. 17  
4. Reg. 4  
1. Cor. 12  
1. Cor. 12  
1. Cor. 12

\* X \*

in humano corpore multa sunt membra, omnia autem non eundem actum habent: & tamen omnia vnius corporis membra sunt. Sic inter nos multa dona, vocaciones, & statum genera sunt: cui autem præclaræ corporis & animi dotes feliciter contigerunt, is neminem alium despiciat: nã omnes æquales sumus, omnes membra sumus vnius corporis, & vnum caput Christum habemus. Vt autem apertissime videas, neminem à Christo cõtemni cuiuscunque status, aut conditionis ille sit, sequentibus accommoða aures. *Iesus autem ibat cum illis.* Diximus iam, nunquam eum fuisse Ceturioni animum, vt Christus domum suã ingrederetur, sed solum, vt verbo sanitatem puero restitueret. Sed ad quid iã, rogo, Christum ibat? Vtique vt ostendat primo se orãtium voluntati semper annuere, facit & adimplet voluntatem rogantium Iudæorum. ¶ Secundo vt opere adimpleret, quod verbo prædicabat. In cuius signum postquã in monte concionem habuit de misericordia erga proximam impendenda, finita iam cõcione, misericordiam operatur cum seruo languido, eum visitans, & pristinã incolumitati restituens. ¶ Tertio vt humilitatem suam ostenderet, qui cum tantam potentiam haberet, id est, cum tanta faceret miracula, in aliam domum tendit vt seruum eureret. Nec dedignatur cum domino sit celi & terre Centurionis seruum visitare: vt norma tibi & regulam præberet sanctissimæ humilitatis, cui nihil est contemptibile, nihil quod aspèneretur, sed omnia contra sunt illi pretiosissima & amabilia. *Ioan. 4.* Noluit ad filium Reguli ire, & tendit ad seruum Centurionis. Pauperibus auxiliatur Christus, & magnates despiciat: cum peccatoribus & infimis conuersatur, & ibat ad Phariseos rogatus. Rogabat (inquit euangelista) quidam Phariseus Iesum, &c. sed prohi dolor, multi namque sacerdotes his calamitosus temporibus nesciunt cõsilia sua, prædicationes & confessiones, nisi magnatibus tribuere. Pauperes vero relinquunt, & moleste ferunt & ægro animo suas confessiones audire. Quod etiã consueverunt facere corporales medici, qui diuitum domos maxima sollicitudine visitant, at pauperes ægros interire sinunt. Deus misit Heliam non ad diuites & magnates, sed ad pauperulam viduam Sareptanam. ¶ Quarto id fecit, vt fidẽ Centurionis omnibus notã faceret, & vt cunctis cognitus esset & celebratissimus. Vbi diligenter aduertes quantam curam habeat dominus honorandi amicos suos, quãtãque bona illis impertiat: nec non etiam efficit vt ab vniuerso mundo celebrentur & colantur. Conceptit etenim Centurio de Christo maximam fidem, & credidit eum posse solo suo verbo ægrum sanare. Et quantum id recte cognouisset Christus, tamen in domum Centurionis tendit, vt vel sic occultam Centurionis fidem notissimam apud omnes efficeret. Nam si Christus antequã ad domum accederet solo verbo puerum sanaret, ad quid postea subiceret Centurio: Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum? Quo pacto alij cognoscere fidem Ceturionis & eius humilitatem? Quomodo laudaret illum dominus corã populis? Vnde igitur ad Ceturionis domum, vt inde ipse Centurio ansam sibi sumat dicendi. Domine non sum dignus, &c. Quo effectum est, vt propalata fuerit omnibus

huius hominis fides, & vt à Christo fuerit magnifice laudatus. Quærit semper Christus occasionẽ, vt seruos & amicos suos honore afficiat. Nã cum dixit Christus, ego veniam & sanabo eum, Ceturioni ansam præbuit, vt in hæc prorumperet verba. Domine non sum dignus, &c. Et quia dixit, Domine non sum dignus: inde Christus magnificam eius laudem prædicauit, dicens. Non inueni tantam fidem in Israel. Solet enim aliquando dominus, qui seruum habet animo virili, & viribus magnis præditum, vt experimentum faciat, an ita res se habeat, intempesta nocte seruum foras mittere, vt nuncium alicui deferat: at postquam discessit, dominus sibi assumit arma, & factus obuiã famulo, euaginat ensem, & manum conferit cõ eo. At famulus qui natium animum & robustas vires nunquã deposuit & punctum & cæsum dominum maxima dexteritate percussit, quo fit vt conceptam de illo spem dominus confimet. Tuncque dominus se illi notum facit, vt pugnae imponatur finis, dicens. Satis, satis, ego sum dominus tuus: scio enim ipso experimento quantum viribus & animo valeas. Posthac ego curabo te ipsum magnis beneficiis afficere, & debitum honorem tribuere. Quod idem dominus cum sanctissimo patriarcha Abraham fecit. Nouerat enim recte dominus quãta fide seruus suus abundaret: nihilominus, vt notam eam faceret cunctis gentibus, & vt mundus eius virtutem intelligeret illum tẽtat veluti armis cum illo agens, præcipiens vt filium suum in montem ascenderet, filium secum ducit & virili & fideli animo ensem arripit, & idem minatur non ficto animo: tuncque dominus inelamauit: Satis, satis est Abraham. Nunc cognoui quod timeas Deum, nunc manifestum te faciam mundo, vt & fides & virtus tua maxima cognoscatur. Quod à domino fuit factum vt Abraham fides notissima esset omnibus. His omnibus ambagibus vusus est dominus, vt magnam fidem & obediẽtiam Abraham, quæ oculata habebat, omnibus aperiret. Idem fecit cum Iacob, quando cum illo luctari cœpit, illius vires volens experiri: quas cum expertus esset, dixit. Dimitte me, iam ascendit aurota. Eodem modo experimentum fecit in Centurione, præbens illi ansam vt eius virtus & fides manifestaretur. Et hoc tentandi modo vsus est, dicens. Ego veniam & curabo eum. Quem etiam modum cum muliere Cananæa obseruauit, nihil illi respondens: vt vel sic maxima eius propalaretur fides: & vt digna esset, quæ à domino maximo encomio celebraretur. Vide rogo quam fidelis amicus sit Deus, qui mollos nouit & inuestigat, quibus dilectos suos honoribus afficiat. Meritissimo quidem canit illi regius psalmographus. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Ex quibus omnibus id tibi documentum deberes elicere, vt humanas laudes vili pendas, honores & dignitates: sed omnis cura & sollicitudo impendenda tibi est, quomodo apud Dominum sis laudabilis. Hoc enim verum encomium, hæc dignissima laus, quæ tibi immortalẽ gloriam est paritura. Dominus namque etiam, si tu propriæ laudis tuæ oblitus sis, eius curam habet: ita vt in præsentibus in futuro seculo magnis honoribus te afficiat.

*Et cum iam non longe esset à domo misit ad eum Centurio amicos dicens: Domine noli vexari. Non enim sum dignus vt intres sub tectum meum.* Quæ verba non est dubium quin processerint à vera humilitate. Quemadmodum legimus de Petro cum dixit Domino: Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Ego Domine idolorum fui cultor, ego flagitiis & sceleribus contaminatus: tu autem ipse puritatis & bonitatis fons. Quæ cõuentio Christi ad Belial? Quæve participatio lucis ad tenebras? Quis sum ego, vt Dominus veniat ad seruum suum? Sic etiam humilitate plena mater beatissimi Baptistæ matri Domini dixit: Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Et Abigail cum Dauid vellet illam in vxorem accipere dixit: Ecce famula tua, sit in ancillã vt lauet pedes seruatorum domini mei. Per hanc humilitatem factus est Centurio dignior Iudæis, vt Christus ad eum veniret. Etenim humilis officium est, vt semper vitia propria cognoscat, neque aliena respiciat. Habuit igitur iste Centurio veram humilitatẽ, habuit etiam fidem, cum crederet bene posse dominum etiam dum esset absens infirmo incoluimitatẽ tribuere. Habuit denique ardentem charitatem cum tanto animi affectu pro seruo ad Dominum orauit. ¶ In quo loco id non erit silentio prætereundum, quo pacto vnus & idem actus diuersam laudẽ & præmium habeat. Nam cum dixerit Petrus: Exi à me Domine quia homo peccator sum: & Genæzari idem dicitur: tamen Petrus ob id laude fuit dignus, Genæzari verò reprehenduntur. Zachæus recipit Christum & laudatur: Centurio rogat ne ingrediatur suã domum, & propterea dignus reperitur encomiis. Vt intelligas semper in omnibus intentionem operis attendendam esse, vt inde elicias, opus dignum ne sit laude, vel vituperio. Is namque qui bene erga omnes afficitur etiam in actionibus, quæ minus recte videntur, commendatur à Domino. In cuius rei exemplum in sacra pagina in Actis legimus inter Paulum & Barnabam dissidium interuenisse: dum Barnabas cõsulere vt profecturi ad visitandas ecclesias assumerent Marcum: Paulus verò contrariæ erat sententiæ. Neuter tamen in re tam diuersa dignus fuit aliqua reprehensione, cum Barnabas ad lenitatem inclinaretur, Pauli verò iudicium erat, seueriori censura esse vtendum. Vbi docemur, ne aliorum facta præsertim virorum sanctitate præstantium, iudicemus, quamuis diuersa sequantur placita. Tam verò subdit ipse Centurio causam, quare dicat ne intret in domum suam, dicens. *Propter quod & me ipsum nõ sum dignum arbitrari vt venirem ad te, sed dic verbo, & sanabitur puer meus.* Credit iste, dicere Dei, facere esse: iuxta illud diuini vatis: Ipse dixit & facta sunt. Verbo enim Dei vniuersus conditus est. Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux. Præterea vocat Centurio puerum seruum scripture more, quæ pueros vocat seruos. Vnde in primo Regum dicitur, fuerunt vasa puerum sancti. Et illud etiam: Venit Helias in Bersabe Iudæa. Et dimisit tibi puerum suum. Sequitur. *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit, & alij, veni, & venit, & seruo meo fac hoc, & facit.* Quibus ostendit, quod Christus poterat absenti sanitatem restituere. Facta hypothesi quod Christus omnium

rerum sit Dominus, cui vniuersæ creaturæ vel ad nutum obediunt, ita vt ne minem habeat superiorem, aut æqualem, qui illi imperare possit: & tunc arguit à fortiori. Nõ defatigetur Dominus meus: nam quemadmodum ego dico huic, vade, & vadit: sic tu verbo solo præcipe infirmis, vt à lectulis sani & liberi surgant. De te namque verissime illud scriptum est. Misit verbum suum, & sanauit eos. Ego enim sum homo sub potestate constitutus, habens super me dominum, cuius seruus ego sum: habeo etiam alios seruos & milites sub imperio meo: quod si vni dixerò, vade illuc, statim iussis obtemperat: & si dixerò alteri, veni huc, dicto citius, id adimplet. Quanto igitur potiori iure tu, qui rex regum es, & Dominus dominantiarum, qui nullum agnoscis super te imperium: cuiuscunque dixeris vade, veniet: & si dixeris sanitati, vñ non discedat ab aliquo, id rectissime adimplebit. Sic igitur poteris optimæ valetudini præcipere, vt vadat ad puerum meum, & ibit proin. Hic ipse sit absens. Namque serui mei non solum mihi præsentem obtemperant: sed etiam dum mitto illos, vel etiam ad longinqua loca, ibi diligenter quæ à me iussa sunt exequuntur. Posuit autem iste Centurio rationis suæ vim, nec eam compleuit: nouerat enim se loqui cum viro sapientissimo & eruditissimo, in quo sunt reconditi omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Veluti si quis volens conficere syllogismum solam minoreiam propositionem adieceret, in qua est tota vis argumenti. *Quo audio.* Hic ponitur quædam Christi cõclusio, quæ inferitur ex fide huius Gentilis, comparãdo eam cum infidelitate Iudæorum. Nam per fidem charitate informatam homo placet Deo, & isti Gentiles, & multi alij erant Christi fidem habituri: maxima verò Iudæorum pars permanens erat in sua infidelitate, quod Deus repelleret Iudæos & acceptaret Gentiles. Vnde dicitur, quo audito: scilicet, audito Centurione per nuncios suos. *Iesus miratus est.* Videns maximã Centurionis fidem. Vbi diligenter aduertas Christum non admirari mundi opes & facultates, corporis pulchritudinem, aut alia huiusmodi, sed potius ipsam diuinam fidei virtutem. Nam sicut docuit nos Christus timenda esse mala spiritualia, nõ verò ea quæ accidunt corpori: sic etiam docuit ea quæ spiritualia sunt & diuina admirari & suspicere, non tamẽ quæ fluxa sunt, & terrena. Nam aurum, argentum, lapides pretiosi, & quidquid in diuitis & facultatibus mundi cõtinetur, id omne vanum & ad eridium perituum est. Nec id mirandum, cum habeant inanem finẽ & exitum. Dixit enim Dauid: Dormierunt somnum suum viri diuitiarum, & nihil inueniunt in manibus suis. At id est mundanorum hominum ingenium, vt hæc totis viribus inquirant, amplectantur, & sequantur, ita attentioni & eorũ amore capti vt ad nihil abudnati videantur, veluti infantes vilem annulum plumbei, aut quid aliud simile mirantes. Diligunt etenim pueri plus equum ex arundine factum, quã eos omnes, qui ad regis ministerium sunt parati. Equidẽ omnia hæc terrena similitudinem habent cum arundineo equo: si cum illis nunquam interituri, & sempiternis bonis comparentur. Quippe hæc temporalia imago sunt & ymbra futurorũ bonorum.

Psal. 106

Colo. 2.

Matt. 10

Psal. 75.

Verum multi sunt qui hac rerum imagine & vmbra solum detinentur, neque aliud firmum magis aut stabile bonum inquirunt: non conuertentes oculos ad cælum, quæ patria est beatorum, vbi vera bona sunt. Quod autem pueri id consueverunt facere, non est mirum cum discursu careant: at cū tu homo sis, qui rationis & iudicij cōpos es, quid est quod vmbra sequeris & demiraris? Quare ducit te in admirationē imago, & non rei veritas? Idcirco diuina Sapia hæc introspicens, ad homines loquitur, dicens: Vsq̄quo paruuli diligitis infantiam? Hæc enim terrena apud viros probos nullius sunt ponderis & momenti: & D. Paulus tanquam stercora hæc omnia iudicabat. Nec de his miratur, sed de virtutibus & spiritualibus donis, Christus fidem Centurionis admiratur, & hanc sibi acceptam iudicat. Verum operæpretium erit id modo in dubium reuocare, qui fieri possit, vt Christus admiretur, cum admiratio conseruat in homine ex consideratione rei cognite? Christus in instanti suæ Conceptionis plenus fuit scientia, & omnia cognouit in verbo anima Christi beata: quo igitur pacto poterat de aliqua re admirari? Si omnia sunt nuda & aperta oculis eius, quid ignorabat? Quapropter aliqui dixerunt, non fuisse miratū: sed ad modū admirantis se habuisse. Sed profecto videtur mihi rectius posse si dixerimus eū vere fuisse admiratū, in cuius gratiā sciendum, in Christo duplicem fuisse scientiam, alteram diuinam, quæ æterna est, sub qua nulla potest cadere admiratio, quia nihil de nouo per eam cognoscitur: quia tam scientia, quā sciens, quam scibile sunt, & continētur intra suam diuinā substantiam. Et sicut diuinæ essentia nihil de nouo acquiritur, ita nec sapientia eius. Alia est scientia Christi humana siue creata, & hæc est duplex, altera est scientia visionis in verbo, & ista est scientia animæ Christi: & sicut anima Christi est creata, ita scientia eius creata est: quia non potest aliquid increatum formam esse rei create. Et videtur scientia visionis cognitio illa, quam anima Christi habet de rebus cognoscendo illas, & vidēdo diuinam essentiam, in quantum in ea relucent omnes res: quam cognitionem habent omnes beati in patria. Et secundū istam scientiam anima Christi in instanti Conceptionis cognouit in verbo omnia, quæ verbum cognoscit scientia visionis, & secundum hanc non potuit admirari. Alia est scientia in Christo, qua cognoscit res in proprio genere, id est, non secundū quod representantur in aliquo excellenti representatiuo quale est diuina essentia: sed vt cognoscuntur in seipsis, siue in propria natura: & hoc est cognoscere rem in proprio genere, quia genus dicit naturam communē. Quæ itidem scientia duplex est altera experimentalis, altera verò habitualis. Habitualis dicitur habitus quidam cognitiuus, quo de re iudicamus cognoscentes proprietates eius secundam suam naturam: & quantum ad istam scientiam non fuit in Christo aliqua nouitas, aut admiratio, quia ab instanti suæ Conceptionis eius anima fuit perfecta habitibus omnium scientiarū, & idcirco quantum ad hoc admirari non potuit. Alia est scientia experimentalis: vt quando quis habens habitum scientiæ per solam doctrinam & speculationem, postea verò experitur intuitiue in effectu aliquid

quod speculatiue cognoscit. Sicut medicis contingit, & id fit in omni scientia naturali & morali. Quo pacto anima Christi poterat aliquid addiscere per experientiam, quia aliqua de nouo videbat, quæ nunquam viderat. Et sic Apostolus affirmat, Christum didicisse ex his quæ passus est obedientiam. Ita & in præfenti licet anima Christi cognosceret in verbo istam fidē Centurionis qualis erat, & qualis futura esset: tamen eam non fuerat expertus in actu. Ideo que quia animæ Christi hoc erat incognitū, id est, hoc nunquam experta erat: secundum cognitionē experimentalē admiratus est, quando in re ipsa tantam vidit fidē. Sicut nos cognoscimus aliqua speculatiue, quæ magna sunt & grandia, & nihilominus quando videmus ea in rei veritate accedere valde admiramur. Non tamē alicuius rei tanta admiratio poterat illi euenire, quanta nobis: quia quanto est maior ignorantia, tanto est maior admiratio. Christus tamē quando in hac vita erat, de qualibet re semper habebat duas claras notitias, alteram diuinam, alterā verò creatā, quæ est scientia visionis animæ eius. Et idcirco licet aliquādo rem aliquā admiraretur modica erat admiratio. Veluti si astrologus nouerat tali die & tali hora futuram esse eclipsim, quando id contingat nō valde admirabitur, licet in eo sit aliqua immutatio, quia ipso experimento hoc non nouerat: qui verò astrologiam ignorat, nimis mirabitur. Et conuersus, sequēribus se turbis dixit: *Amē dico vobis nec in Israel tantam fidem inueni.* In publico loco & coram omnibus laudauit illū Christus. Primo vt firmius & pressius virtuti hæreat: quia quādo alicuius probitas omnibus nota est, erubescit maxime si in aliquo crimine comprehenditur: quia à maximo dignitatis & honoris gradu cadit. Si autem occulte bonus sit, postea verò deterior fiat, minus erubescit: cum nullum honoris gradum amittat, aut bonæ æstimationis. Est quippe bona fama quasi stimulus quidā ad bene agendum. Vnde qui illum amittit, si forte desperet de illius acquisitione, facilius in malum & impudenter prolabitur. Deinde illum laudauit, vt ceteri videntes quo pacto à Domino prædicabatur & laudabatur, ad virtutem inflammarentur, & incenderentur. Laudatur de fidei magnitudine, primo quia credidit, quod etiā absens poterat incolumitatem puero tribuere: atque adeo non adduxit ad Christum paralyticum, quemadmodum illi, qui portauerunt illum ad Christum. Nec rogauit, vt ipse ad infirmū accederet, sicut Iairus archisynagogus, qui rogabat Christū vt veniret & imponeret manū super filiam suā: nec etiam, vt regulus, qui Christi præsentiam desiderabat, vt filiū suum sanaret: sed tantam fidē habuit, vt solo verbo crederet, Christum posse puero salutem tribuere. Secundū diuinum imperium, maiestatem & dominium confessus est, cum dixit: Dico huic, vade, & vadit: & seruo fac hoc, & facit. Sed iam singula verba veniunt à nobis explicanda. In primis verbum hoc, Amen, Hebraicum est, & in omnibus translationibus diuinæ scripturæ variis linguis factis, immutatum permansit: quod quidē altissimo mysterio nō vacat, quia firmitatē securitatemque significat: & id quo alia corroborentur & confirmantur, mutari non debet. Præterea in veteri lege iuramentum est. Viuo ego dicit Dominus: in nouo

Hebr. 3.

Matt. 9.

Luc. 8.

Ioan. 4.

nono autem (vt Hieronymus annotat) amen dico vobis: quia sic iurabant in veteri lege in condemnatione. Deorum mortuorum, vt erāt idola gentium per quæ iurabant idololatræ. At nunc qua idololatria cessauit, non opus est iurare per Deum viuentem, nisi tantum, vt ipse Deus, quem nos viuentem credimus, asserat affirmatiue se hoc dicere. Etenim iuramentum secundū Damasceni sententiam significat immutabilitatē consilij Dei: eo quod apud nos contractus, qui inuicem fiunt ipso iuramento rati sunt & habent firmitatē. Iurat Deus dicens: Amen amen, propter hominum incredulitatem (vt Basilius & Hieronymus annotant) vt iuramento eos certiores reddat. Sic Abraham iurauit dicens. Per memetipsum iuravi, quia fecisti hanc rem, &c. Sic iurauit Dauid, nec non filiis Israel. Vnde, obsecro, aut ad quid existimas o-  

*Gen. 22.* pus esse iuramento, vt Deo fidem adhibeamus? *Psal. 131.* Certe id prouenit ex malitia nostra. Quemadmodum nos datam fidem frangimus, quam aliis dederamus, ita & illis non credimus, si quæ dicunt iuramento non asstruant. Cū enim nobis consuetum sit alios fallere, ita & nos timemus ab aliis falli. Vnde nihil credimus, nisi id prius fuerit iuramento confirmatum. Cū autem Christus deprecatur nostrū animū bene noverit (licet ipse verissimus sit) Imo ipsamet veritas quæ nobis dicit, iuramento libet confirmare, vt imbecillitati nostræ seipsum accommodet, vt vel saltem hac ratione illi credamus. Secūdo id iuramento affirmat, scilicet, maiorem fidem inuenisse in Centurione, quam in Israel, non quod maiorem habuit Centurio fidem, quam beata virgo, aut Ioannes Baptista, aut Apostoli, & Christi discipuli, sed intelligere id debes per collationē, quæ æquum erat, vt maiorem fidē in Iudæis inueniret, quā in Gentibus. Ita vt singulis rectè consideratis maior fuerit fides in Centurione, quā in Iudæis, non simpliciter, sed collatiue. Veluti si quis laudans prudentiā hominis rustici, maiorē esse diceret quam hominis docti, quod sane intelligendum esset in suo genere, ita videlicet quod rustici prudentia in genere suo maior apparet, quā alicuius philosophi inter literatos & sapientes homines. Doctus inuenitur rusticus non inter doctos & literatos homines, sed inter rusticos, & magis doctus, quā philosophus inter philosophos. Secundo potest & hoc intelligi quantum ad fidem in operatione miraculi, vt sit sensus, in toto Israel non inueni tantam fidem in aliquo homine, ad cuius petitionem facerem miraculum, quam in isto homine, & tunc verba hæc erunt vniuersalia nullam habentia exceptionem. Nec obstat, si in medium adducas sanctos Apostolos, beatam Virginem, aut D. Baptistam, quia nulla miracula fecerat adhuc istis petentibus, in quibus horum fides requireretur. Et manifeste patet sic esse intelligendū, quia Christus fecit hoc miraculum dicente Centurione illi, vt solo verbo puerum sanaret, hoc autem nullus horum dixit, ad cuius petitionē Christus aliquod miraculum fecerit. Videtur igitur maiorem fidē inuenisse in Centurione, loquēdo tantum de illis, ad quorum preces Christus tantum miracula fecit. Tertio nō prius Christus fidem Centurionis fidei matris suæ, aut Apostolorū, quia loquebatur de iis, qui propter generalem suam prædicationem credide-

runt, non de iis qui antea credebant. Denique pro huius loci maiori explicatione obseruandum est, fidem dupliciter accipi, vno modo pro habitu credendi secundum quam assentimur veritatibus sacræ scripturæ etiam si non contiterit nobis probatio de aliqua illarū veritate. Et hæc est fides, sine qua, inquit Paulus, impossibile est placere Deo, & hæc est vna ex tribus theologicis virtutibus, quas Paulus adducit scribens Corinthiis: Et per hanc fidē differt fidelis homo ab infideli. Alia est fides quæ confidentia vocatur, qua petit aliquis à Deo confidenter aliquid sperans, & credens certissime se consequuturum à Domino id quod postulat, quæ fides necessaria est oranti, alias enim nihil vnquam impetrabit. De qua beatus Iacobus dicit: Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, postulet autem in fide, nihil hæsitans. Et sic existimo illud etiam esse intelligendum: Si habueritis fidē sicut granum sinapis, & dixeritis monti, &c. Et quod Cananæa Christus dixit: O mulier magna est fides tua. Et Ioannes ait: Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis: id est, non fidebat ipsis, neque se confidenter aut secure illis tradebat. De qua credo in hoc loco incidere sermonem potius, quam de fide theologica, quæ valde necessaria est ad efficiendum miracula. Et reuersi qui missi fuerant domum, inuenerunt seruum qui languerat sanum. Virtute diuina factum est (quæ vbi que adest & operatur) vt in icu oculi ille, qui maxima infirmitate laborabat, & de cuius salute omnes medici iam desperauerant integræ sanitati restitueretur, quod quidem maxima fides Centurionis effectit. Ex hac igitur historia Centurionis præterea omnia, quæ diximus ad nostram eruditionem discamus, primo in omnibus necessitatibus & afflictionibus nostris in medio itinere ire obuiam Christo, vt iuxta nos dignetur accedere. Protinus enim, vt Christus Capharnaum peruenit, & id intellexit Centurio, nuncios ad illū misit, ne forte discederet. Id semper aduertere debes, vt si Christus prope transierit, & audieris eius famam, vocem, & insperationes, ne facias morā, sed cito ad eum curre, & illum in tuum auxilium & necessitatem voca. Nam in hac vita prope te est, nunc illum præsentem habes, nunc poteris illi occurrere, & vocare illum antequam seipsum abscondat, antequam mors veniat & discedat. Detine illum, neque sinas illū transire donec vulnera animæ tuæ omnino sanent. Ita fecit anima illa sancta, quæ dicebat. Tenui eum nec dimittā donec introducam illum in domum genitricis meæ. Sic fecisse legimus Cananæam illam, quæ postquam nouit Christum in regionē suam peruenisse, clamauit ad illum dicens: Miserere mei fili Dauid. Nō dimisit illum ulterius transire quousque fuit assequuta omnia quæ desiderabat. Sic tu priusquam mors appropinquet, postquā illum præsentē habes, clama, nec cesses, & vestigia illius insequere dicens: Miserere mei Deus secundū magnam misericordiam tuā: Ecce puer meus iacet in domo paralyticus. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Igitur secundum multitudinē miserationum tuarū, dele iniquitatē meā. Sed pro dolor, quotie: Deus corda nostra perambulat & pertransit, & cum alloqui nolumus, imò illū cōtemnimus. Sed quid dico, quod transiit? Imò eoriam nostris oculis adest

Hebr. 11.

1. Cor. 13.

Job. 5.

Matt. 17.

Matt. 15.

\* Tex.

Cant. 3.

Matt. 15.

Psal. 50.



adest supernus ille cœlestisq̄ue medicus, & rogat nos, vt medicamen salutis velimus accipere, & sedens ad ostium expectat nos, nos autē tanquam amentes & stupidi magnis ægritudinibus oppressi, & peccati labibus infecti remedium nostrū spernimus. Quomodo, rogo, tu illum queres, vt Centurio iste, Cananæ & Magdalena fecerunt, si cum foribus tuis adest, dicis cum nescire? ¶ Discamus semper nunquam de diuina pietate & benignitate desperare, imò semper petitionibus nostris confidentes accedamus, potens quippe Dominus est, ex peccatoribus iustos & sanctos efficere. Potens est Dominus dicere peccatis meis, recedite ab homine isto, & disto citius recedent. Potens est Dominus, vt dicat sanitati, veni & esto cum homine isto, & gaudebit iussibus Domini. Potens est Dominus ab incurabili paralytici hominem liberare. Et tandem potentissimus est ab omni miseria, ab omni afflictione & angustia saluum & incolumem teipsum eripere. Legimus namque in quarto libro Regum Eliseum prophetam dixisse: In tempore hoc cras modius simile vno statere erit, & duo modij hordei statere vno in porto Samariæ. Quidam autem Deo diffidens dixit: Si Dominus etiam fecerit cataractas in cœlo, nunquid poterit esse quod loqueris? Qui ait: Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Sicque factum est, vt ille, qui Deo non credidit, à turba in ingressu portæ cõculcatus moreretur. Itaque has tres insignes, & egregias virtutes exemplo Centurionis induamus scilicet, fiduciam, charitatē, & humilitatem. ¶ Discamus etiam proximorum virtutes laudare, sicut Christus laudauit fidem Centurionis corā omnibus ibi adstantibus. Sic etiam laudauit Christus Nathanaelem. D. Petrum, Magdalenam, Cananæam & Zachæum. Sed nos veluti si in sacro baptisate Christum non fuisse confessi, nec ipsius vexillum sequuti multo aliter facimus, nā proximorum virtutes & ea, propter quæ digni sunt laude silentio inuoluimus, defectus vero & quæ committunt flagitia propalamus, & laudamus. Quo fit vt regius vates dicat: Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ & iniquus benedicitur. Illum laudas, qui de illata iniuria crudelissime vlciscitur, vel qui turpia & scelerata commisit. Cuiusmodi cõditiones sunt assentatores & adulatores, & alij multi, qui ita viuunt vt alijs placeant & adolentur. De quibus Propheta sanctus Ezechiel scribit, & multa ponit quæ illis contingunt, dicens: Eo quod deceperint populum meum dicentes pax, pax, & non erat pax, & ipse ædificabant pauertem, illi autem liniebant eum. Peccatores namque parietem vitiorum & grauissimorum scelerum ædificant, illi autē qui blandiuntur, parietem liniunt, reddendo illum albū & lucidum: dicentes nihil esse fœdum, aut turpe in ipsis sceleribus & flagitijs, imò pulchritudinem & honestatem præ se ferre. At exemplo Christi tantum virtus & honestas laudanda est, vt in hoc loco Centurionis commendatur fides, & Phariseorum vitia carpuntur, sicuti videre est in capite 23. Euangelij D. Matthæi. Sic tu virtutes semper laudibus prosequere, nec bonos vituperes, aut iniquos laudes. ¶ Discamus etiam, vt semper opera & vita nostra statui, & vocationi nostræ sint consona: nam secundum ea quæ hic à Christo narrantur

Centurio miles, atque Gentilis Israelitici populi sacerdotes & senes fide superauit: ita vt in maiori honore fuerit habitus, quam illi omnes qui se præcipuos esse existimabant in obsequio Domini, & maiorem perfectionem & sanctitatē fuerant professi. Mundi quippe officium, aut vanus honor seculi non coniungit nos ipsi Deo, sed potius humilitas & recta opera, aut si maius zelus ardens ministerij domini. Et tandem vt de hac refinem dicendi faciam, ne nobis fiducia sit in statu aut dignitate nostra, sed memoria semper repetamus à quanta gloria & honore ceciderint angeli illi supremi in miserum tenebrarū locum. Et quo pacto etiam primus noster parens à paradiso voluptatis fuerit eiectus summa ignominia & dedecore, & quomodo Iudas constitutus Apostolus, tandem fuerit misere & infeliciter suspensus cum iniquis angelis habitaturus. Ita vt nec monachalis habitus, nec sacri ordines, aut perfectionis status nos saluos & incolumes minime seruabunt, nisi his optimum viuendi studium adhiberemus. \* Et factum est deinceps. Hoc est post restitutam sanitatem puero Centurionis quauis non immediate post illam, sicut ex alijs euangelistis colligitur. \* Ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Nain. Inter alia præclara, quæ dilectus discipulus de suo magistro dixit, id fuit, vnum & potissimum, scilicet, quod venit, vt dissolueret opera diaboli. In hoc, inquit, apparet filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Scriptum enim est: Inuidia diaboli intravit mors orbem terrarum. Deus namque mortem non fecit, neque lætatur in perditione morientium: sed diabolus qui homicida semper fuit, ab initio Adæ quippe dixit Deus: In quacūque hora comedis, morte morieris. Sed peccatum quod transgressio fuit præcepti mortem induxit. Itaque sicut inuidia diaboli mortem, ita charitas Christi attulit vitam, iuxta illud quod ipse dixit: Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Et D. Paulus: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Igitur cum venerit Christus in mundū (vt inquit Paulus) vt eum destrueret qui mortis habebat imperium per mortem suam conueniens fuit, vt priusquam in arenam cum illa descenderet, ostēderet illi quam potentiam aduersus eandem mortē afferret. Itaque conuenientissimū fuit, vt antequā omnino mortem destrueret, aliquos ad vitā restitueret, vt imperium ostenderet, quod habebat aduersus ipsam mortem, vt vel sic intelligeret mundus eum & mortis & vitæ esse Dominum. Qua de causa modo scribit D. Lucas, quo pacto adolescentē quendam filium viduæ dum iret in ciuitatem Nain à morte suscitauerit. ¶ Vbi maximè consideranda est Christi bonitas, quippe qui non vocatus, aut rogatus venit, vt viduam tristem consolaretur. Et hoc est illius maximum encomium, quod etiam nobis venit non vocatus. Ab æterno quippe nos elegit, sed nō propter preces aut opera nostra bona precedentia, sed sola sua benignitate & gratia. Nec nos ad illum prius iuimus, sed ille ad nos. Nō nos elegimus illū, sed ille nos. Cū adhuc mortui essemus in peccatis (inquit diuinus Paulus) Deus qui diues est in misericordia, conuiuificauit nos Christo. Propterea enim dicit in Esaia: Quæserūt me, qui antea non interrogabant, inuenerunt qui

non quæserūt me. Solet benignitas Domini miferos & afflictos consolari: & quod maius est nec rogatus nec vocatus, sed potius inopinatus venit, vt hic facile ostenditur. Quocirca Apostolus Paulus: Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi pater misericordiarum, & Deus totius cõsolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Longe aberat huius mulieris cogitatio ab spe salutis filij sui, veruntamen vadit Christus Nain & filium suum viuum vidit. Beata ciuitas, beata domus, & beatus ille est nuncupandus ad quem Dominus accedit: siquidem bona multa ab eo accipit. Venit Christus in domū Simonis, & forus eius liberatur à febre. Venit ad Mattheum, & ex publicano efficitur Apostolus. Venit in domum Zachari, & salus facta est illi. Venit denique in hanc ciuitatem Nain, & mortuum suscitauit adolescentem. E diuerso autē is, à quo Dominus discedit, aut longè abest multis miseris implebitur. Idcirco dixit Martha Dño: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Vnde & Iudæicus populus miser & obcæcatus est, quia Deus discessit ab illo. Vnde maximè tibi cauendum est, ne tibi dicat Dominus, sicut olim Iudeis: Vos dereliquistis me, & ego dereliqui vos. ¶ Aduertendum est insuper Nain ciuitatem esse in Galilæa sitam in magno monte Hermon: ad cuius latus versus orientem est ciuitas Nain, & ad dextrum latus Nain spatium sex vel septem parasangarum positus est mons Thabor. Ne autem præbeatursans errandi scripturam legentibus, sciendum tres montes huius nominis Hermon in illa regione reperiri. Vnus & ille præcipuus, cuius scriptura facit mentionem iuxta montem Sanir reperitur, supra regionem Traconitidem, & est vltra Iordanē. Alius est traas torrentē Cison, qui ad orientale latus manet montis Thabor: tertius vero est hic vbi est Nain quem scriptura vocat modicum, ad differentiam eorum quos nominauimus. *Et ibant cum eo discipuli eius.* Comitabantur Christum, sicut Eliseus qui magistro suo dixit: Viuit Dominus, & viuit anima tua, non derelinquā te. Vnde in persona horū dicebat Iob: Vestigia eius sequutus est pes meus: viam eius custodiui, & nō declinaui ab ea. Redditi erant Apostoli rationē de omnibus quæ gessit Christus à baptisimo Ioannis, vsque ad eius ascensionē, vt Petrus dixit. Atque ideo indiuidui comites erant quasi testes miraculorum eius. Iucundum etiam erat Apostolis Christo adhærere. Dixit enim Petrus Christo: Quo ibimus? verba vitæ habes. *Et turba copiosa.* Ibat cum illo turba multa, propter signa quæ faciebat super iis qui infirmabantur. Et vtinam miracula quæ Christus singulis diebus tecum operatur tecum efficerent vt illum sequereris. ¶ Obserua autem, quod prius eunt Apostoli, & statim post illos turba multa, & non id mysterio vacat: nam quando prælati ecclesiæ priores Christū sequuntur, statim post illos tendunt subditi & inferiores. Nam eodem modo, quo pastor Iacob virgas ponebat, vel cum corrice, vel sine illo coram oculis ouium: eodem modo oues pariebant agnos varios. Itā sanè si bona opera pastores & prælati ecclesiæ coram oculis subditorū proponunt, eadem ipsi subditi sequuntur & pariunt. Potius enim subditi factis, quam verbis sunt regendi. Vnde mi-

rabile est ad hoc propositū illud Ezechielis, quod rotæ non superabant animalia sancta: omnia nāque suo ordine & proportionem ibant. Et cum eleuabantur rotæ, pariter & eleuabantur animalia. Et quocunq̄ue ibat spiritus, illuc quoque pariter tendebant rotæ: & pedes eorum recti pedes, æquales pedes, quia opera verbis correspondere debent. Prior qui in ciuitate Ninive poenitentia egit, fuit rex, ipse prius surrexit de folio, quem sequuta est vniuersa ciuitas. Prior etiam qui profanauit vas templi Balthasar fuit: & id protinus fecerunt eius concubinæ. Vbi facilè est videre, quantum valeat maiorum exemplum, ad vitium sectandum, vel ad virtutem amplectendam. Quando Iosue Iordanē fluuiū transiit cum testamenti arca, prius trāsierunt sacerdotes, & aquæ furor cessauit: & ita omnes securi transierunt. At prælati huius temporis nolunt virtutis duces esse, imò subditos suos mittunt, vt Christi vestigia sequantur, ipsi verò manent in tranquillitate conuiujs vacantes & delicijs. Christi discipuli priores eunt, & post illos turba copiosa. Refert enim multum, vt prælati, sacerdotes, & ecclesiastici, & præsertim ij, quibus animarum cura incumbit, priores sint in virtutis sequela. Itā Esaia: cū dixit omne capud languidū, & omne cor mœrens: statim subdidit: A planta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Quando prælati, qui capita sunt, infirmantur, necessum est corpus, id est, omnes subditos agros esse: nam quando princeps & gubernator republice non rectè in administratione se gerit, tota respublica protinus periclitatur. Vnde in Ecclesiastico legitur: Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales & habitantes in ea. Nam sicut vmbra columnam sequitur, ita subditi imitantur prælatos. Qua de causa peccata populi ipsis prælati tribuuntur: quia ipsi sunt causa vt populus peccet. Idcirco Moyse cum peccauit populus, dixit Aaroni sacerdoti: Quid tibi fecit populus hic, vt induceres super eū peccatum maximum? Peccauerat populus, & oburgatur sacerdos. Si enim horologium falso horam designet, vtique non tribuenda est culpa horologio, sed potius horologium regenti. Itā sanè scelera populi ipsis prælati sunt imputada. *Cum autem appropinquaret porta ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ.* Consecutio erat Iudæis, vt extra ciuitatem sepelirentur. Sic Christus extra urbem sepultus est in horto. Præceptum enim erat Domini, vt extra castra sepelirentur. Et huius consuetudinis ratio erat, quia locus in quo mortuus iacebat, immundus reputabatur, quemadmodum cadauera ipsa. Appropinquat autem Iesus, nam cum ipse appropinquat nobis, quemadmodum sol incrementum tribuit plantis & herbis, sic Christus sua propinquitate tribuit nobis vitam & salutem. Porta autem ciuitatis appropinquat, quia porta, per quam egreditur mors, ingreditur vita: nam consensu voluntatis mortuus es in peccatis, & eodem consensu respicere debes. Et idcirco sine contritione postquā peccasti, saluus fieri non potes. Præterea cum defunctum videris ad sepulchrum ferri, considerare debes, protinus te mortalem esse, iuxta illud Ecclesiastici: Memor esto iudicij mei, si erit & tuū: mihi heri, & tibi hodie. Semper recolēda esset memoria

4. Reg. 7.

Ioan. 1. Mat. 16 Luc. 7. Mat. 15. Luc. 19.

Esai. 9.

Ezec. 13.

2. Cor. 1.

Luc. 4. Mat. 9. Luc. 19.

Ioan. 11.

1. Pet. 12.

1. Ioan. 3. Sap. 2. Sep. 1.

Ioan. 8. Genes. 2.

Psal. 41.

4. Reg. 2. Iob. 23.

Ab. 1.

Ioan. 6.

Genes. 30.

Ephes. 1. Ephes. 6.

Ephes. 2.

Esai. 65.

Ezec. 1.

Ion. 3. Dan. 5.

Iosue. 4.

Esai. 1.

Ecc. 10.

Exod. 32.

Leuit. 10.

Ecc. 38.

moria terra, in quam conuertendus es. Facile nāque contēnit omnia, qui sese existimat moriturū. Ludebat Dominus plumas auis, quae illi in sacrificium offerebatur in cineris locum conici ad partem orientalem. Eleuantur in altum diuitiae, honores, salus, nobilitas veluti auis plumis suis. Vult Dominus, vt haec omnia conicias in cineris locum, qui sepultura est, vbi protinus videas ortum trum nihil aliud quam cinerem, & à cinere esse. Equidem si omnes tuas vanitates & mundanos honores, quibus inflatus incedis in sepulchrum duceres, ea omnia facile contēmeres & pro nihilo duceres. Infirmus hic & defunctus, qualis sit offendit tibi. Indutus fuit Adam pellibus animalium mortuorum, vt mortis sententiam, in quam propter peccatum inciderat recordaretur. Singulare remedium est ad peccata vitanda & fugienda mortis recordatio, & ad appetitus carnis frānandos: cum recte intelligamus corpus hoc in vermes & cinerem esse conuertendū. Inicit enim mors in ignem nostrorum appetituum frigidam aquam, qua multum mitigētur & extinguantur. Estque veluti horologium quoddā, quod vitam nostram ad rectum viuendi modum traducit. Veluti Daniel, qui cinerem spargendo Babylonis sacerdotum defraudatos gressus aperuit. Quo pacto si tuis cogitationibus vanis cinerem miscueris, dāmonis fraudes & astutias deteges. ¶ Praeterea filius erat viduae & vnicus iste adolescens, qui mortuus defertur. Mandē & cum indulgentia in deliciis & voluptatibus fuerat nutritus, quia filius viduae erat, quae mundanę voluptates ad mortis sepulturam plurimos deferunt. Vnde Esaias inquit: Oua aspidum ruperunt. Oua aspidū sunt extrinsecus alba, oculis grata & pulchra: interius autem veneno plena. Sic mundi deliciae exteriorum partem pulchram & suauem ostendūt, quas si aperias scditate & nigredine plene sunt. Et quēadmodum qui ova aspidum frangunt, seipfos occidunt, quia ex ipsis ouis erumpit venenum, qui qui se deliciis tradunt, sibi ipsis mortem moluntur. Aspīs est paruus serpens, veneno occidens, somniculosus appellatus, eo quod somnum lactiferum percussus emittat. ¶ Obserua autem in hoc loco defunctum non fortuitum delatum esse, ita vt Christus obuiam eis esset factus forte fortuna. Etenim nihil apud Christum casu fit: omnia enim prius sunt illi cognita deliberata & ordinata, quamuis nobis secus videatur. Deus namque omnia nouit prius quam eueniant: & apud eum est decretum quid & quo tempore vnum quodque fieri debeat. Vidua non videbat Christū, neque aliud minus cogitabat, quam de eius aduentu: Christus autem recte videbat iustum & plantatum viduae. Quod quidem maximum solatium nobis debet esse, quod necessitates nostrae & afflictiones illi cognitae sunt: imò quod iam sit in via vt eis medeatur. Et idcirco maxima semper fiducia debemus confidere: & si fecerit moram, expectemus eum, veniens veniet & non tardabit. *Et haec vidua erat.* Et ob id non minoris habita à Domino: nam coram oculis Domini potius estimatio sunt digni qui à mūdo destituuntur, quam qui potentes sunt, & qui laudantur à mundanis. Haec mulier orbata erat omni humano auxilio, cum nec maritū haberet, nec filium: post ille qui

erat ei vnicus ad sepulchrum ferebatur: quae omnia ipsū domini subsidium & auxilium citius illi attulerunt. Dominus enim custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet. Nunquid vidit Ioseph in Aegypto venditum, in carcerem detrusum, omnibus spoliatum? Sed attendite quanto cum honore Dominus eum ab his omnibus eripuit. Optimè quidem egregius psalter: Tibi delectus est pauper, orphano tu eris adiutor. Et iterum: Iuxta est Dominus iis, qui tribulato sunt corde. Et rursus: Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in caelo & in terra? Et Ecclesiasticus dixit: Dominus non despiciet preces populi, nec viduam si emittat & effundat loquelam gemitus. Maioribus enim necessitatibus facilius & citius Dominus fauet. Mundus potentibus & diuitibus opem fert, pauperes verò contemnit & obliuiscitur. *Et turba ciuitatis multa circumibit.* Felix gens, quae vnico duntaxat operi misericordiae intenta, scilicet, in sepeliendo mortuo tantum miraculū potuit videre. Quot & quanti manserunt in populo, qui ignauos se esse dicebant & infelices appellabant, ob id quia mortuum non fuerunt comitati vt hoc miraculū videre possent? Faut Dominus semper, & sua mirabilia ostendit his, qui se operibus misericordiae & pietatis exercent. Dauid misit ad agendum gratias hominibus Iabes Galaad, quia corpus Saul sepelierant, dicens: Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam cum domino vestro Saul, & sepeliistis eum. Et nunc retribuet quidem Dominus vobis misericordiam, & veritatem. Et sanctus patriarcha Abraham maxime laudatur, quia sepeliuit magnificè vxorem suam Saram. Sic Ioseph tulit corpus Iacob ab Aegypto, vsque in terram Canaan itinere sanè longo & molesto plusquam quatuordecim dierum spatio. Curam sepulchri fecit Ioseph cum adiurauit fratres suos vt affertent ossa eius in Canaan. Quod fecit Moyses Tobias etiam, qui huic misericordiae operi intentus erat, acceptus fuit Deo, & Angelus hoc bonum opus misericordiae commemorauit & laudauit in eo. Neque minor laude dignus est Iudas Machabaeus, eo quod interfectos Iudaeos sepeliri fecit, & pro eis pecuniam misit Hierosolymis in templum. In nouo etiam testamento opus hoc commemoratum esse scimus: laudi enim tribuitur discipulis Ioannis, quia magistrum suum sepelierunt. Et illae sanctae mulieres, quae primo diluculo ad Christi corpus yngendum surrexerunt, quia in hoc pietatis opere se exercebant, dignae fuerunt Angelos inuenire, qui eas consolati sunt, qui & dixerunt, quid esset illis agendum vt Christum inuenirent. Vt ex his intelligas media esse praesentissima ad inueniendum Christum opera haec pietatis & charitatis, quae & proximis viuus & defunctis impendimus. Et sic istae mulieres Christum prius videre meruerunt quā Apostoli: quia maiori pietate vsae sunt cum illo, quam Apostoli. Ex quibus omnibus elicitur: quantum Deo placeat, mortuos sepeliri: quandoquidem apud Gentiles & barbaros honestū & laudabile reputatur. Laudatur quippe Alexander propterea quod corpus Darij interfecti matri vxorūq; suae liberaliter tradidit, vt sepeliretur. Et Annibal idem fecit cum illis tribus Romanorum ducibus, quos interfecerat.

rat. Hinc laudatur Cimon, cuius patrem in vinculis mortuum cum nolent Athenienses sepelire, ipsemet permisit, in vinculis detineri vt pater debito honore sepeliretur. Quam ob rem ab Ethnicis imperatoribus in fauorem sepulturae statuuntur iura. Ideo Ecclesiasticus: Mortuo ne prohibeas gratiam. Isti igitur qui misericordia cum mortuo vii sunt, meruerunt Christum inuenire, & grande miraculum videre. *Quam cum vidisset Dominus* Nemo in scripturis diuinis absolute solet à sanctis Dominus appellari, nisi ipse Deus: cui ipse per Esaiam dicit: Ego Dominus, hoc est nomen meum. Et in psalmo: Dominus nomen illi. Ideo dum facer Lucas Iesum absolute Dominū vocat, ostendit illum verū Deū esse, & Dominū vniuersae creaturae. Frequentius autē Lucas quā ceteri Euangelistae Christū Dominū appellat, in iis praecipue locis, in quibus humanitatis beneficia recenset, vt eius diuinam maiestatem ostendens, simul insinuet bonitatem & clementiam, quibus nostris miseris subuenit. Vtinam & prelati huius temporis oculos conicerent in necessitates pauperum & viduarum: at sunt multi qui faciem alio diuertunt, ne pauperum vlcerā & indigentiam viderent. A quibus sine dubio Dominus auertet oculos suos, iuxta illud Esaiā: Auertam oculos meos à vobis. Quapropter sanctus Tobias consuluit dicens: Ex substantia tua fac elemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vilo paupere: ita enim fiet vt neque à te auertatur facies Domini. Et Ecclesiasticus: Ab inope ne auertas oculos tuos. Et iterum: Ne auertas faciem tuam à proximo tuo. Ex quibus manifesto liquet, quantum aberrauerint in Hispania nostra, qui impedimento fuerūt, ne pauperes hostiatum suis necessitatibus consulere: sed quod duo nobiles illis elemosynas colligerent. Quae quidem res penitus subuertit pietatem & misericordiam Christianam. Nam multi sunt, qui cum propriis oculis non intuantur pauperum necessitates, nunquam elemosynas porrigunt. Cum certissimū illud sit, obiectum praesens fortius mouere potentiam, quā absens. Sunt quippe multi qui videntes pauperum summā indigentiam, & vlceribus plenos, tribuunt illis elemosynas quas non tribuissent si propriis oculis non viderent. Christus vidit tristitiā viduae, & motus fuit misericordia. Et quid non fratris tui miseria, quā propriis oculis intueris ad misericordiam te ipsam adducet? Nonne citius ad pietatem prouocaberis, si pauper ad ostium accedat, quā si diues & nobilis? Misericordia etenim quaedam compassio est alienae miseriae in cor tuū translatae. Quod si pauperem, & miserum non vides, quā imaginem suae miseriae in corde tuo depingere poteris? Praesentia pauperis mulieris Ruth, quae spicas colligebat, mouit Booz ad pietatem. Insuper effectū est, vt meritum auferatur hominibus: nam qui pauperem videt quamuis illi elemosynam non largiatur, quia non habet: nihilominus potest coram Deo mereri, si illius misereatur intimo cordis affectu. Eodem pacto & ipsi pauperi meritum auferunt, dum impeditur ne hostiatum petat: nam elemosynam petere & suam indigentiam manifestare, opus humilitatis est & Deo acceptum. Denique obseruandū est, Christū oculis hanc tristitiam viduam vidisse, & etiā charitatis opere illi subuenisse. Mul-

ti etiam prelati nostris nostris temporibus subditorum necessitates, lachrymas atque paupertatē vidēt, & illorū necessitates propriis oculis intuentur: sed quid prodest hoc si remediū & auxilium posteriori mantica mandat? Quod si subditus errauit, statim in carcere illum detruunt: praecipue si aliquid de illis fuerit loquutus, id iudicant tanquam peccatū in spiritū sanctum inexpiable, ita vt nunquā illi condonent quousque illū omnino perdant & destruant. Virgā iustitiae habent, vt errores puniant: non tamen charitatē aut pietatem, vt subditis subueniant in miseris & necessitatibus suis. O quam bonus praelatus Christus, qui cum oculis intueatur pauperis necessitatem, statim se operi accingit, vt illi subueniat. Dum esset in deserto leuauit oculos suos, cumque magnā multitudinem vidisset hominū, qui fame opprimebantur, protinus quaesuit tantae multitudini remediū & quinque panibus & duobus piscibus illam satiauit: Vidit egrediens à templo caecū à natiuitate, & illum sanauit. Vidit sedentē Matthaeum in Teloneo, & vocauit illum & sanctificauit. Vidit Zachariam in arbore sedentem, & ingressus domum suam salutem animae illi tribuit. Vidit discipulos laborantes in remigando circa quartam vigiliam noctis, & à periculo eos saluos & incolumes seruaui. Vidit denique hanc viduam lachrymantem, & consolatus est eam. Sed tu cum pauperem videas, & suppetant tibi facultates vt illi subuenire possis, id minime curas: illum diuitē auasū sequutus, qui oculis suis quoties domū ingrediebatur, videbat Lazarum in ostio iacentem, miserum & afflictum: sed manus suas comprimebat, habēs & cor durum. *Misericordia motus super illā dixit illi.* Misericordia virtus est, qua quis alterius miseriae condolet, releuatque eam pro viribus suis. Quantum autem ad primum horum Deo misericordia non competit, cum compassionis effectus in diuinitatem cadere non possit. Secundū vero Deo maxime conuenit, cum semper miseris & egentibus liberali manu subueniat. Expēde in super quo pacto Dominus nō vocatus aut à vidua rogatus, sed ex sua praecordiali voluntate & misericordia motus est: motus inquam vt miseriam viduae tollat. Nullus orabat nec petebat adolescentis vitam, sed Christus suapte virtute mirabiliter filium suscitauit & reddidit matri. Non considerauit merita in illa femina: sed gratis misertus est, & tantum beneficiū praestitit. Miseriis gratis subueniamus absque vlla seruitij nec lucri spe. Discant quoque qui magistrate non habent, vt defendant viduas & pauperibus opulentur, quamuis non sint. Multi enim miserabiles personae ex verecundia non audent suas necessitates propalare. Christus non petenti subuenit, & viduae merita non considerauit, nec examinauit. Quapropter discamus etiam non esse nobis merita exploranda in his quae nostro subsidio indigent: sed debemus illis succurrere, etiam si peccatores sint, dum modo pauperes sint, aut infirmi: non considerantes merita illorum, sed miseriam tantummodo. Deus solem suum ori facit super bonos, & malos, & pluit super iustos & iniustos. Sic tu esto misericors super bonos & malos, vt sis similis patri tuo. *Quamuis malus sit pauper, da illi.* Nonne malus subuenit Deus? Portus etiam qui naufragio perierunt, subuenit, siue

Leui. 1.

Genes. 3.

Dan. 14.

Esa. 59.

Abas. 2.

Psal. 141. Genes. 39. Genes. 41.

Psal. 9. Psal. 33. Psal. 111.

Eccle. 35.

Esa. 1. Tob. 4.

Eccle. 4. Eccle. 41.

Genes. 50.

Exod. 13. Tob. 12.

1. Mar. 12.

Mar. 6.

Mar. 16.

Psal. 115. de ingrat. 111.

Psal. 141. Genes. 39. Genes. 41.

Psal. 9. Psal. 33. Psal. 111.

Eccle. 35.

Esa. 1. Tob. 4.

Eccle. 4. Eccle. 41.

Genes. 50.

Exod. 13. Tob. 12.

1. Mar. 12.

Mar. 6.

Mar. 16.

Psal. 115. de ingrat. 111.

Ioan. 6.

Ioan. 9. Matt. 9. Luc. 19. Mar. 6.

Luc. 16.

Matt. 50.





Iob. 1.

mam intelligere: nam antiqui in signum doloris capillos tondebant. Vnde Iob cum opes & filios amisisset, scidit vestimenta sua, tonso capite corruens in terram adorauit. Hieremias etiam & volens summum Moabitaram dolorem explicare, dicit.

Iere. 48.

Omne caput caluitium, & omnis barba rasa erit. Et Amos ex parte Dei nuncians populo suam calamitatem dixit: Inducam super omne caput caluitium. Præcipit igitur Deus Ezechieli vt temperet fletum: vt huic mulieri, cui ait, noli flere. ¶ Obserua autem, quod per hoc à me dictum non videtur tolli moderate lachrymæ atque piæ, quæ pro defunctis fundendæ sunt: nec sensus ille & naturalis dolor, quem nostrorum obitus in nobis efficiunt: cum illud prudenter fit vt ab initio dicebamus: sed immoderati sensus & clamores superflui quos multi de hac re faciunt obiurgatione digni sunt. Præsertim mulieres sunt castigandæ, quæ taliter sentiunt de hoc negotio vt se ipsas dilacerent & à victu & somno priuent, desipiunt & in languores incidunt & ad mortem vsque deuenire solent, murmurant, blasphemant & Deum Redemptorem arguunt, delicta quam plurima, excessus, infanias, & id genus multa perpetrant. Talibus Paulus dicit, vt non contristemini sicut cæteri, qui spem non habent. Non quidem dicit Apostolus absolute, non contristemini, quia ipse non vetabat Thesalonicensibus dolere nec lachrymas pro suis. Sed dixit, sicut cæteri, qui spem non habent, ac si diceret: Lugete vestros: sed caute ne id faciatis Gentilium more, qui de resurrectione spem nullam habent, nec illi fidem aliquam adhibere voluit. Sed vos qui religionem christianam profitemini & pro rato habetis quod optimam habent repositam gratiam, plorate religiose atque prudenter. Ratio igitur, qua Diuus Paulus hunc immoderatum luctum prohibet, est quonia certissima futura est mortuorum resurrectio. Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, ita & eos, qui dormierunt per Iesum, adducet eum. Similiter Christus dicit huic mulieri, vt non fleat, quia resurrectio mortuorum est. Si credis quod resurget filius tuus noli flere: & non solum resurget in nouissimo die, sed etiam statim resurget: & sic non est causa flendi. Deinde vt aperte intelligas non esse legendum vide quid dicat Euangelista. Et accessit etiam rasit loculum. Loculus diminutiue vocatur locus vbi mortuus iacet. Mortuo enim paruulus locus sufficit, cui viuenti lata domus, & alta non sufficiebant palatia. Mors fatetur quantula sint hominum corpuscula. Hoc considerent, qui alta palatia, domos deauratas fabricant in hac breui vita, quæ commodata est ad illam æternam felicitatem. Peregrinus viator patienter tolerat nocte vna in pauperissimo hospicio dormire. Solatur enim cum sequente die in proprio lecto domi suæ requiescet. Sic illi sancti & antiqui patres in casulis habitauerunt. Vnde Paulus ad Hebræos, sicut Abraham demoratus est in terra promissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob coheredibus repro missionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem cuius Architectus & conditor est Deus. Si vero sancti illi patres longam vitam habitum casulis & tuguriis utebantur: quare tu hoc tempore in quo hominum vite securiores multo sunt magnifica edificas palatia

Amos 8.

1. Ths. 4.

Hebr. 11.

& superba? craftino decedes, interdum verò paruo contentari debes & quid potes ita cursum istum peragere. Ne autem in hospicio huius mundi moreris in reparandis & construendis ædificiis & edibus: siquidem iter facis & velocissimo equo veheris in propriam patriam caelestem, attende quam exigua domus tibi sufficit post hanc vitam cum in angusto sepulchro deponaris sicut adolescens iste in angusto loculo collocatur: & quam plures curas excusabis. Sed quia de hac vanitate superborum ædificiorum multa scripsimus in prima parte operis de vanitate sæculi, nunc alia consideremus. ¶ Tetigit Christus loculum vbi defunctus efferebatur. Quoties & tu ad inferni sepulchrum properas? Deus autem (cuius maxima misericordia est) sua te tangit manu mittendo tribulationem, vel laborem aliquem quo te retinet? Iob laboribus plenus & tribulationibus circumdatus dixit. Manus Domini tetigit me. Tunc dicimus Deum aliquem tangere, cum laboribus & doloribus opprimit eum. Maximum quidem beneficium Deus illi confert, quem aliquibus tribulationibus corripit. Est enim hoc admonitio quædam & quasi detentio ille in æternum condænatur. Multi peccatores, vt Hieremias ait, impetu currunt ad mortem, sicut equi indomiti: atque ideo Dauid Deo dixit. In chama & fræno maxillas eorum constringe. Si videres aliquem se in mare præcipitantem & apprehenderes illum quamuis eius crura læderentur, nonne maximum beneficium illi conferres: præstat enim illi viuere etsi claudus maneat: quæ quod corpore & anima moriatur, se ipsum per suam voluntatem præcipitando. Quoties tu ab vno crimine in aliud ex tua voluntate laberis ad Tartara decurrens: & Deus misericors te aliquo langore sustinet? Videbis adolescentem, pulchrum, sanum & fortem, qui quæ vult efficit: suum in omnibus desideria implendo, vitiosus enim est & mundanus. Huic immittit Deus aliquem dolorem corporeum vel febrem, confessorum peti, crimina deplorat, in Deum ergo se conuertit. Alias permittit Redemptor noster quod mulier pulchra, quæ ex eo quod talis est impudenter viuit suam amittat pulchritudinem & decorem, & hoc aliquo interueniente langore vel infortunio, postea verò sancta mulier efficitur. Præstat ergo tibi deformis cum sis quod salutem æternam assequaris, quara decora damneris. Frangit quidem Dominus crura ad Tartara pergenti, ne illa tam periculosa via incedat. Hoc ipsum est quod scriptura diuina dicit Deum aliquem hominem tangere per labores & infirmitates ad salutem obtinendam. Sic daemone de Iob loquens dixit Domino. Mitte manum tuam & tange os eius. Et de Pharaone dixit Deus. Adhuc vnam plagam tigram Pharaonem. Sic Pharaon istis plagis & ærumnis à Deo missis tactus respiciebat & Dominum cognoscebat & conuersus orabat Moysen & Aaronem, vt pro eo preces effunderet. Manasses Iudææ Rex, qui fortuna affante prosper & præceps Tartara petebat, multa flagitia perpetrans, à Domino percussus est plagis & animi perturbationibus: & ideo Rex ille fletit, & in Deum conuersus est: & deuotissimam orationem composuit & dixit. Domine Deus omnipotens patrum nostrorum, Abraham, Isaac & Iacob: & semini eorum iusto, &c. Ionas mare fugiens, oborta est tempestas, & ipse

Iob. 9.

Iere. 3.

Psal. 31.

Iob. 2.

Exod. 11.

2. par. vi.

Ion. 3.

ipse

Mat. 15.

Psal. 48.

Psal. 118.

Philip. 3.

ipse orationem à ceti ventre in dominum ordinauit. Præterea, prodigus ille, qui præcipitanter ad inferos tendebat, paupertate, fame, & miseria à Deo opprimitur, quo circa in eum conuertitur dicens. Quanti mercenarij in domo patris mei, &c. Emittit ergo Deus super te morbos, afflictiones, & miseria & te tangit, ne vltra in peccatis remoreris, sed finem illis imponas. Vide autem quid faciant hunc mortuum deferentes cum Christus sua diuina manu feretrum tetigisset. Hi autem, qui portabant steterunt. Et ideo tetigit Christus vt ipsi steterissent: eademque ratione nos ipsos tangit atque castigat, vt in peccatis celssemus. Mihi crede peccator & dubitare noli quod omne malum tibi euenit ex eo, quod gradum sistere nequis. Cum ad peccandum pergis, inspiratione aliqua Deus te vocat, & aliquo istu te tangit. Vide quid facias, mortem æternam inquis, finem peccati prospice, & quoddam perditionem anhelas memeto. Tu vero neque his acquiescis, neque à spectare vis: sed contentiose vltra progredieris nec semitas tuas consideras. In ipso tentaminis initio siste finem & exitum peccati considerans: ne fias sicut bestia, quæ opposito paulo sine alia consideratione præcipitatur & in psalmo. Illud tendit. Ideo optime dixit Dauid in psalmo, homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. Peccator post admissum peccatum dicit, Mallem profecto omnia mea amisisse quàm hoc commisisse. Cum ergo scias hanc poenitudinem subsequitur, quare hoc non ante peccatum considerasti? Vnde illud certum est, videlicet quod sapiens in principio, facit idem stultus iam sero. Stultorum enim est dicere non putaram: sapiens vero ipsa præmatura & tempestiua consideratio. Initio ergo tentationis siste, & viam tuam præpõdera: si enim id effeceris & gressus tuos nociuos aduertis, qui ad Tartarorum sepulchrum te ducunt, respices: & sistes, sicut fecerunt illi superius nominati qui quidem inspirationi diuini tactus absque vlla mora obtemperauerunt. Vnde Dauid, in psalmo. Consideraui vias meas, & conuertit pedes meos in testimonia tua, quia ab initio viam suam malam attendit, retrouersus est propheta sanctus. Si tu ita detineris peccati exitum considerans, diuerticulum facies, à via mala recedes. Cogita de fine sine fine: & viues in æternum absque fine. Vnde Euripides dixit. Βραχμία τέρπειο ἔταται τιμῆι λυπήν. Id est, breuis voluptatis delectatio, tristitiam parit sempiternam. Si urgente siti in sylua cupiens ex inueto fonte potare videris in illius solo serpentes & alia huiusmodi tabifica animalia, potius eligeres sitim tolerare, quam ex illa aqua bibere: idque ne mortis tibi causam dares. Sic vero si oculos concupis in solum & metam omnium rerum vite huius & in finem & exitum flagitiorum omnia tabifica & pestifera reperies. Nullus quidem homo tam amens esset, qui ea aqua huius lucis bibere auderet si in calce nociuum illud & turpe, quod inclusum est in vitiorum sine prospexisset, cuius finis interitus vt Apostolus ait. Ne autem manum offerat & repræsentat nam illud bonum, quod in faciem ostendit, sequitur veritas deceptionis suæ: nam delectationes illæ mortis quidem & perditionis prænunciæ sunt: quapropter mendacia ista

fuge nisi tuam perditionem malueris. Ne ad presentiam respicias, sed futura considera. Esto diligens peccati finem considerans, de futuro cogitans perinde ac de presenti: & sic bono animo atque voluntate à caducis istis abhorrebis. Fluiorum aquæ dulces quidem sunt, finis tamen earum in amaras maris aquas influere. Similiter vitia & huius vitæ delectatæ à suo principio dulcia videntur: sed si finem attendas amarissimus est. Omnia ergo sub lunaria feliciter incipiunt, perperam ergo finiuntur: & sic omnis peccatorum delectatio in tristitiam & dolorem absque dubio præfinitur. Ingressus ipse delectabilis est: mœstissimus vero regressus. Quamobrè si bene perpendere volueris quantum excedat atque superet cruciatus pro deliciis expectandus ipsam delectationem, sistes quidem, & non ita præceps peccata committes, neque in culpa inuenieris, neque in tristitia, quæ ipsam conscientiam rodere solet. Breue est quod delectat, & æternum quod cruciat. Vnde Dominus ait. Conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum. Ritus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupabit. Statua illa à Nabuchodonosor in somno visa ex capite aureo, & pedibus terrenis constabat. In omnibus enim peccatis principia vera & pulchra sunt, quæ omnia cæci peccatores diligunt: non aduertentes quod pedes illorum fines (inquam) & exitus vilia sunt atque fictilia. Ne ergo presentia sed ventura prospice: plorabat & iure id quidem Hieremias propheta super Hierusalem dicens. Sordes eius in pedibus eius: & non est recordata finis illius. Omne sane incommodum tuum, mihi crede, positum est in obliuione, quæ tibi est peccati in suo principio: siquidem bona illius nec prægustare cœpisti cum eius abominationes tædium tibi afferunt. Agedum, peccati pedes vide, ne te illud caput aureum neque decorus vultus retineant: finem vide, in principio & in ipso tentaminis initio ipsius finis memento: siste tandem sicut isti portatores fecerunt. A tuis quidem quatuor passionibus animæ tuæ præcipitanter veheris, quæ ad inferorum sepulchrum te ducunt, & Christus te vocat & sua tangit manu: retine illas ne vltra progrediaris, neque vltra pecces in hoc enim tua nititur vita. Et ait. Adolescens ritus dico surge. Hoc considerato mihi videtur quod tam sit mors adolescentibus quam senibus. Adolescentens ait. Talis iste erat & matris suæ vnicus, & credendum est tum quod ab ipsa diligeretur: tum maxime quod in deliciis haberetur: sed neque ipsa adolescentia, nec matris indulgentia ab ipsa morte eripere potuerunt. Hoc vnum maxime à iuuenibus male cordatis contemplantum est, qui quidem sua profapia & iuuentute fieti se vitis & delectationibus tradunt, putantes se posse poenitentiam acturos. Videbis in quadam papyro tenui depictas ciuitates, moenia, flumina, & montes & totum orbem, sed caditque gutta & totum destruit. Videtur totus mundus at tamen erat tenuis papyrus, quæ rumpitur: & atramentum deletur. Sic videbis iuuenem splendidum, pulchrum, diuitem, incolumem: sed vna febris, vnus dolor totum hominem destruit, & soedat: quia debilis & tenuis est papyrus, sic est omnis iuuentus, decens & pulchritudo mundana.

Amos. 8.

Dan. 2.

Thren. 1.

Quæ circa nullus suæ valetudini, iuuentuti, neque pulchritudini credat; nam qui hodie valet, sanus, fortis atque pulcher est, fieri potest quod cras sub humo reponatur, & vti nam ne etiam quod omni peius est, in Tartaro sepeliatur. ¶ Admonet locus iste mortem nostrā semper meditari & præ oculis habere: quādoquidem certissima nobis est & tempus nostrum ignotum. Si finem nostræ vitæ expēderemus & exitum horum corporum, quibus tantum indulgemus nō quidem ita laxè viuere mus sicut viuimus. Viperam ferunt exutam in cineremque conuersam mederi eiusdem bestię morsui. Sic si morsus es ab auaritia, superbia, luxuria, &c. considera cinerem, in quē elabitur & conuertitur iuuentus, potentia, mundi gloria & hæc omnia in quem finem ventura sunt & curabis vitia à quibus morsus es. Aman Syrus petiit ab Eliseo onus terræ quam volebat secum asportare: nè vltra adoraret idola, & simulachra gentilium. Sic nos asportemus terræ sarcinam in nostrā memoriā considerantes mortem & terram, in quam sumus conuertendi: vt sic non adoremus idola vitiorum, quæ modo adoramus. De auaritia dixit Paulus quod est idolorum seruitus, & de epuloniis, quorum Deus vter est: & sic de omnibus aliis portentis vitiorum. Vtinam talis cogitatio nunquam à tua memoria excideret: nā si de morte cogitares, non sicut modo viueres. Nulla quidem vanitatum, quas modo diligis, tibi proderit in illo tremendo agone & transitu mortis. Nauta in puppi sedens suam gubernat nauim: idem tibi faciendum est nauigando in mari tempestuoso huius mundi, sedēs in vltimo sine illius vbi mortem contemplanturus es: si vis quod vta bene gubernetur. Cinis ignem conseruat: & recordatio cineris, in quem vertendus es gratiam conseruat. Conuerte ergo mortem ipsam in cinerem & libereris ab illa. Hominis quidē summe infāni est mortem obliuisci, cum ipse met mortalis sit: & summe prudentis præ oculis semper habere. Hominibus malis & facinorosis vita semper memoriæ radicatus inhæret: mortis vero nunquam recordantur. Nihil enim ita à peccato reuocat, quam crebra mortis recordatio. Ratio ipsa postulat, vt quod assidue oculis cernis, credas. Colum à se aquam mundam expellendo, paleas & immunditias retinet. Ne interitus memoriā à te reicias, prodesse quidem tibi potest, referuando & mandando memoriæ tuæ iniurias ad vindictam, vel delicias & vanitates, vt Deum offendas. Itaque etsi iuuenis aut adolescens sis sicut iste filius viduæ time mortem: & semper memoriæ commenda. Cū nesciat homo quo loco mors debeat ei occurrere, & nesciat quo loco magis eam debeat expectare: in omni loco expectanda est. Seneca iuuenes, inquit, mortem habent à tergo est, potest tamen nocere & magis quā ea quæ sunt ante oculos. Sic iuuenes in maiori periculo viuūt: atque ideo magis timere debent, &c. ¶ Obseruandum quoque hic est, quod etsi Deus omnia equè facilliter operatur: attamen plures placuit illi efficere ceremonias & maiorem ostendere difficultatem in Lazari resurrectione: quam in resurrectione huius adolescentis: ratio, quia iste tum recēter discesserat: tum vero adolescens erat: in quo insinuare voluit quā

difficile indurati, à peccatis resurgunt: quam qui de nouo illis implicantur. Præterea quanto magis in culpa perseueraueris, tanto plus mos prauus peccandi radicabitur in animo, ideoque difficilior conuersio reddetur. Idque in clauis fixatione patet, nam vnoquoque icū addito plus figitur atque radicatur & difficilior fit ad hoc vt iterum refigatur. Similiter ex quolibet actu nostro improbo plus vitii animæ nectitur & taliter inhæret, quod vix postea euelli queat. Ideo Iob ait, quod ossa impierunt à iuuentute plena vitiorum: & cum eo in puluere dormient. Habent enim vitia ossibus inclusa sicut febrem phthisicis in medullis, à qua nec medela expectatur: imo ipsum ægrotum ad sepulchrum vsque comitabitur. Ecclesiasticus enim ait. Languor prolixior grauat medicū: breuiem languorem præcidit medicus. Sic Deus languorum nostrorum diuinus medicus relinquet te & manum remouebit & sic medela difficillima erit. O peccatores, quibus lectum, prandiū, somnus, prolixus status, vel sessio, infestare solent: & peccata committere minime quidē. Omnia profecto vos vrgent atque mouēt præter Dei offensam: siquidem in peccando fatiganini nūquam. Quo vsque piger dormis: multi apud vos imbecilles, & dormiūt multi. Nec mirabile est quod homo peccet & cadat: sed ipsa perseueratio in peccatis, obstinati dæmonij est. De istis ait Oseas. Profunde peccauerunt. Profunde peccat qui ex mala peccati consuetudine iā est induratus. Vt enim qui febre laborat lenta illa quidem sed ethica & assidua, si forte ob aliquā intemperantiam incidit in febrem quandā acutam & perurgētem, facillè eam expellit & quacunque medicina curatur manente tamē semper ethica febre. Sic actus vitiosus cito curatur, consuetudo autē peccandi difficillimè. In malis enim peior est habitus quā actus. Iusti licet cadant, cito resurgūt. Hic adolescens nouiter mortuus & in eadē die defunctus, statim surrexit: quod induratis peccatoribus & iam ex longa consuetudine peccandi iacentibus raro contingere solet. Sed de his satis. Sequitur. *Et resedit qui erat mortuus.* Vocauit enim hunc adolescentem illē, de quo Apostolus ait, quod vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt. Ille (inquam) qui habet clauem mortis & inferni. Non ergo mirandū est quod statim surrexerit ad Domini præceptū cum vocauerit eum ille, de quo Anna mater Samuelis dixit in suo canticō. Dominus mortificat & viuificat: deducit ad inferos & reducit. Qui enim verbo cum nō essent creauit omnia: potest etiā restaurare eadem cum fuerint collapsa. Mirabilis quidē Domini vox est, siquidē virtute illius mortui resurgunt. De Magnitudine & virtute huius vocis Dauid dicebat in psalmo. Vox Domini in magnificentia, vox Domini in virtute. Deus maieftatis intoauit, vox Domini confringentis cedros libani, &c. Tantæ vis & virtutis fuit vox illa, vt illi abyssus ipsæ parent & sicut habet Diuus Ioannes in Apocalypsi mors & infernus dederunt mortuos suos. Nec nouissimus dies excusare illos poterit: dabit enim voci suæ, vocem virtutis. Paruerunt statim abyssi voci Dei, & cum diceret Christus, adolescēs tibi dico, surge, nullo modo neque spatio anima illa remoran potuit: imò iussui obediens corpus introiuit & sic adolescens ille viuus & sanus surrexit.

Lactā. Fe. li. de ira Dei ca. 13

4. Reg. 5.

Colo. 3. Ebi. 3.

Aug. ser. 44. de verbis domini.

Iob. 20.

Eccle. 10. Lege. Au. li. 3. dicit. Christ. 21. 1149 fi.

Pro. 6. 1. Cor. 11.

Osee 5.

1. Cor. 1. Apoc. 1.

1. Reg. 2.

Psal. 23.

Apoc. 20.

Psal. 37.

Psal. 68.

Pro. 1.

Matth. 11.

Matth. 25.

Eph. 5. Psal. 94.

Psal. 118.

Thren. 2.

\* Tex.

surrexit. Quid ergo tu dicis ad hoc? O lamentabilis res quod mortui Deum audiant, nō vero viui. Quod tot anni & menses lapsi sunt te manēte in peccato mortali & quod Deus vocet te & insperatum laboribus tū aliis multis & variis modis cælum tibi promittēs & quasi propinans vocādo te per se ipsum & per suos concionatores: & audire eum recusas? Quid hoc, quod viui surdiores sunt mortuis? quid hoc non habēs aures audiunt, & habentes minime? Mirabile est quod mortui audiant & Christo pareant, & viui nō itē. Ego autē sicut surdus nō audiebā: & factus sum sicut homo non audiens, & non habēs in ore suo redargutiones. Vocat Deus peccatorē & vociferatur illi diu, nocturne, vt surgat à morte peccati, antequā eum Tartarus absorbeat: & ille tacet & sicut surdus quiescit. Deus autē tāto pere in illa vocatione persistit, vt dicat per prophetā. Raucæ factæ sunt fauces meæ. Vide ergo & tu quod si modo audire nolis, quod postea vocabis tu, sed minime audieris: & quod Deus ipse ridebit in damnatione & exitio illorū, quos ipse vocauit & audire noluerūt, circa illud, quod Dominus ait. Vocauit & renuistis: ego quoque in interitu vestro ridebo. Attendite quod qui hic non audiunt matrem legitimā, quod postea nouerunt audent: & quod si hic Christum Iesum non audis dicentē, venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, quod audies succedente tempore dicentem. Ite maledicti in ignem æternū qui paratus est diabolo & angelis eius, auditorus es quamuis te pœniteat. Vnum tādē de duobus elige vel audire hic vbi dulcis est vocatio, vel audire sententiam illam valde pertimescendā, quam Deus contra peccatores & malos pronunciat dicens. Ite maledicti in ignem æternum. Qui noluerit audire, venite, audiet, ite, velit nolit. Surge ergo tu, qui dormis, surge à mortuis & illumina bit te Christus. Hodie igitur si vocem eius audieritis (obsecro per Dei viscera) nolite obdurare corda vestra: sed audite amantissimam & benignissimam Christi vocem quæ vos ad ignoscendū vocat. ¶ Perpende quod non simpliciter dixit, quod surrexit, sed quod resedit. (Surrexit inquam) sicut Christus ei præceperat, sed prius resedit: vt ostendatur diuinæ operationis ordinatus progressus, qui iacentem paulatim erigit. Iacebat enim mortuus. Inter iacere autem & stare, vel surgere medius situs est residere, & sic de iacente primo fit residens: deinde de residente resurgens, vt quanta sit à peccato in surgendo difficultas ostēdatur. Cum prius iaceret, totus terrenis rebus inhærebat: & poterat dicere illud Psalmistæ. Adhæsit pavimento anima mea. Vnde in Threnis ait Hieremias. Iacuerunt in terra foris puer & senex. Quia qui diu peccato detentus est & qui iam inueteratus est in peccato iacet in impietate sua. Resedit qui saltem voluntate à terrenis eleuatur: stat, qui erigitur ad resistendum tentationi. \* Et cœpit loqui. Quare? vt daret vitæ testimonium: sermo namque est vitæ, vel mortis manifestatium: nam qualis vnusquisque est, talia dicit & operatur. Sermo enim nihil aliud est quam factorum simulacrum: quoniā omnis animi vis in sermone velut in speculo representatur. Raro inuenies hominem vitis deditum, de virtute loquentem. Ex ore boni viri & virtutis amanti vix audies ver-

bum vnum turpe & obscœnum. Ex eburnea vagina raro educitur plūbeus gladius: vnusquisque cognoscitur ex sua loquela ex qua natione, aut prouincia sit. Si offendis hominem quē non cognouisti, qui Gallice loquatur Gallum illum dicis, & si Hispanus similiter. Sic ostiaria illa Petri Apostolum cognouit quando dixit illi. Tu Galilæus es, nam loquela tua manifestum te facit. Sic vnusquisque ex sua loquutione & linguæ prolacione agnoscitur, an sit cælestis regni & habitantium in gloria, vel habitator inferni. Idioma tandem cæleste est Deum laudare magnificere, & ei benedicere: circa illud psalmistæ. Beati qui habitant in domo tua domine, quoniam in secula seculorum laudabunt te. Et beatus Ioannes in Apocalypsi dicit, quod beati in cælo degentes laudabant Deū dicentes, alleluia: & viginti quatuor senes & quatuor animalia adorauerunt sedentem super thronum dicētes, alleluia. Alleluia duæ dictiones sunt: quibus significatur, laudate dominū. Et Christus saluator noster, qui de cælo erat, dixit. Quare loquelam meā non cognoscitis? E contra vero vernaculū & loquela inferni est blasphemare, murmurare, maledicere, & turpia & obscœna loqui. Iuxta hoc in vernaculo sermone, quo quisque vitur agnoscitur cuius sit. Boni & probi perinde ac cælicolæ cælesti loquutione vtuntur, laudāt enim Deum, psalmos cantant, orant, & proximorū virtutes præ se ferunt. Sed mali & improbi peierant, blasphemant, honorē proximis detrahūt, falsa que testimonia inferunt obscœna & turpia loquuntur: & cum eorū cor & cogitationes plenæ sint luxuriis & libidinosis actibus sic turpia & inhonesta loquuntur. Non potest mentiri ipsa veritas, que ait. Ex abundantia cordis, os loquitur. Sed hoc iā exposuimus. Quid autē Christus egerit post suscitationē huius adolescentis audiamus. \* Ex dedit illū matri suæ. Sicut Helias & Eliseus suscitantes, alter filium viduæ alter filium Sunamitis, dederūt eos matribus. Expēde Christi misericordiā & clementiā. Poterat mādare resuscitato vt sequeretur illū, vel aliud simile: sed nihil horum egit, sed tantum miseris matris tradidit eum illi, quæ iam fuerat spe, & solatio orbata. Præterea discamus ex hoc loco consolari non verbis tantū, sed operibus pietatis & misericordiæ. Parum certe prodesset viduæ dicere ei noli flere: nisi ad amatum filiū mortuum viuū illi redderet. Ideo Ioānes admonet dicēs. Nō diligamus verbo, sed opere & veritate. Quid prodest, vt pauperis miserearis & ei compatiaris, si nō porrigis elemosynā? Hęc est vera misericordia, vt ope & auxilio subuenias indigentū. Ioseph & Nicodemus moti sunt miseratione erga Christi corpus in cruce derelictū: & deinde alter sindonē, alter vero libras centum myrrhæ & aloes mercati sunt. Magi etiā Christum adorauerūt sed apertis thesauris suis, obtulerūt munera, vt paupertatem eius subleuarent. Tales seruos vult Deus in domo sua qui operibus religiosiis, & piis seruiant ei: & quod porrigant manus suas plenas egentibus. Si videris nudum operi eum & carnē tuā ne despereris Christo in corde misericordia fuit, quia misericordia motus in verbis etiā, quia dixit ei, vt nō fleret: & in operibus quia suscitauit adolescentem, & dedit illum matri suæ. \* Accepit autem omnes timor & magnificabant Deum dicentes. Quia

Matth. 26.

Psal. 83.

Apoc. 19.

Ioan. 2.

Ioan. 8.

Luc. 6.

\* Tex.

3 Reg. 17

4 Reg. 4.

1. Ioan. 5.

Ioan. 19.

Matth. 2.

Esa. 58.

\* Tex.

propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam. Vniuersos qui hoc miraculum inspexerunt timor inuasit: timor, inquam, reuerentialis, & admirationis consolationem & grandem iucunditatem habens admixtam. Magnificabant autem Deum non Christum quem Deum credebant: licet crederent virum sanctum & prophetam ac Dei ministrum, pro cuius sanctitate & meritis Deus fecisset tam ingens miraculum. Confessi sunt illum Messiam dicentes, quod esset ille magnus propheta, quem Deus promiserat dicens Moysi.

Deut. 18.

Prophetam suscitabo eis de fratribus eorum tanquam te. Hoc literaliter de Christo praedictum est, ut ipse semet docet. Sic etiam Samaritani dixerunt. Hic est vere propheta qui venturus est in mundum.

Ioan. 4.

¶ Observa autem quod respectu Dei miraculum non appellamus, sed respectu nostri: nam verum miraculum est arduum quoddam facere super facultatem naturae cuius auctor est Deus: sed Deo nihil arduum est nihil supra facultatem, omnia potenti, Nobis autem miraculum est ut mortuus resurgat. Miramur nos quod ex quinque panibus satiatit tot millia hominum, & quod aquam conuertit in vinum, & quod hunc mortuum suscitauerit: & quia haec non potest natura, miraculum est & nos miramur. Quaequidem omnia factus ostendunt in Christo Domino diuinitatem, eumque vere Messiam in lege atque prophetis promissum, verum hominem verumque Dei filium.

Ioan. 6.

Ioan. 2.

¶ Praeterea versum opera Dei & eius mirabilia magnificare & laudare: quemadmodum Angelus Raphael dixit. Opera Dei reuelare & cōfiteri, honorificum est, Laudemus Dominum, quoniam in seculum misericordia eius. Porro talis fuit rumor miraculi huius ut dicat euangelista. \* Et exiit hic sermo in vniuersam Iudaeam de eo: & in omnem circa regionem. Rumor huius miraculi exiit in circumiacentes prouincias, scilicet, Tyri, Sidonis, atque Samariae. \* Et annunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his. Liuore inuidiae hoc fecerunt zelantes inordinante gloriam & honorem magistri sui Ioannis Baptistae. Discipulos Ioannis poenitebat eo quod Christus miracula faceret & baptizaret, & sic accesserunt ad Ioannem & dixerunt illi. Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Quibus respondit Ioannes. In hoc gaudium meum impletum est. Similiter Iosue zelatus est pro Moyse scilicet cum puer Moyse resulisset dicens Haddad & Medad prophetae in castris, dixit Iosue Moyse, Domine mi Moyse, prohibe eos. At ille. Quid amularis pro me? Quis tribuat, ut omnis populus prophetae, & det eis spiritum suum? Eodem modo Ioannes euangelista saluatori dixit. Vidimus quendam prophetantem qui non sequitur nos. Cui Dominus respondit. Sinite illum: qui non est contra vos pro vobis est. Inuidia diaboli introiit mors in orbem terrarum. Quia enim vidit diabolus hominem in statu felici esse, & ad illum posse ascendere vnde ipse corruerat, ab illo principatu & statu innocentiae eiecit illum. Haec fera peccata Abel occidit, puteos Isaac obscuravit, Ioseph vendidit Ismaelitis, Dauidem persequitur & Daniele: denique & Christum cruci affixit. Sicut enim (vt Paulus ait) diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: ita inuidis omnia co-

Tob. 11.

\* Tex.

\* Tex.

Ioan. 3.

Num. 11

2. Cor. 9.

Sap. 2.

Gen. 3.

Gen. 4.

Gen. 26.

1. Reg. 19.

Dan. 6.

Rom. 8.

perantur in malum. Moritur enim de bono odere de quo alij viuunt: nam profectum aliorum reputat suum defectum, quia principaliter & directe opponitur charitati, quae regina virtutum est manifeste patet pessimum, & abominabile esse vitium: in quo ostendit inuidus quod discipulus diaboli sit: quia Christus discipulis suis dixit. In hoc cognoscet quod discipuli mei estis, si inuidiam habueritis ad inuicem. Sed quid inuidis inuidia prodest, qui seipsum miserabiliter occidunt? Papilio extinguere vult lucernam ardentem & irruit in illam & ex eo hoc lucratur, videlicet, quod penam ipsius comburantur & ipse proflus moriatur manente quidem ipsa lucerna incensa. Sic inuidus lumen & splendorem boni & probi extinguere vult & denigrare famam & gloriae illius: & hoc intentas seipsum extinguere & deperdit, bonus autem spes atque cum suo pristino honore remanet. Igitur discipuli Ioannis inuidetes Christi gloriam & miracula, quae faciebat (quia Ioannes nullum signum fecit) nunciauerunt haec Ioanni, qui in vinculis erat, quia veritatem praedicauerat Herodi. O utinam tales haberet nunc ecclesia Dei concionatores, qui pro veritate tuenda carcerem, & mortem subirent, & aduersus principum & regum potentiam se opponerent. Talis esse debet euangelicus concionator, Esaias, Hieremias, Ezechielis, Ioannis Baptistae, & Apostolorum imitator: qui pro veritate nuncianda, neque exilium nec carceres, nec mortem ipsam timerant. At quamuis Ioannes in carcere esset pro veritate tuenda, liber erat: Herodes vero in vinculis. Vnde Salomon in Proverbis. Iniquitates suae capient impium, & funibus peccatorum suorum constringetur. Et Ezechiel de impio. Ille quidem in iniquitate sua captus est. Et Paulus ut respiciant ad diaboli laqueis, a quo captiui tenentur, ad eius voluntatem. Non autem se iustus: quia non potest vinci ab homine qui vitia sua non vicerit. Non enim quis vincitur nisi cum ei ab aduersario id quod summe amat eripitur. Qui ergo id solum summe amat quod amanti eripi non potest, ille absque dubio inuidus est & spiritaliter liber. Ioseph in Aegypto vinculis fuit emancipatus, & Hieremias in Iudaea, & Ezechiel ductus est captiuus in Chaldaeam, & Ioannes nunc in carcere Herodis: sed omnes isti liberi erant. De his in tertio capite satis multa diximus. Itaque beatus Ioannes detentus fuit, quia veritatem fassus est: nos vero incarcerari iure optimo possemus quia illam inficiamur. Videns ergo beatus Ioannes errorem & deceptionem suorum discipulorum misit illos ad Christum, ideo sequitur in contextu. \* Et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes & misit ad Iesum dicens. Tu es qui venturus es, an alium expectamus. Cum Ioannes ad populum concionaretur & veritatem annunciarerit & vitia atque flagitia Herodis Regis carperet: Rex ille detulit eum in carcerem: tunc Christus illud munus exequens concionari coepit & veritatem euangelicam edocere, & res miras, & miracula facere: antea vero quam beatus Ioannes detuderetur Christus non praedicabat: sed detento Ioanne id quidem facit. Quando in bello interficitur signifer, qui

Ioan. 15.

Ioan. 20.

Pro. 5.

Ezech. 30.

2. Tim. 2.

Genes. 39.

Iere. 20.

Ezecl. 1.

\* Tim.

Ioan. 4.

Iob. 2.

vexillum portabat occurrit tum temporis diligenter ductor, qui vexillum illud in altum tollit: & si dux defuerit occurrit alter qui hoc facit, & sic nunquam deest qui vexillum sustineat. Sic Ioannes erat signifer Christi & veritatis vexillum sustinebat: sed detetus cum sit occurrit Christus verus dux & fulcit veritatem istam & tollit illam. Nunquam quidem deerit, qui hanc sustineat, illa autem incarcerari nequit. Ideo Paulus, Verbum Dei non est alligatum, & ab ipso carcere plures scripsit epistolas. Cum vero Christus concionaretur & miracula maxima faceret patet hic ex Luca populum de Christo dixisse, propheta magnus surrexit in nobis, & Deus visitauit plebem suam. Tunc ut hic ait Lucas venerunt discipuli Ioannis & nunciauerunt ei de omnibus his: ideo ex his verbis, quae discipuli dixerunt sumpta occasione mittit Ioannes duos ex illis ad Christum dicens. Tu es qui venturus es, &c. misertus est Ioannes & commotus ab infirmitate suorum discipulorum misit eos ad Christum (nullum enim melius remedium adinuenit.) Habuit se Ioannes hac in re sicut parentes moribundi se habent erga filios suos: gausi enim & hilares discedunt, manentibus filijs in honore & statu. Sic gloriosus Baptistae cum se in carcerem reclusum & morti propinquum animaduertit, vehementer obtabat suos relinquere discipulos in statu perfectionis: & sic, ut solatus decederet, vult prius in agnitione veritatis eos remanere. ¶ Observa etiam, quo pacto boni viri & probi sui obliuiscantur: ut proximorum recordentur, & de illorum bono curam habeant. Gloriosus Baptistae in vinculis est & in tantis laboribus constitutus: & non es memor tui, sed tuorum discipulorum? Nonne commodius esset mittere eos ad Herodem, ut illi causam iniustam detentionis tuae obicerent? Non quidem recordatur Ioannes sui, sed discipulorum: boni enim suorum, atque delectationum propter Dei atque proximorum honorem obliuiscuntur. Immemor redditur Ioannes sui, & laborum suorum: & meminit Christi honoris, & necessitatis, quae infidebat discipulis ipsius Ioannis ad agnitionem veritatis & expulsionem falsitatis & deceptionis, qua allucinabantur. Sic fecit Christus, qui cum per vias & plateas cruce depressus & spinis coronatus ferretur, non tantum suorum tormentorum memor, quantum malorum quae passurae erant mulieres illae, quae vicem suam dolebant, atque flebant, ad illas conuersus dixit. Filiae Hierusalem nolite flere super me. &c. Sic praeterea in cruce stans totus ipse vlceratus de bono alieno agit, dicens. Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Agit etiam de latronis salute, dicens illi. Hodie mecum eris in paradiso. Praeterea, ex longo itinere defessus, & fame urgente enectus ad puteum deueniens de bono & salute Samaritanae, proprii sui laboris & defatigationis obliuiscit, trahat. Hoc autem fecit ad exemplar maiorum, praetorum atque parentum, ut omnes isti aduertant quanta cura & obligatio imposita est ipsis de illis, quorum curam habere debent: & quando illi tales fuerint afflicti, vel turbati, obliuiscantur se & labores suos proprios, ut alienis succurrant, sumpto exemplo a Ioanne, qui ita fecit ut diximus. Sic beatus Iob in an-

gustis deprehensus, uxorem suam corripbat dicens illi. Quasi vna de stultis mulieribus loquuta es. Si bona suscepimus de manu Domini, &c. Paulus periculis circumdatus taliter, ut ipse dicat nullibi adfuisse vbi non periclitatus sit, runc mari, nunc procella, nunc in deserto, nunc in ciuitate, ter virgis caesus sum, semel lapidatus sum, ternaufragium pertuli, &c. & cum ita graues & infesti labores illi essent, plus multo a quodam metu sollicitabatur ne forsitan recenter conuersi ad fidem, ab ipsa depellerentur, Deum nostrum iniustum existimantes quandoquidem ita acriter se habebat cum suis & qui bene illi inseruiebant, & ut informaret eos illam esse Dei conditionem atque morem & quod sic se habebat erga amicos. In tribulationibus istis nemo moueatur, ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus. Nam cura apud vos essemus, praedicebamus, &c. Beatus Stephanus inter lapides positus, in mortis tribulatione: sui oblitus compatitur proximorum peccatis & orat dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Sic Ioannes quamuis reclusus in carcere non praetermittit Dei honorem, & necessitatem proximorum. Si candulam incensam in conclauis vel carcere colloces quamuis diligenter & optime ianua sit clausa & pessulum affixum, nihilominus candela ipsa illucescet & totus locus illustrabitur, & lumen ipsum per rimulas & foramina exiet. Sic Ioannes erat lucerna ardens & lucens & quanto magis claudabatur, eo plus per lucebat. Iusti quidem sunt veluti silex qui tactus ab excussorio ferramento scintillas se emittit & splendorem. Sic iusti tribulationibus & angustiis isti, maiorem & fulgentiorem lucem praefertunt. Lampades eius lampades ignis, & flammarum. Ita Ioannes sicut lucerna ardens discipulis praefulgebat docendo illos viam salutis. Et sic de illo optime dici potest quod aqua multa non potuerunt extinguere charitatem. Carcer enim, neque Herodis persequutio, non potuerunt extinguere ignem diuini amoris, quem habebat, nec flumina peccatorum obruerunt illum. Sic Paulus, Romae obrutus docet: & ab ipsis vinculis ad Philippenses, Philemonem, & ad Ephesios scripsit. Idem fecit ad Colossenses, in Epheso comprehensus. Non ergo praetermittebat Apostolus docere, & illuminare ex carcere, sicut hic fecit Ioannes. ¶ Vide etiam quod ex carcere misit Ioannes ad Christum, sed cur erat vinculus Ioannes? Quia dixerat Herodi, non licet habere uxorem fratris tui. Certe verba ista honesta sunt & modesta, in quo concionatores docet, quod talia sint eorum verba, & proximi honori conformia. Attamen sic cum Ioannes agit: in quo aperte datur intelligi Dei amicos propriam vitam pro nihilo ducere, ut Dei honorem tueantur. Videt Petrus quod volunt capere Christum: & cum hoc tolerare acquireret arrepto gladio amputauit auriculam Malcho: & profusus interficeret, si Christus permisisset. Sed Petre hoc audes? nonne vides tantam cohortem armatam? non putas vindicatorum iniuriam istam, & te occisuros? Haec omnia Petrus parui faciebat, dummodo Dei decus defenderet. Nequit ergo Petrus rem tam inquam tolerare. Eundem zelum honoris Dei habuit phinees quando simul Israelitam & Madianitam in peccato

2. Cor. 11.

Act. 7.

Ioan. 3.

Cant. 8.

Mat. 6.

Matt. 16.

Num. 25.

\* Y 4 compre-



coꝛprehensos trucidauit: nullus enim dolor est qui ita iustū pungat & male habeat, quam suū deum offensum videre. Ideo Dauid. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Vires non habeo, cadit animus, robur ignoro, humi iaceo, cum videā Deum offensum, & leges & præcepta eius non obseruari. Sed rogo Dauid, iste ne est animus tuus & robur tuum? Nonne tu es, qui tua funda & vno lapide gigantem Goliath deieciisti? Nonne in deserto leones & vrsos enecabas? Nonne quam multa bella Philisthorum, Ammonitarum, aliarumque nationum superasti? Cur modo ita timidus es, vt dicas defectio tenuit me? Quia perferre neque peccata & flagitia in Deum commissa, & quæ passim in vita hac perpetratur. Adest hera fenestram quæ maximo amore maritum suum prosequitur, & forte fortuna videt plurimos enses nudos imminere marito, quo viso animus illius linquit, & cadit humo semel animis. Sed si incolumis exierat maritus, dicunt vicini vxori exiguus tibi domina animus est: ecce maritum sanum, & incolumem. Tunc illa respondet. Sufficit in tanto periculo eum vidisse, vt animus defecisset. Similiter quamuis Christū Dominum, nec decidat, neque feriant, qui in ipsum peccant, sed sufficit iustis sua præcepta violata videre, & sanctum eius nomen blasphematum, vt iusti ipsi Deum amātes ex ipso dolore anxii & tacti quasi lymphati excidant. Sic vere erat gloriosus Iohannes, honoris & gloriæ Dei zelator: quiquidem cum dissimulare nequiret scelus illud tam grande Herodis, honorem Dei vindicat, & carpit nocentem illum. Non licet tibi habere vxorē fratris tui. Ob hoc incarceratione Ioannes, patitur, & prorsus interficitur? O miseria humana: iam quidem non est qui ita faciat: nec Dei decus & cultum tutatur, præsertim videndo hæreticos ita superbos, & tot damna atque mala in vita. Helias sedens sub umbra iuniperi defessus atque sitiens, nō calamitates nec mala sua deplorabat, nec suæ egentiæ recordabatur: flet autem & deplorat perniciem & exitiū templi & altarium. O dicitia grauis & frigiditas cordium nostrorum: siquidem nō est qui deplorat ecclesiarum stragem templorum & mundi crimina. Ioannes sanctissimus zelans honorem Dei arguit primo Herodem, propter quod in carcerem coniecit: & nunc suæ afflictionis & negotiorum propriorū oblitus (quia charitas non querit quæ sua sunt) agit de salute spiritali discipulorum. Ideoque mittit illos ad Christum cum illa interrogatione, non quia Ioannem lateret quisnam Christus esset: sed quia propriis oculis discipuli Christum ipsum cernerent, & in operibus & miraculis agnoscerent eum. ¶ Sed quare D. Ioannes nō eos monebat quod Iesus erat Christus & Messias, quem sperabant? Quia hoc nihil proficeret, & illud humilitati Ioannis attribuerent: & sic nō depellerentur ab errore, quo laborabant: imo potius in eodem confirmarentur iudicando præceptorem suū in Christo ipso maiorem. Et sic quamuis hinc seipsum magis ac magis exinaniret atque humiliaret, hinc vero Iesum ad astra & superna tollerent atque laudaret, nihil propterea profecisset: ideo misit illos ad Iesum, vt videntes eius doctrinam & miracula, eum cognoscerent. Sic legitur in quarto volumine Regū quod propheta-

tarum filij cupientes de Helia scire, misit eos Eliseus per montes & ardua: & peragrati sunt tribus diebus & noctibus & non repperunt eum. Non dubitabat Eliseus Heliam raptum fuisse in caelum: sed ad tollendum dubium filiorum prophetarū, misit illos in montes, vt quærent illum: & dixit eis, mittite. Sic fecit Ioannes cum suis discipulis: vt illum quem Ioannes sciebat Messiam, ipsi oculis cernerent, & crederent illum esse. Præterea duos mittit: quia in ore duorum vel trium stat omne verbum. Et si vnum mitteret sicut erant æmulatores magistrī sui, poterat ille mentiri. Duos itaque habiliores & doctiores misit: vt possent etiam ad alios prædicare. Ite (inquit Ioannes) ad Iesum: & ne rubore suffundamini, ex mea parte quærite ab eo si est ipse qui venturus est an alium expectamus. Nullam credo in orbe fuisse maiorem quæstionem & maioris ponderis & momenti, quam ista. Qui interrogatur videt omnium fidelium, qui interrogatur Deus est, quod vero interrogatur summum negotium est, scilicet, an is esset Deus, qui videbatur homo: finis vero interrogationis est, an per Christum sint eo tempore à rege tyranno eruenti, vt & Messiam fideliter recipiat, ab eoque rursum recipiatur ipsa: an nō summa res hæc erat: Sane super qua totius orbis salus velut in cardine nitebatur. ¶ Obserua etiam quod interrogatio fuit. Es ne tu qui venisti, vel qui venit? hæc est phrasis Græca, & sic interpretanda, & vertenda: quod quidem probatur ex dictis illorum: nam visis miraculis quæ Christus faciebat dixerunt. Propheta magnus surrexit in nobis & Dominus visitauit plebem suam: in quo affirmabant Messiam iam venisse, siquid de præterito loquebantur. Ideo nunc quærit, es tu, quem dicunt quod iam venit? qui venturus es, id est, qui venisti? Et quod iste modus loquendi non sit nouus in sacris literis manifeste apparet in Ioannis euangelio in illo miraculo cum Christus faciauit ex quinque panibus tot millia hominum: qui dixerunt. Hic est vere propheta, qui venturus est in mundum. Certum est quod uenturus significat, qui iam venit: siquidem demonstrato cum aduertio hic uerofimile non est quod dicerent qui venturus est, sed iste est qui iam venit. Sic nunc dicitur est. Tu es qui venisti? Est phrasis Græca uti participio de futuro pro præterito. In originali enim Græco est, *ov u egxiuon*, hoc est, tu es ille ueniens, siue venturus? Est enim Græca vox ad utrumlibet tempus anceps. Poterat dicere interrogans, es tu ueniens, tamen idem significat uenturus. ¶ Ad nostram autem eruditionem ex hoc cōtextu aliqua eliciamus. Docemur enim primo hoc factio Ioannis de nostris domesticis sollicitam gerere curam: nam vt Paulus ait: si quis suorum non habet curam domesticorum, fidem negauit, & infideli est deterior. Multi profecto sunt, qui ita male educant natos suos vt ab aliis pro sua nequitia interimantur. Deinde vero acerba senectute parentes suos afficiunt, & præterea mortem afferre illis solent. Heli morte infœlici, ac repentina decessit, quiquidem & omnis eius prospira grauiter castigatus fuit: eo quod nouerat indignè agere filios & non corripuerit eos. Vide etiam quantum mali Dauidi Regi euenit ex eo quod non ab eo vapulauit filius Ammon, commi-

commisit enim graue scelus vim inferendo sorori suæ Thamar, & cum teneretur in filium animaduertere non fecit, & diuina scriptura de illo dicit: Noluit contristare spiritū Ammon filij sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat illi. ¶ Ecce quanta mala ex hoc sequantur. Abfalon interfecit eum, & postea fugit: & quia Dauid nō ita facile erga illum se præbebat, nec hilarem vultum sicut antea demonstrabat, regnum auferre decreuit & fugauit eum, & expulsit ab Hierusalem, & bellum gestū est, in quo satis multi Israelitici interempti sunt: Dauid autem plorans, & nudis pedibus erat, & Semei maledixit illi. Tandē eo quod vnum filium castigare recusauit, duos amisit, quoniam Abfalon hasta ictus etiam interemptus est. ¶ Omnia ista mala excusarentur profecto si Dauid in filium Ammon animaduertisset. Ideo in Ecclesiastico habetur: Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps. Curia ceruicem eius in iuuētute, &c. Et iterum: Filij tibi sunt eruditillos, &c. Et non solum gerenda cura est filiorum, verum etiam famulorum & cunctæ familiae: & teneris scire quo pacto viuāt, aut sint concubinatij, vel rixati, si secundum præcepta diuinis adimplendo quod tenentur. Præterea si ægrotauerint illos curare, & de illis in omnibus curam habere. Curam aduerte quā diuus Ioannes suorum habuit. Discite itaque qualem filij tuis hæreditatē relinqueret debeas. Filij huius seculi hoc vnum curant, vt suis hæreditibus bona quam plurima relinquant, in hoc opera & laborem omnium conferunt: sed non cogitant interim vt filiis suis, Deum propiciū relinquant. Verum scriptura aliter docet: Vos patres (inquit Paulus) educate filios vestros in disciplina & correptione Domini. Omnia verba hæc (inquit Moyses) non solum animis vestris infigitis, sed filios quoque vestros docebitis, vt discant timere Deum. Relinque tuis elemētum Deum, qui illis etiam plus proderit, quam totius opes & diuitie. Quot pauperum filios vidimus ac cognouimus, quibus parentes exigua bona reliquerunt, & quia illi studiosi & literati extiterunt, videmus eos modo Episcopos, Archiepiscopos & in dignitatibus, honoribus atque diuitiis constitutos? Agnouimus præterea alios diuites & locupletes, qui à suis parentibus multa bona acceperunt, & cum delictis, luxores, & luxuria dediti fuerūt, omnia illa amiserūt: & modo paupertate & inopia premuntur, & infames habiti sunt? hoc procurabat Ioannes, hoc sanctissimus Christi præcursor cupiebat, vt discipulis optimam hæreditatem relinqueret. Videbat iam ad extremam suæ vitæ lineam peruenisse: quapropter operam dabat vt filios illos, quos lacte suæ doctrinæ nutrierat ad Christum mitteret, & fideles & boni essent. Et quemadmodū bonus pater latior ex hac vita migrat quando videt suos liberos virtutibus ornatos & artibus: ita quoque desiderabat Ioannes perfectam fidem in suis discipulis videre, quo securius hinc discedere posset, sic Christus discessurus ad patrem pro testamento suis discipulis pacem reliquit ac virtutem dicens: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Non diuitias, nō honores, sed virtutes. Sic tu officiosos & bene educatos liberos tuos relinque. Hoc faciebat beatus Iob offe-

rens sacrificium pro suis liberis dicens: Ne forte peccauerint filij mei, &c. ¶ Docemur secundo, vt proximorum salutem curemus: & si bona propria, vitam, honorem, & quietem offeramus. Si quidem beatus Ioannes honorem proprium pro salute istorū ponere non recusauit. Expende Ioannis charitatem. Tam illi qui nunium hunc audierunt, quam qui cum Christo erant, D. Ioannem hominē leuem iudicare poterant, & in ipso scandalizari: siquidem adhibito iam testimonio ab eo de eodem Christo, quæstionem illam & interrogationem prætendebat, & sic scandalizati sunt videntes eum iudicio suo variare liber cum esset, ab his quæcum in vinculis, & sic eum existimabant hominem mutabilem & inconstantem: ideoque necesse fuit vt postmodum Christus Redemptor illi patrocinium præstaret suum pristinum honorem reddendo, & facta laudando. Tanta igitur charitas Ioanni fuit, vt suum honorem pro salute animarum discipulorum ponere non dubitauit: & cum dispendio sui nominis utilitatē proximorum obtinuit. Sic Moyses propter bonum proximorū voluit deleri de libro vitæ. Charitas enim nō querit quæ sua sunt, sed salutem proximorum: non suum commodum querit, imò commodum proprium contemnit, vt alios luci faciat. Sic Paulus Romanis dicit: Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Et Corinthiis etiam ait: Ego autem libentissime impendam, & super impendam pro animabus vestris. O quam pauci Moyses hodie sunt, quam pauci etiam Pauli? pro salute proximorum nec pedes decem ambulabūt. Imò verò quod peius est, assidue detestandū illud proloquium circumferunt. Heus proximus sum egomet mihi. Si autem pro proximo facturus aliquid tu es, sub illa tamen conditione & modo id facis vt neque de somno tuo, quiete, nec bonis aliquid amittas, neque prætermittas. Vis tandē Dei legē seruari absque vllō tuo discrimine, labore, nec sumptu. Vis autē vitam beatam sine pensione consequi: cum tamē Christo redemptori tuo sanguine pretioso & vita steterit vt tibi impetraret. Non sic Ioannes qui certe imbecillitatem discipulorum in seipsum transfert: ideoque ex parte sua interrogationē fieri vult. Sic de Christo Salvatore nostro ait Esaias: Vere languores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit. Fecit sicut nutrix, quæ quidem ad infirmitatem nutrientis & lactantis infirmatur, venas scindit, & purgatur. Vnde ipse per Oseam: Ego quasi nutritius Ephraim. Paulus etiam: Quis, inquit, infirmatur, & ego nō infirmor? Vtinam diuites & nobiles ita infirmitates & miseras pauperum præsentirent, vt cum illis dolerent ac infirmarentur. Sed vbi nā modo est charitas hæc? Eliseus quidē cum infante defuncto se metitus est, & illum suscitauit. Sic erga pauperes, diuites efficere tenentur, illorū miserendo, vitam & cibum erogando. ¶ Tertio docemur quod nulla fides nisi Christi fides ad salutē prodest. Mittit ergo discipulos ad Christum, quia nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Si enim domui cæmentum deficiat, frustraneum erit parietes tollere, & ampla ædificia condere. Cæmentum sane atque radix salutis nostræ, Christi fides est, de qua Esaias: Ecce ego mitto in fundamētis Sion lapidē angularem,

\* Y 5 proba.

**1. Cor. 13** probatum preciosum, &c. Et Paulus: Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus, quicquid tandē absque hoc fundamento sit, vanū est. Sic philosophi in vanum laborauerūt sine fide. Probe id quidem Ioannes noster hos castos, humiles, pios, cæterasque virtutes edocuit: sed quoniā ista omnia sine Christi fide sufficere nequibant, ad Christum verum magistrum mittit. **¶ Quarto** & vltimo docet hæc historia nihil perniciosius esse quā si hominem nimium suspicimus, eique plusquam par est tribuimus: quantumuis doctrina & sanctimonia excellētī sit excultus. Ioannes vir sanctus erat, multa tamē incommoda sequebantur quod discipuli eius nimium ei ascriberent, eumque tanti estimarēt. Primo enim hæc res inuidiam in eis accendit aduersus Christum. Secundo cupiebant verba & opera Christi irritari & supprimi. Tertio præceptorem suum instigabant contra Christū, quorum studiū Ioannes si approbasset eosque sequutus fuisset, quid inde aliud præter simulates, sectas, atque perturbationes sequeretur? Eodē quoque modo Corinthij æmulari incipiebāt quisque pro eo à quo fidem doctus erat & baptizatus: Iesus verò vehementer obiurgat eos: & à tali cōtentione propter magistros, eos attrahebat. Vnde omnes hæreses & sectæ natæ sunt, nisi ex ambitione prædicatorum & importuna, ac immodesta emulatione in sapientis populi pro suis magistris? Hæc ipsa causa est quo minus his temporibus atrocissimum in ecclesia bellum, & controuersie conciliari queant. Vnaquæque pars æmulatur pro suis magistris, & alios despicit. Sed iam ad nostrum Lucam reuertamur. *Cum autem venissent ad eū viri dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Isti fuerūt legati fideles verba mittentis fideliter deferentes, nihil addendo, nec subtrahendo, quos ideo sequi debemus. In Prouerbijs enim legitur: Qui alio re petit sermone, separat fœderatos. Balaam cū iustus esset vt malediceret Israeli, benedicebat, obiurgatusque à Balac Rege Moabitarum eo quod non malediceret, respondit: Num aliud possum loqui, nisi quod iusserit Dominus? Sed si Balaam ariolus & iniquus cum esset, absque vlla variatione quæ Deus afflauerat annunciabat, quare tu euangelicus concionator, & Christicola non ad populum refers quemadmodum à Deo accepisti, & ab eodē iussum est? Balaam quidem mutationem noluit quamuis Balac maximum munus & thesaurum offerebat. Sed prohi dolor, quam multi hodie sunt concionatores, qui minori multo oblatione proposita diuerso longe ab eo quod intelligant è superiori loco profertur, cum verò Redemptor noster populi atque hominū vitia & crimina reprehendi iubeat minime id faciunt, imò verò ne ex hoc aliqua inimicitia vel odium generetur inter ipsos, & optimates viros & principes, eorū flagitia simulat & mutatione verborum vtuntur. Discimus etiā patribus magistris atque præpositis obedire. Isti verò discipuli qui tales extiterunt & magistro paruerunt, ex eo quidem miracula quā plurima quæ Christus coram ipsis & pro eorū amore fecit proprijs oculis videre meruerunt, deinde etiam in fide illuminari. Sic Saul obtinperans patris præcipienti vt asinas amissas quæretet, regnū*

1. Cor. 13

1. Cor. 13

1. Reg. 9

adinuenit, sicut isti saluatoris fidem, &c. *In ipsa autem hora multos curauit à languoribus suis, & plagis, & spiritalibus malis, & cæcis multis donauit visum.* Expende Christi bonitatē ac clementiam. Siquidē tot miracula facere dignatus est propter hos duos discipulos pauperes, & quod magis est eius aduersarios: vt duas illas animas ad se lucraretur & conuerteret. O si tu apertis oculis aduerteres, quam magna redemptori nostro debeas, & quibus modis vtatur ad tuam salutē. Vtinā in referenda gratia tantæ curæ, quæ Christo est salutis & saluationis tuæ: aliquam tu de teipso haberes, quam quidā curam in isto euentu aduertere maxime debes: si quidē ad lucrandos hos duos discipulos tanta miracula effecit. **¶ Pende autē** ex hoc quantū diuina maiestas animā existimet. Putasne paruo habere? plus certe illam quā ducit cētum millia mundorum. Vtinam nostri temporis prælati ita ducerent & tantū in earum utilitatem facerent. Sed quid dicam plus multo istis certe cura imposita est caducarum rerū & visibiliū, quam spiritalium: & plus episcopū pœnitentis eius quam obitus, quam spiritalis subditi. Non quidem sanctissimus ille Iob atque patientissimus vestimenta scidit audito exitio ouium, camelorum ac armentorum: scidit autem presensitque maximē liberorum morte audita. Sic tu episcopo & prælate, plus multo spiritualem mortem filij tui subditi, quam amissionē cæterorum temporalium & mutabilium præsentire teneris. Vide tandē quid Christus pro vna anima liberaanda fecerit: idem tibi profus faciendum est pro salute fratris vel subditi tui. **¶ Obserua etiam** quod in ipsa hora fecit hæc miracula, cum primū discipuli Ioannis accesserunt absque vlla mora. Salutem enim nostram differre nescit Deus, nec discipulorū suffragium in alterum diem distulit, imò eadem hora contulit. Ex his tandē discite bonorū operum dilationem in posterū aufergere, forsā enim, vt solet impedimentū occurreret, cuius causa cessabunt. Mala autem opera ne statim exequaris, neque perficias: accidit enim interea quod propositū mutet, & à praua cogitatione desistas, vel id fiet aliquo alio impedimēto interiecto. Ne verò officiosa operatio in crastinum prologetur: fieri enim potest, vt hodie à vita discedas, & sic deficiente tempore operari minime valebis. Patriarcha ille sanctissimus Abraham cum primum de circuncisione charissimi filij nuncium accepit, scriptura diuina testante, capessit: & statim carnem præpucij sui circuncidit. Eliseus similiter audita voce Heliz vocantis, statim sequutus est eum. Præterea Leuita ille, qui voluit è Bethlehē reuerti in domum suam, quoniam longas moras fecit & iter dilatauit, precibus & blandimentis saceri sui detentus, & domū suam attingere nequirit, remansit in Gabaa, vbi grauius laceffit: est. Tu ergo caue tibi que prospice, euigila diligenter & cælestem viam ducito, ne id in posterum transmittas: forte enim fortuna nox vltima, que mors auicissima est in tali statu atque tempore capiet te, vt cogaris in Tartara collocari. Sed de his alias. Postquam igitur diuina maiestas miracula astantibus discipulis ostenderit Euangelista ait. *Et respondens dixit illis: Erant remissate ioanni quod audistis & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt.*

Job. 1

Genes. 17

3. Reg. 19

Iud. 19

Iudicio

Iudicio quidem meo videtur hac in re ita se habere Redemptor noster, & D. Ioannes quemadmodum Moyses & Aaron. Aaron enim lingua erat, & Moyses interpres, & qui palam loquebatur: Moyses autem mira atque miracula promebat. Sic Ioannes vox erat idemque ipse loquebatur dicens: Ego vox clamantis in deserto. Ecce agnus Dei: ipse verò loquitur modo dum dicit: Tu es qui venturus es, an alium expectamus, sed Christus facit miracula & facit opera, quia cæci vidēt, claudi ambulant, &c. Dicit quod audistis & vidistis, cæci vident, claudi ambulāt, &c. Quæ audistis referendum est ad doctrinam quam audierunt, quæ quidem perfectissima erat. Primo quia extirpat omnia vitia quod alia leges non faciunt, quia permittunt peccata, vt lex Moysi libellū repudiij: & leges ciuiles meretrices, & occidere adulteram. Sed lex Christi omnia extirpat, vsque ad verbum ociofum. Secundo leges alię tollunt exteriora tantum, lex autem Christi interiora, ideo dixit: Non concupisces, & qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Tertio circa finem vltimum: nam alia leges præterunt pacē inter homines, hic enim est finis legum humanarum, sed lex Christi habet finem regnum cælorum. **¶ Et illud**, quæ vidistis, referēdum est ad opera & miracula quæ fecit. Veniunt tandem discipuli querere à Deo quisnā sit & respondit, Videte opera mea. Ex ipsis enim deprehenditur & cognoscitur diuina maiestas: ista quidem sunt quæ testimonium de quolibet perhibent. Opera autem Christi consonant, & consonantia sunt dictis & mirabilibus, que de eo Esaias cæterique Propheta enunciauerunt. Sic nos, vt Christiani videamur, oportet demonstrare legem Dei opere complere, & quod noster videndi modus Christi legi correspondeat. Diuina sane lex miracula præclara à Messia venturo facienda prænunciabat, deinde vt Christus Redemptor se Messiam promissum ostenderet talia perficit miracula. Similiter hoc à lege Christiano præcipitur: Diliges Deum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omni mente. Dicit etiam quod qui diligit patrem aut matrem plusquā Christum, non est eo dignus. Nunc videamus an tu Christicola, tum vita, tum verò operibus bonis catholice professioni respondeas? Vnde ostendit: si quidem inter leges Dei professores, tot sunt odia, inimicitia, vsuræ, luxuriæ, cæteraque vitia, qualia neque inter gentes. Tua ergo opera & facta pro se ipsis loquentur, & te qualis sis indicabūt, quia vero Christianus es, more Christiano viuato. Non licet sermo Dei litigare, &c. sed modestum esse, humilem, benignum, castum, & ad omnes facilem & mansuetum. Opera dicent quis sis. Arbor quidem per fructum, homo autem ex operibus cognoscitur. Operibus crede, non verbis. Sic fecit Isaac, verbis fidem adhibere noluit, sed manus Jacob tetigit ipse. Similiter Deus faciet: & quamuis multa verba proferas, beatitudinem non confert, sed manus, opera inquam tentabit. Sic ipse de aliquibus loquacibus, pauca verò implentibus dicit: Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo, &c. Et dicam eis, nescio vos. Nec tu præterea hominum verbis multum tribuas, sed opera respice: maior enim mortalium

2. Cor. 4

Ioan. 1

Deut. 24

Matt. 12

Matth. 5

Matt. 22

Luc. 9

1. Tim. 2

Gen. 27

Matth. 7

pars Phariseis assimilantur, qui quidem dicunt, sed non faciunt: opera tandē vt diximus de vnoquoque testimonium reddunt. Atque ideo ait Christus: Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Quomodo sciam te esse Christianum? videamus opera. Certe illa non sunt Christianorum, imò Saracenorum. Vbi que per iuria, adulteria, latrocinia, mendacia, fraudes, & ideo infideles conuertere se nolunt, quia nostris moribus ac operibus contemplatis non à se dissimiles nos iudicant. Si ergo fidelis es, fidemque profiteris, ostende mihi fidem tuam ex operibus. Christus vero, re, & opere se ostendit. Ideo ipsemet ait: Si opera quæ nullus alius facit ego non fecissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Sed rogo Domine, quæ opera ista, quæ alius non effecerit? Cæci vident, claudi ambulant. Ideo dicite quæ vidistis, & ex his cognoscetis quod ego sum qui erat venturus. Si autem ad miracula attendamus sancti patres permulta fecere: iussu enim Iosue stetit solo ab Helia verò & Eliseo multi elati reuixerūt, & alia mira processerunt. Disputant deinde scholastici, an ipsa Christi opera testimonia ferrent quod esset promissus in lege? & respondit quod sic. Primo ex modo imperatiuo: nam Helias, & Eliseus deprecādo mortuos suscitauerunt. Domine Deus reuertatur, obsecro, anima pueri huius in viscera eius: dixit vnus ex eis. Petendo si uenti serui à domino suo miracula fecerunt. Vnde beatus Augustinus ait: Sancti nō propria virtute miracula fecerunt, sed Deo in illis operante. At Christus sicut Deus & Dominus imperatiue præcipiis infirmitatibus, fecit miracula. Cæco dixit, respice: & leproso, mundare: & adolescenti mortuo, adolescentens tibi dico surge: & Lazaro, Lazare exi foras. Idem autem dico de cæteris omnibus miraculis. Itaque sicut protogenes Apellem cognouit ex sola apprehensione vnus linea, quam effecit, similiter tu omnipotentiam Christi facile ab vno miraculo deprehendere posses. Nam quemadmodum linea subtilitas ingenium Apellis in suo artificio præseferbat: ita Christi diuinitas & suum esse, plane imperium & dominium, quo miracula facebat, demonstrabat, nisi Iudæi, gens quidem pessima suis affectionibus & malitia obsecratur. **¶ Secundo** ex multiplicitate miraculorum. Quia Propheta non tot miracula fecerunt: quia si vnus claudum curabat, non mundabat leprosum: & si faciebat vnum miraculum, non aliud: Christus verò multa & varia fecit miracula, ita vt David dicat: Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos, Dominus erigit elisos, &c. Et hoc voluit Christus hic insinuare, cum dixit: Cæci vidēt, claudi ambulant, leprosi, &c. Tot miracula & tam varia narrauit: vt ex hoc intelligereat discipuli Ioannis quod ipse erat expectatus à Iudæis: quemadmodum enim Reges & Principes in suis literis & egijs sigilla & arma affigunt ne adulterentur, nam licet chirographum validum sit, quia regium est, nihilominus adulterari potest & literæ eius, sigillum nō item. Sic Christus miraculorum sigillo, doctrinam & prædicationem suam sigillabat: apposto enim sigillo cū chirographo nullus remanet scrupulus nec ambiguitas. Sic verò de Christi doctrina tot miraculis atque tantis

Ioan. 10.

Iaco. 2. Ioan. 14.

Ios. 10. 3. Reg. 17 4. Reg. 4.

Aug. lib. 10. cini. cap. 2. Luc. 18. Matth. 8. Luc. 7. Ioan. 11.

Psal. 145

confia.

confirmata quæ pro seipsis loquebatur, & Deum ipsum effectorem indicabant, nemo ambigere potuit. Sic verò reuersi discipuli ad Ioannem responso accepto dixerunt illi quæ audierat & viderant: quibus Ioannes ait: O stulti & tardi corde ad credendum, quid clarius poterat vobis dicere quod ipse esset Messias in lege promissis, & quod non sit alius expectandus? Esaias enim de Messia dixit: Ipse veniet & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet claudus sicut ceruus, & aperta erit lingua mutorum. Idem etiam Esaias dixit in persona Messia, euangelizare pauperibus misit me. Conserto ergo bene quod vidisti cum ipsa prophetia, & aperte inueniens Iesum istum nostrum Messiam esse & non alium. ¶ Expende autem quod non dicit Christus: Ego facio cæcos videre, claudos ambulare, sed modeste dixit, cæci vident, claudi ambulant, ostendens opera. Discamus non iactanter & inaniter nos ipsos laudare, & egregia opera nostra magnificare: sed cum ratio postulauerit opera nostra ostendamus, & ipsa loquantur, ipsa narrent, & manifestent autorem. Nabuchodonosor seipsum extolens inquit. Nōne hæc est Babylon ciuitas magna, quæ ego ædificauit in domū regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloriâ decoris mei? Cū verò hic sermo adhuc in ore regio esset, vox de cælo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonosor rex: Regnū tuum trāsibit à te, &c. ¶ Expende etiā quod Christus ad sui atque doctrinæ suæ probationem cæcos illuminat, claudos sanat, leprosos mundat, &c. Et cū Christus Redemptor noster tam sanctissime & sine querela vixisset, ita vt inimici ab eo rogati an esset in illo aliquod peccatum, nullū prorsus inuenerunt: attamen vt illi fidem adhibeant tot atque tanta miracula perfecit. Dicit mihi, quæso, & narra Martini Lutheri vitam ad hæc etiam miracula quæ fecerit: vt illi Germania, tota Anglia, & tam magna Francorum pars, tantam fidem attribuerint? Sunt ne illius miracula moniales duce- re & tres procreare filios: die autem veneris gallina vesci: vinum præterea vsque ad crapulam potare? Cum istis tam præclaris miraculis tot bestiales homines crediderunt hæreses, errores, & mendacia, quæ pessimos ille homo seminauit. Viuat autem viuat, atque in æternum & vltima stet prorsus atque maneat fides nostra atque religio catholica: siquidem à tali authore & fonte totius sanctitatis, veritatis, atque religionis promanauit: fuitque promulgata à sanctissimis viris, sanctitate atque perfectione præditis: approbata autem & confirmata miraculis celeberrimis, vt dictum est, &c. ¶ Obserua tertio, quod diabolus in sua malitia induratus, & quoniā dixit, similis ero altissimo, semper intendit se Deo adæquare, & miracula sicuti Deus efficeret: facit autem, sed longè diuersa. Christus enim verus Deus & homo cæcis lumen præbet, & eos videre facit: daemon verò è diuerso videntes excæcat, oculosque claudit, ne sua crimina & peccata prospiciant. Sic quidam: Ambulauerunt vt cæci, quia Domino peccauerunt. Quæ maior, rogo, cæcitas esse potest, quæ cū homo uxorem habeat tum pulchram, tum verò prudentem, homo ipse rem habeat cū alia muliere deformi, turpi atque immunda? &c. Christus tandem Redemptor noster rectos dirigit claudorum pedes: diabo-

lus autem claudicare facit homines rectos per viam cælestem, ita vt graues atque tardi erga Deum efficiantur: tu quidem corā dilecta tua genu flectis, caram Deo autem optimo & maximo, nec in templo id facis. Sic quidē daemon facit & cetera Christi miracula peruerse, & ordine præpostero. Vnde egregius psalter: Oculos habent & non vident, manus habent & non palpabunt, pedes habent & non, &c. ¶ Perpende quarto Dei iudicia profunda, & attende ad hos D. Ioannis discipulos, qui cū antea Christum offensum habuissent, iam modo illum prædicant: & quæ audierant ab eo dicunt, eiusque miracula referunt. Media igitur, quibus homines vtuntur ad Dei iudicia impedienda: ipsa quidem assumit Deus, ad illorum confusionem. Sic filij Iacob vendentes fratrem suum Ioseph in Aegypto, hac via assumpta Dei iudicia arcere putabant, vt ab adoratione fratris sui excusarentur: parum verò illis profuit, imò verò eadem via qua recusabant, eadem prorsus factum est vt illi adorarent. Sic Saul, vt honorem Dauidis regis aufereret, cuius mortem plus multo optabat centum Philistinorum præcipua ab eo petiuit: Dominus autem victoriam illi contulit. Itaque modus assumptus à Saule in ignominiam ac interitum Dauidis: eundem Deus assumpsit in amplitudinē vite & honoris illius. Ionas Tharsis versus nauigatio. Iona, nem dirigit, Deus autem iter illud in Niniuē torquet, à qua Propheta fugiebat. Ideo Iob: Qui comprehendit sapientes in sapientia sua. Volūtas enim Dei semper adimpletur. Et quāuis aliquis possit fugere ordinem causæ particularis, non tamē ordinem causæ vniuersalis, quæ quidem diuina voluntas est. Ideoque Paulo dixit: Durū est tibi contra stimulum calcitrare. Ideo Christus istis, ite & dicite Ioāni quod audistis & vidistis, hoc est, esto te vos prædicatores mei & facite inuiti, quod noluitis sponte facere. Omnia hæc Christi miracula isti discipuli referunt magistro suo Ioanni. Denique sicut isti discipuli Ioannis possumus etiam & nos referre non miracula quæ audiimus & vidimus, sed stupenda quædam, quæ audiimus & vidimus. Miraculum est, cæci vident: sed horrendum est, quod videntes homines non videant. Aertos siquidem & perspicuos habentes oculos non se ipsos vident & agnoscunt, nec alios, nec ipsum Deum. Deum, quia non verentur prauis operibus irritare: se ipsos, quia cum cæteros omni die deferri videant ad sepulchra, ipsi se immortales cogitant. Cæteros quoque non considerant: nam si pauperes sunt, nec videre, nec iuuare volunt. Miraculum reuera est quod surdi audiunt: sed illud magis miraculum quod audiens non audit à Deo tot beneficiis, infirmitatibus, tribulationibus, prædicationibus, & inspirationibus vocatus. Vnde egregius psalter: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus. Impius audiens, nec Deum, nec ecclesiam audit. Claudos ambulare miraculū est, miraculosius tamen quod pedes habentes nunquam ad bonum gradiantur quanquā velociter ad malum currant, nec ad bonum vnquā moueantur. Sed de his satis. *Pauperes euangelizantur.* Euangelium prædicare non pertinet ad diuites, & honoratos, sed ad pauperes. Hoc propter Ioannis discipulos dixit, ne Christum despicerent, vilibus veltum: Græcorum autem more locutus est interpres,

pres, qui dicunt beneficio te, benedico te: proinde & passiuus horum, *αυτολογως*, vtuntur: bene patitur abs te, benedicitur abs te, nam vtroque modo loquuntur. Vide autem differentiam inter mundanum & cæleste regnum. In mundano enim regno cum noua aliqua accidit prius regibus, deinde potentibus mox patricijs & nobilibus nunciantur: cum tandem ad plebeorum & pauperum aures deferuntur, iam principibus vetera sunt & cōmunia. Sed cælestia bona prius denunciantur pauperibus: temporales diuitiæ ex diuitibus trahuntur ad pauperes: sed spiritualia dona ex pauperibus deteguntur diuitibus & istis euangelizantur, hoc est, datur bonum nuncium regni cælestis. Hoc enim euangelium sonat & euangelizare, vt ipsi bona hæc nuncia diuitibus aperiant. At prædicatores nostri potius diuitibus quæ pauperibus euangelium prædicare volunt: Christus vero pauperes elegit, venit enim mundi vanitatem euerurus. Regnum enim mundi incipit à diuitibus magnatibus & potentibus, sed Christi regnum à pauperibus. Reges & mundi principes respiciunt diuites. Christus verò intuetur pauperes. De illo enim habetur in psalmo. Oculi eius in pauperem respiciunt. Imò rege *Matt. 27.* Herode miracum videre cupiente, noluit facere: at apud pauperes multa miracula fecit. Vt enim prudens mercator ociosis & valde curiosis merces suas ostendere non vult; sed iis quos intelligit illas empturos: sic Christus apud eos concionabatur, & signa faciebat quos videbat ex iis vtilitatem accepturos: & sic bona nuncia prius detegit pauperibus, vnde delata sunt diuitibus. Iona propheta Niniuē missus, prius cepit concionari pauperibus: vnde nuncia regi sunt allata. Ideo dicitur: Peruenit verbum ad regem. Iona enim prædicatione de vino ad alium circumferrebat, donec ad regis aures peruenit. Leprosi etiam quatuor nunciauerunt in aula regis in Samaria, quod castra Assyriorum essent vacua & plena cibis & diuitijs: dixerunt enim ad inuicem: Hæc dies boni nuncij est, nunciemus in aula regis, &c. In natiuitate etiā Saluatoris primo Angelus bona nuncia pauperibus pastoribus reuelauit gregem pascētibus, quibus dixit: Euangelizo vobis gaudium magnum, &c. Euangelium etiam prius à Christo Domino fuit piscatoribus Apostolis intimatum: ex quibus postea ad varia loca peruenit. Ideo Paulus: Non multi potentes, non multi nobiles, sed cōtempribilia elegit Deus, vt fortia quæque cōfundat. Amplius enim referebat (ait diuus Augustinus) pauperes esse & egenos qui hanc fidem mundo recipere coegerunt, quam diuites & potentes. Si enim ab infideli & Mauro quæras cur in ea secta vitam degat, proculdubio respondebit, quia pater eius in ea vixit, & mortuus est. Si verò hęc à fidele & Christicola scisciteris, dicet, quia duodecim homines egeni & rudes sine aliquo pecuniarū vel munerū genere, sine aliqua cognatione, sine aliquo denique huius mundi auxilio & fauore bona hæc nuncia mundo prædicauerunt: & huius seculi reges & sapientes Christiane veritati subiacuerunt: ex quo perspicuum est quod Deus esset illis auxilium, & dicta per illos vera censeretur. Christus enim (ait Augustinus) non conuertit peccatorem per oratorem, sed oratorem per peccatorem. Si enim

per duces & potentes viros mundum cōuertisset, ferretur vi & virtute armorum effectum fuisse: ideoque veram fidem per pauperes introduxit, ac si verum esset quod ea quæ concionabantur manifesta essent, erant quippe subtilia & perplexa Trinitatis & fidei mysteria. In primo Regum habetur quod seruus quidā Aegyptius, debilis, ægrotus, ac famelicus, attulit nuncia A malechitarum. Sic Deus vt verus Dauid pauperes Apostolos & discipulos pro ducibus accepit, eosque suæ doctrinæ concionatores accepit. Inuenit mundum ociosum, vt Dauid A malechitas: mundus enim diuitijs, delicijs, vanitatibus, & peccatis deditus erat, quæ omnia ipse submersit ad iugum fidei mundū trahens. *Quemadmodū Gedeon cum comitibus inermis & paucis militibus, iisque sine armatura subegit potentē & magnum exercitum Madian: sic etiam Christus paucis inermibusque discipulis vniuersum orbē euitit.* Lege Gregorium & Ambrosium. Ideoque pauperes euangelizant regnū Dei, quod quidem apparens argumentum est aduentus Saluatoris: siquidem vt Deus virtute sua diuina hæc sumens debilia instrumēta impugnaturus & euerurus erat vniuersum orbem. Sequitur vltra in contextu. *Et beatus est quicumque non fuerit scandalizatus in me.* Hoc etiā propter Ioannis discipulos dixit, quia scandalizabatur in Christum: non enim credebant in eum, sed potius inuidebant ei. Scandalizari enim in Christū est non credere in eū. Sic ipse discipulos suos alloquitur, dicens: Omnes vos scandalum patiemini in me in hac nocte. Hoc est, dubitabitis de fide circa me: ob idque fidem perdidistis cū Christus fuit captus & ductus ad mortē. Sensus itaque est: Beatus qui non fuerit scandalizatus in me, id est, qui scandalum non patitur, & nō amittit fidem ex operibus humanitatis, quæ pro infirmitate carnis, & ad probandum humanitatis veritatem volens tolero. ¶ Obseruandum etiam quod præter infideles multum etiam Christi fideles scandalizantur in Christū, & offenduntur in eū. Offenditur enim superbus in Christi humilitate, diues auarus, in eius paupertate: & libidini deditus in eius puritate. Audirem notatu dignam. Qui propriam voluntatem abiicit, Dei voluntatē non offendit: qui verò propriam seruat voluntatem, diuinam offendere necesse est. Non enim nostra voluntas diuinæ conformatur, sensus enim & cogitatio hominis ad malum prona sunt: sed malum necesse est vt scandalum accipiat à bono. Vide etiā quod nō minus in hoc Christū offenditur quam in miraculis quæ faciebat, de eo enim prophetauit Esaias dicēs: Erit lapis offensionis, & petra scandali. Sanctus etiam Simeon: Positus est in ruinam, & in resurrectionē multorum. Optime ergo dicit ostendens quis sit, beatum fore qui in eo non fuerit scandalizatus: nam qui viderit Christum spinis coronatum, crucifixum, & mortuum, & non fuerit scandalizatus in eo, sed crediderit, hic beatus est. In templo erant duo altaria, alterū erat aeneum in ipso statim vestibulo, in quo sanguinolentæ offerebantur victimæ, & iugulabatur arietes, multaque alia animalia sacrificanda, & locus ille plenus erat cruore: sed intus erat altare aureum, vbi solummodo offerebatur thymiamata & incensum. Erat enim locus hic odore plenus. Igitur cū Christus sit altare

Luc. 24.

Esai. 35.

Dan. 4.

Ioan. 8.

Esai. 14.

Sopho. 1.

Psal. 113.

Genes. 37.

1. Reg. 18.

Jon. 1.

Iob. 5.

1. Cor. 3.

AB. 9.

1. Ion. 3.

4. Reg. 7.

Luc. 2.

1. Cor. 1.

Sen. 27. de verbis docti, lib. 22. et 24. cap. 5.

Psal. 144.

1. Reg. 30

Indi. 7.

Gre. li. 30

mor. cap. 32 & 33.

Amb. li. de spiritu sancto.

Matt. 26

Genes. 8.

Esai. 8.

Luc. 2.

3. Reg. 6.

tate



*Hebr. 13.* tare nostrum, vt ait Paulus Qui viderit eū despectum, sanguine & vlcibus plenum existimabit, quod sit purus homo & altare aeneū: sed si ad interiora transferit non scandalizabitur, quia inueniet altare aureum, odoriferū, nō passibile, & sanguine plenū, sed diuinū & plenū thymiamate & incenso. Considera Christi diuinitatē, & quod nō sit tantum homo, sed Deus & homo: & sic beatus eris, & non scandalizaberis. Præterea scandalizatur etiam multi in Christū, dicētes: Quid ergo est quod Deus bonus & iustus, tot mala patitur: impius autē iustorū persecutor triumphat, & viuit? Quomodo verum est quod Deus nō reliquit suos in necessitatibus: cum ego propter ipsum multis me opposuerim periculis, & non sum liberatus? Quomodo qui dateleemofynā non deficiet, cum ego qui tot pauperibus erogauī egeō modo? Multi imbecilles & infirmi hanc leuia imaginantur, quos Christus alloquitur: Beatus qui nō fuerit scandalizatus in me. Non scandalizeris, quia Christus quamuis statim nō præstet remedium, nō tamen deficiet, interim patientiam habe. Filii Israel in Aegypto promissit libertatē per manum Moyfi, & tunc magis afflixit eos Pharaō, & duplicatū laborem. Sic Dauidē vnxit in regem Israel: sed prius quam regno potiretur plures annos grauiā incōmoda perpeffus est. Ita Deus antequā suos honoribus afficiat, & promissa adimpleat, multa mala pati permittit, vt eorū patientiā probet, sed credere debes, quod veniens veniet & nō tardabit, interim patientiam habe. ¶ Perpende etiā Christi Saluatoris modestiā. Poterat incredulitatē discipulorum Ioannis arguere, sed noluit eos confundere, nisi tantum eorum conscientiam tangere loquēs quasi de alijs dicens, beatus qui non fuerit in me scandalizatus: sicut etiā in cœna fecisse cum Iudæ

*Exod. 5.* Euangelistæ cōmemorant, cum dixit: Vae homini illi per quē filius hominis tradetur, nolens Iudæ peccatū palam facere, sed tacite illum reprehendere, sicut nunc cum istis fecit. Discamus ex hoc loco mala secreta proximorum occultē arguere: docet enim hic Christus Dominus vt maxima sit nobis cura honoris & famæ proximorum, ne eorū defectus a nobis in publicū educātur. Sed longe aliter nunc contingit, cum minima habeatur ratio honoris & nominis fratris. Peccata enim nominis & famæ curā ita vsu cōmunia sunt, non vt grauiā habeantur, & ideo in cōfessione fere semper obliuioni traduntur: homicidia verō, furta & alia quęcūque mala opere patrata ita grauiā existimantur, vt non solum confiteantur, sed etiam verā poenitentiam de his agant, & sic per hæc gestorū malorū opera homines fere nunquā ad Tartara trahuntur. Illa enim sunt velut morbus, de quo nulla est medici cogitatio: hæc autem facilius lauantur. Quomodo enim si tu de aliquo prauē loqueris, & ille cui talia intimasti dicit alij, & alius alij, breui temporis momento per vniuersam ciuitatē circumferuntur: quomodo huic infamie remedium applicabis? Sic homines in malum sumus proclines, & ita prauorū dictis aduersus proximos nostros fidem adhibemus, vt si postea illos summis videamus adferri laudibus, à praua cogitatione auerti nequeamus: & sic si cōtingat infamiam diuulgari: impossibile erit nostri proximi honori exacte satis fieri posse. Nam quamuis per contradictionem detra-

stor in foro interiori satisfacere videatur: aduertat adhuc quod fere nunquam perditus honor persefctē acquiritur: quia infamatoris infamia nimis diuulgata manet: & sic manet obnoxius grauissime poenitentia, ob magnam difficultatem restituendi honorem, quem proximo detraxit prauē de illo loquendo: Et sic Salomon in Prouerbijs: Quæ viderunt oculi tui ne proferas: ne postea emendare non possis, cum dehonestaueris a micū tuū. Quærebat Dauid in psalmo & dicebat: Quis est homo qui vult vitam, & diligit dies videre bonos. Tu: Ego volo vitam, & diligo dies videre bonos. Audi ergo, prohibe linguam tuā a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Sed iam ad contextum. Et cum discessissent nunciij Ioannis, cepit de Ioanne dicere ad turbas. Scandalizatae fuerunt turbæ de Ioanne, putantes quod mutatus esset, quærens de Christo quis esset, cum ipse testimonium antea perhibuisset: multi enim sic mutari solent, Petrus qui in prosperitate dicebat, quod moreretur pro Christo: in tribulatione iurauit quod non cognouit eum. Sic etiam multi homines mutantur: alio tempore te agnoscent, alio verō ignotus eris: de quibus Paulus ait: Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium. Sic turbæ opinabatur de Ioanne, quod in vno tempore cognoscebat Christum & non in alio, quia misit interrogare, quis esset: ideo Christus ne honor Ioannis destrueretur pro illo respondet: hoc autem facit non in conspectu discipulorum Ioannis, sed vbi discesserunt. Discipuli enim magistrum suum pluris faciebant, quam decebat, opinantes meliorem esse, & maiorem Christo: populus verō nō sic: minoris habebat Ioannē debito existimans, quod leuis esset & mutabilis. Vtraque horū extrema erāt: nō enim tāti habēdus erat quāti discipuli cogitabāt: nec ita parui pendendus vt populus existimabat, Vtrisque hæc duobus Christus Redemptor noster sapientissime satisfecit: ideo coram discipulis Ioannis, Christus illum non laudibus cōmendauit nec opus erat: imō esset in detrimētum illorū, quia magis in errore roborarentur. Christus autē seipsum exaltauit miracula faciens, quæ magister suus Ioannes nō faciebat, vt discipuli Ioannis cōsiderarēt, quod Christus & maior & melior esset Ioanne. Vbi autē discipuli abierunt, Christus pro honore Ioannis respondet, & eius magnas virtutes coram turbæ & omni populo cōmendat: illud præcipuē laudat, quod de leuitate argueretur, dicens, quod nō erat Ioannes arundo vento agitata, sed erat vir firmus, & in suis assertionibus constans. ¶ Expende etiam, quod quāuis istæ turbæ, mala de Ioanne cogitarent, noluit Christus eas redarguere, sicut arguebat Pharisæos mala cogitantes, dicens: Quid cogitatis vna in cordibus vestris? Et Simonē Pharisæum cogitantē mala de Christo, & de Magdalena, etiam redarguit, quia turbæ aliqua occasione fuerunt motæ, & ex ignorantia peccabant: Pharisæi autem ex malitia & malo proposito inuidiæ. Caue tibi, si forte eadis, si velut casu & impetu pius enim est Deus cum iis, qui oblata occasione, & non data opera peccauerunt. Illi autē, qui ex malo proposito, & ex corrupta intentione cadit, terribile iudiciū, & magna vindicta manet. Nec est mirum si oblata materia labaris: detestabile verō est: & dictū horrendum corā Deo, si ip-

semet tempus, & opportunitatem quæras, & deprauata cogitatione & data opera proximum infesteteris, vel odio, vel malitia intra preta decosia. Sic Iudæ filium Onam, quia prauē, turpiter & ex malitia peccauit, ne fratri suo Her, filij nacerētur, Deus interfecit. De Iuda verō patre eius, quamuis cum Thamari nuro sua peccauerit Deum vindictam sumpsisse, legisse non memini: peccatū enim Iudæ, non ex prompta malitia, sed ex euentu processit: nam cum gregē adiret, in media via sceminam offendit illam, ignarus an sua esset nurus, & occasione oblata, cum ea coiuit. Sic Deus hic mitius se cum hac turbæ gessit: eū Pharisæis verō inuidus asperere. ¶ Verum in eo quod ait, quod Christus cepit dicere de Ioanne, aduerte qualis & quātus sit Ioannes, de quo cum tantas proferret laudes, hic dicitur, quod cepit dicere, hoc est, etiam si nimis late que de Ioanne dixerit, non tamen multis alijs, quibus Ioannes erat preditus, dicendi finem imposuit: tot enim tanteque erant Ioannis commendationes, & laudes, vt ab eis initiū ad dicendū sine in vero attingere, non possumus. ¶ Præterea aduertendum, quod sicut illi duo Seraphini templi, qui erant iuxta arcam, mutuo se aspiciabant: & illi duo Seraphini, quos vidit Esaias, clamabāt alter ad alterum: sic Christus, & Ioannes, mutuo se laudant. Ioannes ait, Ecce agnus Dei, ecce, &c. Sed Christus respondet, inter natos mulierū non surrexit maior Ioanne Baptista. ¶ Admonet locus iste quod iactura, quæ fit pro Christo, est questus. Ioannes posuit in periculū honorem suum, mittens discipulos, quæres à Christo, an esset ille Messias: sed nihil amisit, imō questum fecit: meruit siquidē, ita sublimiter à Christo laudari. Sic etiam quāuis se penumero amicorū Dei fides periclitari videatur, ipse tamē habet nō paruum curā eorum. Fac quod in te est: nam etiam si per aliquod breue tempus grummas patiaris, Deus pro quo isthæc pateris, prouidebit tibi, & tuo honor: ipse de his periculis te educet, & longe aliter quam opinaris. Sic in Aegypto fecit eū Ioseph & cum Sulanna similiter, quia quod probæ, honestaque œminæ erat, effecit: infamata fuit, Deus tamen omnipotens, magna quadā superabundantia ipsam & honorem suum in pristinum statum redegit. Videsne qualiter cū Deo, nulla sit facienda iactura? vides, inquam, curam qua Deus suis fauet? Si quam pro eo iacturam facis, maximū questum & lucrum reportabis. ¶ Docet etiam proximos nostros, maximē bene meritos laudare & honorare: nec Christus ita se gerit vt multi, qui honorem, & gloriam omnem sibi ipsis solis acquirit: Christus commendat Ioannem, & debitum illi reddit honorem. Multi sunt mortales, qui honorem omnem sibi vendicant: voluntque ne quis sit medius, nec honorem quis habeat. Aaron & Maria videntes quod Deus Moysem magis quam illos honoribus afficeret, eum detractione sectabantur: noue etiā Dñs loquutus est nobis: nec conscius erat Aaron, quod si quem honore habebat, per Moysem fuerat sortitus: nec etiam bene cogitabat Maria, si quē propheticū adeptam fuerat spiritum, medio Moyfi effectū fuisse: & omnium horum obliuī Moysem detractionibus prosequabantur, quod primas obtineret. Sic etiam in mundo: si quis apud Regem locum habet, statim inuidia

oritur, & fallacis conuenitur de illo apud ipsum regem, detestabile enim inuidiæ vitium, querelis replet omnia. Fratres Ioseph, non æquo animo tolerauerunt, quod Ioseph pluris haberetur: nec Core & sui quod per Moysem imperaretur. Non sunt viæ meæ vig vestræ, dicit dominus. Vos enim cum aliquem in summo gradu cōstitutum videris, totis viribus, toto affectu, conamini vt humiliet, & paruipendatur: sed aliter Christus, qui Ioannem laudibus extollit. Supra modum quippe Deus debitum honorem, & pro meritis vnicuique reddit. Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis cōfortatus est principatus eorum. ¶ Tertio docet, vt cum viderimus alicuius famā periclitari, non erubescamus corā detractoribus narrare eius virtutes: sic enim exposulata charitas, quæ diligit proximum sicut seipsum. Sic laudauit Dominus Moysem & memor fuit honoris eius, reprehendens Aaron & Mariam: similiter & sanctum Iob, & reprehendit a nicos eius. Sed inuenies multos non aliter se habentes, ac rudes & rustici pastores: qui vident canes, humilem viatorem mordentes, & dilaniantes, & ipsi hoc cernunt & tacent, cum possent canes auocare & semouere: ne ille detrimentum patriatur. Sic multos reperies, qui vidēt suorum proximorum famā, & nomē periclitari: quique mordacibus suis dētibz dilaniant vitam, honorem & famam: & quamuis ipsi famam non detrahant, alios vident, quos vno solo verbo impedire poterant dicentes, ne verbum amplius addant. ¶ Quarto, fidē & fidelitatem, & amicitiam, cum familiaribus seruire, etiam si eos carceribus detentos, & iam pene lapfos viderimus. Plurimos hac tempestate reperies, corā te ridentes & te colaudantes, qui si te vel cathenis vinctum, vel humilem viderent, te detractione prosequerentur: & te etiam vilipenderent. Et si forte fortuna, de te quid maledictum aures percipiant, non solum resistēt, verum etiam detractoribus erūt in auxiliū. Sic cum Aman, apud regem Assuerum plurimum valebat, ab omnibus adorabatur: vbi autem eum despectum, & regi odiosum aliqui viderent: non detuit, qui suæ neci esset adiutor & regi dixisset. En lignum quod paruauerat Mardocheo, qui loquutus est pro rege, stat in domo Aman. Sic fieri posset, quod multi viderēt Ioannem carceribus detentum, & nullā de eo haberēt rationē: sed (videas obsecro) qualē amicū habeat Christū qui pro Ioanne vincto & proiecto, proque eius honore & fide respondere, non erubuit. Christus enim nō assitit coadiutor, in detrahendo Ioanni: imō sicut fidelissimus amicus honori eius prouidet: nec viquā Christus Dominus, ita Ioannem laudauit quam hoc tempore dum illum in vinculis & humile vedit. Cum proximos nostros in vinculis & despectos viderimus, tunc in eorum honoribus & laudibus, qua poterimus industria iuuare tenemur: & maiori studio, quam cum diuites, & sublimis esse autumamus. Contrarium tamen huius, hæc nostra ætate mundus efficit, nec enim diuitias alij offert, quā diuiti: nec alium honorat, quam potentem, nec alium dēntque infequitur, quam illum qui iam este infestatus, & parum potens est. ¶ Discamus quinto de proximis nostris, in eorum absentia bene loqui: siquidem nullus, siue hæreticus, siue infidelis sit, viuit

Gene. 37. Num. 16. Exec. 17.

Psal. 139

Matt. 22. Num. 12. Iob. 42.

Hesley. 3.

Hesley. 7.

in mun-

in mundo, qui si aliquando obumbretur delicto, non aliquam virtutē admixtam retineat: nullam enim naturam, etiam si serpentes venenosos fecit Deus, & creauit cui non virtutis aliquid sit admixtum. Vipera venenosum est animal, ita vt morfu occidat, & tamen multa bona habet: medicamentum enim praestat colli infirmitatibus, & theriaca quae omni veneno prodest, ex vipera fit, vt perfectior, & efficacior sit medicina, & prodest neruis, & infirmitatibus oculorū, & elephantiae. Nullus itaque homo tam malus est, quin aliquod bonum habeat: de quo illum possis laudare. Vidit enim Deus cuncta quae fecerat, & erant valde bona. Nullus itaque Christianus est, de quo, etsi iniquus sit, aliquid bonum nō possit effari. Omnia quippe valde bona sunt, sed malus amor, hec valde bona corrumpit. Aurum bonum est, sed quomodo diuitem auarum eiicit in Tartara? Non aurum, sed auaritia, & auri improbus amor perdit illum. Auro descendit in ima diues, quisquis est auarus. Qui dispersit & dat pauperibus, cuius iustitia manet in saeculum saeculi, auro ascendit in celum. Regno perditur Saul, regno saluatur Dauid. Pastor bonus quidam animam suam, saluatur: sed iniquus, lac suarum ouium comedit, operitur lana, nec oues curat, & damnatur. Vtrobique Apostolus Petrus, & Iudas: sed Petrus super omnes sublimatur, & Iudas in infernum descendit. Malus amor bona reddit mala: nam quae sunt valde bona, male amantibus redduntur mala. Bona est lux, bonus solidus cibus: oculis tamen aegris nihil luce molestius, & stomacho debili nihil noxius solido cibo. Sed amor iste damnatus, habet suū fontem in nobis, si enim nos ipsos male amamus, omnia huius amoris flumina, huiusque amoris amor pessimus erit. Si enim nos recte amamus, in Deū, & in vitam aeternam, ex hoc amore fluent flumina dulcia & salubria. Ideo si te ipsum bene ames, proximum etiam amabis: & si proximum illibato amore essequutus de illo absente, bona praedicares. Sicut enim odium & inimicitiae, tuos obcecant sensus, ne aliud a malo intuearis: ita amor interiores aperiret oculos, ad inuenienda plurima, de quibus proximum absentem, & maxime commendare & pro honore respondere possis vt hic Christus fecit pro Ioanne Baptista. ¶ Sexto docet amicorum res in eorum absentia curare. Sic in Genisi dicitur, quod recordatus est Dominus Abraham & liberauit Loth a Sodoma. Non rogauit pro illo dum loqueretur pro Sodoma, sed curam quam Abraham habuit non de nepote, habuit Dominus de illo, vt videas quanto maiori cura sua orum res Deus curet, quam ipsimet a quibus possidentur. Sic arguit Laban, ne faceret malum Iacob. Sic etiam dum Ismael ploraret in deserto, audiuit Dominus vocē pueri, & nō ob aliud, nisi quia semen erat Abraham amici sui, in cuius absentia curam eius habuit Deus. Vides qualem se Deus gerat amicū: siquidē tali conatu, res suorum in absentia curat: & non solum in vita, sed etiam post mortem: quia peccata Salomonis non puniunt in eius vita, propter Dauid seruum eius, qui custodiuit vias Domini. ¶ Septimo, laudare sanctos & viros iustos: quia Deus in illis laudatur, qui fecit illos sanctos. Ideo Dauid, vbi dixit: Laudate Dominum de caelis, laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli, &c. his non contentus, dixit: Laudate Dominum in Sanctis eius. Cū imaginem bene, exacteque depictam laudamus, ipsum artificem commendare videmur. Ideo Deus vult, vt non solum diuinam suam maiestatem, sed etiam sanctos eius collaudemus. Aegyptius rex Pharaon non solum voluit honorare Ioseph, dominans illum regio annulo, & imponens digito illius: verum etiam vt hoc ipso honore ab vniuerso populo afficeretur: & sic iussit, vt omnes coram eo genu flecterent, & praepositum esse scirent vniuersae terrae Aegypti. Sic Deus vult vt honoremus quos ipse honorauit. Nabuchodonosor etiam cū Daniel statuae somniū exposuisset, cognouit Deū, & adorauit dicens, vere Deus vester Deus deorum est, & Dominus regum. Cumque Deus non bene sibi satisfactū esse videret, ex eo quod ad Nabuchodonosore cognosceretur & adoretur: voluit suos quoque seruos honorare. Ideo fecit quod Nabuchodonosor videret illos tres pueros ambulantes per fornacem ignis, ab eo quod nec ipsi Deum collaudantes, nec vestimenta & capilli comburerentur: & ita accessit propius ad illos dicens: Sidrach, Misach, & Abdenago, serui Dei excelsi, egredimini & videte. Et his non contentus illos in sublimi statu collocauit: promouit enim Sidrach, Misach, & Abdenago, in prouincia Babylonis. At hoc ita Deus praesens miraculum fecit: vt sicut per prius miraculū Nabuchodonosor Deum coluerat, & per hoc posterius seruos: ita tam sublimiter Ioannem Christum laudat, docens vt sanctos & viros iustos honoribus prosequamur. Ex commendatione enim virtutis alicuius probi viri, duo videntur oriri commoda. Alterum, quod laudata virtus crescit: alterum verò quod commendationem audientes, vltro coguntur, ad virtutem similem sequendam, & probi virtus augetur, quia virtus laudata crescit. Si enim virtus vera est, non dubium est quin crescat. Quomodo probatur in confessorio argentum, & in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantis. Cum aurum in fornace proicitur: quidquid aurum non est in fumum conuertitur: quod autem verum aurum est, liquidum & perfectum manet. Hec est laus in homine, quae si vera sit virtus, magis aucta, magisque perfecta manet voce laudantis. Sin autem, communitia & ficta sit virtus, tota ipsa in fumum, & humanam conuertitur vanitatem: & quia in bonis augetur virtus, conueniens est vt laudetur. Secundo prodest laus bonorum, quia vbi aliis auditur, hi inuitantur ad proponendam virtutem sibi imitandam: nam dum bonos commendamus cor nostrum cogitur ad simile faciendum. Paulus, vt Hebraeos ad suorum maiorum virtutem incendat, eorum gesta in memoria referat, dicens. Mementote praepositorum vestrorum qui vobis loquuti sunt verbum Dei quorum intuentes, &c. hac praedicatione vsus est Esaias, dum dixit. Attendite ad Abraham patrem vestrum. Mathathias quoque vt filiorum animos accendat, ad potius subeundam necem quam patientur legem & eius custodiam violari: in haec prorumpit verba. Mementote operum patrum, quae fecerunt in generationibus suis: & accipietis gloriam magnam, & nomen aeternū. Mementote Abraham, & Iacob, & Phinees, &c. Hoc etiam fecisse Iudith, sacra commemorat historia.

Quapropter

Quapropter non potuit inquam placere istud, quod quidam doctor, exponens illud, neminem laudaueris in vita sua, dixit vt dum viuuit ne laudemus hominē: sed tantū post vitam, post consummationem. Lauda nauigatis felicitate (inquit ille) sed cum peruenierit ad portum: lauda ducis virtutem, sed cum perductus est ad triumphū. Contrarium hic videmus quod facit dominus Iesus Christus, cuius omnis actio est nostra instructio: lauda uit enim Ioannem, & multa de eo dixit populo: adhuc Ioanne viuente. Sic etiā laudauit Abraham, & Moysen laudauit nimis fratribus suis Aarō, & Mariae, quia de eo murmurauerant, Sic laudauit sanctum Iob, dicens virum iustum, & rectū. Et si dicas, quod Moysen, Iob, & Ioannē nō laudauit in facie, & corā ipsis, sed absentes, nec hoc habet locum, cum laudauerit Christus in facie Nathanaelem, Petrum, Magdalenam, Cananaeam, & Ceterationem. Quapropter illud quod scriptura ait, ne laudaueris hominem in vita sua, intelligitur iuxta mentem beati Bernardi: ne laudemus hominē in vitiis & peccatis. Hoc est vita sua, id est, fragilitas, concupiscentia, mendacium, &c. hoc est suū: iuxta id quod Dominus ait. Perditio tua ex te Israel tamen modo in me auxilium tuum. Quidquid boni habet homo à Deo est: quia vt Iacobus ait, omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum. Ideo dicit, in vita sua, hoc est, in his quae sua sunt. In his non est laudandus vt multi faciunt, laudantes vltia & peccata diuitum, & potentum, quemadmodum psalmista ait. Quoniam laudatur peccator, in desideris animarū suarū, & iniquus benedicitur. Ideo in alio loco quendam arguit egregius psalter dicens. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? hoc est. Quae est haec malitia tua, vt gloriaris de bono aliquo qui nullius rei plane potens es, nisi vt opereris iniquitate? Si malitia ex te est, quid gloriaris in ea? Igitur ne laudaueris hominē in vita sua carnali, fallaci, mutabili, ad malum prona, & concupiscentiis plena: virtutes autem, sancta desideria, & bonas cogitationes, quae à Deo sunt, lauda in eo, sicut Christus laudat hic Ioannem, vt eius honorem tueatur: & alios prouocet, ad sequendum & imitandum eius virtutes. Virtus itaque laudibus honoranda est: honor enim absque meritis est, velut gemma in annulo serueo. Cato ille maior, cum statuas aliquorum absque meritis videret in foro, malo, inquit, homines de me quaerere. Cur statua non est posita Catoni, quam cur posita sit? Viris itaque probis debetur laus, etiam dum viuunt: & sic Christus Ioannem laudauit, & honorauit. ¶ Demum docemur, quam indifferens sit praemium, quod dant bonis, tam Deus, quam mundus. A mundo accepit Ioannes contemptum, & ab Herode carcerem, & mortem: à Christo verò laudibus extollitur. Sic Moyses à populo suo persequitur lapidibus & cōtemnitur: & à Deo laudatur. Similiter Samuel despicitur à populo, denatur à principatu: & commendatur à Deo. Sic Iob ab amicis improbat: sed laudatur à Deo. Sed iam ea quae de Ioanne ait, audiamus. Quid exiis in deserto? arundinem vento agitatum? Commēdat illum in quatuor virtutibus: scilicet, à constantia animi, ab asperitate vitae, à veritate doctrinae, & à puritate

vite. Primo populus obicere poterat, quod Ioannes esset mutabilis, siquidem vbi Christum digito prompserat, quaerit postea quis sit: cui dubitationi respondet Christus: quid exiis in desertum videre? arundinem vento agitatum? Non est Ioannes mutabilis, vt arundo vento agitata: & qui nūc ait, & modo negat: quia Ioannes homo constans est, firmus, solidus suis dictis, quique ob rem nullam moueretur: imò omni tempore idem affirmabit. ¶ Secundo posset opponere populus, quod Ioannes erat adulator, eo quod Christi beneuolentiam captare vellet, cum dixit, ecce agnus Dei: nunc vero quia nullum sibi commodum reportari videt, quis sit rogat. Huic etiam satisfacit Christus. Sed quid exiis in desertum videre hominem mollioribus vestimentis indutum? ecce qui in veste preciosa suat, & in deliciis in domibus regum suat. Adulatores & parasiti, qui sericis & deauratis vestibus ornantur, regum domos incolunt. Ioannes verò, quia camelorum pilis con-texta induitur veste, non in regibus domibus obtinet locum, sed in carceribus. Quod verò non sit adulator, nec alicuius fauorem quaerit, ex loco, quem habitat, ex vestibus quibus vestitur, facile deprehenditur. ¶ Possent tertio arguere contra eius propheticum spiritum defectū opponentes: eo quod cum Ioannes protulit, ecce agnus Dei: non cognouit Christum, nec sibi constitit: siquidem quaesitum misit quis Christus esset: ideo pro Ioanne Christus respondet hoc modo. Sed quid exiis videre? prophetam? usque dico vobis, & plusquam prophetam. Nec Ioannes (ait dominus) ignarus est homo, sed sublimi praeditus ingenio: quique de me non paruū habet intellectum. Et qui non solum est verus propheta, imò plusquam propheta, ex ignorantia quaerere non potest: nam si in propheticō actu prophetae deuiat nequibant, quomodo deuiabit Ioannes, qui maior est illis? ¶ Quarto dicere poterant, quod carnali, & mūdano amore saepenumero homines coguntur, ea quae rationi debita sunt exequi: & quod sic Ioannes modo aiebat, modo negabat. Ad quod Christus respondet dicens. Hic est, de quo scriptum est. Ecce misit Angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te. Nec ita popularis est Ioannes, vt alij: nam licet, ex carne & ex ossibus sit cōpactus: moribus tamen & vita ita purus est & caelestis, vt nihil nisi de caelestibus agat. Vt enim Angeli: cum sint in gratia confirmati: quicquā praeter debitum operari nequeunt: ita Ioannes, à maternis visceribus, in gratia confirmatus, quique potius Angelicam quam humanā vitam transegit, nulla promissione commotus à veritate vquam declinabit. ¶ Sed iam singula haec quatuor discutiamus. ¶ Primo commendat Christus Ioannem à constantia, & firmitate propositi dicens, quod non est mutabilis, sicut arundo, quae vento mouetur. Ioannes nō erat arundo, sed arbor fixa: quam nulla ventorum tempestas, non humana laus, non adulatio, non metus, aut minā, nō promissa, non felicitas, non aduersa fortuna, à proposito, & vera confessione, amouere possint. Vnde quaedam sapiens mulier regi Dauid dicebat. Sic est Dominus meus rex, sicut Angelus Domini: qui nec maledictione, nec benedictione mutatur. Ioannes non mutatur à priori, dicto sicut Angelus, cui quod semel placuit amplius displicere nō potest.

Gene. 1.

2. Cor. 9. 1. Reg. 9. 1. Reg. 16

Gene. 14.

Gene. 31. Gene. 21.

3. Ro. 11. Esal. 148

Gene. 41

Dan. 2.

Dan. 3.

Prou. 27.

Hebr. 13.

Esa. 51. 1. Mac. 2.

Iudith. 8.

Eccl. 1.

Gene. 22. Num. 12. Iob. 1.

Ioan. 1. Mast. 16. Luc. 7. Matt. 15. Matth. 8. Ber. ser. 5. omnium. ser. 8. apistol. Osea. 13. Iaco. 1.

Psal. 9.

Psal. 51.

Exod. 17. 1. Reg. 12.

Iob. 42.

2. Reg. 14.

Ioan. 1.

\* Z Nec

Nec in maximo honore sibi delato, nec in oblata dignitate Messia, nec in vinculis, mutatione fuit passus: vt aurum in aquam coniectum non amittit colorem, nec pretium, in ignem vero immissum, purius redditur & splendidius: sic vir iustus, & sapiens, in aqua prosperitatis, non amittit virtutem, nec splendorem: in igne vero calamitatis, & redditur illustrior & praestantior, habet enim cum auro similitudinem. Impius autem similis est luto, qui in aqua dissoluitur: & in igne induratur: nam rebus secundis, & secundum voluntatem fluentibus, ducitur voluptatibus & illecebris, & cum se videt in aerumnis induratur: & in sceleribus obstinat. Ioannes vero stabilis, & constans est: qui in prosperitate, & aduersitate idem est. Chamaleon ad speciem rerum, quibus adiuuetur mutat colore: & nos quacunque occasione obiecta, mutamus propositum, & derelinquimus virtutem. Et sicut Chamaleon colorem album non recipit, cum ceteros recipiat: sic nos ad omnia mutamur, praeter ad animi candorem. Sed Ioannes sicut figura quadrata, quae in quacunque partem voluatur sui similis est sic in omni virtute se iustum ostendit. Gentiles qui aiebant Mercurium Deum esse veritatis super lapidem quadratum illum pingebant. Sic Ioannes vt in sua animi constantia conseruaretur, fugit in eremum: nam si in mundo cum mundanis consuetudinem habes maneret amicitias & conuersationes cum hominibus iniret, & fortassis postea amicum & consanguineorum vitia carpendi, animo careret. Sic saepenumero accidit, quod daemones sapientes, & spirituales viros in faciem aggredi non audeat: ideo populum incitat vt illos consulat, & eorum amicitiam contrahat: quippe qui, vt accepti maneant cum amicis, fortasse mala consulat: cum id daemones maxime desideret. Et sic Adae protoplastum, non a fronte tentare fuit ausus: sed vxorem instrumentis quibusdam decepit: Adae autem ne illa contristaret, contra Dei iussum operatus est. Ioannes vero altius, & inexpugnabilius consilium petiendi deserta sumpsit: ne eum populus ab alto proposito, aliquo modo deterere posset. Discamus ab eo animi constantiam, & perseuerantiam in bono. Christus namque Apostolus dicit. Vos estis quia permansistis mecum in tentationibus meis. Non dicit: quia dereliquistis patrem, & matrem: sed quia permansistis in tentationibus meis: dispono vobis regnum, vt edatis & bibatis, &c. Iudas quoque pariter dereliquit, & bene exorsus est: & Saul in suis primordiis vir fuit rectus: & tamen hi duo condemnati sunt. Et Salomon rex, bene coepit initio: & postea in probus euasit. Sed Christus hic caeleste regnum pollicetur: quia, inquit, permansistis in tentationibus meis. Familiares Iob bene sunt orsi, & septem diebus cum illo sunt lamentati: quia tamen fixi non manserunt, supplicium sunt nati. Et ideo Saluator. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Esto quies, constans, & fixus in bene operando, vt fuit beatus Ioannes baptista. Arbor enim saepe mutata, radices non emittit: quod si radices non emittens, passim muteris in bono incepto, virtutum fructus, nusquam produces. Ecclesiasticus sic de sapiente dicit: quod manet sicut sol, & quod stultus mutatur vt luna. Non paruum huius rei exemplar, de patriarcha Abraham inuenies: qui cum Deo rem diuinam faceret,

quamuis veniebant aues ad illum, ipse abigebant eas & non propter earum importunationem, dereliquit bonum inceptum. Nam qui in bono sunt mutabiles hi arundini agitate comparantur. Nam quos procellis mundi huius obnoxios, vita mobilis in quietat iure arundini comparantur, in quibus solidae iustitiae nullus est fructus, & omni vento mouentur. Quidam enim adeo sunt inconstantes, vt constantia eorum haec esse dicatur, scilicet esse inconstantes. Hanc inconstantiam deplorat Iob dicens. Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam. Talis homo est, qui paruo vento tentationis euellitur. Reuera arundines sumus: quia quacunque aura tenuissima mouemur & agitamur. Siue enim humana laus, siue cuiuscunque potentis adit benignitas, elatione concutimur, & despiciamus ceteros: & si desunt humana solatia, tristamur: hodie proponimus emendare vitam & crastina die ad vitia reuertimur. Sed, vnde haec mobilitas? ex animi interioris mobilitate, & leuitate procedit. Nam si consideres fixam columnam, & ex aduerso arundinem constitutam: quemadmodum & columna, quantumque spirant venti columna in se consistit immobilis, & arundo a quacunque leuissima aura flebitur & incuruatur: cuius quidem rei si causam velis, illa omnino est, quoniam intus arundo vacua est, columna vero grauis, & solida, & hinc plane colligimus ab intrinseco provenire, quod arundo facile quatiatur, columna vero fixa, & immobilis maneat. Peccatum igitur quod intus manet in anima, huius mutabilitatis causa est: quod si mihi credere nolueris, audi Ieremiam dicentem, peccatum peccauit Hierusalem, ideo instabilis facta est. Intus quidem habuit peccati humiditatem, quare febribus tremores, & propositorum mutabilitatem fuit passa. At Ioannes quia peccato carebat, manebat immobilis. Ad expellendas has mutabilitates opus est peccatum e medio tollere: & Deo adherere. Si vero arundinem, columnae illi marmorae ex aduerso positae alligaueris, arundo sic alligata a vento non agitabitur. Ita quoque si Deo per amorem firmiter te alligaueris, & charitatis vinculo illi adhereris, atque omnem tuam voluntatem in illo direxeris, nihilque velis, praeterquam quod illi placitum sit: reuera firmior, & solidior permanebis: sicut scriptum est, de adherentibus Deo. Et firmabitur in illo, & non flebitur. Quia quamuis nos concepti in peccato, & natura corrupti, mutabiles sumus, sicut arundo vacua: tamen gratia Dei adiuti, & Christo adherentes, & illi affixi, quamuis sumus ex natura arundines erimus tamen ex gratia immobiles. Sic Paulus quia Deo adhererat, ausus est confidenter dicere. Quis separabit nos a charitate Christi? an fames? an tribulatio? an angustia? &c. Scio quod nec mors, nec vita. Sic affixus erat Ioannes, & ideo non mutabatur: sic & Apostoli: quia quia nuius caeli ne in nomine Iesu praeterirent, tamen immobiles manserunt. Sic martyres Christi: sic denique omnes amici Dei, & electi. Complectere Deum, obnixque illi adhere: & qualem vim mundus habeat, & omnes eius tentationes, ad te mouendum sine dubio cognosces. Esto ergo immobilis, & constans in Dei amicitia. Vnde etiam ad hanc stabilitatem admonet nos scriptura dicens. Non te ventiles in

Gen. 3.  
Iob. 3.  
Matt. 10.  
Ecc. 27.  
Gen. 15

Iob. 13.  
Thren. 1.  
Ecc. 15.  
Rom. 8.  
A. 4.

omnem ventum, & esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui. Paulus quoque stabilis estote, & immobiles: abundantes, in omni opere domini semper. Et iterum. Non cito moueamini a sensu vestro. Et rursus. Optimum est gratia stabilire cor. Sicut enim virtus & sapientia stabiliunt mentem: iuxta illud Salomonis. Vir sapiens fortis est: & vir doctus robustus, & validus. Sic enim ex peccato gignitur inconstancia: vt iam diximus. Peccatum igitur amoue, & Christo adhere, si vis esse constans & in bono perseuerare, sed satis est de his: nunc secundum, de quo Ioannes laudatur, videamus. Secundo laudatur quod mollibus vestimentis non induitur, dicendo. Sed quid existis videre: hominem mollibus vestimentis induit? Ioannes non induebatur mollibus vestimentis, sed veste durissima, de pilis camelorum contexta: & zona pellicea erat praecinctus, iuxta renes. Vide asperitatem vitae, & vestem Ioannis. Vt enim auiculae nificantes exterius spinas & verpres, interius vero pennulas, & molles leuesque res alias astruunt: sic iusti, rectique viri exterius dura vestimenta, asperitatem, & carnis macerationem, interius vero suauitatem spiritus induuntur. Contrarium vero operantur mali, qui exterius molles, & delicatas vestes, interius vero conscientias, & corda plena habent spinis, stimulis, & decoctionibus conscientiae. Aduertant autem, qui mollibus vestiuntur, & timeant iudicium: nam si blanditiae, & vestium superflua abundantia ex se mala non foret, non laudaret Christus praecursorem sanctum ab asperitate vestium: nec minus sanctus euangelista Lucas describens vitia illius diuitis auari, qui ad Tartara tetendit, diceret, quod preciosis & purpureis induebatur vestibus: & siquidem sacrae scripturae auctor Spiritus sanctus, illius diuitis damnati pretiosa vestimenta damnat, & vestium duritiam Ioannis commendat: efficax est argumentum ad probandum: quantum sint vani, & dementes, qui huiusmodi pretiosis vestibus vtuntur: quantumque sit stultum in similibus rebus tempus consumere. Facilitas maxima haec est, quia ornantes se mendicant pulchritudinem suam, a creaturis vltioribus, quam ipsi sunt. Nobilis homo erubesceret, a vilibus hominibus mendicare: & potius indigentiam sustineret quam mendicare ab ipsis. Sic debet homo erubescere a vermibus, & muribus, suum mendicare decorem. Sericis enim byssi, & auri contextiones: & alia id genus, verum sunt sterora: & sic praua est abiectio, te pretiosis vestibus ornare. Nonne (quaso) subsanares, & irrideres aliquem depingentem domum veterem & minantem ruinam? talis est corpus hominis: qui vix stare per quinque dies, nisi cibus, & potibus fulciretur: Domus postibus suffulta, quae postibus comedendi dormiendi, & bibendi, sustinetur. Vnde nimis irridendi sunt, qui variis ornamentis istud depingunt: sicut ridiculum est, videre aliquos depingentes parietes, & vetusta aedificia: & super ea, caeruleum colorem, & deauratum imponentes. Nam licet nimia elegantia induaris, & perpolite componaris: non ita conspiciendus euades vt flos campi. Salomon integra sua gloria, non sic indutus exiit, vt vnus ex his floribus. De sanctis veteris testamenti testatur Apo-

Ecc. 5.  
1. Cor. 12.  
1. Thes. 2.  
Hebr. 13.  
Rom. 24.  
Iob. 16.  
Ecc. 15.  
Rom. 8.  
A. 4.  
Hebr. 11.  
Iob. 1.

stolus, quod circueierunt in melotis, hoc est, in vestibus camelorum pilis contextis, & in pellibus caprinis. Homines quidem erant vt nos: sed agnouerunt, quod nudi egressi sunt ab vteris matrum suarum, & nudi erant illuc reuertendi, inaccessi in hoc saeculo vt egeni peregrini: nam cum essent curiales caelestis regni, & ad caelestem curiam creati, harum vanitatum parum curabant. Quam vero deperditam, & deaustatam nostram Hispaniam vestium magni pretij, & gestaminum solutus vestis, paucis ab hinc annis indutus, reddiderit, quis enarrare poterit? Siquidem sartoris opera pluris stat, quam ipsarum sericis vestes: & opus excedit materiam. Vestium haec noua genera, quae ex peregrinis regionibus, per patricos & potentes viros inuectia, pene euersam habent Hispaniam. Audiant hi quod per prophetam Sophoniam Deus ait. Visitatione super principes, & super filios regis, & super omnes qui induti sunt veste peregrina: & visitabo super omnem qui arroganter ingreditur super limen. Amos quoque. Vae vobis, inquit, qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Sarmaria: optimates, capita populorum, ingredienti pompatice domum Israel. Quid, si propheta hic propriis oculis, qua pompa haec dominae ingrediuntur templum intueretur? Quid si residua vestium trium cubitorum & amplius? Quid si ornamenta, vehicula, picturas & vanitates, quibus incedunt, cerneret? Quid loqueretur? filia eius (ait Dauid) ornata ad similitudinem templi. Medium diei tempus, in ornatu, vestitu, ablutione, & facie componenda consumunt. Egre diuntur tandem vt papiliones depictae: quod si asserant, quod pro beneplacito virorum id efficiant, mentiuntur maxime: quoniam intra priuatas domos, vbi a viris conspiciuntur, qualibet veste incedunt, seque honeste valde, & communiter gerunt: vbi vero foras egrediuntur, non aliter quam reginae ornantur: ex quo manifeste patet, quod non pro placito virorum, sed exterarum gentium id faciunt. Quod si his quoque placere nolint pro offendendo deo, id faciunt, quod licet pro bono aspectu exteriori non fiat, leuitatem tamen, & amentiam arguit itaque cum sic leuiter, & superabunde ornentur, alterum duorum cauere nequeunt: vel quod peccatrices sint, vel dementes. Sed vt huic rei finem imponamus, vtque peccatrices haec mulieres, exitum vltimum videant quo huiusmodi leuitates & dementiae tendunt: Esaiam prophetam ex parte Dei loquentem audiant: quod dicto tremant, & metuunt. Audite infaelices, & infortunatae, non quolibet, nisi Deum, Deum (inquam) audite. Haec dicit Dominus Deus. Pro eo quod eleuatae sunt filiae Sion, & ambulauerunt extento collo: & nutibus oculorum ibant: & plaudebant, & ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant: decaluaabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum calciametorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & perispelides, & murenulas, & ol factoriola, & inares, & annulos, & gemmas in fonte pendentes, & mutatoria, & palliola, & lintamina, & acus, & specula, & sindones, & vittas, & theristra. Et erit pro suaui odore faetor & pro zona, funiculus: & pro crispante crine caluitium

Sopho. 1.  
Amos 6.  
Esa. 72.  
Esa. 3.



& pro fascia pectorali, cilicium, &c. Sed quia sancti memores esse, aulae regis caelestis, & non terrenalis sciebant, quocumque vestitu erant contenti: malebant enim sancti domus regiae caelestis, quam terrenae habitatores, & incolae nūcupari. Ideo subditur. *Ecce qui in veste preciosa sunt, & in deliciis in domibus regum sunt.* In domibus terrestriū regum inquit nō aeterni regis. Et si delicatis & molibus vestibus vtentes, regum palatia incolunt: non oportet monachum vilibus vestimentis indutum, & mortuum mundo, circuire aulas magnatum, & regum palatia frequentare, quod proh dolor, iam nunc in multis videmus, quibus tam claustrum, monasterium, & cella fatent, & quaerunt negotia in aulis principum, ad extra vagantes, multis negotiis secularibus detenti, distracti, curstant tota die sicut Centauri & Satyri: de quibus poetae dicunt, esse monstra quaedam, media hominum, & media brutorum animalium. Sic isti sub habitu perfectionis, & Religionis saecularibus implicantur, vt in vno subiecto, duas qualitates contrarias inuenias. Vel te indue vt ambulas: vel ita ambula, vt indueris. Quæstus vero quem hi faciunt, non est alius: quam in monasterio acquisita, in mundo amittere. Seculares enim, cum quibus est illis familiaritas, deuotionem, & spiritum omnem illis detrahunt. Beatus Anselmus in libro de similitudinibus, optimam ad hoc propositum *cap. 187.* affert similitudinem. Nam sicut bubo lætatur in caeuca, dum est cum pullis suis, & suo modo bene sibi est: dum vero est inter coruos, & corniculas, & alias aues, incuratur, ac dilaniatur, & omnino sibi male est, vtpote quia hic rostro percutit, illealis in eum irruit, alter vero vnguibus discindit: ita monacho in claustro bene est, foris autem negotiis, curis & solitudinibus laceratur, & dilaniatur, & distrahitur: ad tantamque perueniunt sæpe numero relaxationem vt nihil de monacho participant, cum omnis eorum consuetudo, loquela, & negotia, non sit diuersa, ab ea quæ est secularium, & mundanorum. Quia sicut illi loquuntur, & tractant, saecularem normam, & formam assumunt. Pstittaci vel quæuis alia auis in campo liberæ & solutæ non aliter, ac aliæ aues cantant, immissæ tamen in caueam humana loquela vtuntur, & illa quæ illi inter quos versantur, loquuntur. Palatia habent se sicut cauea. Monachus curiæ regalis, & palatiorum liber & solutus & constitutus in monasterio sanctus est: in cauea tamen palatij inclusus adulator est vt ceteri, loquiturque vt ceteri, & fit palatiorū sectator. At Ioannes monachorum princeps, & Patriarcha: non in aulis regum, sed in deserto erat, vbi nulla erat consolatio humana: sed deerant ibi omnia, quæ ad vitam humanam fouendā conferant. Hoc designauit Christus ex parte loci: quia Ioannes non erat in domibus regū: nam illi vestibus preciosis vtuntur, quia gloriā saeculi huius appetit, quæ a multis putatur esse in fulgore vestium, &c. Tertio commendauit Dominus Ioannem a claritate notitiæ: scilicet quia fuit propheta: & plusquam propheta. Ideo ait. *Sed quid existis videre? prophetam utique dico vobis & plusquam prophetam.* Ioannes est: & plusquam propheta quia habet excellentiam quandam circa rem prophetatam, super omnes alios: quia quem ceteri præaunciabant

iste prophetauit, & ostendit. Digito enim ostendit, quem alij prophetauerunt, & dixit. Ecce agnus Dei. Nam perfectius aliquid cognoscitur, cū sensu percipitur, quam cum solo intellectu apprehenditur: vnde ista visio ad aliquam perfectionē pertinebat sicut dixit Christus. Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Doctrina etiā eius erat maioris autoritatis, quam omniū prophetarum: tāta enim est autoritas doctrinæ, & vitæ eius, quanta habent testimonia attestantia illi. Homines enim qui ratione naturali docent, non habent maiorem autoritatem, quam sit firmitas in lumine intellectus humani: qui vero à Deo illustrantur sicut prophetae, habent immutabilem autoritatem: quia veritas infallibilis, scilicet, diuina quæ illustrat eos, attestatur eis, & in hoc gradu conueniebat Ioannes cum cæteris prophetis. Habuit autem vltiorem gradum, quia non solum viuēs à Deo directus est, intelligendo, & operando. Sed etiam antequā nasceretur, prædixit Deus de eo per prophetas, quod venturus esset, & quid esset acturus. Et in hoc fuit maior cæteris prophetis: quia de aliis non fuit prænuntiatum, antequam essent: ex quo patet quod doctrina Ioannis non solum erat infallibilis autoritatis, sicut doctrina aliorū prophetarum, quia omnes Spiritu sancto distante loquebantur: sed etiam fuit magni honoris, quia de Ioanne fuit prænuntiatio, & non de aliis: ideo Christus laudans hoc in illo ait. *Hic est de quo scriptum est. Ecce mitto Angelum meum, ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Ostenditur hic dignitas & officium Ioānis, qui præcursor fuit Christi, qui viam domini præparauit: iuxta hoc Malachiae vaticiniū: quemadmodū & Dauid dixit in psalmo. Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos. Vt Ioannis eximia sanctimoniam extolleret, vocauit eum iustum, cum esset magnus iustus: & ob excellentissimam vitæ puritatem, & virginalem munditiam, Angelum appellauit: quia Angelica fuit puritatis, & vitæ. Qui est secundum naturam non fuit Angelus: tamen secundum merita & gratiam fuit: quod maius habetur, quam secundum naturam. Si per agrum aliquem transeas, & lignum aridum videas, nullam illius curam habes: ex quo absicisso sitabula educatur, ex qua imaginarius eximiam depingat imaginē: tunc plures habebis tabulā hanc etiam fagineam, vel roboream, quam si sit cedri, non ex natura, quia melior est cedrus quā fagus, sed ob picturam quam in illa artifex formauit. Sic Angelica natura purissima est, & excellentior natura humana, quæ quidem ex se corruptibilis, & debilis, & vitiosa, & fordibus decliuus est: sed tot in aliquo homine perfectiones depingi possent, totque virtutes, & sanctimonia in eius anima constitui, quod sit excellentior, sanctior & purior Angelis. Sed ex eo plures habendus est Ioannes, quippe qui cum ex carne & ossibus constitus, & corruptibilis ex natura esset, tam profundam orationē, & contemplationem esset sortitus, ita vt magis caelestis, quam terrenus habitator appareret, magisque spiritum habere Angelicum quam humanū videbatur: quia vt Angelus sine lecto, sine patione, sine co-nessione, sine denique dormitione, in caelesti contemplatione dies, noctesque consumebat, & per Angelicos choros deambulabat.

¶ Secundo

¶ Secundo Angelus vocatur, non solum propter vitæ puritatem: sed etiam ratione officij. Angelus latine nuncius est: sed etiam talis nuncius, qui solū fert literas clausas, ignarus quid in illis comprehensum sit: verum talis, qui negotium sibi commendatum, & legationem, ipse ore tenus exequitur, quanquam vero hæc Angeli vox, sanctis, & caelestibus spiritibus recte attribuitur: quoniā omnes ministerij munia obeunt, qui ad ministerium mandantur, propter eos, qui hæretes aeternæ beatitudinis futuri sunt: non tamen illis propriū aut vnicum hoc nomen est, sed commune omnibus his, qui iussa Dei expediunt, & ipsius aperiūt voluntatem. Nam sicut vnumquēque sacerdotem vocat Malachias Angelum Domini exercituum, eo quod legē Dei docere & prædicare debeat: ad huc quoque modum hoc loco Angeli nomen habet Ioannes, quandoquidem non vt propheta missus est tantum vt futura nūciaret: sed vt nuncius, qui sui Domini aduentum ita nūciaret, vt proximæ illum præcederet, viam sterneret, & quasi classicū caneret. Ideoque postquam Angelum illum vocauit, addidit, qui præparabit viam ante te: quia propter officium quod erat præparare viā Domini, vocatus est Angelus. ¶ Expende etiam Christi Saluatoris nostri modestiam, atque humilitatem. Mala. 4. Nam cum Malachias loquēs de Ioanne dixit. Ecce ego mitto Angelum meum qui præparabit viā tuam ante te: statim loquēs de Christo, & de eius aduentu dixit. Et statim venit ad templum sanctum suum dominator, quem vos quaeritis: quæ verba de Christo ad literam intelligebantur hoc tamen tacet hic Christus, quia noluit de se iactanter hoc dicere. Addidit vltorius Christus in Ioannis commendationem. *Dico enim vobis maior inter natos mulierum propheta, Ioanne Baptista nemo est.* Hoc consequens est cum supradictis: nec est extra rem, ab eo quod modo dixit. Loquitur enim Christus de intellectu, quem de se Ioannes habebat. Non misit itaque ignoranter Ioannes quasi-situm: quis esset Christus: erat siquidē illi illustratus intellectus à Deo, vt esset & propheta & plusquam propheta, & talis vt nullus propheta illo esset maior: quamuis hoc dictum cōmuniter sancti doctores, non de maioritate prophetiæ, sed de sanctitate interpretatur. Hieronymus libro primo commentatorum in Matthæū dicit, quod non sequitur quod sit maior omnibus Ioānes, sed quod nemo aliorum sit maior illo. Sed profecto (vt optime Chrysostomus dicit) ex hoc bene sequitur quod sit maior omnibus. Referā verba Chrysostomi. Cū tanta sit iustitiæ altitudo, vt in illa nemo possit esse perfectus, nisi solus Deus: puto quod omnes sancti quantum ad subtilitatem diuini iudicij inuicē sibi inferiores sunt, aut priores: ex quo intelligimus, quoniā qui maiore se nō habet, maior omnibus est. Caelestis via non aliter se habet, quā si arctam, & angustā in duris, & rigidis montanis, semitam contēpleris: qua duo pari gressu iter facere non valēt, nisi, alterum, alter à tergo sequatur (arcta est enim via, quæ ducit ad vitam) & sic vnusquisque solus incedit. Quare de quolibet cōfessore ecclesia canit. Non est inuentus similis illi, qui cōseruaret legē excelis? Sicut enim in humanis aspectibus, vnus alteri omnino exteriori facie nō assimilatur: non secus in animis & meritis sancti, alij

aliis omnino assimilantur: ideo priuatim de vnoquoque meminit Ecclesia, & sine antiquo mendacio, non est, inquit, inuentus similis illi. Nos etiam in caelo (vt Christus ait) erimus sicut angeli Dei, non solum in pudicitia & castitate, sed etiam in meritis: & (vt Thomas ait) quilibet angelus constituit speciem, & species sunt sicut numeri: numerus vero vnus, non est æqualis alteri, quia numerus quaternarius maior est quaternario, & minor septenario: quia sæpe vnus numerus est maior, aut minor altero numero. Sic etiā sanctus maior, aut minor est altero sancto: itaque (vt bene concludit Chrysostomus.) Si nemo est maior Ioāne Baptista, & omnes sancti, inferiores sunt inter se, aut superiores: ergo qui maiore se non habet, omnibus maior est. Vnde Ecclesia canit in hymno. Nō fuit vasti spacium per orbis, Sanctior quisquam genitus Ioanne. Et hoc satis si ad hanc veritatem probandam quod nullus ita commēdatus est à Christo sicut Ioānes: nullus (inquam) sic ex professo, & lente laudatus vt Ioannes, vt ex sermone hoc, quem Ioannis vitam extollens, concionatus est, cum adhuc viuens in numerum sanctorum fuerit relatus, & sic laudibus fuit elatus, ex Christi ore. Præterea, vt ad alia procedamus, vnū hic obseruandum esse censeo, in honorem immaculatæ, & purissimæ Conceptionis, virginis Mariæ: nam in eo quod in hoc loco dicit, quod non surrexit maior Ioanne, insinuat quod omnes ceciderunt: antequam resurgerent, & ambularet: nam resurrectio præsupponit casum. Omnes in Adā peccauerunt, omnes peccato originali concepti sunt: omnes (inquam) ceciderunt: quamuis surrexerunt ad statū gratiæ, post casum peccati. Sed nullus ex istis qui ceciderunt, surrexit maior Ioanne: ex quo arguitur sic, Ioannes est maior omnibus, qui ceciderunt, & surrexerunt, sed non est maior Virgine, ergo virgo non cecidit. Præterea iuxta Origenis regulam, quod veritati magis est proximum, vel quod secundum pietatis regulam opinandam est, sequamur. Quod autem Maria non fuerit in peccato originali concepta, iuxta pietatem verius videtur. Sed his omissis, videamus quod sequitur. *Qui autē minor est in regno Dei, maior est illo.* Nec intelligas Christum Dominum, hic loqui de maioritate bonitatis, & meritorū: quoniam Ioānes, non solum minoris Hierarchiæ angelos, sed etiam plurimos supremos, & altissimos, sanctitate & meritis antecellebat, nec solus Ioannes, sed multi etiam iusti erunt, qui plurimos ex supremis angelos, superēt. Quare hoc dupliciter potest intelligi. Primo ex natura angelorū, quia de angelis loquebatur: nam cum Christus hoc dicebat, nullus homo erat in regno caelorum. Itaque quilibet angelus, maior erat Ioāne, nō in meritis, sed in natura: quia Ioānes homo erat, & angelica natura maior est, quam natura humana. ¶ Secundo exponitur. Qui minor est in regno caelorum, maior est illo: & maior est etiam omnibus viuētibus in hoc mundo, quia ille beatus est, iste non, nam beatus securus est de beatitudine, quæ summum bonum est: qui autem viuunt de sua beatitudine non sunt securi: & in hoc est quaedam maioritas. Maior est (inquam) quo ad præmij securitatem: non quantum ad meriti dignitatem: præmij enim securitas, est potissima pars beatitudinis. Magis enim est,

Matt. 22  
S. Th. 3. q  
50. ar. 4.

Rom. 3.

Orig. li. 1  
perihore  
cap. 1.

Hic lib. 1.  
Mat. cap.  
11. Aug.  
ser. 2. &  
4. Ioan.  
Bap. 10.  
to. Chry.  
hom. 27.  
in opere  
imper.  
Mato.

Mato. 27

coronam secure possidere, quam dimicare. Bene possunt viuentes esse sanctiores, & magis Deo accepti, quibusdam iam existentibus in vita æterna, & Deus magis exaudiet illos, quam eos qui in patria cælesti sunt: & tamen semper sunt minores, quia minus bonum participant. Nam beati participant essentiam bonitatis, per immediatam visionem, scilicet, videndo per essentiam: ideo sine dubio, quilibet beatus est maior, quolibet viatore, & omnibus simul: sed non melior, aut sanctior, ideo non dixit, melior est illo, sed maior est illo. Quamuis etiam & melior dicere poterat, stando in prima expositione de natura angelorum, quæ quidem non solum maior, sed melior est homine. Sed quid ex hoc Christi sermone sequutum sit, videamus. *Et omnis populus audiens & publicani iustificauerunt Deum baptizati baptismo Ioannis.*

*Sap. 14.* Iustificauerunt (inquam) Deum, non effectiue, sed ostensiuè, hoc est, iustum illum esse dixerunt. Deum enim iustificamus, dum confitemur, quod ipse iniustitiam, omnemque culpam odit. Iuxta illud. Odio sunt Deo, impius, & impietas eius. Et cum ascribimus ei, quod bonitatem & iustitiam diligit, iuxta illud psalmi. Iustus dominus & iustitias dilexit, & æquitatem vidit vultus eius. Gaudebat populus iste, audiens Christum laudantem Ioannem, quia baptismum eius susceperat, & diligebat eum: & sicut in illum fuerant scandalizati, illos quoque maxime poenituerat, quod iustus & sanctus homo Ioannes de cognitione Christi dubitatione teneretur, & misisset quæsitum, quis esset cum de Christo testimonium perhibuisset: sic modo magno sunt affectu gaudio, & Deum laudauerunt, videntes, quam bene de Ioanne Christus fuerat loquutus, & eius honorem curauerat. Sed non sic scribæ, & pharisæi, qui intidi, & superbi erant: de quibus sequitur. *Pharisæi autem, & legisperiti, consilium Dei spreuerunt in semetipso: non baptizati ab eo.* Pharisæi qui cæteris religiosiores, se esse putabant & videri volebant, & legisperiti, qui scientia orant inflati, spreuerunt Christi salutarem instructionem. Ait in semetipso: quia aspernati sunt in seipso: & contra salutem animarum suarum, & ad suam perditionem, & non baptizati à Ioanne, eius baptismum, doctrinam, & iustificationem, de Christo spreuerunt. De hac peruersitate, dixit dominus olim per Esaiam. *Quis surdus, nisi ad quæ nuncios meos misit? & quis cæcus, nisi seruus meus? Hoc impios, & superbos scribas, & pharisæos, arguit Dominus, vt eorum impietatem opprimat. Ideo sequitur. Ait autem dominus. Cui ergo similes dicam homines generationis huius? & cui similes sunt? Ex eo quod populus credidit Christo laudanti Ioannem: & pharisæi, & legisperiti, credere noluerunt, nec baptizati fuerunt ab eo, Christus redarguit eos: quia noluerunt credere sibi, nec Ioanni. Porro homines generationis huius, ait, vbi generatio sumitur pro hominibus generatis: quibus adaptari potest illud, quod in Deuter. inscribitur. Generatio peruersa, & infideles filij: hoccine reddis Domino popule stulte, & insipientes? Nonne ipse est pater tuus, qui possedit te? &c. Rursus quæstionem ingeminat, vt audientes reddat magis attentos. Ait ergo. *Similes sunt pueris, sedentibus in foro, & loquentibus adiuuicem, & dicentibus. Cantamus vobis tibis, & non saltasti, lamentauimus,**

*& non deplorastis. Venit autem Ioannes Baptista, nō manducans panem, nec bibens vinum. & dicitis, demonium habet, venit filius hominis manducans, & bibens & dicitis, Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorum, & peccatorum.* Pueri conueniebant pueriliter in foro, ad gaudendum, & quidam eorum qui erant magis ad iocos apti, incipiebant cantare, vt alij canerent, & saltarent cum eis: sed nolébant cantare, nec respondere cæcico lætitiæ. Tunc ipsimet pueri qui cantauerant cæcico lætitiæ, cantabant canticum lugubre, vt saltim responderent eis, quia qui non est dispositus ad lætitiā, poterit forsitan esse dispositus ad tristitiā. Et quia nec sic illis respondebāt, alij pueri cōqueiebantur, scilicet, illi, qui cantauerant vtriusque canticum. Prius vobis cecinimus & nō saltastis, & postea lamentauimus, & non planxistis, quare hoc fecistis? Quia saltim in aliquo eorum nobis respondere debuissetis. Iste sensus consonat Christi proposito, applicando ad se & ad Ioannem: vterque enim Iudæis prædicauit. Ioannes quidem, qui erat vitæ austere, cecinit carmen lugubre, & illis prædicauit poenitentiam, sed ipsum noluerunt audire, nec isti scribæ, & pharisæi quibus Christus hæc dicebat, eius baptismum suscipere voluerunt. Deinde Christus cantauit canticum lætitiæ, nam benignitate, & dulci conuersatione, inuitabat homines ad fidem, & operationem & māducabat eū publicanis & peccatoribus, vt sic eos alliceret, & tamen nec Christo credere voluerunt. Erant ergo arguendi, sicut pueri qui nolébant respondere locis: quando cantabant? nec quando lugebāt, nam si Iudæi nolébant assentiri Ioanni: quia durus, & austerus erat, sequerentur Christum, quia blādus erat. Vel si volentes maiorem austeritatem, nolébant Christum, sequerentur Ioannem: sed neutrum faciebant, ideo reprehensibiles erant. De Ioanne dicebant, quod dæmonium habebat, & de Christo, quod erat potator vini, & amicus publicanorum, merito ergo increpat eos Christus sic. De Ioanne dicebant, quod dæmon, qui eum possidebat faciebat tantam austeritatem tolerare, quia arreptitij multa possunt agere & pati, quæ alij homines facere nequeunt. De actione patet, quia dæmon mouet organa ipsorum & sic faciunt maiora, quam alij homines, eo quod non agunt ipsi, sed dæmones, vt de duobus illis arreptitis legitur, qui erant ita faui, quod propter eos, nemo audebat transire per viam. Et in Actibus Apostolorū legitur, quod vnus arreptitius, pugnavit contra duos, & præualuit: ita vt nudos & vulneratos cogeret eos fugere. De passione etiam patet, quia dæmones possunt reddere membra arreptitorum, quasi stupida & insensibilia, & ita non affliguntur patiendo dura, sicut patet de illo, qui se lapidibus concidebat. Et ita intellexerunt isti de Ioanne: scilicet, quod dæmon possidens illum, reddebat ipsum insensibilem, vt non sentiret ista, quæ patiebatur. De Christo vero saluatore nostro dicebant, quod erat homo deuorator, & bibens vinum: in quo apparet, quod ex inuidia, & iniquitate loquebantur: quia si vituperabant Ioannem, tanquam austerum, decebant Christum laudare, tanquam modicum in comedendo, & bibendo. Vel si Christum tanquam voracem accusabant, Ioannem tanquam abstinentem laudare debebant. Non ergo displicebat

cebat eis opus: sed persona, scdum enim amanti illud pulchrum, pulchrum vero abhorrenti illud, scdum videtur. Multi etiam & nunc sunt similes istis, qui omnia bona aliorum in peius interpretantur, & cum ipsi mali sint, factis aliorum detrahunt. Alij autem ita inuidi sunt quod omnia bona proximi, in malam partem interpretantur. Si quem modestum & studiosum videat, stritum, si grauem, superbum appellant: si patiens, & tolerans sit, timidum, si iustitia vtatur, scruum, si misericors, & parcens remissum dicunt, si verò loquatur, quod loquax, si taceat, quod stultus, si deuotus, quod hypocrita, &c. Sic isti, si non comedat, quod dæmonium habet, si comedat, quod deuorator est, dicunt. Nec enim possibile est obtrectantis hominis os obstruere: qui superbia & malitia ductus peccat, quia nunquam illi deerit, quid loquatur, quidquid aduersus conerit. Ideo Dauid in psal. Mendaces filij hominum in stateris. Sed qualiter in stateris? multi sunt homines, qui libra non vtuntur, nec omnes se in mercaturis exercēt, nec omnes circa negotia emptionis & venditionis versantur. Quo pacto ergo esse poterit, mendaces esse omnes homines in stateris? itaque rationem, per quam possumus recte de qualibet re iudicare, stateriam hic appellauit & merito, quoniam per hanc, omnium virtutes, & merita trutinamus. Nihil enim est præter rationem & ius, & æquitatem. Stateram habet veram qui bona dicit bona, & mala dicit mala, & optima. Econtra vera stateram habent mendacem illi, de quibus dicitur: *Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.* Duas ergo res inter se contrarias posuit Deus ante te, in statera tui iudicij, & arbitrij examinandas: vitium videlicet, & virtutem, vitam & mortē, vt de proximo iudices recte, & bona illius ne dicas mala. Sed iam mēdaces sunt filij Adam in stateris: quia dolose iudicant de proximo, quod abominabile est coram Domino. Vnde in Proverbijs Salomon ait. Statera dolosa, abominatio est apud Deum. Ac si diceret. Hominum affectus ac iudicia, stateræ dolosæ sunt. Hoc in istis patet qui Ioannem dæmoniacum appellabant, Christum verò potatorem, & deuoratorem. Obserua, quod pueros vocat hic Christus hos pharisæos, & illis assimilat: quia sicut infirmi & debiles intellectu se habebant. Non enim sicut homines ratione vtentes Christum, nec Ioannem susceperant, nec sicut filij Abrahæ qui pater fuit fidei fidē habuerunt credentes in Christo: ideo merito pueris insipientibus assimilantur. Sic Dauid Absalonem filium fratricidam & patris persecutorem, non filium sed puerum vocauit, cum dixit. Estne pax puero Absalon? Sed sciens mortem eius non puerum sed filium nominauit dicens Absalon fili mi, fili mi Absalon. Cur in vtroque non dixit puerum aut filium? Si viueret puer erat: quia partidicio peccabat patrem, non ergo pietatis nomen accipere debebat, sed infirmitatis, ideoque vir iustus quod pietatis & religionis erat tacuit: & quod infirmitatis erat dixit. Sed vbi eum mortuum sciuit, memor pietatis naturæ & immemor offensæ, apud pium patrem personæ crimen desecit & naturæ nomen remansit. Disce non puerilia sapere, quandoquidem vir es tu & non puer.

Vnde Sapiens de quibusdam ait. *Vsq̄quo paruuli diligitis infantiam?* Denique vt concludam discamus ex hoc loco humilitatem à Christo qui cum sit filius Dei excelsi, se vocat filium hominis: in quo summam eius humilitatem ostendit. Discamus patientiam in aduersis quandoquidem de Ioanne viro sanctissimo tam impia dixerat homines, & de Christo saluatore, sic blasphemauerant, vocantes illum voracem, qui venerat tollere peccata mundi. Quæ vita erit tam pura, vt sit libera à moribus impiorum? *Quenam sanctitas hominibus placere potuit? Verum nos peccatores, si de aliquo quocūque leui peccato infamamur, impatientissimi sumus.* Discamus ergo patientiam, in falsis testimoniis: permittente enim Deo, fiunt contra te infamationes: propter tres causas. Primo ad exercendum patientiam: sicut Ioseph vir iustus & castus, fuit infamatus de adulterio, & Iob sanctus de tyrannide & crudelitate: sicut illi dixit impropere Eliphath, quod fuit percussus à Deo, quia violentus prædo & defraudator fuerat, & immisericos egenis & crudelis tyrannus, atque impius in Deum extitisset: quorum omnium nihil erat verum. His falsis testimoniis exercebantur viri sancti patientia. Secundo veniunt falsæ diffamationes ad puniendum occultam culpam. Eum enim qui se non continet ab occulta culpa, cuius non patitur infamiam, iste permittit Deus falsis rumoribus flagellari, in quibus non est reus: & plerunque sic puniuntur illi qui de bona fama inordinate gloriantur per notam infamiae coercentur. Sic & tu cum de crimine, quod nō habes, aliqui murmurant, patienter sustine: cogitans tecum quod alia habes peccata occulta, quæ si homines scirent multo peiora & grauiora de te loquerentur. Tertio eueniunt diffamationes falsæ ad futurorum cautelam. Si enim falso aliquis notatur de crimine, caueat sibi verum crimē admittente: quoniā si innocens talia patitur, credat quod multo grauiorem reus patietur infamiam: & quod æmuli qui murmurant de falso quod multo melius murmurabunt de vero crimine & delicto. Sed hæc suffecerint. Iam videamus quid vltra Dominus dicat. *Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis.* Hoc est, Christus qui Dei sapientia & virtus est ab Apostolis & credentibus laudatus est. Vel potius, quod sapientia, vt est prouidentia siue rectum iudicium de moralibus iustificata est à filiis suis. Id est pueri, qui canebant in foro, qui erant filij Iudæorum iustificauerunt sapientiam: id est recte iudicauerunt, increpantes socios suos, qui nec eis cantantibus voluerunt saltare, ne eis lamentantibus voluerunt lugere. Et per hoc patres suos arguunt, qui Christum cantantem, id est, dulciter conuersantem non susceperunt: & Ioannem lamentantem, id est, austere viuentem non sunt sequuti: sed accusauerunt, & sic Deum ostendunt iustum, & quod recte arguit, & damnat peccatores. Hoc est enim iustificare Deum: hoc est ostendere illum iustum, in punitione peccatorum. *¶ Obserua autem hic, & diligenter aduerte pro acceptione huius nominis iustificatio.* Tot enim modis opus est iustificationem accipi, quot modis accipiuntur iustificare & iustificari. Tres autem precipuas & magis frequentes huius verbi, iustificare, acceptiones apud scripturas & sanctos

*Sap. 14.**Psal. 10.**Esai. 42.**Deut. 32.**Matt. 8. 23. 9.**4. Reg. 18.**Ioan. 1.**Gene. 29.**Iob. 21.**1. Cor. 2.**Nota.*

sanctos doctores legi. Primo iustificare accipitur in scriptura, & apud sacros authores pro eodem, quod est vere & re ipsa facere iustum: sicut purificare & mundificare, pro eodem quod facere purum aut mundum. Et sic in scriptura dicitur Deū iustificare peccatores: quia illos iustos faciat & peccatores dicuntur iustificari cum iusti fiunt. Et in hac significatione, vtuntur verbo iustificandi doctores, cum agunt de iustificatione. Et sic Paulus manifeste vtitur hoc verbo cū de Deo dicit. Quos prædestinavit, hos & vocavit, & quos vocavit hos & iustificavit. Et paulo post. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Et cum dicit Corinthiis, eos esse iustificatos in nomine Domini nostri Iesu Christi. Et hæc est acceptio magis cognata, & affinis etymologiæ huius nominis iā expressa. ¶ Secundo inuenio in scripturis verbum iustificari pro eodem, quod proficere & crescere in iustitia. Et sic beatus Ioannes accepit cum dixit in Apoc. 22. Apoc. Qui iustus est iustificetur adhuc. Quid est, iustificetur adhuc, nisi vt crescat in iustitia? Et alibi scriptum est. Ne verearis vsque ad mortem iustificari. Hoc est. Ne verearis vsque ad mortē piis & honestis operibus studere: vt vadas de virtute in virtutem. Sic etiam intelligendum esse cenfeo illud Iacobi. Nonne Abraham pater noster ex operibus legis iustificatus est? Certum est quod ibi non accipitur iustificatio pro prima iustificatione: tum quia prima bona opera peccatoris iustificatione indigna sunt: atque eam minime merentur: sed opera bona iustorum iustificatione secunda dignissima sunt & eam ex condigno merentur. Atque ideo ex eis hominem iustificari, Iacobus constanter asseruit. Tum etiam quia intulit hæc verba Iacobus ex eo, quod mox dixerat Abraham ex operibus iustificatum esse cum obtulit filium suum Isaac. Constat autem ante illud tempus iustum fuisse Abraham, nec incepisse iustificari per oblationē filij sui: credimus enim tunc fuisse omnium hominum suæ ætatis iustissimū & religiosissimum: nullum enim audiimus aut scimus, tot & tantis prærogatiuis à Deo insignitum. Sæpe enim cum eo familiarissime loquutus est Dominus: & iussu eius dereliquit patriam, & peregrinatus est & auxilio Dei quatuor debellauerat reges, & promiserat ei Deus multiplicationem sui generis, circumcisusque erat & Melchisedech benedictum à Deo excelso dixerat: & scriptura de eo adiecerat, credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam. Itaque ex omnibus his constat de secunda iustificatione illa verba Iacobi intelligi, Abraham pater noster, &c. Verum beatus Paulus multis in locis suarum Epistolarum: & præcipue ad Romanos & ad Galatas videtur contradicere D. Iacobo: quia sæpe asserit & persuadet cunctis neque Iudeos propter opera legis neque Gentiles propter bona opera iustificatos esse: sed per fidem & gratiam Christi. Conciliantur autem Paulus & Iacobus: quia Paulus de prima iustificatione loquitur quæ non cadit sub merito: Iacobus autem de hac secunda vt modo diximus. Duo quidem necessarium fuit fideles scire. Primum est iustificationem primam nemini contingere ex merito suorum operum & ad eam posse homines nunquam venire per fidem vel solam, vel certe absque operibus: & hæc nobis explicuit dominus

clare per Paulum. Alterum est ad iustificationem secundam necessaria esse bona opera etiam exteriora, si vita aliquando longior sit & ea posse nobis ex merito & debito bonorum operum contingere: & hæc per Iacobum sumus à Deo edocti. Vt infideles ad fidem allicerentur neque desperarent de sua salute, quantumcūque grauibus essent obruti peccatis iustificationem posse per fidē absque operibus contingere annunciat Deus per Paulū. Ne vero qui receperant fidem, & iustificati iam erant, audientes per Paulum, per fidem iustificatos esse absque operibus torpescerēt & segnes fierent ad exercitia virtutum putarentque ad perseverandum, & proficiendū in iustitia satis sibi esse fidem, quæ vel per se solam, vel saltem absque bonis operibus exterioribus, ad assequendum iustitiam eis suffecerant, per Iacobum exposuit nobis idem Deus necessitate bonorum operum. Paulus etiam alibi, cum dicit, creditur Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam: de hac secunda iustificationis acceptance loquutus est. Itaque in hac secunda acceptance, idem erit iustificare quod augere alicuius iustitiam, & efficere iustiorē: vt merito ratione illius non solū possit dici fieri iustior: sed proprie iustificari. ¶ Tertio præter has duas acceptance, solet etiam accipi iustificari, pro pronunciarum aliquem, & ostendi iustum & innoxium. Et in hac significatione frequenter vsurpatur à iurisconsultis & pro vocabulo habetur forensis: id est, que est aliquem in foro iustificari, quod absoluti à criminibus, de quibus accusatur, innocentemque & iustum à suo iudice diffiniri, & pronunciarum. Et sic vsus est saluator noster hoc vocabulo, cū dixit. Ex verbis tuis iustificaberis & ex verbis tuis condemnaberis. Nam cum statim dixisset reddituros homines rationem in die iudicij de omni verbo otioso: istis verbis, quæ mox subiecit, hoc voluit profecto significare vnumquemque iuxta verba sua pronunciarum vel reum, vel iustum & ex cōsequenti absoluendū vel dammandū in die iudicij. Et in hūc sensum Phariseis auaris improperavit, quod se iustificarent coram hominibus, hoc est, iustos ostenderent, pronunciarum, iactarent. Et de quodam iurisperito dicit infra noster Lucas, quod volens iustificare seipsum interrogavit Iesum, quis esset proximus suus: id est, volēs ostendere se iustum. Et Paulus dicit eum, qui mortuus est peccato, per baptismum iustificatum esse à peccato. Hoc nimirum nos docuit liberatum esse, & absolutū prorsus à peccato, quicūque in Christo Iesu baptizatus est. Et apertissime David accepit in hac significatione cum dixit. Iudicate egeno, & pupillo: humilem, & pauperem iustificate. Vtque in eo sensu hoc vocabulo se vsūm apertius faceret, subiunxit. Eripite pauperem, & egenū de manu peccatoris liberate. Notauit enim his verbis iudices, qui cum diuites facillime absoluerint à criminibus eis intentatis: tamen pauperes, à quibus nullum quæstum expectabant, dū patiebantur in carceribus esse, nec eos iustos & innocentes pronunciarum. Et in eundem sensum scripsit Salomon. Qui iustificat impium & qui condemnat iustum, abominabilis est vterque apud Dominum. Et Esaias. Væ pronunciat illis, qui iustificat impium pro muneribus & iustitiam iusti auferunt ab eo: quia impium, ob muneribus

nera accepta iustum, & innocentem pronunciarum, & iustum ab eis calumniose accusatum, velut reum, & nocentē condemnabit. In hoc etiam sensu dixit Iob: Si iustificare me volueris, os meū condemnabit me. Id est, si me volueris pronunciarum & scissere iustum. Vnde statim addidit. Si innocentem ostenderem, prauum me comprobabit. Et quod alibi idem Iob dicit: Nunquid iustificari potest homo compositus Deo? Solus nāque Deus iustificabitur, & nullus poterit vere pronunciarum iustus, si conferatur ipsius iustitia ad diuinam. Et in hunc sensum accipiendum est, quod paulo ante dixerat noster Lucas, quod publicani, & peccatores iustificarunt Deū, baptizati baptismo Ioannis: quia dum ad prædicationem Ioannis cōuersi sunt, & illius baptismo baptizati sunt, Deum multipliciter ostenderunt iustum. Primo, quia in hoc declarant Deum, non ad indignos, sed vel ad inno-centes, vel ad iustos sua munera transferre. Secūdo in hoc aperuerunt Deum esse iustum, tum in suis præceptis, tum in pœnis, quas peccatoribus obitatis infligit: & merito agendū esse pœnitentiam de eorum transgressione. Tertio recipientes prædicationem Ioannis hoc ipso probant, illum esse iustum & veracem: qui iuxta sollicitationes suas talem ac tam sanctum virum ante se miserat. In hunc etiam sensum intelligitur, quod modo explanamus: iustificata est enim sapientia à filiis suis, quia absoluta est, & iusta pronunciarum, & ostensa iudicio omnium filiorum suorum, id est omnium electorum: omnes per quippe se ei sponte subdentes recepit, & omnes perfidos abiicit: & Deus iustificatur, nihil omittens facere ad omnium salutem necessarium, cum prædicauerit per Ioannē canticum lugubre, & ipse prædicauerit canticum lætitiæ. Sed de his satis. ¶ Videamus iā nūc, per pulchram historiam & exemplum admirabilis pœnitentiæ, cuiusdam mulieris peccatricis, cuius conuersionem, & Christi clementissimi Redemptoris infinitam misericordiā, satis egregie (vt solet) sanctus Euangelista Lucas scribit, dicens. Rogabat autem illum quidam de Phariseis, vt manducaret cum illo. Vulgare quidē illud est, radicem & originem ipsam ex qua mors est orta, fuisse peccatū hominis protoplasti. Hoc expresse Paulus Romanis ait, dicens: Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors. Quod si sola esset corporalis mors, tolerabile hoc videretur: sed peccans Adam, prius animā & confestim corpus occidit. Porrexit manum, vt ex prohibito comederet fructū, sed iubente anima: & sic transgressor præcepti, per cōsensum culpæ, prius animam occidit, vnde corporalis mors, que fuit peccati pœna consequuta est. Cum itaque anima esset cōsentiens peccato, & corpus culpæ exequutor, Deus vtrunque pœna mortis punit, animam captiuitati dæmonis tradens, corpus verò vermibus, & carnis corruptioni. Duplici huic miserabili morti subiectus erat homo, antequam mundi Redemptor à summo celo ad inferiorem terrā descendere, ad liberandū nos ab his turpibus captiuitatibus. Illo enim moriente, ab animæ morte, postea verò resurgente à corporis morte erepti fuimus: qui in cruce pendēs à dæmonis potestate nos eduxit: & sanguinem effundens animas nostras redemit: quique cū gloriis de sepulchro exiret,

vita quoque triumphās à corporali morte exiuit. Quia vt Paulus fatetur, Christi resurrectio, fuit causa resurrectionis nostræ corporalis. Sed priusquam Saluator mundi, his duobus hostibus, bellum intulisset, prius etiam quam in campo cū illis congredere, & eos bello vinceret, & expugnaret: in vita prælium suscipere, & vires & potestatem quam super eos habebat, ostendere voluit. Intendit igitur noster Euangelista Lucas, potestatem quam Christus è celo adducit ad vtranque mortem superadā ostendere: ideo duplicē mortem à Christo separatā, duplicemque resurrectionem hac in parte describit. Superius in hoc capite qualiter Christus in vrbe Nain suscitauerit filiū cuiusdam viduæ in corpore mortuum, qui ad sepulchrum deferretur, ostendit: nunc vero explicat de muliere quadam peccatrice, in peccatis, & anima mortua, quam Christus ex morte peccati, & ex faucibus inferni eduxit, cum esset iam in vltimo, vt deuoraretur. ¶ Maximas vires, maximāque potestatem quæ Christo insunt, in his duabus historiis, & in his duabus resurrectionibus, in his denique duobus miraculis quæ Saluator noster fecit, egregius Euangelista Lucas ostendit, vt intel ligamus & interioribus oculis inspicimus, quam potestatem Christus afferat è celo in terrā, quamq; habeat ad liberandum nos à morte corporis & animæ. De resurrectione mortis corporalis iam diximus supra in historia adolescentis filij viduæ, sed nunc in hac historia de spiritali animæ resurrectione agendum est. Res ergo sic se habet. Phariseus quidam rogabat Christum vt comederet cū illo, quod conuiuium Christus acceptauit, ex eo quod sciebat eum non paruum commodum ex illo reportaturum. Non esset nociuum, imò conducibile maxime, Iesum Christū in nostris mensis semper habere, nec manducare, nec buccellam assumere, nisi illum præsentem & præ oculis haberemus. Sic Tobias dixit filio suo: Vade, & voca aliquos de tribu nostra, timētes Deum, vt epulentur nobiscum. Et Ecclesiasticus, viri iusti sint tibi conuiuiæ. Et Christus: Cum facis conuiuium voca pauperes, &c. Isti hospites sunt inuitandi, nō mimi, parasi, ioculatores, sed Christus, aut mēbra sua qui sunt pauperes, & viri probi. Hoc tamen hac nostra ætate, inter diuites & potentes non ita contingit: non manducant siquidem vt Deo seruiant, sed vt gutturi, & inordinato appetitui satisfaciant: nec Christum, vt Phariseus hic, vocāt nec pauperem & mendicum qui Christum representat, inuitant: sed parasitos, & adulatores mensas iustantes, & circumeuntes. Ideo Dominus conueritur per Esaiam dicens: Væ vobis, qui consurgitis ad ebrietatem festandam, & negligitis opera Domini. Vide etiam quod Christus non rogatus, nec inuitatus ingrediebatur domos peccatorum & publicanorum: quod non faciebat cum Phariseis, nisi rogatus. Sic Zachæus vidit, & nō rogatus ab eo, domum eius est ingressus. Ratio horum est: quia publicani seipfos agnoscebant, & erant humiles, atque ideo in domum humilium, nō rogatus descendit: Phariseos verò superbissimos, volebat humiliare, & ideo voluit vt rogarent, vt sic rogando humiliarentur. Et ingressus in domū Pharisæi discubuit. Expende quod nō dicit, rogauit & discumbebat, sed rogabat, & discubuit. Poterat

1. Cor. 15

Tob. 2

Ecc. 9.

Luc. 14.

Esa. 50

Luc. 19.



Euangelista dicere quod ingressus domū Pharisei discumbebat, & quod Phariseus rogauit: sed non dicit, nisi quod Phariseus rogabat, & quod Christus discubuit. Ostendit quantum Christus desiderat salutem nostram: adeo vt tenui clamore rogatus, statim se nobis tradat, & inuocantibus statim dicit adsum. Rogabat, prateritum est imperfectum: & discubuit prateritum perfectum. Nondū enim rogare desiderat, nondū, inquam, rogandi finem fecerat, cum iam Christus perfecte in eum beneficium contulerat. Promptissimus quidem est Deus vt nobis beneficiat. Vbi primū incipimus petere, licet non perfecte petierimus: iam ipse beneficium aobis petitum contulit. Considera, queso, peccator, te peccatis obrutum & submersum, & quam paratus & promptus sit Deus ad te iuandum aduerte: adeo vt nondum ebullire, & te leuare incipias cum iam Deus manum suā porrexit, & credum te reddidit. Vix enim surgendi initium sumis, cum Deus te suscitauit. Mirabilis quidē est præstantia, quam Deus habet, in subueniendo peccatori. Ad hunc finē dicebat maximus ille poenitens Dauid in psalmo: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino. Et nō dicit, tu mihi ignosces, tu mihi eris adiutor, sed quid? & tu remissi impietatem peccati mei. Nondū dixeram confitebor, vbi ipse iam mihi peperceras. Alibi quoque dixit: Imperfectum viderūt oculi tui. Est sicut aquila, oculos habēs apertos super cadauer. Vix namque peccator in gratia Dei proficere exorditur, cum Deus prope adest, vt eum à peccato liberet: antequam libero arbitrio perfecte vtatur. Sic etiam Esaias ait: Ad vocem clamoris tui, statim, vt audierit, respondebit tibi. Non ait ad verbum clamoris, quo in modo loquendi, iam est prolata sententia eius, quod innuere vis: sed inquit ad vocē clamoris, quoniam patet, quod vox est vehiculum verbi. Mirum quoque est, quod Christus rogatus veniat: & ipse summe bonus licet iniuriatus, roget vt per nos vocetur. Qui ad ianuam clausam rogat vt aperiat, nonne ianuam patefacta intrabit? Aduerte igitur anima mea, quantum Deus sit audis tuæ salutis: qui licet Pharisei murmurent, ex eo quod homines peccatores recipiat, licet etiam annuli & inuidi insidias illi parent, & illum calumniantur: confestim tamen, & in ipso instanti, antequam Phariseus rogandi finem faciat, iam ipse sedet, & de quo rogabatur exequitur, nec ob aliud, quam vt animam tuam lucretur, & mulierem peccatricem conuertat, & dimittat. Deus enim summe est diligens in his, quæ ad animæ tuæ salutem spectant: nec tam opportunum tempus prætermittit patitur. Vix si quidem Phariseus ad rogandū os aperuerat, cum iam Christus sedet. Tantum amat peccatoris conuersionem, vt etiam cum inimicis sedeat, & insidias patiat, vt animā peccatricis lucretur: vel ne notoriam faciat in conuersione illius. Hic enim Phariseus (vt infra patebit) nō bene sentiebat de Christo, quia murmurauit, & non credidit illum esse Prophetam: nihilominus tamē, inuitatus cum eo discubuit. Docet quod nos benigne, & simpliciter exhibeamus, cū his qui nobiscum dolose agunt. ¶ Obserua, & vide qualiter Deus à nobis inuitatus, conuiuium non recuset: nos verò, et si frequenter ab eo inuitemur, & rogemur, conuiuio non

assentimur. Quod ipse inuitet nos, satis patet in Apocalypsi, cum ait: Ego sto ad ostium & pulso. Si quis aperuerit veniam, & cœnabo cū illo. Sed tu surdus es, & à Deo inuitatus conuiuia recusas, cum ad tuam vtilitatem inuiteris. Obserua etiam, quod conuiuium hoc, nō profanum, & à religione semotum, sed honestum, & religio sum erat, siquidem Saluator noster, in illo interfuit. Vtinam talia essent nostra conuiuia, & sic corporalem necessitatem acciperemus, vt Spiritui sancto ostium patefactum esset. Sed comestiones nostræ, non alia quam illæ, quas faciebat Babylonix rex Balthasar, qui non contentus ventrē expleuisse, vasa templi Dei furripere voluit: nec aliter quam pro meritis interit. Sic nos creaturas Dei profanamus, vtentes epulis quas Deus creauit, in ministerium vitiorum carnalium, sordium, & abominationū, & postea solutis linguis proximis infamamus. Præterea Christus nullam habuit curā de insidiis inimicorum, nec de murmurationibus, nec de sua propria persequutione, sed solum vt exequeretur munus ad quod missus est, hoc est ad saluandum peccatores. Aduerte autem, quod Saluator noster Christus, quicquid ad eum spectat, postponit tuæ salutis: & licet omnes nostros labores portet, pro salute tamē animæ tuæ, omnia dissimulat. At nos volumus ei seruire, & nihil laboris tolerare, & pro illo nihil pati. Volumus ieiunare, & fame astringi nolimus: vigilare, & orare, omni labore secluso. Eleemosyna erogare, & semper esse diuites: rem sacrā audire, sed quod templū prope sit: verbum Dei audire, sed concionantis breuitatem exoptamus. Cū denique Christus nobis seruiat, multa tolerādo: nos illi abſque aliquo labore seruire cupimus, &c. Obserua etiam, & vide immensam Dei misericordiam. Vide quā muta & transuersa sint tempora. Ille Deus vltionum, ille peccatorum magnus punitor, ille denique qui ambulat ad auram post meridiem, vt vindictā sumat & iustitiam exequatur in vno peccatore: ille (ait Euangelista) iacet, vt peccatis ignoscat. Non ambulat, non discedit, non denique peccatores fugit: sed potius sedet, illos expectans, vt ad misericordiam & veniam consequendā accedant. Hoc, præſe tempore, ab eo suscitabatur anima, optans peccatori veniam adipisci. Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Et siquidem tam benignus, tamque pascuetus sit, vt sedeat ad nos in confessione audiendum. Nemo maneat, sed omnes ad eum cursitemus, festinemus, ad abluendam animas nostras in fonte misericordix, in fonte quæ viuat, peccatricem hanc mulierem imitantes: de qua facit Euangelista sic ait. *Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.* Aduerbum, ecce, emphasim habet, & magnam æstimationem. Sic scriptura de illo Vagao cubiculario Holophernis, vt magnum & memorabile facinus, quod mulier patrauit virili peccatore & animo, narret, dixit: Ecce Holophernes iacet in terra, & caput eius non est in illo. Ecce ait Euangelista. Aduertite, considerate, attendite, & memorabile, horrendum & inauditum, narrabo facinus & mirabile: facinus, inquam, quale ab hominum memoria & cogitatione recedere non deberet, sed præ oculis semper apponi. Ad alta, & sublimia nos attentos habere, conatur noster Euangelista. Notate spectaculum. Phariseus inuitat

Apoc. 3.

Dan. 5.

Psal. 93.

Genes. 3.

Cant. 1.

Iudit. 14.

Chri.

Christum: sed ecce mulier venit ad pascendum & epulandum. Ecce mulier quæ antea fuit in causa, vt vniuersus mundus periret, nunc iterum est causa suo exemplo, vt per poenitentiam ad Deum reuertatur. Pudeat iam puberes viros, siquidem ita obnixi in peccatis iacent, vt debilis mulieris, & in peccatis submersæ poenitentiam imitari erubescant. Ecce mulier, ex se debilis, sed ex Deo præſe, de qua non ab re habetur. Mulierem fortem quis inueniet? Mulier alio tempore peccatrix, obstaculis plena, nunc diuino auxilio cuncta hæc semouit. Hanc igitur inspicite, cum hac sitientibus cordibus accedite cum illo qui clamans ait: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. Mulier in sexu, sed vir in operibus publicam agit poenitentiam: non ignara quod de peccatis publicis publice poenitere oportet: vt confundantur qui in arca confessione peccata debellare, & illorum salutiferam poenitentiam accipere non audent. Ecce mulier in qua sanctissimæ Trinitatis gloria resplendet, de cuius eximia poenitentia gaudent Angeli, demones stupent, segnes & ignaui viri confunduntur, & volentibus sequi Christi gratiæ & vtilitatis doctrinam præſatur. Phariseus inuitas Christum non pascit illum, cibo congruenti eius palato: ideo venit hæc mulier vt Pharisei vices gerat. Iudæicus populus multipliciter clamoribus deprecabatur Deum venire in domos suas, sed nunc

Psal. 67. Aethiopia illa, nempe quæ denigrata fuerat multitudinem peccatorum, præuenit manus eius Deo: sicut mulier illa hemorrhoidis præuenit filiam archisynagogi. Sic etiam multi in peccatis obdormientes postea diuina gratia expergefati breui temporis spatio, excedunt meritis alios qui licet erant in gratia, Deo tamē segniter seruibant, &c. ¶ Sed literam inspiciamus. In ciuitate ait Euangelista, quod hæc mulier erat peccatrix. Caue tibi à peccatis ciuitatis, caue iterum à publicis peccatis, cum homines & honorem & famam amiserunt. Detestabile enim est, cū quis publice infamatur: & per plurimorum ora circūfertur. Non aliter se habet fama & honor in homine: ac cortex in pyro vel malo: qui quidem cortex cum sit tenuis & leuis, conseruat fructum, quamdiu illum habet. Secus verò si auferatur à fructu, tribus horis corrumpitur & violatur. Sic bona fama, & si sit paruum bonum, respectu maiorum bonorū animæ, siquidem temporalis quoque est: habet tamē virtutem conseruandi homines in virtute, qua amissa, cetera quoque amittuntur, corrumpuntur, & violantur. Maximè nociuum est in peccatis perseuerare, & bonam famā amittere: vt mulier hæc amiserat. Si forte fortuna nouam aliquam vestem induas, primis diebus respicis vbi sed eas, ne polluantur: vbi verò iam fordescere cœpit, parum tua refert de illa, & vbi cuncte manuis, sedes. Sic cum habes puram conscientiam nimis es curiosus, sed vbi eam pollueris & peccare cœpisti, tua non refert. Cum taurus agitur semper primos stimulos sentit maximè: sed virgine onustus non sentire videtur. Peccatores prima peccata sentiunt: sed peccatis repleti, nulla affliguntur molestia. Si lucerna recenter extinguitur exiguo labore inflammatur: difficulter tamen cum iam diu fuit extincta. Ita insipientes peccare, cito conuertuntur: in peccatis

Prov. 31.

Psal. 41.

Psal. 67.

Mat. 9.

Psal. 93.

Genes. 3.

Cant. 1.

Iudit. 14.

tamen obdurati difficulter. De his autem peccatoribus ciuitatis dixit Iob, quod bibunt sicut aquam iniquitatem: quia alij peccata comedunt, alij verò bibunt. Comedentes aliquid prius mandunt, & in ore volutant illud antequam deglutiant: bibentes autem minime. Ita sunt multi, qui peccatū mandunt, & in illo sunt dubij antequā in assensu deglutiant: alij verò sunt qui nondum accedit praua cogitatio cū in consensu recipiunt. Hæc nō aliunde oriuntur, quam ex infamia & mala consuetudine peccandi: cum iam tandem peccator, peccandi metum amisit, peccatis gaudet: nec curam habet aliquam, quod mala eius per vniuersam ciuitatis ora circumferantur, quoniam & honorem & famam amisit, vt hæc mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, quia iam infamata erat in ciuitate, & ab omnibus peccatrix habebatur. ¶ Vide etiam quod dicit, quod in ciuitate erat peccatrix. Quod si in vico vitam degeret, vbi raræ sunt conciones, vbi non cum magna solennitate diuina officia exercentur, & homines viuunt sicut bruti, tolerabile videretur: sed in ciuitate, vbi tot habentur conciones, tot sunt templa, tot sacerdotes & religiosi, tot denique auxiliares ad animarum salutem, detestabile est. In ciuitate tam eximia doctrinæ, cur tot peccatores? cur tot Dei offensores? sed nunc peius in ciuitatibus quam in vicis contingit. Debuerat enim optimo iure ibi maior vigere sanctimonia: vbi plures sunt iniquitates & peccata. Vnde Sophonias: Desolatæ sunt ciuitates. ¶ Præterea, nonne in ciuitate illa alij erant peccatores? maximè, sed huius mulieris peccatum ex eo magis apparebat, quod genere illustri & nobilis erat: quæ quidem peccata magis notantur, magisque scandalizant. Hoc aduerte debet prælati, iudices, patritij & religiosi, qui sunt velut spectacula cæterorum, & multis sunt scandalum, &c. Sed quia de his in initio capitis secundi multa diximus: nunc alia consideremus. ¶ Aduerte quod quatuor sunt, quæ huius mulieris peccatricis culpam magis aggrauant. Primum, quod sordida nimis erat iudicanda, eo quod peccata erant carnalia, quæ quidem licet non maiorem culpā, infamiam tamen maiorem expectant. Secundum est, quod fuit culpa publica: quia in ciuitate fuit peccatrix, & ex consequenti scandalum genuit. Tertium, quod istius peccata fuerunt plurima (vt hic ait Iesus) dimissa sunt ei peccata multa. Vltimum, quia peccatorū diuersis generibus erat subiecta, ait enim D. Marcus, quod ex illa Christus septem dæmonia eiecit, quo in numero omnium peccatorum diuersitas significatur. Sed maior Dei misericordia est, quam huius mulieris ac etiā vniuersi orbis peccatorum grauitas: & sic venit ad se abluendum in fonte misericordix, & abluta, pura & mundata mansit. Verum pro maiori huius literæ expositione: quatuor hic dubia oriri videntur quæ scitu dignissima sunt. Primo quæ mulier est hæc. Secundo cur illam non nominauit Euangelista nomine proprio. Tertio, qualis peccatrix fuit. Quarto, quæ ciuitas est hæc, quia dicit, mulier, quæ erat in ciuitate. ¶ De primo Origenes, Theophilactus, & Euthimius, tres asserunt fuisse Magdalenas: sed Ioannes Episcopus Ro-pensis, & martyr, hanc opinionem à Iacobo Episcopo Vienenli defensam, tribus voluminibus oppugna-

Iob. 30.

Sopho. 3.

Mar. 16.

Orig. trad. in Mar. 25. Theophil. in Luc. En- thi in ca- pisco 26. Magd.

oppugnauit. Nuper etiam Ioannes Faber Stapulensis libellum scripsit de triplici Magdalena, qui quidem impertinentem, & inutilē assumpsit operam: cuius fundamēta ipse facile possem soluere, & impugnare. Sed superfluum videretur in hac re moras contrahere. Sunt alij qui duas ponūt Magdalenas, vnam meretricē de qua hic Lucas: aliam verō sororem Lazari. Ex horū numero est Chrysostomus super Matthæum, & Bernardus in sermone Magdalene: diuersimodē tamen. Sed Augustinus, Gregorius, & Beba, & fere tota ecclesia, vnicam aiunt Magdalena. Ambrosius verō libro sexto in Lucam, ait dici posse vnam fuisse & plures. Vnicam autem fuisse, quaedam cōcilia concludunt, ipsaque in vniuersum credit ecclesia: contrarium verō asserere contra vsum, & obseruantiam ecclesiæ catholicæ fatuū est: quæ in festo Mariæ Magdalene, de vnicā tantū agit Maria, & hoc euangelium canit. Hæc est soror Lazari & Marthæ, quæ postea effudit alabastrum vnguenti super caput Iesu recumbentis: & quæ audiebat verbum eius, de qua Martha conquesta est: cui primæ omnium post beatam Virginem apparuit Dominus, postquam resurrexit à mortuis: & Martham venit cum fratribus post Christi Ascensionem. Vna est itaque beata Maria Magdalena quæ peccatrix fuit, de qua Marcus ait, quod septem dæmonia eiecit Christus: & postea vt statim posthæc initio capit sequentis, ait Lucas Christum sequuta est à Galilæa: vbi ea quæ hic narrat contigerunt. ¶ Secundo cur illam nō nominauit? Nempe quia notissima peccatrix erat, & ita cognita, & famosa peccatrix, quod nomē amiserat: ex operibus enim & ex malo, vel bono viuendi modo vnicuique nomen imponitur, qualem vitam eligis, tale coram Deo, & mundo nomen consequeris: quoniam ex operatis nomen recipies. Sic Dominus per Esaiā. Perdam nomē Babylonis. Per nomina enim cognoscimur. Nomen igitur à Babylone tollere, nihil aliud est, quam eam ignotam habere. Improbiorū namque hominum cura, non est alia, quā in mūdo nomina, magnos titulos, & illustria cognomina obtinere: & in terris famam, & nomen parente, iuxta illud quod scriptum est. Vocauerunt nomina sua in terris. Sed quid omnia hæc prosunt, si quidem coram Deo nullum sortiuntur nomen nec per approbationis scientiam cognoscuntur? Vnde egregius psalteris persona domini. Nec memor ero nominum eorū, per labia mea. ¶ Præterea, quia Euangelista mulierem hanc, peccatricem vocauit nomen eius proprium subiecit: licet postea expresserit, cum dixit quod sequebatur Christum: vt doceat quod cum alicuius defectus narramus, eius nomen suppressere debemus: at cum bona opera exponimus, nomē tacere minime debemus. Hæc de causa etiam Lucas, diuitem Epulonem, non nominauit proprio nomine: nominauit verō Lazarum iustum & piū. Deinde hæc non nominauit: quoniam Euangelista non personam, sed culpam odio habet. Denique nō est multum curiosus euangelista, in faciendā inquisitione de hac muliere de eius nomine, domo & genere, nec de aliis mentionem facit: vt doceat, quod non debemus esse nimis anxij, in inquirendis proximorum peccatis, potissime in peccato carnis: Iudas filius Iacob, cum ad Thamar misisset hedū, cum

qua rem habuerat: vbi adolescēs rediit, dicens quod talem mulierem non inuenerat, quis vero esset, aut quod nomen sortiretur non fuit sollicitus inquirere, sed potius dixit: habeat sibi, certe mendacij nos arguere non poterit. Non debemus ergo prolixam inquisitionem facere, vbi honor & fama periclitantur, & maximē circa carnalia vitia imo vero multa temporalia amittenda sunt potius quam proximus noster in aliquod veniat opprobrium: quod multi prælati parum curant: quidum exacte querere volunt, quædam semioculata pluribus faciunt manifesta. Phariseus iste Simon sciebat quæ & qualis erat mulier ista: sed Euangelista hoc scire non cupit, sicut Phariseus, de carnali muliere, vt processus, & inquisitio sic innotescant, vt proprium nomen detegatur: quia plane & simpliciter hanc peccatricem appellat: nec aliud querere intendit. Si tu forte vides feminam, quæ in habitu & modo viuendi parum honesta videatur, statim quis, qualis, & qui vocetur inquiris, vt magis inhonestes & infames. ¶ Tertio qualis fuit hæc peccatrix? Multi opinati sunt quod fuit virgo corpore, & quod solum mente peccauit, licet vana fuerit & nimis ornata, & composita vixerit: ideoque quod peccatrix fuerit appellata. Hoc ego non credo verū, nam Ecclesia vitur nominibus secundum communem modum loquendi: non tamen dicitur aliqua mulier peccatrix, nisi corpore sit prostituta. Secundo, quia si corpore non fuisset corrupta, sed solum mente & corpore virgo, tunc deberet Ecclesia inter virgines eam referre, sicut retulit eius sororem Martham: præsertim cum post corruptionem solum mētalem, reciperetur virginitas per contritionem. Tertio, Ecclesia non iudicat de occultis peccatis, sed de manifestis & opere perpetratis: cum ergo Euangelista nominet illam peccatricem, & in ciuitate notam, videtur quod de eius manifestis peccatis scripserit. Alij verō aliter sentiunt, asserentes quod corpus suum omnibus tradiderit venale: hoc tamen veritati & rationi dissonū videtur quod scemina alias nobilissima & à talibus parentibus orta, & diuitiis abundans in horrōre & infami prostibulo habitaret. Tales etiam mulieres vt in plurimum pauperes & misere esse solent: sed beata Magdalena ministrabat Christo & eius discipulis de facultatibus suis, & sociabatur nobilibus & honestis matronis. Quapropter media via incedendum est: ideoque crediderim quod hæc peccatrix non fuerit virgo, sed per aliquod tempus ocio & voluptatibus turpiter se tradiderit: quapropter in fama est, & peccatrix habita in illa ciuitate. ¶ Sed quæ ciuitas fuit hæc? Crediderim quod Naim: quā non nominat euangelista, ne idem bis repetat. Dixit enim supra quod ibat Iesus in ciuitatem Naim: vbi filium viduæ suscitauit, vbi Iohānes discipulos misit ad Christum: & tunc prosequitur Lucas historiam dicens, quod mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. In ciuitate inquam Naim, quam iā nominauerat. Christus enim in Galilæa in mōte qui per duas leucas distat à Capharnaō sermonē habuit: de quo descendens antequam ingrederetur Capharnaō in itinere leprosum mundauit, & ingressus ciuitatem Centurionis seruum sanauit: ac deinde veniens in Naim filiū viduæ suscitauit, & Ioannes in hac prouincia Galilææ quæ sub di-

181

uisione Herodis erat in castello Macherunta in carcere tenebatur: & ad Christum de carcere illo discipulos misit. Maria autē Magdalena ex hac prouincia Galilææ erat ex Magdaleel, de quo oppido fit mentio in libro Iosue in partitione terræ sanctæ, quod cecidit in fortē tribui Neptalim: quod castrum est apud mare Galilææ vel Genesareth in vno latere maris, & postea vocatum est Magdala, quod nomen cum aliis mutantur, cum in latinam linguam vertuntur: ita vt pro Magdaleel sicut legitur in Iosue Magdala appellamus, à quo mulier hæc vocata est Magdalena. Hæc omnia quæ beatus Lucas in hoc capite septimo literis mandauit in prouincia Galilææ contigerunt. Et vt initio capituli sequentis statim post hanc historiam narrat sacer euangelista, hæc Maria Magdalena à Galilæa sequebatur Christum cum aliis matronis eiusdem prouinciæ: ex quo patet quod in hac prouincia morabatur & hic conuersa est ad Christum: quæ vana mundi contemnens in habitu honesto apostolica mulier pedesris Christum sequebatur audiens verbum eius & seruiens ei, ac ministrans de facultatibus suis. Igitur cum in hac prouincia Galilææ esset in ciuitate Naim, & Christi famam audierit, nouo miraculo resurrectionis filij viduæ, commoto & à Deo tacta ad Christum deuenit: cuius doctrinā & concionibus auditis conuersa, & magno lachrymarū numero madefacta, & gemitibus in cælum irruentibus diuino ardens amore in Deum transformata, se intra priuatam domum claudens vociferabatur: & nō aliter quā cerua sagittis diuini amoris ista misericordiam à Deo petebat: & sordes & peccata in quibus vitam egerat, lachrymabatur, & quasi intra se dicens: Ille qui vitam adolescenti mortuo restituit, poterit etiam mihi vitam præstare, iam in peccatis defuncta. Ille etiam qui solo manu tactu efficit vt feretrum portantes sisterent, ducētibz me ad sepulchrum gehennæ terminum imponet. Per quatuor enim portatōres nimis prope in gehennam ductor, per pulchritudinem videlicet, per diuitias, per libertatem, & iuuenilem ætatem. Sed iterū atque iterum pedes eius attingā, & fortassis me sua manu tangere nō dedignaretur: & sic quatuor hi me ad sepulchrum inferni ducentes sistent, & pedes mei ad malum currentes vltra non incedent. Ille vidua clamāte ob filij mortem, ad misericordiam fuit motus: ego autem carens matre meam vicem dolente me ipsam desolebo, & lachrymis meis pedes eius rigabo, vt misericordiam cōsequar. Nec enim in me sola poenitentiam despectā habebit, si quidem omnes ad poenitentiam vocat, & solo eius verbo reuiuiscam, sicut filius viduæ reuixit. Vadā & reuertat ad eum quem contempsi. Propheta magnus surrexit in nobis: siquidē solo iussu mortuos suscitauit. Per hunc visitauit Dominus plebem suam. Me igitur peccatricē oportet ad Deum conuerti, per hunc filium suum qui nos visitat, &c. Cum igitur excellentissima hæc poenitentis omnia isthæc inter se ageret, remedium animæ suæ non distulit, sed statim, nulla interposita mora, quaeruit fontem vitæ & misericordiam, quo ire volebat, vt suarum macularum & noxarum ablutioem suscipere. Ideo sequitur, in contextu. *Vi cognouit quod Iesus accubuit in domo Pharisæi.* Videns beata Maria Magdalena Christi benignitatem, & quod

tam familiariter cōuersabatur cum superbis Pharisæis, quod in domo eorū accumberet cum essent inimici eius, & hostes ex hoc mota fuit ad quaerendum illum confidens quod bene cum ipsa faceret, sicut cum illo Pharisæo faciebat. Non, inquit, repellat me iste, quamuis peccatrix sim, quādoquidem cum suis inimicis & cum peccatoribus conuersabatur. Non paruos mihi eius misericordia adiecit stimulos, sed ingētes (vt dicitur) addit alas, vt ad eum accedam. Benignitas, qua cū Pharisæis eius inimicis, & cum superbis vitur me audacem reddit. Non ero ab eo despecta, licet hucusque innumeris peccatis eum offenderim. Non paruā habeo spem, quod me peccatricem & poenitentem non despiciet, si quidem cum peccatoribus superbis, & in malitia obstinatis, manducatur. Scio enim quod misericors est, ipse enim peccatores recipit, & manducat cum illis, &c. ¶ Obserua quod hæcenus Euangelista, huius mulieris peccata narrauit; nunc verō eius virtutes, & conuersionē eximiam nobis exponere exorditur. *Quemadmodū enim pictores, cum imaginem aliquam depingere volunt prius talis imaginis modum carbone deformant, & tunc deformis & indigesta apparet imago, sed vbi varios colores imponunt, & viride super ceruleum & aurum applicāt, perpulchra apparet imago, sic hucusque noster Lucas beatam Magdalenam velut carbone descripsit vocans illā peccatricem, & deformis tunc videbatur. Nunc autem auspiciatur, in hac imagine viuos & perfectos colores applicare. Ideo deinceps considerabis, quā pulchram & perfectam eam describat. At in ipso narrationis primordio, veram Dei cognitionem, & sui ipsius depingit. Quare in primis verbis veræ conuersionis hominis in Deum, discursum notabis. Quia omnis nostra conuersio est, per diuinæ virtutis influxum in intellectu & diuinæ charitatis igniculum in affectu & diuini brachij robur, in conatu, ideo tria hæc congruo ordine disponuntur. Virtutis splendor, quia cognouit & charitatis inflammatio, quia attulit alabastrum vnguenti, fortitudo, quia venit, & stetit. Primo cognouit, in quo docemur, quā fuerit anxia, in quaerēdo Christo, & vt primum fuit conficia; quam prope aduentauerit, adducēs pretiosa aromata. Omnis nostra occupatio & distractio, omnis denique nostra cura, consumi deberet in quaerendo Iesu, qua re cognita, nulla huius mundi mora detineri debemus, quod primo narrat Euangelista in cōuersione huius peccatricis, fuit vera cognitio, quā de Deo & de se ipsa adepta est. Quod primo Deus fecit in creatione mundi, fuit lux, & quod prius exequitur in reformatione parui mundi, hoc est hominis, fuit lux, hoc est vera cognitio. Sic Dauid grauius peccanti, quod primum Natham Propheta illi reprehēso in memoriam retulit, fuit cognitio propriæ culpæ per parabolam illi oppositam. Sic Dauid interioribus oculis apertis, per parabolam illam, enormitatem peccati cognouit, & misericordiam à Deo deprecatus esset, & delicti veniam petiisset, in hæc prorupit verba. Amplius laua me Domine ab iniquitate mea, & à delicto meo munda me. Quare? Quonia in iniquitatem meam ego cognosco. Primus itaque gradus est, vt cognoscas iniquitatem tuam, & Deum quem offendisti, & postea ad illum qui mederi potest, &*

Chry. ho.

81. in

Mat. 6.

61. in loā.

Aug. tra.

49. in loā.

Greg. ho.

33. in euā.

Beda lib.

3. super

Luc.

Ioan. 12.

Luc. 10.

Mat. 16.

Esa. 41.

Psal. 48.

Psal. 138.

Luc. 8.

Luc. 10.

Gen. 38.

Mat. 1.

Luc. 15.

Genes. 1.

2. Reg. 12.

Psal. 50.

veniam

ueniam prestare & curare infirmitates tuas, opus est vt vadas. Ideo sequitur. *Attulit alabastrum vnguenti.* Venit, inquam, in domum Pharisei, ad Christum, qui ibi accumbat, & non venit vacua, sed secum portans alabastrum vnguenti, quod quidem vnguentum non erat quid rubeum & crassum, sed velut liquida & tenuis & suauissima aqua, quae ex Arabia afferri solebat, erat, inquam, velut aqua Angelorum, & multo prestantius, quia maximo pretio & estimatione habebatur. Alabastrum verò genus est marmoris perlucidi, & coloris distincti, ex quo fiebant vasa vnguentaria: sed cur hæc vnguenta odorifera ferebat? sciebat, quod peccata coram Deo sunt foetida valde: ideo prius adducit coram odores. In Exodo habetur quod iubebat Deus, quod construeretur altare, in quo incensum & multa alia odorifera offerrentur: habetur etiam quod postea deprecabatur Aaron super cornua altaris, semel per annum in sanguine qui oblatu est, pro peccato. Ante deprecationem, igitur pro peccatis, præbant odores optimi. Sic peccatrix hæc mulier suauissimis odoribus venit ad filium Dei, ne peccatorum foetore Christum offendat. Secundo conatur illum mitigare muneribus: quemadmodum Iacob fecit, quia Mesopotamia ingentia dona misit Esau fratri suo dicens: Placabo eum muneribus. Et quia in veteri lege Deus iubebat, vt nemo coram eo apparet, absque munere aliquo, ideo mulier hæc pretiosissimum hoc vnguentum attulit, ne apparet vacua coram Domino. ¶ Obserua hic primo, magnam sollicitudinem qua mulier hæc est vsa in sua conuersione, & in aduentu ad Christum. Nullum interposuit tempus, sed statim venit. Si viperam, vel colubrum aliquem, in sinu fortassis haberes, nonne sine mora abs te proiiceres? nonne cõfestim, & sine cõsilio abs te mitteres & decuteris? Sed cur, quæso, peccata, quæ omni genere viperarum detestabiliora sunt, in sinu retines, & abs te non proiicias in vno instanti, sed cum illis dormis? Infelix ille Pharaon, cum domum, mensam, & lectum raris plena haberet, & moneretur per Moysen, cõstitue mihi quando deprecer pro te & pro seruis tuis, & pro populo tuo, vt abigatur tanquam abs te, respõdit, Cras, diciturus fuisset quod statim siquidem tali plaga affligebatur: sed nullam responsum, isto præstantius reddi posset ab eo, qui paruo tempore momento submergendus erat in mari, & eius anima in inferno cõburenda. Innumeri hoc tempore sunt Pharaoni similes, qui tam pestiferas habentes plagas in sinu, vt sunt peccata non statim ex se mittunt, sed dicunt, cras. Et de die in diem sicut Pharaon descendit in profundum inferni. Felix Magdalena quæ diligens & sollicita fueris in querendo salutem anime tuæ, verbis exprimere non possunt. Vt primò nãque fuit conscia, quod Christus erat in domo Pharisei, absque mora aliqua, propria domo deserta, & officina peccatorum tetedit ad domum, vbi erat vera salus. Sic Petrus, vt poenitentiam ageret, locum, & societatem peccati deseruit, hoc est, palatium pontificis, vt per hoc nobis innuat, quod nullus est vera poenitentia vbi peccandi occasio non tollitur. Ingressus est, qualiter hanc mulierem mundus, aggreddatur: sed vt habetur grecorum veteri prouerbio, viro egeno inutilis pudor. Infamia quidem est magna obuerecundiam, ea quæ ad virtutem spectant,

Exod. 30.

Gen. 32.

Exod. 32.

Gen. 34.

Exod. 8.

Exod. 14.

Matt. 26.

deserere, velut confessionem, cum est opus, ieiunium, & obsecrationes, & cetera pietatis opera. Horrendum dictum est, non pudere aliquem vulnerum, pudere autem vitarum. Nullam habuit rationem sapientissima mulier Magdalena cum strepitu mundano, qui quidem sapienter numero est in causa, vt in bonis operibus præclarisque actionibus retrocedamus, & inceptam virtutem turpiter deficientes deseramus. Nec poenitentiam distulit, quia peccatum est ignis sine aliqua mora è pectore proiciendus, & ideo in initio horarum canonicarum semper dicitur: Deus in adiutorium meum intende, quod in fine non dicitur, quia non lento gradu, sed nimia cum festinatione, debemus cõfugere ad diuinum auxilium, ad imitationem huius mulieris. Poenitentiam nullo modo differas, nec procrastines, iudices enim minus aptus eris, ad surgendum à culpa. Multis non secus euenire solet, ac viatori offendenti riuum, qui ex vno saltu transiri potuerat, sed tendit inferius, estimas, quod facilius transibit, at vbi inferius tendit, latior inuenit riuum. Sic peccator in initio posset ex vno saltu peccatum dimittere, at vbi procrastinat, difficultates augentur, & quanto magis tempus differt, tanto minus est aptus ad poenitendum. Cõfestim itaque & absque aliqua dilatione teneris peccator cõfugere ad medelam poenitentiae, vt mulier hæc. Non enim præsolata est, quousque Christum prandendi finem faceret, & se cum discipulis reciperet, ne per mediam turbam ingrediens quod Iesus manducabat infamiam notam pateretur, poenitentiam non distulit: nec ad vesperum, nec ad mane præsolata est: sed nulla interposita mora, sine aliqua mansione, non respiciens dicta vulgi, recto tramitæ in domum Pharisei peruenit. Nullam cum dictis hominum rationem, nullam publice ignominiam que inde sequi poterat curam, sed solam salutem suæ animæ sollicitudinem habuit, mundum sub pedibus constituit, nec alterius, sed Dei solius cura anxibatur. Solus Deum quem offenderat pro oculis constituit, cætorum extra Deum inmemor. Compuncta cum plena cogitationibus, atque suspensio esset totus mundus ei fiebat angustus, nec poterat quiescere donec ad Dominum rediret, quem iam credebatur Deum & Saluatorem suum. Non verebatur, confundi despici, & irrideri. Sed omnia ista optauit, vt Deum, quem maxime inhonorauerat per peccatum, sic faciendo aliquam recompensationem, seipsam propter Deum voluit despici & inhonorari, & seipsam præbuit confundendam. Contemplor hanc mulierem igne Spiritus sancti succensam & inflammata, cuius officium est expergefacerere eos, quos habitat, vt veniant ad Iesum Christum, quemadmodum lingua ad verbum, sic Spiritus sanctus ducit ad Christum. Cõtemplor igitur beatissimam hanc, in visceribus inflammata, & exprius peccatrice, ob firmum propositum columbam in foraminibus petrae, dicentem: Indica mihi quem diligit anima mea, vbi passas, vbi cubes in meridie: ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Crediderim quod meridiana hora, erat opportuna valde, ad querendum solem iustitiae Christum, quia in mane cõcionabatur populo. Vtinam scirem (dicebat) ad quod Dominum ad conuiuium, quod paraueram, duxi, vt præberem epulum quod libenter vescitur, velut alter Isaac vt ab eo benedictionem recipiam. Certo equidem scio, quod sit poenitentiae

Cant. 1.

Gen. 27.

nitentiae amicus, & eius officium est signo tau, signare frontes virorum gementium. Heu me miseram & infelicem, vagans semper in celsi post greges sodalium, sequendo proprios sensus, & alia quæ sunt mundi. Nunc verò quia diuino munere poenitendi tempus cõceditur, vagari amplius nolim, nec sensuum affectus sectari. Sed cur Christum in domo tua non queris mulier? cur non ducis illum in domum tuam sicut Matthæus & Zachæus peccatores duxerunt? nescis quod peccatores recipit, & manducat cum illis? scio, ait, sed ita sum peccatrix, quod non mereor vt intret sub tectum meum, nec salubere beneficium sum digna. Quæ cõmunicatio lucis ad tenebras? mihi enim sufficit, si tanquam canaliculus concedatur esse ad pedes eius sub mensa, & quod immensæ eius bonitatis & misericordiae colligere detur. Quia igitur beata hæc mulier in hoc fuit modesta, quod dignata est Christum introire domum suam, ideo postea meruit, quod se penumero in illa hospitaretur. Præterea non corporis sanitatem, sicut he morrhoissa illa, tanta cum sollicitudine & diligentia quærebat: sed pro infirmitate animæ accessit ad Iesum, quæuis hominibus plus curatur de medicina corporis quæ animæ, & curiosius curant cibos corporis in conuiuio quæ cibos animæ, quod est verbum Dei. ¶ Obserua autem, quod videns vulnera animæ suæ, non diuinos aut pythonesam consuluit, vt Saul, non ad Phariseos aut ad homines iuit, sicut Iudas, sed Deum quæsiuit, & ad Christum abiit, non ad mundum. Docet in tribulationibus & angustiis nostris Deum querere, & non in mundo sperare. Sic Centurio ille fecit, vt in superioribus in eius historia diximus: sic & Cananæa, & omnes sapientes, quapropter cõsequi meruerunt quod optabant. Et præterea quæ in Centurionis historia diximus, aduerte quod illi custodes & milites, qui sciebant Christi resurrectionem, venerunt ad principes sacerdotum, & corrupti sunt pecunia vt veritate non clarerent. Si ad Apostolos, vel ad alios probos viros irent, tantum peccatum eua derent, hoc suo exemplo egregius psaltes docet, dicis Domino: Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi. Vides qualiter Dauid in persecutione ab hostibus Deum protectorem accipiebat. Sic in scriptura sacra Moysen & Aaron fecisse legimus, qui scuitiam populi fugientes, ad Domini tabernaculum euenerunt. Hoc & Christus nobis ait: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Infelix ille Ochozias consuluit Beelzebub Deum Acharon. Innumeros habet similes Ochozias qui potius huius mundi plausum & auram, & hominum quærunt auxilium, quam diuinum adiutorium, ideo pro punitione infidelitatis permittente Deo, in laboribus suis cõsolationem non inueniunt quod Deus permittit, ex eo quod mundum, carnem, sanguinem consulunt, de Deo autem nulla cura. Deus & mundani, nunquam fauent, nisi diuitibus & elatis honoribus, nec ad se alios adducunt nisi illos quos in sui defensione potentes vident, quod si quenquam decliuem vident, dicunt, pereat, & sic proiectum insequuntur. Mundus itaque victorem in mundo, sequitur, sed Deus contra, nunquam nisi egeno subuenit, nunquam nisi proiecto & humili prospicit: semper denique se habet ex parte de-

bilis. Quem vidimus vnquam magis ignominiam & nota affectum quam sanctam foeminam Susannam? vidimus illam infamam, inhonoratam, & ad necem damnatam. Nunquam in humano fauore confidit, nec ab illo voluit iuari: sed de illa scriptura ait, quod erat cor eius fiduciam habens in domino: & obsecras Deum, dicebat. Deus aterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, &c. Huic inuocacioni, accedit Deus & famulam Susannam, ab omni angustia, & periculo eripuit: nec his contentus delatores interfecit fecit. Diuinum hoc auxilium est nobis implorandum, in nostris laboribus: sicut Susanna, & beata Magdalena fecerunt. Maledictus homo (ait Ieremias) qui confidit in homine: & ponit carnem brachij sui, &c. Sedechiam illum regem Iuda quærite, qualiter se habuit cum à Deo se auertit, & totam suam spem & fiduciam in cõuicino rege Aegypti constituit: tunc etiam Ieremias non adhibuit fidem, ex Deo momenti, quod exiret portas Hierusalem ad excipiendum Nabuchodonosor & eius duces: quia igitur propheta Dei non credidit, fuit incarcerationis, & erutus oculis vidit proprios liberos interfectos. Non alio merito donat mundus, in illo cõsidentes. Sed longe aliter Deus ad se cõfugientes recompensat: si quidem cum illa tempestate Ieremias in Deo cõfidens, in vinculis iaceret, Nabuchodonosor iussit Nabuzardan generali duci, qui de Ieremia dixit: Tolle eum, & pone super eum oculos tuos, & nihil mali facias: sed vt voluerit sic facies ei. Mirandum quidem est, quod idololatra princeps habeat rationem honorandi Ieremiam, ex eo duntaxat, quod in afflictionibus, Deum adiutorem assumpserit. Documentum hoc, & instructionem accipiamus, à muliere hac cauta, & sapientem: si quidem se deperditam videns, Deum pro medela assumpsit, & sic commodata mansit. Clamemus ad Deum in angustiis & afflictionibus, non erit inmemor nostri. Quis vnquam ad Deum clamauit qui non exaudiretur? Quis Deum in timore corde quæsiuit, qui non inueniret? Quis denique peccator sub umbra alarum, & protectione confugit, qui non protegeretur? Sicut enim pater miseretur filiorum, miseratus est Dominus timentibus se: recordatus est quoniam puluis sumus, &c. Sic etiam sapientissima hæc mulier, videns quod solum Deum haberet pro vera medela, & quod eius anima periclitabatur, Christum pro remedio accepit, ouis pastorem, ista chirurgum, ægrota medicum quærit: illa denique quæ se vidit peccatorum deformitate pollutam, pergit vt abluatur in fonte misericordiae. Cum reges & principes mundi sunt in sua aula, intra priuatum cubiculum recepti, nec alloquuntur, nec ad eos accedunt nisi patitij, nobiles, & potentes, & perpulchri, & decorati, quique in regia domo priuas optinent. Si verò per arua diuagantur, vel iter faciunt, vel in venatione distinguuntur, quiuis homo abiectus, etiam pauperimus pastor rudis, ad eos accedunt, & eos alloquuntur. Non dissimili modo, cum aeternæ gloriæ Christus erat in aula cælesti, in cubiculo suæ potentiae, & maiestatis, nulli ad agendum eum eo accedebant, præter eos, qui præclaro sanguine erant orti, quique pretiosis vestibus ornabantur, vestibus, inquam, charitatis

Dan. 13.

Iere. 17.

Iere. 29.

4. Reg. 25.

Psal. 102.



charitatis, & gratia, atque innocentiae quales erant Angeli, Archangeli, Seraphini: factus vero homo, & humana carne subsistens, & viator, & humana natura indutus, publicanos, peccatores, latrones, meretrices, ad se accedere permittit, ad omnes loquelam dirigit, quibus exaudiri patitur. In patria vero nulli ad eum accedunt, praeter iustos & sanctos, nec ad illum ingreditur, nisi iustus & mundus corde, in hoc vero mundo, omnibus ut inueniatur, & communicetur se praebet. Cum igitur sapiens haec mulier, videret Christum in hoc mundo venatoris munus exercere, & quod homines venabatur, ad eum accedere, ut ab eo venaretur statuit, & mundo interfectam se ostendit, per conuersionem ad Christum. ¶ Denique hic aduertendum est, quod ille qui eam suscipiebat, erat qui eam trahebat, sicut optime adnotat Gregorius, in homilia, vocans Christum trahentem & suscipientem. Flumina continuo fluxu ingrediuntur mare, nec die ac nocte fluendi finem habent. Ob quod mare non redundat. Huius rei ratio est, quia flumina ingredientia mare, ex illo fuerunt egressa: iuxta illud Sapientis: Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur ut iterum fluant. Per poros enim in profunditate maris, & per cataractas, & secretas venas, occulte maria aquas ex se emittunt: quae quidem aquae in montibus & collibus apparere videatur, vnde flumina ortum habent. Maria itaque secreta fluminum aquas mittunt: quas postea in reuersione publice recipiunt. Non aliter Christus mulierem hanc publice recipit, secreta autem vocat: charitatem vero, deuotionem, & lachrymas, & poenitentiam quae praeserebat, ipsemet Saluator occulte infundebat: occulte inspirationibus, vocatione illam ad se adducebat: licet publice omnia isthaec munera ab illa reciperet. Dona & munera quae inuisibili modo ex Deo procedebant, huic communicabantur: postea visibili reuersione ab ipso datore, grata habebantur. Horum munerum receptor est, qui eam vocat, quique receptum antea praebuerat: sicut mare quod flumina ex se egredientia, publice recipit. Nec enim illa aduentare possent: nisi per Christum vocata fuisset. Ezechiel enim ait: Venit spiritus, & statuit me supra pedes meos: prius est ingressus spiritus, alias enim surgere non poterat, sicut nec peccator potest a peccato surgere, nisi prius spiritus Dei suscitauerit eum. Cogita quod peccator factus est Deo echo. Primo, quia sicut echo non respondet nisi prius infundatur spiritus: ita ut peccator respondeat, oportet quod Dei vox sonet, a quo vocari, & inspirari necesse est, & quod postea peccator voci Dei vocantis respondeat. Secundo, vox multum importat, echo vero parum operatur: nam licet vox octo syllabis consistet, echo vnicam inducit, quae vltima dicitur. Sic nos frequenter a Deo vocamur, raro respondemus. Considera igitur peccator, & diligenter perpende, te a Deo esse conditum, & quod Dei vocationi respondere teneris: ut mulier haec Deo respondit, & respondens, ad vocationem accessit: non mundi, inquam, sed Dei. Quondam Deus Samuelem vocauit, ille vero ad Heli ibat. Samuel in iuuenili erat aetate, quae non mirum videri debet alicui, quod aberraret, & falleretur: tu autem cum matura sis

aetate audito verbo Dei, vide respondeas, ut mulier isthaec respondit: & ad illum tendas oportet, ut haec fecit. Nullas facias moras, ut haec, quae quidem nulla interposita mora, dimissis omnibus ad Deum tendit: & siquidem Deo nihil praeslantius inuenies. Omnia deserere, & Deum quaerere teneris: nec ob aliquam rem Deo inferiorem, detinendus es, quominus tendas ad Deum. Igitur cum cauta, & sapiens mulier veniat, non accedit vacua, quia non vult apparere coram Deo: sed portat alabastrum vnguenti. Sed quid nunc operetur videamus. *Stans* Sicut publicanus qui praereuerendia non audebat oculos ad caelum leuare: quia solius Christi pudore impediatur, & non reliquorum: & sic coram omnibus est ingressa, sed solum post Christi terga aufugit. Sic David: Tibi soli peccavi. Quamuis contra Veram peccavi, tui solius me pudeat, nos autem non Dei, sed hominum pudore capimur. Solius Dei haec mulier pudorem habebat. Pudor iste, timor & modestio, & sui receptio ista ducunt poenitentem. Non velut nostrae aetatis feminae quae licet, in reliquo anni discursu, communitur, & honeste cedant, cum autem ad sacramentum poenitentiae recipiendum veniunt, tempore quadragesimae, qua postulum ornatum induunt, & ingrediuntur ostium templi, vanitate quadam & pompa elate, tanquam si nuptias adeant, & ludos frequentent, cum tamen ad confessarii pedes veniant ad deploranda peccata: ut haec fecit cum ad pedes Christi accessit. Aduerte, quomodo beata Magdalena accessit, irrita & pudore, & ignominia affecta, ac meticulosa, se in terram prostravit gestaminibus, & vestibus pretiosis omnino contemptis. Non audeat Christum in faciem aspicere: sed retro praereuerendia stetit oculis dimissis. Non ut tu qui confessarium facie ad faciem intueris, & rides, & non curuata incedis. Regina illa Hester, cum Deum obsecrare voluit, deposuit vestes regias, stetit, & luctui apta indumenta suscepit: & pro vnguentis variis cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliavit ieiuniis, omniaque loca in quibus antea latari consueuerat, crinium laceratione compleuit, & deprecabatur Dominum Deum Israel. Omnia isthaec beata Magdalena fuit operata: sed tu cum ad deprecandum Deum venis, & ad agendum cum illo, perpolite, & nimis ornate te induis. Iudith quoque induta est cilicio, ad agendum cum Deo: & posuit cinerem super caput suum, & se humi prosternens, ad Dominum clamabat. Sic Deus est inuocandus, & sic beata Magdalena inuocauit, quod debet esse documentum, poenitentibus: Si veniam quaeris, induete cilicio, & faciem tuam asperge cinere. In Exodo habetur, quod cum Deus Israelitico populo esset iratus, quia vitulum adorauerant, iussit Moysi, ut ex parte sua populo nunciaret: Populus durae cervicis es. Semel ascendam in medio tui & delebo te: iam nunc depone ornatum tuum, ut sciam quid faciam tibi. Deposuerunt ornatum, & tetendit Moyses tabernaculum, & vocauit illud tabernaculum foederis, hoc est, pacis reconciliationis, & amicitiae inter Deum & populum. Hanc igitur historiam bene perpende & discite, qualiter Deus iratus esset, eo quod essent peccatores, festiuitatis, & gloriae vestibus vterentur, quibus depositis inita est pax: & praecipit Deus quod quoniam peccatores erant talem se gerendi

rendi habitum deponerent: quoniam habitu Deo ad iram mouebatur. Vos etiam, peccatis onustis, venitis ad petendam veniam peccatorum. Venitis (inquam) recto gressu, magna pompa, garrulantes, & ridentes & perpolite induti. In festo expiationis cum peccata purgabatur praecipiebat Deus, quod sacerdos vestiretur non serico, aut pretiosa veste, sed stola linea. Oportet igitur ut tu tam in veste, quam in incessu, humiliter coram domino Deo tuo, ut tui misereatur: sicut Daniel dicebat Domino. In spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur a te Domine. David etiam. Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies. Ideo Dominus praecipit loquens de festo expiationis peccatorum. Affligetis animas vestras in eo. Omnis anima quae afflicta non fuerit die hac, peribit de populo suo, &c. ¶ Retro itaque stetit: illic enim assistere voluit, ubi peccata eam constituerat, nam quemadmodum mundos corde Deus praeculis habet: sic peccatores post terga habet: & haec mulier locum, ad quem per peccata fuerat ducta, elegit. Praeterea retro stetit, quia legerat in psalmo. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Et sic supra dorsum Christi peccata constituitur voluit. Vere Christus Iesus sanguine nostris stultis, & infirmitates nostras ipse portauit. Peccata omnia nostra super humeros Christi posuit, & nostrorum peccatorum pondus voluit ipse sustinere: ut nos leuatos cerneret. Accipit igitur haec mulier suorum peccatorum pondus, & in dorso Saluatoris collocavit: & illa subleuata Christus vero onustus mansit: ut pro illa & satisficeret, & solueret. Si praeculis Deus tua errata habeat, erit ut de te vindictam sumat: teque in gehennam mittat. Sed tunc post terga collocat peccata, cum illorum obliuiscitur: sicut tu ea quorum obliuisceris, in posteriore manticia reicis. Eo modo tuae vitae caue, quod tuorum peccatorum vindictam Deus non recorderet. Denique stabat retro: quia non iustificabitur in conspectu eius omnis viuens. Vultus enim Dei est super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. A tergo vero ut scapulis suis obumbret nos. A tergo (inquam) ut post tergum suum proiciat omnia peccata nostra: si enim peccator eius faciem videret non erit salua anima eius. Non ergo sine magna ratione David dicit. Protektor noster aspice Deus & respice in faciem Christi tui. Non me aspicias, sed vngentium tuum prius intueri. Si enim contra peccata nostra irati sunt oculi tui, & me idem primo respiciant, moriar, perij: sed si oculi tui videant filium, & per filium me ab eius tergo existentem respexerint, saluus ero. Radix enim oculorum tuorum per filium tuum transeunt in eo mansuescent, & mansueti ad me peruenient. Colloca ergo Deus meus inter me, & te tuum vngentium filium, crucem eius, sanguinem, & passionem & merita: ita ut cum tua iustitia per sanguinem & merita tui filij pertinuerit, cum tandem ad me perueniat, iam mansueti, & misericordia plena sit. Ideoque haec sapiens mulier stetit post terga Christi, constituens eum tanquam medium inter se, & Deum: & pie, & mansuete a Deo iudicetur. Excusatur cum Christo, se cum eo protegendo: ne pro debito rigore iustitiae puniatur. Aspice Deus (inquit David) sed respice in faciem

Christi tui. Delector maxime, inquit, Domine, quod me aspicias, & mei sis memor: sed ea sola lege quod prius respicias in faciem Christi tui: quoniam si ego post eius terga sum, & ipse eius faciem intuearis, manifestum est, quod ipsum prius quam me intueberis. Si vero a tergo Christi venias, me prius videbis: ideoque non dorsum, sed faciem respicias dico, ut me post terga existente, ipsum prius, quam me videas, & me retro constitutur, volo, ut ante faciem filij tui veniens, ipsum prius me respicias. Igitur mulierem hanc a tergo Christi constituta timida & pudore affectam, atque dolore contemplare: & quid faciat perpende. *Lachrymis cepit rigare pedes eius.* Non dixit rigauit, sed cepit rigare, quia stans in tantum prorupit solum, ut antequam se inclinaret, inceptum rigare lachrymis pedes eius. Expende qualem, & quantum dolorem mulier haec fuit perpeffa, siquidem stans, cum procero, & magno esset corpore tanta fuit lachrymarum copia, quod cum ab oculis per totum corpus defluxissent, fuerunt in sufficienti abundantia ad abluendos pedes Saluatoris. Quod si verum sit, quod humi est prostrata pedes deosculando, & vngendo, prius tamen quam hoc faceret eos lauit, & rigauit (ita enim in magno numero lachrymas effundebat) quod itaque stans inceptum, humi prostrata perfecit. Stans cepit rigare, & postea rigauit perfecte. Genuerat enim mulier haec gelu quoddam intra pectus, peccatorum frigore confectum, sed accedente ad diuinum ignem, liquefactum est gelu de corde suo, & magno impetu defluxit vnda in superabundanti copia. Ideoque ei dicit potest illud, quod olim dixerat Hieremias loquens de captiua filia Sion. Magna enim est sicut mare contritio tua. Et tuarum lachrymarum copiam cui comparem non inuenio, nisi copiae aquarum maris, amaritudo etiam qua lachrymarum similis est amaritudini maris Nouum & nunquam visum miraculum est hoc. Saepenumero vidi caelum irrogans terram: terram autem madefacientem caelum nunquam vidi, sicut modo: quoniam mulier haec terrestri, caelestes pedes Saluatoris suis lachrymis irrigabat, & ita abunde, & copiose vidi vidimus. Ex quo sequitur, quod licet lachrymae, lauent sordes peccatorum, non tamen qualescunque lachrymae sunt satis cuiuslibet graui peccato, nam grauiora peccata grauissimis indigent lacrimis, Ideo David agnoscens peccati sui foeditatem, & nesciens an satis lachrymarum ad illam abluendam effuderit, precatur Dominum dicens. Amplius laua me ab iniquitate mea, & a delicto meo munda me. Ac si diceret. Scio quidem me lachrymis esse ablutum, nescio tamen an plene mundus euaserim, quia nescio an satis lachrymarum effuderim, quae tot, ac tantas peccatorum maculas mundare valissent. Ideo peto ut gratiam flecti qua semper impartitus es, non subtrahas: quin potius oculis meis tribuas fontem lachrymarum, ut incessanter pro peccatis meis plorem lachrymasque vberiter flundam, quibus me lauare possis. Ideoque haec mirabilis poenitens maxime flebat, multiplicabat suspiria, & lachrymis suis incessanter Christi pedes lauabat. Habebat peccata sua coram oculis mentis, & ipsi oculi corporales vndique affluenter flebant. Sic etiam David. Peccatum meum contra me

Greg. ho.  
33. in e.  
uulg.

Ecol. 1.

Exod. 2.

1. Reg. 3.

Luc. 18.

Psal. 50.

Luc. 16.

Dan. 9.

Psal. 50.

Luc. 23.

Psal. 128.

1. Reg. 3.

Hester. 11.

Psal. 142.

Psal. 31.

Psal. 90.

1. Reg. 3.

Exod. 33.

Psal. 83.

Iud. 9.

Exod. 33.

Thren. 32

Psal. 50.

Psal. 136.

Dan. 2.

tra me est semper, id est, coram me habeo. Vidit namque Nabuchodonosor rex statuum coram oculis eius quæ habebat caput aureum, & pedes terreo & futes. Sic hæc peccatrix coram se habebat præstium suæ innocentie statum, in quo quasi in capite aureo contemplantur nobilè statum suæ innocentie: demum, & ad quem statum peccata sua adduxerant, nempe vt esset vt iumentum, & sterquilinum apud Deum. Deciderat à vita prior deaurata ad terrenum, & miserabilem statum, & hanc statum coram se habens erat terita sicut Nabuchodonosor, & tremens cecidit ad Christi pedes. ¶ Disce sicut Magdalena, & sicut alter Dauid coram te habere peccata tua, vt continuo defleas. Sicut enim in horto, vel in vinea male sunt vrtice, & spinæ, sed reiectis ex interiori ponunt ea in septo, & circulo, quæ ibidem proficiunt, quia defendunt & custodiunt vineam ille spinæ ne quis ingrediatur, sicut tolle ab anima peccata, quæ sicut spinæ lacerant, & pungunt conscientiam: sed pone ea extra in circuitu habens ea in memoria, vt continuo plores, & defleas. Ideoque sicut trāstilla septuaginta habet, posuit Deus Adam post peccatum è regione paradisi vnde eiectus fuerit: vt videns illum recordaretur peccati, & fleret, memoriam illius habens, & videret locum ex quo eiectus fuerat. Habens ante oculos hæc nobilis peccatrix Deum, quem perdidit, & illum paradysum à quo eiectus fuerat per peccatum, non poterat non flere. Sic in libro iudicum habetur, quod ille Michas, plorans sequebatur milites quosdam, qui furati fuerant idola ex domo Michæ, dicentibus autem aliis quid fleret, respondit. Deos meos quos ego feci mihi tulistis, & queritis, quid ploras? Igitur si ille miser pro Deo suo vano, quem ipsemet fecerat sibi, tantum plorabat, quia Deum suum perdidit, quāto magis debet quis de peccatis dolere, & plorare, cum videat quod perdidit Deum suum verum, & creatorem cæli & terræ? Fuerunt mihi lacrymarum meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Tuis nimis debet esse anima, & maxime flere cum se à Deo absentem videt. Iure optimo deflere tenemur peccatores omnes nos ipsos in hac lacrymarum valle cernentes, miseris, ac peccatis onustos culpis plenos, à Deo separatos, & à morte oblectos. Si enim filia septe duobus mensibus, plorabat virginitatem suam cum sodalibus suis, quia mors appropinquabat, quanto magis nos, qui nescimus an hodie reddidit sumus rationem vite plorare debemus? Certeus à canibus oblectus deplorat, & hoc irrationale animal facit. Quanto maiori iure tu hoc facere debes, cum tot demonibus, tot infirmitatibus, tot periculis, tot denique laqueis sis oblectus? Esau deplorans Isaac patrem mouit ad consequendum optatum. Et sicut pluuiosum tempus est nimis aduersum oppugnantibus tormētis aliquam urbem, similiter & eodem modo lacrymarum aduersantur inimicis omnibus nostris: quoniam lacrymarum pluuia tētationum carnalium puluerem extinguit. Lamentabatur gloriofa Magdalena super animam suam. Deplorabat Samuel propheta interitum animæ Saul, & vna integra nocte nihil quicquam operatus est. Reg. 18 Dauid quoque videns filiū suum in peccato fuisse

se interemptum amare lamentabatur, dicens. Absalon fili mi fili mi Absalon, quanto magis tu ipse propria peccata deplorare debes, siquidem duo illi sancti sic deplorarunt aliena? Et Christus nihil aliud super Hierusalem deplorabat, nisi peccata aliena. Hoc medicamento, animæ nostræ sordes mundantur. Vt enim Aegyptij submersi fuerunt sub vndis maris: sic peccata delentur, & mortificantur in aquis lacrymarum. Ideo Diabolus, sicut Holophernes qui obturauit fontem, vt Bethuliam acciperet, & obtineret, sic ipse lacrymarum fontem obturare vult in nobis, vt nos capiat, & obtineat. Hæc autem beatissima Magdalena fontem lacrymarum aperuit, & principem teæbrarum & omnes Aegyptios peccatorū suorum, aquis lacrymarum suffocauit. Plorauit Petrus, sed egressus foras fleuit: hæc autem inter epulas flere non erubuit. Mirum quidem est quod in conuiuio & inter epulas in festo lætitiæ, tot lacrymas fuderit. In libro Numerorum legitur quod in maxima solemnitate precipiebat Dominus offerre hircum pro peccato. Cur Dominus in tanta solemnitate iubet offerri sacrificium pro peccato? Nullum gaudium, nulla solemnitas est, o homo, in qua non sit grata Deo memoria peccatorum. Ne putes te Domino rem ingrati facere si inter epulas lacrymas fuderis, si inter epulas & antequam comedas suspires pro peccatis, si lugeas ea in præcipuis festiuitatibus. Sic enim Christus in summo honore, qui ei in hac vita mortali exhibitus est quum vniuersa Hierusalem, triumphantium more illi excepit ramis virentibus: atque lætis canticis defleuit in illo apparatu & pompa solenni aliena flagitia & scelera. Nouerat optime hæc prudens mulier Dominum non ploratum propter aliquas molestias in illa solemnitate, sed maximæ lætitiæ causa, & dulciores illi futuras lacrymas contritas & humiles cum dolore profusas, quæ omnia vna pretiosa atque epulas, quas illi pharisæus posset præbere. Nil loquebatur, vt intelligas apud Deum plus valere opera quam verba. Non legitur quæ dixit, sed legitur quæ fecit, quoniam calum non paratur verbis, sed bonis operibus, & virtutum exercitatione, quales erant virtutes, quas hæc sancta mulier operabatur. Vide quanto amior est Deus illorum, qui fide viua occupantur, & exercent se in operibus pietatis, & misericordie, quam eorum, qui omnem suam felicitatem, & studium defigunt in phalacro sermone & mundanæ sapientiæ verbis. Ad quem (inquit ipse) aspiciam, nisi ad contritum, & humiliatum, & trementem sermones meos? Cor contritum respicit Deus, & affectui pio respondet. Ne verbum quidem proferebat Moyses, & Dominus tamen dixit ei. Quid clamas ad me? tot erant lacrymarum, & gemitus mulieris huius, vt singultus pene ei obstruerent guttur, & quasi præocauent, nec loqui poterat, ita contritione plena erat, & lacrymarum riuo madefacta. Veruntamen intus in corde, quod magis aspicit Deus, & acceptus habet, mirifice persua lebat, & magnis vocibus clamabat, ardentemque orabat diuinæ misericordie opem implorans. Verbis nihil dicebat, tamen loquebatur in corde gemitibus, & clamoribus depreptis ex intimo pectore & profundo corde, & in animæ

anima sua dicebat. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue, grauatæ sunt super me. Quapropter Deus celorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia præsumentem. O Domine peccavi super numerum arenæ maris, non sum digna videre altitudinē cæli præmultitudine iniquitatis meæ, quoniam irritauit iram tuam, & malum coram te feci. Si tu es Domine qui peccatores recipis, me quoque peccatricem recipe, sub alas infinitæ misericordie tuæ. Nō enim me reicere idcirco debes, quod sum peccatrix, quando quidem ad id venisti ex cælo in terras, non vt vocares iustos, sed peccatores, & oues quæ perierunt ex Israel. Scis Domine quod literæ in libris exarate, si in ignem proiciantur dum in cineres non voluntur, legi possunt, si autem cultro radantur, legi nequeunt. Propterea, Domine, obsecro te ne expectes abolere meas malas literas in gehenna, quoniam deleri nunquam poterunt, quin potius perpetuo legentur, nec in cineres vnuquam conuertentur, nec deficient condemnatorū animæ. Ideo nunc, quando tempus est acceptabile, dele iniquitatem meam. Tu Domine per Esaiam dixisti. Ego sum qui deleo iniquitates tuas. Et iterum ais per eundem prophetam. Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua. Si igitur ex alto cælo in terram descendisti vt peccatores redimeres, incipe nunc, Domine mi, & Deus mi, officium, & munus redemptoris implere, nec omittas tam præclaram oportunitatem, qualem nunc habes, quoniam adstat tibi ingens quædam peccatrix, in quam possis munus ad quod venisti exercere, si cum peccatoribus manducas, en hic peccatricem quandam, cum qua libenter manducare potes. Sum etenim ego sicut stultus ille qui in corde suo dixit. Non est Deus. Nam taliter vixi ac si crederem non esse Deum. Nunquam ob amorem tuum laboraui, nec propter iustitiam timui, nec propter legem tuam declinaui à malo, aut propter promissam inclinaui cor meum ad bona opera. Nunquam propter collata in me beneficia gratias egi, nec peccatis finem imposui, & si scirem te omni in loco præsentem esse. Oculis quidquid appetierunt concessi, non cohibui cor meum, ne voluptates appeteret. Ad te confugio pondere peccatorum depressa, vt me exoneret: & in tot ac tantis miseris & tētationibus posita, nō dedigneris promissa gaudia & leuamina cōcedere. Ecce venio sicut imbecillis & infirma ad medicū, vt me sanet: vt peccatrix ad iustum & ad fontem iustitiæ, vt me iustificet. Non terreatis Domine flagitiis meis: nam quo grauior est infirmitas, tanto magis facit artem medici, qui illam medetur: & quo maior peccatrix ego sum, tanto tu magis glorificaberis, &c. Hæc & similia intra se dicebat hæc gloriosa pœnitens, viscera sua aperiens: & corde contrito, calum gemitibus & singultibus rûpebat. Hæc in corde versans facti sunt oculi eius velut defluxus aquarum, & acriter abique intermissione super animam suam lugebat, in tanta quod pedes Christi rigabat, & perfundebat: qui bus perfusus & rigatus. Capillis capitis sui tergebat. Quauis indignam se putabat tangere Christi

pedes: tamen amore victa se cohibere non potuit. Amor enim verus nescit modum: regulis non tenetur: tactu Spiritus sancti ducta ad pedes inuoluitur: lacrymis rigabat & capillis tergebat. Nūquid non erat aliud quod tergeret illos? Nunquid vel exiguum linteolum, aut prolixior subuculæ manica (vt foeminis moris est) ad sicandam decerat? non equidem existimo. Sed tali amoris sanctissima foemina compede detinebatur, ea diuinæ conuersationis mulcebatur voluptate, vt nec vellet, nec posset vel tantillum à pedibus domini discedere. Qua de causa mirum non est, si maluit capillis, quos præ manibus tunc temporis habebat, pedes domini abstergere, quam quærendis aliis tēpus infumere, & suauitatis suæ iacturā facere. Hos igitur pedes foemina prudentissima capillis siccauit, ore fouebat quos antea vndati lacrymarum riuulo abluerat: nec non sciens carnē Domini purissimam omnis pudicitie & castitatis sedē atque originem esse, accessit supplex: vt diuino contactu pudicitie suæ faceret ruinas, & concupiscentiæ deinceps lupatum inderet. Nam si tactus simbriciæ fluxum sanguinis in hæmor rhoissa siccauit: quomodo nō magis tactus pedum Saluatoris, præsertim tam ardenti deuotione iteratus, restingeret in hac carnalis concupiscentiæ fluxum? Auidior enim semper surgebat ab osculis. Et quemadmodum in fabula habetur de Anthei cum Hercule congresso, qui quo sapius ad terram prosterneretur, inde resumptis viribus, fortior ad pugnam surgebat: ita de hac non fabulose, sed verè dicere possumus. Nā quo sapius deuotione superata in terram proci-debat Maria, pedes Domini osculatura, animosior contra omnes demonum & concupiscentiæ vires resurgebat. Erat enim illorum pedū Christi filia, & quasi baptismo lacrymarum suarum renata. Hinc facile colliges quanti inter sit, quo animo quis ad Dominū accedat. Iudas enim, qui ad Christum accessit, dignissimamque Domini partē, quippe os, tetigit: tamen quia animo impio accessit, non modo veniam non inuenit, quin etiam exitium sibi parauit. Verum hæc pio & sincero affectu ad Domini pedes prouoluta & remissionem peccatorum, & vitam inuenit æternam. Magnam præterea familiaritatem habuit cum Christo Domino: & postquam conuersa est, nūquam voluit in faciem alicuius hominis aspiciere, nisi in faciem Iesu: ipsum sequebatur. Mariæ virginis sanctissime effecta familiaris. Sexties autem legitur Magdalēnā ad pedes Domini proci-disse. Primo hic, in signum contritionis. Secundo cum sedens secus Domini verbum illius audiebat. Tertio quando pro fratre Lazaro mortuo orabat: vt nos doceret aliorum miseris & infortunis commoueri. Quarto in cena Bethaniæ: cum vnxit pedes & caput Domini: quæ fuit vniū deuotionis. Quinto in die resurrectionis Christi, cū cadens ad pedes noluit Christus, vt tangeret eū. Sexto in eodē die resurrectionis domini cū ceteris mulieribus, quando tenue-rūt pedes eius & adorauerunt eū. Verū vt omnia officia in Christi pedes exerceat, et audi quod sequitur. Et osculabatur pedes eius. & vnxit eos. Sicut verè pœnitēs Deum timere debet, & iudicia Dei ante oculos habere: ita etiā è diuerso, ne despetet, tristitiaque nimia obruatur, seipsum cōsolari debet, considerans Dei misericordiam: quia pa-tiens

Genes. 3.

Iudi. 17.

Esai. 41.

Iudi. 11.

Gene. 37.

Reg. 15.

Reg. 18.

Luc. 16.

Esai. 44.

Iudi. 7.

Matt. 26.

Nom. 29.

Luc. 19.

Luc. 15.

Esai. 33.

Esai. 66.

Esai. 14.

Matt. 9. Luc. 3.

Matt. 26.

Luc. 10.

Ioan. 11.

Ioan. 12.

Ioan. 20.

Matt. 28.

Ioel. 2.

tiens & misericors est & præstabilis supra malitiã. Ideo osculabatur pedes eius, quod est amoris indicium: quia dilectos osculari solemus. Osculabatur enim pedes eius, & unguento, quo iam diximus, lassatos Christi pedes unguebat, tergebatque capillis. ¶ *Quæ*re autem nunc libet, si sola fides peccata delet (vt pessimè asserunt impiissimi Lutherani) quorsum in tantis bonis operibus occupabatur hæc mulier, & si male agit, cur à Christo laudatur, qui Phariseo dixit, osculum mihi nõ dedisti, hæc autem, &c. narrans Christus & laudans omnia hæc opera bona? Cur etiam, vt superius vidimus in hoc capite, laudat Christus in Ioanne asperitatem vestium, constantiam animi, & ieiunium dicens, venit non manducare neque bibere? Valeant ergo iã, valeant isti nebulones cum filio perditionis Luthero suo, qui tot animas his mendaciis fraude diabolica decipit. ¶ *Obserua* autè hic mulieris huius prudentiam eximiam, quæ eo vsa est consilio, vt ea, quæ mortis erant instrumenta in vitæ medicamentum tradiderit. Et quemadmodum theriaca, quæ de veneno venenosa ipsa conficitur, arte tamen præsentissimum contra venena medicamen redditur: sic mulier hæc ornatum, mundumque suum, quibus aliæ se vitare solent, in cultum Dei conferens, medicinam de veneno confecit. Capillos enim, quos antea cõponebat in Dei opprobrium, in pedes Domini sicandos impendit. Oculos fuligine infectos fucatosque, quibus inaniter inspeclitur & inspicendis fatis operæ nauauerat nunc lachrymis assiduis vget, vt lauandis Domini pedibus aquam sufficiant. Os quondam lasciuus, impudicusque assuetum sermonibus, nunc deosculandis Domini pedibus imprimitur. Preciosa unguenta, aquarum quæ rores odoriferi, quibus antea per singula membra perstillabat: modo ad pedes Christi spargunt: nõ sine circumstantium admiratione. Vestes denique laboratissimæ, quibus olim ornata fulgebat: inter conuiuarum subfella, vt Domino ministrant sternuntur. Itaque omnibus, quibus antea dæmoni obsequuta miserimè fuerat, modo Christo inseruit, eisdemque instrumentis, vitam quærit æternam, quibus mortem quæserat, memorabili pœnitentiæ & lachrymarum litura antiquum chirographum delens. Ideo Diuus Gregorius in Homilia, ait. Quot in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta: vt totum seruiret Deo in pœnitentiã, quicquid ex se Deum contempserat in culpa. ¶ Sic & nos huius exemplo discamus vitam mutare & Christo Domino seruire, iisdem membris & instrumentis, quibus mundo & carni seruauimus. Vnde Paulus ait. Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem: ita exhibete illa seruire iustitiã in sanctificatione. Quasi apertius dixisset, si lingua proximi tui famam læsisti: eadem incommodo illato medere, vel proximum laudando, vel te inculpando. Si pedibus ambulasti in via impiorum, dirige gressus tuos in semitas iustitiæ: vt sic bono malo extinguas, &c. Huius autem doctrinæ pulcherrima sunt in scriptura sacra exempla. Cum enim populus Israel egressus de Aegypto, circumiret terram Edon in deserto labore confectus tædere cepit itineris ac laboris, & murmurauit contra Dominum, & contra Moysen. Quare immixtis à Domino ser-

pentibus, qui perfidum, vlcerentur populum: postea tandem placato Deo nulla alia ratione tãtæ calamitati subueniri potuit, nisi anco serpente eleuato, in quem quicumque aspiciebat à mortu illico sanabatur. Ecce quo modo eodem malo, quo erant vulnerati sanabantur. Serpens momordit, serpens curauit. Apud gentes etiam huius exempla non defunt. Nam cum Philistæi arcam Domini cepissent, proptereaque à domino essent percussi in secretiore parte natiuum, & mures vastarent terram, edochi à Satrapis suis fecerunt anos & mures aureos, quibus pro peccato suo minimum oblati placauerunt. Sciebãt quippe mala, quæ patiebantur, eisdem fore sananda malis. Sic etiam Christus eisdem instrumentis & mediis, quibus mortem intulit duobolus, nobis vitam dedit. Ideo crucem elegit, vt qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceret. In Exodo etiam habetur, filios Israel in aures armillasque aureas, quas obtulerunt, vt facerent vitulum, quem adorarent postea obtulisse Domino, vt facerent tabernaculum Domino Israel. Quod dederant ad idolum fabricandum: postea compuncti, dant ad opus Domini: & quibus antea diabolo inferuierant, eisdem in seruiunt. Eadè ergo & nos facere debemus Deo offerentes omnia, quibus illi ante hac offendimus, carnem macerantes, sensus colligentes, corpusque, quod ante diaboli fuerat mancipium, domantes, laboribus, & vigiliis assuefaciamus, vt relicto de none, Deum sequatur. ¶ At ne fortè putes bona opera tua fore laboris sui fraudanda præmio, oculos, quæso, tuos ad hanc mulierem conuertere. Quia retro stetit, conspectum resurgens prima omnium meruit: quia Christi pedes humiliter tenuit, ipsius discipula esse meruit, & vt ab eo doceretur: quia lachrymarum, emissæ flumina, flammã in se voluptatis extinxit: quia Christi lauit pedes, affectiones peccati à se mudauit: quia crine suo terxit domini pedes: ideo maculas suorum criminũ à Dei memoria deterxit: quia pedes Christi osculata est, reconciliationis pacem acquisiuit: quia unxit unguento, seuerum & iratum iudicè placauit. Multa enim officia fecit hæc mulier Christo: sed plura accepit beneficia. Unguentum enim soluna cum lachrymis & osculis attulit: pro quibus veniam peccatorum, & innumera gratiarum reportauit privilegia. Omnibus namque cæteris mulieribus præter virginem matrem charior & familiarior Christo Saluatori fuit Magdalena: ita vt vbi abundauit delictum, superabundaret & gratia. Et quemadmodum Salomon rex fecit, qui Sabbæ reginæ multo plura quam ad eum attulerat, aut ab eo petierat, dedit: sic Christus Magdalenam simili liberalitate prosequutus est. Ergo omnes vos peccatores huius peccatricis exemplo ad medicum salutis venite, ad fontem pietatis, ad venam vite, ad thesaurum gratiarum. Non enim alta sapit, qui se humiliat: non se subtrahit à nobis, quia verbum caro factum est: non est extraneus, quia cum hominibus conuersatus est: non est durus, sed facilem habet animum: non est rigidus, sed flexibilis: non seuerus, sed pius. Discite itaque peccator Deum hic quære: & veniam postulare, huius peccatricis exemplo: antequam ob tenebreat sol, & sensus obicurentur, antequam præoccupatus

patus die mortis locum quæras pœnitentiæ, quãdo inuenire non possis. Pudeat te vitam in risu & iocis transire, qui maiora forsitan peccata, quam mulier hæc peccatrix commisit. Molliat cor tuum vberimum lachrymarum profluuium, quo hæc mulier peccus perfudit suum: pudesciat viros, qui natura robustiores sunt, eximia peccatricis huius fortisque constãtia. Denique ò vos omnes, qui illius adhuc in peccando similes exististis, enitimini, vt deinceps eam in pœnitentiã imitari possitis: nec committatis vt quam ad peccandum sequuti estis, eandem ad pœnitendum ducem præmittatis: ne melioris videatur conditionis esse peccatum, quam virtus in vobis. Capite igitur, ne cunctemini tantam in actione vestras ducem perpetuam: vt qui peccando eam imitati errarunt, pœnitendo etiam eadem ducem sapiant. Quem non afficiet mulier hæc pudore? Sed hæc sufficiant: alia videamus. ¶ Expende itaque, quomodo peccatrix ista & pœnitens statim patitur culpæ præcedentis conuictum: statim sustinet temerarium iudicium & continuo exponitur linguis obloquutionum. Ista enim sunt prima pœnitentium certamina: nam in ipso introitu emendandæ vitæ illi occurrunt tentamenta linguarum. Cum enim aliquis post secularem conuersationem conuertitur, statim probatur linguis hominum. Nõ enim mentitus ille est, qui dixit. Accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & in timore: & præpara animam ad tentationem. Sic & hæc mulier simul accessit ad seruitutem Dei, statim cepit à mundo confictari. Ideo sequitur in contextu. *Videns autè Pharisæus, qui vocauerat eum, ait intra se.* Laban Jacob discedentem sequutus est, vt quaquã posset ratione eum reduceret, quem continere non poterat. Moyses etiã dixit Domino. Ex quo loquutus sum Pharaoni, affligit populum tuum. Antequam sermo Dei audiatur, non est tentatio, aut murmuratio: sed vbi audieris Deum & ei adhæseris, surgit statim tentatio. Dæmon enim eos persequitur, quos suscipitur, si se deserant, Deo adhæsurus. Atqui mirum nemini videri debet, cur illico à conuersione, fidelibus insurgant diabolice tentationes: non enim ne quicquam Christi militibus data sunt virtutum, & sacramentorum arma. Ideo ne rubigine vitiorũ sordeant circumfusa, iugiter contra dæmonem, eiusque coadiutores dimicandum est. Qui hostium more, bellum non mouet contra illos, quos sibi amicos nouit: sed eos duntaxat expugnare contendit à quibus se deserendum timet: sicut contra hanc mulierem fecit. Sed singula verba discutiamus. ¶ *Videns, inquit.* Intuebatur mulierem hanc quam peccatricem esse sciebat, cum ipse multo esset nequior. Sed quoniam, quemadmodum oculus omnia circumcirca respicit seipsum tamen non intuetur, quia radios visibiles nunquam in se conuertit, eodem modo illis euenit, quos nimia tenet sollicitudo aliorum vitas & facta sciscitandi, suis superferentes criminibus. Quare cauendum est, ne ita bona & mala aliorum perferutemur, vt omnino nostrorũ obliuiscamur. Erat quippe pharisæus iste caligãtibz imbecillisque oculis præditus, quod ò vitinã vitium corpori tãtum modo esset aspectus, neque etiam ad animæ irrepisset oculos, quibus superbia inuidiaque obcæcatis, aliorum parua erratula, suis

magnis criminibus prætermisissis, acutissime intuebatur. Verum, sicut qui debili sunt aspectu, sepius libentiusque specillis vtuntur quam speculo: quoniam speculum inspiciẽti ipsius formam & lineamenta multo explicatiora & viuidentiora reddit, specilla vero non inspiciẽtẽ referunt, sed omnia alia clarius videri faciunt: ita propemodum euenit illis, qui charitatis luce carent, ea enim sollicitudine aliena rimantur vitia, vt alios nouis oculis intueri videantur, se autem nullis. Hac autem culpa vitinam solus pharisæus hic notandus fuisse, neu etiam ad multos Christiani nominis serperet, qui proprio obcæcati amore speculum non amant, se nunquam animaduertunt. Quapropter sapientissimi antiqui philosophi dixerunt, quemuis hominem duas humeris gestare manticas, in quarum posteriore sua, in anteriore vero aliena portaret vitia. Quod optime quidam poeta expressit his verbis dicens. Vt nemo in se se tentat descendere, nemo: Sed præcedenti spectatur mantica tergo. Quo innuit humani ingenij peruersitatem cuius ea est in alienis notandis criminibus curiositas, eadem in suis expendendis obliuio, vt rite & aperte homini mantico conferatur, qui aliena ad pedes, sua vero ad dorsum appendit, sicut faciebat hic pharisæus, quem tãtus angebat alienæ consciẽtiæ stimulus, vt illam semper ob oculos habere videretur. Ideo precabatur Deum David dicens. Obseruentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Id est, cæcutiant, ne videant aliorum vitia, & cernuo incedant corpore, vt pedes suos, vmbra & imaginem gressus, corporisque sui considerent. At nos contra facimus, qui aliorum vitia in crystallino intuemur speculo, cuius est natura omnia maiora, quam sint facere: nostra vero in vitreo, quod magnorum paruum repræsentat imaginem. Præterea sicut qui procul intuentes oppidum maximum, paruum reputant: quoniam interstitij longitudine, formæ visibiles attenuatæ in multo minore ad oculos perueniunt quantitate: sic qui in vitia sua oculos dirigunt qui pauci sunt, interuallo amoris proprii interposito minima iudicant, quæ si comminus intuerentur immania iudicarent. Quare dicebat Christus in euangelio vt vidimus in capite immediate præcedenti, vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ est in oculo tuo, non consideras? Hunc autem defectum perspicue natura ipsa nobis videtur voluisse ostendere: siquidem ea oculos fabricauit arte, vt cum omnia videant, seipsum nullo modo videre possint, nisi forte speculo obiecto. Quod tamen in corpore non in spiritualibus oculis verum habet. Anima namque nostra non modo ea, quæ foris sunt nouit, verum etiam seipsam intuentem intuetur, considerantem considerat, & videntem videt. Præcipiebat in lege veteri Deus, vt sacerdos immolaturus, coram speculo, quod in sanctuario erat appesum, ornaretur, ne forte quid indecorum aut ineptum in ornatu esset. Ita & tu, si vis exacte cultum speculari tuum, indue tertiam personam eisdem actu moribus instructam: tunc demũ quasi in speculo poteris exactissime te componere, atque ornare, placiturus Deo animæ tuæ sponso. Nam sic quæ in aliis reprehensione digna duceres, tibi ipsi etiã imputabis, laudabilique deceptus fraude cæ-

Greg. ho. 33. in euã.

Rom. 6.

Num. 21.

1. Reg. 5. & 6.

Genes. 3. Exod. 32. Exod. 35.

Exod. 12.

Genes. 31.

Exod. 1.

Rom. 5. 3. Reg. 10.

Ioan. 1.

Eccl. 12.

Perse. sat. 1.

Psal. 68.

Exod. 38.



*Eccl. 3.* furam facies tibi eorum, quæ tibi aliena ex artificio videtur. Moyses virgam in manu tenens, quam diu tenebat, virgam vtique esse iudicabat, simulacrum autem dimittebat, in anguem conuersam videbat. In istum sane modum se habent erga auctorem suum vitia. Nam quamdiu ea penes nos morari sinimus placida mitiaque videntur, si vero à nobis proiciamus in propria apparent figura sua, ac venenosa. Et quemadmodum peritissimi factores facere solent, qui vestes prius leuiter consutas famulo induunt, vt applicatis singulis vestimenti, ad singulas corporis partes, facilius internoscant si quid tumescat aut trahatur, quo facto nihil ad perfectionem suam vestimento decrit: sic tu facere debes induens vitam tuam proximo, ne morum tuorum in experientia decipiari. Ita fecisse sapientissimum illum prophetam Natam legimus, qui iussus à Deo, vt Dauidem de peccato suo reprehenderet, parabolicam induxit narrationem de homine paupere, qui vnica, quam habebat, ouicula à magni gregis Domino fuerat spoliatus. Quod sigillatim audiens Dauid exclamauit dicens, viuit dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc. Non potuit enim magnitudo criminis in tertia persona positi occultari. Tunc Natan breuiter ad personam Dauidis sermonem conuertens ait. Tu es ille vir, qui fecisti hoc, rapuisti enim Bersabe vxorem Vria, &c. Quæ verba si nude & plane in principio edidisset, non modo Dauidem ad poenitentiam non cogeret, verum etiam (qui mos regum est dilecta excusandi sua) vel grauiter pulsatus, vel acriter obiurgatus, aut saltem re infecta à regis conspectu discederet. Sed nunc iam ad rem veniamus. Cum igitur peccata aliorum cæcus iste consideraret, videns, & non videns: videns inquam alios & seipsum non videns, ait intra se, occulte in hospitem suum murmurando, contra illud, quod admonet Petrus Apostolus. Hospitales inuicem sine murmuratione. Dixit autem intra se verbo mentali quod est mentis conceptus, ex quo verbū vocale procedit. *Hic si esset propheta, sciret vtique quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum.* Ex indignatione non nominat Christum dominum, sed ait hic, sicut non nominamus eos, quos odimus. Eodem etiam modo Iudæi tempore passionis domini, cum valde erant indignati, dixerunt. Hunc inuenimus subuertentem gētem nostram. Et rursum. Non hunc, sed Barabbam. Arguit præterea Christum quod hanc nō cognosceret. Quod ideo demens iste putauit, quoniam Dominus peccatricem illam supplici ad pedes suos prouolutam nō visu, non illico repulerat: sed benigniter suscepit. Vnde factum hoc iuxta pharisaicæ arrogantiæ morem perpendes, non temere se iudicasse putabat, in Christo nihil esse diuinitatis: quandoquidem eam mulierem admittebat, cuius si propheta esset & mores cognosceret & consuetudinē accessumque longissime à se dimoueret. In quo satis aperte stultitiam suam ostendit. Primo quia bene poterat Christus esse propheta & illam non cognoscere. Deus enim solus est, qui omnia cognoscit: homines autem licet prophetæ sint, multa ignorant. Quapropter male arguit dicens, quod si esset propheta cognosceret illā. Bene Christus, qui Deus erat, hanc mulierem & omnia cognoscebat: attamen consequentia istius Simonis non

est alicuius momenti. Nonne propheta erat Samuel & ignorabat quis filiorum Isai esset electus in Regem? Nonne propheta erat Nathan, qui tamen consulens Dauid vt edificaret errauit: quoniam voluntas Dei erat, vt Salomon edificaret illud? Propheta & sanctus erat Eliseus, & dixit Giezi puero suo loquens de illa muliere: Dimitte illam, anima enim illius in amaritudine est: & dominus celauit à me verbum hoc. Sciebat Eliseus tristem illam esse, quia lachrymantem videbat: causam tamen tristitiæ, & plandus fatetur se ignorare. Et Paulus ait. Misit ad vos, vt cognoscerem de fide vestra. Et ex parte cognoscit Paulus, & ex parte prophetat, & nunc per speculum videt, & in ænigmatē, sed cum venerit quod perfectum est, quod ex parte est destruetur. Nullus enim homo excepto eo, qui propter nostram salutem carnem est dignatus induere, plenam habuit scientiam aut certam veritatem. Sancti enim viri tantum ea sciunt, quæ illis à Domino reuelantur: cætera ignorabant. Sic ad singulas visiones Zacharias, & Daniel suppliciter angelum deprecatur, vt exponat sibi, quæ sunt illa, quæ viderant. Ratio autem huius rei in promptu cogitanti erit: quoniam diuisiones sunt donorum & gratiarum. Quare nec vates semper prophetabant, sed quando duntaxat spiritus diuinus illos arripiebat. Nam si spiritus prophetandi semper adesset prophetis requisitus cur diceret Amos. Non sum propheta nec filius prophetæ: sed armentarius puer ego sum, vellicis sycomoros? Hoc dixit (vt Gregorius adnotat) quia ea hora, in qua requisitus est deesse spiritum propheticum sensit: ideo ait. Non sum propheta. Inepte ergo locutus est phariseus iste dicens, si esset propheta sciret quæ mulier esset illa. Quinetiam si sciret illam esse peccatricem, non propterea contaminaretur: nam quæ sancta sunt contaminari non possunt, nisi vitiorum contagionem sponte participant. Habituauit in Sodomis Loth, & Iob in terra Hus, & plerique alij viri sancti in medio prauæ nationis splendide se habuerunt. Nihil ergo Christo, qui ipsa sanctitas erat, immunditiæ ex colloquio, aut consortio peccatricis mulieris accidere potuit. Nemo inquinare valebat eum, cuius tanta extitit puritas, vt in mundum, hanc tantum ob causam venerit, vt inquinatos & imundos peccati labe homines, sanguinis sui aspersione ablueret. Sed videamus quam adducat phariseus iste rationem quare mulier ista admitti non debeat. Ait. *Quia peccatrix est.* Quam rationem parum prudens homo non aduertit contra seipsum pugnat: quoniam infirmus mollius, quam sani tractandi suat. Quis enim esset tam demens tamque nullius iudicij, qui duas habeas manus altera debili, altera vero valentem in omni opere, quod faceret infirmam prius periculo & labori exponeret, valida diligenter asseruata? Inter prudentes homines membra infirma fouentur, molliusque & suauis exercentur, vt conualescant, & milites saucij, aut egri diligenter curantur & custodiuntur, vt postea pristinum nati robur, imperatori suo gratiam rependant, sapientissime fecisse dominum nostrum, cogeris o impie phariseæ, peccatricem Magdalenam ad se benigno accipientem vultu quam olim fortissimam contra dæmonem sciebat viraginem futuram, confiteri. *¶ Obserua etiam quod vera*

*1. Reg. 16* iustitia dedignationem non habet, sed compassionem, falsa vero dedignationem, & peccatores contemnit. Boni namque est, peccatoris misereri, mali autem indignari. Nemo enim tam seuerus est pusillorum criminum alienorum iudex, quam ille, qui maxime scelerosus est: nemo tam perspicax est in alienis moribus discutiendis, quam ille, qui sui oblitus viuunt: nemo tanta atrocitate insequitur aliena vitia, quam ille, qui sua vsquequaque nititur excusare. Denique nemo tam acriter accusat proximorum errata, quā qui multis obutus sceleribus, quasi torpens, conscientia suæ ictus non sentit, aut curat. Vnde, si quis clericus aut religiosus humanæ communisque inbecillitate naturæ aliquando labatur in peccatum, à nullo tā acriter inculsatur quam ab illis secularibus, qui concubinarij, vel adulteri sunt. Alij enim, qui sanctius vitam instituunt proximorum honori parcunt, & secum reputant, se quoque simili tentatione aliquando peccare posse. Quin videamus vter iustior erat Christus an phariseus? facilis responsio est. Christus dominus Dei filius non solum bonus, sed ipsa bonitas summa cum benignitate peccatores suscipit, illorumque miseretur: at pharisei superbe & arroganter illos insectantur & proiciunt. Sic etiam Dauid fecit Semei, quem poenitentem veniamque implorantem seuis Abisai morte puniendum iudicabat: verum pius Dauid supplicem vitam donauit, cumque in amicitiam recepit suam immeritum. Verissima igitur est hæc D. Gregorij sententia, veram iustitiam compassionem habere, falsam vero dedignationem. *¶* Porro hypocrita hic, qui pius videbatur, & Christo opera pietatis ministrabat, intus plenus erat omni malitia, & fraude, ideo indignabatur. Quapropter Christus dicebat illis. Væ vobis scribæ & pharisei hypocrite, qui comeditis substantiam viduæ, orationes longas orantes. Væ vobis, qui similes estis sepulchris dealbatis, &c. Hi sunt Gabbaonitæ, qui habentes vitulares veteres, vtres scissos, calcabant perantiqua, & panes duros portantes secellerunt Israelitas. Sic hypocrite simulant sanctitatem asperere induti exterius incedentes, fraudulenter interius sicut Gabbaonitæ. Ita hic phariseus exterius pius apparebat, & liberaliter Christum inuitabat: verum interius venenum premebat, quo indignabatur contra illam peccatricem mulierem, quod non faceret si, vt videbatur, reuera bonus esset, ac iustus. Denique non modo in Dominum peccauit, illum negans esse prophetam obiurgasque, quod peccatricem suscepisset mulierem: sed etiam, in illam mulierem: quam cum verè iam esset poenitens immerito peccatricem appellauit. Verum ille male de illa iudicabat, quia erat deprauatus affectu. Vt enim solis radius per vitrum variis depicti coloribus ingrediens vitri colores, non autem suum representat, vt cum sol sit vnus, atque idem, diuersus tamen pro colorum varietate appareat: sic homo affectu corruptus non veros ac natiuos colores factis tribuit, sed qualis est eius affectio, tali colore rem ipsam depingit. Ingrediens enim iudicium per effectum, ipsius affectus colorem ostendit. Vnde videbis eadē, quæ in vno laudant, in alio vituperare. Prudenter equidem Agefilaus, vt est apud Plutarchum, quoties audiebat aliquos de aliorum laude, aut vituperio testimonium dicere,

existimabat non minus esse inquirendos & discendos eorum mores, qui loquebantur, quam eorum de quibus verba faciebant. Sic iste affectu deprauato talia de Magdalena loquebatur & talia de Domino sentiebat, qualis ipsius animus erat. Quia Christo inuidebat, iudicauit non esse prophetam: & quia Magdalenam dedignabatur dixit peccatricem esse, Euangelista autem non dixit peccatrix est, sed peccatrix erat. Olim enim peccatrix fuit, sed quando erat in domo pharisei, iam nō erat peccatrix illa, quæ per veram poenitentiam iustificata est. Hic autem phariseus dixit, peccatrix est de presententi: si dixisset peccatrix fuit, vel erat, bene vtique dixisset: sed cum ait peccatrix est, mentitus fuit. Non videbat hic phariseus in Magdalena opera peccatricis, sed sanctæ. Quia lugere peccata, poenitentiam agere, pedes Domini lassatos vnguento vngere, & humiliter in terra sedere, hæc opera non erant peccatricis, sed sanctæ mulieris. Quare immerito illam peccatricem vocauit quā tam bonis in tētam operibus videbat. Similes sunt quā plurimi hodierna die homines huius pharisei principes præsertim ac reges quos si cliens quispiā aliquādo læsit raro apud eos bonam generare de se potest opinionem, quantumcumque correctior deinceps appareat, semper enim ab illo timent & suspicatur malum. Hoc autem eo fit, quia nunquam presentem, sed semper præteritam vitam respiciunt: vnde eum qui semel deliquit, sæpius delicturum autumant. Quia in re quantum errent nemo nō videt. Nam dic mihi, qui hodie errauit, cras non poterit iustificari? Si qui deliquit etiā nunc in delicto manet, merito peccator censetur: sed si poenitet, cur non in piorum numero habebitur? Inique igitur fecit phariseus hic, qui mulierem iam ad meliorem vitæ frugem conuersam, peccatricem ausus est vocare. *¶* Docemur hinc vt neminem, quantumcumque peccatorem contemnamus fieri enim potest, vt qui hodie peccator est, cras sanctissimus euadat. *Ad. 9.* Quis quondam Paulum vidit tantum Ecclesiæ catholice aduersarium: qui iudicaret tantū Apostolum futurum, vt vas sanctitatis, & electionis posset nuncupari? Quis latronum tantum vnquam patronus extitit, qui eum, cuius vita omnis rapinis & ferissimis latrocinij consumpta fuit, ad eā aliquando viuendi conditionem peruertiturum putaret, vt summā sclicitatem à se queretur? Difficile quippe creditum est, nisi ipsum Dominum, testantibus Euangelistis, dicentem audiremus. Hodie mecum eris in paradiso. Rursum quis putaret, mulierem peccatricem, famosamque in omni populo, ad tantum scanuram sanctitatis culmen, vt mereretur in Ecclesia Dei & esse & vocari exemplar sanctitatis, speculum poenitentis, dux errantium, & prædicatorum gubernatrix, cuius nuntio Apostoli certiores facti sunt de dominica resurrectione, quibus dotibus vsque adeo sponso suo Christo placuit, vt præter vnā virginem matrem, omnium foeminarum fortunatissima dici posset. Nemo igitur quātumvis desperatis videatur moribus contemnendus est, potest enim conuerti, & bene viuere. Quare temere iudicauit phariseus iste, siquidem eam bene agentem peccatricem esse reputauit, quam etiam peccatorem contemnere non debuisset. Cum ergo Deus potens sit de summe scelerosis hominibus, sanctis

*1. Pet. 4.*  
*Luc. 23.*  
*Ioan. 19.*

*1. Reg. 16*  
*2. Reg. 7*  
*4. Reg. 4*  
*1. Thes. 3*  
*Amos 7*  
*Gre. ho. 1*  
*in Eccl. 1*  
*Ch. 2. dia. 10. c. 21*  
*Greg. ho. 34. in iuan. 1*  
*Matt. 13*  
*Luc. 11*  
*Ioan. 9.*

*Ad. 9.*  
*Luc. 23.*  
*Luc. 7.*  
*Ioan. 20.*

Amos creare & gloriosos, potius commiserari quā contemnere peccātes debes: nescis enim cuiusque finem, ante quem nemo, aut bonus aut malus dici potest. Imo quia vt ait Apostolus omnes alter alterius mēbra sumus iuxta legē naturā, tenemur ægrotanti membro quaquā possimus subuenire. Sed iam ad contextū reuertamur. *Et respondēs Iesus dixit ad illū. O immensam & ineffabilem misericordiā, bonitatemq; diuinam.* Accusantibus scribis & phariseis coram Pilato nihil respōdit Saluator: adeo vt ipse præfēs eius patientiam: mirareturque silentium. Nūc vero ille, qui famam & honorem suum tueri non curauit contra importunissimos calumniatores, peccatricis mulieris iniuriam non suscinet, eiusque suscepto patrocinio cōuiciatoris argumenta diluit, Generosa quippe liberalitas & tanto patrono digna, qui nō contemptus fuit peccatores benigniter recipere, quin etiam eorū propulsat iniurias: quas molestiori animo fert, quam si sibi ipsi inferrentur. *Quod, vt iam diximus, vel ex eo patet: quoniam qui pro se non responderet respondēs pro hac muliere, arguit phariseum.* Sic etiam Saulo Ecclesiæ persecutori dixit. Saule, Saule, cur me persequeris? Ego Domine, cum eras cruci affixus, flagellatus conpūctus, vulneribus in numeris faucis siluisti, neque tortoribus verbū vllum aut querullum, aut minax fecisti: nūc vero vsque adeo exostulas in cælo regnans ob cōtumelias tuis illatas? Quid est in causa? Enimvero tanto arsit Dominus in nos amoris igne, vt pro nostra salute leuissima iudicaret omnia: quæ in sacratissimo corpore patiebatur, tormenta: nunc autem exigua non fert suis factam iniuriā, quorū causa ille multas tulit cōtumelias innumerōsq; cruciatus. Incredibilis est horū fauorū magnitudo: siquidem adeo clemens est Dominus, vt taceat in iniurijs suis, & in alienis indignetur. *Quis igitur erit tam duro & obstinato corde, qui videns tanta benignitatem non conuertatur? Quis se nō tradet spōtē sua in piissimas eius manus, qui prætermisissis contumelijs suis, alienas propugnat iniurias? Hæc sane consideratio debuisset sufficere vt ad deū conuerteremur, illiusque ad pedes prouoluti omnem curam secularē obliuisceremur, qui tutissimum asyllum & confugiū nostrum est.* In hoc igitur potentissimo cōfidamus propugnaculo, insurgētis in nos mundi minas contemnētes, nam, vt Paulus ait, si Deus pro nobis quis contra nos? Sanctus quoque Iob inquit. *Pone me domine iuxta te, & cuiusuis manus pugnet cōtra me.* Dauid etiam ait, Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Præterea nō solum pro honore Magdalene respondit, sed etiam phariseum male tractat, & illum confundit. Non enim tam gratū hominibus est, vt eos diligas & eis beneficias, quā si etiam illorū inimicos arguas & confundas. *Quod quia Deus nouerat, eū olim referret Iudæis collata beneficia, dixit, Vos vidistis quid fecerim Aegyptiis. Et per Malachiam etiā dixit illis: Dilexi vos.* *Querit in quo hoc est, quæ signa dilectionis ostēdis nobis: Esau, inquit, odio habui, & posui montes in solitudine, &c. Et in primo Regum scriptū est Saulem equitibus suis dixisse. Non est qui doceat vicem meam ex vobis, nec qui annunciet mihi, eo quod suscitauerit filius meus seruum meum aduersum me insidiantem mihi vsque ho-*

die? Quamquam Saul sæpe sapius expertus fuerat famulorum suorum fidelitatem, tamen ea contentus non erat nisi etiam Dauidem quē ipse persequebatur, eodem modo persequerentur & odio haberēt. Eodem ergo pacto se habet hic dominus vt ostendat se in omnibus Magdalene amicissimū nō modo eam excusat à crimine falso obiecto, verum etiam iniquum calumniam phariseum accusat, vera in eum retorquēdo crimina. Quæ in re rite perspicis Dei bonitatem, qui tanta cura & sollicitudine suos ab omni calumnia tuetur. Duo autem ex hoc loco documenta colligimus. Primo discamus oportet in tribulationibus persecutionibus & murmurationibus malorum, quæ nobis obiciuntur ab inimicis & æmulis, tacere, patientiamque habere, Deo vindictam relinquētes iuxta illud, quod ipse ait. *Mihi vindictam & ego retribuam.* *Quod si tu teipsum vlciscēns vindictam anteuerteris tacebit vtique Dominus: verum si tacere malueris, Deus pro te pugnet.* Sic fecit & sapienter quidem hæc modestissima fœmina, quæ taciturnitate sua, Christum patronum constituit sibi. *Vter est ad vindictam sumendum potentior: Deus an tu? Certe Deus. Vter maior honor, per seipsum vindictam sumere, an Deum habere vltorem? Certe hic. Si igitur Dei potentia ad vindicandum maior & vindicta honorabilior sapienter facies, si iniurias tuas Deo vindicandas referuaris & huius mulieris exemplo tacere malueris, quam cum ignominia, aut certe cum minori laude vindicari. Tacuit Iacob, sed locutus Deus pro illo Laban minatus est. Tacuit Susanna, nec senes impios villo refellebat argumēto: at præsto fuit Deus qui illam, patrocinatus defendit. Nihil respondebat Moyse fratribus suis Aaron & Mariæ murmurantibus: sed non desuit illi in tali casu Dei patrocinium. Tacebat Iob exprobrantibus amicis: verū Deus causam illius agens grauius eos obiurgauit laudans serui sui sanctissimi Iob mirabilem patientiam, inquiring Iob pro illis oraturum. Tacebat demum Magdalena Christo pro illa respondenti. *Quod si dixeris, phariseus intra se loquebatur, ideo non colligitur ex hoc loco Magdalenam patienter tacuisse, siquidem phariseum murmurantem non audiuerat. Ad hoc respondetur: etiam si ex verbis ipsius pharisei non collegit Magdalena explicatissime contumeliam sibi illatam, tamen quia ex verbis inter Christum & phariseum vltro citroque habitis coniectari potuit, & nihil inde mota in pio persitit officio, nihilo minore digna laude est.* Discamus secundo ex hoc loco eam esse naturam, & conditionem murmurationis, vt plus emolumentum quam damni illis, in quos intenditur afferat. *Quare vere dicere possimus Magdalenam multo nullē maiori obstrictā debito phariseo illi murmuranti, quam si ipsam laudasset eius enim murmuratio, Deum fecit esse patronū. Quo quid fœlicius? Nam proculdubio si pharisei animo insedisset Mariam laudare: non esset cur Christus loqueretur: sed quoniam murmurauit, Christū sibi opposuit defendorē: quo facto mulier illa tanto dignata fuit patrono. Plus igitur cōmodi illi attulit murmuratio, quā laus afferre potuisset. Vt optime expendit Origenes in numeris, nullo tempore accepimus Moysem vsque adeo à Deo in fratribus**

fratribus murmurantibus, eius honori periclitabatur. Quod duodecimum Numerorum caput legenti facile patebit quātis cōtra fratres suos Moyse à Domino fuerit laudibus ornatus, Maria se ipsam lepra infecit; Moysem fratrem suum laude decorauit: sibi ignominiam & opprobrium, fratri gloriam & honorem peperit. Eodem ergo modo quo olim Dominus pro Moyse stetit, tuetur & nunc honorem famulæ suæ Magdalene: & quæ admodum tunc Aaron & Maria laudato fratre Moyse confusi sunt, ita modo Phariseus celebratis Magdalene egregie laudibus pudibundus discessit. *Quin quemadmodum qui candelam digitis emungit, seipsum digitosque inficit fumo fungoque compresso, at ipsam multo reddit clariorem, sic phariseus iste Magdalene mores perstringens nitidiores fecit, & semetipsum retorcit à Domino eisdem argumentis inquinauit. Hoc idem tibi continget quoties de proximo tuo murmuraueris, illi enim proderis, tibi autē nocebis. Nam omnes qui in alios maledicunt, illos multo clariores & nitidiores reddunt. Sed quid Dominus dicat huic phariseo audiamus. *Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille dixit: Magister dic. Vide hic & considera Christi benignitatem maximam: Hominē superbū & inuidum, qui Christum Dominum, ac si non esset propheta, contemnebat, leniter & mansuete alloquitur, & volens illū corrigere, nō conuiciis aut iniurijs, sed blando illum compellat sermone. Ideoque eum proprio nomine nominat, in quo suam lenitatem ostendit, tum illū nominando, tum etiā quasi postulando ab eo loquendi facultatem. Scriptum est enim: Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me: oleum autē peccatoris nō impinguet caput meū. Docet etiam hic Christus Saluator noster, vt quo ad possimus, conuiciorum murmuraciones incidamus. Nam D. Augustinus coram mensa sua hos duos versiculos fecit inscribi. *Quisquis amat dictis absentum rodere vitam, Hanc mensam indignā nouerit esse sibi.* Eodem ergo modo qui vere sanctorum esse vult imitator omnino debet, maledicentium consuetudinē & sermones effugere. Sed procedamus. Ait ergo Dominus huic phariseo. *Duo debitores erant cuidam fœneratori, vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit vrisque. Quis ergo eum plus diligit? Fœnerator iste Dominus est, qui veniens ad mortem vniuscuiusque pecuniā exigit eū vsura gratiarum. Debitores autem isti sunt Simon & Maria. Potest etiam dici, quod nos simus Dei debitores, quia omnes illum offendimus. Nā si dixerimus, quia peccati nō habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Dicuntur autem peccata, debita, non quod ea debeamus, vel Deus hæc à nobis exigit: sed ideo peccata debita vocantur: quia non fecimus quod debuimus facere, & ob hoc iudicij pœnam debemus. Et sicut pecuniam quam quis debet creditori, si non soluit statuto tempore, dupliciter incurrit debitū supra pecuniam quam debet, nempe debitum culpæ, eo quod non soluit, per quod fecit contra charitatē & fidem, & offendit creditorem: & debitum pœnæ quam debet iudici, eo quod cōtra iustitiam exigit. Sic, eo quod non fecimus debitum nostrum Deo, cui obligati sumus, contrahimus duo mala, videli-***

cet peccatum siue culpam, & reatum siue pœnā. Et hæc duo nomine debiti intelliguntur. Ideo relictus in oratione dominica dicimus, dimitte nobis debita nostra: quia debitum plus est quam peccatum. Nam per debitum petimus dimissionē culpæ & pœnæ, at per peccatum dimissionem tantū culpæ. Nam peccatum multoties dimittitur quoad culpa manente pœna, vt pater in Exodo, cum dimittebatur populo culpa conflati vituli, Moyse orante pro eis. Et post remissionē culpæ dixit Dominus Moyse: Ego autem in die vltionis visitabo hoc peccatum eorum. Percussit autem Dominus populum pro reatu vituli quē fecerat Aaron. Sic etiam Dauidi peccatum dimisit Dominus quoad culpam, nō quoad pœnā. Ideo dixit illi Nathan: Dominus quoque transtulit peccatum tuum, nō morieris. Veruntamē quia blasphemare fecisti nomen Domini, &c. Non habebat autem vnde redderet, quia nemo ex suis viribus seclusa Dei benignitate soluere Deo potest: nemo potest ex se satisfacere pro peccatis, nisi illi gratia Dei suppeditet vires & præsidium. Non enim sumus sufficientes ex nobis, tanquam ex nobis, sed deficientia nostra ex Deo est. *Quid enim habes quod non accepisti? Iam si accepimus, donum Dei est: si donum Dei est, non ex nobis, perinde atque ex nobis proficitur, sed ex præueniente & cooperante gratia: cui potissimum ferri acceptam oportuit, & conuersionem nostram & satisfactoria opera. Agit hic multis argumentis Paulus quando dicit: Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Et ad Ephesios: Dei enim donū est, non ex operibus, ne quis gloriatur. Quibus liquido constat & Christum & Paulum loqui de eo statu quo peccatores sumus alienique à Deo, non autem de eo, quo amici Dei sumus. In eo siquidem statu, quo gratiam consequuti, bene operamur, multis modis satisfacimus, reddimusq; quod debemus. Reddimus enim Deo quod Dei est animā scilicet, & corpus, preces, vota, & id genus alia ex charitate erumpētia opera. Redde, inquit Dauid, altissimo vota tua. Et iterū: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam: vota mea Domino reddam. Oseas etiam: Reddemus vitulos laborum nostrorum. Sapiens etiam: Si quid uoueris Deo, ne moreris reddere. Quo etenim colligimus longo interuallo eos aberrare à vero, qui nihil posse à nobis Deo reddi autumāt. Reddimus enim ei ieiunia, eleemosynas, &c. & quicquid boni cum eius auxilio operamur. Ait itaque non habentibus vnde redderent: quia animum peccatorum æri obstrinxisti alieno, quia venundatus es sub peccato. Iam quoniam sub peccato venundatus es, nihil Deo dignum repescere potes, nisi liber saluatoris beneficio. Et hoc est quod ait: Donauit vrisque: intellige per Christum, qui est sanctificatio nostra. Nam vt Paulus ait, proprio filio non peperit, sed pro nobis tradidit, &c. Et hoc ex sua maxima misericordia: quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio, & ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Potest homo per se peccare, non tamen Deo reddere nec satisfacere sine eius auxilio: sicut nec resurgere à peccato. Interrogat igitur Christus Simonem: quis istorū duorum plus diligit, ille cui**

Exod. 32.

2. Reg. 12

2. Cor. 3.

Titim. 3.

Eph. 2.

Psal. 49.

Psal. 115

Ose. 14.

Ecc. 5.

Rom. 7.

Rom. 8.

Psal. 129

1. Cor. 12.

1. Ion. 19.

Mat. 9.

Rom. 8.

Iob. 17.

Psal. 26.

Exod. 19.

Mal. 1.

1. Reg. 22

Deut. 32

Zach. 5.

Rom. 12.

Gen. 31.

Dom. 13.

Num. 12.

Iob. 42.

Psal. 140.

Greg. lib. 16. mor.

cap. 2.

1. Ion. 1.

Orig. h.

Deo in Num.

dimisit quingentos, aut ille, cui dimisit quingenta? *Respondens Simon dixit. Estimo quod ille, cui plus donauit.* Nam iuxta naturalem legem ille, qui plus accepit plus debet diligere. Magis enim tenet illum obseruare & colere à quo pauciora in me constant munera, & per consequens illum plura facere multoque magis amare debeo. Quare bene respondisse pharisæum patet: unde & Christo eius responsio approbata fuit. *At ille dixit ei. Recte iudicasti.* Hinc discamus veritatem à quocunque dicatur, magnificere & amplecti. Veritas enim (quæ eius dignitas est) nec odio aut vilipensione auctoris est metienda, nec vlla de causa repudianda. Quanquam multi sunt hodierna die contra facientes, qui si quem odio habent omnia eius opera & artes inania & vitiosa iudicant (tantum potest animi affectio praua nec vlla ratione induci possunt) vt credant quæ bene aut laudabiliter inimici faciunt nomine aut laude vlla esse digna. Itaque suauissime canentem, rudere dicunt: doctissime concionantem, vt vel Pauli æmulus videatur stridula pestreperere, inaniaque verba effutire insimulant, ingeniose docentem nihil inquit eruditum, nihil nouum, sed omnia mendicatio accepta profiteri murmurant. Quod ingens horrendumque nefas est. Fieri enim potest, imò maiori ex parte ita accidit, vt qui in vno culpabilis est, in alio sit laude dignus. Exemplo nobis est pharisæus iste, qui cum alioqui inuidus, superbusque esset: tamen, quia hic sapienter loquutus est, à Christo domino laudem & honorem sententiæ suæ reportauit. Ex hoc etiam quod Christus approbat sententiam Simonis hominis arrogantissimi sequitur non omnia infidelium opera esse peccata putanda, imò esse multa in eis opera à peccato immunia, vt pote quæ à recta ratione vel elicitæ sunt, vel executioni mandata. Neque enim interit in omnibus mortalibus recti & honesti iudicium: id quod cernere licet in philosophis plerisque & aliis pluribus reipublicæ imoderatoribus. Sequitur secundo hominem extra gratiam positum multa agere & dicere, quæ de genere morum bona sunt iusta, ac naturali legi consona. Si vos (inquit Christus) cum sitis mali notis bona facere, &c. Sed iam ex hac Simonis responsione concludit Christus suum argumentum. *Et conuersus ad mulierem secus pedes eius iacentem: quoniam etiam cum pharisæo loquebatur, in illam tamen sermo tendebat.* Spiritualiter etiam se conuertit ad eam per respectum mentis suæ piissimum & maiorem gratiæ infusionem. *Vides hanc mulierem? Attende ad feminam istam valde notabilem: cuius gesta consideratione dignissima sunt: in qua sicut prius abundauit culpa, nunc abundat & gratia.* *Intraui domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti.* Ego intraui in domum tuam, ista tamen quesuit me in domo aliena. Et tu aqua, quæ in promptu est pedes meos lauare non fecisti: cum tamen hoc ex consuetudine hospitalitatis existat. Mos enim erat antiquis, vt cum aliquis inuitabatur ad prandium, pedes illi lauarentur, antequam discumberet, & postea cibus apponebatur. Sic Abraham cum angelis fecit. Afferam, inquit, paulillum aquæ, vt lauentur pedes vestri, ponam buccellam panis.

Loth etiam idem fecit. Laban quoque legitur de disse aquam ad lauandos pedes virorum & camelorum, qui cum seruo Abraham venerant. Sic etiam, vt in libro Iudicum habetur ille senex, qui leuita, & uxorem eius suscepit hospitio, prius lauit pedes eorum & postea dedit cœuiuium. Paulus quoque laudat viduam, si hospitio accepit, si sanctorum pedes lauit. Ex hac consuetudine credo Christum lauisse pedes discipulorum suorum, & non post cœnam. Et cum ait Ioannes. Et cœna facta, id est, parata: surgit à cœna, id est, antequam cibum caperet lauit pedes discipulorum. Itaque cum hæc essent in consuetudine apud antiquos, præcipue debuit fieri Christo qui incedens nudis pedibus, habuit eos lassos puluerosos & afflictos. Sed hoc, quod Simon non fecerat, fecit hæc mulier: ideo ait. *Hæc autem lachrymis rigauit pedes meos.* Quod tu aqua, quæ in promptu est, non fecisti, hæc lachrymis fecit suis: cum tamen lachrymæ ab interiori affectu procedentes multo difficilius summoque cum labore extorqueri soleant, in ea præsertim copia, vt lauandis pedibus sufficiant. Ex quo patet quanto intervallo in me honorando mulier ista te superauerit: siquidem tu nec aquam pedibus meis defatigatissimis dedisti, illa autem lachrymarum pro fluxu exhibuit. *Et capillis suis terxit.* Quo claret quantum nunc crinium suorum pristinum contemnat ornatum, quæ pedum sordes illis abstergere non dubitat: nõ obstante communi omnium sceminarum consuetudine in capillorum cultu & ornatu in primis gloriantium. *Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intraui non cessauit osculari pedes meos, oleo caput meum non unxit.* *hæc autem unguento pedes meos unxit.* Pluris mulier hæc fecit pedes meos, quam caput suum, maioremque habuit rationem pedum meorum, quam tu habuisti capitis mei. Nam tu caput meum ungere non curasti, hæc vero summa cum sollicitudine pedes unxit, cum tamen caput longe sit pedibus dignius. Expende autem quam gratus sit Dominus, qui non solum cultum sibi exhibitum laudat, verum etiam minimas circumstantias: vt magis exaggeret, quod eius causa facimus magisque in nobis laudandis immoretur. Eo etiam modo non contentus Dominus, quod summatim Magdalena prædicasset officia, sigillatim vniuscuiusque valorem & circumstantias, nulla excepta, explicare profectur. Ita fecit olim idem Dominus laudans Abraham sacrificium facientem: nihil enim prætermisit, de quo illum laudare posset. Non solum enim dixit, quia sacrificare Isaac voluisti, sed ait, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnico propter me. Nec contentus, filio, dicere, sed, vnico, dixit & tuo, quo maior Abraham laus euaderet. Obserua etiam Dominum ita accipere, tantaque beneuolentia admittere obsequia poenitentium, ac si gratis ei fierent & non ex debito, cum tamen nihil Deo præstare possimus, quod non iam multo antea debeamus, quemadmodum namque illum hominem præ omnibus hominibus gratissimum iudicaremus, qui pro iis, quæ sibi alias essent debita, non minus gratias ageret, quam si gratis acciperet: ita & potiori ratione Deum erga omnes beneuolentissimum dicere possumus, cuius eximus in nos amor neminem in donatum esse sinit, cum nihil illi præ-

stari possit, quod suum non sit. Hæc vero in hac muliere plane videre possumus. Obsequia enim, quæ præstare tenebatur non minorem apud Deum gratiam inierunt, quam si spontanea essent, non debita. Quod vel ex laudibus, quibus à Domino commendatur, quiuis diiudicare poterit. Præterea tanto odio profectur Deum inuidos, vt septuaginta iustos extollat causa inuidos plectendi. Quare, vt qui inueteratam dæmonis inuidiã nouerat, Iob coram illo iustitiam commendauit Deus. Sic etiam laudauit Moysen coram Aaron & Maria eius germanis: quia Moysis gloria inuidebant. In hunc ergo modum laudat hæc mulierem in presentia istius pharisæi, quem inuidissimum esse dominum procul dubio nouerat multo ante. O inuidissime, me adeo captum esse conuiuio, quod mihi præstitisti, vt tibi præter omnes obnoxius sim? falleris profecto. Hæc enim mulier me longe lauitius inuitauit. Tu namque ea mihi inuitato apposuisti, quæ terrena communia sunt etiam infimis hominibus: illa vero non protulit, non vulgaria mihi ministravit obsonia: sed quæ Angelis ipsis in usu sunt. Primum mentem mappis poenitentiae strauit, quibus panem cordis humiliati & contriti scilicet doloris cultello imposuit: lachrymas deinde eluxit, quibus pocula mihi suauissima miscuit: addidit præterea singultuum suspiriorumque harmoniam non vulgarem. Quare non est, cur in me inuitando, conuiuium tuum cum huius mulieris conuiuio contendere possit. *Propter quod dico tibi, remittuntur illi peccata multa, quoniam dilexit multum.* Concludit cum hoc argumentum. Verum difficultas hic non exigua consurgit ex verbis Domini. Et videtur Dominus non apte argumenti sui periodum conclusisse, imò contrarium probandi demonstrasse. Dixerat enim superius, cui plus dimittitur, plus diligit, & cui minus dimittitur, minus diligit, quibus verbis sane visus est ostendere dilectionem esse effectum, beneficii accepti, beneficii autem causam dilectionis. In cuius exemplum debitores adduxit, qui multum dilexerunt: quia remissa fuerunt illis debita multa. Nunc vero contra videtur in huius mulieris laude se habere: non enim dicit, dilexit multum, quoniam dimissa sunt ei debita multa, imò oppositum afferere videtur: nempe, quoniam dilexit multum, dimissa sunt ei peccata multa. Ad hanc difficultatem multi multis modis satisfacere conantes nõ satis videntur dubitationem tollere. Quare siquid ego (quæ ingenij mei imbecillitas est) dignum re tanta efferre possum, dixerim cõiunctionem illã, quoniam, hoc in loco non causam, sed effectum dicere. Vnde verba illa domini, dimittantur illi peccata multa, quoniam dilexit multum eandem vim habent, ac si dixisset. Dimittentur illi peccata multa, ideoque dilexit multum. Sic etiam sumitur in psalmo. 16. vbi regius psalter Deum alloquitur dicens. Ego clamaui: quoniam exaudiisti me. Nũquid ea de causa clamaui, quia exaudiuit illum Dominus: minime, sed potius è diuerso, ideo fuit exauditus, quia clamaui, prius enim clamaui, & postea exauditus est, quo in loco quoniam, sumitur pro, ideoque & sensus est. Ego clamaui, ideoque exaudiisti me. Similiter hic, quando dixit Dominus, dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum, idem est, ac si dixisset. Dimissa sunt

ei peccata multa, ideoque dilexit multum. In Græco etiam originali habetur (oti) quæ dictio significat quamobrem qua propter, vel ideoque. Sensus igitur est: Dimissa sunt ei peccata multa, quamobrem dilexit multum. Et iuxta hunc sensum (quem verum esse censeo) nulla manet difficultas, nec est aliqua ratio dubitandi, nam si ille cui plus dimittitur, plus diligit, quia huic mulieri dimissa sunt multa peccata, ideo dilexit multum. Itaque prius fuit dimissio peccatorum & postea secuta fuit dilectio, sicut in illorum debitorum exemplo patet, qui ea de causa dilexerunt, qui à debitis suis absoluti sunt. Igitur quia dimissa sunt ei peccata multa, sic Christum amore profecturata est, vt vna virgine matre excepta inter omnes mulieres summum dilectionis gradum meruerit. Huius autem amoris argumenta non raro, imò sæpenumero ostendit Magdalena, quæ omnia longum esset recensere. Primum namque igne amoris sui indicium tulit, quando primo resurrectionis dominicæ mane, accedentes ad sepulchrũ Petrus, & Ioannes abierunt, postmodum illa vero nusquam discessit, donec Dominum resurgentem à mortuis vidit, in quo illis fortunatior fuit, quoniam etiã in amore longe vehementior. In quo non minima digni consideratione puto huius beatissimæ mulieris amorẽ, non modo enim ausa est cum primariis Christi Apostolis in amando domino concertare, verũ etiam ipsos superare potuit. Ideoque in eius persona canit ecclesia. Recedentibus discipulis ego non recedebam, & amore illius succensa vestuabam desiderio. Secundo patet eius dilectio ex diligentia, quã impendebat in vnguentis ad Christum vnguentum præparandi. Nam quamquã Nicodemus Domini tumulator diligentissimus centum myrrhæ & aloes libras attulit, quibus satis superque vnguenti fuit, amor tamẽ Magdalena non eo contentus est, quin plus afferret. Tertio illum, quem hortulanum putabat, vocabat dominum dicens, domine, si tu sustulisti eum dicito mihi. Quis hortulanum Dominum vocaret? Habebat quidem animum tanto alienatũ amoris incẽdio, vt nec sciret cum quo loqueretur. Quare mirum non est si hominẽ tenuis fortunæ & conditionis, vt videbatur, tam honorifico compellet sermone, nihil enim ingens amor recusat, dummodo id quod cupit consequi possit. Quarto quantum Dominum amaret patefecit tum demum, quando dixit se corpus dominicum portaturam, quod cum impossibile fere esset, mulieri præsertim infirmæ, patet omnia hæc esse, quæ quasdam feruentissimas scintillas, quæ ab igneo cordis amore circumquaque spirabantur. Non timuit pharisæorum, aut principum sacerdotum indignationem, qui re audita illam statim capitali plecterent supplicio, quia vero amoris sicut nihil impossibile, nihil etiã formidandum videtur. Dixit ergo si tu sustulisti enim: quæ sanæ verba cū essent obscura, facillima putauit intellectu, non enim animaduertebat quid alij putarẽt: adeo in sua tota cogitatione immerfa rapiebatur. Sed de his iam sit satis, sequentia videamus. *Cui autem minus dimissur, minus diligit.* Nõ parua hic statim sese offert difficultas, Dicit aliquis Ergo, si cui minus dimittitur, minus diligit, è diuerso, cui plura dimissa sunt, magis diligit, & sic peccator, cui multa peccata dimisit Deus magis diligit, quam innocens, qui



Luc. 13.

qui nunquam peccauit, vel quam ille qui pauciora comisit, & per consequens latro qui pendit in cruce plus diligit Deum, quam Ioannes Baptista & Magdalena, quam virgo Maria mater Dei. Ad hanc tamen difficultatem breuiter responderi potest, amorem quo in aliquem afficimus multis modis posse considerari, variisque causis & respectibus procedere. Quod vel hoc exemplo perspicuum erit Chirurgum quidam. (Hæc enim pars medica præsentia tantum damna reparat ingruentia vero, non propulsa V. g. Chirurgus sua arte aliorum casus non impedit fractiones ossium, neruorum dissolutiones, vel luxationes membrorum, hoc enim officium est & obsequium patris vel curatoris, vel amici, aut etiam domini famulum plurimum diligentis) Sit ergo Chirurgus quidam qui hominem letali faucium vulnere mira sanauit arte, curauit etiam filium leuiter percussum in digito negotio facili postea utroque vulnerato contententibus, vter Chirurgum plus diligeret exurgit questio, aut extraneus: Ego magis Chirurgum meum amo, quam tu, quia à maiori multo quam tu, sum per illum infirmitate liberatus. Contendit altera ex parte filius. Et si tu ea de causa patrem meum diligas, ego tamen alias habeo multo plures, quibus illum amem, & quoniam genuit & educavit me, & etiam quia curauit. Hoc pacto Chirurgus hic in quantum Chirurgus plus amatur ab extraneo quam à filio, at verò in quantum pater plus amatur à filio, quam ab extraneo, verum quoniam amor paternus maior semper censeretur debet amore medicatiuo, alio longe amantiorem esse filium Chirurgi, quam extraneum. In hunc ergo modum Deum amare possumus peccatores, vt Chirurgum, innocentes vt patrem, & sic nihil sanctissimæ virginis aut Ioanni derogatur. Illa enim dilexit eum plusquam omnes vt dominum, & patrem, non vt Chirurgum aut iustificatorem, nihil enim peccauit innocētissima, pro quo curando Chirurgi indigeret. Baptista etiam dominum dilexit in quantum patrem & Dominum, & sic plusquam Magdalena, & latro, quoniam labis expers fuit peccati. Hæc autem de illis dici non possunt. Nam Magdalena ab innumeris letalibusque fancia peccatorum vulneribus medicina à Domino & salutem impetrauit, latro item in cruce pendens in extremo vite sue curriculo veniam omnium peccatorum suorum obtinuit. Quare multum quidem diligunt Dominum vt Chirurgum suum, verum non adeo vt conferri in dilectione cum virgine matre, aut Ioanne possint, qui cum præstantiores diligendi habeant causas, plus diligant, est necesse. Maria enim virgo multis à Deo, ab utero matris suæ dotibus ornata ad summum omnium mortalium amoris fastigium obligata mansit, ad quod tandem diuina cooperante gratia peruenit. Ioannes item in ventre matris sanctificatus ceteris omnibus hominibus in dilectione antestat, præter illam virginem inintemeratam. Ex dictis satis superque omnem dubitationis difficultatem sublatam esse intelligo, nec obstant verba illa, cui minus dimittitur minus diligit. Nam ea ratione verum habent, non tamè impediunt, quin aliquis alia de causa, quemuis amet multo ardentius, quam debitor creditorem suum, vt in exemplo superius posito & in virgine matre ac Ioanne modo probauimus, qui Deum, in qua-

tum patrem & Dominum amantes longe latro nem & Magdalenam superarunt, qui dominum vt Chirurgum amabant, minoribus causis, minorum effectum imponentes. Sed iam ad cõtextum. *Dixit autem ad illum, remittitur tibi peccata tua.* Vide Christi modestiam, qui cum ipse peccata dimittat, non inquit. Ego dimitto tibi peccata, sed dimittuntur tibi peccata tua. Omnia, inquam, peccata. Nam vt D. Augustinus ait in libro de penitentia: impium est à Deo expectare dimidiam veniam. Post multas lachrymas hoc audire meruit indulgentiæ verbum, at serenata est mens eius. Quemadmodum vbi vehemens imber prorupit fit serenitas, sic lachrymis effusus apparet tranquillitas animi, & perit caligo reatum. Vide autè iudicis clementiam in peccatores respicientem. Nihil enim moratur pharisæorum temeritatē, non auctoritatem extimescit eorum, qui omnibus erant admirationi, sed constanter pro peccatrice pronūciat: Dimittuntur tibi peccata tua. O miram Christi benignitatem & humanitatem. Discant principes & prælati Christiani, non ab arrogante pharisæo superbiam, sed ad humillimo Iesu modestiā & mansuetudinem, neu velint nimia acerbitate subditos perdere sicut Pharisæi miserum Iudæ. Vt enim qui vasa vitrea maculis contaminata mundare, & ad perfectum nitorem perducere volunt, non debent dure manus applicare, ne forte dum abstergunt, frigida manus impressione fragile conterant frictile, sic præfules, quibus subditos suos coinquinatos corrigere incumbit, summa ope niti debent, vt ea sese in corrigendo moderatione gerant, ne illis perniciem consentiant, dum eos ad puritatem animique pulchritudinē perducere conantur. Et quemadmodum inter illos, qui Chirurgicam exercent artem, ille peritior & experitior censetur, qui mollius manus vulneribus admouet, minimumque ægrotum mouet, ille verò habetur rudior atque agrestior, quo medicante, ægrotus exclamat dolore percitus, sic ille prælatus prudētior æstimandus est, qui potius lenitate, piaque moderatione infirmis subditorum animus medicamina salutaris exempli atque doctrinæ impertitur. Rursum (vt in eodē simili adhuc immorer) sicut Chirurgus membrum corruptum, & desperatum secturus non incandescit, vt hostem inuasurum, sed potius securo placidoque vultu, infirmam miseræ ægrotantis mentem peccat, timoremque illius, & suum prudenti quadam dissimulatione premit, ne perturbatio artem impediatur, maioremque dolorē pariat, sic prælatus amputanda subditorum suorum vitij sese gerat oportet, summa vtens moderatione & maturitate, ne dum vitiosam partem carpit, sanam conuellat piorum scilicet scandalo afficiens mansuetudinem & pietatem. Nihil enim est præstantius, nihil dignius præfulis dignitate, quā placabilitas & clementia, omnis enim castigatio contumelia vacare debet. Hec docet Christus in huius peccatricis susceptione, & in istis verbis dulcissimis, quibus eam alloquitur. Discant etiam non solum prælati, sed & omnes nos Dei iudicium vereri, & peccatorum nostrorum agere penitentiam discamus. Nam si hæc mulier sanctissima Magdalena ipsius Dei verbis qui fallere non poterat, certior de salute facta sua cum esset omnibus suis peccatis dimissis, & in gratiæ cõstituta gradu, nihilominus

minus tantum peccatorum suorum, magnitudinem timuit, vt victu habituque durissimo, quadraginta circiter annos, aquæ potu, & herbarum pastu se se in deserto continuit, acerrima penitentia perseverantia quid nos, miseri mortales peccatores facere expediret, quorum salus in ambiguo posita, nullo modo nos securos, & otiosos esse sinit? Illa Christo familiaris, Spiritu sancto illustrata, penitentia purificata, non quieuit, non destitit à præclara virtutis actione, nos per peccatum à Deo alieni, criminum labe infecti & iugo iniquitatis detriti, otiamur? o ingentem confidentiam, o audacem hominum stultitiam? Ne, quæso, miseri mortales, ne tãto rapiamini metis furore, vt quod fragilis, enervisque mulier ad perfectionem facere non dubitauit, vos ad salutem, & remediū animæque ipsius pretiosissimæ redemptionem, facere cunctemini, ne peioris conditionis simus, qui in hoc extremo mundi seculo nati sumus, quæ fuerunt illi, qui ad vineam colendam vespere conducti tantundem mercedis acceperunt, ac illi qui summum mane surrexerant. Sed de his alias. *Ei coeperunt qui simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Nunquid est Deus, cui soli proprium est dimittere peccata?* Ipse enim ait per Esaiam. Ego sum qui deleo omnes iniquitatis tuas. In libro quoque Iob habemus quis est, qui potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu, qui solus es? Sed illis respondeamus ex Danie. Danie, qui de Christo loquens ait. Ipse est sanctus sanctorum, per quem consummabitur præuaricatio, & sine in accipiet peccatum, & delebitur iniquitas. Veniat & alius testis, qui testimonium de Christo ferat, & audiamus Michæam. Ipse est Deus, cui non est similis, qui aufert iniquitatem, & transfert peccatum electorum suorum, & deponeat omnes iniquitates nostras, & proiciet in profundum omnia peccata nostra. Est etiã ille agnus Dei, qui tollit peccata mundi, qui nec peccatum fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Christus igitur in quantum Deus remittebat peccata auctoritative secundo vero naturam assumptam dimittebat peccata instrumentaliter, & etiã, vt causa meritoria. & ceterum Christus non respondit istis, sicut illis, qui similia murmurauerunt vt in capite quinto vidimus, quia sciebat illos deteriores futuros si responderet & confunderet eos. Quapropter dimittens illos, vertit sermonem suum ad mulierem, & sequitur in textu. *Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit.* Mirabile est, quod Christus iustificationem huius peccatricis fidei attribuit: præsertim cum antea dixerit dimissa fuisse illi peccata ex dilectione. Veruntamen vt hoc intelligamus: penitus est nobis hoc tractandum. Et quide beat. Iob huius vite, que iustificatio dicitur, respondet & assimilatur beatitudini celesti. Anima enim in celo fit beata, primum cum Deus ei vnitur per modum speciei: vnitur enim intimè leuando animam ad quoddam esse supernaturale & diuinum. Secundo infundit Deus animæ lumen gloriæ, quo illustratus intellectus Deum beata visione videt. Iam tertio anima Deum videns, cum summe amat. Quarto vero videns & amans in perfecta delectatione consistit. Ita enim in iustificatione impij contingit, primo vnitur Deus animæ per gratiam: secundo infundit ei lumen fidei: ter-

tio nascitur amor: & quarto de peccatis dolor. Et sicut beatitudo tribuitur visioni: ita & principium iustitiæ fidei, sic tamen vt fides esse absque iustificatione possit. Sic intelliges illud, quod Abacuc dicit, iustus ex fide viuunt, & Paulum dicentem, iustificati ex fide, & quod modo & in aliis locis Christus ait. Fides saluat peccatores & iustificat impios: vt principium id facere intellige. Quia enim fides est radix & fundamentum iustificationis impij, ideo dicitur saluare peccatores & iustificare impios: & eodem modo peccatricem Magdalenam saluam fecisse dicitur. Ipsa tamen sola non iustificat: nam ad iustificationem, si in genere loquamur, certum est necessariam esse iustificationem peccatoris, quæ per mandatorum obseruantiam fiet. Ideo crediderim Dauidem toties mandata iustificationes vocare. In particulari tamen cum fide est necessaria dilectio Dei super omnia & penitentia etiam formalis, aut virtualis, sicut est in martyre, aut in eo qui diligit Deum modo, quo iam diximus. Hæc omnia satis patet fuisse in beatissima Maria Magdalena. Laudauit autem Christum illam potius à fide: quia est radix & fundamentum vite spiritualis. Sed ad contextum. *Vade in pacem.* Sentiebat intus mulier fructum magnum ex præsentia Christi & propterea percepta veniam peccatorum & commendata eius fide non recedebat, nisi Dominus suauis præcepto discessum imperasset. Sed vae nobis qui adeo abhorremus à diuina conuersatione, vt vel nemine imperante, aut mouete statim discedamus, & à bonis operibus procul recedimus. In ipso enim orationis principio non secus defatigamur ad negotia redeuntis secularia, ac si vel diem vnum iugi preceatione sustinuissemus. Quam igitur esse putabimus causam, quare tanto rerum diuinarum, & Dei consuetudinis tædio afficiamur, vt vel nondum plene finitis precibus, concione, aut statim discedamus, nec benedictionem aut missionem vel facultatem abeundi expectemus? Equidè nihil aliud in causa esse puto nisi summa in iis, quæ ad salutem pertinent agendis, frigiditas. Si namque ea niterentur conatus nostri animi propensissimi deuotione & amore, qua Magdalena, non pigritarem vtique ad diuina, neque defatigaremur leuibus vel etiam grauibus pro salute laboribus. Vt enim populo Israel fructibus terrenis abundanti, interdictum fuit manna, celeste nutrimentum: ita iis, qui rebus sæcularibus supra modum præpediti tenentur negatur & merito diuina consolationes & gaudia. Obseruetiam quod in pace dixit vt vadat, & hoc consequenter postquam dixit, remittuntur tibi peccata tua. Nam vbi est remissio peccatorum à Dei gratia, ibi pax est, sed vbi peccatum manet, ibi non pax sed rixæ, & quæstiones multe sunt litigia iuxta illud Esaiæ. Non est pax impijs dicit Dominus. Vnde si recte animaduertimus, comperiemus procul dubio peccatum esse originem & principium omnium bellorum & malorum. Ex eo enim, quod homines pro libidine sua viuere volunt, oriuntur lites, contentiones, rapinæ aliis inuadentibus aliena, aliis vero sua pro virili tutantibus. Quin, si aliquando vel timor vel humana imbecillitas effrænes compescit animos, quo minus agere possint & affectus suos re præstare nihilominus tamen venenosam libidinem sub pectore seruant in tempus, si quod nacti

Abac. 3.  
Rom. 1.  
Rom. 5.

Psal. 118

Esai. 44.  
Iob. 14.

Dan. 9.

Mich. 7.

Ioan. 1.  
1. Pet. 2

Ios. 5.

Esai. 48.

*Esa. 57.* nacti fuerint idoneum, reponunt iuxta illud. Cor impij quasi mare feruens. Non est igitur pax neque inueniri potest nisi ubi Christus est ipso testante.

*Ioan. 16.* Hæc locutus sum vobis vt in me pacem habeatis.

*Psal. 118.* Vnde psalmista. Pax inquit multa diligentibus legem tuam. Et filius eius Salomon ait. Donū & pax est electis Dei. Quapropter videns Dominus, quātas calamitates & lites miseri mortales patiuntur: omnes ad se summam quietem & bonitatem vocat. Inuenietis, inquit, requiē animabus vestris.

*Matt. 11.* Ideoque post remissionē peccatorū, & non antea, dixit Dominus huic mulieri. Vade in pace. Hoc est vsque adhuc laborasti mille conscientie tuæ inquietationibus & cruciatibus: at modo iam placido esse potes animo: ideo vade in pace. Iacob interim dum Labā socero suo seruiuit, innumeris laboribus & ærumnis subiacuit: à quibus nulla vnamquam ratione id temporis se explicare potuit. At vero relicto Laban, postquam se in libertatē vindicauit, exercitus Angelorum obuios habuit, aliaque bona quam plurima nactus est. Sic igitur tu quamdiu secularium seruitus teneberis, plurimis afficeris in commodis à quo simul atque te euolueris & ad Dei tui cultū eduxeris visionibus Angelicis celestibusque consortiis perfrueris, &c.

*Gen. 30.* Expēde etiam quod quamuis Christus permisit libere abire, quo vellet, ne propterea in errorem incidas, credens nullam à nobis satisfactionē requiri. Ad quid confessores imponunt pœnitentibus ieiunia, orationes, afflictiones, & cætera o-

pera pœnalia? Impia hæc vox est. Respondes breuiter. Satisfactio duplex est. Altera redemptionis & satisfactionis, & hæc solius est Christi, qui redemit nos, & lauit nos in sanguine suo. Alia est satisfactio vindicationis & emendationis & illa est nostra. Quia homo per pœnitentiam, crucifigens veterem hominem destruit corpus peccati, ne vltra seruiat peccato: vt sicut membris suis corporeis, & animæ suę vitibus abusus est ad peccatum, & Dei offensam, sic vtatur eis ad Dei gloriam. Et hoc modo tota vita nostra pœnitentia esse debet, & satisfactio vindicationis, & emendationis. Præterea, Magdalena à culpa, & à pœna, virtute contritionis, quæ in illa fuit maxima, libera erat: ideoque non aliam illi Christum imposuit pœnitentiam. Sed sacerdotes, qui virtute clauium absolunt vult pœnitentes à culpa, quia ad huc manet pœna temporalis exigenda hic vel in purgatorio: pœnitentias id est, hæc opera pœnalia iniungunt, vt fatis faciant Deo hic in hac vita, ne exoluant pœnas in alia, Deus optimus & maximus, præstabilis super omnem malitiam concedat nobis ita in hac vita veram & condignam facere nostrorum peccatorum: pœnitentiam, vt absoluti à corpore mortis huius, statim inter sanctos videre mereamur in æterna illa beatitudine Dominum Iesum Christum Saluatorem sæculorum ipsum regem Angelorum: qui cum patre & Spiritu sancto viuunt & regnant in sæcula sæculorum: Amen.

CAPVT VIII.

*Exod. 25. & 26.*



**N**T ER alia multa quæ in veteri lege locutus est Dominus Moyse hoc vnum fuit, vt omnia faceret secundū exemplar, quod illi fuerat monstratum in monte. In lege etiam gratiæ exemplar, quod Dominus nobis dedit, ad quod rescipientes nullo modo errare possumus, fuit ille, qui errare nullatenus potest. Ipse enim Dominus noster Iesus Christus positus fuit in signum, cui qui contradixerit peribit: qui autem secutus fuerit & acceperit Christum pro regula, errare nō poterit, siquidem omnis Christi actio nostra est instructio. Hac de causa omnia eius gesta & verba oportet inspicere & memoriæ commendare & sequi operibus & vita. Nullum equidem opus fecit, in quo aliquid nō astrueret, nihil enim superfluum, nihilque quod mysterio careat euangelistæ scripserunt. Igitur postquam supra posuerat instructionem communem discipulorum, nunc docet, ne pigri sint ad docendum: sed opere & exemplo insinuat circuire loca, castella & ciuitates euangelizans verbum Dei, exemplo suo assiduum docens prædicationem. Ideo ait euangelista noster Lucas. *Et factum est deinceps & ipse iter faciebat per ciuitates & castella predicans & euangelizans verbū Dei.* Circuibat Iesus ciuitates & oppidula, quæ nos (alideas) vocamus, quoniam maioribus & minoribus sine alicuius personæ acceptione prædicabat, iuxta illud sapientis. Quoniam pusillum & magnum ipse fecit & equaliter illi cura est de omnibus. Docet prælatos & prædicatores discurrere, non solum per loca magna, sed etiam parua villagia euange-

lizantes. Sed nunc iam non querunt ex ipsis loca paruula & despecta pauperum agricolarum mansiones, sed amplissimas vrbes colunt, ubi affatim vino lautissimisque abundet dapibus & delitiose (ne dicam luxuriose) viuunt. Quin & non pauci aulas principum frequentant, non ea gratia vt obsecrans aulicorū mores corrigan: sed vt fauorem principum, & gratiā venentur, qua vel ad episcopatum vel aliā maximā perueniant dignitatem, quā tam vitiosis me diis quaesierunt & pauperes aratores interea inopia euangelicæ doctrinæ pereunt: non habentes hominem, à quo possint ad aquam Spiritus sancti gratiæ perducī: non aliter quam si Christus pro illis, sicut pro aliis sanguinem suum pretiosissimum non sudisset. Hec autem omnia ex hoc oriuntur malo, quia huiusmodi cōcionatores, non animarum salutem, aut ecclesiæ Christianæ æmolumētū querunt: sed suę præter omnia utilitati & gloriæ indulgent. Ideo non est mirum si aulas principum tantummodo frequentent. At Christus Dominus nō solum magnos principes, sed etiam paruulos rete prædicationis suæ capere cupiens, non solum Hierosolymitas & potentes ciuitatum homines, quin etiam per rura discurrens infirmos quosque pauperimosque aratores prædicatione sua ad salutem vocabat. Sed quid prædicabat? Regnum Dei. Non enim fabellis poetarū enarrandis operam dabat, sed ea tantummodo quæ salutis sunt prædicabat. Vnde princeps Apostolorum Petrus inquit, Non indoctas fabulas secuti notā facimus vobis Domini nostri Iesu Christi, &c. Et sanctissimus Iob, Nūquid Deus indiget

*Sap. 6.*

uestro. mendatio, vt pro illo loquamini dolos? Verum tempus iam venit, quod diuus Paulus prædixerat dicens. Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad desideria sua coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Quod vsque adeo nostra hæc tempestate miserissima increbescit, vt non modo populus, sed etiam ipsi doctores in utilia magis quam ea, quæ ad salutem conducunt, ament: in quo audientium libidini assentiant, suæ etiā voluptati non refragantur, diuini sermonis iacturā parupendentes. Et duodecim cum illo. Suo exemplo ad prædicandum prouocat, iuxta illud, quod in Deuteronomio habetur. Sicut aquila prouocās pullos suos ad volandum & super illos volitans. Hi duodecim continuo Christo Domino assistebant, alij autem modo aderant, modo aberant. Non solum autem Apostoli, quin & deuotus sexus scemineus Dominum sequebatur: quapropter sequitur in contextu. *Et Mulieres aliqua, quæ erant curate à spiritibus malignis & infirmitatibus.* Sexus scemineus religiosior est multo quam virilis: quoniam scemine mollioris, dociliorisque ingenij sunt. Hoc autem harum mulierum exēplo perspiciunt nobis est: quæ cum essent non tenui, imo amplissima fortuna & conditione viuendi præditæ, non dubitarunt, religionis vi impulsæ, omnia Christi causa relinquere, nō secus sui suorumque oblitæ, quam si paupertate summa premerentur. Quod autem diuites fuerint, patet, quia ministrabant de facultatibus suis & peregrinationē susceperunt. Quæ in re sapientissima se habuerunt. Nam quemadmodū ille infirmus sapit, qui curatus morboque profligato, medicum tamen suum eo vsque tenet, quousque omnē morbi suspensionem euaserit: ita & multo potius sapiens ille censēbitur, qui dum in morbo huius vitæ hospitio dueratur, nō permittit Dominum longius abire, qui non solum infirmitatis medicus, verum etiam sanitatis conseruator est. Propter quod & merito dicebat Martha Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus, tu enim es conseruator salutis & vitæ. Dicuntur autem curatæ ab infirmitatibus, & ab spiritibus malignis, vt & corporalis & spiritalis sanitas illis præstita fuisse indicetur. Quæ piissimā harum mulierum gratitudinē miremur, cuius ne memores simus, pro tantis à Deo beneficiis acceptis, nullū incommodū, nullū impedimentum seculare impedire debet. Non ignorant in hoc diuina voluntatē ille generis humani reparator Noe qui coetæta aquarū alluione, egressus de arca sua è vestigio ibruit altare, Deoque vir gratissimus obtulit sacrificium. Idem quoque fecit patriarcha Abraham cadens pronus in faciem coram Deo, & gratias agens illi: eo quod Dominum pollicentem audierat, semē eius fore multo arena maris numerosius. Quod si in re tā graui humilium similitudine vt nō dedignamur, equidem non solum munera, quæ inter homines vltro, citroque mittuntur, sed etiā beneficia, quæ à Domino in nos conferuntur pile lusorie simillima inuenio. Nam sicut ille, qui in pile ludō iactanti è regione respondet, strenue rem suā agit, si ea agilitate & modo corpus libret, vt omnē iactum excipiat, pileque, anteaquam terrā tangat, retorquet

*1 Tim. 4*

*1 Pet. 1. Gala. 5*

*1 Pet. 2*

*1 Pet. 11*

*Gen. 8*

*Gen. 17*

*2 Pet. 1*

*1 Pet. 11*

in tortorem suam, ita & multo pulchrius celestis lusor, qui à Deo celerissima explicit beneficia, diuinæ palestra gloria dignus censēbitur, si totius corporis vi & animi gratiam rependat diuinis beneficiis, priuquam obliuionis puluere sedentur. Hoc fecit ille leprosus, quem infra noster Lucas ait venisse ad Christum & gratias egisse. Idē focus Petri, quæ à febre liberata, & in pristinam incolumitatem restituta, surgēs ministrabat Christo Saluatori suo. Hanc vero beneficiorum memoriā & gratitudinem commendauit Dominus Israelitis cum dixit. Memētote diei huius, quo eduxi vos de terra Aegypti. Quod si altius sacra omnia in hanc rem rimari velimus, nullā aliam ob causam eque primariā inueniemus festiuitates fuisse stabilitas, nisi, vt in huiusmodi diebus, memoria aut eximie alicuius hominis sanctitatis, aut præclari à Deo præstiti beneficij recoleretur. Hac etiam de causa manna in posteritate seruabatur, vt nouissent minores, maiorū suorū panē, quo aliti sunt à Deo in deserto, & grati essent Domino. Sed eo videretur processit hoc tēpore hominum peruersitas, vt nemo sit beneficij accepti nō immemor, præsertim si benefactorē inmutata fortuna pressum vidēt, tūc enim, uec de facie, vt aiunt, agnoscunt. Quamobrè summopere commendandi sunt, qui hinc nihilo magis præpediti, nostris temporibus beneficii sunt erga proximos suos. Cū enim ab hominibus raro aut nunquam gratiā spernerēt, restat omnia, quæ faciunt, diuina motos pietate facere, quæ in re vni Deo gratificari contendunt. Vnde virtutis studiosos omni contentione hortari non desistam, vt ab iniquitate hominum ansam sibi commodandi sumant. Nam quotiescunque gratiam nobis ab hominibus repensum iri credimus, quæ nostra fragilitas est, hominū causa, & non Dei, multa facimus, at cessante mortali gratia, quis nisi mentis inops, immortalem non querat, quæ vel illa stante fuisset preferenda? Quid quod & vtraque seruare erga homines & erga Deum & gratiam, simul & facilius & melius est? Verum paucos Dauidi similes inuenies, qui Salomoni filio suo imperant, vt mēsa suæ admitteret filios Berezalai, à quo Absalonem fugiens in deserto benigne susceptus fuerat. Eodem etiam modo Miphibosech filium Ionathæ conuiuiam fecit suam, memor auicitiæ, quam cum patre inierat. Sic etiam Laban gratus fuit seruo Abraham. Nam videns iocalia, inaures, videlicet, & armillas, quæ seruus Abraham dederat Rebecca sorori suæ, venit ad illum & dixit ei. Ingredere benedictē Domini, & cū hospitio multa accepit humanitate. In hunc item modum Ietro sacerdos Madiam gratus fuit Moyse, quoniam filias suas defendisset. Vnde fecit eum vocari vt comederet, & dedit illi filiam suam in vxorem. Nec minus Iosue sollicitus fuit, ne Raab meretrix, quæ nuntios suos absconderat, ruente ciuitate periret. Quin & Saul destitutus Amalech Cinas cuiam pepercit, eo quod bene se habuerat cum filiis Israel. Dauid quoque misit ad viros Iabes Galaad & gratias egit eis, eo quod sepelierant corpus Saulis & filiorū eius. Denique Helias gratum se præstint vidua a qua alebatur, & filium eius mortuum suscitauit, & eodem modo Eliseus. Sed procedamus. Nominat Euangelista aliquas mulieres ex his quæ Christum sequebatur, dicens.

*Luc. 17. Luc. 4.*

*Exod. 12.*

*Exod. 16*

*3. Reg. 2. 2. Reg. 19 2. Reg. 9.*

*Gen. 24. Exod. 20.*

*Iosue. 6.*

*1. Reg. 15. 2. Reg. 2.*

*3. Reg. 18.*

*4. Reg. 4.*

*Maria,*

**Mat. 16.** Maria quae vocatur Magdalena, de qua septem daemonia exierant. Marcus etiam ait, Christum prius Mariae Magdalene apparuisse de qua septem daemonia eiecerat. An vero iuxta litteram hoc sit verum, non inuenitur, sed exponitur a diuo Gregorio & ab aliis, de peccatis, quia Maria Magdalena plena vitorum fuit. Haec enim postquam Christus ei remissit omnia peccata continens factus & vana mundi, quibus antea seruiebat, Christum sequuta est, & facta eius fidelissima discipula & comes. Semper a bono in melius profecit, neque ad pristinam mundi conuersationem reuerfa est. ¶ Discamus huius mulieris exemplo non tantum peccata relinquere, sed etiam opera bona exequi, & in his bonis actibus perseverare. Non enim satis est, vt vitam pristinam peccatorum plenam relinquas, sed oportet vt post lamenta, Christi vestigia sequaris. Fuge igitur huius exemplo non tantum peccata sed occasiones etiam peccandi, relinquens domum propriam, cognatos, patriam, te ipsum denique, vt Christum sequaris. Haec sancta mulier non solum praeteritam vitam planxit, sed Christum etiam secuta est, vereque copuncta, omnia sua deseruit, neque amplius ad vomitum peccati reuerfa est. Ita & nos facere debemus huius constantissime mulieris exemplo, vt postquam semel nos a peccatorum laqueis explicauerimus, cum deinceps vite modum instituamus, vt non peccata solummodo, verum & peccandi offendicula vitemus. Nihil enim minoris aestimat daemon, quam illius peccatoris conuersionem, qui peccatum odit, peccandi vero occasiones non fugit. Quoniam nec peccatum vitari, neque virtutem retineri, non sublata peccandi ansa, vilo modo possunt. Sic Pharaon rex Aegypti populo Dei dicebat. Ite, & sacrificare Deo vestro in terra hac. Ita & daemon nobis interdum ad virtutem est author eo tamen modo, vt vel superbiore in criminibus, vel securiores in poenitendo efficiamur. Hac ratione quoties fateris retenta concubina, quoties alea detestaris, arma tamen ludendi seruas, quotiesque quoduis bonum opus exequeris, peccandi non sublata ruina, non modo daemone non molestia, quin etiam summa afficit voluptate. Nouit namque, quem admodum in morbis accidit, reincidentem infirmum periculosius multo laborare, sic in peccatis relabentem longe grauiori periclitari spiritualis salutis iactura. Haec igitur de causa Pharaon populum Israel longius sacrificandi causa abire non sinebat, vt posset quoties vellet, illum in solita redigere seruitute, & daemon etiam alumnos suos eo vsque in virtute procedere patitur, vnde illos reuocare, cum voluerit, facile possit. Discamus ergo ab hac muliere, ita radicitus vitia extirpare, inimici que ditionem ita infringere, vt peccata & omnia peccatorum semina extinguamus. ¶ Obseruandum hic etiam est ne minem Christum perfecte aut sequi aut amare posse, quin prius a se daemone iecerit. Haec de causa euangelista noster prius dixit fuisse septem daemonia eiecta ab anima huius mulieris, quo facto addidit, Christum deinceps fuisse secuta. In quo docemur ad Christum imitationem oportere prius omnibus secularibus oblectamentis, affectu saltem renunciare. Vnde mira fuisse Samaritanorum stultitia conuincitur, qui vt in quarto Regum volumine legitur Deum colebant, idolis suis seruientes. Contra quos stat sententia. Nemo potest duobus

Dominus seruire. Quapropter manifestum est, qui Deum colere intendit, prius omnibus vitis renuntiare oportere, vt sic deum libero possit animo caelestibus inuigilare negotiis. Videamus etiam quae erant aliae quae Christum simul cum Magdalena sequebantur. Ait enim euangelista. Et Ioanna uxor eius procuratoris Herodis, & Susanna & aliae multae. Multae inquit, sequebantur, cum his tribus, quas tantum nominauit, vt primarias. Saepem enim in scriptura in re minus insigni, insignior intelligi solet. In Genesi namque dicitur. Recordatus est Dominus Noe & omnium animalium. In Noe intelligit uxorem eius, & filios cum vxoribus suis. In eodem praeterea libro Simeonem & Leui Sichimitas interfecisse habetur, cum aliam multam familiarium & fratrum turbam adduxerint. Et in Ezechiele legimus. Haec dicit Dominus montibus & collibus, rupibus & vallibus. Et subdit. Disperda excelsum vestrum, omittens colles. In Ruth libro quoque duodecim tribus a Rachel & Lia descendere dicitur, praetermissis ancillis a quibus etiam originem ducebant. Sic in presenti nomine istarum trium aliae etiam, quae Christum sequebantur, intelliguntur. Quae etiam ratione insigniores nominas Euangelista Mariae Magdalene prius mentionem fecit, a qua septem daemonia Dominus eiecerat. Quonia quamuis prius peccatrix fuerat celebrior tamen, principalior & sanctior fuit, quare primo nominari meruit. De aliis duabus non dixit daemonia eiecta fuisse, nisi tantum de Magdalena. In quo quantum possit gratia & bonitas diuina, res est protecto cogitatu dignissima. Nam tantum opere & studij impendit haec mulier in Dei cultum, vt quae antea cum vilissimis peccatoribus numerabatur postea castissimis & sanctissimis matronis praeretur. Commendat locus hic Dei bonitatem & clementiam, qui peccatores vere poenitentes vsque adeo extollit. Quare bono animo simus, quicumque peccatorum pondere premimur, diuina fieti misericordia, ad quam si contrito & humiliato corde confugiamus, impetramus proculdubio, vt sicut modo cum extremis peccatoribus caligamus, aliquando cum primariis electis Dei splendeamus. Quia non est manus domini abbreviata. Quod vnum summe te commouere deberet cogitantem quae soleat Dominus humanitate suscipere illos qui vere conuertuntur. ¶ Expende etiam non sine magno mysterio Euangelistae descriptio Ioannem coniugatam sceminam, Domini esse sequacem, vtique non in hoc inuitum fuisse coniugis animu inuuit, sed potius communem in Christo cultum, & foeminae, & viri consensum indicat. Ad hoc enim venit Dominus, non vt coniungia dirimerentur, sed vt qui carneo tantum modo vinculo coniuncti videbantur, spirituali non modo matrimonij lege, verum & virtutis nexu, constringerentur. Porro haec sanctissimae foeminae sequebantur Christum, non tantum verbo, sed opere, & debito obsequio. Quare sequitur in contextu. Quae ministrabant ei de facultatibus suis. Quia Dominus & eius discipuli doctrinae euangelicae inuigilantes parum de temporalibus curabant, ideo haec mulieres illis temporalia ministrabant, suae paupertatis rationem habentes. Propter hoc ad Corinthios Apostolus ait. Ordinant Dominus his, qui euangelium annuntiant, de euangelio viuere. Et iterum. Si nos vobis spiritualia

seminamus, magnum est si vestra carnalia metamus? Ideo Dominus discipulis suis dixit, mittens illos ad praedicandum. Edentes, & bibentes quae apud illos sunt, dignus est enim operarius mercede sua. Sed iam nunc reges & principes maluit facultates suas in scurras, hominesque ridiculos & vitiosos infumere, quam in sacros euangelij praedicatores. Mundus plus mendacium, quam veritatem diligit. Quod malum tolerabilius aliquanto mihi videretur, si apud seculares homines tantum fieret. Sed eo peruasitiam luxuria & proteruitas mortalium, vt quod in aulis regum vix ferendi reputabatur, passim apud episcopos & prelatos reperimus. Qui perfricta fronte, non minus securi discumbentes cum cognatis & secularibus hominibus audiunt non modo ludicra, verum etiam impudica & inhonesta, quam si sacri alicuius libri lectionem audirent. Vnde fit, vt perperam consumptis amplissimis redditibus, non habeant quo religiosis & literatis sacerdotibus possint subuenire. Qui cum moribus & eruditione dignissimi sint, episcoporum suorum negligentia, vix vnaquam etiam tenue sacerdotium consequuntur. Sed de iis satis. Ad rem ergo deueniendo, ingens non solum mulierum, sed & virorum Christianum sequebatur multitudo, nouam Domini doctrinam & miracula demitans. Ideo sequitur in littera. Cum autem turba plurima conueneret, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem. In eo, quod multa turba conueniebat, impletum esse cernimus illud Esaiam. Et fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi & dicent. Venite ascendamus in montem Domini & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus, &c. Turba autem sequebatur Christum, non principes, aut magnates. Ii enim alia amant, & in aliis occupantur: nempe in rebus terrenis, honoribus & deliciis. Inspida est istis Christi doctrina. Quapropter raro sacris inter sunt concionibus, meridiano & eo breuiter recitato sacrificio contenti: quoniam mollitia sua ad omnia diuina torpent. Ideo Paulus ait. Non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, &c. Et in Ioanne etiam quidam dixerunt. Nunquid aliquis ex principibus credit in ipsum, sed turba haec maledicta, quae ignorat legem? Expende autem & vide quomodo boni ad bonum conueniunt. Nam omnes ij, quanquam a diuersis oppidis & locis venerant, concordiam tamen sententia ad sequendum Christum vsi sunt: quod in malis secus cernimus. Illi enim siquid facere praesumunt mutuo se impedire solent: quales fuerunt illi, qui turrim Babel aedificabant. Sic etiam quoties vel de honore aut dignitate aliqua contendunt, qua superbia, quae inuidia pugnent inter se, quis non videt? At multo aliter ij fecerunt, qui cum se nunquam nouissent, proterius socij facti sunt, & in vnum consensum adunati, vt verbum diuinum audirent. Vnde hoc propheta Esaias dixit. Habitat lupus cum agno & pardus cum haedo accubabit: vitulus & leo & ouis simul morabuntur. Et subdit. Quia repleta est terra doctrina Domini. Ad Christi praedicationem & doctrinam de diuersis ciuitatibus conueniunt, & replentur scientia Domini. Sic etiam in arca Gene. 7. Noe erant animalia diuersi generis. Praeterea, vbi

est concordia fratrum & caritas & pax: ibi facit fructum verbum Dei. Vos autem ad lites & contentiones properabatis: vt Esaias inquit, &c. Porro in parabolis & similitudinibus loquebatur Christus, iuxta illud psalmi. Aperiam os meum in parabolis, loquar propositiones ab initio. Est autem parabola rerum dissimilium genere sub aliqua similitudine facta comparatio. Non enim est sensus parabolae ille, quem verba primo significant, sed qui per res significatas nobis insinuat. Sicut in libro Iudicum dicitur quod ierunt ligna, vt vngerent super se regem. Clarum est, quod illud non de lignis, sed de hominibus per ligna significatis intelligitur. His similitudinibus utebatur Christus in concionando propter duo. Primo vt memoriae hominum doctrinam suam infigeret. Nam sicut stomacho virtute, quam retentiuam vocant, maxime opus est, vt susceptum conseruet & foueat nutrimentum, donec per totum corpus effundatur: sic animae incumbit non esse diuinorum oblitam documentorum, vt in virtute progrediatur. Aliter enim quid prodest multa auduisse, si non firmiorem in memoria mansionem faciunt, ac si nunquam audita fuissent? Gemmae solent, ne amittantur, filo mandari: sic diuina verba terrenis rebus & similitudinibus quasi annexuntur, ne a memoria dilabuntur. Igitur Christus similitudinibus utebatur, vt penitus in auditorum mentibus documenta sua locaret. Dominus enim, qui optime nouerat omnino ad salutem consequendam necessariam esse diuinorum documentorum recordationem, parabolis utebatur: quoniam illae humano ingenio in primis quadrate solent, vnde voluptate audiendi adiuuante fore non dubitauit, vt homines inulto essent magis doctrinae suae isto modo memores. Hominem videbis aetate confectum, memorantem, se ab hinc quadraginta annis concione quadam pulcherrimam notasse similitudinem hanc vel illam, cum verisimile sit multa sublimius fuisse ex sacra theologia denarrata: sed quia parabola in primis haerent hominum mentibus, omnibus aliis elapsis, illius rei duntaxat meminit, quae vehementius voluptatum mouit. Qua de causa Dominus noster prudentissimus & sapientissimus rerum omnium cognitor, parabolis doctrinam suam annexuit, vt tenacius haerent. ¶ Secundo utebatur similitudinibus, vt ea, quae dicebat clariora auditoribus forent. Quoniam illa, quae altiora sunt, & ab vsu quotidiano remotiora, similitudinibus, praesertim a rebus terrenis desumptis, maxime explicantur: quia proceditur a notioribus ad minus nota. Quo etiam modo explicandi quotquot docent, vt solent: si enim in locum obscuriorem incidunt, adducta comparatione illum solent exponere. Quamobrem Christus Dominus, qui summe ab omnibus doctrinam suam intelligi optabat, vt facilius perciperetur, ne forte offensus rerum inuolucris & obscuritate auditores ab audiendo deterreuerent, frequentissime in omni euangelio parabolis utitur. Sed dicet aliquis. Contra hanc assertionem proculdubio fecit illud, quod redemptor noster Apostolis suis inferius dixit: vobis datum est nosse mysterium regni Dei, caeteris autem in parabolis: vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Si igitur in parabola

Reg. 17. Mat. 6.

Gen. 8.

Gen. 34.

Ex. 6.

Ruth. 4.

Esai. 1.

Esai. 59.

Gen. 11.

1. Cor. 9.

Ibidem.

Luc. 10.

Esai. 5.

Psal. 77.

Indi. 9.

Leg. Chry. ho. 4. s. in Mat.

Leg. Aug. 2. de doct. Christi. cap. 6.

B b lis ser.



lis sermo ceteris obscurior reddebatur, ne quicquam contendimus parabolas ad rei explicationem cōtendere. Breuiter tamen, & facile potest respondere. Omnis sermo obscurus similitudine redditur facilior: quoniam ignotum per notius datur: veruntamen quod tuncque, vel ex rei natura, vel ex auditorum incuria atque imperitia parabola obscura est, tum demum non modo dictorum sensus aperitur, sed potius magis obstruitur. Similitudines igitur à Christo Domino adductæ non ex rei natura erant obscuræ, aliter enim, nulla esset maior ratio, quare melius ab Apostolis, quam à ceteris perciperentur: ceterum quia plerique omnes magis animo cauillandi & incusandi quæcūque dixisset, aderant, quam vt sibi imitanda proponerent: ideo non intelligebant, quia non intelligere parui intererat. Non ita Apostolis euenit: erant enim non modo audiendo attentissimi, quin etiam ad agendum paratissimi. Manet igitur hinc ea sententia constans, Christum maioris claritatis gratia cōparationibus vsūm fuisse: quod si ab aliquibus minus intelligebantur, illud fuit, quia non animo aderant audiendi. Ex hoc carpuntur illi, qui præclare se munere suo fungi putant, si in prædicatione & doctrina sua sublimes se gerūt, ea dicentes, quæ à nemine, nisi à doctissimis quibusque intelligantur: quasi prædicatio non ad exponendam doctrinam euangelicam apud simplices & rudes, sed ad ostentandum ingenium coram doctis, instituta fuerit, dicente Paulo, se tam sapientibus, quam insipientibus esse debitorem. Hi autem autumant indecorum esse authoritati sue, si eo sermone verba faciant quo quilibet de plebe loqueretur: nec animaduertunt non puduisse diuinum verbum, verbis humilibus in hominū utilitatem cōdicionari. Quid dicam de diuo Paulo, cuius in omnibus sanctissimis scriptis humilitas sermonis cum pietate certare videtur? Nec dubitat dicere se nihil scire nisi Christum Dominum crucifixum. Ideo ergo Christus doctrinam suam, tam planis & perspicuis similitudinibus proposuit: ne quis sermonis difficultatem suæ inertia prætexere posset. Sic loqui voluit, vt eum non modo docti, verū & simplices & plebei intelligerent: & vt non solum in te. n. p. o. ex libris, sed etiam in ipsis quotidianis actionibus & laboribus nostris pietatē & religionem disceremus. Atque hoc Christus tam euidenter in hac parabola proposuit, vt vel manu contrectari possit. Proponit ergo hanc similitudinem. Exiit qui seminare semen suum. Quæ admodum in bello tuba animos excitat, timidos conseruat: ita doctrina euangelica aliis ad edificationem aliis vero ad ruinā inculcatur. Quamquam enim multi eodem gestu & modo sacris inter sint concionibus: tamen diuersa ingenia varia comitantur opinione: & voluptates. Quæ de causa multos in fisione facta videmus sicut prius fringere, alios iocari, nonnullos maledicere & murmurare: paucos (quod dolendū est) iustificatos discedere. In hunc propè modum prædicante Christo domino turba frequens aderat, pars causa leuitatis cuiusdam & nouitatis, pars calumniæ & odij, nonnulli, vt audirent & custodirent verbū domini. Quod cum vidisset Dominus, vt aptum pro auditorum qualitate & differentia exordium sumeret, parabola proposuit, quam egregiè explicauit,

nihil omnino proficere animo non bene subactō & præparato millia multa præceptorum inculcare: quippe quæ nondum percepta statim elabentur. Similitudo autem non solum sapientissimum arguit sensu suo authorem, verum etiam aptitudine & vsu ipso rerum omnium humanarū peritissimum. Sed quid potuisset latere illum, à quo omnia illustrata sunt? Parabola ergo est hæc. Exiit seminatore seminare semen suū, &c. Agricola verbi diuini doctor est, semen doctrina euangelica: quæ variis ab auditoribus animis excipitur. Multi enim audiunt: sed alij tationum itineribus peruij trās eunte diabolo, semen doctrinæ amittunt: alij libidinibus dediti, ea, quæ Dei sunt in animo suo, amore terrenorum opprimunt: alij superbia & seuitia duri monita cælestia germinare non sinunt aut radices agere. Pauci sunt suauioris & prudentioris ingenij, in quibus diuinum semen inualef. cens radicatur & fructum fert centuplū. Sed de his sigillatim suo loco dicemus: hæc tantum ad summariam parabola expositionem dicta sufficiant. Et dum seminaret, aliud cecidit secum viam, & conculcatum est. Solent enim viatores, tempore præsertim hyberno, ne cænosā via impediatur ingressus, marginibus agrorum scādere, vt tenacibus suffulti cespitibus & puluere adhuc terra firmius incedant, quo grana receas proiecta reteguntur. Et volucres cæli comederunt illud. Quid mirum, quæ etiam latentia vnguibz rostroque expiscari solēt, si in propatulo prostrata, collegerint grana. Hæc autem volucres (vt nos inferius suo loco dicemus: nunc enim ad alia se sinat oratio) Domino explicante, dæmones sunt: qui assiduo cogitationum nostrarum secretiora rimantur. Nunc sequitur. Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem. Aruisse mirū non est, quia sine humore vitæ non potuit. Sed qua ratione in petra dura & sicca natum est? Non eadē ratio est. Nam semen proiectum sub dio quocūque corpore participet, calore & humore proportionaliter se habentibus facile germinat primam vitæ suæ gemmam, quam statim demittit nisi aliunde fortiori nutrimento adiuetur. Ideo dixit natū aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Quoniam experti sumus, gramina viliora, si vberem nanciscantur fundū, multo validius sese tollere, quam ea quæ homines multo labore confecerunt. Sed dubium est: si bonum in agendo potentius est quàm malum, semē potius debuisset suffocare spinas, quàm è conuerso. At tamen non est eadem ratio. Quoniam in anima illa suffocatio non causatur ex impotentia boni agentis contra malum, sed ex malitia voluntatis, quæ bonū semē diuini verbi reicit atque spinas se subiicit. Verum iuxta illud, quod litera sonat, dimittendo significationem parabola vsque in posterum. Postquam terra propter preuaricationem Adæ maledicta fuit à Deo, natura sua, & spōte spinas, & carduos profert nemine seminante. Aliæ tamen & triticū & vinum cæteraque hominum alimenta, quæ nisi multum, diuque subigantur, & foueantur, in casum sulcis mandabuntur. Quod non ita, vt diximus, in illis plantis euenit, quæ inutiliores hominum sunt vsui, quia execrata à crimine primi hominis, tellus effecta est vera, & vterina parens erga mala

Rom. 1.  
1. Cor. 1.

Sicut enim...

Demone...

Genes...

ga mala germina, nouerca autem & difficilis ad mitiora & meliora suscipienda semina. Quare mirum non est, si illa sponte sua producat, hæc non nisi mille modis sollicitata ferat. Et aliud cecidit in terram bonam & ortum fecit fructum centuplum. Formidanda sanè & non paruipendenda res est, quam nobis præsens præ se fert à Domino proposta similitudo. Nam si ex illis omnibus, qui Christum concionantem audierunt, quarta pars tantummodo fructum fecit & seruata est: quam paucos putabimus fore saluandos? Quod è vtinā nobis non eueniat, vt in illo magno perditorum grege numeremur. Sed profecto non minus mirandum, quàm dolendum est, de tot sacrarum concionum frequentatoribus, tam exiguum electorum numerum superesse: quasi non omnibus ex quo fuerit diuina exhibita doctrina. Hæc dicēs clamabat. Qui habet aures audiendi audiat. Clamor & vociferatio quemadmodum in illis, qui animo parum valent, dementiæ signum est: ita in sapientibus magnū aliquid potendunt. Ergo Christō sapientium in sapientissimo clamāte, summum est, quod agitur mysterium. Plurima erant in Hebræo populo scelera, non tamē ideo Deus clamare dignatus est: sed prophetam Esaiam misit, inquiens. Clama, ne cesses: & quasi tuba exalta vocem tuā. Multo etiam deteriores erant regnantibus Iosæ filijs. Tunc autem misit Deus Hieremiam dicens. Clama in auribus Hierusalem. Maior igitur nunc vrget necessitas, quæ filium Dei vociferari cogit. Ter legimus in euangelio Christum in clamasse. Primum hic, cum dixit. Qui habet aures audiendi audiat. Secundo cū dixit. Qui sitit veniat ad me, & bibat. Tertio cum clamans voce magna expirauit. Cum spiritu emittens clamauit, dæmonem teruit, atque fugauit: cum dixit. Qui sitit veniat ad me, &c. loquebatur de spiritu, quem accepturi erant credentes. Nunc vero clamans commendat auditionem verbi diuini dicens. Qui habet aures audiendi audiat. Ioannes Baptista prædicans penitentiam clamabat. Ego vox clamantis in deserto. At nunc Christus ipsemet clamat: Negotium proculdubio salutis hominum maxime necessariū ait hic, pro quo Deus clamare non dubitat. Excita igitur consopitum animum, o Christiane homo, vt deum ipsum pro salute tua clamantem consideres. Qui cum sit sapientissimus non ignorauit quanti retulerit hoc vt ad salutem nostram clamore. Nempe vt eo modo certiores facti, de rei magnitudine non dubitaremus vllū subire laborem, aut periculum, pro verbo Dei audiendo, in quo consistit nō exigua remedij nostri pars. Vnde etiam quoties Dominus alicui maximum aliquod supplicium vult indigere, statim minatur se verbum suum illi negaturum. Ita ipse ait per prophetam Amos, rebellem & perfidum Iudæorum populū plexurus. Mittam famem in terrā, non panis, sed audiendi verbi Dei. Postquā dixerat multa mala, quæ illis erat inflicurus, adiecit hoc vltimum, scilicet vt tolleretur verbum Dei tanquam præcipuum malum inter omnia alia mala. Tantum enim malum est verbi diuini interdicitio, vt neque excommunicatio, quæ sacramentorum vsū excommunicatis negat, euangelicæ doctrinæ salutare remediū soleat interdiceret. Itaque illi, qui nec missæ sacrificio, neque diuinorū celebrationi,

Esa. 40.  
Ier. 2.  
Ioan. 7.  
Mat. 27  
Ioan. 1.  
Amos. 8.

dum excommunicatione tenentur, interesse possunt, sacram concionem audiunt: & nō solum ij, quin etiam & hæretici, infideles & ethnici verbū Dei audire possunt: quippe quod animæ pascus est. Quem qui prohiberet, non secus ageret, quam si infantulo alimentum eriperet. Scienim hoc pabulo Deus animam maxime indigere. Negatur autem excommunicato Eucharistia, non verbum Dei: quia, vt ait Augustinus in quodam sermone, magis nobis prodest verbum Dei, quam Eucharistia, & sicut cauemus, ne Eucharistia cadat in terram, sic cauere debemus, ne sermo Dei nobis excidat. Nam quamuis Eucharistia dignior sit & præstantior: tamen verbum Dei efficacius est ad conuersionem peccatoris. Nam peccator obstinatus in suo peccato, non resurgit sumendo Eucharistiam, imo deterior fiet: at per verbum Dei multoties peccatores indurati mollescunt, & conuertuntur: quomodo Petrus verbo suo, multa audientium millia conuertit. Vnde sicut ignis, qui auro vilior est, appositam ceram liquefacit, quod aurum pretiosius igne non faceret: sic quamuis excellentior sit Eucharistia, quam prædicatio verbi Dei, tamen ad hoc, vt cor peccatoris emolliat, & conuertat, minorem vim habet Eucharistia. Similiter etiam pannum immundum lauat aqua: cum tamen maioris valoris sit argentum, quam aqua. Quæ de causa vsque adeo pater æternus in vnigeniti sui transfiguratione, auditionem euangelij commendauit inquiens. Ipsum audite, Audite illū, quia verba eius spiritus & vita sunt. Vitam vocauit verbum Dei: quia est causa vitæ & suscitatur mortuas animas. Quod seculum, aut quod tanta suauitate necesse vnquam fuit, vt mortuum ad vitam reuocaret? Cibis, animal dum viuuit, sustinet vitā, tamen functo nihil prodest. Verum diuinum verbum nutrit & sustinet animam in gratia viuentem ipsamque in peccato mortuam exuscitat. Hoc significauit illa Ezechielis arida & detrita ossa, quæ ipsemet propheta virtute diuini verbi de morte ad vitam reuocauit. Nullus enim peccator est, qui quantumuis peccatis indurauerit & iamdiu mortuus iaceat, nō possit per hoc verbum reparari. Ossa arida audite verbū Domini. Ideo Petrus dixit Iesu. Verba vitæ habes. Ab effectu verba prædicationis verba vitæ vocatur: quia conferunt vitam animabus mortuis. Quæ sententia est diui Augustini: & fundatur in illis domini verbis. Qui ex Deo est verba Dei audit. E diuerso qui à verbo diuino abhorret, perditionis suæ formidandū præfert argumentū. Nam quāuis certa scientia nemo potest scire sit ne præcitus an prædestinatus, nisi forte diuina reuelatione (quod maximis quibusdam sanctis cōcessum legimus) id assequatur: tamen, quoniam mores & vitam vniuersiusque sequitur eius damnatio aut salus, ideo non vilipendendum signum est perditionis, odium sermonis diuini, sicut nec contemnendum est iudicium salutis, esse diuinæ doctrinæ studiosum. Quemadmodum enim narrante aliquo de rebus Indicis quæcūque aut viderit, aut legerit, illi duntaxat attentis audiūt animis, qui illas regiones aliquando cogitant inuisere, cæteris oscitantibus vel dormitantibus: ita propemodū in sacra euāgelicaque denarrāda accidit historia: ab illis namque studiose auditur, quibus cælestia regna videre ani-

Habetur I. q. 1. c. 3. in terro.  
Act. 2.  
Mat. 17 Rom. 8.  
Exech. 37  
Ioan. 6.  
Aug. tra. 42. super. Ioan. 6.

mus est. Hi sunt qui breuioribus offenduntur, longioribus oblectantur concionibus. Hi sunt, qui templorum & cœnobiorum sanctoria frequentant, hi sunt, quos non defatigat vehemens concionatorum clamor, iugisque attentio. Illi vero, quibus ad cœlestia aspirare in votis non est, si forte aliquando vel pudore vel necessitate coacti concioni interfunt, quid dicam qua indignatione, quo tædio & molestia audiunt? Quod si concionator plus hora forte dixerit, discedunt ægro animo, quin etiam sæpè ægroto corpore. Fateor esse non paucos, qui non fera impietate, sed peccatorum suorum conscij: & rusticitate quadam pudibundi quasi non audent, aut nequeunt verbi diuini grauitatem sustinere. Qui tamen ideo nihilominus delirant. Vnicum enim, quod habent salutis remedium, dæmonis inducti monitis, sibi eripiunt. Aliter ille primus hominum parens Adam. Qui grauissimo admisso scelere. Deum tamen vocantem audiuit & fastus est inquit, Domine audiui vocem tuam. O scelix Adam, qui essi peccasti, verbi diuini auditionem non prætermisisti: quapropter amissam gratiam & salutem recuperasti: nam in Sapiente habetur Dominum illū à delicto suo eduxisse. ¶ Præterea sicut seculares magistratus fures primo flagellis cœdunt: secundo autem aures præcindunt (quæ obedientiæ signa sunt) tertio vero si quem sine auribus inueniunt quasi rebellem & inobedientem, vltimo afficiunt supplicio: sic tu nisi plagis laboribusque in hoc seculo à Domino inflatis admonitus pedē à peccando reuocaueris, vltimo & æterno ignis supplicio vita functus punieris. Ergo, siquidem Adamū in peccato imitatio, lapsus es, ne illum, ad salutem ducem asperneris: quod facile præsteris si concionatorum verba non spreueris, imo illorū præcepta sequutus fueris. Aliter agens interitum, d miser, tibi ipsi parabis. In quarto enim regū volumine habetur, quendam militem, sub cuius humero rex incumbebat, verba Helisæi prophete, contempsisse, quoniā famē vltra nō futuram prædixisset. Quamobrem, quia verbum Dei neglexit, & noluit credere prædicatori, occisus est, & conculcatus à turba. Sic punientur & conculcabuntur qui non audiunt verbū Dei & contemnunt illud.

**Luc. 10.** Vnde Dominus infra prædicatoribus inquit. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit.

¶ Denique adeo necessariū hominū salutē est verbum diuinū, vt Paulus Timothæo dixerit: Argue, prædica, opportune, importune. Omnia suo tempore bona sunt, alias nec vtilia nec laudanda. Musica enim & læticia si luctus tempore exercentur importuna sunt: quoniam tempus fluendi, & tēpus ridendi: tempus loquendi, & tempus tacendi, &c. Veruntamen verbū Dei, testāte Paulo, vbi supra, nūquam nō oppurtune & prædicatur & auditur. Nūquam enim nec vllō tēpore is interueniet casus, quo nō sit verbi diuini explicatio opportunissima. Nam siue ex parte cōcionatoris quaramus, semper bona est, siue ex parte auditoris, quo magis pigritat, salutarius verbum diuinum est sicut infirmo, qui medicamentum saldit. Nec sunt prudentes concionatores malo chirurgo similes, qui imperita pietate & misericordia ægrotantis corrupto pedi aut manu parcunt: vnde totius corporis postmodum succrescēs tabes infirmum enecat.

Nam quo dignior est animæ, quā corporis salus, eo acius instandū est corruptis hominū moribus, ne pretiosam corrūpant animā. Nec nos moueat malitia impiorum cōtra prædicatores seuerius agētes, seu potius serius, ob murmuratiōē & plūquam pharisæicū scandalū, dummodo id prudenter fiat, non enim prædicatorum licētia, sed peccatorum inclamat contumacia. Nec minorē patitur hæc ætas morum iactura, quam illa, qua Ioannes Baptista Iudæos acriter reprehendens dicebat. Genimina viperarum, &c. Et Christus similiter pharisæos dure increpabat inquit. Væ vobis scribæ & pharisæi, &c. Veritas enim etiam inuito mundo, & impiorum cœtu dicenda est. Igitur Saluator noster Iesus clamās dicit. Qui habet aures audiēdi, audiat, vt auditores attentiores redderet, & vt illis verbum diuinū suamque commendaret prædicationem. Ait igitur. *Qui habet aures audiēdi audiat.* Quia hæc parabola obscurior erat, quā pro auditorum captu ideo addidit dominus hæc verba. Qui habet aures audiēdi audiat: id est, intelligite si potestis. Quomodo sæpè in Apocalypsi dicitur, quoties aliqua obscura incidit, nempe. *Qui habet aures audiēdi audiat.* Quapropter auditus iste, de quo hic loquitur Christus nō est ille, qui auribus percipitur, sed quædam interna animi perceptio & attentio quod Hebraice, haazenu, Græce, *συνακουω* latine, auribus percipite, sonat & proprie nō aure sed corde percipitur. ¶ Obserua autem, quia sicut corporeus auditus fit ex duplici aere, scilicet naturali intus & naturali extra (quomodo etiam visus duplici lumine illustratur) ita & spiritualis auditus duplici constat aspiratione, fide videlicet in fisa quæ est intus æqualiter inclinans, & aduicta, quæ extrinsecus aduenit dum eis, quæ fidei sunt, insistimus. Qui ergo habet aures anime fide informatas audiat verbum Dei: quia scriptum est, non esse effundendum aut perdendum verbum Dei vbi non est auditus. ¶ Sed quæret aliquis. Cur dixit. *Qui habet aures audiēdi?* Nūquid aures alio funguntur, præterquam audiēdi, munere? Nunquid datæ sunt aures ad palpanđ, gustandū aut videntum? Non vtique. Quid igitur sibi voluit in illis verbis Dominus? Superflue nāque locutus videtur. At qui si penitus scrutari volumus nō vulgare aut triuiale horum verborū rationē & causam inueniemus. Primum dixit. *Qui habet aures audiēdi,* &c. quia nō pauci sunt in hoc seculo homines, qui membrorum, & sensuum suorū abutentes officio, visum ad aures auditū vero ad oculos transferunt. Nam si forte proximū de proximo murmurantem & detrahentē vident nō secus fidē habent impio sermoni, ac si propriis idem oculis cōspexissent: nec dubitāt quoties apud alios in eundē incidit sermonē, audita voce asserere & iurando cōfirmare. Rursum nō minus oculis abutitur, illorū que fidē spernit. Intuētēs nāque vicinū & populare suū vnū atque alterū offerri, osaque mortuorū contrectātes quos ipse dū viuerent, nō solū nouerūt, sed etiā forsitā amarūt, nihilo magis mouētur, quasi ea ex Aesopitabellis audiuisent, aut in Homericis carminibus legissent. Horū igitur hominū importunitatē, inueteratēque naturā atque ingenū his verbis ostēdit dominus, illos latēter arguēs, quod clarissima, & vtilissima caligatibus oculis percurrūt, quasi non viderēt, ea vero

Mat. 3.  
Mat. 23

Apo. 1.

Ecc. 9.

Ecc. 33.

2. Tim. 4.

Num. 12  
Exo. 4. 10

quæ inutilia & infirmioris fidei sunt, multo acutius cernunt. In hos dicit Dominus. Qui habet, &c. vt eos dum eo modo se habuerint, nihil ex facris concionibus commodi reportaturos resellat: non enim admittit ingeniorum ineptam peruersitatem. ¶ Secundo inquit Dominus. Qui habet aures audiēdi, significans eos qui auribus ad iudicandum vtuntur clientium litigantium auscultātes querelis, vt sunt iudices, prætores, auditores Rotæ regiique senatores, & ceteri iurifconsultorum magistratus: non debere dum cōcioni interfunt, simili proximorum vitam censendi vti magisterio. Nam qui verbum Dei auditurus venit, non vt accuset, aut dānet: sed potius vt accusatus corrigatur, venit. Vnde conuincitur illorū temeritas, qui in concione, inueterata quadam vafrie prædicatoris dicentis verba sub notant, ridēt, laudant, vituperat, quasi non sui, sed prædicatoris emendandi gratia, ad sint. Præstandæ sunt aures non ad iudicandum concionatorem: sed ad audiendum verbum eius. Ideo Christus aures ad audiendum petit: & d' vtinā impetret. *Quis sine lachrymis multis videre queat improbam in rebus corporeis perquirendis hominum sollicitudinem: cum in erga spiritualia tam gelide affecti sint?* Quis vsquadeo desperata ægrotaret valetudine, qui sanitatem nō modo pollicentem aut exhibentem, verum etiam memorantem non animo audire attentissimo? Si ergo corporalis tanti estimatur valetudo: quid demens non inuigilas æternæ illi superstiteque salutis? Si homines liberos suos magnificiunt charissimosque habent, quoniam in illos bona sunt sua translaturi, qua (inquā) de causa animam, quæ nō solū tua, sed tu ipse es, non festinas ditare, vt post mortē tuā non filius tuus, sed tu ipse viuas? Nemo ergo sit, qui sermonem hunc, quo etiā vltra mortem vitam prorogamus non audiat. Non ignorabat hoc propheta Ezechiel, dum dixit: Venite audiamus, quis sit sermo egrediēdi à Domino & veniens ad te, &c. ¶ Tertio quamuis multi habeant aures ad audiendum, non tamen habent aures ad audiendum, verbum Dei: similes magnis canibus, qui habēt aures demissas à parte superiori, ne cœlestia percipiant, à parte tamen inferiori apertas, cum etiam minimos rugitus animaduertunt. Vacant enim fabulis & vaniloquiis & libenter audiunt a matoria, turpiaque cantica: sed verbum Dei resque diuinas audire nolunt. Hos etiam vocat & inuitat Christus ad audiendum, quia quamuis habent aures, non tamen ad audiendū, ea scilicet, quæ recta sunt & cœlestia. De his loquebatur Paulus ad Timothæum. Venit tempus, cum sanā doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate quidam auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Si paulisper immoratur prædicator, discedunt stomachantes indignam illius redundantiam, nec fabulis legendis, aut audiēdis diem integrum defatigantur. Similes isti erant Israhelitæ, qui affectantes allia & cæpæ Aegyptias manna fastidiebant, nutrimentum cœleste, dicentes: Anima nostra nauceat super cibo isto leuissimo. His & similibus hominibus turpia & inania sapiunt huius seculi oblectamenta, cœlestia vero & immortalia gaudia insipida sunt. Sed procedamus. *Interrogat autem eum discipuli eius, quæ*

*esset hæc parabola.* Præter alias causas, quas supra adduximus, quare Christus in parabolis & similitudinibus loqueretur, modo occurrit non inelegans quædam ratio. Nam quemadmodum, si inter multos homines aperta facie incedentes vnus personatus vel obuclatus incedat solemus omiſſis aliis in illum præcipue intueri, mirari, quis est, rogaré: ita cum similitudo larua sit orationis, qua homines plerumque magis quam re ipsa mouentur, non immerito Dominus noster sapiētissimus magister, hanc excogitauit artem, vt homines in suam pelliceret doctrinam. Quamobrem, & ipsi Apostoli huius nouitatis partim sciēdæ gratia dixerunt. Ediffere nobis hanc parabolam. Non autem interrogauerunt hoc Apostoli statim, vt prædicauit hanc similitudinem, sed postea in secreto: non inquam, in publico coram turba, sed postea soli. Vnde in Marci Evangelio habetur. Et cum esset singularis interrogauerunt eum ij, qui cū eo erant duodecim, parabolam. ¶ Docemur hinc, si diuinorū colloquiorum intelligentiā volumus, sepositis curis mundi, negotiis secularibus, soli Deo, sacræque scripture intenti, meditando, orando, legendo, assiduis vigiliis, in solitudine & quiete vita addiscere. Vnde per Sapientem dicitur. Sapientiam scribe in tempore vacuitas: & qui minoratur actu, sapientiam percipiet, quia sapientia replebitur. Et Dominus cuidā animæ, quæ secreta reuelare volebat, dixit. Ducam eam in solitudinē, & loquar ad cor eius. ¶ Docemur in secundo formam addiscendi: scilicet, vt cū aliquid audis, quod nō intelligis, nō erubescas interrogare. Ipse enim Christus, vt nos doceret hoc, cum esset patris sapientia, vbi sunt omnes thesauri sapientiæ & sciētiæ Dei, sedens in medio doctorum interrogabat eos. Sed multi malunt ignoranter viuere, quā suā ignorantiam fateri, doctiores interrogando. Interrogabant vero, quæ esset hæc parabola, id est, quid per illam velle intelligi. Sed Deus, qui paratus est omnibus subuenire, & docere illos, qui scire cupiunt, sine mora illam exponens, sensum suum patefecit. ¶ At cur illam præposuit, si non intelligebant illam audientes? Ad hæc ipse saluator respondit discipulis suis vt statim videbimus. ¶ Obseruandum hic est, quātum Deus bona sua nobis impartiri cupiat. Verum vt audius & incundius nobis tanta eueniant beneficia, nostras antea preces expectat, vt & nos illa, quæ quasi nostro labore & Marte parauimus, diligentius custodiamus, maiorisque faciamus. Quoniam sicut illa, quæ arnis vel ingenio cuiusque proprio, auctori suo multo esse solēt suauiora & gratiora, apud homines autem pluris sunt, quam si gratis ab aliquo essent principe concessa: ita ea de causa Dominus saluatorque noster Christus doctrinam condidit suā, nec minus prophete reliquique sancti patres, vt non nisi cum labore & studio sensum expiscaremur diuinorum scriptorum, ideo nobis multo suauiore futurum. Non aliter etiā in rebus omnibus naturalibus fecisse illum videmus sapientissimum opificem: nam & nuces duro cortice operiuntur, & citrea mala rosarumque genus spinis acutissimis circumuallatur, vt nemini sine aliquo labore, aut arte locus carpēdi pateat. Quare sicut paruulo infanti nucem infrastram, in sanieris esset nutritis, porrigere, quippe qui vires non habet ad

comminuendam nucē, sed eam integram mittit in os, vnde facili negotio suffocari posset. Sic ē diuerso prudentissime Ecclesie catholice statuerunt moderatores, ne sacra scriptura vulgo imperito & incauto exhiberetur: id est, ne vernaculo transcrippta idiomate sui omnibus copiam faceret integrā sine magistrorum explicatione, ne forte imprudentes homines hæreson pungerentur aculeis. Ad hoc legata est à Deo sacrosancta Theologorū schola, vt prius latinis rudimentis fundamenta iacentes postea gradatim philosophiæ & sacramentum literarum gradus ad culmen beatissimæ facultatis peruenientes, possent, quæcunque incidissent dubitationes, vel fide, vel ratione enodare, & populo salutarem doctrinam exhibere, qui tãquam infantulus est, præman soque indiget cibo. Vnde Paulus ad Corinthios ait. Tanquã paruulus in Christo lac dedi vobis: & non escam. Hoc ipsum agit nũ Christus exponens Apostolis suis, etsi rudibus, prædictam similitudinem. Quem exponendi morem illi à præceptore suo excipientes vniuersis ecclesie catholice primatibus & prædicatoribus tradiderunt. Ideoque qui indiget sapientia postulet à Deo & ipse respondebit & declarabit, inuestiget, labore & quarat, & obtinebit scientiam. Iamque explicationi parabolæ accingitur Dominus. Sed antequam incipiat præmittit, inquit, *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant* Sed dices. Frustra ergo Christus loquebatur, siquidem non intelligebatur à turba: nam vt Paulus ait. Si quis loquitur & non intelligatur, mens eius sine fructu est. Dicendum nihilominus, non esse similem rationem de qua Paulus ait. Nam Christus, ea de causa (vt iam diximus) in parabolis loquebatur, vt rogatus tenatius doctrinam suam animi audientium imprimeret. Quod si à phariseis ceterisque improbitatis sectatoribus non intelligebatur, erat, quoniam animo maleuolo audientes, non salutaria sibi, sed incommoda Christo quærebant. Quare non est mirum si nihil intellexerint de Domini doctrina, cuius explicationem nec petere, nec audire volebant. Ideo audiebant Christi doctrinam, eiusque opera mirifica videbant: attamen ob suam cæcitatē non intelligebant. Non autem excæcauit illos Deus auferendo ab illis oculos, aut iudicium sed gratiam non dādo suam, hanc autem non dedit, quia ab illis fuit repudiata. Ideo dicebat Christus. Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina cōgregat pullos suos sub alas, & noluitis? Et vt nemo potest medico litem intendere, qui ægrotum curari nolentem deserit, sic nemo in Deum culpam retorquere, quod Iudæos sponte sua obsecatos in voluntarium ruentes interitum nō prohibuerit. Ipsi audientes non intelligebant, nec videntes videbāt, quoniam Deus illis gratiam non dabat. Ideo non dabat, quia illi nolēbant. Quod vel illis verbis dominicis superius citatis apparet. Quoties volui congregare, &c. Superbia igitur & malitia illorū, erroris causa fuit, non obscuritas sermonis diuini, quem à Domino audiebant explicaturo si voluissent. Deus enim non immittit cæcitatē, aut duritiem, sed propter hominum iniquitatem, non suppediat gratiam: qua destitutus homo in gra-

uissima incidit peccata, & in suo vitio obsecatur. Nam quemadmodum lux cæcitatē causa dicitur, quando videlicet se à conspectu nostro subtrahit, quoties aut oculos claudimus aut faciem auertimus: ita Deus obsecare dicitur hominem, quando ab eo gratiam suam subtrahit, quoniam homo illam non admittit. Sic isti obsecati non videbāt. Quapropter hæc coniunctio, vt hic causam non dicit, sed consecutionem effectus. Sic Paulus Romanis ait. Lex subintravit, vt abundaret delictum. Nūquid Deus dedit legem vt homines faceret maiores peccatores? Absit. Lex enim non est causa peccati, sed peruersa hominū voluntas, quæ cōtra legem facit. Ideo sensus est. Deus legē condidit iustissimam: verum ea est hominum improbitas, vt medicinam in venenum conuertentes ex ipsa lege occasionem maiora indies perpetrādī flagitia sumant. Sic etiam intelligendum puto illud regij prophete Davidis Deum in psalmo deprecantis. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Non peccauit David vt iustificetur Deus: sed ex opere Davidis peccantis contigit Deum iustificari. Quare coniunctio, vt ibi causam nō dicit, sed effectus consecutionem. Ita etiam illud Pauli intelligo. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, &c. vt sint inexcusabiles. Et illud quod in Ioanne legitur Dominum dixisse de cæco nato. Neque hic peccauit nec parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo. Similiter & Esaias ait. Butyrū & mel comedet, vt sciat reprobare malum & eligere bonum. Vbi particula, vt, nō finalem causam, sed euentum & consecutionē notat. Non enim comedet eo sine vt sciat reprobare malū & eligere bonum. Eodē modo intelligendus est Ezechiel dum ait. Ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarū suarum, vt capiatur domus Israel in corde suo. Et alibi idem propheta inquit. Ciuitas effundens sanguinē in medio sui, vt veniat tēpus eius. Itaque vt eo, vnde desluxit oratio nostra redeat, non est sensus ideo in parabolis dominum fuisse locutum, vt audientes non intelligerēt, sed est sensus, vt ex eo quod loqueretur in parabolis & non intelligerent eū, non conuerterentur, quod tamen non conuerterentur non intendebat Dominus: propter demerita enim sua non egit Christus cum eis, vt intelligerent. Et sic adimpletum est in illis illud Esaiæ. Audito audietis & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis. Et causam subdit. Incrassatum est enim cor populi huius, &c. Ideo de istis dixit Dominus. In iudiciū ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Id est se putantes, & videntes foris miracula, non vidēt intus virtutem operantem. His itaque verbis docet Christus quā obrem non palam omnibus loquatur. Tantum enim est ac si diceret. Quales ad meam prædicationem animos & affectus afferunt, talein reportabunt fructum. Nolunt intelligere, quod luce meridiana est clarius, ideo ego per obscuras parabolā illis loquor. Oculos habent, vt palā mea conspiciant miracula: adeo tamen maligna obsecati sunt inuidia, vt ea pro Dei operibus nolint agnoscere. Sic aures habent, vt irrefutabilē à me audiāt veritatem, nec tamen vt credāt adduci possunt. Ex his palam sit nostra culpa fieri, si quando nobis

Rom. 5.

Psal. 10.

Rom. 1.

Ioan. 9.

Esai. 7.

Ezech. 14.

Ezech. 22.

Esai. 6.

Ioan. 9.

Dei

Dei gratia subtrahitur. Vtinam & nobiscum deus non faciat similia, vt exigentibus flagitiis nostris, à nobis gratiam & beneficia auferat sua, vt à maxime criminosis quibusdam & perditissimis hominibus quibus per Ezechielem ait. Auferetur zelus meus à te. Multaque supplicia antea posuit Israelis populo ob eius ingratitude, ventura. A postolis vero aliter euenit: nam quia recta intentione audiebant, intelligere meruerunt. Et quemadmodum opulentissimi mercatores solent, qui in vestibulo tabernæ venalia exponunt nō pretiosa, sed communia quædam, quibus tamen emptores afficiunt, vt ea, quæ intus seruauerunt comparant, quæ cum multo sint præstantiora, non cuius, sed ditissimis & certissimis emptoribus ostenduntur, sic dominus noster & saluator Christus omnibus quidem doctrinæ suæ argumenta similitudinaria ostendebat, ipse tamē valorem illis dūtaxat exhibebat, qui serio non fide ad eius accedebāt prædicationem, vt Apostolis, qui salutem quærebant suam. Ceteri vt inobedientes à Deo excæcantur: sicut Sederchiam Nabuchodonosor, quia non ei obedierat. Obserua autem illud verbum, datum, magnam emphasim habet. Nisi enim datum fuisset, nec ipsi Apostoli intellexissent, non enim ex meritis, sed ex Deo vocante datum est illis. Vnde Paulus. Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis. Hos elegit, inuenit, vocauit, & istis datur regnum Dei: hoc est, Evangelica prædicatione. Quare? Quia sic placitum fuit ante te. O felices viri, &c. Nec nobis etiam dona negaret sua si voluissimus libertate arbitrij vti, & nobis ex eius donis commodum parare: sicut vidua Helisæ non negauit, oleum in eius omnibus vasis augens, donec ad excipiendum defuerunt fistilia. In hunc prope modum si & nos vasa cordium nostrorum vacua à secularibus deliciis Deo offerremus plenitudine gratiæ, & misericordiæ diuinæ in animis nostris reportaremus. Sed de his alias. *Esai. autem hæc parabola.* Dominus exponit seipsum. Itaque aliter exponere, quam ipse exposuit temerarium esset. Ita Dominus dixit. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. Et in Proverbiis. Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniarisque mendax. Et in Ecclesiastico. Non est minuere neque adicere, neque est inuenire magnalia Dei. Et Ioānes in sua Apocalypsi ait. Siquis appoluerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Ideo nullus expolitorum ausus est manu apponere, vt aliquid adderet Domini expositioni: quia ipse Dominus eam exposuit. Illum itaque audiamus. *Semē est verbum Dei.* Quoniam n, testante Euangelistarū fide verissima. Chæritas verbum diuinum semini comparauit, superuacua, imò impia esset hæsitatio, sitne vere à Domino adducta hæc comparatio cum cæteris spinarum, petrarum & viæ cōparationibus in præsentem de aratore proposita parabola. Quare illud modo superest inuestigare, cur saluator noster verbum diuinum semini contulerit, cum quo nihil videtur habere commercij? Re tam diligenter penititata, duo potissima inueniuntur similitudinū fundamenta. Primum, quia vt philosophus ait, fructus virtualiter sunt in semine. Habet enim semen virtualiter calorem & virtutem quandam generatiuam, ex qua fructus

Ezech. 16.

4. Reg. 25.

Rom. 8.

Matt. 11.

4. Reg. 4.

Deut. 4.

Prou. 30.

Ezech. 18.

Apoc. 22.

prodeunt. Semē enim in primis radices agit, deinde surgit in caulem, postea in arborem frondibus, ramis, floribus & fructibus ornatam. Sic verbum diuinum in animo humano hærens radicibus primum, deinde virtutibus omnibus roboratum, ramis floribusque nitescit, donec perfectum in gloria sempiterna cultori suo fructum parit, quo ille ab omnibus laboribus suis emeritur, fructu qui à fruendo dicitur, fruitur. Vere igitur dicere possumus, sicut in semine fructus virtualiter cōtinetur, ita in verbo diuino & audiendo & percipiēdo beatitudinem cōsistere. Nam primo verbum Dei audimus ex quo statim fides consequitur iuxta illud Pauli. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Ad fidem autem sequitur opus, ad opus meritum, cuius præmium certissimum, vita sempiterna est. Si enim quempiam rōges, cur eleemosynam facimus, ieiunia sustinemus, labores non recusamus religiosos & pios? responderet vtique, nisi omnis esset expers iudicij, nempet vt vitam adipiscamur æternam, quæ non paruo, sed summo est cōparanda pretio. Rursum si inistes. Quod nam tibi isthæc persuasit oraculum? responderet. Fides. Sed vnde hæc fides? Ex verbo Dei. Hoc est quod Christus dixit. Regnum Dei intra vos est. Hæc verba de hoc semine intellexit: quia verbum Dei producit & virtualiter continet in se regnum Dei: ex verbo enim Dei oritur fides, & ex fide spes, charitas, cæteræ virtutes & opera bona, quibus regnum cælorum debetur. Felix ergo verbum diuinum. Felix verbi diuini auditor, felicissimus custoditor. Igitur propter similitudinem, quam habet hoc verbum cum semine, quia est principium & origo beatitudinis, & virtualiter continet illam, sicut semen fructum, dixit semen verbum Dei esse. ¶ Secundo, recte conferatur verbum Dei semini, quia sicut semen ad hoc, vt fructum ferat terra obruitur & extinguitur (nā vt Paulus ait. Nō viuificatur nisi prius moriatur.) Sic verbum Dei, vt fructificet, oportet ita corde seruetur, ne integrum omnino sit, sed radicibus firmitatis in pedore manentibus ipsum totum in bonorum operum flores effundatur, vt nihil intus maneat virtutis, quod in opus non prodierit. Quod multo aliter faciunt illi, qui conciones audientes aue tenus tantummodo percipiunt. Quare quicquid audiunt cum congerionibus suis garrientes effutiunt, nec re præstant, quod exemplo Christi docti sunt: verum ita obliuiscuntur quasi non audissent vnquam. Non ita pio sapientique Christiani non minus cultori agendum est. Quin potius ea, vsque debet sese gerere sollicitudine, vt omnia, quæ audierit, rebus multo faciat, quàm verbis consummatoria. Ideo egregius psaltes Domino dicebat. In corde meo abscondi eloquia tua. In corde dicit, non in lingua tantum. Et de beatissima virgine noster Lucas in superioribus dixit. Maria conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo. Multi qui verba audiunt diuina. Sed quia ea, vt oportet, non conseruant: ideo nunquam fructum faciunt deficientibus firmitatis & constantiæ radicibus. Quapropter sapiens orat Dominum dicens. In iacob inhabitata, & in Israel hereditate, & in electis meis mitte radices. Has autem radices verbum Dei in hominū animis agere non poterit, nisi constanti & firmo

Rom. 10.

Luc. 17.

1. Cor. 15.

Psal. 118.

Luc. 2.

Ecc. 24.

Bb 4



illud hospitio pectoris suscepit. Verum si semē est verbū Dei, quis est, qui seminet, nisi ipse Deus? Expende etiam: cum dixisset. Quid esset semen & terra & spinæ, & cætera omnia, non dixit quis esset seminator, quoniā ex hoc clare patet esse Deū. Nam si semen est verbum Dei, & seminator seminatur semen suum, consequens est, seminatore Deum esse. Docemur etiam Deum seminatore attendere, qualiscunq; prædicator sit, etiam si sit maximus omnium peccatorum. Nonne dixit dominus prædicatoribus Ecclesiæ. Vos non estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis? Et Hieremias dixit. Ecce dedi verba mea in ore tuo, & constitui te super gentes & regna, &c. Quæ autem sint hac verba Ezechiel explanat dicens. Quod comederit librum, vbi scriptæ erant lamentationes, camen, & vā. Hoc est exemplar fidiſſimum ad cuius normā dirigendi sunt omnes prædicatorum conatus & vires, extorquere, scilicet, auditoribus lachrymas, mouere affectus, animosq; ad vānis mundi abducere oblectamentis. Hic seminator dicitur exiisse feminare semen suū. Exiit, inquam, Deus non motu locali, sed exiit quando ostendit se creaturis creando illas, suāque in illarum creatione mirabili potentia ostendens: non enim Deus mouetur localiter, vt illum exisse animalium more dicamus. Quoniam omnia quæ mouentur ab alio mouentur, & qui mouet, maiorem virtutem habet, quam qui mouetur, quia in illud agit. Si ergo Deus moueretur, esset aliquid Deo perfectius, ideoque impossibile est Deū moueri. Dicitur tamen exire, ostendens se creaturis suis, quando, scilicet, se illis conspicendum præbet, quod sine vlla sui mutatione facit. Nam quæ admodum crinale reticulum, muliebre ornatum, si concolori panno, aut parieti applicetur, artificium celat oculis intuentium, quoniam color, qui visus est obiectum, eodem modo se habet vbique, vnusque & idem est, vnde quantitas, quæ per accidens visui obicitur, & mediātē vix percipitur: quod tamen si super nigrum corpus extendatur, non modo perspicuum, sed etiam elegans efficitur intuentibus, nulla sui mutatione, sed modo apparendi tantum variato. Sic Deus cum sese ostendit hominibus nec mouetur, nec mutatur, sed eo modo se exhibet videndum, vt visus mortalis, qui antea imbecillitate sua caligabat, omnibus sublati impedimentis ex parte sua creatorem videat suum, quasi exeuntem. Exiit secundo in incarnatione, vt ipsemet seminaret & prædicaret verbum Dei: quod antea per prophetas suos prædicauerat, & seminauerat. Quomodo ex aratoribus, qui opulentiores sunt, labores arandi & seminandi per famulos operantur suos: ipsi domi se continentes raro in agrum prodeunt, si tamen syluam euertere ad agrum conferendū, vel vepresum exurere, aut aliquod magnum opus moliantur non se continent, quin habitu, armisque aratoris arreptis ipsi etiam se in opus maximū, primarios inferant operarios. Ita propemodū Deus multa per prophetas facinora exegit suos: ad redemptionis tamen opus, opus magnū, quo & sylua demonum erueda, & peccatorum vepres cōburendi erant, ipsemet de ventre prodiit virgineo formam serui accipiens. Exiit quasi colonus non solum ad otium, sed ad labores. Vnde Hieremias. Quasi

colonus futurus est in terra. Coloni enim non est otiosi: sic laborauit Christus salutem operando in medio terræ. In euangelio enim habetur quod fatigatus sedebat super fontem, lassatus, esuriens & sitiens. Sed antequam vltra progrediamur non leuis mihi occurrit dubitatio. Ecquid enim Christus se stulto & insano agricolæ comparat, qui in locis petrosis & senticolis seminauit, vnde nihil fructus colligi poterat? Certè non rectè comparationem induxisse videtur. Cæterum non obstat. Quemadmodū enim atatores, si per vires humanas fieri posset, vt non moreretur semen quocunq; etiam loco iactum, quin potius fructum ferret, non dubitarēt super petras & vepres semen spargere: ita Deus qui de durissimis & inculcissimis animos mitissimos saepe verbo reddit suo, nō dubitat in omnes illud effundere: & hoc est quod comparatio inuuit. Quod si aliqui sint, qui semen acceptū duritie & squaliditate sua conficiat, illud culpa sua, non aratoris factū est. Qui cum sit prudentissimus eo modo animos hominum fecit, vt quotiescunq; aut suauitatem inducere vellent, possent. Egregiè hoc in Saulo præstitum est, qui diuinitus à Domino vocatus veterem exiit hominem, nouumque induens & de sterili asperri-moque deserto, serpentum latibulo, & habitatione, in pinguisimum & frugiferum agrum mutatus, pristina duritiem deposuit. Idem de latrone & si multo habuit minus admirationis, non minus tamen habuit argumenti, quantum possit diuini verbi seminatio, quantaque sit arbitrii nostri libertas, quibus adiuti mortales aut durissimis, & nequissimis, mollissimis & sanctissimi fieri possunt. Quid magis peruium itineribus omnium malarum cogitationum Maria Magdalena? Illam tamen Deus terram fructificantē fecit. Quid Mattheo in theloneo sedente spinosus & inculcius? nihilominus tamen verbum Dei in illo constitum spinis nō est obrutū auaritiæ luxuriæ & diuitiarū, quin potius Dominum suum omnibus renuntiare coegit & Christum in summa sequi paupertate: & sic de cæteris. Præterea aliqua hic sunt obseruanda. Primum, cum loquutus est Dominus de suo aduētū in carne, locutus est per verbū præteriti temporis dicens. Exiit, quia iam semel incarnatus est, venit & passus est: sed dum ait de prædicatione, dicit, qui seminat, loquens per verbum præsentis, quia semper seminat quotidie: & omni tempore nunquam cessat seminare prædicando, inspirando, vocando, & multis, magnisque beneficiis alliciendo. Secundo videtur esse inculcatio sermonis, cum exiit, qui seminat seminare, sed modus loquendi est Hebraicus, in quo sic verba repetuntur: vt illud, Expectans expectaui dominum. Et illud, præcipiendo præcepimus vobis. Tertio, quod semen suum dixit, non alienum: quia doctrina sua erat. Prophetæ prædicauerunt non suam, sed Dei doctrinam: atque ideo dicebat. Hæc dicit Dominus. Christus tamen nō dicebat. Hæc dicit Dominus, sed. Ego autem dico vobis, vt videri potest in sermone Domini in mote. Quare obseruandum est nihil sacro concionatore indignius, aut indecentius esse, quàm si facietis, & ludicris verbis vtens, nisum audientium captare affectet. Quæ omnia cū scurrarum, nebulonūque

Psal. 73.  
Ioan. 4.

Act. 9.

Luc. 23.

Luc. 7.  
Matth. 9.Psal. 39.  
Act. 4.  
7.

Matth. 6.

hominum sint propria, consequens est, nequam tantæ grauitati posse conuenire. Verum enim & germanum prædicatoris officium est lachrymas, non risum populo incutere: hoc est euangelicū dogma, & Christi saluatoris doctrinæ maxime consentaneum. Quod si quis secus faciat, is non ad audientium ædificationem, sed potius ad suam & aliorum oblectationem verba facere putabitur. Quinto aduertere debet prudens & pius concionator, ne, sicut loquaces auiculæ facere solent, quæ caueis abditæ humanas discunt voces imitari, sic ille verba non sua, sed ementita profert: id est, ne ea prædicet populo, quæ ipse prius non egerit. Hoc est, quod ait euangelium, seminare semen suum. Itaque castus, humilis, abstinent, patiens, religioſusque concionator rectè harum virtutum præco exiit, quia semen suū seminat. Sic egregius ille prædicator dicit. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte, cum ipse aliis prædicauerim, reprobus efficiar. Seminatore etiam manu seminat, itaque tu manu, & opere optime prædicabis. Nam sicut regia chirographa nullius autoritatis sunt, nisi appensum habeant sigillum regium: sic qui prædicat, nisi sigillū bonæ & bene moratæ vitæ habeat, nihil agit. Hoc enim sigillum eximiam verbis prædicatorum autoritatem præstat. Quamobrem Christus prius dixit apostolis. Vos estis sal terræ, & postea, vos estis lux mundi: quia virtus, quæ per salē ostenditur, lucem doctrinæ præcedat esse necesse. Lux in lampade in oleo sustinetur: sic doctrina in vitam in corde & bonitatis plena. Ita Deus in vestimento summi sacerdotis non anteposuit super humerale, quàm tunicam hyacinthinam, quia nō anteire sapientia opera debet, sed prius opera exerceri, & postea sapientia est habenda, quasi quidam habitus, à multis bonis operibus procedens. Tum etiam non antea doctrina, quam rationale: quia non prius alios docere, quam nos instruere & iustificare debemus. Super hæc autem additur veritas, quia veritas est summa sapientia. Osecas etiam hunc eundem ordinem seruat, cum dicit. Seminate vobis ad iustitiam, & metite fructum vitæ, & illuminate vobis fructum scientiæ. In Leuitico etiam præcipitur offerri animal, quod ruminat & diuidit vngulam: quia non satis est, vt rumines meditando & discendo in scholis, sed oportet diuidas vngulam, opere adimplendo quæ doces. Si mediteris legem diuinam, & ea quæ legis ad subtilem & spiritualem intelligentiam reuoces, vita autem tua & actus tui non sint tales, vt distinctionem facias inter præsentem huius seculi vitam, & vitam futuram alterius, camelus tortuosus censendus es: qui cum intellectum acceperis ex meditatione legis diuinæ, non diuidis neque segregas præsentiam & futura, nec angustam viam à via spatioſa secernis. Sunt enim qui assumunt testamentum Dei per os suum, & cum legem Dei in ore habent, vita, & actus sui longe à verbis eorum, & sermonibus discrepāt. Dicunt enim & non faciūt. Peccatori enim dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas? &c. Ruminat hic, sed non diuidit vngulam quare immundus est. Dicitur igitur prædicator verbi Dei qualis esse debeas. Si alios mūdare vis: tu esto mundus. Si alios in Dei amore feruēdos & ardentē facere cupis, opus est, vt in te ignē

caelestem excites, quo auditores feruere facias. Nā qui fieri potest vt frigidus & tepidus alios calētes reddat? Quare quemadmodū si ad extinctos carbonē alios similes adiungas nihil agis, accedentur autem facile si ignem approximes: sic qui peccator tanquam extinctus carbo, ad male moratū accedit prædicatori nūquam conuertetur. Propter quod de Christo Domino nostro omnium prædicatorum decore & ornamento dicitur. Ignis à facie eius exarsit, & carbonē succēsi sunt ab eo. Peccatores enim aqua malæ cupiditatis extincti, prædicatione Euangelica succēsi sunt. Carbonibus enim facies peccatorum comparauit Hieremias dicens, Denigrata est super carbonē facies eorū. Sic opus est, vt tu prædicator ignita habeas eloquia, à pectore pleno charitatis igne flammantia, vt corda auditorum calefacias. Sic Petrus, qui aliquando frigidus fuerat, igne spiritus sancti succensus in die Pentecostes ferè tria millia carbonū extincta accendit. Esaias etiam, qui labia habebat immunda, habuit opus purificatione antequam ad prædicandum mitteretur: propter quod veniens vnus seraphinorum tulit carbonem ignis de altari, & tetigit labia ipsius & linguam, & purgauit: eaque purgata statim mittitur ad loquendum. Quamdiu habuit labia immunda non iniunctum fuit illi prædicationis onus. Mundatur labia ipsius & postea dignus habitus est, cui prædicatione mādari debeat. Ex quibus colligimus eum, qui peccatorum sordibus inquinatus est, indignum esse ad prædicationis officium subeundum. Nam eius vitiosa vita & mores suspicionem non paruum auditoribus iniiciunt, non esse vera quæ ab illo fuerint docti. Ad quod, hoc argumento mouebantur, quod videlicet non est verisimile aliquem ita desipuisse, vt aliis bene consulat, sibi autem male. Si bona sunt, quæ docet, cur ea non facit? Si bona sunt quæ facit, cur ea non docet? Itaque quocunq; se vertat, improbitatis conuincitur, aut male viuens, aut male docens. Visti fuerunt bis filij Israel pugnantes contra Benjamin in bello iusto, quia ipsi eodem crimine erant contaminati. Hoc autem non intelligo de prædicatori, cuius mala vita latet, is enim sicut nullo præmio prædicans dignus est, ita nec pœna. Quoniam peccatum suū cum lateat, nihil prohibet, quominus eius doctrina vera esse credatur. Mittens Deus Esaiam ad prædicandum eius labia accenso vssit carbonē, innuens verba prædicatorum debere esse ignita & diuino amore ardentia, vt corda auditorum deurrāt. Cum Deus legem populo suo in Sina monte dare vellet, totus mons visus est conflagrare, deinde vox tubæ paulatim ingruentis. Si similis sit huic monti Euangelicæ tubæ inflator, vt videlicet prius totus amore diuino exardescat, deinde verò tubam prædicationis insonet. Bis legimus Christum paucis numero panibus multa hominum millia satiassē, quos tamen antequam partiretur, manibus sumpsit suis: ita & tu doctrinam tuā docturus populum, opus est, vt illam prius manibus tuis opereris, tunc demum caelesti pane animas omnium satiabis. Moyses virgam manu tenens virgam esse videbat, quam tamen simul ac in terram proiciebat, in anguem conuersam mirabatur. Sic prædicator dum doctrinam suam manibus præstat suis, rectam esse videt, postquam vero illā

Psal. 17.

Thren. 4.

Act. 2.

Esa. 6.

Iudi. 20.

Esa. 6.

Exod. 19.

Mar. 8.  
Ioan. 6.

Exod. 3.

ab se proicit verbis tantummodo contentus, serpente esse cogit, quo ipse laessitur, auditores scandalizantur. Ideo seminator, qui praedicator est, tria facit antequam seminet. Primo semen doctrinae euulgandum manu capit, vt scilicet prius operetur, quam doceat, vt iam diximus. Secundo semen mundat domi seminaturus, ne forte mala gramina serat: sic praedicator prius singula apud se debet verba expendere, ne quid effundat, quod bonis noceat, aut fructum bonae doctrinae impediatur. Vnde Esaias: Dominus dedit mihi linguam eruditam: vt sciam sustentare eum, qui lapsus est verbo. Dominus Deus aperuit mihi aurem. Ego autem non contradico, &c. Tertio seminator terram diligenter considerat, vt quae tritici ferax est, tritico seminetur; quae vero hordei, hordeo. Sic praedicator iuxta audientium captum doctrinam suam spargere debet. Ideo Paulus. Non veni, inquit, ad vos in sublimitate sermonis: sed tanquam paruulis in Christo laccedi vobis, non escam, &c. Sed satis haec sint de praedicatoribus. Haec enim egimus de semine & de seminatore, hoc est de praedicatoribus & verbo diuino, nunc paucis verbis de terra, in quam semen cadit, agendum est. Haec autem terra, vt ex litera patet, proculdubio corda audientium praedicationem sunt. Quatuor autem differentias huius terrae Christus posuit. Nam quidam audientes verbum non fructificant: quia illud non credunt. Alij autem licet credant, impediuntur fructificare. Primi fructu ferre nullo modo possunt: nam verbum non creditum, animum ad agendum nullo pacto mouere posse verosimile est. Et isti comparantur semini cadenti secus viam: quia licet terra sit bona, impossibile est tibi fructu gigni, cum transeuntium pedibus conculcetur. Hoc semen tollit diabolus, sicut aues granum de terra: ne credentes salui fiant. Quia verbum, quod non creditur mox ab animo nostro elabatur: quia animum non curat de eo, quod verum esse non putat. Cateri autem qui credunt, licet non operentur, verbum in animo retinent, cum credunt illud esse verum. Et sic de sola prima parte seminis dicitur, quod volucres comederunt illud, & etiam a diabolo raptum fuisse. In spinis autem, & supra petram semen manet, licet fructum non gignat: quia isti sunt qui credunt & non operantur. Quia tamen verbum creditum mouet animum: necesse est, vt credens operetur, nisi impediatur. Est autem duplex impedimentum, alterum propter timorem, alterum propter amorem: quia ex istis passionibus oriuntur caeterae. Propter timorem impeditur qui cessat ab operatione tentatione insurgente: & hoc est semen, quod cecidit supra petram. Propter amorem autem impediuntur illi, qui propter aliqua bona huius vitae, videlicet diuitias, honores & carnis oblectamenta cessant ab opere: & hoc est semen cadens inter spinas. Et quia non sunt plures modi, generaliter loquedo, quibus homo audiens verbum Dei non fructificet, posuit Christus tres tantummodo partes seminis non fructificantis, & vnam fructificantis. Sed singulas has quatuor differentias terrae expeditamus, & audiamus Dominum dicentem. Qui autem se-  
cus viam, hi sunt, qui audiunt: deinde venit diabolus & tollit verbum de corde eorum ne credentes salui fiant. Audiunt quidem multi verbum Dei

Esai. 50.

1. Cor. 9.

& delectantur in praedicatione, sed non proficiunt. Quemadmodum nonnulli oblectantur musica, & musicos, aliorum fortitudinem & res gestas, & facta praedicta canentes libenter audiunt, sed virtutes, quas illis laudibus efferunt & cantibus celebrant imitari non curant. Sic oblectationis & recreationis tantum causa multi audiunt concionatores: sed non imitantur virtutes, quas laudant. Audiunt concionatores, vt eorum mulceatur artificio, eloquentia & doctrina: non autem, vt iuxta eam viuant. Vt apes multa decurrentes solum floribus delectantur, illosque decerpunt, alia vero relinquunt: sic ij auditores totam concionem audientes nihil praeterquam pulchra dicta eligunt. Haec tantum curant & solidam doctrinam contemnant. Id prauidens Paulus Timotheo dixit. Veniet tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed, &c. In Actis Apostolorum legitur Athenienses ad nihil aliud vacasse, quam vt aliquid noui dicerent, aut audirent. Solent etiam isti flores praedicatorum aliquando prodesse, & inter haec aliquem bonum motum concipere. Et audientes conciones solent multi vitae suae emendationem proponere: sed nihil proficiunt, licet bene cogitent, quia tentati a diabolo succumbunt. Venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, qui ex curiositate, aut recta intentione audiunt, ne credentes salui fiant. Multi quidem bene audiunt, sed non proficiunt: quia diabolus tollit verbum Dei de cordibus eorum. Venit diabolus, qui latine dicitur calumniator. Graece diabolos, Hebraice zabalus, hoc est deorsum fluens, eo quod a caelestibus in terram sedibus corruerit. Assimilatur autem hic volucris caeli propter similitudinem: quia volucres comedunt semen, ita, vt terra fructum ferre non possit: sic & demones tollunt verbum bonum de corde hominum, vt fructu boni operis priuentur. Morantur etiam in aere sicut aues, & natura leuiore sunt caeteris creaturis, sicut aues reliquis animalibus agilitate antestant. Hic tollit verbum de corde audientium illud, sicut Madianita, qui vastabant segetes Israel. Obserua autem pro huius loci expositione, diabolus nihil penitus ab intellectu aut voluntate nostra eripere posse: quia operatio demonis non potest perungere directe vsque ad substantiam animae nostrae: nec etiam angelus id efficere. Quoniam solus Deus, qui animae nostrae illabitur, & in illa vere est, potest in ea operari. Et ideo etiam si Deus permitteret diabolo facere quod posset, non posset tollere aliquid de intellectu nostro, aut de voluntate, nec scit quid habeamus in intellectu, aut voluntate nostra. Potest tamen demon operari circa phantasma dicit organum corporale: & totum intelligere nostrum a phantasmate pendet, eo quod intellectus noster non habet formas, per quas intelligat, sed per sensum accipit a rebus. Vnde demon perturbare phantasmam potest, destruendo eam, vel illam ineptam faciendo ad vsum intelligendi. Et ita poterit auferre omnem intellectio-nem nostram: sicut apparet in omnibus aegritudinibus, in quibus turbatur cerebrum. Sed Deus illis hoc non pernitit, nec etiam corporaliter nocere hominibus quantum volunt: suggerunt tamen figmenta cogitationi, vt fidem euerant. Quomodounque autem suadente diabolo homo non credit

2. Tim. 4.

Act. 17.

Iudi. 6.

1044. 79.

Gen. 30.

Sep. 5.

credit eis, quae praedicantur, dicitur diabolus tollere verbum de corde eius. Et sicut potest tollere de corde isto modo, quo diximus, potest etiam mittere, sicut Ioannes ait, misisse diabolum in cor Iudae, vt Dominum traderet, transmutando phantasias omnes, & imaginationes, & denique ipsas potentias organis infixas, sensus deludendo, quantum Deus permittit. Et quia intellectus vitiorum illis potentis, ideo ipsis turbatis communiter turbat rationem. Intellectus autem ratione turbata necessario vitatur & vitiosus voluntatem ad se trahit, qua decepta, peccatum committitur. Hoc autem modo diabolus in directe & mediate mittes has falsas, & impias cogitationes omnia perturbat vsquequo voluntas vult & libere consentiat peccatis: & tunc tollit diabolum gratiam & charitatem, & merita, & aliquando fidem, ita, vt non credat verbo Dei, nec Ecclesiae praedictanti. Audi quid fecerit Iacob, vt oues, & caprae conciperent foetus maculosos, posuit ante oculos gregis, quoties a quarum iret, virgas populeas & amygdalinas, cortice partim erepto, partim retento. Quo pacto virga discoloris effecta, & in perspicua sublucentes aqua, veneris tempore, matrum per defixos sensus foetus in vtero maculabant. Ita & demon sensibus nostris varia deliramenta obicit, si qua possit animam labe peccati maculare. Cum enim optime nouerit tempora, quibus nos, quasi quadam venere libidinum furore rapimur, quando maiorem in modum ardescimus, in aqua nostrae voluptatis talia obicit phantasiae vasamenta, tantis distincta pietatis coloribus & simulationibus, vt nemo nisi castissimus ab omni culpa conscientiam non maculatam possit feruare. Vnde, sicut in grege Iacob accidit, vt eo colore agni tingerentur quem matres eorum concipientes oculis hauserant, sic euenit miseris mortalibus, qui incautus varia cogitantes, pauci macula peccati euadunt. Nam in ea miserimè labuntur vitia, quibus frequentius a demone sollicitati non restiterunt. Hostis namque generis humani, qui optime vniuersiusque ingenium & mores nouit, ea se gerit arte, vt iracundis iram, libidinosis veneris, superbis arrogantiae semper cogitationes obiciat: quibus mille fucatis pietatis coloribus intellectui, & voluntatem seducit. Aduerte autem non posuisse Iacob quascunque virgas, sed tantum populeas & amygdalinas, vt hinc etiam discas labilitatem & inopiam huius vitae. Nam sicut populus sterilis est, nulliusque fructus ferax, frondes tantummodo virentes ostentat, amygdalus autem, praecoci vernans flore breuissime & florem & frondes amittit: sic vitia nobis ante oculos a demone obiecta, quasi populeae & amygdalinae virgae fugacia, sterilia & breuissimae iucunditatis sunt. Flosculi sunt inconstantissimi carnis oblectamenta: quae quauis fortunae vel naturae vice collabuntur. Reliqua autem vitia frondibus infirmis sunt similia, quae quocunque aduersitatis flatu decidunt: auroremque suum nudum relinquunt. Omnia vanitas & stercus sunt. Vnde impij in inferno positi dixerunt. Quis profuit nobis superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transferunt omnia illa tanquam vmbra. In huc prope modum se habent omnia secularia non modo vitiosa, sed etiam inculpanda suppellectilia,

quoniam tanquam flores euanescent, & tanquam vas figuli confringuntur. Nec etiam vacat mysterio, quod alias cum cortice, alias sine illo, virgas posuerit Iacob. Sic enim a demone prima obicitur hominibus vitia, alia quidem perspicua quae facili negotio, & videri & cauere possunt: omni vela mine sublato, alia vero ita obducta vt difficile possint vitari & prouideri. Saepe namque numero Satanas se in angelum lucis transfiguratur, & illos miserime decipit, qui minus caute agentes, in vitiis loquos facilius illabuntur. Eo modo vxor Hieroboam capite obuclato & facie, incescit, putans se decepturam prophetam Ahiam ignarum. Posuit igitur virgas Iacob cortice obiectas. Sed quia de hoc genere tentationum iam diximus in praefatione beati Lucae, nunc procedamus, & videamus sequentia. Nam qui supra petram, hi sunt, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habeat, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Cedit semen super lapidem, cum cadit super cor durum & obstinatum. Homines enim huiusmodi quoniam ex peccandi consuetudine longinqua obriuerunt instar marmoris montis, quamquam non inuiti doctrinam audiunt Euangelicam, difficile tamen, ita emolliuntur, vt vel a peccando se abstineant, aut ad virtutem se conferant. Tantum potest in omnibus rebus etiam nocentissimus vsus tempore confirmatus. Quare sicut cadente pluuia lapides foris madescunt, intus vero suam siccitatem cum duritia seruant: ita isti fallaces homines extrinsecus miti placidoque apparent vultu, ora, dum sacris interfunt concionibus, nonnunquam lachrymis rigant, at mens immota manet in obstinatione sua. Hanc miserimam vitae conditionem efficit peccandi consuetudo. Eo enim miserie deuenit anima peccando, vt adeo in peccatis indurescat ne vnquam sese ab illis eruere, aut raro possit, nisi specialiter diuino subleuetur praesidio. Vnde Iob de obstinato peccatore ait. Cor eius indurabitur quasi lapis. Quare ne in tantum rigore forte peruenias, multo ante praecauere debes. Inquit enim scriptura. Cor durum male habebit in nouissimo. Sicut etenim illa, quae dura natura sunt, grauius etiam sunt esse necesse, vt in lapide videmus, qui de turre missus, nisi impeditur, ad centrum vsque perueniret: sic ille qui cor durum & lapideum habet simulacrum a morte emissus fuerit, proculdubio ima inferni petet loca. De Pharaone ait Deus. Indurabo cor Pharaonis. Quamobrem impius rex obduratus vocem Moysis tam egregij concionatoris non audiuit, tantis editis miraculis: nihil tamen illi profuit, vt verbum Dei susciperet. Et ideo de illo eiusque obstinatis militibus dixit Maria soror Moyse in cantico. Descenderunt in infernum quasi lapis. Si verum est illud, quod inter philosophos est celebratissimum, scilicet, omne graue deorsum tendere, quo tandem ibit anima. Pharaonica similis, nisi in infernum? Cuius tanta fuit duritia, vt durissima etiam saxa illius comparatione mollia videantur. Quoties tu te descensurum putas, quem assidue concionatorum voces plusquam lapideum torquentem, mouere non possunt? Timendum tibi quidem est. Si quidem ea negligentia & incuria vitam agis tuam, vt indies peior fias, nec tantis propo-

Psal. 2.

2. Cor. 12

3. Reg. 14

Iob. 41.

Eccle. 30

Exod. 7.

Exod. 15

propositis documentis quicquam ad virtutē moueris. Hæc cordis duritia in causa est, quare isti tā cito ad peccata reuertantur à quibus vix dum semel exierant. Non concedunt isti locum spiritui sancto inftar duri corporis, quod digito tangenti non cedit. Sic cor durum spiritui sancto, qui digitus Dei dicitur nequaquam cedit. Hoc modo quibusdam Iudæis obstinatis dixit Stephanus. O duri ceruice & incircūcisi cordibus, vos semper spiritui sancto restitistis. Nihilominus tamen ea est diuina clementia, vt hæc etiam obstinatissima corda mille modis mollire. Quemadmodum namque qui aliquid molle facere vult, prius impressum manibus huc illuc versat, si adhuc resistit adhibet vnctionem, post vnctionem vero in aquā conuicit, postea in ignem, deinde ad incudem ducit, quod si nec hoc modo mollire potest, tanquā omnino inutile abicit. Sic Deus erga humana se gerit corda. Primum enim illa quasi manibus suis contrectans benigna passionis suæ, grandiumque beneficiorum memoria mulcet. Secundo illa inūgit diuinis auxilijs & inspirationibus, quibus facilius peccati rigorem deponant. Tertio bonorum temporalium aquis inundat, vt gratias auctori agendo in memoriam veniant delicti sui. Quarto ignibus tribulationum, & infirmitatū vexat. Denique istibus mortis temporalis committit, vt vel saltem tunc resipiscant, & conuertantur. At vero si nihil istorum potest deperditam reuocare voluntatem, nulla mora est, quin huiusmodi miserimi peccatores, quorum corda marmorea vllis non potuerunt mollescere viribus, in infernum conuiciantur. His igitur quid proderunt conciones, aut prædicatorum verba, quos non mouerunt nec deliciae, nec flagella diuina? Vt enim illi, qui ad ea loca Nili catadupas appellata, inhabitantes, prorsus nihil audiunt: quoniam nimio fluuij fragore ab altissimis montibus labentis surditatem natuā contrahunt, obstupescere audiendi sensu nimia obiectionis efficacia & abundantia: sic qui huius sæculi tumultibus & torrentibus semper adsistunt, diuersis corda sua oblectamentis ingurgitantes, ea vsque adeo stupida & insensibilia reddunt, vt Dei vocationes non percipiant, sed inutilia & vitiosa murmura. Aut si in initio aliquandiu sacris concionibus tanguntur, paulatim negligunt, more illorum, qui viciniam alicuius ferrarij fabri adepti, primo malleorum grauius ictibus offenduntur, quibus tamen indies perseverantibus, inducta consuetudine, non modo non mouentur, quin etiam suauius dormiunt. Quare non est mirum, quia ita incaute viuūt, in eam deuenere salutis suæ desperationem, vt nec concionibus, nec inspirationibus aut clamoribus diuinis possint excitari, aut emolliri. Quemadmodum vulnera tabe cōfecta & corrupta, sensus stupore chirurgi ferrum nequaquam sentiunt: sic isti peccandi consuetudine obdurati medicabile Dei ferrum non sentiunt, hoc est diuinas vocationes non exaudiunt, imò potius more immedicabilis vlcis indies medicina ipsa corruptiores fiunt. Non sic sese habebat Dauid. Dicebat enim. Factum est cor meum sicut cera liquefescens in medio ventris mei. Ideo Dominus, vt audiri ab hominibus posset, per Ezechielem ait. Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Sed videamus quæ sit huius tantæ du-

ritiei causa. Et quāquam alicui fortassis Deus ipse huius obstinationis causa esse videatur, iuxta illud. Ego indurabo cor Pharaonis. Tamen nec si des nec ratio patitur, vt Deum optimum maximū auctorem nostrorum criminum faciamus. Quare sapientius dicemus Deum non esse causam effectiue, sed permissiue huius duritiæ. Sicut nāque medicus quātumuis infirmorum sanitati studeat, ægrotos tamen infirmos & medicamina renuētes, vt incurabiles relinquit tandem, post varias preces, & minas, quibus nihil promouit: sic Deus peccatorem multum diuque vocatum, postquam volentem ducere non potest, ne inuitum trahat, deserit. Hæc namque inter Deum & medicum interuenit differentia: quia medicus ne frustra conetur, infirmum deserit: Deus vero ne libero arbitrio vim videatur inferre, quod liberrimum esse voluit, vt homines mererentur aut gloriam, aut supplicium, peccatorem relinquit. Hac de causa poterat quidem Deus impium Pharaonē maxima aliqua plaga & insuperabili aliquo portento mouere, & conuertere: sed quia iā fati superque monuerat, multis variisque signis, quæ omnia præfissimi tyranni duritiæ nihil profuerunt, ideo illū vt immedicabilem deseruit. Itaque cum Deus omnia futura in conspectu habeat, hoc inuere voluit dum dixit. Ego indurabo cor Pharaonis, id est, non adiciam vltra benefacere illi, vt conuertatur. Quare sic induratus in mari Rubro interiit. Cum auxilia supererogationis Deus tollit, tunc dicitur permittere aliquid: licet non tollat necessaria ad conualefcendum auxilia. Quia cum possit peccatorem eruere de sua potentia, non vult: ex maximis peccatoris demeritis. Vnde Paulus ait. Quem vult miseretur, & quem vult indurat. Quæ verba iuxta supra dictam explicationem accipienda sunt. Sed vt explicati omnibus pateant aduertendum est in quolibet peccato duo considerari, recessum à Deo & accessum ad creaturam, vt ex peccati diffinitione colligitur. Quoties igitur homo accedit ad creaturam non recedens à creatore non peccat: si tamen ita accedit ad illam, vt Deum deserat, tunc crimen admittit. Quare, sicut noctu sol à nostro hemispherio recedens quodammodo obscuritatis causa dicitur, quia interposita terræ mole superiore in illius superficiem illustrare non potest, sic Deus obdurationis peccatorum causa dicitur, quoties interposita criminum cōgerie supremam animarum nostrarum faciem non illuminat. Attamen sicut proprie loquendo sol nullo modo noctis est causa, sed terræ oppositio: ita impium esset asserere Deum animos hominū deprauare, quod humanæ malitiæ propriū est. Vnde illud. Perditio tua ex te Israel. Peccator igitur, vt effrenis equus, peccandi pessima consuetudine calcaria adiciēte, in præceps sponte sua ruit. Sic Deus de quibusdam ait. Ipsi regnauerunt, sed non ex me: principes extiterunt, &c. Ideo inquit per Osam Deus. Perditio tua ex te Israel, statim subdit. Auxilium tuum ex me. Tanta enim est liberi arbitrij immunitas vt nihil quicquam aut addere, aut detrudere hominis voluntati ipso inuito possit, nisi solus Deus: quod ille raro facit, partim, vt mereamur sponte bene operando: partim vt puniamur pessime perseverando. Quod 0 vtinam indignationis fulmen Dominus à populo suo, in ethnicos

ethnicos & infideles conuertat. Vnde in quarto Regum libro habetur. Coepit tadere super filios Israel: iratusque est vehementer, & abstulit illos Deus à conspectu suo, & proiecit Dominus omne semen Israel à facie sua. Itaque populus electus inter omnes gentes, cui vsque adeo Deus indulserat repulsus fuit culpa sua à facie Domini. Laborauit sustinens: & ideo tradidit illos Deus in reprobum sensum, & ibunt in desideria cordis eorū. Sic loquens Dominus in Apocalypsi cum quodā peccatore inquit. Qui sordidus est, sordescat adhuc. Isti, vt hic ait Christus, cum gaudio suscipiunt verbum Dei, quia delectantur audiendo prædicationem, & cupiunt iustificari: sed in tempore tentationis recedunt à bono, quod proposuerant: sicut Balaam, qui videns tentoria Israel, fleuit, & conuersus est dicens. Moriatur anima mea morte iustorum: & fiant nouissima mea horum similia. Sed post pauca mutatus conuersus est ad auaritiā & ad peccata pristina: deditque impium consiliū, quo Israel periret. Sic multi vitia detestantur, at post plantum ad eadem reuertentur, duritie cordis, quæ ex inueterata consuetudine processit, attrahit. Causam autem dedit Deus. Quia radices non habent isti. Non enim inter lapides semen radices agere potest, nec verbum diuinum in animo lapide & duro vlllo pacto hæere. Sic arbores, quæ sepe transplantantur ab vno loco in aliud nūquam radicantur, sic etiam, qui inconstantes in virtute sunt nequaquam vigere, aut fructificare poterūt. Mutantur namque tanquam arborum frondes & quasi ostium in cardine huc illuc mouentur, nec tamen à peccatorum excidit vertebra. Quos vt inconstantes & instabiles Esaias pilæ rotundæ assimilat. Quasi pilam, inquit, mittet te in terram. Vt enim lufores pilam nūsq̄ consistere patiuntur: sic permittente diuina iustitia peccata nullibi fontes sinunt in virtute immorari, sed à minori ad maiorem in peccando iactum agitant. Id intelligens Dauid dicebat, Deus meus pone illos, vt rota, id est, instabiles & agitatores, sicut agitur rota. Et Ecclesiasticus. Præcordia fatui, quasi rota carri. Hoc autem ex peccato prouenit iuxta illud. Peccatum peccauit Hierusalem: ideo instabilis facta est. Ideo Caim egressus à facie Domini habitauit profugus. Pro profugo est in Hebræo. Nod: quod proprie instabilem & inconstantem significat. Tales sunt, qui se à Domino separant sicut Caim, verum multo inconstantiores in virtute (si aliquando ad virtutē accedant) erunt illi, qui lōga peccandi consuetudine non semel, sed sepe numero à Domino recesserunt. Audiunt enim verbum Dei, sed sicut canis, reuertuntur ad vomitum. Hos assimilat Iacobus hominibus se in speculo intuitibus, dum ait. Auditor verbi & nō factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatē suæ in speculo. Nam quemadmodū, qui in speculum nihil nisi sui imaginem videt, sic qui audit & non operatur, similitudine tantum bonus est, nō opere. Non aliter in tabulis conspiciuntur ad fabre depicta simulacra, quorum alia incedere videtur, & non incedunt, alia ridere & non ridēt, alia corpus librare & tamen immobilia sunt. Nulla alia ratio reddi potest germanior, cur tam sepe videamus mortales quam plurimos sanctis præsertim Dominicæ passionis diebus, qui sese ieiunijs, preci-

bus, flagellisque conficiunt, statim vero quasi illud perfunctorie fecissent, famelici multo vehementius ad libidines, voracitates, vitiaque redeunt sua. Enimvero, quid profint corporei conatus, nisi ex animo vero, & spontaneo, nō ficto aut fallaci fiant, non video. Quæ de causis iis similibusque farinae hominibus egregie imaginum aptatur similitudo, quoniam omnia facere videntur, & nihil faciunt. Ideo Dauid inquit. In imagine pertrāsit homo. Qui enim & audit conciones, & precatur, & ieiunat, cæteraque opera bona externa facit nō tamen interno affectu operatur, sicut simulacrum in pariete est. Hoc autem non indignum etiam consideratione est, ex verbis Iacobi superius citatis. Non enim dixit Auditor verbi, & non factor similis est mulieri consideranti vultum suū in speculo, sed comparabitur viro. Multo enim aliter & vir & femina in speculo se considerant. Vir namque licet in speculo videat, se aliqua inquinatum macula, aut foeditate, parū curat, nec ornatus, aut mundandæ faciei studiosus eo magis efficitur. At femina, cui præcipua contentio est faciem vnde cumque ornare & componere, vel minimam notam non patitur, quin statim vel aqua, linteove abstergat. Qui concionem audiens sua peccata castigata nō reddit, hic similis est viro qui faciei suæ deformitates non emendat, at qui ea corrigat, & delet, similandus est mulieri quæ consideranti se in speculo, maculas vultus sui abstergit. In hoc igitur femineum genus imitemur, vt quod ipse in excolenda corporea facie, curæ, & diligentia nauat, nos in ornanda spiritali impēdamus. Itaque qui concioni interest, non debet sola auditione diuini verbi esse contentus, sed attento animo ad singula prædicatoris verba sit, notetque in vnoquoque salutis suæ remedium quasi in speculo inquis. Illud vitium meū est, hac ratione propulsabo, peccandi autem consuetudini sic medebor. Et ita dereliquis. Denique eo pacto concionem audire debes, vt sicut opposito speculo oris foeditates, ita illa audienda conscientia labes omnes infer mulieris emundes, & abstergas. Quare auditor verbi & non factor comparatur viro intuenti se in speculo, non mulieri, quia vir cum se sepe numero vitionum notari à predicatore videat, nihili facit. Observa autem hic, licet hæc inconstātia ab intrinseco plerumque proueniat, solet etiā non raro ab extrinseco accedere, à malis consilijs videlicet & ab iniqua hominum familiaritate & consuetudine. Nam Deus qui ex lapidibus potest suscitare filios Abrahæ, & auferre cor lapideum & carneum cōcedere potest, & ex obstinato peccatore mollissimum reddere, & piissimum, ita, vt auditio verbo Dei fructus vberissimos producat, nisi humana obstaret nequitia. Verum sepe numero Deo interius animum mouente & ad bona opera incitate, perfidi familiares demonis auxilio adiunt recensque conuersum amicum, nunc ridendo, nunc eius institutum deludēdo ab incepta deterrent virtutis via. Hæc est fortissima quedā inferni vis, qua homines non pauci à virtute labuntur. Multi enim amicis plusquam satis est tribuentes eorum decipiuntur monitis. Qui tamen non ab amicis, sed potius ad impijs decipiuntur, sicut propheta ille senex, qui virum Dei auertit à itinere, & suo malo consilio prauaricari fecit illum à via Domini, vt comederet

A 7.

Exod. 7.

Exod. 14.

Rom. 8.

Osee 13.

Osee 8.

Psal. 8.

Matt. 30.  
Ezech. 16.

3. Reg. 13.



comederet & biberet, atque ideo à leone suffocatus est. Sic qui malis consiliis acquiescentes in bono non perseverant incepto puniuntur à Deo, sicut ille propheta, qui ab incepto desistit non comedens nec bibens cum Ieroboam, eo quod adhibuisset impio seni fidem, &c. Sed iam ad contextum veniamus. *Quod autem in spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & à sollicitudinibus & diuitiis & voluptatibus vitæ euntes suffocantur & non referunt fructum.* Optime comparat Christus diuitias spinis. Primo, quia quemadmodum difficilius est & periculosus ad spinas accessus. Ita cum diuitibus miserissima est consuetudo, qui humilioris conditionis homines superba & crudeliter tractare solent. Quod si postquam tenuior cum ditiore contraxerit, aut amicitiam iunxerit, non secus ab illo, si forte discessum moliat, laceratus discedit, quam si desissimum subisset spinetum. Hinc sunt ille quotidie miserorum aratorum lachrymæ, quibus se passim à potentioribus spoliatos testantur. Alius agrum, alius pecus, alius domum sibi ablatam deplorant, nec est in terris iudex, qui opem ferat, aut consolator qui dolorem leuet. Quid dicam præter rei familiaris iacturas, quæ patiuntur iniuriarum, & ignominia mala? Sed hæc in hoc propositum satis sit dixisse, nunc ulterius progrediamur. ¶ Secundo assimilantur diuitiæ spinis, quia sicut qui spinas laxa tenet manu, spinarum non pungitur aculeis, si vero manum cōtrahat, quo magis cōtrahit, eo magis fauciat. Sic diuitiæ, si manibus extensis, id est, liberalibus geras, noxiæ non sunt, at vero si arctius & auidius vitas & cōprimas, mirum est quam non modo animam, sed etiã corpus ipsum eneruent atque dedecorent. Vnde illud. Beatus diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum, &c. Non obfuerunt diuitiæ quondam mulieri illi, de qua scriptura inquit. Palmas eius extendit ad pauperem. Non sensit quidem hæc spinosarum opum aculeos, quia extensa & libera manu gerebat. Quod multo aliter accidit illis, qui ita res suas fouent, vt difficile sit iudicare vtrum ambrosiosius quærant, an tenacius seruent, quoniã sicut de phoenice memoria traditum est, qui suprema senectute frondes arborea que congregat putamina, vt sibi conflagrato incendio paret, ita isti nequissimi homines congregandis rerum temporalium quilibet omni impendunt operam vt morte obita æternam sibi in inferno pyram cōstruant. Sic igitur rerum suarum benignus dispensator vt temporalia bona æternis non anteponas. ¶ Tertio assimilantur spinæ diuitiis, quoniam sicut spineta suapte natura latibulum omnium reptilium, venenosorumque animalium cōfugium sunt, ita diuitiarum vitiarum sunt receptaculum & sedes. Eo enim quo quis diues est, statim superbus, iners, mollis, impudicus, vorator, bibosus & tyrannus efficitur. Quæ omnia in cōmota diuitiarum luxu consequuntur. Vnde in ecclesiastico habetur. Diues iniuste egit & fremet. Quod si recte animaduertamus non minus hæc nostra tēpestas diuites videbimus horum vitiarum vinculis implicatos, quã olim propheta Michæ tēpore, cū ipse dixit. Diuites eius repleti sunt iniquitate. Hoc autē eo accidit, quia natura comparatum est, vt eestas virtutum omnium sit custos, luxus vero certissimus vitiarum fomes. Argumentum est enim in diuitiis non esse virtutē, & apud Græcos

& Latinos optimos quosque viros paupertatem amauisse legimus. Vnde Græcum est apud Plutarchum prouerbum ephdepote limos egemnis michias. Id est, nunquã fames adulteria genuit. Nam sine Cerere & Libero friget Venus. Cum autē cibaria, omniaque corporis voluptuaria pecunia veniant, inde fit, vt diuites multo sint pauperibus vitiosiores. Aptissime igitur vel hac solū ratione conferuntur diuitiæ spinis, quoniam & vitiarum latæbre sunt & quia possidentes mille sollicitudinibus solent angere. Quapropter Dominus hic cū diuitiis angustias copulauit inquiens, semen inter spinas cecidisse, quo intelliguntur illi, qui à curis & sollicitudinibus huius seculi suffocantur. Vnde sicut olitores hortos circumspicere spinis solent ne furibus aut pecori facilis pateat locus, ita Deus diuitiis sollicitudinum & anxietatum claustra obdidit, ne homines qui belluino more in secularia ruunt impune transeant. Iuxta illud, quod per Oseam inquit. Sepiam viam tuam spinis. Quasi dixisset. Siquidem auiditas tua nullis coerceri potest vinculis, quin, hortos & pomaria expiles, aliud excogitabo remedium, circūdabo videlicet vitam hanc deliciosam multorum laborum vitiis, vt quod pudor non potuit, prohibeat periculum. Sic quemadmodum pueri rapaces fructibus abstinent magis sapientia difficultate, quam iustitiæ & probitatis causa, ita sæpe sapientis vitiosi homines peccare timent discriminis aut supplicij causa. Hoc modo plurimi honoris ambitiosissimi, aut voluptatis cupidissimi, vel diuitiarum amantissimi, ne ambiendo, aut periclitando, vel laborando defatigantur non raro à vitiarum sequela abstant. Veruntamen sunt non pauci pueri furacissimis similes, qui per medias spinarum & laborum sylvas non dubitant, cruentatis etiam manibus & pedibus ad voluptatum bonorumque temporalium hortum pergere. O quot mortalium in orbe terrarum sunt, quibus omne studium & sollicitudo in hoc tantummodo versatur, corpus animamque ipsam supplicio exponentibus æterno, vt breuicula animum expleant fugacique voluptate. De pueris mirum quidem non est, si in ipso ætatis feruore constituti ardentius quid aut exspectant, aut sequantur, at virili ætati summum est dedecus, ita libidini manus victas dare, vt nullum in tota mētis arce rationi locum relinquat. Opposuit rerum conditor parandis diuitiis, æneum laborum & discriminum sepimentum, vt vel inuitos contineret mortales. At ea est illorum proteruitas, vt nullo obstante discrimine aut labore, per medias fluctuum aut armorum tempestates inopes ruant, & spretis æstus & frigoris moribus voluptati indulgentes stipendium sub Satana egregia mereant militia. Quorum nimiam sollicitudinē egregie poeta ille expressit, qui dixit. Quanto diuites animi capitique dolore, impiger extremos currit mercator ad Indos, per mare pauperiem fugiens per saxa per ignes. O ciues, ciues, prius pecunia quærenda est, virtus post nummos. Quoties igitur verbum Dei, quod dignissimum est semē, in eorum hominum animos cadit, qui variis seculi distenduntur sollicitudinibus fructum ferre nequaquam potest, quoniam mundi amor germinantem, suffocat virtutē, Vidit Moyses rubrum ardentem, qui tamen non comburebatur. Sic corda hominum rubeto spinarum

psal. 118

101. 23.

Luc. 24.

Ose. 2.

psal. 57.

Elor. epi.

Exod. 3.

rum obstata ardent & non exuruntur. Verbum dei est quasi ignis iuxta illud psalmistæ. Ignitum eloquium tuum vehementer. Et dominus per Hieremiam propheta ait. Nūquid verba mea non sunt quasi ignis, dicit Dominus? Hunc ignem senserunt illi duo domini discipuli, qui dixerunt. Nonne cor nostrum ardēs erat dum loqueretur nobis in via? In cor avari descendit quidē verbum Dei & ardet, atque calefacit, veruntamen nec diuitiarum spinæ, nec ipsarum cor exurit, sed integrum & immobilitate persistit in rerum terrenarum amore, sicut rubus Moysi ardens non consumebatur. Quare multos videbis homines huiusmodi, qui dum eunt & interfertur concionibus ardere & moueri verbo Dei non parum videntur, adeo, vt eos iam melioris vitæ conditionem eligisse existimes, sin tamen, aut mixtandum aut dandum amicis, iuxta illorum indigentiam sit, quanquam omnibus prouoluit precibus contendas non impetrabis. Itaque in templo & in via pictent tantum non domi, vbi maxime opus est, non in bonis operibus ostendunt, ea est hominum summa auaritia importunaque religio. Hoc autem eo fit, quoniam sicut ille, qui affectu verbum Dei percipit, terrenam mittit cupiditatem, sic corda cupiditate plena, idē verbum affectu cordis percipere non valent. De quibus bene per Psalmistam dicitur. Sicut a spiders obturant aures suas, ne audiat vocem incantantis, & venefici in cantantibus sapienter. Quoniam, vt beatus Augustinus exponens hunc locum psalmi ait, serpens hic ne se in lucem à lateribus caui sui exerat, audita venefici incantatione, alteram aurem terra, alteram vero caudæ extremitate obdit, quo facto immota permanet in habitatione sua, sic auarus vt in vitiarum suorum demerit fouea delitescat, ne vocem Dei quotidie vocantis audiat, animi auditum, terra, id est, terrenis cogitationibus & voluptatibus oppulit partim, partim vero cauda, id est, sine proposito in quæ omnes conatus suos dirigens, aut ditissimum, aut potētissimum se sperat futurum. Quare sordiditate summa oppressus mirum non est, si neque concionatorum clamoribus, neque diuinis inspirationibus, neque proximorum misericordia moueatur impius auarus. Et non ineptē quidem verbum Dei incantatoris voci cōfertur: quid enim magis mirabile, magisque inuitatum (quæ hominum est tenacitas) quã vniuersa derelinquere seculi bona, & mendicatio viuendo. Christum sequi dominum? aut quod efficacius carmen verbo Dei, quod hæc operatur? in paucis tamen. In illis scilicet, qui tanquam serpentes, non obturant aures suas, qui bona terra sunt, & non obstati diuitiarum spinis horrent. In reliquis enim, qui terrenis rebus & sollicitudinibus diuitiarum detinentur, nihil promouet verbum, nihil prædicatores proficiunt: quia amor seculi germinantem virtutē suffocat, neque fructum facere sinit. Sicut namque in vase aliquo aceto pleno si guttulam mellis instillaueris nihil de acore acetum deponet, quia tantilla dulcedo in tanta contrarij saporis multitudine facile euanescit: sic in humanis pectoribus verbi diuini suauitas perire solet. Peccatores namque supra modum terrenis dediti cor acetosum & multis amaritudinibus repletum habent: labore, videlicet, in acquiescendo diuitias: timore, in custodiendo: & dolo-

re in amittendo. Quoniam quæ nimis amantur nimio dolore relinquuntur. Si ergo vel hoc verbi celestis, vel diuinarum inspirationum in huiusmodi corda mittatur, dubio procul mel perdetur & eorum amaror non mutabitur. Vnde prædicatori, qui in huiusmodi homines doctrinã spargit, illud poeticum optime aptari potest. Quid facis Oenone? quid arenæ semina madas? Non profecturis littora bobus aras? Ideo Christus hos fructum non relatuos afferit. Non enim de quouis fructu intelligit, sed de fructu perfecto & maturo, τελος φερομεν, fructum absolutum significat. Igitur non solum propter hæc mala contemndæ sunt diuitiæ, sed quia separant à Deo, & obnubilant intellectum. Luna non patitur eclipsim, nisi cum plena est: sic homo tunc maxime obscuratur cum plenus est diuitiis. Rursum sicut luna in plenilunio magis distat à sole, à quo lumen accipit: ita homo, tum demum longissime ab illuminatore suo & creatore Deo separatissimus est, quando scilicet diuitiarum luxu & superabundantia tumet. Quare tunc, non est mirum, si, sicut lunæ terra interiecta caliginem offendit, ita eadē terra interposita inter Deum, & miserum peccatorem ipsam foeditatē sua obscuret atque obruat. De his aut Esaias. Orientur in diebus eius spinæ & vitiæ. Sed de his iam satis. ¶ Obseruandū quoque hic est, dominum tam hoc in loco, quã alibi hoc verbo, cecidit, vsum fuisse. Non enim ait, seminatore, semē proiecit, aut aliud simile, sed inquit. Aliud cecidit secus viam, aliud cecidit supra petram, aliud cecidit inter spinas: aliud cecidit in terrā bonā. Hoc autē eo fecit, quia prædicator non intendit prædicare ineptis: facit enim prædicando, quod in se est: sed nullius voluntatem cogit quo vel bene, vel male, & vt voluerit verbū Dei accipiat. Quod si quis vel malitia vel infirmitate diuini verbi semē imprudētius tractet, quoniã hoc casu & non ex prædicatoris intento, euenit: ideo sapientissimè dixit dominus. Aliud cecidit in via, aliud cecidit supra petram, &c. Præterea, quamuis ex profecto & de industria sciens & volens prædicator seminaret secus viam, vel inter spinas, vel supra petram, accipiendo hanc seminationem, vt Christus hic accipit & in sensu, quo prehendit, non esset inconueniens: non enim eadem per omnia ratio est inter terrā seminandam frumētō, & animum seminandū diuino verbo. Nam etiam si stultissimus esse ille agricola censeretur, qui semen ferens supra petras, & vias, senticosaque loca prodigeret: at non sic de diuini seminis seminatore dicendū. Quoniã agricolæ seminando terram mitiorem, aut seminis capaciorē non faciūt: imò potius seges ipsa agrū exhaurit, & effectum reddit. At prædicatores iuuantibus diuinis inspirationibus, quasi quadam pluuia æreaque clementia sæpenumero monendo & subigendo, animorum tesqua in mitissimū & cultissimum fundum restituant non solum in diuini seminis capacem, verum etiam, fructus feracissimū, & qui etiam possit semen in alios conferendos agros suppeditare: id est, qui de flagitiosissimo cōuersus, alios ad diuinam frugem conuertat. Ideo que non est incommodum, imo vtilissimum & in primis necessarium peccatoribus quantumcunque desperatis prædicare: licet enim aratores viribus naturæ agrorum conditionem mutare non possint.

Esai. 54.

terru.

serendo, potest tamē Deus, qui omnia potest, animorum duritiam & acerbitatē mollire, vastationem occludere & spinositatem exurere. Ipse enim ait. Nunquid verba mea non sunt quasi ignis ardens : & quasi malleus conterens petras? Est quidem verbum Dei quasi ignis calefaciēs & illuminans mentes, iuxta illud psalmi. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumē semitis meis. Si ergo verbum, sicut ignis spinas comburit, & sicut malleus petras frangit, animi obstinationem comminuit, nemini quantumuis peccatori desperandum est, si modo cum affectu & proficiendi animo verbum Dei audit. Si habet cor lapideum Dominus habet malleum ferreum quo percutiat. Sicut enim ex frequenti percussione in silice elicitur ignis: ita Dominus ex corde duro & lapideo elicere poterit scintillas deuotionis. Et sicut ex frequenti percussione lapis durus politur, & in pulchram imaginē reformatur: sic in pectore per frequentem auditiōnē verbi Dei reformatur imago Dei deturpata per vitia. Itaque licet aliquando eueniat vt in plurimis verbi diuini prädicatione sit infructuosa, in quibus commune faciendis idem accidit, quod in arena, cui semen mandatur: tamen fieri potest, vt conuertantur, quantumcunque indurati & obstinati sint. Atque ideo non cessandum est à prädicatione & mittendum est semen secus vias, supra petras & inter spinas: quoniam potest Deus spinas comburere, petras mollire, & aues tentationum & malarum cogitationum abigere. Sed de quarta parte seminis audiamus. *Quod autem in terram bonam, ij sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent & fructum afferunt in patientia.* Isti sunt qui audiunt verbum Dei & retinent & afferunt fructum centuplum. Nam, sicut non prodest cibus, si eum euomis & non retines, sic verbum Dei in corde non proficiet quicquam nisi retinueris, & conseruaueris illud. Rursum sicut stomachus deficiente calore cibum non concoquit: sic animam nisi charitatē habeat, verbum auditum nutrire & vegetare nequit: quod cibus spiritualis est. Expende autem Christi Saluatoris nostri dignationem & charitatem, qui nomen suum cordi nostro communicat. Hoc enim optimum solius Dei est nomen: quia solus Deus est optimus, & solus ipse est maximus, & ipse optimus & maximus est. Cor autem hominis, teste Hieremia, prae omnibus prauum est. Sed vide rerum commutationem, & quanta sit Christi bonitas: cor prauum & pessimum hominis nomen optimum accipit. *¶* Obseruandū præterea est quid agricolæ facere soleant, vt ager fructificet. Non enim contemptim semen spargunt: sed antequam serant terram, subigunt & mouent: deinde frumenta mandant. Sic Deus vt verba sua fructum faciant in cordibus hominum, tribulationibus & laboribus antea nos premit, vt fructui ferendo patientiores reddamur. Vnde Paulus. Libenter sufferitis insipientes cum sitis ipsi sapientes: sustinetis enim, si quis deuorat, si quis accipit, &c. Gaudeo, inquit Paulus, quod placidē & sponte vos à Deo preparari sinitis, & libenter tentationes & persecutiones perferitis. Sed ne existi metis, caute, me vestri laboris expertem esse. Ter namque virgis caesus sum, semel lapidatus: ter naufragium feci, &c. Latemur igitur quoties tribulationibus con-

stamur: paratur namque terra, in qua seminatum verbum Dei fructum reddat centuplū. Vnde diuus Iacobus. Omne gaudium (ait) existimate fratres, cum in graues tentationes incidieritis. Dixit vero hic Christus, fructum in patientia, quia oportet multa aduersa pati, vt fructum afferamus: & non pati solum, sed patienter tolerare. Vt enim segetem in agro pluuia, niues glacies, pruinas, grandines & tēpestates ferre necessarium est, antequam maturescat & fructum ferat: ita hominē fidelē intus & extrinsecus multa pati mala oportet, quibus exhaustis tempore suo fructificet. Ad quod patientia opus est. Propterea verbum Dei à diuo Paulo verbum crucis appellatur, non solum quia annuntiat nobis salutem & felicitatē per crucem Christi: verum etiam quoniam crucē ipsam nobis secum affert. Nam omnes qui pie in Christo viuere volunt persecutionem patienter necessesse est. Sic igitur bonum semen ex bono corde, bonos fructus producit in patientia. *¶* Quod autem te in primis confirmare debet, ne in via tantorum incommodorum plena deficiat illud est infallibile Domini promissum: nempe centuplum accipies & vitam æternam possidebis. Nam si arator, vt terrenum fructum colligat nocte dieque colendis agris inuigilat nec somno aut corpori parcit: quid tu, vt caelesti fruaris fructu, qui Deus ipse est, facere debes? Vnde Iacobus. Ecce agricola patienter expectat fructus terræ. Sic etiā Paulus de Abrahamo ait, quod longanimitate ferens adeptus est reprobationem. Quis mercator ad indos nauigare, si ante oculos constitueret suos tempestates periculaque maris? Sed quia posthabito omni incommodo itineris, finem præmium videlicet considerat: omnia putat facillima. Ideo Paulus. Patientia vobis, ait, necessaria est: vt reportetis reprobationem. Cum ergo hæc vita aduersitatibus sit vniuersis refertissima, adeo, vt quāto quis via virtutis rectius nititur incedere, eo vehementius à Dæmone interpellatur: constat sine patientia, neminē sanē proficere posse: quam qui seruauerit tempore vteruo vernoque vitæ æternæ fructum colliget. Sic de sanctis Apostolis ait egregius psalter: Euntes ibant & flebant: mittentes semina sua. Sed quid cōsequuti sunt? Venientes autem venient cum exultatione portant sic manipulos suos. De spinis nascuntur rosæ: sic ex laboribus & ærumnis dulcem colligemus fructum: vt qui seminat in lachrymis, in exultatione metat. *¶* Ad nostram autem eruditionem, vt iam receptui canamus, ex hac similitudine discere possumus, omnem nostram salutem, principium ex Deo habere: qui seminat quidem bonum semen, non tamen sine nostra cooperatione fructum producit. Itē gratuito & libentissimē Christus semen suum spargit. Docet præterea hæc parabola omnem prädicationē nequaquam fieri, nisi à terra: id est, ab animis nostris diuini verbi semē recipiatur, seruetur & ad fructum prouehatur. Præcipit etiam, vt verbū Dei magnificiamus tanquam omnium pretiosissimum thesaurum nobis à Deo traditum ad animarum nostrarum sustentationem. Suadet etiam, vt verbum Dei in viscera traiciamus, recōdamusque, alioqui vsui nobis non erit quemadmodum nec semē fructum fert nisi penitus terræ committatur. Monet etiam, vt non solum verbum illud

pectoribus nostris, sed etiam omnem adhibeamus diligentiam & curam, ne ipsum rursum amittamus. Exponit igitur Christus quam bonum sit audire verbum Dei: verbo enim Dei instrui mur quid amare & quid vitare debeamus. Docet bonū semper fructificare. Nam, vt Paulus ait, terra que postquam seminata est fert fructum opportunum benedicta à Deo est. Verum si è cōtrario bene subacta & consista, tempestatum temperie foeta, pro frumento tamen carduos & spinas tribulosque cultori suo refert, reproba est & maledicta proxima. *¶* Quis nō dolenti animo videre queat hominū segetem, quæ sanguine Christi pretiosissimi nō rigata fuit in carduos & spinas cōuerti? *¶* Sed obserua in iis verbis Pauli, quibus asserit bonam & fructificantē terram, benedictionē statim à Deo consequi: illam autē, quæ fructum non fert, nō ait, esse maledictam, sed maledicta proxima, vt hinc discas quanto sit Dominus Deus noxter ad præmia, quæ ad supplicia paratior, & procliuor. *¶* Denique docet, vt iuxta Pauli consiliū, bonum semper operari, nō deficiamus: tempore enim suo metemus. Nā si arator putans semel vniico semine iacto, annuatim se mensem collecturū, nocte dieque cibi somniq; immemor summa celeritate seminare, quid nos facere oportet vt tētē fructum colligamus, tam paruo præsertim labore parabile? Non ergo hic laborantes deficiamus: quia labor breuis est, merces autē copiosa. Qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. Qui autē seminat in spiritu, de spiritu metet vitā æternam. Semina igitur bonas cogitationes & opera bona: si vis vitam & gloriā sempiternam colligere. Sed hæc suffecerit de hac seminatore parabolā. Iā nūc procedamus: & dominū audiamus. Ait namque. *Nemo autē lucernam accendens operit eam vase, aut subtus lectum ponit, sed super candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen.* Superius narrauit euangelista qualiter animauerit Christus discipulos suos ad prädicandū, ostendēs eis fructū & vtilitatem verbi sub parabola seminis: hoc idem modo ostēdit sub parabola luminis. Sub parabola lucernæ tangit cōditionem causæ quadruplicis prädicationē Christi, commendantis: causæ efficientis nomine lucernæ accensæ. Vnde de illo egregio prædicatore ait. Erat lucerna ardens & lucens. Cōditionem causæ formalis tangit nomine positionis: quia nō absconditur, sed supra candelabrum ponitur, iuxta illud. Stetit Esdras scriba super gradum ligneam, quem fecerat ad loquendū. Et ideo in psalmo. Iustitiam tuā non abscondi. Significat autem Christus. Nemo habens scientiā, & gratiam prædicans, li. 2. quæ. & negotio seculari: aut subtus lectum, id est, desidia vel carnali voluptate, quin summa sit reprehensione dignissimus præsertim si prælatus aut doctor est, qui ex officio tenentur verū omnibus notum facere. Doctrina enim salutaris super candelabrum, hoc est, in loco publico & patienti poni debet. Et quid ex hoc consequetur? Ostendit causam finalē dicens, vt intrantes videant lumen. Ad hoc enim tibi Deus eruditionem & ingenium ad prädicandum concessit, scilicet, non vt tibi soli commodares: verū vt omni populo suo utilis foret. Itaque finis est illuminare iuxta illud psalmi.

intellectum dat paruulis. Cōditionē causæ materialis tangit in lumine. Ideo inquit psalmista: Lucerna pedibus meis verbum tuum & lumē semitis meis. Lucerna igitur efficiens prädicationē debet esse clara scientia, vt sit lucerna super candelabrum posita. Finis prädicandi debet esse intelligentia veritatis, vt intelligentia sit lux ab intrantibus visa. Materia prädicata debet esse veritas ipsa, vt sit lumen, non tenebræ. Debet enim prædicator docere hac intentione vt intrantes in domū ecclesiæ militantis videant lumen: id est, intelligentiā veritatis. Lucerna itaque est verbum Dei: prædicatores autem sunt veluti pueri, qui facibus incensis præcedentes euntibus noctu lucem præbent. Ideo Zacharias de prädicatione, filijque sui Ioanni Baptistæ officio loquens ait. Illuminare iis, qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Maximum ergo cōmodum ex verbo Dei nobis cedit, siquidem nos ignaros virtutis viæ illuminat, & ad vitam æternam recto tramite perducit. Expende autem verbum Dei, sicut lucernam, incensum esse debere. Quoniam sicut quælibet lucerna si extincta sit, aliam accendere nequit: sic prælatus aut doctor, in quibus tanquam in lucerna verbum Dei lucet, nisi ardeant amore diuino, alios inflammare eodem non poterunt amore. Potest quidem Deus, si velit, per nequam prælatum aut prædicatorem conuertere peccatores (quia, vt bonus Dominus per iniquum famulum bonum aliquando operatur, sic Dominus dominorum, cuiuslibet etiam sceleratissimi ministerio vti potest ad sua mirabilia) nihilominus tamen ex rei natura, subditi prælatorum suorum, magis vitam, quàm verba sequuntur. Quare summo studio nauare debet doctor, vt omni prorsus vitio careat: & tunc demū doceat, & vitia vituperet. Non ponat itaque lucernā sub vase, aut subtus lectum. Debet enim illā, vt Christus hic admonet, supra candelabrum cōstituire, & alios docere. Vt enim hominū execrationibus incessitur, qui frumentum condit, ne viliori practio publicæ egestati subueniat, illē vero laudibus effertur, qui vel cum proprio dispendio, inedia laborantes amplius fatigari non sinit: sic & multo iustius obiurgandus est doctor, qui scientiam suam rudibus hominibus nō minus, imò magis corporeo nutrimento, necessariam denegat. Vnde sapiēs in prouerbiis ait. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium. Ideo inquit Esaias. Væ mihi, quia tacui. Lumine igitur doctrinæ lucere, & lucem præbere debes, vt intrantes videant lumen. Sed multi subditi sunt, & ex populo non pauci, qui tanquam noctuæ lumine offenduntur, verbum Dei & concionatorum documenta respicientes. At quemadmodum canoræ, felicesque aues mane auroram aduentantem garritu strepituque exsipiunt, noctuæ vero & vespertilioes fugiunt, seseque in penitissimas canorum suorum partes abdūt: sic pessimi inutilesque homines lucem verbi diuini fugiunt, boni autem laudant & seruant. Quod ego non semel in nostra Hispania in vulgaribus, communibusque locis, sed in ipsa regia notauī, operæpretium esset commemorare, nisi potius deplorandū, quā narrandum mihi videretur. Homines alioqui non inlegātes, & in rebus humanis expertissimi,

Iere. 23.

Psal. 118

Iaco. 2.

1. Cor. 1.

2. Tim. 3.

Hebr. 6.

2. Cor. 4.

1. Cor. 7.

Matth. 5.

Galat. 6.

Iaco. 5.

Hebr. 6.

Hebr. 10.

Psal. 123.

Ioan. 5.

Neem. 8.

Psal. 39.

Leg. Aug.

li. 2. quæ.

euang. ca.

12.

Psal. 118.

Ibidem.

Luc. 1.

Prou. 11.

Esa. 6.

cum festis diebus ex præcepto sacro interesse te-  
neantur, non possunt omnino subterfugere quin  
templum adeant. Ibi igitur breui, externaque pera-  
ta prece, non decursum, aut solemne sacrum  
ferunt, sed recitato oscitanter audito, reliquum  
tempus fando terunt. At vero prædicatorem pri-  
mum pulpiti gradum ascendente simulac vident,  
non secus templo euadunt, quàm si aut ruinã te-  
cti, aut lapidis decidentis ictum effugerent. Sic ac-  
cidere solet illis qui noctu incedunt, qui si recte a-  
gunt & aliquem facem ferentẽ inueniunt, sequun-  
tur, vt luce præuia non erreat: sin vero furta, vel  
supra moluntur, non modo lucem non amant,  
quin etiam maximo prosequuntur odio. Quare?  
quia qui male agit, odit lucem. O detestabile in-  
genium, miseram conditionem, & multo infelici-  
torem, quàm aut nocturæ aut vespertilionis. Hæc  
igitur lucerna est doctrina illa cælestis quam stulti  
despiciunt, ne manifestentur operariorum. Hac  
doctrina Christus Apostolorum corda inflamma-  
uit & illustrauit, ea conditione, ne illam occultare-  
nt, sed potius vniuerso humano generi patefacere-  
nt: vt in Matthæo est. Quod in aure audistis, præ-  
dicare super tecta. Hoc est ponere lucernam super  
candelabrum, vt intrantes lumen videant. Sed  
poterãt discipuli obiciere. Imo debemus occultare  
verbum Dei & non ponere illud super candelaba-  
rum in publico: quoniam viles & abiecti repu-  
tamur, & non audemus in conspectu nobilium  
apparere. Ad hanc obiectionem, quam Apostoli  
poterant opponere, respondet Christus conse-  
quenter dicens. Non est enim oculum, quod non  
manifestetur: nec absconditum, quod non cognosca-  
tur. Quia in palam veniat. Quasi dixisset. Non debe-  
tis abscondere, neque operire lucernam verbi di-  
uini propter abiectionem, timoremve pœnæ aut  
infamix: neque ob negligentiam, aut inhonestam  
aliquam opinionem, quã de vobis increduli ho-  
mines concipiant. Quia etsi modo viles & abiecti  
reputamini, aliquando claritas vestra splendebit:  
quoniam nihil est occultum, quod non manife-  
stetur. Tunc autem vos coronabimini gloriæ co-  
rona: aduersarij autem vestri punientur. Veniet  
namque tempus, quando (vt inquit Ioannes) li-  
bri aperientur, & tunc manifestabuntur abscon-  
dita tenebrarum, & reuelabuntur obscura cordium,  
& erit laus vnicuique à Deo. Docemur ex hoc  
loco in omnibus operibus nostris Deum semper  
habere ante oculos, & præsentem cernere. O si  
miseri peccatores, quoties in cubiculum vnusquis-  
que suum se recipit, animo Deum offendendi, ho-  
rum verborum memoriam haberent. Nihil ab-  
sconditum quod non cognoscatur & palam fiat.  
Vtique crediderim non Deum suum tam sæpè pec-  
cando lacerare. Quod si reputauerint secum,  
quæcunque flagitia perpetrant, non aliquando so-  
re manifestanda, sed iam in eodem instanti Deum  
& Angelos suos in culpæ testes adhibuisse: quis  
nisi infans peccare auderet? Putabat enim Dauid  
se crimen suum omnes celasse mortales, quando  
propheta Nathan Dei imperio illi flagitium obii-  
ciens dixit. Tu fecisti absconditè: ego vero faciam  
verbum illud palam in conspectu omnis Israel.  
Hoc autem sæpissime Deus etiam in alios, sicut in  
Dauidem, operatur ea in primis de causa, vt euul-  
gato crimine, eius author vel pudore, vel ignomi-

nia aut pœnitentia motus respiciat & salutẽ præ-  
cetetur medicum illum sempiternum. Quod si Deus  
peccatũ dissimulat, sicut illud salutis, sic hoc sup-  
plicij iudicium est. Obstinatũ enim & immedica-  
bilem peccatorem obliuiscitur in diẽ vsque iudicij,  
quo eius peccatis summam explicatis auctorem  
suum supplicij committet æternis. Tunc manifesta-  
buntur simulationes hypocritarum & libidines  
impudicorum iuxta illud Esaiæ. Reuelabitur ig-  
nominia tua. Tunc etiam manifestabuntur mali-  
tiæ & fraudes iniquorum, sicut in proverbiis ha-  
betur. Qui operit odium fraudulentis reuelabitur  
malitia eius. Scrutabitur enim tunc Hierusalẽ in  
lucernis, &c. Obserua autẽ per occulta intelligi  
posse id, quod ex propria hominis natura latet, vt  
sunt cogitationes & affectiones cordis: per absco-  
ditum vero id, quod per humanã latet astutiã, vt  
sunt exteriora opera callidorũ, speciẽ boni habentia  
cũ sint mala. Sed procedamus. Videte ergo quid  
audiatis. Hoc est solerter perpendite qua ratione  
ex intentione vocis ista denũtiem: & diligẽter hæc  
auscultate: atque cæteris eadem sicut vobis commi-  
sero, prædicare. Vult, vt attento animo audiant, &  
fideliter memoriæ mandet, hæc, quæ diciturus est.  
Quia in superioribus proposuerat exemplũ præ-  
dicatoribus: nunc ostendit periculũ, & præmiũ præ-  
dicatũ, dicens. Qui enim habet, dabitur illi: &  
quicumque nõ habet, etiam quod putat se habere, au-  
feretur ab illo. Habenti desiderium intelligendi sacrã  
scripturam & laboranti ad hoc, dabitur fructus in-  
tellectus: nolenti autem laborare nihil dabitur, sed  
auferetur potius si aliquid habebat, naturali inge-  
nio. Potest etiam dici illũ vocari habentẽ, qui per  
dona sibi data fructum facit: nõ habentẽ vero, qui  
per dona sibi collata nullum fructũ reddit. Et tunc  
habenti datur, id est facienti fructum dantur plura  
dona, in quibus possit fructificari: & non facienti  
fructum auferetur donũ, quod habet. Sic infra ha-  
betur, & etiã in Matthæo, de illo, qui habuit quin-  
que talẽta & lucratus est alia quinque, quod datũ  
est illi, vt essent super quinque ciuitates. Ei vero,  
qui ynum habebat & nihil lucratus est, iussit do-  
minus auferri talentũ, & dari ei, qui decẽ habebat,  
& ibi concludit Christus. Habenti dabitur: ei autẽ,  
qui non habet, & quod videtur habere, auferetur.  
Quia Iudæis data fuerat lux, in qua nullũ fructũ  
fecerunt, ideo debuit illis auferri. Quod patet in  
parabola illa vineæ locatæ agricolis, qui fructum  
non fecerunt, & dominus illã aliis agricolis loca-  
uit, qui darẽt fructũ tempore suo. Et ibi subditur.  
Auferetur à vobis regnũ dei & dabitur gẽti facienti  
fructũ eius. Abstulit enim Deus ab eis intellectum  
legis: non quod Deus verẽ illis auferat aliquẽ ha-  
bitum intelligendi, sed quia nõ concurrunt eis ad  
intelligendum, & tamen sine eo nihil intelligere  
possumus. Iusta pœna est vt illi, qui cũ recte pos-  
sint, intelligere nolunt, sed veram Christi doctri-  
nam peruertunt, & miracula eius male sunt inter-  
pretati, postea bonum sibi necessariũ intelligere  
nequeant, Deo non concurrente cum eis. Et  
hoc est auferre illis intellectum scripturæ, scilicet,  
quia Deus antea concurrebat cum illis, & postea  
non concurrat, & sic auferat eis non quod ipsi ha-  
bebant, sed quod ille ipsis dare solebat. Auferri e-  
nim videtur quod dandum erat nisi detur. De geni-  
tibus ait Apostolus ad Romanos. Habẽtes cogniti-  
onem

Esai. 47.  
Prou. 26.  
Sopho. 1.

Luc. 19.  
Matt. 25

Matt. 21  
Luc. 20.

Rom. 1.

tionem de Deo, illum colere noluerunt. Ideo tra-  
didit illos Deus in reprobum sensum: id est, permi-  
sit eos errare, vt bonũ operari nescirent, qui prius  
cum scirent, noluerunt. Itaque istud auferri, nihil  
aliud est, quam subtrahi reuelationẽ mysteriorũ.  
Sed iam ad contextum. Venerunt autem mater, &  
fratres eius, & nõ poterant adire eum pro turba. Isti,  
qui hic vocantur fratres, cognati Christi erant ex  
parte matris, scilicet sororum filij, & potissimẽ il-  
lius Mariæ, quæ vocatur Iacobi, quia Iacobus erat  
mater, sive Mariæ Cleophae, quæ erat vxor Cleo-  
phae, quæ tamen prius fuerat vxor Alphæ, cuius  
fuerunt filij isti, qui vocantur fratres domini. Isti  
autem fratres erant Iacobus, Ioseph, Simo, Iudas.  
¶ Obserua autẽ in scriptura sacra fratres quatuor  
modis dici. Videlicet natura, vt Esau, & Iacob: gẽ-  
te, vt omnes Iudæi dicuntur fratres. Nam in Deu-  
teronomio habetur. Non poteris super te consti-  
tuere regem qui nõ sit frater tuus. Cognatione, vt  
quæ tuæ de eadem familia. Et sic Abraham dixit  
ad Loth. Non sit rixa inter me, & inter te: quo-  
niam fratres sumus. Isto etiam modo dixit Abra-  
ham Saram esse sororem suam. Affectu etiam:  
quomodo omnes Christiani fratres dicuntur. Sic  
Dominus dixit. Omnes vos fratres estis. Hi autem  
dicebantur fratres Christi tertio modo, cognatio-  
ne scilicet: quia erant de eadem familia: quoniam  
filij sororis matris Christi. Et nunciaturũ est illi. Ma-  
ter tua & fratres tui stant foris volentes te videre.  
Secundum Chryostomum diaboli inuentio fuit  
hæc. Videns namque diabolus vtilitatem, quæ ex  
Christi prædicatione sequebatur, hancque volens  
impedire, nihil accommodatius putauit, quàm si  
matrem, carnalemque cognatos & amicos adesse  
nunciaret: in quo duo sunt aduertenda. Primum  
maistia diaboli, qui ab initio semper omnibus bo-  
nis nostris insidiatur. Ecce enim in paradiso pri-  
mos parentes humani generis aggreditur. Nec tã-  
tam satis duxit illis calamitatem intulisse, qua de  
illo amœnissimo voluptatis hortu eiecti sunt, ar-  
ma in filios conuertit: effecitque, vt Cain inuidia  
percutis Abelem fratrem occideret. Eodem modo  
Iacob aggrediens domũ, eam seuit inter eius filios  
discordiã & inimicitiam, vt fratres fratrem suum  
Ioseph vendere in Aegyptum non dubitarint.  
Nam vt imperator, qui grauitè molesteque fert  
cuiuspiam oppidi, quod defendendum susceperat,  
expugnationem, illud rursus recuperare certat:  
quod si assequi nequit, hostes tamẽ graui obfidio-  
ne, cedibusque quantum potest premit: ita diabo-  
lus amissam celi supremam arcẽ, quia recupera-  
re nequit, omnia incommoda excogitat in homi-  
nes, ad sedem, quam ipse superbia sua amisit, à  
Deo optimo maximo creatos. Dicit inimicus, per-  
sequar, comprehendam, & diuidam spolia, satia-  
bitur anima mea. Quoniam videbat summã vti-  
litatem, quæ ex Christi prædicatione sequebatur,  
illam impedire statuit. Hoc idem in initio nascẽtis  
ecclesiæ fecit, cum summus orbis doctor in vincu-  
la esset coniectus: in cuius perniciem omnia qua-  
rens media, Felicem & Festum iudices Gentiles  
solicabat, vt: aulum de medio tollerent. Quod  
malum non cum tempore simul consentuit, sed  
potius inualuit. Multi enim modo sapientissimi &  
optimi concionatores, qui nõ audent quid sentiãt  
iam præferre, præsertim in aulis regum & princi-

Dan. 15.  
17.

Gen. 13.  
Gen. 12.  
Matt. 23

Chry. 80.  
in ep.  
imperj.  
Ma.

Gen. 3.

Gen. 4.

Gen. 37.

Exod. 15

Ab. 24.

rum, in quibus siquis liberius vitia reprehendere  
tentet, illico, vel in carcerem detruditur, aut saltẽ  
relegatur nomine turbatoris & contumeliosi. Hoc  
autem malum cacodæmonis inuentum & astutia  
est, qui quoniam auditores omnino absterre nũ  
potest à diuini verbi auditione, arma in conciona-  
tores conuertit, eosque apud nobiliores minus  
gratiosos, imo odiosos reddit, vt sic à sanctissimo  
officio desistant populis euangelizandi. Secũdo  
hoc fecit hic, cognatos & fratres quasi instrumen-  
tum sumens. Nihil enim est, quod magis concio-  
natoribus impedimento esse soleat, quam cõsan-  
guinitatis mundanæque amicitia vinculum. Sic  
propheta Ezechiel viuẽte vxore nec prophetauit,  
neque prædicauit Israelitico populo apud Baby-  
lonios captiuo: quoniã carnali affectione, ita de-  
uinctus & prepeditus tenebatur, veluti pedica qua  
dam, ne opportuna libertate, quæ sentiret, expo-  
neret. At interempta vxore, mandatum à Deo ac-  
cepit, quo edoctus, populo prædicauit, & Amonis  
filiis. Nec minori exemplo nobis hanc sententiam  
confirmat Ioannes Baptista, qui à pueritia vsque,  
relictis parentibus, & cõsanguineis in voluntariũ  
eremi se contulit exilium, ne tanto futuro concio-  
natori carnalis affectio obsteret, & ille, qui exẽ-  
plar futurus erat omnium doctorum, quid imper-  
fectum relinqueret, ex illis, quæ ad prædicatorem  
consummationem pertinent. Ideo Christus quia  
discipulos suos perfectissimos doctores creare con-  
tendebat, illis præcipit, vt parentes & cognatos re-  
linquant & omnia denique bona tẽporalia, quæ  
prædicationẽ summẽ solent impedire. Quod cum  
bene intellexisset cacodæmõ, nullum aliud aptius  
excogitare potuit medium, quo dominum prædi-  
cantem interpellaret, quam si nunciaret matrem  
& fratres eius foris adesse. Nec solũ prædicatores,  
hac fallacia & commento solet diabolus à prædi-  
cando detertere, quin etiam plurimos alios sum-  
mæ religionis viros: qui sub pietatis prætextu, sub  
uerturi, videlicet, matri aut cognatis, in sæculo du-  
riusculẽ viuẽtibus, cœnobita relinquant, habitu-  
que monastico, & non raro seculari, negotiis se  
immiscent temporalibus: vnde scandala, religio-  
num opprobria, & terribilia flagitia nonnunquã  
oriuntur. Proposita nãque simulata cõsanguineo-  
rum paupertatis misericordia non modo religio-  
nis vincula deserere, sed etiam multa inhonestissi-  
ma negotia gerere persuadet esse iustissimum. At  
hinc in culpam quam breuis sit intercapedo, quis  
non videat? Hic idem carnalis amor quampluri-  
mos episcopos & prælatos pessundedit, qui vt cõ-  
sanguineos diuitibus affluentes & opibus, in sum-  
misque dignitatibus constituant, ipsi miserissimam  
& pauperissimam vitam ducunt, & postea in eter-  
na descendunt supplicia, quoniam verisimile est  
qui sic dum viuerent, se habuerunt, non potuisse  
non fraudare sæpenumero pauperes summẽ in-  
digentes præsidio opportuno. Hic etiam amor &  
affectio carnalis perfectis hominibus non parum  
obest. Hic Adam primum generis humani pa-  
rentem perdidit. Quin & Heli, quia summo amo-  
re filios prosequatur suos, miseris interit: &  
Regius propheta Dauid non mediocria incom-  
moda pertulit. Hunc denique eundem: amorem &  
affectionem cõsanguineorum proponit modo dia-  
bolus Christo Donno nostro prædicanti, si pos-

Exod. 24.  
Luc. 1.

Genes. 3.  
1 Reg. 4.  
2 Reg. 13



set illum ea ratione à prædicandò abducere, quo audientium prædicationem impediretur: sicut autem tunc per præsentiam parentum carnalium voluit diabolus occultare Christi diuinitatem & impedire eius prædicationem: sic etiam nunc multorum prælatorum dignitate & sanctitatem obscurat prætorum amore obiecto. Sunt enim plurimi religiosi homines, qui dum cœnobij claustris detinentur nullos profusos parentes aut cognatos habent: sin ad aliquam dignitatem promoti sunt, ecce quasi exoriuntur vndique consanguinei, qui cognati, quæ antea penitus ignorabant, comitètur. Vnde miratur Esaias dicens. Nunquid parturit terra in die vna, aut parietur gens simul? Et paulo post. Et adducet omnes fratres vestros de cunctis gentibus domum Domino in equis & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montem sanctum meum, hoc est, ad domum episcopi. Sed quid dicit episcopus super hoc? Illud quod idem Esaias. Quis genuit mihi istos? Ergo steriles & non paries: & istos quis enutrit? At bonus prælatus facere debet sicut Christus hic fecit: qui cognitionem spirituales carnali antetulit. Quod idem, presertim in beneficiorum collatione, summè prælati obseruare debent: iuxta illud psalmi. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus. Quapropter non sine causa dicuntur hic Christi paries esse foris, vt significetur consanguineos & fratres procul esse debere à religiosis saltè carnali affectu. Nihil enim maiori est impedimento iis, qui monasticam vitam instituit, quam secularium & maximè cognatorum memoria. Hodie tamè multo scius fit, quam Christi documentum præcipit. Cognatos namque in primis religiosi amant & prælati in suas admittunt domos, vt bona pauperum comedant, & immeriti sacerdotia obtineant. Vt autè hoc venenū tolleret dominus à nascendi ecclesia sua, noluit illam commendare Ioanni, quia filius erat sororis virginis Mariæ: sed Petro illam tradidit, qui consanguineus non erat. Quo nos docuit regimen animarum non cognatis, sed meritissimis quibusque esse committendum. Et quia in rebus spiritualibus non sunt agnoscendi consanguinei, nec parentes, respondit huic, qui hæc nunciabat, quasi non agnoscens eos, & sequitur in contextu. *Qui respondens dixit ad eos: Mater mea & fratres mei sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt.* Vt in Matthæo habetur, vnus tantum fuit, qui nunciavit Christo matrè eius & fratres foris adesse: hic vero in plurali dicitur. Respondit ad eos: quoniam ad id, quod nunciatum coram omnibus fuerat, quasi cum omnibus loquens respondit Christus. Vnde nulla est contrarietas. Obseruandum hic tamè est, Christum non spreuisse matrè suam sanctissimam, neque reliquos consanguineos, qui illos in prosperis & aduersis semper maxime fecit. In prosperis, inquam, honorauit matrè suam quando inuentus in medio doctorum, illi vocanti non refragatus, doctores reliquit, & eam sequutus est. In aduersis etià non est oblitus parietis charissimæ: pendens enim in cruce extremumque iam iam emitturus spiritum, illam Ioanni commendauit. Nunc vero respondit ac si illa non agnosceret, vt nos doceret, cognitionem spirituales carnali esse antefèrendam, neque verbu Dei esse relinquendum propter bonum quocumque temporale. Hoc etiam dixit matri & Ioseph. Nef-

ciatis quod in iis, quæ patris mei sunt; oportet me esse? Quod autem quis audiens verbum Dei efficiatur mater & frater Christi, hoc spiritualiter intelligatur est necesse: quia fratribus cõpetit esse cohæredes eiusdem hæreditatis. Illi tamen, qui faciunt Dei voluntatem (vt inquit Paulus) cohæredes Christi sunt. Ita eos vocat Christus fratres cum ait. *Ite & dicit fratribus meis. Mater vero dicitur qui verbum Dei audit: quia sicut mater formatum in vtero habet: ita qui audiunt & seruant verbum Dei firmiter in corde gestant suo per fidem.* Vnde Paulus Galatis ait. *Donec formetur Christus in vobis.* Dicitur ergo quis esse Christi mater, quia sicut virgo Maria audiendo verbo concepit: sic homo in conscientia vtero credens Deo per fidem, Christum concipit, eius voluntatem facere proponens: parit autem conceptum, quando opere præstat, quod intendat. Vnde Esaias. *A facie tua domine ait, cõcepimus, & quasi parturimus & peperimus spiritum salutis.* A facie, inquit tua, id est in prædicatione, in qua Deus cognoscitur, sicut homo in facie, de qua Dauid. *Faciem tuam Domine requirã.* In hac verbi cognitione cõcepimus spiritum salutis. Sed quærerem nunc abs te o Domine Iesu, nec ineptè, vt opinor, cum cognati pessimè omnium ministrare dominis suis soleant, nam & arrogantes sunt & cognitionis causa æqualem se putant obtinere gradum, ingrati que, quippe quod nihil sibi existimant indebitum conferri beneficium, qua ergo de causa ministros tuos, matrem & fratres vocas? An tibi gratiora sunt superborum & ingratorum hominum officia? Absit. *Qui igitur hæc sibi volunt? Vtique non impios, aut sceleratos homines, superbos & ingratos dominus cognatos suos vocat.* Iam enim supra dixerat. *Qui verbum dei audiunt mater mea, & fratres mei sunt, sed eos, qui pie & religiose viuunt.* Quod cum ita sit si ad pietatem vnus cuiusque ingenitum, qui alioqui optimus est, accesserit etiam consanguinitatis vinculum, hic non poterit non esse Domini sui obseruantissimus: quoniam amor multum si virtutis amori accumulatur iuuare solet. Hac igitur de causa Christus Dominus auditores suos fratres vocauit, vt indicaret non solum illorum iustitiam, sed etiam amorem erga Deum summum, quo illum tanquam filium aut fratrem essent culturi. Non seruamus Deo ex sola timore aut spe retributionis vt mercenarij serui faciunt, sed seruamus ex dilectione, sicut mater seruit filio, & frater fratri. Ideo enim posuit nobis Christus nomina matris & fratris, vt intelligamus Deum amore filiali esse amandum, & sic fratres Christi effecti cohæredes regni celorum efficiamur. Etenim si parentes qui nos genuerunt, amamus: quanto magis diligere debemus creatorem parentum, autoremque nostrum? *¶* Discamus præterea ex hac historia & Christi factis, primo spiritualia temporalibus antefèrre: vt propter carnales parentes non relinquamus verbum Dei, nec spiritualia. Ex quo patet quanta digni sint reprehensione clerici & religiosi, qui leuissima quaque de causa orantes ad alia se diuertunt, relictiis precibus semirecitatis, & interruptum diuinum officium dimittentes ludicra vel inania attendunt.

Quorum

Quorum ea est impudètia, vt iam nobis odiosum non sit si pari honore Deum prosequerentur, ac alium mediocri conditionis hominem prosequuntur, quem si semel alloqui cõpissent non tam irreuerter faciem auertissent sermone interrupto, donec loquendo finem imponerent. Equidè inurbani & ineptissimi esset hominis, qui cum rege colloquens de rebus maxime grauissimis: se subito ab illius conspectu subtraheret, vocatus vel à coquo vel à stabulario, nec prius plenissimè sermonem consummasset. Quid ergo dicendum de illo, qui à Deo, cum quo loquitur, imò quem pro salute sua precatur, se auertit & ad inania se conuertit? Ne igitur inurbani & inepti sis, audi quid dicat dominus. *Quicumque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contempnunt me, erunt ignobiles.* Postquam Christus docuerat in sententiis & parabolis docet nunc factis & exemplo non relinquere diuina pro temporalibus. *¶* Docemur secundo in bonis inceptis perseverare, neque ea pro quocumque temporalis commodo imperfecta relinquere. Ne quicquam enim aut orare aut ieiunare incipis, si postmodum à carnis libidine interpellatus in ipso principio desicis. In primo libro Regum legitur, volentibus Philistinæ arcam domini restituere, illam currui imposuisse, duasque illi iunxisse boues foetas, vitulis bouili abditis, quæ quanquam filiorum mugitus audiebant, nihilominus tamen maioribus actæ stimulis Bethsamis contendebant. Ita & tu facere debes, qui iam à primordio vitæ tuæ iter in celestem patriam instituiti, ne videlicet vllis detentus seculi clamoribus, vllisque reuocatus carnis voluptatibus, ab incepto itinere abstiteris. *¶* Quin potius summam adhibe diligentiam, vt iugum Domini suaue, onusque eius leue ad mortem vsque perferas: ne forte vicini tui mundus, diabolus, & caro te retrocedentem irideant dicentes. *Hic intulit manum aratro & respexit retro, hic cõpuit ædificare, & non potuit consummare.* Rursum vide & cõsidera diligenter, ne aliquid rei temporalis causa cultum Dei prætermittas, Christum imitans, qui à prædicatione non destitit, quanquam à matre, & fratribus vocabatur. *¶* Docemur tertio non confidere in nobilitate carnis, sed in nobilitate virtutis. Nam si Christo esse consanguineum, est summa nobilitas, nemo autem illi consanguinitate propinquior esse potest, quam mater & fratres eius sunt, sequitur eos qui audiunt & faciunt verbum Dei omnium esse nobilissimos: quippe qui mater & fratres Christi sunt, ipso testante: atque ideo hæc nobilitas valde desideranda est. Multi dicunt. *O quis erit tam foelix, qui frater aut mater Christi dici possit? Beati fuerunt illi qui sic fuerunt ei propinqui: beatus etiam venter, qui illum portauit. Ostendit hic Christus omnes, si optant, ad hanc posse peruenire foelicitatem, si fecerint voluntatem Dei.* *¶* Quid tu faceres si factis tuo esse posse regis fratrem? Quanto igitur maius est fieri fratrem supremi illius numinis hæredemque celorum: quod vt consequaris in manu tua est. *¶* Discamus quarto semper bene operari, vt non satis sit audire tantum verbum Dei aut credere in Deum, sed vt ea, quæ audiuius, faciamus. Ille enim mater & frater Christi est, qui *Matt. 12* facit verbum Dei. Et in Matthæo dixit, vt voluntatem Dei faciamus, vt hæc dignitatem consequamur.

Rom 8.  
Luc 24.  
Gal. 4.  
1. Reg. 2.  
Esa. 26.  
Psal. 26.  
1. Reg. 6.  
Luc. 9.  
Luc. 14.  
Luc. 11.  
Matt. 12  
Genes. 4.

mur. Vides ergo quomodo sola fides non sufficit? De operibus loquebatur dominus cum Caino dixit. Si bene egeris, recipies: si autem malè, statim peccatum tuum aderit. Ecce tibi bono operi promittitur hic præmium, malo autem poena. Et sapiens ait bonorum operum gloriosus est fructus, Et iterum. Reddet Deus iustus mercedem laborum suorum. Et propheta cum petisset à Domino, quis in illius tabernaculo esset habitator, respondit statim dicens. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Operatur, dixit, & cum aliqua bona opera enumerasset, subdit claudens psalmum. *¶* Qui facit hæc non mouebitur in æternum. Nõ dixit. *¶* Qui credit hæc, sed qui facit hæc, ostendens operum virtutem & necessitatem. Præterea Dominus per Esaiam prophetam bona opera nobis commendat dicens. *¶* Quiescite agere peruersè, & discite benefacere: quærite iudicium: subuenite oppresso: iudicate pupillo, defendite viduam. Denique & Christus ait. *¶* Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Et quid clarius, quæ quod hic dicit. *¶* Qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est: Et noster Lucas non contentus est dicens. *¶* Qui audiuit verbum Dei, sed subiunxit dicens. *¶* Et faciunt, &c. *¶* Quinto & ultimo docemur, licet bona opera sint necessaria ad vitam æternam consequendam, vt ex hoc textu satis patet, tamè quæ sint ista bona opera & qualia, significauit dicens, vt sint iuxta Dei voluntatem. Voluntas enim Dei, est regula, qua opera nostra dirigere & nosmetipsos dirigere oportet, vt rectè & ad amissum quocumque fecerimus euadant Dei enim voluntas est operationum nostrarum regula. *¶* Quæ est autè hæc Dei voluntas? Interroga Paulum & audies illum dicentem Thessalonicensibus. *¶* Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. Voluntas enim Dei vtilitas est tua, & quod Deus vult, in tuum emolumentum tendit. Summo opere igitur attende ne vel latè vnguem à Dei voluntate discrepes, vt sic tibi salutique tuæ consulas. Vult enim Deus omnes homines saluos fieri, & dat illis omnia media necessaria ad consequendam vitam æternam. Hanc voluntatem paratus erat facere Paulus cum dixit. *¶* Domine quid me vis facere? Et sanctus rex Dauid. *¶* Docce me facere voluntatem tuam sed procedamus. *¶* Factum est autem in vna diebus & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius, & ait ad illos. *¶* Transfretes rans stagnum. Et ascenderunt. Sic Matathias dixit filiis suis. *¶* Mementote qualiter salui facti sunt patres nostri cum persequeretur eos Pharao, &c. Sic Iosue cum filij Israel transferunt Iordanem posuit duodecim lapides extra aquam in memoriam, eo quod salui facti sunt patres eorum. Adest nunc exemplum patrum nostrorum in hac Euangelica historia quomodo salui facti sunt patres nostri scilicet Apostoli. Narrat Lucas labores & pericula, quæ sustinuerunt: bonum consilium, quod acceperunt fugientes ad Christum, & miraculū, quod fecit Christus liberans eos à periculo. Ait igitur Euangelista Christum ascendisse in nauiculam. *¶* Quid est hoc, quod nauim ascendit? Nõne ipse est,

Sap. 10.  
Psal. 14.  
Esa. 4.  
Matth. 7  
1. Thef. 4  
1. Tim. 2.  
Act. 9.  
Psal. 142  
1. Mac. 2.  
Ios. 4.  
\* C c 3

qui fugatis fluctibus maris Rubri profunda nudauit, vt israeliticus populus inter stupentes vndas sicis vestigiis transire potuerit? Nonne ipse pedibus super mare ambulauit, & Petrum ad se venire fecit super aquas? Cur ergo breuissimi lacus transitum sub merce in nauicula transfretare vult? Venit etenim Christus suscipere infirmitates nostras, & sua nobis conferre medicamenta sanitatis: quia medicus, qui non fert infirmitates, curare nescit, & qui non fuerit cum infirmo infirmatus, infirmo non potest conferre sanitatem. Christus si in suis mansisset virtutibus, commu- ne cum hominibus nihil haberet, & nisi imple- set carnis ordinem, carnis in illo esset otiosa sus- ceptio: Suffinuit ergo has infirmitates vt homo verus humanis necessitatibus probaretur. In hac igitur transfretatione fecit Christus opera, quæ ipsum verum hominem, & verum Deum probant. Ascendit in nauiculam & dormit, vt per ascensionem nauiculæ necessitate humanæ nature ostendat, & per dormitionem eius, veritas appareat euidentius, & per sedationem tempestatum, imperantis ventis & mari potentia deiatis innotescat. Præterea non ascendit negotiatoriam aliquam nauem, aut sumptuo- sam, sed piscatoriam ascendit. Quo docet se mundi contemptibilia paupertatem & humilitatem amare, & viliora & infirmiora amplecti, spreto superbis atque pomposis, ille, inquam, potens & magnus, de quo Dauid in psalmo. Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & aridam fundauerunt manus eius. Dixit autem discipulis, vt secum ascenderet, vt virtutem illorum in illa tempestate tentaret, & illorum fidem probaret. Tentauit Deus Abraham in morte filij sui, vt probaret an esset fidei præcla- rus firmitate. Qui pro missionem Dei tenens, mor- tis periculo filium exposuit credens Deum posse suscitare & dare filios: plus enim confidebat in eo: quod sperabat, quam in eo, quod videbat. Vide- bat enim mortem in sperata & sperabat vitam pro- missam. Apostolos etiam huius filios promissio- nis in Ecclesiæ principio etiam voluit Deus tenta- re fortius: quia non morte alterius, sed propria eos tentans, exponit maximo periculo vitam illorum in nauicula fluctibus marinis operata. Vt ergo tenta- ret eos de fide, ascendit in nauiculam: & secuti sunt eum discipuli eius. O vere præclaram amicitiam, non solum in laboribus, sed etiam in peri- culis Dominum & magistrum suum sequi non recusant. Ideo Dominus dixit illis. Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Dis- camus ergo in tentationibus & periculis sequi Christum. In tribulis enim, id est, in tribulatio- nibus, etiam inuenitur Christus, qui est velut li- lium inter spinas & in pratis viridibus, & amœ- nis. Sic Moyses inuenit illum inter vepres in me- dio rubi, ardentis. Verum multi sunt, inerti vena- toris cani similes, qui feram ad veprem confu- gentem ne ab aculeis spinarum pungantur non insequuntur, cum ibi facilius possit comprehendi. Sequitur namque Christum in tempore lato & facili, non turbido & laborioso. Multi in terra, pauci in mari, sicut Apostoli: multi inquam, in prosperitate, pauci vero in aduersitate. Dum à Deo molliter tractantur, Deum colunt & amant, & quocumque insurgente labore deserunt. Vnde

Constitetur tibi, dum benefeceris eis. Sic passim mulierem reperies religioni vsque adeo dedita, vt iugi orationi, frequentibus confessionibus, cæte- risque pijs operibus plurimam temporis partem impendat: quæ tamen si graui scule morte mari- ti, aut filij, vel aliqua alia sollicitudine faucia fue- rit, mirum est, quam non modo pristina obliuif- catur vite, sed etiam blasphemam in Deum linguam conuertat, vt parum ab ethnica distare videatur. Hoc quotidie videmus non modo in mulieribus, verum & in viris qui nunc duntaxat Deum colunt, quando sibi morem gerit. Istos autem ego simili- mos illis hominibus iudico, qui mercatoribus pec- unias mutant in fœnus, ea conditione, vt lucri, non iacturæ participatio fruantur. Sic isti Christi delicias insequentes ab eius laboribus abhorrent. Aliter sancti Apostoli, qui in terra & in mari, in prosperitate & aduersitate Christum sequuntur. Discamus præterea ab Apostolis amicitiam cum hominibus seruare & fidem in omni tempore custo- dire. Sequuntur namque Christum in mari sicut in terra: quia vt scriptura ait, omni tempore diligit, qui verus amicus est, sed multi (maxime nunc) se- quuntur homines non in aduersis, sed in prosperis iuxta illud Ecclesiastici. Est amicus secundum tem- pus: non permanebit tempore tribulationis. Canis os succo plenum rodit, aridum relinquit: sic multi te diuitem, honoratum & florentem, facile vident, salutant, & colunt, quod si fortuna tibi ad- uersa reslauerit & ad inopiam redactus fueris à fa- miliarissimis etiam desereris. Sed de his satis in su- perioribus diximus, in capite sexto. Sic etiam hæc infidelitatem quam in proximos habemus, eandem in Christum gerimus. Sequimur eum in cœna, & in fractione panis non tamen in periculis maris. Illum laudamus cum dat nobis diuitias, sanitatem, honores: at si ab illo flagellamur, persecutionem patimur, aut infirmamur, vel aliquod patimur in- conmodum, relinquitur orationes & medita- tiones consuetas, & impatienter irascimur. Filij Israel videtes se à Deo vitos & Aegyptios in mari Rubro submersos, in coluntati suæ gratulantes, quod suffocatis hostibus, sicco fretu transissent pe- de, laudauerunt dominum & cantantes gloriauerunt, dicentes. Cantemus domino gloriose enim magnificatus est: equi & ascensore dei cecit in ma- re, &c. Sed post paululum deficiente victu murmura- uerunt contra dominum, volentes Aegyptum repete- re. Sic nos cantamus cum dat nobis bona: at si tribu- latione aliqua affligimur, murmuramus, & blas- phemamus. Plures enim habet Christus suos re- surrectionis suæ qui gaudere volunt, quæ passionis, quia nolunt grauiam & aduersa pati cum illo. At san- cti Apostoli non solum in terra, sed etiam in periculo maris & inter fluctus & tempestatem associabatur illi. Nos ergo eadem faciamus, & Paulum audiamus dicentem. Si fuerimus socij passionum, erimus & conso- lationum. Obserua autem prius ascēdisse Christum in nauiculam, & postea ascēdisse discipulos eius. Nā in laboribus & periculis magister & Dominus præire debet, vt discipuli & famuli sequantur. Ali- ter tamen quā plurimi prelati faciunt, qui subditis inquirunt. Ascēdit vos ad labores & pericula: ipsi autem in otio & desidia torpentes manent. Abime- lech ille filius Ieroboam, vt milites suo prouoca- ret exemplo, ipse primus volens incendere Sichem,

Prou. 17.

Eccle. 9.

In illud. Diligite inimicos vestros.

Exod. 14.

Exod. 16.

2. Cor. 1.

succidit

Luc. 9.

Ab. 14.

Mat. 5.

Prou. 12.

Ioan. 1.

Psal. 120.

Psal. 43.

Psal. 40.

Gen. 9.

succidit ramum & dixit ad socios. Quod me vide- tis facere, cito facite. Et illi certatim ramos prescin- dentes sequebantur ducē. Crede mihi, subditi faciet quod te viderint facere, sicut milites Abimelech, & te ducem sequentem. Quod si illis in malā dux extiteris, eodē modo illos & teipsum in perditionem adduces. Quare, si sapias, ne tibi ipsi noceas, præcio in laboribus, virtutisque actionibus, vt te omnes imitentur. Expende etiā hic Christum domi- num prius voluisse discipulos suos in omni genere laborum & periculorum esse exercitos, vt sic malo assueti, postea quæuis pericula facilius to- lerarent, & honores, quibus non raro erant afficē- di, contēnere possent: vt de Paulo & Barnaba legimus, quos in numerū deorum referre homines voluerunt, cum alias grauissimis eos afficeret cruci- atibus. Instruit igitur Christus modo discipulos suos, eos honorando societate & doctrinæ suæ cō- municatione, illis demonia eiciendi potestatem cō- cedendo, & illos salem terræ, & lucē mundi vocā- do. Demum eos tentauit in hoc maris discrimine, vt firmiores ad reliqua & periculosiora redderentur. Porro stagnū hoc in quo Christus nauigabat, est stagnū Genesareth, vel mare Tiberiadis, vel mare Galilææ, de quo iā diximus in initio capitis quinti huius. Iam historiam prosequamur. Et nauigan- tibus illis obdormiuit. Proh Deum immortalē. Quæ, quantaque est in omni fortuna iusti securitas. Vi- det hominum sollicitudines, & labores, fortunæ fluctus & procellas intuetur, ipse autē nihil mouetur magis quā si somno esset oppressus. Vnde sapiens ait. Non contristabit iustum quicquid ei ac- ciderit. Sic etiā Ionas dormiebat periculis nauis: & tu si probabili poteris conscientia, securus esses ab omnibus incommotis quibus mundus versari & conuerti solet. Sed nunquid dormit ille, de quo Dauid ait. Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel? Quid ergo nūc dormit? Hoc autē, eo dictum puta, quia si ea quæ in mundo impune geruntur, animaduertimus, Deum dormire suspi- cabimur. Nam sicut qui dormit, eodē vultu sem- per est quocumque honore vel cōuitio afficiatur, ita Deus, cum in hoc seculo sæpenumero optime meritos, iustosque viros beneficio villo non prosequatur, impios autem & criminosos plerumque impunitos abire sinat, imo potius eos plurimis al- iquando dicit bonis, bonos autem magnis tor- queat calamitatibus, videtur profecto in rebus humanis tanquam inter quosdam honorem & malorum fluctus obdormire. Quæ de causa Da- uid huius incommodi satagens in psalmo, Deum precatur vt vigilet, inquit. Exurge, quare ob- dormis Domine? exurge, &c. Quasi diceret. Vah Domine somnum importunum, exurge quæso, & videas mortalium superbiam. Exurge, vt honori tuo consulas. Omnes enim pietatis cultores in summis versantur calamitatibus ob ingentem impiorum iniquitatem: quos si amplius scire siueris, actum est de republica tua. Durent tamen in laboribus pij, impij autem timeant: qui nam- que dormit experiscetur, nec sine malorum con- natus ad finem vsque peruenire iniquitatis suæ.

Nunquid qui dormit non adiciet vt resurgat? re- surget quidem Dominus, & vnquamque merito afficiet præmio. Dormiebat Noe, & nequissimus Cham illius pudenda proteruo cernens ore, patre

irridebat suum: at Iaphet pietate motus, fratris- que infensus impietatis, paternum veste texit corpus. Quare excitatus Noe, impio maledixit Cham, & pio Iaphet benedixit. Sic Deus qui mo- do obdormire videtur in finali eodē iudicio ex- urget & benedicet bonis, eos præmio æternæ vite afficiens, malos autem in æternum coniciet ignē, &c. de his alias. Præterea dormiebat Christus se- cundum sensitiuam animæ portionem, idque non coacte & inuite, sed sponte & deliberata ratione. Rationis enim iudicio & imperio voluntatis, cor- poralis natura, sensitiuaque pars per omnia obe- diebat in Christo. Licet causa, ex qua naturaliter oritur somnus, scilicet, vaporum ascensio in ca- put, corporalisque natura corporalis fatigatio fuerint vere in Christo. Assumpsit enim naturam nostram cum hac passione, quamuis potuisset il- lam assumere sine somno, quia non se consequi- tur necessitate inuitabili. Tamen quia hanc pas- sionem assumpsit naturaliter poterat dormire, quia sæpe dormiuit. Nunc autem voluntarie dor- miuit, quia Christus erat Dominus natura suæ. Hoc autem in nobis non est, quoniam multi som- num desiderant & dormire nequeunt, & aliquis vult vigilare & non potest. Ideo poterat Christus manere longo tempore sine somno, si voluisset. Sic interdum erat per totam noctem vigilans in oratione: & non ob hoc grauabatur corpus eius. Poterat Christus dormire quando vellet, & vigi- lare quantum vellet, etiam nulla causa naturali existente. Dormiuit autem nunc, vt daret locum sequenti miraculo de turbatione & sedatione maris. Præterea dormit Christus & facta est magna commotio in mari: in quo docet, quodam ænig- mate, quantum imminet periculi in rebus hu- manis, quoties dormiunt prelati delinuti commo- dis huius mundi, cum Christi vices gerant. Dor- miebat Saul & furto rapuerunt ei scyphum & ha- stam. Sic quia prelati dormiunt in deliciis perit iustitia, quam facere debuerant in discolor, eos puniendo, & munus, quod oportebat ipsos habere, vt pauperes & miseris fouerent. Vnde putas tantam tempestatem ortam esse in Germania, nisi quia prelati Ecclesiæ dormiebant? Dormientes igitur Christo, mare fluctuare nihil aliud signi- ficat, nisi subditos esse in summo discrimine quo- ties prelati dormiunt. Denique Marcus ait, quod dormiebat in puppi super ceruicali: in quo docet debitas & vanam mundi pompam cōtem- nendam esse, sed tantum post labore necessa- riam ex illis sumenda, & illis etc. Vnde Dominus per prophetam Amos ait, Vae vobis, qui dormi- tis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Quapropter hoc, quod dormiebat super cerui- cali, non vacat à mysterio. Primo quod mo- cis contentus fuit: non enim ambulauit in mag- nis, neque in mirabilibus super se. Commendat enim Christus pauperem & asperam vitam, quā ab ipsa origine vite, vsque in finem commenda- re non cessauit. Natus in præseppe, dormiens super alieno ceruicali, & moriens in cruce: quid aliud contendit, quam vitam exiguam & parcam am- plecti? Secundo insinuat, dormiens in ceruicali, se esse paratissimum, velutin prociens ad fauen- dum nobis. Nam si in lecto iacisset, quis crede- ret eum à lectulo surrecturum, vt laborantibus

Luc. 6.

1. Reg. 26.

Mat. 4.

Amos 6.

Psal. 130.

opem ferret? At nunc qui iacet super cervicali paratus est à quiete confulgere, vt miseræ nostræ præsto sit. Facile enim surgit, qui super cervicali quiescit, &c. *Et descendit procella veni in flagnum: & complebantur & periclitabantur.* Credendum ne est ea fuisse ventos audacia, & mare, vt nauim in qua suus vehebatur Dominus vsque adeo vgerent, nulla prius facti obtenta copia: nequaquam. Quoniam voluntate Christi factum est hoc, Deo sic ordinante ad ostendendum Christi potetiam. Sicut illa tempestas quæ facta est temporibus Ionæ, quando misit Deus ventum magnum in mare & facta est tempestas magna, & nauis periclitabatur conteri. Sic nunc ingressus in mari fecit turbare mare, commouit vêtos & concitauit fluctus. Itaque Dei voluntate facta est tempestas. *Observa autem & vide, vbiunque Deus est, plurima noua & insolita statim emergere.* Ingressus est Hierosolymam & commota est, vt ait Ioannes vniuersa ciuitas. Sic Philistæi dixerunt. *Quæ exultatio est hæc? Veniebat enim ibi arca domini: ideo non fuit tanta exultatio heri & nudius tertius. Ex nouitate mirati sunt Philistæi.* Sic multæ plage & mutationes factæ sunt in Aegypto. Et illi dixerunt, *digitus Dei est hic.* Ideo in Sapiente habetur. *Timcbunt reges horrendi, &c. quod de Pharaone dictum est.* Vnde sponsa in Canticis loquitur dicēs. *Pessulum ostij mei aperui dilecto meo.* Sequitur. *Anima mea liquefacta est.* Sic Deus corda dura, in quæ semel intrauit, comminuit atque emollit. Ingressa est arca Domini in Dagonis templū & corruit idolum. Ita vbiūque Deus ingreditur corruit idolum animi internum: de quo Paulus. *Auaria, quæ est idolorum seruitus. Corruit idolum gula: de quo idem Paulus, Quorum Deus venter est.* Denique omnia alia idola vitiorū animæ concidunt. In primo etiam Regum habetur, *Insluit in Saul spiritus domini, & mutatus est in virum alterum.* Mutatio est hæc mutatio dextræ Dei excelsi. Sed in quo perspicies Deum venisse in cor tuum? Si sane aleator iam non ludis, mœchator non mœcharis, &c. Sic Ninuizæ mutati sunt ad ingressum prædicatoris Dei. A facie enim Domini mota est terra, à facie Dei Iacob. *Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.* Sic ingressio Christo in mare, mutatur mare, mutantur aquæ & in omnibus fit mutatio & nouitas. Ita etiam operatus est egregiam mutationem in Magdalena, Saulo, multisque aliis, &c. *Secundo expendi etiam & considera nullum in hoc vitæ miserimo curriculo esse locū fati pacatum aut securum.* Sunt discipuli iuxta Christum & nihilominus fluctuant & periclitantur. Quo docemur semper dū sumus in via, quantumcunque in gratia cum Deo esse aut memimus, nequaquam omnem prorsus timorem deponere. *Quia nemo nouit quo tandem sit peruenturus.* Paulus enim licet sanctissimus summisque à Deo pignoriibus confirmatus, nihilominus tamen ait. *Nihil mihi conscius sum.* Quoniam in hoc seculo degens, nulli sibi fati securus sibi videbatur. Angelus de celo cecidit, à loco altissimo & tutissimo, factum est prælium magnum, vt ait Ioannes in sua Apocalypsi. Adam in paradiso cecidit, Dauid in sanctitate sua, Iudas in suo Apostolatu. Nemo igitur confidat, nemo presumat. Omnia enim sunt pro-

cellis & tempestatibus plena, siquidem ipsi etiam Apostoli Christo præsentem periclitantur. *Præterea depingitur hic quasi in quodam ænigmate quantum imminet periculum in rebus humanis quoties ij dormiunt huiusmodi cōmodis deliniti, qui vices Christi susceperunt.* Cum enim episcopi, & prælati dormiunt, & negligentes sunt, diuitiis & voluptatibus seculi in hærentes, qui vices Christi in terris gerunt, subditi patiuntur tempestates & incommoda & sunt in periculo. In Ezechiele excruciat illos Dominus, qui consuunt puluillos sub omni cubito, & cervicalia sub omni capite. Hinc cum dormirent homines venit inimicus, & superseminauit zizania in medio tritici. Sed de his satis. *Apostoli itaque nunc tribulantur, in quodisce tribulationes, dolores & persequutiones patienter sustinere, quia Dei voluntate datur & mittuntur.* Sunt enim tribulationes quasi quidam nuntij à Deo in nostram missi vtilitatem. Vnde quemadmodum qui nuntium regis aliqua afficit iniuria, regi ipsi iniurius est, sic qui tribulationes à Deo missas benigno vultu, atque animo non excipit, Deo supremo regi iniuriam introgare videtur. *Misit Dauid legatos consolaturus Amone, ipse autem eos contempsit, illosque barbis vestibusque præcis ad Dauidem remisit.* Quod non multo fecius illi faciunt, qui tribulationes à Deo missas impatienti & superbo accipiunt animo. *Quare sicut Dauid legatorum suorum iniuriam vltus est, Amone funditus euertens: ita Deus te, nisi benigniter & patienter labores tuos tuleris euertet & disperdet.* Maledicente & iacente lapides in Dauid Semei, respondit sanctissimus rex, Abisai, qui eum interficere volebat. *Dimitte eum, vt maledicatur: Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid.* Intelligebat optime Dauid illud esse à deo flagellum iniectum: nec eum latebat peccatū vnius esse nonnunquam alterius supplicium. *Quoties igitur ab aliqua conflictamur ex creaturis, ad Deū nos conseramus.* Quotiesque ab aliqua creatura afficimur, ad Deum confugiamus. In illo enim suæ ægritudinis, perfectam inueniet homo medicinam. Sic Dauid in psalmo aiebat. *Ego autem cum mihi molesti essent, induer barba cilicio.* Et in alio psalmo. *Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam.* Quorsum autem o Dauid indueris cilicio? hic est ille ensis, quo accingeris? hic ille nitidissimus thorax, quem ad propulsandos hostes induis? Sed vince teipsum, & sic inimicos tuos superabis. Ego autem orabam. Sed quid orabas? Deus laudem meam ne tacueris, &c. Domine commenda me, siquidem pro te tot iniurias sustinere non dubito. Sed quid? nunquid remediū est vllius momenti persequentibus & incessentibus hostibus, ad templum cōfugere ibique preces fundere? optimum equidem esse existimo. Non hoc Dauidi ignauæ vertendum est, vrsos & leones facillimo interficiebat negotio. Sed consideras hæc omnia incommoda à Deo opt. max. hominibus sæpenumero infligi, quo à criminibus suis respiciant & in virtute exercitati eo magis euadāt, confugiebat ad dominum, nihil à illo oblatum recusaturus. Nam quemadmodum gladius ferruginosus, quoties ad arma veniunt homines, Dominum suum sæpe adeo moratur, vt prius ab aduersario vulneretur, quam educi è vagina possit

Ezech. 13

Matt. 13

2. Reg. 13

2. Reg. 16

Psal. 34

Psal. 108

1. Reg. 17

sic

sic patientia non exercitata adeo tarda est, vt sepe numero locum diabolo cōcedat miseram vulnerandi animam, quam possit subuenire. *Quare vt exerceamur, permittit Deus non raro in nobis pericula & calamitates sauire. Eodem etiam modo hæc tempestas de manu Dei venit, vt exerceat discipulos suos, eosque deinceps efficiat firmiores.* Denique etiam misit in illos hanc tribulationem, vt in seipsis experiretur misericordiam virtutemque eximiam suam, claudos, cæcos, & id genus infirmos sanantem: sed quia nemo tanta perfunditur in aliorum sanitatibus iucunditate ac in seipso, ideo Dominus, hoc in ipsorum persona miraculum voluit operari, vt etiam nullus deinceps dubitationi locus pateret. Ita quoties de alicuius summi medici laudibus agitur, si quis adest, qui aliquando cum esset ægrotus ab illo fuerit curatus, statim confurgit, medicique sui tanquam testis oculatus, honores euehit, cuius testimonium apud omnes alios non modo maioris beneuolentia esse solet, sed etiam maioris fidei. Preterea quia discipuli prædicaturi erant mundo Christi eximiam virtutem & miracula inenarrabilia, oportuit vt prius in omnibus creaturis & denique in seipsis vim Christi domini sui intuerentur, vt sic summa laude summa etiam fiducia & voluptate possent vbi que terrarum facta Dei celebrare. Eo enim modo, dubium visum non fuit quin libentissimi omnes mortales oculatos testes, & expertos miraculorum Domini, & summo applausu audirent & Euangelium securissimo consensu susciperent. *Aduerte etiam Deū solere sanctis suis pericula ostendere, à quibus eos liberauit, vt videntes mala à quibus eruti sunt gratissimi in dies magis efficiantur.* Sic fecit Iacob cum reuerteretur de Mesopotamia in terram suam. Eleuans enim oculos vidit venientem Esau, cum eo que quadringetos viros. *Timuit enim Esau valde & orauit ad Dominum præ timore, vt illum liberaret.* Eruit itaque eum Dominus: sed nihilominus voluit periculum eius oculis obicere, vt sic agnosceret à quo malo liberasset eum Dominus. Sic etiam fecit eum innotat scriptura cum filiis Israel: qui cum essent prope mare Rubrum leuantes oculos viderunt Aegyptos super se & timuerunt valde & clamauerunt ad Dominum & ad Moysen. *Quibus dixit Moyses. Nolite timere, & videte magnalia Domini, que facturus est hodie. Aegyptios enim, quos hic videtis nequaquam vltra videbitis vsque in sempiternum.* Et sic transierunt mare diuisum, & viderunt Aegyptios mortuos, & manum magnam quam exercuerat super eos. A quo periculo licet nihilominus Deus filios Israel liberare statuerat poterat aliis multis modis populū suum seruare, tamen oculis eorum periculū subiecit, vt sic omnibus diebus vitæ suæ præterita recolentes, nequaquam possent tantū beneficii obliuisci. Ita & eodem modo se habuit Christus Dominus hic cum discipulis suis, qui fluctuante nauis, & pene submersa, non adiuuabantur, vt dilato auxilio, salus, quæ iam ferme vita excessuris contigerat, eos deinceps multo faceret gratissimos. Sic tu memoriter habe à quibus te Deus periculis liberauit. Nam sæpenumero te in mortali peccato agentē ab innumeris maris & terræ periculis eripuit & ab omnibus il-

Genes. 33

Exod. 14

lis, quæ Paulus suis Corinthiis scribens commemorat. *Quare Deum cole, illique gratias cū propheta age.* Conuertere anima mea in requiē tuā, quia Dominus benefecit tibi. Eripuit animā meā à morte, oculos meos à lachrymā pedes meos à lapsu. *Observandum præterea est, quod Dominus videtur suos derelinquere in mediis fluctibus, adeo, vt videatur illorum oblitus. Tamen non obliuiscitur: sed hoc facit, vt postea gloriosius de mediis malis eripiat.* Sic Ioseph reliquit in squalore carceris, quem postea sublimius extulit. Videbatur iam derelictus à Deo, & extraneus erat, & derelictus à fratribus venditus in terra aliena: sed Dominus eripuit illū à malis & gloriosum fecit. Sic Dauidem, sic Danielelem, sic & Susannā à falso crimine liberauit. Dauidem autem de manu Saulis, Danielelem verò à lacu leonum. Sic etiam populum afflictum Israel obsessum ab exercitu Holofernis, & iam se illi commissurum, de manu hostili, mirabiliter per foeminam eripuit. Sic etiam eundem populum iam morti expositū sub impio & saeuissimo hoste Aman, cum iam periculum immineret mortis, gloriose liberauit eum. *Noluit Deus statim suos liberare, sed expectat & dormire videtur: tamen non derelinquit eos vsque in finem, sicut peccatores.* Hæc enim est maxima inter bonos & malos differentia, quod mali in æternum à Domino derelinquentur: boni vero ad tempus duntaxat deseruntur, vt fortiores surgentes ad virtutem efficiantur. Hoc ipsum petebat Dauid in psalmo à Domino. *Ne derelinquas me domine vsque quaque.* Ac si diceret, vt diuus Ambrosius interpretatur. *Relinque me Domine paulisper, non tamen diu.* Antea quasi adhuc imperfectus, & in multis tribulationibus positus se derelinqui timebat: nunc autem iam fortior non timebat derelinqui, vt tentetur, sed rogat, ne penitus derelinquatur. Præterea quæ derelinquit Deus, vult probare sicut hic apostolos: penitus autem derelinquit & totaliter peccatores, quos in æternū deserit. Dereliquit penitus Iudam, non autem sanctum Iob. Nunquid non ideo derelictus est Iob, vt probaretur, atque ideo coronaretur? Dereliquit Iudam in seculum, non autem Petrum: cui clamanti in mari porrexit Dominus dextram, & leuauit eum. *Que madmodum inter natatores accidere solet, qui rudiores adhuc & imperitos natandi paulisper submergi sinunt, quod si grauius periclitari animaduertent, nihilo segnius accurrunt, quam si nūquam reliquissent, quo factio impavidiores deinceps ad natandum redduntur, sic nunc discipulos dereliquit, sed non in perpetuum: quia eripuit eos.* Ad nostram autem eruditionem discamus hic non turbari, si quando nos à Deo in aliquibus tētationibus destitutos viderimus, quoniam, vt hic litera docet, non raro solet Deus sic cum dilectissimis agere. *Quin & ipsum vnigenitum suū derelinquere non dubitauit quando ipse dixit, Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me? Tradidit corpus eius passioni: & (vt Paulus ait) proprio filio non pepercit, sed pro nobis tradidit illum: sed non penitus dereliquit, sed ad tempus. Ideo ait: Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Timenda igitur est, non quæuis, & ad tempus destitutio, quæ proficua est, tantum abest, vt

2. Cor. 11  
Psal. 114Genes. 41  
Genes. 37Dan. 13  
Ez. 14

Iud. 13

Hester. 7

Psal. 118  
Ambros. 1. in psal. 118  
le. Gra. li. 20. mor. cap. 21.

Mat. 14

Matt. 27  
Rom. 8.

Psal. 15



**Psal. 114.** noceat, sed aeterna & totalis. Ab illa enim Deus te eripiet, vt hos sanctissimos discipulos. Ideo Dauid ait. Eripuit animam meam à morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Parum est labi, aut leuiter ad lapidem offendere: sed caue ne cadens caput comminuas, aut crura frangas. Interea tamē Deus clamat, dicēte Dauide, Ne derelinquas me Domine vsquequaque. Sic clamauerunt ad Christum hi sanctissimi apostoli, vt statim videbimus. ¶ Secundo discimus semper Christum nobiscum habere. Nam si cum Christo tempestas & periculum est: quid erit sine Christo? Etenim Apostoli in nauī periclitantes praesto habuerūt dominum, cuius seruarentur auxilio: tibi vero longissime à Deo agenti quid poterit opitulari? Rapiēris profecto, quoniam, vt Ionas Domini conspectum fugis, & in mari proiciēris, sicut Ionas proiectus est. Da igitur operam, vt nunquā longius à Deo discedas, imō, vt illum prope & quasi ad manum semper habeas, si in laboribus tuis patientiam habere desideras. Sanē apostolorum tribulationes breues sunt, & breui à Domino remedium consequuntur (iusti namque secum habent Christum omnium malorum antidotum): mala autem impiorum in inferno ideo sunt irremediabilia, quia longē Deus, qui solus opem & salutem ferre poterat, situs est. Ita propheta quidam in peccatorum persona loquitur. Longē factus est à me auxiliator. ¶ Decemur tertio, ne vnquam in hac vita securo nos existimemus, ne ve fallaci mundi securitati fidamus. Nihil securū nihil semper prosperum est in hoc saeculo. Securi nauigabant discipuli cum Iesu, sed subito & inopinato facta est tempestas magna. Putant mundi scātōres se tutos fore: creduntque se pactum, aut foedus cum morte & inferno pepigisse, nec vidēt sibi tentationis periculum appropinquare, nec futurum quenquā, qui illos erecturus sit. Quid enim omnis mundi securitas aliud est, quam ingens illa imago à Nabuchodonosore in somnis visa? Magnificam quidē speciem pra se ferebat: tota aurea, argentea, aenea, ac ferrea erat: sed testaceis pedibus innitebatur, quare lapide tacta vniuersa moles corruit. Talis mundi securitas est, testaceis pedibus insistentis, quos vel leuis tentatio frangit. Gloriantur quam plurimi de maiorum suorum splendore, quasi quoddam sibi aureum caput affingentes, iactant diuitias & fortunas suas, aliaque caduca & fluxa saeculi bona summe aggregantes, aurei sanē, argentei & ferrei sibi videntur. Quae tamen gloria quouis fortunae iactu, mirum est, quam cito aboleatur. Quia de causa quo securiores nobis videmur, cautius agere oportet, ne tentationibus succumbamus: à quibus grauissima nobis imminēt pericula, nisi semper simus parati & in timore, iuxta illud sapientis: Beatus homo, qui semper est pauidus. ¶ Admonemur item timere pericula mortis & inferni atque mala, quae nobis imminēt. Nam si externa & temporalis tentatio etiam sanctissimos apostolos ad eo pusillanimes fecit etiam cum Christus esset cum eis, & secum haberent Deum, ac bonam conscientiam: quid spirituales tentationes facient quando hominem sceleratum mala conscientia, dolores mortis, terror diuini iudicii, & tartari periculum torquent & discruciant? Denique docemur, vt tempore fortunae prosperae

timeamus: tempore vero tristi fidamus speremusque. Diuersum facit mundus. Quando omnia ex animi sententia succedunt, omnia vacant metu: nullius monita audit: sed mox fortuna mutata desperare volunt, nullius consolatione admittit. Ecce cum sancti apostoli securissimi essent & minime de infortunio cogitarēt, repēte, & inopinato magno & periculoso turbine oppressi sunt: & contrario vero cum iam de interitu cogitarent, momento citius seruantur. Talis est mundi conditio. Quando enim securi in vtramuis dormimus, aures, periculum in proximo est: & quādo profus omnem salutis spem abiicimus, tunc à Deo iuamur. Sed historiam prosequamur & videamus quid sancti apostoli in hac tribulatione fecerint. *Accedentes autem succitauerunt eum dicentes: Praeceptor perimus.* Si volumus, vt Christus expergiscatur, necesse est, vt nos prius expergiscamur. Imo ob hanc causam Christus in festari permittit, & immitit tribulationes, vt expergiscati oculorū grauedine discussa cogitemus vbi locorum sumas & quae rerum nostrarum facies sit: ac postea Deum nostris precibus excitemus. Sic cū apostolis fecit. Nam ille, qui prouocit ventos de thesauris suis, & qui cōturbat profundum maris, & sonū fluctuum eius, ipse fecit hanc tempestatem, & incussit metū discipulis, vt metus eos ad orandum induceret: oratio autem eum moneret ad exhibendū miraculum, quo tandem ipsi aliique homines in fide cōfirmarentur. Expende quod apostoli Christum vocauerunt iam in vltimis constituti: quod etiam multi faciunt, qui Deum auxiliatorem quaerunt, sed non nisi cum iam sunt in extremis periculis positi. Vnde in prouerbis habetur. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio & angustia: tunc inuocabunt me & non exaudiam. Repentinū est illud quod casu venit, quando quis incautus est, quod impijs morientibus euenit, non autem bonis, qui semper parati omnia obseruant vite suae momenta. ¶ Praeterea admonet locus istae in periculis, tribulationibus, omnibusque necessitatibus ad Dum confugere, & ab illo auxilium petere. Sic Iosaphath rex, cum ignoremus, inquit, quid agere debeamus: hoc solum habemus residuum, vt oculos nostros ad te dirigamus. Sic & Petrus admonet dicens. Omnem sollicitudinem vestram proiciite in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Hoc etiam sanctus rex Dauid fecit cum dixit confugiēs ad Dominum. Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende animae meae, & libera eam: propter inimicos meos eripe me. Ideo deus multis periculis nos exponit vt confugiamus ad orationem. Per aduersitates enim nos inducit Dominus in timorem, & anxietatem, per timorem in agnitionem desperationemque infirmitatis nostrae: per desperationē nostrī consilij reuocat nos ad considerationem diuinā bonitatis. Et ex hac consideratione rursus erigit nos ad spem & fiduciam erga se: & inde oritur ad ipsum oratio. Si pulsatur voluptas, si insurgit ira, si luxuria aëstuat, insurgitque aduersum te omne genus nequitiae, tam humane quam diabolicae,

**Psal. 43.** licet, ora Dominum. Atque ideo Dauid clamabat dicens. Exurge, quare obdormis Domine. Exurge, obliuisceris tribulationem nostram. Igitur antequam demergaris in profundum, antequam descendas in sepulchrum, clama ad Dominum. In clamore & in apertione oris tui, tua salus est. Si peris, tua culpa peris: quia nō aperuisti os tuum, & ideo non implebit te salute Christus. Sed de his iam diximus in capite praecedenti in Magdalena conuersione. Nunc ad contextum. *At ille surgens inuenerat ventum, & tempestatem aquae: & cessauit & facta est tranquillitas magna.* Satis in hoc suam deitatem ostendit Christus, qui non vtrunque, sed imperatiuo modo iussit ventis & mari: cui cū omnes creaturae sint in potentia obediētia, statim consequuta est magna tranquillitas, tam materialis in mari, quam spiritualis in mentibus discipulorum de salute sua gaudentium. Paruerunt venti & mare Deo, & ideo facta est tranquillitas. ¶ Aduerte autem, quod praesente Domino nauicula fluctuat quidem & iactatur vndis, non tamen submergitur, sed sit trāquillitas. Hec est arca Noe, quae fluctibus illiditur, non tamen alliditur: *Re. 12.* beccae vterus qui ex paruulorum lueta colliditur, at abortum non patitur: domus supra petra fundata, in quam venerit flumina, & hauerūt vēti, *Exod. 1.* sed nō destruitur: *Isa. 41.* Israheliticus populus, qui à Pharaone & suis premitur sed nō destituitur, mulier, quam in Apocalypsi draco persequitur, sed non opprimit. Docet locus hic, vt in omni tribulatione & angustia patientiam habeamus, in Deo spē nostram collocātes, vt in eo stabiles simus. Deo enim sanctus Thobias dixit: Non delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatē tranquillitatem facis, & post lachrymationem & fletum exultationem infundis. Quamuis totus saeculi mundus, & quasi mare insurgant & bulliant procollae vertiginesque demonum: & si omnis principatus, & potestas saeculi fluctus concitent & iracundiae rabie spument, & furiant super sanctos, & si adhuc ad caelos sese extollant, vt tempestas maris malignantes, noli conturbari, noli contremiscere, aut deficere. Quamuis enim tibi videatur Christus dormire, nō dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Noli igitur desperare, sed in domino confide: ipse enim saluos faciet sperantes in se. Cum iam omnia videntur desperata, succurrit diuina bonitas. Sic Israhel laboranti in Aegypto affuit Dei misericordia: sic Tobiae, sic Ionae, sic eisdem populo temporibus Iudith, & Hester, &c. Quare nunquam de Deo desperandum est. Quis putasset Ioseph in carcere in Aegypto coniectū, à fratribus venditū, à Domina accusatū, ab omnibus derelictū, & ignotum in terra aliena, venturum ad tantum honoris fastigium? Ideo quamuis tibi impossibile videatur exire à laboribus, quibus nunc premeris, Deo tamen facillimū est eripere te ab omnibus istis malis. Interim tamen, quamuis venti tentationum insurgant & spuma maris, hoc est, iracundiae ad caelos vsque se extollant, tace, quiesce, & immobilis persta. Nam quemadmodum, quoties mare vehementius intumescens, ad littus magno impetu rapitur, saxa & quaecunque secus oram posita nisi terrae penitus infixae harent facillimo negotio trahit & vorat: Cautes vero firmioribus nixae radicibus ne-

quaquam promouere potest: quinimo summo illisum fragore, & spumis rabieque victum cedit, duritie victum & constantia molis opposita: sic tu in fide fundatus firmissima, si bonorum morū & virtutum radices egeris, constantque in omni pietatis & religionis opere fueris noli timere tentationum, nec totius infernae legionis fluctus & minas, quantumcunque irrefragabiles videantur: vinces enim, & non succumbes. Premeris quidem saepe numero magnis laboribus, sicut cautes fluctibus premitur & inuoluitur: verū, vt illa refluente mari multo nitidior, & speciosior apparet omni deposita immunditia, quia perstitit: ita tu si perfristeris, transactis laboribus, emerges à sordibus vitiorum purgatus & nitidus. Consiſte igitur, neu impatiens, & inconstans sis, alias proculdubio superaberis. Quod si feceris & constantiam seruaeris Deus tibi solita non negabit auxilia, quibus & honorem tuum tueri & vitam consequi aeternam possis, interea tamen opus est dare operā & clamare cum propheta. Exurge Domine: quare obdormis: exurge, & ne repellas in finem. Exurge Domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum. Ipse surget & imperabit ventis & mari & sedabit procellas tribulationum & persecutionū. Iterum ergo moneo vt sis constans: ne quasi lapis inobilis in profundum rapiaris. Sed procedamus. *Dixit autem illis ubi est fides vestra?* Putabāt Christum vigilantem eos liberare posse: non tamen dormientem, qui nihilominus & dormiens & vigilans aequaliter hoc facere poterat: potestas enim Christi non erat ab humanitate, sed à diuinitate, quae nunquam dormit. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel. Et in Canticis, Ego, inquit, dormio, & cor meū vigilat. Credere autem ipsum purum esse hominē, & sic dormientem nihil agere posse: vel esse quidē Deum, sed tamen nihilominus dormire in eo diuinitatē, error erat, vt rōnis modo de Christo mala esset opinio: & non solum error, sed etiam haeresis, & peccatum mortale: quia in fide versabatur. Ideo discipuli, qui in hoc peccabant mortaliter, digni fuerunt huiusmodi reprehensione: quia ex miraculis praecedentibus, quae Christum facere videbant, potuissent colligere ipsum esse verum Deū, qui tam dormiens, quam vigilans posset eos liberare. Credebant Christum vigilantem posse miracula facere non autem dormientem: quoniam omnia miracula antea vigilans fecerat: quare excitauerunt eum putantes aliter liberari non posse. Christus autem voluit hoc periculum inducere, vt esset locus auerendi eis hanc incredulitatem. Non certē habebant illi tantam fidem sicut ille, qui dixit Deo. Si habitauero in extremis maris, ecce illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua. ¶ Vide eximiam Dei bonitatem, qui semper quaerit vt possit beneficia in nos conferre. Non existimabant discipuli Christum dormientem miracula edere posse: qua de causa, vt illos ab errore eriperet dormiuit, vt inde factū miraculo ansam haberet illos arguendi incredulitatis suae, quō ad fidem traherentur. Hoc autem non semel fecit Deus occasiones conuersionis nostrae quaeritans. Nam Manasses rex Iuda idololatra & flagitiosissimus, cum captiuus apud Babylonios esset, cōuersus est ad Dominum, & orauit.

**Ion. 1.**

**Thren. 1.**

**Psal. 28.**

**Dan. 2.**

**Prou. 28.**

**Psal. 134**

**Prou. 1.**

**1. Par. 29.**

**1. Pet. 5.**

**Psal. 68.**

**Exod. 3.**

**Psal. 43.**

**Psal. 120 Cant. 5.**

**Psal. 138.**

**2. Par. 30.**

**Sic**

Sic etiam permisit Deus, vt Iudaei in deserto aquae penuria laborarent, vt postmodum, percussa à Moysè petra, indeque verius aqua effluente populus incredulus ad Deum suum conuerteretur.

**Num. 20.** Permisit item filium reguli morti appropinquare, vt pater cum vniuersa familia crederet. Quod in omnibus Christi miraculis fas est dicere. Vnde ipsemet Dominus de caeco nato dixit. Neque hic peccauit, neque pater eius, sed vt manifestetur opera Dei in illo. Sic permisit Sufannam accusari à mendacibus & peiuris senibus: vt virtus eius manifesta fieret. Nec minus hoc tecum quotidie facit, si animaduertis, permittens te in infamiam aliquam, aut peccatum labi, vt te ab occultis emundet, aut etià, vt flagitia maiora perpetres, quo à minoribus libereris: quæ, pœnitentiam agens non vis abluere. Nam sicut in vestibus accidere solet, quibus si parua olei guttula incidens exiguam notam facit, non abluuntur, nec villa ad delendum vitium propter eius exiguitatem adhibentur medicamenta, si vero grauior, ampliorve inuratur macula nulla mora est quin summa cura, & diligencia abstergantur: sic in nobis accidit, quos Deus sæpe numero propter eius exiguitatem incidere, vt à magnis & à paruis emundemur peccati labibus adhibita pœnitentia. Eodem etiam modo hanc tribulationem in discipulos suos permisit, vt eos ab incredulitate abduceret. ¶ Secundo discamus quanta sit Dei bonitas, qui non solum ex bonis nostris bona, sed etiam ex malis elicit. Ex hac namque tempestate & afflictione discipulorum hoc eximium eduxit bonum, nempe, vt in ipsum crederent, & cognoscerent non solum in terra verum & in mari potentiam. Hac item de causa solet nobis mittere labores & infirmitates, vt hinc humilitatem & notitiã Dei inueniamus, & nostræ admoneamur fragilitatis. Vnde vulgo dicitur. Mala sepe numero, bonorum sunt causa.

**Psal. 29.** Dauid vsque adeo sibi confidebat, vt dixerit. Ego dixi, non mouebo in eternum. Putabat se nunquam casurum: veruntamen à Deo destitutus in propria fragilitate, in maxima lapsus est crimina. Quare postea imbecillitatis suæ recordatus dicebat. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Humilior quidem fuit posteaquam lapsus conuersus est. Idem in diuo Petro videmus, qui gloriabatur, & se iactabat sociorum fortissimum: sed permixtus peccare, miserimè lapsus est, à quo tamen lapsu resurgens didicit humilitatem & neminem contemnere. Vnde interrogati postea domino. Petre amas me, cautius & modestius respondit: neminem suorum sociorum postpones. Tu scis Domine, quia amo te. Ideo Moysès in cantico suo laudans magnitudinem, & potetiam Dei, educit mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Expertus educit, & ex malis nostris bona. Sed de his inferius opportunius dicemus: nunc Lucam audiamus. *Qui sementes mirati sunt ad inuicem dicentes. Quis putas hic est, quia & ventis & mari imperat & obediunt ei?* Qualis, quam fortis, potens, & magnus est hic, cui obediunt venti, & mare? Maior est Moysè, & potentior Helia. E quibus alter ligno mari percussio cum labore mare diuisit, alter pallio Iordanem pertransiit: hic verbo imperat ei, qui non habet verba, & obediunt ei. ¶ Discamus ex hoc loco obedire ei, cui

creaturæ insensibiles obediunt. Dauid enim de hac obedientia loquens ait. Spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. Mirum valde est omnes creaturas Deo tanta constantia obedire præter hominem: qui, cum non ignoret omnia alia propter se fuisse facta, nihilominus tamen ingrato animo perfidoque obtèperare Deo negligit. Ideo Esaias, vt hominum hanc inobedientiam notaret, cæli, & terram inuocat, eos in testes humanæ superbie adducens. Audite, inquit, cæli & auribus percipe terra: quoniã Dominus loquutus est. Filios enim triui & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, &c. Vos omnes de creaturæ mihi obtemperatis: homo verò mihi inobediens est, vos eritis eius inobedientiæ testes. Imperaui mari & aperta sunt aquæ eius, vtrinque in mari speciem insurgentes, vt transiret filij Israel: imperaui terræ, & dehiscens rebelles Dathan & Abiron vorauit: volui & exiit ignis de tabernaculo, & filios Aaron combussit: Cælum etiam scellit imperio meo pugnante Iosue cõtra Amalech: populus autem meus contèpfit me, & mihi obedire noluit. Vnde quærens alius propheta à mari, quid esset, quod in exitu Israel de Aegypto fugisset, & à Iordane cur fuisset, retrorsum conuersus, inducit hac creaturas in hunc modum respondentes. A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob. Qui conuertit petra, &c. Ac si dicerent. Quid mirum si nos Deo pareamus, cum terra multò nobis tardior, ei aures præbuerit, & mirabiliter obtemperauerit? nec solum terra, sed etiam durissimæ rupes fuerint eius iussu in fontes aquarum conuersæ. Figura est prosopopœia cum mutis rebus sermonedamus: est enim prosopopœia personæ fictio. Vt apud Esaiam dixit Sion. Reliquit me Dominus. Et in libro Iudicium, Iuerunt ligna vt vngerent super se regem. Et in alio psalmo significare volens regius vates terræ obedientiã deo, commota est, inquit, & contremuit terra: fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis. Et in alio. Terra tremuit, & quieuit: cum exurgeret in iudiciũ Deus. Quid queris? Christo in cruce spirante Sol obscuratus est, & petre scissæ sunt, at corda Iudæorum lapidibus duriora non sunt mollita. In psalmo propheta res etiã inanimatas ad diuinas laudes concionendas & prædicandas hortatur: innuēs eas diuinæ voluntati parere, cum ait. Præceptum posuit, & non præteribit. Insensibilia, & inanimata præceptum sibi à Deo positum custodiunt: solus homo est, qui illud renuit custodire. Cui venti & mare obediunt, homo non vult obedire. Discamus ergo Dei præceptis obtemperare, & eius mandata custodire: siquidem, & venti, & mare & creaturæ irrationales ei obediunt. Discamus etiã opera Dei mirari, sicut hi mirati sunt, videntes mirabile à Domino editum, & illum laudauerunt. Miremur etiam, quando bonitatem & misericordiam suam in nos offendit, quando nos de periculis seruare dignatur: quando à tribulationibus nos liberat, & quando ab inimicis persecutionibus nos eruit. Miremur item, & gratias ei agamus, qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum. Sic in infantia saluatoris mirati sunt illi de iis, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos: & Ioseph etiam & Maria erant mirantes, de iis, quæ dicebantur de puero

puero Iesu. Sed quia satis in his duobus locis, de hac admiratione diximus, nunc sequentia videamus. *Et nauis auerupi ad regnum Gerariorum, quæ est contra Gailazam.* Gerasa ciuitas est Arabiæ iuxta montem Galaad in tribu Manasses: nõ longè ab isto mari Tiberiadis, & est ex opposita parte Galiliæ. *Et cum de nauis egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidã, qui habebat demonium iam temporibus multis.* Intra corpus habebat illud maxime cum loqueretur per os eius, quia locutio fit per motum organorum interiorum, & perspicuũ est demonem non posse illa mouere, nisi ibi sit. Ideo demon non solum est in corpore, sed in ventre, quia principale inter organa vocis est pulmõ, quia mouetur & aerem concipit ad refrigerandum cor, vbi subtiliatur aer ipse vt fit sufficiens ad vocem formandam articulatam. Nam aer exterior crassus est & conueniens ad sonos faciendos, non tamen ad voces formandas. Propter hoc enim sola animalia habentia sanguinem, & respirãtia, voces emittunt. Organa autem musica non habent voces, sed sonos, quia vita & pulmone caret. Cum ergo principium vocis in animalibus sit in pulmone, necesse est quando demones per arreptitios loquuntur, sint in pulmone, & sic in ventre & intestinis. Omnis ergo demon loquens per arreptitium est in ventre. Sic in primo Regum volumine dicitur Saul abstulisse magos & ariolos de terra: & interfecit eos, qui habebant phytiones in ventre, phytiones autem sunt demones illi, qui per homines loquuntur, vt in libro Actuum habetur de puella illa, quæ habebat spiritum phytionem. Vsque adeo vexabat demon hunc miserum hominem, vt dicat Euangelista. *Et vestimento non induebatur.* Sicut furiosus dilacerabat vestimenta & nudus ambulabat. Diabolus enim sicut Adami tulit vestimentum innocentie, & tunc vidit quod esset nudus: sic nunc gaudet in victoria sua, & lætatur in imaginibus suorum triumphorum. In signum enim imperij amissi hominum factus est nudus: cupit itaque diabolus videre hominem semper nudum, & lætatur in nuditate. *Nec in domo manebat.* Non sinebat demoniacum in sua habitare domo. Nam quia ipse è cælo ciecus fuit, neminem vellet in sua manere domo, nec gaudere. Præterea ne miser demoniacus in domo sua à suis aliquod remedium inueniret, extra domum illum trahebat. Sæuissimus ille tentator, vt licentius posset afficere & torquere, illum in desertum adduxit. Ita Cain Abelem in agrum adduxit, ne ab aliquo interPELLARETUR, quo minus in illum pro sua libidine se uiret. *Sed in monumentis.* Quia diabolus in uenit mortem, & monumenta: ideo gaudet in illis: mundus enim nesciebat monumenta, sicut nesciebat mortem. Deus namque mortem non fecit, nec lætatur in perditione morientium. Si ergo mortem non fecit, sequitur neque sepulturam fecisse: quæ domus est mortuorum. Deus creauit hominem exterminabilem, sed inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum. Igitur per eandem inuidiam introuit diabolus monumentum. Itaque ad principem Deum spectat vita, & terra viuorum, id est cælum, & ad principem diaboli spectat mors & infernus, & sepultura mortuorum. Gaudet igitur in rebus suis. Ideo princeps vitæ Christus contra

mortem inquit. O mors, ero mors tua. Deus enim non est Deus mortuorum, sed viuorum. Ideo verè mortui non sunt Dei, sed diaboli: sicut iusti decedentes non sunt mortui, sed viuunt Deo, & dormientes vocantur in scriptura. Igitur sicut diabolus est Dominus mortuorum, ita est Dominus sepulchrorum, in quibus hi verè habitant mortui, qui in peccatis & in diaboli seruitute decedunt. Vnde Dauid in psalmo. Sepulchrum eorum domus eorum in perpetuum. Ita ego quantum æstimare possum, & credo monumenta, in quibus iste demoniacus habitabat hominum esse impiorum, vt sicut animas in inferno, ita & corpora in sepulchris demones possiderent. Nam sicut omnia, quæ habent pij iure hæreditario spectant ad Deum: ita quæ habent impij, diaboli sunt. Sequitur in litera. *Is vt uidit Iesum procidit ante illum: & exclamans voce magna dixit.* Procidit diabolus ante Iesum non humilitate, sed necessitate compulsus: non, inquam, amore boni, sed timore grauioris supplicij. Sed vide quid clamans dicat. *Quid mihi, & tibi Iesu fili Davidisissimi? Obsecro te ne me torqueas.* Christi præsentia illi fuit pœnalis, sicut reo præsentia iudicis, & seruo fugitiuo præsentia Domini sui. Nam sicut lux odiosa est ægris, sic malis præsentia iustorum: quare persequuntur, & odio illos habent. Quia vita bonorum est quædam tacita obiurgatio peccatorum. Timuit autem demon hic detrudi in infernum à Christo: atque idèò procidens orabat, ne illum torqueret. Vide quam verè dixerit Paulus. In nomine Iesu, omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum. ¶ Aduerte autè Iudæos dicere de Christo. In Beelzebub principe demoniorum eicit demonia. At diabolus hic fatetur nihil sibi & illi commune: nam dicit. *Quid mihi & tibi est? ac si diceret.* Nulla est concordia mihi tecum. Et Paulus etiam. *Quæ conuentio Christi ad Belial? Ideo Iudæi peiores sunt diabolo.* Quia cum diabolus dicat. Nihil sibi cum Christo esse commune: impij pharisei dicunt, viribus diaboli Christum adiuuari. ¶ Obserua etiam quomodo diabolus audet adiurare Christum per Deum viuum, & sic illum vocat. Nihil enim est tam sanctum, quin demon eo vtatur ad malum. Vt enim transfiguratus se in angelum lucis: ita assumit sibi verba Dei. Quod etiam homines impij, vt Caiphas, Balaam & alij assument. Causa autem cur rogabat, ne illum torqueret subdit euangelista dicens. *Præcipiebat enim spiritus immudo, vt exiret ab homine.* Sed cur diabolus non statim exiuit, cum Christus hoc illi præciperet? Quia Christus non præcepit diabolo, vt statim exiret: qui eodem momento exiit, quo à Christo egredi iussus est. Expende autem neminem rogauisse Christum pro hoc obfello: sed ipsemet Dominus pietate motus illum liberare voluit: quia nimis crudeliter à demonibus vexabatur. Atque idèò ait Euangelista. *Multis enim temporibus arripiebat illum: & vinciebatur catenis & compedibus custoditus: & raptis vinculis agebatur à demonis in deserto.* Attende quantum nocebant huic homini. Sicut enim valde inuidi & summè cupiunt hominibus incommodare. Videntes autem hominem per humilitatem ascendere ad beatitudinem, quam ipsi per superbiam amiserunt, inuidia commoti nituntur illum in pec-

**Ioan. 11.**  
**Luc. 9.**  
**Psal. 48.**  
**Phil. 2.**  
**Luc. 11.**  
**2. Cor. 6.**  
**2. Cor. 11.**  
**Ioan. 11.**  
**Num. 23.**

**Psal. 147.**  
**Esai. 1.**  
**Exod. 14.**  
**Num. 16.**  
**Leui. 10.**  
**Iosue. 10.**  
**Psal. 113.**  
**1. Reg. 28.**  
**Act. 16.**  
**Genes. 3.**  
**Genes. 4.**  
**Sap. 1.**  
**Sap. 2.**  
**1. Pet. 2.**  
**1. Pet. 2.**  
**1. Pet. 2.**

peccata pellicere, ne tanti boni fiant cōpotes mortales, quod si in spiritualibus lædere nequeunt in corporalibus lædunt. ¶ Rumpebat cathenas & nolebat esse ligatus: primo, quia superbus est, & liber esse cupit. Sic superbi & impij nolunt se subicere & obedientiam auerfantur, decantantes illud psalmi, *Disrumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum.* Et illud quod Dominus exprobat per Hieremiam, *A sæculo confregisti iugum.* Pij verò omni creaturæ subiiciuntur propter Deum, scientes, quia qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Secundò cum diabolo sit paratus carcer perpetuus, & vincula, & cathenas horret & fugit, quia sunt hæc suorum tormentorum similitudo. *Interrogauit autem illum Iesus dicens: Quid tibi nomen est? At ille dixit. Legio, quia intrauerant demonia multa cum eo.* Nō ex ignorantia interrogauit: sed vt ex dæmonis excellentia virtutis Christi clarius micaret. Vnum autem interrogauit: quia vnus pro aliis omnibus loquebatur. Porro legio sex mille sexcenta & sexaginta sex sunt, quoniam tot dæmones in illum hominem intrauerat. ¶ Discamus ex hoc loco cum timore & tremore nostram operari salutem: quandoquidē impugnamur ab innumerabili aduersariorum multitudine. Nam si homo alicuius ciuitatis incolam audiens per omnes vias & plateas vrbs frequentissimam leonum turbam grassari ingenti timore domum egredi auderet, quin pœnitens, silens, incedēs nec vnum verbum mutiret. Quid ō tu facere debes in periculosissima ciuitate huius mundi vagans, in qua non leones, sed dæmon insidias tendit, de quo ait Petrus, *Inimicus vester Diabolus circuit querens quem deuoret?* Nec vnus, aut alter, aut pauci sunt huiusmodi hostes terribiles, ac namque tanta demonum caterua scætat, vt si cerni possent, solis conspectum densitate eriperent. Quamobrem nō parum admiratione afficior, cur comedens, bibēs, & ludens, tam segniter salutis tue consulas: cum te vndique sæuissimis videas feris circūseptum: que te deuorare satagūt. Ex ingenti autē dæmonū turba, quibus hic vexabatur, poteris colligere, quot hostes habeas: quos vt euadas diligentissimū te esse oportet. *Et rogauerūt eū ne imperaret illis, vt in abyssum irent.* Hi spiritus obsecrant & maiestatem Christi venerantur, in quo multo sunt multis hominibus meliores, qui cum Christum confiteantur, & prædicent, multo impudentius contra illum se habēt, quam dæmones. Illi enim impiissimis Christum blasphemis incessunt, nulla adiecta vel timoris, vel reuerentiæ significatione: dæmones verò se Christo submitunt, quo se hominibus meliores quodammodo ostendunt. Dæmones item credunt & contremiscunt: isti autem credere se dicūt, cum nullo eius iudiciorum metu commoueantur. Porro cum rogant Christū dæmones, vt eos in abyssum mittat, orant vt mittat eos in inferni profunda. Nam abyssus græca vox est, & ponitur pro voragine qualiam, vbi fundus non potest contingi. Appellat ergo infernum abyssum ob immensam eius capacitatem, cuius meminit Esaias cū ait. *Præparata est ab heri Trophæa: à rege præparata profunda & dilatata. Nutimenta eius ignis, & ligna multa: flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.* Cum

ergo scirent hi dæmones ignem illum præparatum sibi timebant, ne illuc à Domino Iesu mitterentur. Heu ingentem miseriam nostram: & omnem profusum amissum sensum, dæmones, qui (vt Petrus ait) virtute, & robore sunt maiores ad preferendum illa ignis æterni tormenta, ad eius nomen exhorrescunt, & homines, qui apud mortuum sine lachrymis ferre non possunt, securi in vtramuis aurem (vt dicitur) dormiunt. Quanto esset vtilius frequentissime nunc cogitatione versare, & assiduo ante oculos ponere sempiterna illa incendia: quod remedium esset ad ea vitanda optimum, quam negligentes in malum descendere æternū? Sed de his alias. ¶ Expende autem quod isti dæmones non statim exierunt: quia quamuis Christus præcipiebat, vt exirent, ipsi rogabant, vt mitteret illos in porcos. Discamus diu in peccato non perseuerare, nec malis moribus assuescere. De hoc dæmoniaco ait Lucas, quod iam diu à dæmonibus vexabatur, quare iam agrè antiquam relinquere habitacionem. Arbor enim multo tempore radicata primo impulsu non eradicatur, nec turris bene constructa quouis tormento deiicitur. Væ igitur si longo tempore dæmon in nobis inhabitat: non auferet primo Christi verbo iussus. Iubebat autem Christus, quamuis nō efficaciter, eos exire: & illi respondebant rogātes ne in abyssum irent. Caue ergo, & tu à consuetudine peccati. *Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte. Et rogabant eum, vt permitteret eis in illos ingredi.* Expende dæmonum malitiam & eorum impiam consideranda voluntatem. Quia homini nocere non permittebantur, volunt in porcos ingredi: sic quando nos lædere non possunt, nostra lædunt, vt quoquo modo nobis noceant. Hoc autem faciunt, non quia querunt nostra, sed nos. Cum enim diabolus auferat temporalia, vel in illis nocet, non hoc facit, quia temporalia appetit, sed vt adducat nos in peccatū per iram, aut blasphemiam, aut impatientiam, & sic possideat animam nostram. Hac ratione percussit substantiam sancti Iob, vt faceret impatientem reum, & vt innocentiam amitteret. Animā namque Iob diabolus quærebat, non eius substantiam, oues, aut camelos. Sic multi similes diabolo, cum proximis lædere non possunt, proximorum nocent bonis. Sic fecit impius Absalon, qui cum non posset malū inferre Iob principi militiæ regis David, quia potens erat: succendit segetes eius. Sic in præsentia dæmon expulsus ab homine, in porcos ingressum petit: vt dominis porcorum incommodet. ¶ Ex his facile colliges quantum, quamque atrox sit odiū dæmonis aduersum nos: siquidem omnibus rationibus, & viis, qua possunt, nobis incommodū parant. Quo mirabilior est quorundam hominū insania, qui non secus cum dæmone agunt tanta familiaritate, ac si essent amicissimi: nec verè perditissimi homines Tyranno terribissimo obtēperare, eius nomē immanissimū, quasi esset amicissimū inuocātes. ¶ Obserua autē, quod vt in porcos intraret petierunt prius facultatē, & rogauerunt Christum, vt ingressum permitteret: nā alias ingredi nequirent. Vnde si porcis nocere nō poterūt sine permissione, multo minus homini nocere poterunt, nisi a Deo illis permissum sit. Alligata namque est dæmonis potestas, nec alicui officere potest,

potest, nisi in quantum Deus illi facultatem dederit: quam ille aliquando dat, vt nos exercitati mereamur præmium & coronā, diabolum vincētes, quem facile vincere possumus, si volumus. Primo quia non omnia, quæ vult, permittit illi Deus, vt faciat: non enim facultatem habet tendendi aliquē supra eius vires. Fidelis Deus, qui nō patietur vos tentari (ait Paulus) supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Quare si quæuis tentatio vires tuas non excedit: recte illā, si vis, superare potes. Vnde quoties in tentationibus superaris in te culpa est cōiicienda: siquidē cum vincere posses vinci maluisti. ¶ Secundo quoniam hostis noster diabolus neminem, vi cogit, ita, vt neutiquā effugere possit, nisi eum, qui vinci mauult, sed de his iam satis in superioribus diximus. ¶ Igitur vt ritē intelligas quā nihil diabolus contra nos possit præter illud tantum, quod est à Deo permissum: vide nō potuisse neque in porcos animalia abiectissima, nisi de homini facultate scire. Multo autē minus poterūt hominibus nocere non permittente Deo. Petiuit Satanas veniā à Deo, vt Iob tentaret, & in primo libro Regū habetur, Spiritus Domini malus exagitat Saul. Spiritus malus vocatur, quia per peccatum malus est. Domini autem, quia seruus eius est: & ex Domini præcepto, non propria auctoritate vexabat illum. ¶ Obseruandum præterea est, diabolus in porcos intrare: nam vbi morēs, & vita porcina est, ibi non Christus, sed diabolus habitat. In illos enim, qui more porcorum viuunt, habet diabolus potestatem. Vnde angelus Raphael Tobia iuniori dixit. *Qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se & a mente sua excludant, & suæ libidini vacent, sicut equus, & mulus quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos, &c.* Rursus non nisi præmissa petitione permittit Dominus in porcos ingredi dæmones, quo significetur neminem damnari, nisi ipse prius meruerit, & Dominū ad suam damnationem prouocauerit. ¶ Denique obseruandum est multos dicere etiam nunc, quod diabolus dixit Domino. Si tu eiicis nos à dæmoniaco, ibimus in porcos, hoc est, si auferas à nobis fornicationes, e-rimus adulteri: quasi necesse sit omnino illos esse malos: & inter duo mala non esset medium. De his ait Esaias. *Qui fugerit à facie formidinis, cadet in foueam, sic Cain dixit Deo, Ecce eiicis me à facie tua: ero profugus, & vagus in terra: & omnis qui inuenerit me, occidet me.* Quasi non esset, nisi desperare. Quamuis enim prouiceretur à facie Domini poterat per pœnitentiam reuerti. Sed nō inuenit aliud medium impius Cain: & ideo dixit illi Dominus, Nequaquam ita fiet, sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Poterant dæmones, neque in homine, neque in porcis esse: sed quia hominum odio & inuidia flagrant, quæ est eorum malitia, si eos lædere nequeunt, in eorum bona sæuiunt. Sed quid Dominus ad illorum petitionem? Audi. *Et permittit illis.* Concessit statim, vt Marcus ait, vt irent in porcos. Primò quia porcos pascere erat Iudæis prohibitum, vt ex Leuitici libro patet: & Dominus facile nocet in illis, quæ sunt noxia animæ: nam tunc nocere, mederi est. Itaque Deus puniuit Heli in filiis suis, quos ille contra legem Dei fouerat: puniuit Dauidem in

filio, quem ex adulterio susceperat: puniuit etiam hos Genesarenos in porcis, quos contra legem Dei pascebant. Sic te punit in vxore, in liberis & opibus, quia his rebus abuteris. Iudicia Dei abyssus multa. Vides tu effectus iustitiæ Dei, sed causam ignoras, cur ablata sint tibi ea, quæ amabas, & conflictatus, & humiliatus sis. Sanè misericors & clementissimus Deus (credo) ea tibi non auferret, nisi illis abutereris. In qua re similis mihi videris paruo puero, qui ablatum sibi gladium plorat: quo sibi fortassis vulnus erat inflicturn. Et ideo isti rogauerunt Christum, vt exiret à sinibus eorum. Quo etiam tu modo te habes, qui temporalia cælestibus præferens, Deum ab anima tua eiicis, eo quod temporalia tollit sicut isti fecerunt: de quo nos statim dicemus. Ferendum quidem tibi est, si nonnunquam te temporalibus spoliatū videris. Hoc enim Deus non hominibus, eorundē vtilitatis gratia, facit. ¶ Secundo hanc facultatem tribuit dæmonibus, vt intrarent in porcos, quo hominis dignitatem ostenderet. Nam ob vnum hominem, vel vt Matthæus ait, propter duos, duo millia porcorum perire permittit. Mauult enim Deus vt vniuersa animalia bruta intereant, quam in vna anima rationali iactura fiat. Quod, proh dolor, quam è diuerso, hac nostra tempestate avari homines faciunt, qui pauperes fame, frigore, & siti confici contemnunt, qui creaturæ rationales sunt, ad Dei que imaginem facti, ne parum tritici, aut veterem tunicam erogent, aut quiduis aliud de bonorum suorum superfluis tribuant feliquis. At qui vtiā hoc malum apud priuatos homines tantum modo grassaretur, non etiam in domibus episcoporum & præfulum, quibus ex officio liberalitas incumbit, exaret: quorum nihilominus multi sunt, qui iumenta sua, plusquam animas suorum subditorum amant: plurisque faciunt bruta animalia, quam homines, diuitiasque suas ouium salutis anteponunt. ¶ Tu tamen disc ex hoc loco, vniuersa bona temporalia pro proximi tui salute contemnere: siquidem Christus, vt nobis exemplo foret, doceretque hominis dignitatem, cuius causa omnia sunt contemnenda, voluit tantum porcorum gregem perire ob vnus hominis salutem. Tertio hanc licentiam concessit Dominus dæmonibus ad perdendos porcos, vt porcorum perditio fieret Dominis & aliis salutis occasio, & animas multorum lucraretur. Pastores enim nuntiauerunt hoc hominibus ciuitatis, quo miraculo audito multi crediderunt. Sæpè enim misericors Deus auferat temporalia, vt spiritualia consequamur. Sic Dominus abstulit diuitias regi Manassæ, qui conuersus ad Dominum orauit in carcere deuotissimè: cum antea Deum non cognouisset. Sic etiam filius prodigus, postquam bona temporalia perdidit, ad Dominum est reuersus: ita isti Genesari, quia porcos perdidit, Dominum cognouerunt. ¶ Discamus ex hoc loco, alicui damnum, aut incommodum non facere: quia vbi putas proximo incommodare, tibi ipsi nocet, & in laqueo eorundem capieris. Sic Aman crucem parauit Mardocheo, vbi ipse fuit suspensus. Sic diabolus modo voluit damnum facere dominis porcorum, sed certe multum illis profuit: nam occasiones peccandi abstulit,

Psal. 2. Iere. 2.

1. Pet. 2. Rom. 15.

1. Pet. 5.

Luc. 2.

Esai. 50.

1. Pet. 1.

1. Cor. 10.

Cap. 4.

Iob. 1.

1. Reg. 16.

Iob. 1.

Psal. 31.

Iob. 1.

1. Reg. 14.

Esai. 24.

Genes. 4.

Mar. 5.

Leui. 11.

1. Reg. 4.

1. Re. 12.

Psal. 35.

Matth. 8.

2. Par. 36.

Luc. 15.

Heslar. 7.



abstulit, & ex hoc facto ad Christum venerunt multi, & diabolus seipsum precipitavit. Media, rationesque quamplurimas excogitat impij, quibus proximis suis malefaciant, sed eadem Deus in auctores suos retorquet: & ita scelerosi bonis incommodum parantes, sibi sepulturam fodiunt, qua sepeliantur. Ita propemodum accidit filiis Iacob, qui fratrem suum Ioseph vendentes, incommodo suo illum in amplissimum euexerunt dignitatis gradum: seipfos autem ignominia & opprobriis addixerunt, &c. Sequitur in contextu, Exierunt ergo demonia ab homine & intrauerunt in porcos. Sicut nullus gratiam amittit, quin alius eam recipiat: ita demon si ab vno eicitur, in alium mittitur. Dominus enim ait. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Igitur quod vnus perdidit, alius accipit: ita si ex vno demone eicitur insilire permittitur. Quæris, in quem? In porcos. Paratus demoni est, qui indulget nimium cibo, potui & veneri. Porci quia bruta erant animalia non habebant demones: sed immundi erant, & ideo demonum ingressioni parati. Sic tu, qui cibo, potui, veneri que plus nimio indulges, licet, eodem modo te habeas, quo tibi mortaliter peccare non videaris, verum non animaduertis quantum hoc viuendi more infigidata charitate paratū te reddas ad omnem peccati occasionem, & demonis domicilium. Nam qui sic viuunt, & nimis somno & corpori tribuunt sicut porci, paratissimi sunt, vt demones in animas suas ingrediantur. Ita vitam agentes porcinam, habitationem demoni fabricant. Non enim habent isti virtutem, aut fortitudinem, vt tentationi resistent: quare statim succumbunt: & ianuas habent apertas, qui in deliciis viuunt, vt diabolus illic ingrediat: nam à nemine impeditur. Ingressi igitur sunt: & vide malum, quod eueniet animæ tuæ. Et impetu abiit grex per præcepsum in stagnū, & suffocatus est. Sic qui in deliciis, & libidinibus viuunt, demoni hospitium parant, qui ingressus eos in infernum precipitat. Væ ergo vobis, qui nunc saturati estis: væ vobis, qui ducitis in bonis dies vestros: væ, inquam, vobis, qui epulamini quotidie splendide, & induimini purpura & bysso. Cauete ne tam seculi hospitium excipiat: qui vos in precipitium ducat. Quid enim aliud est tantos facere sumptus, nisi in precipitium ruere? Vt enim pij magna constantia & seruire se à carnalibus abstrahunt desideriis & vitam agentes austeram occasionem cadendi vitant: ita vos impij magno impetu in interitum vestrum properatis. Experte etiam quantum debet humanum genus diuinæ prouidentia: qui non permittit homines, qui à demonibus vexantur, ab illis occidi. Demones enim facile potuissent hominem occidere, quando tam facile duo millia porcorum submergere potuerunt. Tribuamus ergo gratia diuinæ quicquid à Demone non patimur. Hoc voluit Christus hoc facto docere. Vnde Dauid ait. Nisi Dominus adiunxisset me: paulominus habitasset anima mea in inferno inferiori. Quod ut viderunt factum qui pascabant iugerunt: & nuntiauerunt in ciuitatem, & in villas. Oportebat his pastoribus accedere ad Christum, & credere, & adorare illum: qui tanta operabatur miracula. Verum in hoc rusticitatem, & imperitiam suam planè manifestant, siquidem ab illo fugiunt, quæ

Genes. 37

Apo. 3.

Luc. 6.

Iob. 21.

Luc. 16.

Psal. 93.

totis viribus quærere debuissent. At o vtinam tu istis non assimileris qui cum quotidie Deum mirabilia in te operantē videas, ab illo pastorali quadam & bruta imperitia non secus fugis, quam si esset quæ in te confert beneficia, crepturus. Nam quod summa quotidie in te mirabilia operetur, quis non videat? Quid enim mirabilius, quam beneficium allicere, conseruare, protegere, defendere ac sustentare te peccatorem, qui nunquam desinens peccare illum hostem te profiteris? Phara rex Aegypti indurabatur, tot tantaque miracula videns: sic etiam nunc separantur à Deo & coaceruantes peccata peccatis faciem eius vitant. Qui audacia funestissima correpti, non verentur deum indies magis offendere: & Dei misericordia abutentes, seipfos decipiunt. Vide etiam, quanta sit Dei bonitas, qui quancunque rem etiam vilissimam ad nostram salutem transfert. Vide quibus miracula sua prædicandi negotium det. Inter pastores, qui vilissimæ sunt conditionis homines, abiectissimi sunt subulci, hos autem homines vilissimos sumit Christus, vt suæ doctrinæ instrumenta, & hi miracula Domini prædicant. Vnde colliges optimè dixisse Paulum, Abiecta & contemptibilia elegit Deus. Sed historiam prosequamur. Exierunt autem videre, quod factum est & venerunt ad Iesum & inuenerunt hominem sedentem, à quo demonia exierant, vestitum, ac sana mente ad pedes eius: & timuerunt. Innatum enim est hominibus noua & inaudita libenter videre: nec satis ducunt ea audire. Homo namque est animal admiratiuum naturaliter scire desiderans. Ille autem, à quo demonia exierant, ad pedes Iesu erat gratias ei agens, & ei adherere cupiens. Timuerunt quidem videtes hoc, sicut qui viderant ventis & mari illū imperantem. Timebant namque timore reuerentia & stuporis sicut timuit Petrus viso miraculo captiōnis piscium. Vel etiam timuerunt, quia cōparatione & consideratione sanclitatis, maiestatisque Christi propriam imperfectionem, fragilitatem, & culpam profundius attendebant: sicque diuinū formidabant iudicium, & animarum suarum spirituale periculum. Vel certe timuerunt Christum appropinquare arbitrantes se eius præsentia esse indignos: sicut & Petrus locutus est. Exi à me domine, quia homo peccator sum. Discamus ex Christi miraculis & mirabilibus Dei, illum time-re & honorare. Sic enim legitur, quod filij Israel videntes Aegyptios mortuos in mari rubro, & dei mirabilia, quæ fecerat, timuerunt, & crediderunt Domino & Moyse seruo eius. Ea autē est tua durities & contumacia, vt nec mirabilibus, nec misericordia Dei, quam erga te sæpe ostēdit mouearis, neque conuertaris, &c. Nuntiauerunt autē illi qui viderant quomodo sanus factus esset à legione. Illi qui cum Christo præsentēs erant quando obsessum à demonum legione curauit, narrauerunt Gerasenis, & alijs, qui venerant à villis, vt viderent quomodo Christus demoniacum liberasset: quia pastorum nuntio forsitan contenti non erant. Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum, vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Timebant namque ne sicut in porcis nocuerat illis, etiam in alijs rebus damnū inferret. Mirabilis est istorum hominum stultitia, & fatuitas: qui propter porcos Christum à regio-

Exod. 7.

1. Cor. 1.

Luc. 5.

Exod. 14.

ne sua eiciunt. Sed pro dolor, quot sunt, qui eundem Dominum ab animabus suis expellunt ob alia multo viliora? Quot sunt, qui, vt vel vnū lucrentur obolum, & merces suas ritè vendant, mentiuntur, inrant, atque periurant? Alij etiā nō melioris notæ homines noctu, interdūque ludentes, conclaue, & chartas pictas statuūt illis, qui ludum exercere voluerint ipsis iam ludendo languentibus. Quibus in locis Dei nomen turpissime blasphematur, & offēditur. Alij, vt pro animi sui libidine merces suas vendant, Christum abs se proicere non dubitant. Quorum domus spelunca latronum, & vitiorum gymnasia dici possunt. Sic omnis peccator Deum propter nihil offēdit, o si perpenderet, peccatores, quam nullius commodi causā Deum relinquant, quo alia multo maiora bona amittunt, cautiū & prudentius res agerent suas. Vsurarij, & omnes, qui aliena retinēt eiciūt Christum: ne in aliquo bono temporali damnifcentur. De quibus loquitur scriptura. Qui dixerūt Deo, recede à nobis: sciētiam viarum tuarū nolimus: ¶ Obserua etiam non esse paucos, sed plurimos, qui Christū eiciunt, ne bona perdant temporalia. Non pauci, inquam, sunt, & cū dolore dico, qui rogauerunt Christum, vt ab illis discederet. Omnis multitudo Gerasenorū. Multi Christum eiciunt: tota enim ciuitas & regio Gerasenorum rogat, vt discedat: pauci sunt qui Christū suscipiāt vt Martha & Zachæus: sed multi, vel fere omnes illum eiciūt. Ciuitas vniuersa clamabat, vt Christus crucifigeretur: at pauci in sepulchro cōdiderunt eū. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Vbiq; pellitur Christus: iam non habet vbi manere possit. Pellitur ab aulis principum: quoniam ibi veritas, & religio odio habetur. Pellitur etiā à priuatis nobilibus, mercatorum, & plebeiorū domibus: nā in huiusmodi hominū animis præter lucrum, nihil consistere potest. Quod si ad prælatos & ecclesiasticas personas cōfigurat: heu me miserum; omnia ambitionibus, auaritia & libidinibus ita referta offēdit, vt nequaquam ibi vel it habitare. Vnde profectō videtur nullum esse in toto orbe locum, nullam viuēti cōditionem, in qua possit Christus requiescere: vsque adeo vnusquisque delicijs, honoribus, & blandimentis huius sæculi captus, immemor suæ salutis viuūt. Ipse autem ascendens nauim, reuertus est. Deus neminem cogit: imo nolentes facile deserit. Sed o infelicissimam animam, quæ à Deo deseritur. Namque diuina præsentia omni bono potitur. Dei absentia omni bono orbatur: efficiturque, miserrima, summisque repleta calamitatibus. Præterea quamuis Christi doctrina maxime indigebant, acquieuit illis: quia si remansisset, non acquieuisset ei, & peiores efficerentur. Docet prædicatores, vt, quando viderint se parum in vno loco proficere, in aliū proficantur. Sic enim illis dixit. Si vos nō receperit in vnam ciuitatem, exite in puluerem, &c. Et rogauit illud: vir, à quo d. montia exierant, vt cum eo esset. Hoc putant aliqui illum fecisse, ne elongatus à Christo rursus à demonibus comprehenderetur. Voluit etiam Christi potiri familiaritate, vt plenius ab illo crederetur. Tam enim adiectus & deuotus Christo iam dudum erat, vt voluerit ei de cætero inseparabiliter adherere, corporaliterque adesse, acue pro tanto accepto be-

1. Sa. 65.

Luc. 10.

Luc. 19.

Mat. 20

neficio non gratus iudicaretur. Noluit autē huic petitioni acquiescere, vt hoc miraculum plurimis narrans eos lucrificeret. Quapropter subditur. Dimisit autem eum Iesus dicens. Redi in domum tuam, & narra quanta fecit tibi Deus. Noluit autem dominus illum secum deducere. Primo vt instantia vitari doceret: quoniam si eos quos sanabat, secū duceret, videretur humanū captare fauorē. Secundo, quia plus poterat proficere, Christum prædicando, & illum, illiusque gesta alijs narrando, quam sequendo. Quod multo secius faciunt hac nostra tempestate multi, qui malunt seruos suos in rebus suis studiosos videre, quam in diuorum cultu & religione. Quare nō paucos inuenies, qui ministros diebus festis negotijs distringunt, adeo, vt neque sacro, neque concionis possint interesse. Et ita omnem famulorum seruitutē sibi arrogāt, quia quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Christus vero quærens non suum commodū, sed populi salutem & profectum: non secū duxit hunc hominem, sed præcepit, vt narraret mirabilia Dei. ¶ Obserua etiam quod præcepit huic Christus miracula sua narrare, alijs verò tacere: quia sæpe ex humilitate hæc celandi sunt: sæpe autem ex charitate proximi pandēda. Ideo iussit huic, quoniam regio illa fuit Dei cultu & cognitione priuata. Atque ideo Christus recedens ab eis quasi vicarium & prædicatorem eum reliquit. Frater eā aduertendum hic est, non dixisse Dominū, Vade, & narra quanta ego tibi fecerim, sed, vade & narra quanta fecerit tibi Deus: quibus certè nos docet, vt omnes actiones nostras in Deum referamus, quæ aliquid bonitatis habuerint. Hac etiam de causa, quando ad patrem miraculum refert, dicit, Narra: quando vero de seipso loquitur, hortatur tacere. ¶ Discamus hinc duo. Primum est, sæpe dominum infirmitates propter gloriam & honorem nominis sui immittere. Vnde ipse de egro nato ait, Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo. Et de infirmitate Lazari dixit, Infirmitas hæc non est ad mortem, sed vt manifestetur, &c. Et in Exodo dixit Moyse. Glorificabor in Pharaone. Sic infirmitas & obsessio hominis istius fuit ad hoc, vt ipse magnalia Dei narraret. Discamus secundo, exemplo istius opera Dei narrare & magnificare mirabilia eius, illaque prædicare. Sic Moyses narrauit letro omnia, quæ fecerat Deus Israël. Et angelus Raphael Thobæ dixit, Vos autem benedicite Deum: & narrate omnia mirabilia eius. Vnde Dauid in psalmo. Venite, & narrabo quanta fecit Deus animæ meæ. Sic iste fecit, sicut præcepit illi Dominus, atque ideo sequitur in contextu, Et abiit per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus. Expende autem hunc hominem non fuisse iussū, vt prædicaret quanta illi fecisset Christus, sed quanta illi Deus fecisset: ipse tamen prædicauit quanta illi Iesus fecisset, quia iam ex illuminatione superna ciebat ipsum esse Deum. Non solum enim in corpore, sed etiam in anima sanatus & illuminatus est: vt Iesum cognosceret esse Deum. Atque ideo prædicans, quæ illi Christus fecisset, præceptum eius impleuit. Hinc aduerte, vt quando à Deo salutem corporis nactu fueris, animam non obliuiscaris, sed id vtraque pariter proficias, huius hominis exēplo.

Philip. 2.

Ioan. 9.

Ioan. 11.

Exod. 14.

Exod. 18.

Tob. 12.

Psal. 65.

\* Dd Nam,

**1. Reg. 22.** Nam, vt quidam poeta ait, Optandum est, vt sit mens sana in corpore sano, &c. At iam Euāgelista aliud narrare egreditur miraculum, quod Dominus fecit suscitatis filiam Iairi archisynagogi: obiter autem etiam mulierem Hæmorrhoidalem sanauit. Ait itaque. *Factum est autem cum redisset Iesus, excepit illum turba: erant autem omnes expectantes eum.* Cum redisset, inquam, à terra Gerasæ ad Galilæam. Vide quot quanto que hauriat Dominus labores, vt infirmitatibus nostris medeatur, & nobis commodum patriat. Nihil aliud agit, aut studet, præter salutem hominum: vbi que enim se offert, occasionem que querit, vt possit rogari, & vocari ad curandum. Non enim est, sicut illi, qui ne pauperi petenti faciant eleemosynam se abscondunt, & per famulos se domi esse negant. Verum Christus sciens in illa regione filiam archisynagogi grauius ægrotare non se moriturorum celat: imò eo cedit, vbi ab infirmis possit inueniri, & rogari, & exorari. Quare cū ita palā se locaret, vt omnibus beneficeret, vide quid dicat Euāgelista. *Et ecce venit vir, cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat, & cecidit ad pedes Iesu rogans eum vt intraret in domum eius.* Ideo hic ad Christum exiuit, quia Christus ad eam venerat. Præsentia ergo Christi illū traxit. Vnde egregius psalter. A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob. Præsentia Domini mouentur hominū corda, & præsentia saluatoris egreditur Iairus salutē que siturus. Quemadmodū sol præsentia sua terrā calefacit, letificat & fecundat, absentia vero illam deturpat, inrigidat, & effectū reddit: sic Christus Gerasenos relinquens in tenebris infidelitatis gelidos, & steriles, Galilæam fecundam, & splendidā doctrinæ & miraculorū suorum lumine illustrēque effecit. Calefecit igitur Dominus, verus iustitiæ sol præsentia sua principis synagogæ animū, eum que mirabili deuotione, humilitate, reuerentiā, & modestia deuinctū ad se traxit, ad suos que pedes fecit procumbere orante, vt in illius domū se conferre vellet. Verū hic aliqua sunt obseruanda. Primū horum est quāuis Christus vnicus sit saluator noster, nemini tamē, non accedēte eius voluntate & cooperatione, auxiliatur: sed media quædā, & gradus sunt, per quæ ad salutē peruenitur. Et in primo, si petimus opem & salutē à Christo, inuocare nos eū oportet, sicut Iael dixit. Omnis qui inuocauerit nomē domini saluus erit. Nemo autē Christū inuocabit, nisi credat in eum. **Rom. 10.** Tunc ex fide eū charitate coniuncta, Deum, vt decet, inuocabimus. Non defuit huic fides, quia credit Christum sanare filiā: & charitatē habuit, quia vitam filia petebat. **Obserua** secundo, hanc orationem Iairi (cuius nomen Lucas ponit propter certitudinem facti) tria habere bonæ orationis requisita. Primum enim habebat humilitatē: quod insinuat in eo. Cecidit ad pedes Iesu, & Matthæus ait, Adorauit illum. Quæ adoratione sollicitudinem & necessitatem suam ostendit, cui præter Christum mederi nemo poterat. Oratio enim humilitatis se celos penetrat. Secundo habuit affectū in petendo. Satis enim affectu ose & instanter petit. Vnde colligitur quā vehementer sit parentum in filios amor. Mulier illa Sunanūtis videns filiū suū mortuū, non lentē, sed festinanter asinū suū strauit, & venit ad Helisæum: & postea noluit recedere,

nisi prius secū iret. Viuit Dominus, ait, & viuit anima tua quod nō dimittā te. Sic etiam Regulus ille abiit, quærens Christum, & obnixè orabat pro filij incolumitate. Quāntis autem clamoribus, lacrymis & affectibus mulier illa Chanaanæ filia salutem quaesierit, satis, egregiè Matthæi euāgelium commemorat. Quod, ni fallor, filij nūquam fecissent si in huiusmodi calamitatibus patres vidissent. Multos enim passim videmus pauperes patres, quorum filij diuites sunt, non tamen è diuerso. Quāmobrem non præcepit Deus, vt patres filios diligerent, quippe qui satis suapte natura in eos affecti sunt: præcepit tamen filiis vt parentibus suis obedirent, eos colerent, & obseruarent. Et in Exodo etiam iussit, vt qui malediceret patri, vel matri, morte moreretur. Tertio consideret petit & fidem habuit. Hac enim fide indiget oratio, iuxta illud Iacobi apostoli. Postulet in fide, nihil habitans. Aduerte etiam: nam videtur etiam in Iairo fidem defuisse, sicut & in Regulo. Sicut enim Regulus, ita hic Christi præsentia corporalē petebat, rogās, vt intraret domum suā. Verum nihilominus maior fuit fides huius archisynagogi, quā Reguli. Primò, quia Regulus petebat Christi aduentum, antequam filius moreretur, putans mortuū nō posse à Christo suscitari. Vnde Matthæus illius verba referens ait. Filia mea, modo defuncta est: sed veni, & impone manū tuam super eam, & viuet. Secundo Iairus hic plus humilitatis habuit, maioremque exhibuit Christo reuerentiā, quam Regulus: cecidit nāque ad pedes Iesu, quod Regulus non fecerat. At quāquam in fide, id est, fiduciam habuit in oratione, creditique quemadmodum Helisæus mortuum tactu ossiū eius suscitauit: sic etiam Christum tactu manus suæ filiam eius suscitare posse: nihilominus tamen reprehensione dignus fuit, quia corporalē Christi præsentiam exigebat, sicut regulus. Sed cur propter hūc fidei defectum Christus non reprehendit illum, sicut Regulum? Nempe, quia hic sacerdos erat & princeps synagogæ. Hinc ad nostram eruditionem discamus Pontifices, Prælatos, Sacerdotes, ac viros ecclesiasticos honorare, & eorum peccata saltem coram populo non arguere. Nullius enim fructus sunt publice factæ in ecclesiæ viros reprehensiones. Quoniam qui eo modo arguuntur scandalizantur, non corriguntur: & vulgo deinceps, quod huiusmodi semper gaudet cauillis, ludibrio & contemptui sunt. Vnde Ecclesiæ autoritas non parum defraudatur. In Leuitico habetur iussisse Dominum, vt domus, quam sacerdos erat ingressurus, prius expurgaretur: vt scias quanta reuerentia, & honore sacerdotes sint tractandi. Quando peccauit Aaron secreto reprehensus est à Deo. Vnde discere potes, prælatos & huiusmodi summos viros, quia Christi sunt Domini, licet, suis non vacent defectibus, tamen propter suam dignitatis gradum esse honorandos. Sicut enim, si ægrotans, medicum nactus præstantissimum non ideo parumperdes, quia alias esset vitiosus, imò aliorum defectum oblitus, ab ipso summis precibus, salutem & peteres & sperares: sicut etiam, si vestem haberes cum alio communem, eam solummodo partem spectares, quæ te contingeret, alia relicta: sic in prælati & superioribus autoritatem muneris, & commoda tuum ab eorum doctrinā

strina considera, aliis omnibus prætermisissis. Ita honorabat David Saulem regem, & prælati populi & suum, quamuis impium. Quinetiam si sua habent vitia, quæ vides, ferenda sunt, quoniam plures habere possunt virtutes, quas tu non vides. Archisynagogus hic habuit humilitatem, quia reuenter petit: habuit affectum, quia ardentè orauit: habuit fiduciam, quia ad Christum venire nō dubitauit: & sic his tribus rebus nixus optimo iure petituit. Quare & si imperfectam habuit fidem, existimans Christum absentem eius filiam suscitare non posse: credit tamen præsentem valiturum. Vnde Dominus hūc fidei defectum arguere noluit, tum quia archisynagogus, & quasi episcopus & princeps synagogæ erat: quia humilitatem, & fidem habebat non mediocrem, credens Christum mortuam filiam posse ad vitam reuocare. Discamus secundo nō facile domos principum & magnatum ingredi: quandoquidem Christus non nisi rogatus, & ob ingens bonum spirituale, populique ædificationem domum archisynagogi intrauit. Quo documētum saluberrimum omnibus suis sequacibus, & viris ecclesiasticis in primis reliquit, ne regum, & magnatum aulæ frequentent, aut ad secularia cōuiuia, aut negotia accedat, nisi religionis ædificationem sperent, populique prouentum. Postremò expende hominum morem & consuetudinē: qui licet magna petant, vt facilius, quæ postulant impetrent, solent ea quæ precantur deprimere & eleuare. Sic Loth angelis dixit. Est hic ciuitas parua, saluabor in ea. Sic Bet-sabee cū postularet Abisac in coniugē, Adoni & simul cum illa regnū, dicebat. Petitionē vnā parua, ego deprecor à te. Sic mater filiorū Zebedæi accessit ad Christum petens aliquid, quasi parum peteret: petebat vt filij essent in regno Christi assessores. Ita etiam Iairus nihil aliud videtur petere, nisi Christi in domum suam aduentū: nihilominus tamen cupit, vt filia suscitetur: & hac de causa Christi præsentiam optat. Vnde Euāgelista subdidit causam cur Christum rogabat, vt iret in domum dicens. Quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. O inertiam, tarditatemque hominum ingentem: quorum nemo est, qui Deum optimum & maximum propter eius bonitatem duntaxat colere velit: sed omnes spe commodi Deo inseruiunt. In quo peioris conditionis cultum Dei faciunt, quam hominum: siquidem multi homines, alios amant nullo utilitatis sine proposito, sed voluptatis tantummodo causa illis inseruiunt. At Dei seruitus & cultus nisi cum utilitate nulli grata sunt. Seruiebat Abraham Deo: at statim commodum querens ait, Domine Deus, quid dabis mihi? Et David. Inclinaui cor meum ad faciendās, &c. Et Petrus, Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te: quid erit nobis? Ita Iairus hic venit ad Christum, quia vnica filia erat ei, & moriebatur. Multo sciens se habet Deum nobiscum: qui non solū beneficium est in illos, quos nouit fore gratissimos & optimos, sed etiam in illos, qui ingrati sunt futuri: quoniam solem suū oriū facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Amicitiam Deus imbat cum Saule, Salomone, & Iuda, eorū perfidiam futuram non ignorās: homines autē illum, non nisi proposito commodo querunt. Huius autē

imperfectiois causa est, imperfecta nostra de Deo notitia. Vnde quæ ea corpore exuti æterna beatitudine fruuntur, quia Deum perfectè cognoscunt, illum non ambiciose, sed verè amant: quo etiam modo se habent in sæculo ij, qui Dei veram nanciscuntur cognitionem. Vnde Paulus ait. Ego autem non solum ligari in Hierusalem, &c. Hic Iairus propter commodū ad Dominum accedit. Sed quomodocunque accedant homines, eos suscipit Dei benignitas: dummodo humiles, & necessitatis suæ memores sicut princeps hic, veniant. Quare Antiochus infeliciter discessit, quia sic ad Deum non accessit. Vocat itaque Iairus Christum, quia mortua est puella eius filia. Christus autem sine pretio cum sequitur. Vide quo tendant vniuersa mudi bona. Hæc puella erat illius principis hæres & spes vnica, in quā patris omnis honor, nomen, & fiducia nitebatur: quæ tamen morte præuenta omnia hæc fuerat frustrata. Omnia in filia iacta fundamenta inania sunt: & quæ vel exigua febri, adeo sublata sunt, vt nullum sui relinquunt monumentum, aut vestigium. Hoc sæpe accidit illis, qui spes suas collocant in rebus fluxis & mutabilibus. Ideo Esaias ait, Væ vobis, qui confiditis in baculo arundineo, & constructo. Hæc puella omne bonum, omne nomen, omne fundamentum erat domus parentum suorū, en moritur, & morte sua vniuersa hæc bona trahit. Hac de causa sanctissimi viri nūquam spem suam, aut fiduciam, in filiis, heredibus, aut maioratibus, rebusve fluxis & caducis seculi, quæ diu consistere nequeunt: sed in solo Deo ponunt. Vnde quia memoriā non quæserunt, æternam sui memoriā reliquerunt: cū contra acciderit quæ plurimis sæculi regibus, & principibus, qui omnem vitam suam honoribus inhiantes transegerunt: nunc tamē non secus obliuioni traditi sunt, ac si nunquam fuerint. Nulla in re terrenorum confidamus: si quidem in pūcto in nictu oculi mutantur, ne putantes nos aliquid habere, postmodum nihil inueniamus. Quis persuaderet Iairo filiam eius, quam florentissimā videbat, diu non victuram? Quam tamē miserimus pater cum minimè putabat, mortuam vidit. Statuamus ergo omnem fiduciam nostram in solo Deo, qui cum semper viuat, nunquam definat, expectationes nostras nunquā frustrabitur. Aduerte autem Matthæum aliter verba Iairi efferre, quam noster Lucas, ait enim, Filia mea modo defuncta est. Sed nulla est contrarietas. Egrediente namque Iairo domum, filia erat penè in extremis: cui postmodum iter facienti iam obisse nuntiatum est, vt infra Lucas commemorat. Vnde de quando Iairus cum Christo loquebatur, quia iam filiam mortuam credebat, de illa quasi mortua mentionem faciebat. Discant prælati exēplo huius archisynagogi, qualē subditorum suorum debeant habere curam. Vt si quando eos in peccato mortuos viderint, accurrant & amore patris Deum precantur, vt illos manu misericordiæ suæ tangat & à peccati tenebris excitet. Sic fecit optimus ille populi Israelitici præsul Moyses, qui pro reo populo tanta orauit efficacia, vt ausus sit Deo dicere, vel parce populo huic, vel dele me de libro vitæ. Idem etiam Aaron fecit, cum se ponens inter viuos & mortuos, thure, & oratione Deum exorauit sua. Verum paucissimi

Matth. 15  
Exod. 20

Iaco. 1

4. Reg. 13

Leuit. 14

1. Reg. 24  
26.

Genes. 19

3. Reg. 2.

Matth. 20

Genes. 15

Psal. 118

Matth. 19

Matth. 5.

Act. 23

1. Mat. 9.

Esai. 36.

Matth. 9.

Exod. 32.

Num. 16.

sunt hodierna die ecclesiastici pastores, qui vitam suam pro ouibus suis periculis obiecerunt, sicut Dauid, qui Leones & Ursos in gregem ingruentes, expugnabat. Quare miserimæ Christi oues passim periclitantur, pastoribus vitijs & delicijs affluētibus. Sequitur. *Et contigit dum iret à turbis comprimebatur.* Surgens, ait Matheus, Sequebatur eum. Surrexit enim, vt iret: quia sedebat. Hoc enim opus & labor boni prælati est, vt scilicet, propter subditorum bonum, surgat: sedemque suam & quietem relinquat. Sic bonus pastor Jacob, Die noctuque gelu vrgebat: somnus fugiebat ab oculis meis. Non sic modo faciunt prælati otio & inertie vacantes: nec tantillum voluptatis, propter subditi utilitatem relinquentes. Itaque abiit cum Iairo miseram adolescentulæ. Expende autem hic Christi miram dispositionem: qui enim cum Regulo ire noluit, cum Iairo vadit: quoniam secundum varia tempora & causas diuersimode se habebat in operibus suis. Vnde aliis temporibus iubebat miracula sua occultari, aliis euulgari, vt vidimus superius in hoc capite in dæmoniaco, qui legionem habebat. Et in hac historia duo contraria fecit diuersis de causis. Nam mulierem sanata à fluxu sanguinis coegit, vt sanationem suam coram omnibus publicaret: & suscitationem filij archisynagogi præcepit ne cui dicerent. Ita hic & in Regulo. Nam ibi Christus voluit ostendere virtutem fidei, vt homines digna de illo crederent, scilicet, quod possit absens sanare. Ideo dixit, Filius tuus viuit, & credidit. Quod autem ad ostensionem virtutis fidei fieret apparatus. Nam increpauit Regulum dicens. Nisi signa & prodigia videritis non creditis. Noli igitur Christus cum Regulo descendere, sed absens curauit, vt daret ei occasionem credendi. Hic autem Christus non attendit ad ostensionem virtutis fidei, sed vult ostendere mansuetudinem suam, quia omnibus comis erat, & non indignabatur ire quocumque vocaretur. Rursus cum Iairo ire voluit propter magnitudinem miraculi nunc faciendi. Nam suscitaturus erat puellam, qui antea nullum mortuum suscitauerat. Iudæi autem credebant hoc maius esse omnibus alijs miraculis: ideo nimium oportebat esse compertum, miraculum hoc Christi virtute fuisse factum. Nullam autem potuit maiorem Christus certificationem dare, quam veniendo ad puellam & manum eius tenendo dicere. Puella surge: & illa surgeret. Quod si absens fecisset, quamuis ipsa reuisceret, pararetur fortassis hoc non fecisset illum, qui antea nihil tale fecerat. Quare hæc fuit causa præcipua, cur ire maluerit ad adolescentulam suscitandam. Expende autem, quomodo Christus dimittens prædicationem (nam, vt Matheus ait, ad populum loquebatur) secutus est Iairum. Quo facto docemur aliquando dimittendam esse orationem, prædicationem, & vitam conte. nplatiam, vt proximis periclitantibus, aut afflictis subueniamus. Sic etiam Christum fecisse alibi legimus, cum ter in horto orationem reliquit, vt discipulos dormientes excitaret, visitaret, & moneret. Non sunt contrarie Martha & Magdalena, in mo sorores sunt, sic vita actiua & contemplatiua inuicem sunt amicissimæ & germanissimæ, seque mutuo adiuuant, tantum ab eis, vt aduertentur. Sub illis sanctorum animalium

alis vidit Ezechiel propheta manum humanam: vt hinc intelligas, vitam actiuam contemplatiuam non impedire, imo potius summe adiuuare. Ita Moyses diuinam contemplationem, qua in monte fruebatur reliquit, & descendit, vt populi necessitati, quia peccauerat, opè ferret. Duo Cherubim, quos Moyses ex Dei præcepto fecerat, extensas alas ad volandum & contemplandum habebant: sed respiciebant se versis vultibus: ita tu quamuis alas mentis extensas ad volandum habeas, id est, licet sis totus contemplationi traditus, non ideo vultum à proximo tuo auertas, sed potius illi, utcumque potueris subueni. Hæc de causa duo illi cherubini memorantur esse: quia charitas non nisi inter duos, esse potest, alterum, qui faciat, alterum, qui accipiat. Disce etiam secundo à Christo saluatore humilitatem, & benignitatem maximam, qui Iairi petitioni non refragatus, illum secutus est, vt opus charitatis impenderet. Vide quomodo omnia relinquit ob proximi salutem, quantaque diligentia vadat: non in sequentem lucem differens, sed statim succurrit proximi infirmitati. Quod secus facis, qui sollicitus & penè coactus duntaxat bene operaris. Non sic faciebat sanctus ille Iob, qui dixit. Si negauit quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Non est differendum pauperi remedium, nec beneficia sunt procrastinanda. Vnde in prouerbis Salomon ait. Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere, cum statim possis dare. Ne sis igitur piger ad iuuandum pauperem: sed diligens, & velox. In quo documentum sume à Christo hoc in loco, & ab eius matre sanctissima, quam Lucas superius commemorauit visentem Elisabeth cognatam suam, non lentè, sed cū festinatione magna: vt nos doceret, proximis non pigritanter, sed diligenter subueniendum esse. Expende etiam, vt hic ait euangelista, Iesus à turbis comprimebatur, omnem tamen hanc molestiam & tædium charitate motus ferebat. Non sic se habent nobiles, & potentes sæculi qui nullo in loco se ab alio tangi patiuntur. Quin etiam ad templum cuntes, quoties turba frequentior est, famulos afferunt, qui impulsu subibuntque præcedentes plebem subimpuent, omniaque ita turbant, vt exercitum ingruere credas: postquam vero sedent, omnes circumstantes tam longe disturbant, vt maximo interuallo à propinquiori distent. Nolunt simplices & pauperes ad se accedere, sed tantummodo aspicere & sequi: quod elationis & superbiæ signum est. Sed dum sic iret compressus à turbis, audi in tigne quoddam, quod fecit in itinere, miraculum. Ait ergo Euangelista Lucas. *Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim.* Quæ hæc mulier fuerit dubium est. Ambrosius putauit fuisse Martham Christi hospitam & Magdalene sororem: quod non credo, quia Lucas ait hanc mulierem omnem substantiam suam in medicos erogasse. Quod si Martha omnem rem suam consumpsit, quomodo Christum & discipulos abundanter in domo sua post hæc aluit, vsque ad Christi passionem? Sed quæcumque illa fuerit, parum refert: hoc tamen scire refert, quid Dominus in hoc itinere fecerit. Suscitaturus enim filiam archisynagogi, obiter hæmorrhoidis sanatur, vt fidem faciat Iairo de filia suscitanda. Voluit Dominus in itinere animi Iairi

1. Re. 17.

Gen. 31.

1. Ioan. 4.

1. Ioan. 4.

Matt. 26.

Luc. 10.

Exech. 10.

Exod. 32.

Exod. 25.

Iob. 31.

Prou. 3.

Luc. 1.

Ambros. lib. de Salo. cap. 5.

1. Cor. 7.

Iairi confirmare hoc miraculo & exēplo. Præterea antequam illum consoletur, & gaudia repleat excitata filia, hoc præmisit miraculum, ad illum sustinendum in fide. Hoc modo solet Deus lætificare iustos in hac vita, quæ via dubia est, & amara atque laboriosa, consolationibus, & refectionibus spiritualibus non deficiant in via: antequam pleno gaudio illos afficiat in patria cælesti, & vita æterna. Non enim qui Christum comitantur carerent spe, & gaudio in hac lachrymarum valle. O si miseri mortales intelligerent quibus & qualibus iusti in hac vita consolationibus recreantur, desisterent profecto à peccatis suis, quibus immergi tenentur. Exul Iacob à parentibus suis charissimis in alienam regionem, tristis, & pauper, & ab Esau fratre suo male tutus ibat, quo tamen in laboriosissimo itinere Deus illum solatus est, ostensa scilicet cælesti, & sanctorum angelorum visione. Defatigatus sane, & sollicitus populus Israel ad promissam terram contendeat, à Deo tamen in itinere tam ærumnoso manna cælesti, paneque angelorum recreatur. Sic illi, qui cum Christo in hac vita incedunt, antequam ad illam optatissimam, supremamque felicitatem perueniant, multis modis à Domino confirmantur, & sustinentur: ne deficiant. In hac etiam modum, animum moderantem Iairi lætificare voluit hoc miraculo antequam omnino illum filie suscitata gaudio perfunderet. Perpende quanta lætitia repleatur qui Christum sequuntur. Discamus etiam hæc terrena contemnere & Dominum sequi, quandoquidem mercedem habebimus in futuro sæculo, hic autem consolatione non carebimus. Quamquam enim aquæ Marath amaræ sint, id est, quamuis Christiana vita sit laboriosa: coniecto ligno crucis Christi in illam, dulcis & suauis reddetur. Si tecum Christum portaueris: omnia, quæ nunc tibi amara videntur, dulcia, & delectabilia videbuntur. Discamus etiam hoc Christi exemplo non defatigari operibus bonis. Ibat Dominus vnū opus bonum operaturus, & in itinere alterū facit: quia illi esse non potest vnū bonum opus alterius impedimentum. Tibi vero vnū opus bonū, alterum impedit. Si enim eleemosynam huic pauperi facis, illi non facis, inquam te iam priori dedisse. Discamus quam pretiosum nobis debeat esse tempus gratiæ, ne vel hora vna sine fructu illius abeat. Huc pertinet, quod Paulus ait Romanis, vt tempori nos accomodemus. Et iterum, Redimite tempus: quoniam dies mali sunt. Rationem namque dabimus temporis otio & inertia perpetam consumpti. Christus in via nunquam stat otiosus, sed sanat, prædicat: & alia virtutis opera egregia operatur. Vide igitur, ne sis otiosus, ne tempus inane abire sinas. Agamus, ne tempus gratiæ sine fructu nobis percat. Si diu vixisti, cogita, & reputa tecum quid tot annis, tot mensibus, tot diebus boni, vel mali feceris. Quod si vocaris ad poenitentiam, ne negligas: tempus enim breue est. Tu vero adolescens stude tempus vite ita collocare, ne in senectute eius te pudeat aut poeniteat. Præterea dum his duabus mulieribus opitulatus est, alteri in itinere, alteri vero domi, docuit ac manifestè demonstrare voluit, quid nos hic in via ab illo habere possimus, & quid illic in fine ab illo sperare debeamus. Etenim in via sani-

tatè mulier adipiscebatur, domi vero filia defuncta vitam. Hæc enim duo nobis promittuntur, nimirum sanitas, dum in via adhuc sumus, & vita, seu resurrectio, cum ad finem venimus. Quid autem sanitate iucundius in hac vita? Quid lætius erit vita in altero sæculo? Hæc vtraque per Christum possumus consequi. De his duobus Dauid ante multa sæcula cecinit dicens. Misericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit dominus. Observa autem, vt Christi potentia ex magnitudine miraculi ostenderetur, dupliciter demonstrat Euangelista infirmitatis huius mulieris grauitatem. Primo diurnitate, quia duodecim anni erant, quod tam longa infirmitate premebatur, adeo vt iam incurabilis videretur: quia morbus inueteratus incurabilior censetur. Secundo ostendit magnitudinem infirmitatis, eo quod non ab vno medico, sed à multis medicis curata nequicquam fuerit, infirmitatis sanitatem non affecta. Et hoc secundum ostendit Euangelista dicens. *Quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam.* Marcus plus dicit. Ait enim quod non solum non potuit sanari, sed deterius habebat. Itaque corpore non sanata est, immo in re familiari multo reddita est infirmior: vnde cum antea vnam haberet, postea duas habuit infirmitates. Sanauit igitur Christus alteram harum infirmitatum non vtrâque. Restituit namque illi valetudinem, non substantiam. Sed quid illi substantiam daret qui discipulos suos vniuersam substantiam suam depone-re iussit? Hinc expendere quam plurimos homines esse peruerso iudicio, qui existimantes se scopi attingere, omnia bona in medicos consumunt, si forte quouis valetudinis vitio se grauatosenferint: nec prius respiciunt, quam substantiam consumpta, & valetudine non recuperata deceptos se viderint. Hi autem similes sunt illis, qui eiectionibus vrbem alienigenis tradunt habitandam. Præterea in medicos dicit pluraliter: quia multitudine medicorum noxia est, infirmi sanitate impediens, quoniam ipsi sibi mutuo contradicunt. Corporis tui vni fidei medico curam trade, ne in plurium errorem incidas. Derelicta à medicis seculi, ad medicum cælestem confugit. Ita eos, qui mundum relinquunt, Deus suscipit. Amissa propterea terrena fiducia, conuertitur ad Deum, & illi soli fident, perfecta que consequitur salutem. Non est salus in medicis, neque in filiis hominum quod satis ostendit hæc historia. Quia in illos consumpsit hæc mulier substantiam suam, & deterior facta est infirmitas eius: conuersa autem ad Deum, qui fons est, & origo rotius sanitatis, inuenit salutem. Igitur in Deo pone spem tuam. Nimium confidebat Amā in opibus suis, & gratia, qua valebat apud Afferrem regem: à quo tandem inhonestissima morte affectus, palam docuit nihil esse inanium, quam confidere in principibus, aut seculi bonis, quæ vique quaque fidem seruare nesciunt. Propter quod Ecclesiasticum audi. Respice filij nationeshominum: & scitote, quia nullus sperauit in Domino & confusus est. Quis enim permanfit in mandatis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & desepxit illum? Igitur in omnibus infirmitatibus tam corporis, quam animæ ad Deum currere discamus: & Christi pedes amplecti. Dic animæ meæ, salus tua ego sum: ipse enim est qui illuminat cæ-

Psal. 82.

Mar. 5.

Matt. 4.

Psal. 65.

Hester. 7.

Eccle. 2.

Psal. 143.



cos & soluit compeditos. Dominus illuminat caecos: dominus erigit, &c. Ex hac historia vides quomodo homines nihil possunt sine Deo, & quantum ipse possit. Ideo Esaias obiurgans quosdam Israelitas ait. Vae qui confiditis in vmbra Aegypti. Homines in fauores, spes, & quidquid munda potest, reuera vmbra sunt Aegypti. Omnes enim res humane sollicitate & fundamento carent. Cur ergo habetis fiduciam in vmbra Aegypti? Cur confiditis in eis? Si quis siti aestuans relinqueret fontem amoenissimum, fistulis aureis aquam emittentem, & vmbriam fontis sequeretur, vt sitim extingueret: nonne amens videretur? Quanto ametior est, qui relicto Deo vero, viuo, perenni que fonte, vmbriam rerum humanarum, & fauores hominum captat? Honores enim, diuitie, & quotquot sunt in terra bona, vmbra quaedam caelestium bonorum sunt. Fautor quidem hominum est quasi vmbra, quoniam nihil nos iunare, aut prodesse potest. Accurramus ergo ad Christum, qui viuis fons est, & verus. *Quid profuerunt medici, & diuitiae huic mulieri? certe nihil: atque ideo ad Christum veniens perfectam obtinuit sanitatem. Quare ait euangelista. Accessit retro & tetigit fimbriam vestimenti eius. Retro verecunda timens, ac tremens accessit. Ideo a tergo, quia praepudore infirmitatis, conspectum domini refugiebat. Si quidem initium sapientiae timor domini est. Et iterum. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Et Paulus etiam ait. Vestram salutem cum timore, & tremore opera mini. Quidni pauent immun- dissimas fordes coram oculis mundissimis & purissimis? Immun- dissima enim est menstruus sanguis. Atque ideo retro accessit timens propter puritatem suam: sed eam domini benignitas securam reddidit. Igitur sicut haec mulier ad Christum accedere non audebat, sed penes sequens indignam se iudicauit, quam Deus intueretur: ita nos quoque ad Christum accedere debemus, & nimirum in humilitate cordis. Nam illi, qui dignos se iudicant Christi conspectu, quemadmodum ille superbus pharisaeus faciebat, longe sunt a vera salute. Indignum namque se debet iudicare homo omni gratia, & beneficio Dei: si vult dignè ad Christum accedere. Est enim haec praeparatio ad gratiam Dei, cum quis humiliter confiteretur se illa indignum: & tamen summopere opus habere. Quapropter accessurus ad Deum effunde cor tuum, vt Dauid ait. Agnosce te vacuum, illum omnium bonorum plenum: te peccatorem, illum iustum: te pauperem illum diuitem: te peccatis plenum, illum autem omni gratia & veritate. Tetigit autem fimbriam, non pedes, qui nudi erant, vel aliam corporis partem: quia magna erat fides eius. Credidit enim se non solum tangendo corpus Christi, sed etiam eius vestem, saluari posse. Vnde intra se dicebat. Si tetigeram fimbriam vestimenti eius salua ero. Magnum ergo fidei & humilitatis documentum haec mulier praestitit, quia credidit vestem domini tactam sanare posse. Vnde haec fuit prima, quae tetigit vestem domini, vt sanaretur, postea vero multi tetigerunt, vt habetur in Matthaeo & Marco. Vbi dicitur, quod obtulerunt domino male habentes, & rogabant eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangeret. Fuit etiam maior fides huius, quam illorum. Quia hac ea potuisset corpus Christi tangere non*

curauit, nisi de veste, credens hoc sufficere: illi autem potius tangere corpus petebant: quod si hoc non daretur, saltem fimbriam tangere orabant. Nam vt in Matthaeo habetur, rogabit eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, id est, saltim fimbriam. Accessit autem tacita, quia putauit se a turba non permissum iri accedere: propter immunditiam suam. Ideo tacuit & immisit se a turba timens, ac verecunda. Dicebat enim intra se. Si tetigero fimbriam vestimenti eius salua ero. De sacrificio, quod offerebatur pro peccato dicitur in Leuitico, quod omnis, qui tetigerit carnes eius, sanctificabitur. Quanto magis sanctificabitur, & mundabitur: qui tetigerit Dominum Iesum, qui spote seipsum, sacrificium Deo acceptissimum, obtulit pro peccatis Deo patri? Tu autem discere quod sicut haec mulier prius intra se dicebat velle tangere fimbriam, & postea tetigit: vt nos sic cogitemus & ruminemus interius, quod postea facturi sumus. Consideremus prius in pectore nostro, quod facere intendimus, quam opere prestemus. Nam melius sese haberent opera nostra, si ea primum ad amissum expendere mus. Si Aeglon Moabitarum rex praecogitasset summum esse inconueniens solum cum Aioth Israelis principe manere, cum decem & octo annos populum Israeliticum serua tyrannide oppressisset: miseriam non subiisset mortem. Si Abimelech filius Gedeonis secum reputasset, quantum esset periculum ad turrim apud Theben accedere, non percuteretur molari a muliere desuper coniecto. Eodem etiam modo confusus Simon Ptolemaeo, qui hostis fuerat Israel, cum filiis suis in conuiuium interiit. Haec autem omnia inde fiunt quod non rectè perpensis negotiis, homines ad agendum se coniciunt. Non sic fecit haec mulier, quae prius intra se considerauit quod factura erat, & postea fecit. Cuius exemplo, tu si ductus fueris, non errabis. Has autem fimbrias portabant Iudaei, vt habetur in libro Numerorum. Diuisam enim erat pallium ante & retro duabus diuisionibus, & duabus quatuor sunt extremitates, siue anguli in veste diuisi, in quibus quatuor angulis ponebantur quatuor particulae panni hyacinthini, quae vocabantur fimbriae. Ista vero fimbriae erant ad duo. Primum ad distinguendum Iudaeos a ceteris gentibus: vt tam in veste per has fimbrias distinguerentur, quam distinguebantur in carne per circuncisionem. Secundo (vt Deus ait) vt recordarentur mandatorum Dei. Christus etiam gessit fimbrias iuxta legis praecipuum, quia legem Moysi seruaui. *Obserua autem ex hoc loco aperte conuinci Lutherianorum errorem, qui sanctorum reliquias non venerandas esse docent. Cum egrediretur Moyses ab Aegypto tulit secum ossa Ioseph. Quod si Moyses & filij Israel ossa Ioseph defuncti venerantur: cur populus Christianus non venerabitur sanctorum pro Christo occisorum reliquias? Cur etiam non venerabitur Christi crucis particulas, vbi Dominus operatus est salutem humani generis, quae guttis sanguinis Christi quasi margaritis ornata est? Ob nutescite impij Lutherani, & deosculamini Christi & sanctorum reliquias. Quid respondere poteritis ad summi Dei dispositionem? In arca illa testamenti vsque adeo celebrata, nihil aliud, nisi reliquiae includebantur, Locus autem ille dicebatur sancta sanctorum. Quod si quae-*

Matth. 14  
Leuit. 7  
Iudith. 3  
Iudith. 9  
I. Mac. 16  
Num. 15  
Exod. 13  
Exod. 25

Esa. 30.  
Ecc. 1.  
Psal. 2.  
Phi. 2.  
Euc. 18.  
Psal. 61.  
Ioan. 1.  
Matth. 9  
Mar. 14  
Mar. 6.

si queras, quid in illa seruaretur, respondet tibi Paulus Arcam circūfecta m vndique auro, in qua erat vna aurea habens manna: & virga Aarō, quae fronduerat, & tabulae testamenti. Videte obseruatas reliquias & contactas, & sancta sanctorum dictus est locus, vbi haec seruabantur. Vide etiam quantum valeant sanctorum ossa, & quanta sint veneratione digna. Cum ad tactum ossum Helisai defunctus surrexerit: vos autem dicitis impudentissimè, non esse sanctorum reliquias venerandas? Tanta sunt virtutis praedita ossa sanctorum, vt salutem & vitam ad eorum contactum dominus concedat. Sic etiam apud Ephesum, cum ibi commoraretur Diuus Paulus, virtutes non modicas faciebat Dominus per illum. Deferebantur enim sudaria & semicincthia a corpore eius super laeguidos, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur. Vestibus Pauli sanantur infirmi, & daemona exeunt, & ad tactum corporis Helisai surgit mortuus: & audet heretici reliquias sanctorum eleuare? Ecce hic quomodo ad tactum fimbriae Christi sanatur haec morrhosilla. Quod si mihi non credis audi euangelistam dicentem. *Et confessum fuit fluxus sanguinis eius.* In eodem instanti quo fimbriam tetigit sanata est. Voluit enim Christus hunc honorem deferre vestimento suo, vt doceret sanctorum reliquias esse venerandas. Confestim autem stetit fluxus sanguinis eius, quia potestas, quo maior est, eo celerius operatur. Potestas autem Christi secundum quod Deus est, infinita est magnitudinis: illa vero quae humanitatem respicit maior est omnium creaturarum potestate. Ideo potuit in instanti & celerimè miracula operari. Quod si aliqua fecit lentius, illud non ex defectu potestatis: sed mysterij cuiuspiam gratia factum est. Nos vero exemplo huius mulieris ad Christum accedamus, vt fluxum peccatorum nostrorum curet. Oseas namque loquens de multiplicitate populi Israelitici dixit. Sanguis sanguinem tetigit. Vsque adeo properant homines in peccando, vt peccata se inuicem tangant & premant. Quare ab animabus peccatorum vehementissimum criminum sanguis fluit. Quis autem huc sanguinis fluxum sistere poterit: nisi ille, qui sanguinem huic mulieri restrinxit? Qui corporibus medebatur, non propter corpora, sed propter animas: nonne libentius animas nostras curabit? Reliquit nobis praeclearissima sui monumenta in sacramentis suis: in Eucharistia autem non solum fimbrias vestimenti, aut aliquam corporis sui suppellestem: at seipsum nobis reliquit. Cum ergo peccatorum nostrorum vulnera adeo sint grauia, fluxus autem sanguinis illorum adeo vehemens & periculosus: quare non ad proxima paratissimaque remedia, & ad Christum, quem ad manum habemus, confugimus? Quare non accurrimus, & ad eius pedes prouoluimur? Quod si cogitationes seculi, & carnis nos impediunt, quo minus ad Deum veniamus, erumpendum est per medias hostium turbas: sicut haec mulier fecit, quae multitudine vtrinque coarctata erupit, & ad Christum peruenit. Omnis enim, qui ad Deum accesserit, proculdubio salutem consequetur, &c. *Et ait Iesus. Quis est, qui me tetigit? Non quaerit, vt doceatur: sed vt mulier confiteatur, ad miraculi manifestationem, Dei gloriam, & praesentium*

aedificationem, & Archisynagogi confirmationem. Iesus enim pro suo beneficio nihil amplius praemij efflagitat, quam confessionem mali & agnitionem clementiae diuinae. Vide quam parum petat: agnitionem neapre diuinorum beneficiorum, & ne sis ingratus. Praeterea voluit Christus, vt haec mulier sanationem suam manifestaret, quo illius eximiam fidem laudaret coram omnibus, illamque honoratissimam redderet. Haec enim media solet Deus quaerere, quibus fideles suos, honorificet, publicatis illorum virtutibus. Quare etiam non ignorabat illius mulieris virtutem, & fidem: quaerit tamen vt quod ipse sciebat aliis patefieret. Sed iam in superioribus, cum de Centurionis fide agebamus, de his diximus. Denique hoc Dominus interrogauit, vt populum promptum redderet & attentum ad miraculi manifestationem. Ideo interrogas dixit. *Quis me tetigit?* Nam si ipsa mulier non interrogante Christo prius, miraculum euulgasset: nemo ad eius dictum attenderet: quia ibant omnes frequentissimi & penè abalienati cum Christo in domum principis synagogae. Sed cum Dominus dixit. *Quis me tetigit?* omnes attendunt expectantes, quid vellet dicere, & tunc potuit miraculum conuenientius aperiri. *Quod si forte ad dictum mulieris attendissent, vt illam narrantem audiuisent, certè ei fidem non adhiberent: quia aegritudo occulta occultam etiam curationem haberet, putareturque hoc non vere, sed ex quadam leuitate enuntiare. Nunc autem audientes Christum dicentem. Quis me tetigit? planè aliquid suspicantur fuisse factum. Quare mulieri postea confirmanti credunt: quoniam quasi coacta hoc dixit, & quia timens, ac tremens cecidit ad pedes Domini. Interrogabat autem, quis per fidem eum tangeret, secundum quam virtus ab eo impetratur curationis. Nam alio tactu plurimi tangebant, nemo tamen sicut ista mulier, quia haec tetigit credens. Sequitur. *Neganibus autem omnibus dixit Petrus, & qui cum eo erant. Hoc est. Apostoli existentes cum Petro sed Petrus locutus est, quia erat os totius collegij Apostolici, & inter omnes eminebat. Sed illam audiamus. Praeceptor, turba te comprimunt, & affligunt, & dicit, quis me tetigit? Expende, Christum comprimunt turbae & affligunt, ipse tamen tacet, sic afflicti nec irascitur, neque conuerit, neque vlciscitur. O quam multi sumus, qui irreuerenter ad eum accedimus: ita vt si mortalis esset, iam piisset. Ideo ait. Laboraui sustinens. Verum ipse, qui nunc tacet, aliquando, vt parturiens loquetur, vt minatur per Esaiam prophetam. Praeterea multi in ecclesia reprobi Christum comprimunt quem bene viuendo tangere negligunt. Premunt, inquam, sed longe sunt, quia eidem fidei, qua loquendo asserunt, mala perpetrantes contradicunt. *Obserua etiam, inter tot, qui Christum sequuntur vnum tantum sanari, sic modo omnes participamus sacramentis, sed pauci obtinent vim sacramentorum. Non enim omnes qui in praedicationibus plorant, contritionem habent, neque omnes qui faterentur, absoluuntur, nec omnes, qui corpus domini sumunt sanctificantur, nec omnes, qui corpus domini millia egressa sunt ab Aegypto, at duo tantum modo ingressi sunt terram promissionis. Multi infirmi erant in Bethsaida piscina, & vnus tantum curatus est. Multi etiam leprosi fuerunt in***

Cap. 7.  
Esa. 5.  
Esa. 42.  
Ioan. 5.  
4. Reg. 4.  
Iracl

Israel tempore Helisei prophetae, sed solus Aman syrus sanitate obtinuit. Sic multi sequebantur Christum & tangunt ac vna mulier sanatur. Potuisset quidem Christus omnes sanare, sed quia non veniebat fide & deuotione nisi, ideo salutem non potuerunt consequi. Videamus igitur & nos omnes, quomodo ad altare sequebatur, ut accedamus, oremusque ne de numero illorum simus, qui Christum tangunt & non sanantur. Sed procedamus: *Et dixit Iesus, tetigit me aliquis. Nam ego noui virtutem de me exisse.* Sicut in sexto capite dixerat. Lucas, virtutem de illo exire & sanare omnes. Sic modo dicit, quod de ne mine, quantacumque polleat sanctitate dici potest, nisi de Domino Iesu. Ceteri omnes ab illo tanquam a fonte accipiunt quod dant, vt recte Iohannes dixit. Omnes de plenitudine eius accepimus. Ideo cum sancti edunt miracula, non habent quid glorientur, quoniam illa virtus non ab illis sed a Christo egreditur. Quod optime diuus Petrus de claudio sanato dixit. *Viri Israhelita quid admiramini super hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute, &c.* Aduerte autem nullam virtutem de illo realiter exisse. Quia aut ipsa esset virtus diuina aut naturalis. Non diuina, quia virtus diuina non potest exire, quia non est, nisi diuina essentia, quae vbiq; est. Exire autem & intrare, penetrare, & diuidere, solis corporibus competit, in quantum habent quantum in quantitate finitam. Nec poterat esse virtus naturalis, quia illa non sufficeret ad sanandum egritudines, eo quod quicquid erat in Christo praeter diuinitatem erat creatum, & virtutis finitae, ideo ad operationem miraculorum non sufficiebat. Nulla ergo virtus exiuit de Christo, sed dixit exiuisse de se virtutem, vt intelligerent rudiores ipsum habere potestatem ad sanandum morbos. Ad ostendendum itaque virtutis suae plenitudinem & immensitatem, formauit eis conceptum quasi totum corpus suum esset plenum virtute, quae propter abundantiam effluere etiam in exteriora, ita, vt in tangentes fideliter deriuaretur. Non ergo hoc intelligendum est, vt verba sonant. Nam tunc innueretur Christo aut nolente aut non iubente exire aliquam virtutem de illo, quia ait. Ego noui virtutem de me exisse. Ac si diceret. Ego non imperavi virtuti, vt exiret, at ipsa exiuit, & ego ipsam exantem sensi. Nam ad hoc quod Christus voluisset hoc significare debet dici. Ego emisi virtutem de me, & non ego sensi, vel noui exiuisse virtutem, quia nulla virtus erat in Christo, quae posset exire, nisi eo iubente, & volente. Patet ergo Christum non intendere aliquam virtutem de se exiuisse, sed loquitur sic propter causam praedictam. ¶ Obserua etiam, non dixisse, virtus de carne exiit, aut de diuinitate, sed virtus de me exiit, quia actiones non sunt naturae, sed suppositorum. Suppositum autem Christi hanc actionem & miraculum fecit, vt statim ad tactum Christi haec mulier sanaretur. Rursus obserua quomodo diuina virtus non se contineat quia se ingerat in humilem, & tremantem sermones eius. Nam vt natura vacuum non patitur, ita Christi virtus humilem vacuum esse non sinit. Sed ad contextum reuertamur. *Videns autem mulier quia non latuit, & tremens venit, & prociuit ante pedes eius.* In eo quod ait, non latuit, ostenditur mulier haec imperfectam cognitionem

de Christo habuisse, quia putauit esse occulta necesse. Tremens autem venit, quia tantus fuit tremor interior, vt redidisset in corpus & tremorem causauerit in ea. Forsitan autem timuit increpare a Christo, quia contra legem communem ipsa existens immunda, ausa fuit Christum tangere. Ad pedes vero prociuit ex humilitate, & quasi gratias agens, & veniam postulans, si in aliquo ipsum offendisset. ¶ Expende autem quanto timore & tremore territa haec mulier corruerit ante Christi pedes. Ex quo discere quam timens & tremens apparere debes coram Deo. Si enim Daniel propheta sanctissimus, coram Angelo cum ei apparuit stetit tremens, cur non timebis ac tremes tu apprens coram illo iudice seuerissimo, qui tot peccatis es infectus? *Quid facient coram eo virgula deserti, si coram eo columnae caelici (vt ait sanctus Iob) contremiscunt?* Si Angeli aut sancti Apostoli, & magni alij Ecclesiae patres (vt diuus Gregorius interpretatur) tremunt coram Deo, quid nos peccatores faciemus? Duo docet locus hic. Primum quanto cum timore & reuerentia accedere debeamus ad sanctum eucharistiae sacramentum, si haec mulier tam trepida & sibi diffida ad Christum accessit. Secundo quantum timere debeamus illud iudicium terribile, & horredum cum coram Deo apparuerimus. Quoniam si haec mulier ob eam tantummodo causam non audebat coram Christo apparere, quia se immundam putabat, neque corpus eius, sed veste in tantummodo tetigit, quid nobis miseris fiet, quanto pudore, & tremore apparebimus in illo supremo, terribili iudicio, coram illo, qui non ad eius vestes, sed ad eius corpus in vita innumeris peccatis accessimus? Haec mulier vestem Domini tantum tetigit, nos autem sacerdotes eum quotidie accipimus. Quocirca si illa ob paruum corpus immunditiam, & naturalem quae suavit, par est, vt nos in domini conspectu trepidemus & infirmitatibus nostrorum peccatorum terribiliter confusamur. Sed de his satis. Docet etiam locus iste, vt quamuis sanus sis, & iam sacramenta susceperis, semper timeas iuxta illud, *Beatus qui semper est pauidus.* Haec enim mulier post sanitate tremens ac pauens venit ad Iesum. Vnde beatus Paulus. *Qui stat, inquit, ne cadat.* Sed iam audiamus euangelistam narrantem quae ultra fecit haec mulier. Ait itaque. *Et ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo, & quem admodum confestim sanata sit.* Quia miracula sua Dominus ordinabat magis ad propagandam fidei noui testamenti, quam ad salutem corporum, & sciebat tunc futurum esse, vt nunciaretur Iairo mors filiae, & propterea oportere Iairi fidem confortari. Ideo miraculum manifestari voluit praesentem Iairo, vt fides illius roboraretur, & augetetur. Expende quanta habeat Deus curam eorum, qui ad illum confugiunt. Exposuit se in manibus eius Iairus, & se illi commendauit. Cui Dominus, vt suo, sibi que commendato ita consuluit, vt eum antea quam filiam suscitaret, hoc miraculo hilarē & confidentem reddiderit. Vnde patet qua diligentia, & sollicitudine Dominus consulat omnibus mortalibus, in primis illis, qui Deo se tradunt & illi tota mente confidunt. De Susanna ait scriptura, quia erat cor eius fiduciam habens in Domino.

Luci. 15.

Dani. 10.

Iob. 26.

Gre. li. 17 mor. cap. 14.

Prou. 28.

1. Cor. 10.

Dan. 13.

Et sic

Psal. 54.

Psal. 104.

Psal. 9.

Psal. 21.

Psal. 65.

Exod. 18.

Deut. 9.

Tob. 22.

Luc. 24.

Act. 27.

Iudith. 5.

Exod. 15.

Esa. 12.

Esa. 32.

1. Reg. 2.

Iud. 16.

Tob. 13.

Abac. 3.

Luc. 1.

Tob. 12.

Et sic Dominus illius curam gessit, & illam liberavit. Ideo Dauid. *Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet.* Discamus etiam ab hac muliere grati esse Deo, & aliis enarrare miracula, & mirabilia, quae Deus operatur in nobis. Sic Dauid narrabat in psalmis, & canticis & hymnis beneficia, quae illi Deo impertiebatur, & vt alij etiam hoc facerent hortabatur dicens. *Narrate omnia mirabilia eius. Quod ipse faciebat, vt alios suo prouocaret exemplo.* Narrabo omnia mirabilia tua. Et iterum. *Narrabo nomen tuum fratribus meis.* Quos vt acius excitaret, inuitabat & conuocabat inquit. *Venite, audite, & narrabo omnes, qui timetis Deum, quanta fecit anime meae.* Sic Moyses narrauit Ietro cognato suo omnia, quae fecerat Deus populo Israelis. Ideo Dominus precepit, vt Iudaei narrarent mirabilia Dei, & praecipua eius filijs suis & posteris. Et Angelus Raphael Tobiae dixit. *Vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius.* Illi quoque duo discipuli, quibus Dominus apparuit in Emmaus in die resurrectionis eius reuersi narrauit discipulis quae gesta erant in via, & quomodo cognouissent Dominum in fractione panis. In actis etiam habetur, cum Paulus ascenderet Ierusalem narrauit per singula Ecclesiae quae fecisset Deus per illum in gentibus. Denique consuetudo erat antiqua inter viros, & foeminas sanctas, si quid in signe aut mirabile Deus faceret alijs narrare, & caetera componere in Dei laudem, vt mentes illorum excitarent ad laudandum Deum. Sic Moyses, Debora, Maria soror Moysi Dauid, Esaias, Ezechias, Anna mater Samuelis, Iudith Tobias, Abacuc, Simeon, Zacharias, & denique beatissima virgo Maria cantica composuerunt, & mirabilia Dei narrauerunt, nuntiantes alijs magnalia Dei, vt inuitarent eos ad diligendum & amandum Deum. Hoc enim est maximum virtutis in anima hominum effectus & fructus, vt scilicet Deum verbis laudantes, illum que sanctificantes alios similiter hortemur, vt laudibus diuinitatis per moti, velint Deum, & amare & colere. Nam si tu rebus gestis Alexandri magni, aut Iulij Caesaris auditis vsque ad eo caperis, vt eos, quos nunquam vidisti, & a quibus nullum accepisti beneficium diligas, quid apud te debent efficere laudes Domini nostri Iesu Christi? Ideo dixit Angelus Tobiae. *Opera Dei reuelare, honorificum est.* Sic ista mulier coram omnibus mirabilia Dei narrauit, & alta voce quo modo sanata fuisset a Christo. Sic nos grati sumus Deo, & beneficia, quae nobis contulit alijs narremus. Sequitur in contextu. *Et ipse dixit ei, Filiae tuae te saluum fecit.* Quo pacto fides mulieris eam saluam fecit, quam dudum audiuius, virtutem exisse a Domino, quae sanitatem contulit. Dicit autem fidem eam saluasse, quia fide opus est, vt quis caelestia dona assequatur. Sicut ex bonis operibus dicimus hominem iustificari, quamuis Dei benignitati, omnis iustificationis nostra sit ascribenda, quia sine illis non datur. Veluti si quis medicus curaturus aegrotum moueat, vt si sanari velit medicis preceptis pareat. Quod si accurate praestiterit, poterit ei medicus dicere. *Tua obedientia te sanauit.* Quoniam, nisi obtemperasset, medici remedia nihil profuissent. Sic Christi virtus sanauit hanc mulierem ea ratione, quia fidem habuit. Ideo dicitur, fidem eam sanauisse. Expende

autem, hanc mulierem sanitatem suam tactui simbrae ascribere Christus vero fidei illius salutem attribuit. Quia sicut reuera sanitas gratiae Dei debetur, ita fides & contritio nostra eandem sanitatem operatur, quamuis Lutherus mendacissime dicat, nihil nos in nostra salute conficere. Imo sine dubio, vt gratia est fons salutis, ita & operatio nostra per gratiam adiuta salutem cooperatur. ¶ Praeterea illa Christum laudat & ab illo laudatur, vt agnoscat sponsum, & sponfam seipsos inuicem laudantes. Dicit illa. *Falcululus myrrhae dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur, vt eius tactu peclus meum sanetur.* Respondit ille. *Ecce tu pulchra es amica mea, & oculi tui columbarum, quorum vno vulnerasti cor meum.* Fidei enim oculus per dilectionem operas vulnerat sponsum. Respondit sponsa. *Ecce tu pulcher es dilectus mi, & decorus.* Ac si diceret. *Non nobis Domine, non nobis, sed homini tuo da gloriam.* Dixit autem illi Dominus. *Vade in pace.* Hoc est, esto secura & in mentis tranquillitate Deo gratias age & permanere. Ex hoc Christi facto cum hac muliere discamus tria. Primum discamus Christum non esse personarum inspectorem, sed aequissimum adiutorem omnium pauperum ac diuitum, Iudaeorum, ac gentium, si modo crediderint. Petrus enim dixit. *In veritate comperi, quia Deus acceptor personarum non est, sed in omni gente qui timet Deum acceptus est illi.* In Deuteronomio, etiam dicitur, quod personam non accipit. Idem habetur in secundo Paralipomenon. Et Paulus etiam scribit in ea quam ad Ephesios misit, epistola, & iterum ad Colossenses, & princeps Apostolorum in prima epistola. *Aequa enim benignitate exceptit Christus mulierem pauperulam, atque venit ad aedes Iairi archyisnagogi.* Eodem modo nos diuites, & pauperes sanandos excipiet, si tamen ad ipsum venerimus. Festinemus ergo ad Christum omnes, qui in aliqua calamitate sumus. ¶ Secundo discamus Christum in curandis aegrotis non modo verbis vti solitum, sed etiam membris suis, & vestimentorum suorum tactu. Voluit enim honorare corpus suum diuinitati coniunctum, & corporis indumenta. Sic etiam potest viuificare, & sanare animas nostras, & corpora. Quod si tactu potest viuificare mortuos: quanto magis immortales erimus qui Christi carnem, & sanguinem, non tangimus in Eucharistia sed comedimus & bibimus? ¶ Tertio quamuis mulier, quae obnoxia sanguinis profluuio ab annis duodecim impendisset omnem in medicos substantiam suam, tamen a nullo fuerat curata. Quo exemplo non ideo medicinam esse contemnendam discimus, bene enim ipsa fecit: sed aegrotos aliquos Deus sibi reseruat, in quorum sanatione glorificetur tempore suo, &c. Sed iam historiam prosequamur. Dicit itaque euangelista. *Ab hac illo loquente venit quidam ad principem synagoga dicens ei. Quia mortua est filia tua, noli vexare illum.* Moram enim fecit Christus in via, vt interea puella obire. Vult Deus vt miserias & egestates nostras consideremus vt clarius cognoscamus beneficia, quae in nos conferunt. Dixit dominus Moysi. *Quid habes in manu tua? Respondit, virgam.* Quia? *Ita? Nesciebat Deus Moysen virgam tenere? Sciebat quidem. Cur igitur querit? vt ipse clare videat & aduertat quod clare virga*

Cant. 1.

Cant. 4. Psal. 113.

Act. 10.

Deut. 10. 2. Par. 19. Eph. 6. Colo. 3. 1. Pet. 1.

Ioh. 1.

Act. 3.

Esa. 56.

Exod. 3.

\* Dd 3 sit. At

fit. At præcepit vt illam eiceret, & versa est in colubram: & tunc aperte vidit miraculū. Si in nuptiis in Cana Galilææ expectauit donec omnino vinum deficeret. Nam quando virgo mater dixit, vinum non habent, adhuc vinum (vt ait Cyrillus) non defecerat. Quare idem fuerit ac si diceret. Vinum in omnem cœnam non suffecerat: erat enim adhuc plurimum cœnæ residuum: quare defectus vini, ne indecorus foret, petebat mater à filio carissimo, vt antequam penitus deficeret prouideret. Dominus tamen expectauit, vt omnino vinum deesset vt in euidenti defectu euidentius miraculum ostenderetur, quo gloria Dei amplior fieret. Eodem etiam modo permisit dominus Lazarum in sepultura vsque ad corruptionem delitescere: quo miraculū in eius suscitatione clarius effulgeret: & Dei potentia magis omnibus pateret. Ita etiam hic euenit. Nam Iairus proficiens, Christum vocaturus, puellam in vitimis non tamen mortuam relinquit: at de illa, quasi obiisset iam, loquebatur: dominus vero, cui omnia patient, optime sciebat ipsam adhuc non esse mortuam: qua de causa immorabatur in via, vt puella moreretur interea, vnde miraculum fieret maius, & patentius. Vult igitur Deus vt nos prius defectus nostros cognoscamus, vt ille nobis auxiliū præstet, quo nos liberati à criminibus eū postea laudemus, & glorificemus. Hac de causa interrogauit nonnullos quid vellent, sicut cæcum, cui dixit. Quid vis vt faciam tibi? vt eo modo defectus & miseriam suam cognoscetes, salutem adipisci mererentur. Humiliter enim omnes nos, cognoscentes miseriam, inopiam, & mortalitatem nostram, si volumus à Deo sanari & suscitari. Animaduertamus igitur delicta nostra & fragilitatem, vt sic mereamur à domino seruari & exaltari iuxta illud Petri. Humiliamini sub potēti manu Dei, vt vos exaltet in tempore tribulationis. Expēde etiam istius hominis stultitiam. Noli, inquit, vexare illum. Vexationem vocat orationem. Orabat Iairus Saluatorem, qui eius precibus exoratus illum sequebatur in domum suam, & iste orationē vocauit vexationem. Multi autem sunt isti similes, qui putant se dominum frequenter orantes vexare: quare parum, aut nihil orant. At Deus non fatigatur orationibus, sed peccatis. Vnde per Esaiā ait, seruire me fecisti in peccatis tuis, & tribuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. Vides, vt peccata vexent Christum, non orationes. Magis vexabat hic Christum infidelitate sua, quam Iairus sollicita petitione sua. Obserua etiam hunc dupliciter errare. Primum quia putabat Iesum non posse suscitare defunctum: & ideo dicebat Iairo ne adduceret Christum. Ac si diceret. Non opus est iam eius aduentus: nam adolefcentula mortua est, omnique profus caret remedio. Secūdo errabat, quia putabat more aliorum fatigari in eūdo, cum tamen voluntate sua hoc fieret, piaque dispensatione, vt veritatem humanitatis in se ostenderet, & suis fatigationibus & laboribus gratiam multiplicem nobis mereretur. *Iesus autē audito hoc verbo respondit: patri puellæ.* Non respondit nuntio illi incredulo, qui dixerat Iairo, ne vexaret Iesum: quoniam puella esset mortua. Nam incredulitas non meretur Christi alloquutionem. Hac de causa in die iudicij, non disceptabit Christus cum infidelibus, iuxta illud Diui Pauli. *Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt.* Hoc est, sine legis disceptatione, quemadmodum ipse Saluator mūdi ait. *Qui non credit iam iudicatus est:* quia non credit in nomine nigeniti filij Dei. Atque ideo respondet patri puellæ dicens. *Noli timere: crede tantum, & salua eris.* Ac si diceret. Ne desistas à fiducia tua & fide in me. Non enim refert quam male habeat filia tua, viuat ne, an mortua sit: fides nāque tua illam saluare potest: si credideris, videbis gloriam Dei. Eodem quoque modo in Israelitis fides probabatur. Hi lati ex Aegypto discedebant, sciebant ex miraculis quæ per Moysē fiebant, se clementem habere Deum. Verum ad mare cum venissent, & viderent à tergo imminentes Aegyptios, adeo debilitati sunt, & eorum fides imminuta, vt dixerint ad Moysē. *Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Aegypto?* Vtinam in Aegypto mortui essemus, &c. Eodem modo res nobiscum habet: Credimus enim cum prospere omnia succedunt: sed malis ingruentibus fides languescit, nonnunquam etiam penitus extinguitur, nisi verbo & gratia Dei conferuetur. Ne autem Iairi fides quæ hæmorrhoiis miraculo erat confirmata, audito filiam esse mortuam, languesceret, sicut accidit populo Israelitico, cui Moyses dixit. *Nolite timere, state & videte magna Dei, &c.* Voluit illum dominus his verbis corroborare. *Obserua autem quomodo Christus consolatur nunc Iairum verbis, quem antea consolatus fuerat exemplo.* Consolatus enim illum fuerat opere, scilicet, miraculo hæmorrhoiis & nūc verbis illum consolatur. Vnde Paulus ait. *Benedictus Deus pater misericordiarum & Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.* Et cum venisset domum, non permisit intrare secum quemquam nisi Petrum & Iacobum & Ioannem, & patrem, & matrem puellæ. Reiecta turba coram istis tantum miraculum facit. Primum quia voluit aequaliter esse occultum propter inuidiam Iudæorum, ne per hoc daretur eis maior occasio persequendi eum ante tempus. Ideo noluit coram omni multitudine tam magnum facere miraculum, ne Phariseorum inuidiam magis irritaret. Noluit tamen profus esse absconditum: ne omnino ignoraretur. De iure autem susceperant isti tres, quia in ore duorum, aut trium, stat omne verbum. Secundo hoc fecit, vt doceat nos ex operibus nostris gloriam hominum non querere: sed soli Deo velle placere. Et quanto opera nostra fuerint excellentiora, tanto magis fugienda est hominum multitudo. Tertio quia hoc miraculum faciebat ad consolationem particularis personæ. Miracula enim, quæ Christus faciebat, non propter bonum commune, sed ob consolationem alicuius personæ specialis: non publicè, & palam, sed occultè faciebat. Et hos tres Apostolos voluit esse testes, quia digniores, & sanctiores ceteris erant. Docemur hic primo vt ab inuidis bona nostra abscondamus: ne illis demus occasionem maioris inuidiæ. Sic Christus sepe fugit à Iudæa, & aliquando abscondebatur: sciens inimicos suos eius presentia deteriores fieri. Demus (iuxta Apostoli consilium) locum iræ. Sic Iacob fugit à facie fratris sui Esau: ne eius presentia scandalizaretur. Hoc idem fecit Moyses relinquens Aegyptum, &

abiens in terram Madian. Hoc etiā suos admonet Christus dicens. *Si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatem: fugite in aliam.* Quod adhuc paruulū fecisse commemorat euangelista Matthæus, cum fugit in Aegyptum, vt daret locum iræ & seuitiæ Herodis regis iniqui. Docemur secundo gloriam mundi fugere, & vanas hominum laudes non appetere: stultum est enim thesaurum tuum recondere vbi non valeas sumere cum volueris. Si ponis bona tua in ore meo, non in tua, sed in mea sunt potestate: cum vti que pro meo libito te possim vel laudare vel vituperare. Sanum vas & inconcussum est conscientia, & seruandis secretis idoneum: nullis patens insidiis: quod ibi repositus non perdis, sed seruabit viuo, & defuncto restituet. Quocumque vadis, tecum portas depositum tui: cū viuis adest, & in morte sequetur te gloria tua. Propter hanc Moyses & Aaron non ingressi sunt terram promissionis. Sancti occultabant bona opera sua, instar illorum, qui candulam incensam portantes, illam à vento operiunt, ne extinguantur. Quomodo facere debent illi, qui bona operafaciunt: ea enim sunt occultanda, ne ab aura gloriæ inanis rapiantur. Christus ergo, vt nos hanc doceret doctrinam, coram paucis hoc miraculū fecit, eosque admonuit secreto vt nemini diceret. Docemur tertio melioribus & dignioribus honorē, & munera publica deferre: quotiescunque (quod sepe accidit) iudicium aut electorum potestate functi fuerimus. Sic Christus hos tres Apostolos plusquam alios honorauit: quia digniores erant. Quanquam hac nostra tēpestate secus multo fit, indigni namque, ambitiosi, & impij, optimis viris sæpenumero in prælaturis & dignitatibus præferuntur, florentesque viuunt: at virtus vbi que iacet. Isti autem similes sunt Sichimitis, impius Abimelech in regem eligentibus: qui postea Sichem funditus eruens salem superfeminauit, dignum sanè facti incolas premium tribuens: at tandem miseriam interitū. Eo pacto qui immeritis euehunt, seipos destruunt, eosque, quibus honorem deserunt, simul. Nam omnes in infernum ruunt. Sequitur. *Flebant autem omnes, & plangebant illam.* Omnes qui erant in domo Iairi lamentabantur. Et in Martheo habetur, erant ibi tibi cines, vt mos erat Iudæorum in morte magni alicuius viri cantus, & modulos facientium, vt alios prouocarent ad fletum. Sic in secundo Paralipomenon habetur Ieremiam lamentatum esse super Iosiam: & duxerunt cantores & cantatrices, qui replicarent lamentationes: vnde quasi lex obtinuit in Israel. In huiusmodi autem lamentationibus solebant repetere præclara gesta defuncti, vt patet in Ezechiele, cui Dominus dixit. Et tu fili hominis assume lamentum super Pharaonē, &c. Hunc fletum cōpescuit Dominus: vnde subditur. *At ille dixit. Nolite facere non est mortua puella sed dormit.* Paulus Apostolus in epistola ad Thesalonicenses morte in somno comparat, inquiring. *Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut ceteri, qui spem non habent, &c.* Si enim credimus, quod Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & eos, qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Dic mihi o Paule Apostole sicine agis? Christum Dominum, qui vita omnium est, mortuum dicis: hominem au-

tem, qui nihil aliud est, quam quoddam simulachrum & exemplar mortis, dormientem vocas? Hoc tamen non sine mysterio à Paulo dictū putes. Christum mortuum vocat, hominem autem, dormientem. Nos enim ideo dormimus, quia dominus mortuus est, faciens, vt mors nostra in somnum verteretur, eis autem resurrectio obitum nostrum in requiem, & tranquillitatem conuertit. Si enim Iesus, inquit, mortuus est & resurrexit: ita & eos, &c. Quia Deus mortis se subiecit, mors nostra in somnum versa est: & quia Christus resurrexit, nos etiam resurgemus. Hoc autem eo dicitur quoniam moriē dominus adeo dulcem mortem reddidit, vt iam non mors, sed somnus & quies dici debeat. Antequam enim Saluator noīter moreretur, mirum erat, quā formidabilis omnibus, odiosa omnibus, neminique chara esset mors. At postquam Dominus passus est: iam non est, quæ fuerat. Illa enim semper horrida & formidolosa, quæritur ab adolescentulis & à pueris, qui se voluntario offerunt martyrio. Recte igitur dici potest morte Christi mortē nostram redditam esse suauem, & vinbram mortis tantummodo. Quis igitur vmbra fugiet? Quis ignem pictum formidabit? quis somnum timebit? Visa iam causa, quare mors nostra somnus dicatur, modo videre restat, quam habeat mors nostra cum somno similitudinem. Primum enim quoniam dormientes vocati expergiscuntur, mortui autem nequaquam, nec à sepulchris resurgunt: inde colligit peccatores verè esse mortuos licet inter nos viuant, mortuos autem qui in sepulchris sunt non esse mortuos, sed dormientes: quo pacto Christus hic hanc adolescentulam dormientem vocauit. Quemadmodum enim, si ex duobus iacentibus alterum facile excitares, alterum vero nullis vocibus, nullis motibus, aut ictibus posses excitare à somno: diceres quidem priorem somno fuisse oppressum, alterum vero mortuum esse: sic de peccatoribus & mortuis dicendum est: isti enim in iudicio vocati resurgent: illi vero si ad finem vsque vitæ non expergiscantur mortui in æternum permanebunt. Nam sepulti omnes in iudicio resurgent, & Deo vocanti respondebunt. Quoniam ipse Dominus in voce, & in voce archangeli, & in tuba Dei descendet de cælo, vnica namque voce vocati excitabuntur: neque expectabunt, vt secundo vocentur. At tu, qui mille modis à Deo vocatus, percussus multis laboribus, afflictus innumeris tribulationibus & aduersitatibus non respicisti, neque expectatus es à peccato: nonne multo magis mortuus dicendus es, quam illi, qui in sepulchris vsque ad diem iudicij dormiunt? Quod si prædicatorum vocibus te vocantibus non obtemperas: cur tamen non auscultas Dei admonitionibus quoties te laboribus & aduersitatibus vocat? Iob posteaquam vehementer percussus fuit, dixit. *Mannus Domini tetigit me.* Quis esset tam stupidus qui à lecto, in quo decumberet deiectus, fracto crure, aut capite nihil tamen quereretur, aut mutiret? Hæc autem omnia Deus in te expertus est. Nam te in principio multis vocatum vocibus, quoniā audire noluiisti, variis deinde calamitatibus affectis: quæ nihil eo magis profecerunt. Vnde restat te in vitis non secus esse omnibus captum sensibus, ac mortuum in sepulchris

Ioan. 2.

Ioan. 11.

Luc. 13.

1. Pet. 5.

Esai. 43.

Rom. 2.

Ioan. 3.

Ioan. 11.

Exod. 14.

2. Cor. 1.

Deut. 19.

Rom. 12.

Gene. 28.

Exod. 2.

Matth. 10.

Matth. 2.

Num. 20.

Iudi. 9.

2. Par. 35.

Ezech. 32.

2. The. 4.

1. Cor. 15.

1. The. 4.

Iob. 19.



**Apoc. 3.** Sepulchris suis iacent. Sic de quodam dixit deus in Apocalypsi Nomē habes, quod viuas, & mortuus es. Atque ideo in scriptura mors vocatur somnus, & peccatum mors: atque ad eo mortui dicuntur dormire, & peccatores vocantur mortui. In libris **3. Reg. 2.** Regum saepe dicitur: dormiuit hic, aut ille rex cū patribus suis. Hoc dicitur de Dauide, Salomone, **3. Reg. 14.** Roboam, Afa, Ezechia, Ioachim, Ioathā. Et Dominus dixit Dauidi. Cum dormieris cū patribus tuis. Et Esaias. Omnes reges gentium dormierunt. **4. Reg. 20.** Paulus quoque iterum ait. Ergo qui dormierunt in Christo. Verum peccatores mortui dicuntur. **2. par. 27.** Sic Paulus ad Romanos ait, si mortui sumus peccato, &c. Et ad Ephesios, cum essemus mortui delictis. Et idem ait ad Colossenses. Petrus quoque princeps Apostolorum. Vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Et Ioannes: Qui non diligit, manet in morte, &c. Et **deridebant eum. Sciens quod mortuus esset.** Vnusquisque verba, quæ audit pro spiritu suo interpretatur. Loquebatur Christus metaphoricè, vocans mortem iustorum quoniam ad quietem moriuntur: isti autem, vt bruti & carnales pro libidine suorum intellectuum illud interpretantur. Eodem modo loquutus est Christus cum Nicodemus de baptismo inquires. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. Ille vero homo rudis & carnalis, rudius & cortice tenuis dictum intelligens, dixit. Quomodo potest homo cum sit senex iterū nasci? Summus quippe labor est sapientibus coram rudibus verba facere, & dolosis hominibus: qui verba accipiunt non iuxta verum & genuinum sensum, sed pro sui crassi & deprauati intellectus captu. Omnes autē prædicatores huic incommodo subiecti sumus. Nā quamuis ea, quæ dixeris, optima honestissimaque sint, ab hominibus vitiosis & captiosis ita torquetur vt plurimam decoris, & honestatis partem videantur amittere, &c. ¶ Obseruandum hic est hanc derisionem magnam fidem fecisse huic miraculo: ex hoc enim apparere verè esse mortuam. Ex eo namque quod sciebat mortuam esse, ridebant dicente Christo illam dormire. ¶ Discamus hinc non agrè ferre si ab aliquibus irrideamur. Nam Christus patieret se habuit cum istis derisoribus, & nihil eis respondit: sed tacens transiit, & fecit, quod facturus venerat. Hoc faciamus si volumus esse Christi discipuli. Etenim qui se dicit in Christo manere: debet sicut ipse ambulauit, ambulare. Omnes enim, qui prè volūt viuere in Christo, necesse est, vt ab impijs vexentur & derideantur. **Pror. 14.** Proprium enim malorum est bonos irridere. Vnde in prouerbis habetur. Ambulans recto itinere, & timens Deum despicitur ab eo, qui infami graditur via. Eriterum. Abominantur impij eos, qui in recta via sunt. Sed hoc te non moueat: quia vituperium bonorū laus est, si ab impijs irrogetur: & diuerso, laus vituperium. Malis enim displicere, laudari est. Non enim potest censura aliquā habere auctoritatem vbi qui damnatus est, damnatur. Quapropter tam turpe videri debet laudari ab improbis, quam si ipsa turpia laudarentur. Ne igitur timeas irrideri ab eis, qui irrisione digni sunt: sicut nec huiusmodi horum verba curauit. Nā quando uali irridet bonos de bonis operibus, quæ agunt: idem est ac si carni videntes deriderent, quia vident, & claudicidentes, quia rectè incedunt.

Vnde ipsa irrisio, irridenda est. Quod si nemo sanæ mentis poterit non irridere claudum, qui bene incedentes deridat: optimo iure ridendi & despiciendi sunt isti delusores, non imitandi. Quod si dicat aliquis. Derisio malorum præualebit, quia sunt plures: respondetur, Deum & sanctos in adiutorium bonorum cōtra malos descensurū. Vnde psalmista ait. Qui habitat in cælis irridebit eos: & Dominus subsannabit eos. Nam non est vituperium solis, si noctua vel non aspiciat, vel despiciat illius lucem: neque est vituperium auri & argenti si iumenta ea non habeant in pretio: quibus nihil, nisi fœnum pretiosum videtur. Sic non est vituperium bonorum si ab improbis despiciantur: imo, ausim dicere, neminem adhuc esse felicem, qui à turba non irrideatur: cui, vt dixi, optima quæque despiciabilia, & abiecta videntur. ¶ Doce-mur secundo Christi exemplo non respondere derisoribus ne illos in maiorem insaniam prouocemus. Vnde Ezechias rex Iudeis præcepit, ne responderent Assyrijs qui irridebant Deum, & populum eius: ne in grauiores blasphemias prolaberentur. Quemadmodum enim aqua frigida in ollam feruore bullientem missa eius æstum comprimit: sic silentium est uentem blasphemorum & irrisorum hominum iracundiam, & malitiam intercludit. Ideo Ecclesiasticus consulit dicens. Non incendas carbones peccatoris. Quapropter psalmista ait. Cum consisteret aduersum me peccator obmutui, & humiliatus sum: & silui à bonis. Sed multi sunt, qui verbulo vno læsi sexcenta maledicta & conuicia iaciunt. Vt enim porticus Olympiæ artificio quodam uocem emissam septies reddebat: qua de causa heptaphonon vocabatur, eo quod non semel, vt Echo, sed septies acceptam uocem referret: sic plurimi vna affecti contumelia, septē respondent. ¶ Discamus tertio in bono incepto perseverare, nec ab illo propter derisores desistere. Nam simulac aliquis, studium suum cultui diuino applicat: statim à diabolo innumeris interpellatur modis. Sic Christo eunti, vt bonum opus, piūmq; perageret, conata est mædi nequitia obistere: ne facinus tam egregium perficeretur. Hæc enim: est vna de astutijs diaboli, bonum inceptum videlicet, in germine, & principio suffocare. Vnde per serpentem, religionem in paradiso incipientem, & quasi nascentem suffocauit. Quapropter in Ecclesiastico dicitur. Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia, & in timore: & præpara animam tuam ad tentationem. Sed tu persevera in bono incepto & procedens viam inchoatam prosequere: exemplo Christi Domini nostri qui nihil impeditus ineptis derisionibus, nõ cessauit, donec in locum peruenit, vbi adolescentula mortua iacebat. Vnde ait euangelista. Ipse autem tenuit manum eius clamauit dicens. Puella surge. Qui sola voluntate illam suscitauit, tenuit manum eius, vt satisfaceret desiderio patris: qui secundum Matthæum dixerat. Impone super eam manum & viuet. Clamauit autem, ad ostendendum magnitudinem potestatis: quia clamor vox vehemens est. Ita vt ostenderet per fortitudinē huius vocis animam cogi ad corpus remeare. Sic se habuit in Lazari suscitatione. Clamauit autem imperatio modo quasi potestatem habens, dicens. Puella surge: non fecit autem orationem aliquā sicut

sicut Helias, & Heliseus. Et in hoc mirabantur magis Iudei, sicut in doctrina: quia non predicabat sicut doctor & expositor legis, sed sicut legislator, & tanquam potestate n habens, vt inquit **Matth. 7.** Admirabantur turbæ super doctrinam eius: erat enim docens eos, sicut potestatem habens & non sicut scribæ eorum, & pharisæi. Hoc etiam modo suscitabat mortuos, & miracula operabatur tanquam Deus: potestatem diuinā ostendens illo modo imperatio, ad cuius nutū omnia subieciuntur: atque ideo sequitur. Et resurrexit. *est spiritus eius & surrexit continuo.* Non poterat namque aliter fieri iubente Christo: quare eo volente puella necessario erat resurrectura. Reuersus est autem spiritus eius ab occulto receptaculo suo ad corpus exanime Christo iubente, & Angelo sancto (vt creditur) ducete. Fuit enim anima illius puellæ in aliquo receptaculo, eo paruo tempore, quo fuit inter mortem & suscitationem. *Et iussit illi dare manducare.* Hoc fecit ne putaretur esse phantasma: sed per hæc signa ostenderet veritatem resurrectionis, sicut in resurrectione sua, qui comederat cum discipulis suis. Nam si ambularet, non constabat de vera resurrectione: quia poterat demon arripere illud corpus, & mouere illo motu progressiuo: non tamen poterat facere has operationes vitales, vt comedere, loqui, videre, audire: quoniam hoc nisi ab animali, fieri non potest. Et tamen si demon arripere corpus puellæ mortuæ, illud non ideo animalatum redderet: quia deus non potest formaliter vniri corpori, sed tantum, vt motor: & per consequens nec comedere possit, neque alias operationes vitales exercere. ¶ Obserua autem Christum non dedisse cibū puellæ: sed tantum iussisse ei dari propter duo. Primum ad tollendam suspensionem, ne forte puella putaretur non verè comedere: sed propinante Christo oculos in spectantium obtectari, quo vera cibi sumptio appareret, cum tamen præstigiosa, & falsa esset: parentibus autem id munus præstantibus omnis dubitatio sublata est. Secundo quia facere volebat ea, quæ nemo aliorū facere poterat, quæ autem per alios fieri potuerūt, facere noluit: alij namque poterant cibum & potum illi ministrare. Sed sequitur. Et susperuit parentes eius: quibus præcepit, ne alicui dicerēt, quod factum erat. Noluit, vt omnino ignoraretur puellam ab illo suscitam fuisse: quia miracula non faciebat, nisi ad ostensionem diuinæ virtutis, ideo nullum eorum voluit penitus latere. Sed voluit Christus, vt miraculum hoc aliquo modo ad tempus occultaretur, & postea manifestaretur. Fecit enim hoc miraculum, primo anno, quo cepit prædicare, vel in principio secundi: & restabant ei adhuc anni duo. Ideo noluit, vt hoc miraculum esset apertū, ne incitaretur pharisæorum malitia ad illum occidendum, quo eius opera & prædicatio intercluderentur: sicut factum est illo anno, quo morti traditus est. Nam tanta furor contra dominum inuidia, vt non auderet palam loqui aut ambulare. Ideo recessit à Iudæa in Galileam, & iterum in regionem circa desertum in ciuitatem Ephrem. Itaque noluit modo talia miracula palam edere, quibus irriterentur Magni operæ contra ipsum Iudei: quoniam ex Lazari suscitatione statuerunt Iudæi Christū morte muldare. Quo etiam nunc,

nisi Christus præcaueret, facerent. Qua de causa si in initio prædicationis suæ Christus Dominus mortuos publice suscitaret, occiderent eum antè tempus perfidi homines, nondum completis operibus, quæ ex prophetarum vaticinijs erant consummandæ: vel saltem exularet, aut lateret longo tempore, aut se miraculose defenderet, quorum quodlibet erat inconueniens. Ideo his de causis opera sua modo occultauit, postea vero publice mortuos suscitauit, sicut filium viduæ in Naim, & Lazarum: quos astante vniuerso populo suscitauit. Nunc autem Christus voluit vt suscitatio ista aliquanto tempore occulta maneret, vel saltem dubia redderetur: quod sufficienter factum est per modum istum occultationis, quem Christus seruauit. Sed quia noluit hanc suscitationem prorsus occultam esse, adhibuit quinque testes, qui opportuno tempore de hoc testimonium perhibere possent. Non autem tenebantur tacere, nisi quatenus Christus alium mortuū suscitaret publice. Quare cum suscitauit filium viduæ in ciuitate Naim liberati sunt hi testes ab obligatione tacendi: quoniam ille coram omni populo suscitatus est. ¶ Aduertendum hic est, quoniam Christus paulo ante Genesarem demoniacum voluit habere præconem miraculi facti, & diuinæ potentia: nam præcepit illi, vt miraculum euulgaret: at huic principi synagogæ iussit ne diceret; & illū noluit præconem habere, vt sic testaretur Deum humana prudentia aut sapientia parum vel potius nihil indigere. Ille demoniacus pauper homo erat, simplex, rudis, vilisquæ conditionis: Archi-synagogus, diues, prudens, peritus in lege, sapiens ac potens: at diuina sapientia illum despectum demoniacum elegit in suorum mirabilium prædicationem, huic autem in silentium indixit. Non enim in sapientia humana fundatur prædicatio euangelij, sed in diuina virtute: nec diuites, potentes, aut sapientes elegit Deus, sed Apostolos discipulosque homines piscatores & de media plebe, ac illiteratos. Ideo Paulus ait. Non multi potentes secundum carnem, non multi sapientes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non gloriaretur omnis caro in conspectu eius. Sunt multi arrogantes, & superbi theologij qui quoniam peritiores in prædicando, & docendo sibi videntur, existimant doctrinam suam omni omnino esse necessariam, nec posse aliter ad salutem viam patere. Verum isti proculdubio longe errant. Quamuis enim cōcionentur, legant, aut scribant ingentia librorum volumina: bene tamen sine illorum ope ecclesia poterit stare. Deus enim nullius indiget auxilio. Fuit enim Augustinus summus doctor huiusmodi ecclesie, non tamen illi vsque adeo necessarius, vt ab illo vniuersus respublica Christiana status penderet. Quamobrem, & si nunquam natus fuisset, non propterea esset aliqua ex parte imminuta religio catholica. Fuit etiam Paulus max. mus orbis prædicator, hic tamen tempore quo prædicationis summa erat necessitas, vincitū fuit duobus annis, & sic cessauit tunc illius doctrina. Ne igitur superbias, ne ve te magnificias credens omnes doctrina tua indigere: sine te enim optimè agemus: quod si ob-

Psal. 2.

Esai. 36.

Eccle. 8.

Psal. 38.

Genes. 3.

Eccle. 5.

Matth. 9.

Ioan. 11.

3. Reg. 17.

4. Reg. 4.

sicut

Luc. 7.

1. Cor. 1.

Act. 24.

si obieris. Deus alios producet, quin & de puluere terræ potēs est summos viros suscitare, quibus tu tertio die obliuioni tradaris. Ideo conclusit Apostolus in sacra auctoritate inquit, Vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Qui plura à Deo beneficia, quam alij, accepimus, maiori ad Dei cultum alijs, deuincti vinculo tenemur: quā obrem oportet sumus supra omnes humiles, pij, & timentes dominum: propè enim adest tempus, quo corpore vitæque exuti seuerissimā reddemus rationem, id est, donorum Dei, quæ accepimus rationem, & quomodo illis vsi fuerimus: quibus vtinam in damnationem nostram nō abutamur. ¶ Secundo discamus non reuelare proximorum nostrorum secreta defectus, ne ve eos in publicū efferre. Filius viduæ cum mortuus efferretur, ad portam ciuitatis positus fuit: vbi ab omni populo esse defunctus iudicabatur. Lazarus item publica solenni que pompa tumulatus fuerat. Iste igitur mortuus, quoniam constabat, non vetat Christus, ne manifestentur. Quoniam quotiescunque mors publica est: id est, quotiescunque proximus tuus ea licentia in peccando se habet, vt nemini non sit notum, ipsum esse vel vsurarium, vel concubinarium, aut alio quouis modo peccatorem: impune tu etiam de illius peccato loqui poteris. At verò peccatum occultum cur manifestabis? Cur mortem proximi secretam efferes? Cur inscienti & ignorantia occulta proximi tui vitia prodes? Sed multi sunt vanissimi homines, qui tāquam ciuitas sine muris, vas sine operculo, equus sine freno, nauis sine clauo, domus sine foribus: sic illi nihil pensi, nihil probitatis, aut prudētia habeat. Verum homines isti prodiit ores, & insidi, qui quæcunque sciunt, in publicū enuntiant, & cum iactura animarum suarum fratres infamant, ignominiaque afficiunt, stultissimi dicendi sunt, siquidem proximis non sine incommodo suo nocere volunt. De quibus ad literā ait Ecclesiasticus. Sagitta infixā femoricanis: sic verbum in corde stulti. Canis enim sagittam infixam femori suo habens non quiescit donec remoueat illā: ita nec stultus quiescere potest, donec maledictum, quod de proximo suo audiuit, alijs dicat. Præterea sicut canes non solum carnes comedunt, sed etiam ossa rodunt: sic isti non solum carnalibus hominibus detrahunt, verum etiam spiritualibus. Et præterea quemadmodum canes in macello morantes sanguinolenta habent labia, & sanguini insidiantur: sic isti sanguine proximorum madidi, in ore suo peccata aliorum portant. Vnde ad eos pertinet illud prouerbiorum. Insidiamur sanguini. Quoniā igitur obitus istius puellæ occultus erat, vnde mortem occultam resurrectione occulta fuerat con-

secuta: ideo Christus iubet, vt occultetur. Disce hinc peccatum proximi tui, ad poenitentiam conuersi celare. Quod si conuersus non est, poteris quidem illum secreto admonere, vt à peccato exeat: quod si parum promoueris, seruabis ordinem à Christo in euangelio traditum, quem nos exposuimus in capite decimo septimo huius. Verū si post peccatum vitā correxit quid opus est prelatum aut cuiquam dicere? Ita hæc mortua est & resurrexit intra domum suam quare præcepit Dominus, ne manifestetur, &c. ¶ Tertio discamus omnem prorsus arrogantiam & inanem gloriā contemnere, ne velimus bona opera nostra omnibus esse nota, ab omnibusque laudari. Imo potius ea Deo referuamus: qui cum ea optimè omnium nouerit, ea poterit laude & præmio digno afficere. Vt hoc igitur doceret Christus, præcepit miraculum tacere: quod idem in leproso fecit, quem curauerat. Dixit etiam præcipiendo, vt nulli diceret miraculum, sicut in quinto capite huius iam vidimus & enarrauimus quomodo fingenda sit arrogantia & vana gloria: & omnia opera nostra propter Deum facienda. ¶ Denique docemur & quarto Deum non esse personarum acceptatorem, sed æquissimum adiutorem omnium tam pauperum, quam diuitum, Iudæorum & Gentium: si modo crederint. Vnde Petrus dixit. In veritate comperi, quia Deus personarum acceptor non est: sed in omni gente qui, &c. Aequa enim benignitate accepit Christus mulierem pauperulam, & venit in magnificas Iairi principis synagogæ ædes. Eodem etiam pacto nos pauperes vel diuites æqua benignitate, & misericordia excipiet: si humili & contrito corde ad ipsum venerimus. Festinemus igitur ad Christum Dominum, omnes, quotquot in aliqua calamitate & angustia sumus. ¶ Docet præterea hæc historia Christianorum mortem, non esse nisi somnum quendam. Ideo Ioannes audiuit vocem de cælo dicentem sibi: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. A modo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. ¶ Demum docet quantum profectum faciemus, quātumque commodum accipiemus, si ad eucharistiam, vt decet, accesserimus: quando quidem hæc mulier ad tactum tantummodo vestimentorum Christi, sic sanata est. Sed iam nunc finem faciamus huic capiti, tempus exigit. Quam obrem ad subsequens capitis explanationem accedamus Christo Iesu domino nostro auxilium suum præstante: qui benedictus in secula viuit & regnat cum Deo patre & Spiritu sancto in gloria sempiterna: ad quam nos omnes miserimos peccatores post hoc exilium perducere dignetur. Amen.

## CAPVT IX.



INTER Dei magnalia obseruatione & consideratione dignum esse existimo modū & ordinem quo Deus salutem nostram operatus est. Poterat enim Deus, qui omnia ex nihilo creauit vtens sua omnipotentia totum mundum ad se conuocare sine adminiculo Apostolorum: neque hominū aliquorū: sed sicut in cælestibus per An-

gelos multa operatur, ita in terra elegit Apostolos, prophetas, & doctores, per quos populū erudiret. In hoc certe suā benignitatē ostendit, qui tā dulciter & benigne homines allicit: suamque sapientiā declarauit qui totū mundū per discipulos simplices & pauperes edocuit. Iam in capite sexto huius euāgelij vidimus quomodo Christus dominus ex multitudine suorū discipulorū segregauit duodecim,

duodecim, quos Apostolos nominauit: nunc autem eos honorat mittens illos ad prædicandum & tradens potestatem vt miracula facerent, ideoque sequitur in contextu. *Conuocatis autem Iesus duodecim Apostolis dedit illis virtutem & potestatem super omnia demonia: & ut languores curarent.* Ostenditur hic deitatis Christi excellentia, quia non solum ipse facit miracula, sed discipulis concessit hanc auctoritatem: quæ tanta est vt facile superet omnem naturam. Si enim super terram non est potestas quæ demonibus comparatur: planum fit vt Christus dans potestatem super spiritus, det & super omnem terram. Habent ergo Apostoli potestatem super cælos, elementa, & super omnem carnem, quantum necesse est ad negotium euāgelij: quod ipsa experientia monstrauit. Hæc autem potestas non fuit absoluta in Apostolis vt possint quidquid vellent super demones, sed solum vt possint eos à corporibus eicere vt in Mattheo dicitur. Dedit eis potestatem spirituum immundorum: vt eicerent eos. Non enim poterant quidquid vellent super eos, scilicet, claudere eos in abyssum, vel tollere potestatem tentandi homines: imo nec facere quod ipsimet Apostoli non tentarentur: nam Iudam (cui etiam data est hæc potestas) tentauit Sathanas, & post buccellam introiuit in illum: & Petrum etiam valde tentauit, & omnibus illis dixit Christus. Ecce Sathanas expetit vos vt cribaret velut triticum, &c. ¶ Aduertendum quod ista potestas non fuit in Apostolis aliqua qualitas siue virtus actiua existens per quam possent aliquid facere quod prius non poterant: quia potestas faciendi miracula est infinita, ideo homini non potest dari ita quod efficiatur aliquid ipsius hominis, sicut potentia visiva est aliquid hominis: nam tunc homo efficietur Deus quod est impossibile. Præterea si talis potestas esset vere in Apostolis, possent quandoque vellent, miracula facere: sed non poterant, quia post collationem istius potestatis oblatu est eis demoniacus & non potuerunt eum sanare vt infra videbimus in hoc capite & Mattheo & Marcus enarrant. Non ergo erat ista potestas vere aliquid in Apostolis sicut character est in sacerdote, qui quantumcunque impius sit, consecrat si vult. Sed ista potestas vere in Deo erat qui faciebat miracula, sed concessit illam Apostolis taliter quod quandoque ipsi inuocarent nomen Christi ad operationem alicuius miraculi. Itaque illud fieret si peterent eum sine fide, alias non: sicut demoniaci illo non præstiterunt sanitate (vt Christus eis dixit) propter suam incredulitatem. Hanc potestatem tantum dedit Apostolis & non alijs: & licet Christus concesserit alijs qui fidē habuerit vt habetur infra & in Mattheo quia omnis qui habuerit fidem sine hesitatione miracula faciet: hanc fidem nunc dedit Apostolis, & illam conferendo insinuabatur conferre eis potestatem faciendi miracula. Cæteris vero non dedit hanc potestatem, quia non contulit eis istam fidem. Ideoque non erat alia potestas data Apostolis vt miracula ederent, quæ esset in eis aliqua potentia actiua: sed solum ista fides, per quam volentes poterant ea facere. Aliquando autem deficiente in eis fide, defecerunt & miracula. ¶ Rursus obseruandum quod virtutem di-

cit & potestatem dedisse, quia discrimen est inter virtutem & potestatem. Virtus enim est in miraculis faciendis, & potestas in demonibus eiciendis: propterea dicit quod misit illos vt demones expellerent & languores curarent, quia ad vtrumque faciendum dedit eis potestatem plenariā. Fieri quidem solet vt nonnulli huius mundi principes famulos ad itinerandum mittant nec præbent illis necessaria ad viam perficiendam: vtuntur enim eis veluti mancipijs & abiectis seruis. Similiter & reges erigunt ho mines ad suprema officia & dignitates: nec tamen eis concedunt nec præstare possunt virtutē nec merita quibus cum dignitatem, ad quam assuntur, exerceant. Non sic Deus non sic, imo Apostolis suis ad culmen Apostolatus vocatis, virtutem & potestatem ad demones eiciendos languoresque curandos plenissime concessit. Differunt vero languor & infirmitas: nam languor morbus inueteratus est, atque difficilis ad curandum, infirmitas vero pro quocunque assumitur morbo. Vt ergo insinueret quod morbos periculo mortis proximis & vicinis possint curare & inueteratos, explicuit languores. Vide etiam quod sapientissime dedit eis potestatem faciendi miracula, vt per ea fides persuaderetur hominibus: licet enim homines ducti ab Spiritu sancto & illuminati lumine fidei credant, nihilominus ad stabilitatem credendorum necesse fuit miracula edere: non enim moueretur homo ad credendum nisi miraculorum testimonio adductus. Præterea, in hac donatione Apostolis facta vehementer humiliata est altitudo diabolice superbæ, dum hominibus literis destitutis atque simplicibus piscatoribus & egenis super omnia dæmonia est potestas distributa. Sic enim decuit superbiam demoniorum opprimi & deiici: & iuste luunt poenas: quia factum est vt illi qui maiestati immensæ assimilari intendebant, pauperibus piscatoribus subiicerentur. Principes & huius mundi reges cum ministros vel dilectos ad aliquod munus vel honorem promouendos decernunt solent quidem erga illos quibus præficere decreuerunt quam plurimum honorare & auxilium præstare: & hoc sane vt erga subditos talia videntes magno precio habeantur, ipsique illos reuerentur. Sic Dominus volens instituire Iosue in principem dixit Moyse. Tolle Iosue filium Nun, & pone manum tuam ipsi super eum: qui stabit corā Eleazaro sacerdote & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis vidētibus & pater in gloria tuæ vt audiat eum omnis synagoga filiorum Israel. Sic etiam & pater æternus cum Christum doctorem cælestem in orbem misit, qualiter eum commendat, audi. Hic (inquit) est filius meus dilectus, ipsum audite. Similiter Christus cum Apostolos ad prædicandum mittit honorat eos: dans eis hanc potestatem. Docet locus iste homines non ex meritis sed ex vocatione diuina eligi. Ita in Genesi dicit Deus de Esau & Iacob. Maior seruiet minori. De his egregie disserit Paulus ad Romanos. Esaias etiam. Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Sic Apostolos elegit à mundi initio, vt idoneos faceret ministros noui testamenti, & Apostolatus honore decoraret. Verum vt scias

Mat. 14.

Mat. 10.

Luc. 22.

Apoc. 14.

Mat. 17.

Mar. 3.

Mat. 21.

Luc. 17.

Num. 27.

Matt. 17.

Genes. 25.

Rom. 9.

Esai. 49.

2. Cor. 3.

vt scias

vt scias ad quid dederit eis hanc potestatem, audi euangelistam. Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. Perpende hic verbum misit, alias enim absque electione & potestate non licebat, nec licet modo nisi mittantur. Vnde Esaias dixit Deo. Ecce ego, mitte me. Cuidixit Dominus. Vade & dic populo huic, &c. Ideo Paulus. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Et de his qui inunus prædicationis ambiunt, & se in illud intromittunt, ait Dominus. Ipsi currebant, & ego non mittebam eos: non loquebar ad eos & ipsi prophetabant. Tales quidem Apostoli non erant: atque ideo Apostoli appellati sunt, quod idem est quod missus: missi enim sunt ad prædicandum. Vnde Paulus. Non misit me Dominus baptizare, sed euangelizare. Tu ergo non more pseudo prophetarum sed Apostolorum nõ te ingeras officio prædicationis nisi vocatus. Præterea missi nõ sunt Apostoli ad prædicandum parua, imo potius magna, hoc est regnum Dei: quod est diuina gratia, vera doctrina, & æterna gloria: non terrena promittens sed cælestia. Moyses quidẽ atque propheta non promittebant regnum cælorum: licet sancti veteris legis meruerunt illud & leges Moysi obseruantibus datum est post Christi mortẽ. Age iam concionator verbi Dei, prædica regnum Dei & de ipso doce: non vero placida, nec auditoribus delectabilia: quibus ad risum moueas populum. Munus quippe euangelici prædicatoris est vera prædicare & non mendacia & ad planctum audientes mouere, non autem ad risum. Lege Hieronymum ad Nepotianum scribentem. Discant etiam nostri temporis episcopi qui successores sunt Apostolorum in verbum Dei prædicare, iuxta normam sacri concilij Tridentini expressè illis præcipientis vt prædicent per seipos: ideoque Paulus præcipit vt eligantur episcopi qui sint idonei ad docendũ, siquidem proprium munus eorum est docere. Apostoli quidem vt instarent verbo Dei elegerunt septem diaconos qui ministrarent in opere externo. Sed prohi dolor quam peruersè se nunc res habet: episcopi enim ipsi occupantur in exterioribus & negotijs secularibus, & munus episcopale quod est proprium ipsorum exercetur ab his qui non tantæ sunt dignitatis quales sunt monachi ac egeni clerici. Quare rogo expoliavit David Saulem scypho & hasta, nisi quia ille dormiebat? Similiter quia prælati dormiunt & ociantur surriperunt monachi prædicationis munus, quod proprium episcoporum est: & in ipsi vigilantibus remanet. Sed de his alias. ¶ Secundo dicitur hic Apostoli non solum vt munus prædicationis exercent, sed etiam vt miracula edant & ad languores curãdos. In confirmationem veritatis quã prædicabant miracula faciebãt, atque ideo doctrina Apostolorum infallibilem veritatem in se cõtinebat: quia cum solus Deus author sit miraculorum, primaque veritas cui non possit subesse falsum, impossibile erat mentiri in doctrina quã Deus tantis miraculis approbat. Igitur vt mundus eis adhereret fidem, miracula operabatur, que nunc superuacaneum esset illa edere quia iã creditur his quæ de Christo prædicantur: & si talia miracula fierent, potius infirmarent fidem quam adiuuarent. Perinde ac si quis habet in iudicio aliquid sufficienter notum & probatũ si rursus vel-

let illud probare, per hoc redderetur negotiũ dubium ac si probatione indigeret. Similiter in nostro casu si nunc per miracula rursus fides probaretur, esset ostendere quod adhuc de ea non constabat, essetque tollere ei suam dignitatem, satisque periculosum esset. Nec desunt modo miracula & si inuisibilia quæ a cõcionatoribus diuino affluente numine fiunt: idque sanando ægrotudines animarũ & infirmos curando ab spiritualibus infirmitatibus. Sed vltius procedamus. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via: neque virgam, neque peram, neque pecuniam neque duas tunicas habetis. Prohibet hic dominus presidium temporale: docens cõcionatorẽ soli Deo debere innitẽ, iuxta illud. Omnem sollicitudinem vestram proicietes in eum, quonia ipsi cura est de vobis. Et psalmographus. Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. Aduerte quod in hoc non prohibet studiosam prouidentiam, sed curiosam & superstitiam sollicitudinem. Sic & alibi dominus ait. Nolite solliciti esse animarũ vestrarũ quid manducetis, neque corpori vestro, &c. Et iterum. Nolite solliciti esse in crastinum: crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua. Sollicitudo enim superflua temporalium & cupiditas eorum maxime impedit veritatem prædicationis: nam qui talia quærunt sequuntur viam Balaam qui mercedem iniquitatis amauit, vt ait Petrus. Non autem sic Paulus qui Thesalonicensibus scribens ab Athenis ait. Non fuimus in sermone adulationis sicut scitis, neque in occasione auaritiarũ, Deus testis est. Sciebat enim quod ex hoc iram Dei prouocabat, sicut dicitur. Principes eius in muneribus iudicabant & sacerdotes eius in mercede docebant: & propheta eius in pecunia domiãbatur. Ideo subditur. Sion quasi ager arabitur, &c. Christus Dominus vehementer paupertatem amauit & relinquens in hoc saculo suos vicarios voluit etiam paupertatis amatores eos esse: quo circa aurum, argentum, & as illis prohibuit. Placuit Christo Saluatori ecclesiam suam supra firmam petram fundare & non supra terram: quam obrem discipulos pauperes & alienos longe a curis rerum temporalium esse voluit: modicum enim pulueris aut palee cessare facit oculum ab officio suo, ideoque placuit vt pauperes essent, quia paupertas expedita est, nullisque curis implicata. Et si cætera corporis membra ad alia officia conueniant, oculus tamen vnicum habet officium: & contactum terræ maxime timet. Eodem modo ecclesiæ oculus contemplationi legis diuinæ intendere debuit: ob idque a terrenis istis maxime separari. At nũc in multis ecclesiasticis viris magis occupata est ecclesia, in temporalibus, quã olim synagoga: nã plures ecclesiæ ministri potius Moysi discipuli esse eligant, quam Christi: quia temporalia quærunt: quæ Moyses promissit. Sed vere Christi discipuli illi censendi sunt qui spiritualia appetunt, terrenaque despiciunt. ¶ In eo autem quod dicit neque duas tunicas habeatis, superfluitatem prohibet, non necessarium vestimentum: nam Christus duplicem habuit vestem: quia præter tunicã inconfutibilem super quam missa est fors, habuit alia vestimenta quæ fuerunt diuisa. Sic diuus Hieronymus ad Hedibiam ait quod quicquid corpori nostro sufficere potest & humanæ succurrere imbecil-

1. Pet. 5.  
Psal. 54.  
Matth. 6.  
Num. 22.  
2. Pet. 2.  
2. Thes. 2.  
Mich. 3.  
Ioan. 19.  
Hier. 9. t.  
ad Heli.

Esa. 6.  
Rom. 10.  
Iere. 23.  
1. Cor. 1.  
Con. Tri. sess. 5.  
1. Tim. 3.  
Act. 6.  
1. Reg. 26.

imbecillitati, hoc vnica appellanda est tunica & quicquid in præsentibus alimentis necessariũ est, hoc vnicus diei victus appellatur. Ita necessariũ iuxta imbecillitatem vniscuiusque vocatur vnũ superfluum vero duplex: nam si de vnica tantum tunica intelligendum esset, quomodo Petrus cõtra dominũ iussim fecit duas tunicas habens tum zonam tum etiam calciamenta? Et Paulus etiam ait Timotheo. Penulam quam reliqui Troade apud Carpum veniens affer. Ecce penulam vnã habebat extra se, & alterã portabat. Et ideo illud quod Ioannes dixit qui habet duas tunicas, det vnã nam non habenti, quod superfluum erogaret pauperibus intellexit: ac si cum Christo diceret. Quod superest date pauperibus: Sed ad sequentia. Et in quacumque domum intraueritis, ibi manete: & in de ne exeat. Quasi dicat. Cõtenti estote illo hospitio: & propter melius inquirendum ne exeat ab illo: nam sicut in Ecclesia sic habetur, vita nequam hospitandi de domo in domum. Mutatio enim hospitij denotat impatiẽciam in eo qui modica existente causa mouetur & non potest quietere, iuxta illud. Hæc dicit dominus populo huic: qui dilexit mouere pedes suos & non quieuit, & domino non placuit. Alienum enim a concionatore domos cursitare: & immobilis hospitis iura violare. Prohibet itaque hic dominus discursum leuitatis, & inanem loci mutationẽ: stultus nanque (vt sapiens ait) vt luna mutatur Aduertendũ autem quod hoc non de quacunque domo esse intelligendum existimo, sed de honesta domo: nam in Mattheo dicitur. In quacumque ciuitatem intraueritis interrogate quis in ea dignus sit, scilicet non ingressũ, velidelicet vt sit laudabilis famæ & probatæ vitæ, ne ex hospitis vestri corruptis moribus vita vestra infamie macula notetur & alij in vobis scandalum passi, vestram paruipendant doctrinam. Et quicunque non receperit vos exentes de ciuitate illa etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Flagitium est pauperes virtuti deditos quales Apostoli & Christi discipuli erant, hospitio non excipere: quã obrem eos derelinquere præcipit Christus. Vnde dominus per Moysen populum suum allocutus est. Recedite a tabernaculis hominum impiorum & nolite tangere que ad eos pertinent: ne inuoluamini in peccatis eorum. Esaias quoque. Recedite (inquit) & exite, & pollutum nolite tangere. Non autem solum recedere, sed excutere puluerem pedum præcipit Christus in testimonium quod nolebant recipere neque audire, ob idque (iuxta Saluatoris sententiam) tolerabilius erit terræ Sodomorum quã illis. Secundo illud fiebat ad significandum quod nihil commune cum illa vrbe habere volebant: & per hoc terrorem damnationis habitatoribus incuterent: vnde nec puluerem (que res minima erat) adhuc secum a tali gente & populo deducere noluerant. Hoc etiam fecisse Paulum & Barnabam scriptura commemorat: qui excusso puluere recesserunt. Apostoli vero nõ portabant calciamenta sed clausa vt nostra, sed tantũ soles, vt videre est in Marci euangelio: quapropter tollentes soles de pedibus collidebãt eas ad inuicem super ciuitatem. Faciebant hoc primo in platea vt omnibus constaret id quod fiebat: & quia exeuntibus illis extra vrbe vsque puluis etiã

adhærebat, excutiebant iterum extra vrbem, vt nihil de ciuitate illa exportarent. Egressi autem circuibant per castella euangelizantes & curantes vbi-que. Per castella dicit ad ostendendum loca & si exigua sint non ideo propter habitantium penuriam negligenda, imo visitanda & docenda cum valde vtile sit & Deo pergratum, & vnũ tantũ conuerti. Non sic nostri temporis concionatores quem multi, qui magnas ciuitates quærunt, & circumunt aulas regum & magnatum & principum domos: vt nomen & famã possint adipisci & gloriam mundi ambiunt: vitam agentes vbi vini generosi, volatillum, atque deliciarum est abundantiã: nihil de animarum salute curantes. Præterea multa inuenies oppida & castella ab agricolis & pauperibus habitata (non loquor apud Indos nec oras remotas, sed de nostra Hispania quæ tot ditissimos episcopos alit, theologos, & viros litteratos) vbi iam per lapsum triginta & quadraginta annorum nec isti nec ipsi verbum Dei docuerunt, nec illi ab ipsis audierunt, neque episcopi ad talia loca deuenerunt: eo quod non delitiosa sed arida sint. Nonne Christus pro istis pauperibus & humilibus sanguinem sudit & mori dignatus est, sicut & pro animabus regum & principum? &c. ¶ Secundo dicitur hic quod curabant vbi que locorum corpora languida sine personarũ acceptione: Ioannes etiã testatur quod baptizabant. Disce ex hoc loco nõ superbire nec extolli pro vilo gratiarum genere aut doctrina: Iudas nanque prædicabat, baptizabat, dæmonia eiciebat & plura signa fecit, nihilominus a tanto honoris culmine deiectus est, & ad inferos damnatus descendit. Sed de his alibi nonnulla diximus. *Audiuit autem Herodes rex: archa omnia que fiebant ab eo, & hæsitabat, eo quod diceretur a quibusdam quia Ioannes surrexit a mortuis: a quibusdam vero quia Helias apparuit, ab aliis autem quia propheta vnus de antiquis surrexit.* Audiuit quidem Herodes miracula quæ Christus per se & per suos discipulos operabatur, quia fama Christi vndique diffundebatur: nam vt Mattheus ait, abiit opinio eius in totã Syriã & obtulerunt ei omnes male habentes variisque languoribus oppressos. Cum audisset (dicit hic Lucas) quod hæsitabat: sed Matheus & Marcus dicit quod affirmauit esse Ioannem. Sed nulla est contradictio: nam Herodes primo hæsitauit propter rumorũ varietates, sed postea credidit Ieum esse Ioannem, sicut & alij quidã propter vitæ sanctitatem & famæ eminentiam, & quia per Apostolos baptizabat. Nec dixerunt quod Helias surrexit, sed quod apparuit, quasi de paradiso reuerfus: quia sciebant illũ non esse mortuum sed transfatum. Hi ergo putabant Christum esse Heliam propter miraculorum potentiam & iustitiarũ zelum. ¶ Aduertendum quod hæc quæ Lucas hic narrat facta fuerunt in vltimo anno prædicationis domini: non enim ab initio audiuit Herodes de Christo, quia principes & magnates tarde audiunt, tardique sunt ad addiscendum. Prius quidem prædicator totam replet plebem sua doctrina quam ad aures principum perueniat vox eius: hi enim parum curant de concione & verbis Dei auditione. Si tamen ad hoc mouentur raro id quidem, ad sum num in aduentu & quadagesima: & hoc non ex voluntate & amore audiendi, imo

Matth. 4.  
Matth. 14.  
Mar. 6.  
Matth. 4.  
Matth. 14.  
Mar. 6.

\* E c potius



potius ex verecundia vulgi & cæterorū, ne ab ip-  
 sis prauī & iniqui reputetur. Itaque minor istorū  
 cura & sollicitudo est de audiendis concionibus, &  
 sic sero venit ad suas aures. Et aliud malū occurrit  
 in hoc: nam cū ex concionatoribus nōnulli ad il-  
 lorum honores & amicitiam respiciat de hoc mi-  
 nime obiurgant: imo vero placencia eis dicere in-  
 tendunt, & sic nunquā corriguntur. Celebrē illā  
 Ninuena iā Ionas prædicatione repleuerat, ante-  
 quam ad aures regis ciuitatis illius verbū Dei per-  
 ueniret. Non sic de caducis rebus & pulchritudine  
 vana. Nondū enim Sarra ingressa fuerat Aegyp-  
 tum, cum iā eius pulchritudo laudatur apud regē  
 Pharaonē. Similiter fuit laudata corā Abimelech  
 rege Geraris. Ministri enim & serui principū iux-  
 ta ipsorū appetitū loquuntur & laudant id quod  
 illi amat. Vnde citius inquirūt vbi habitat pulchra  
 femina, vt principi enarrent, quam vbi prædicet  
 vtilis concionator, &c. *Et ait Herodes. Ioannem ego  
 decollauī, quis autem est iste de quo ego talia audio.*  
 Quamuis multi multa dicerent de Christo: Hero-  
 di tamen magis vera vīa est sententia eorum qui  
 dixerunt Ioannē surrexisse à mortuis, & sic affir-  
 matiuē asserunt. *Quē ego decollauī, Ioannes ipse  
 est, surrexit à mortuis & virtutes operatur in illo.*  
 Dubitationem Herodis solus Lucas refert, sed sen-  
 tētiā eius alij duo scilicet Matthæus & Marcus:  
 vt sæpe solet vnus euāgelista supplere quod alius  
 prætermittit. Hoc autem credidit quia Herodes &  
 Iudæi putabant sanctos post suam resurrectionē  
 maioris esse potestatis quā fuerant viuētes: & ideo  
 licet Ioannes viuens miracula nō fecisset, poterat  
 illa edere post resurrectionem. Et in hoc non erra-  
 bāt: quia multo fortiores & pulchriores erūt san-  
 cti susceptis dotibus gloriæ tam animæ quam cor-  
 poris, quam hic fuerant. Laus tamen Christo erat  
 maxima eo quod credidit Herodes quod nullus  
 viuentium ea facere poterat quæ Christus fecit: sed  
 oportebat à mortuis aliquē eximia sanctitate pol-  
 lentem surgere. *Quare tres euāgelistæ hoc literis  
 mādauere veluti altissimum Christi testimoniū:  
 quod facere nō consueuerunt, nisi in his quæ val-  
 de necessaria esse intellexerunt ad ostensionem ge-  
 storum Christi. Credidit etiam Herodes Ioannem  
 præstantiorē cæteris esse: ideoque auditō eo multa  
 faciebat, vt videre est in Marci euangelio. Præterea  
 dicēs Ioannē ego decollauī, culpam propriā fate-  
 tur nō ad poenitentiæ humilitatē, sed in damnatio-  
 nis suæ testimoniū: ita vt ei dici possit quod olim  
 Dauidem dixisse Amalechitæ scriptura cōmemo-  
 rat. Os tuum locutum est aduersum te, dicēs. Ego  
 interfeci Christum domini. Illaqueatus est enim  
 Herodes verbis oris sui: & ex eis iudicabitur. Vide  
 etiam quā prepotēta sint impiorum iudicia. De  
 Ioanne enim qui nullis claruerat miraculis credit  
 Herodes reuixisse: & Iesum qui tot miraculis ostē-  
 dit virtutē suam, pertinacissime negant surrexisse,  
 & Apostolis nec custodiibus sepulchri fidem adhi-  
 bere voluerunt. Sed procedamus. *Et querebat vi-  
 dere eum.* Si quæsisset sicut Zachæus videre illum,  
 profecto vidisset, sed iste non quærebat videre illū,  
 vt cōuersus bonus fieret, sed vt suæ satisfaceret curi-  
 ositati: obidque non meruit videre eū, & Chri-  
 stus non fecit illi sui copiam. Vnde in Prouerbiis  
 habetur. *Querit derisor sapientiam, & nō inuenit.*  
 Perpende quomodo quærendus sit Iesus vt illum*

possis inuenire: nempe non ex curiositate & va-  
 nitate, sed dilectione & amore. Sic quæsiuit illum  
 sponsa in canticis, & inuenit. Et dominus. *Quere-  
 tis me (inquit) & nō inuenietis: cum quæsieris me  
 in toto, &c. Verum, si iste Herodes tātopere Chri-  
 stum videre cupiebat, cur non videbat? Quis pro-  
 hibebat? In Galilæa tunc tēporis dominus ambu-  
 labat: minimo ergo labore & facillimo negotio po-  
 terat illum quætere & videre: ac licet illum videre  
 cupiat non videt, eius ignauia in causa existente.*  
*Querit videre Christum nec tamen vult facere  
 gradum, nec se mouere vt illum videat: quod face-  
 re possēt si vel modicum vellet laboris sustinere.*  
 Plures huic simillimos inuenies qui Deum videre  
 volunt ipsoque frui: nec tamē in eius gratiā quid-  
 quam ferre ac pati volunt. Filij Israhel libenter ar-  
 ripuerunt iter profecturi in terrā promissionis vt  
 illam possiderent, sed cœpit tēdere populū itineris  
 & laboris, ideoque renuebant. Multi eodē modo  
 volunt Christū videre: veruntamē laborē propter  
 Christum subire nolunt, quemadmodū Herodes,  
 cum tamē videant quod amici Dei nō nisi magnis  
 laboribus & tribulationibus beatitudinē sint adēp-  
 ti. *Et reuersi Apostoli narrauerunt illi quæcumque  
 fecerunt.* Fidelitas illorum apparet, quippe qui ad  
 diuinum cōfortium sicut columba Noe redierūt, t  
 ipsi enim veluti colūbæ simplicitate præditi erāt.  
 Ostenditur etiam eorū fidelitas, quia nihil Chri-  
 stum Dominum latere voluerunt: sed narrauerūt  
 omnia que gesserant, non vt eum edicerent, cuius  
 oculis omnia nuda & aperta fatetur scriptura: sed  
 vt insinuarent se etiam nolle latere, si abscondi  
 possent. Narrauerunt etiā quia de rebus probe ge-  
 stis proprium commodum non quærebant: sed  
 omnia in Deum referunt, iuxta illud Apostoli  
 Omnia in gloriam Dei facite, sine offensione. *Se-  
 quitur in cōtextu. Et assumptis illis recessit foris  
 in locum desertum qui est Bethsaida.* In desertum in-  
 quit noster euāgelista quod recessit dominus, tra-  
 dens in hoc Apostolis & eorū in eodem munere  
 successores, exemplum quia cum munus illud  
 versandum erat inter homines, in qua cōsuetudi-  
 ne non potest non aliquantū distrahi prædicatorū  
 animus: idcirco oportet vt verbi Dei prædicato-  
 res secedant interdū & ad solitudinē tendant: vbi  
 Deum alloquentes ab eo accipiant quod rursus  
 aliis impartiantur. Verū si ij qui semper in spiri-  
 tualibus occupantur opus habent recessu ac soli-  
 tudine: quanto potiori iure illis est necessariū qui  
 tota die terrenis negotiationibus & huius vitæ cu-  
 ris occupantur? Agricolarū enim nō lingulis annis  
 perpetuo opere agros fatigant, vt quotannis fru-  
 ctum ferant: sed cessare eos faciūt vt ex illo inter-  
 uallo & requie fecundiores & copiosiores reddāt  
 fructus. Sic & nos si terrenis occupationibus in-  
 terdum pepercerimus, multo scilicet nobiscum  
 agetur, etiam circa ea quæ ad agentem vitā perti-  
 nent. Præterea non sunt hic ciuitates & oppida nō  
 delitiæ, &c. Hunc locū elegit Dominus vbi pascat  
 suos. Tale enim Domini ingenij est, vt præsto sit  
 vbi minus remedij speratur. Ex eo quidē patet, nā  
 Iudæos in deserto manna caelesti cibauit. Dauidi  
 apparuit in terra deserta & inaquosa: & Helias  
 pascitur à conuis in deserto. Ex his quidem dedu-  
 ci potest eos diuinæ gratiæ participes esse qui mū-  
 di tumultum & strepitum fugientes, solitudinem  
 & quie-

Can. 3.  
Iere. 29.

Num. 12.

Gen. 1.  
Hebr. 4.

1. Cor. 10.

1. Cor. 10.

Exod. 16  
Psal. 62  
1. Reg. 19

Exod. 3.  
Osa. 2.

Joan. 6.  
Colo. 3.  
Phi. 3.

Mar. 6.

Mat. 14.

& quietem amplectuntur. Quapropter Moyse nō  
 dabatur videre Deum donec in desertum exiret, &  
 Deus ad sponsam inquit. Ducam eam in solitudi-  
 nem, & loquar ad cor eius. Itaque quos Deus cō-  
 solari vult hos in desertum primū adducit: & cū  
 ab eo derelicti existimātur, proculdubio illis adest  
 & præsto diuinum solatium, adfuitque istis qui  
 secuti sunt eum in desertū. Denique derelinquēs  
 impios & incredulos Iudæos abiit trans mare Gal-  
 ilææ in desertum locum: ne tot & tam crebras in-  
 spirationes eis immitteret. Sciebat enim Christus  
 quod Iudæi abutentes beneficiis ab eo receptis ar-  
 etiores erant redduri rationem, ac ideo aciores  
 cruciatus passuri: quo circa misericordia motus,  
 ab eorum præsentia recessit. Nec illud certe mise-  
 ricordia vacat, videlicet Deum nostrū vitam ho-  
 minibus breuem concedere, ne peccatores peccata  
 argentes amplius ex eo puniantur. Et licet actus  
 iustitiæ sit vt peccatori auxilia motiua tam inspi-  
 rationis quam prædicationis denegentur, est etiam  
 & actus misericordiæ: quia obstinatus qui abuti-  
 tur huiusmodi auxiliis diuinis maiorem reddit  
 rationem Ne igitur peccatores puniantur propter  
 abutentem tante gratiæ auxiliij & inspirationum, au-  
 fert ea Deus ab eo quem abuturum prænouit. De-  
 mum vt Ioannes dicit subit in montem Iesus vt  
 doceat suo exemplo terrenam hæc despiciere & ca-  
 lestia quærere: ea enim quæ sursum sunt quæra-  
 mus (vt Paulus docet) non quæ super terram: ar-  
 bitrantes omnia ista vt sterora, vt Christo arden-  
 tissimo amore vniamur. Porro hoc nomē Bethsai-  
 da æquiuocum est ad desertum & ad ciuitatem  
 Bethsaida namque ciuitas est in Galilæa, à qua erāt  
 Petrus, & Andreas, & Philippus: & hoc etiam  
 erat desertum pertinens ad ciuitatem Bethsaidæ,  
 vbi hoc miraculum fuisse factū memoratur iuxta  
 mare Galilææ, non longe à Bethsaida. *Quod cum  
 cognouissent turba secuti sunt illum.* Beatus Mar-  
 cus de hoc scribens ait quod pedestres sequebatur  
 eum: quo verbo feruens desiderium turbæ expri-  
 mitur, turbam etiam dicit, hoc est plebem & com-  
 munem populum, non vero nobiles, principes,  
 & magnates: tales enim nimis sunt delitiosi & in-  
 dulgentiæ studiosi, nec possunt pedestres ambulare  
 præsertim ad id quod satis illis laboriosum esse so-  
 let, videlicet conciones audire nec diuinis officiis  
 & ceremoniis interesse missam autem necessariō  
 audiendam domi suæ à toto semper audire vellēt  
 si possent, tantaque eorum erga ista pigritia est.  
 Petrus Christo dixit. Si tu es, iube me venire ad  
 te. At isti nolunt ire ad Christum: sed quod Chri-  
 stus veniat ad illos. Quomodo subsequetur Chri-  
 stum in deserto rogo, qui tam tardi & pigri sunt in  
 eundo ad templum vsque ad videntium & adorā-  
 dum illum? Sed de his iam satis. *¶ Expende etiam  
 vim & efficaciam verbi diuini & quantopere red-  
 dat suspirium humanum animarum, & quantum  
 eleuet corda, summa illa dulcedo & fauus ille di-  
 uini verbi ac prædicationis Christi. Obliti enim  
 sunt scilicet isti Christi spectatores, & auditores  
 portare panem ad manducandū, quapropter nec-  
 esse fuit vt per miraculum prouideret Dominus  
 huic urgenti necessitati, cura enim spiritualiū bo-  
 norum obliuioni causa temporalium esse solet, &  
 per oppositum cura & nimia sollicitudo tempora-  
 lium spiritualia in obliuionē adducit. Intellectū*

enim contingit plura scire, hoc est habitualiter: in-  
 telligere vero non item, hoc est actualiter. Nam  
 cum intellectus actualiter occupatur in vno, non  
 potest simul eodemque momento in altero oc-  
 cupari: quapropter: fit vt qui in minimis occu-  
 pat intellectum, nō possit cogitare maiora. Ideo-  
 que cum occupamur in his minutissimis & tem-  
 poralibus, nō valemus præcipuis vacare & maio-  
 ribus: fit inde salutis animæ profligatio & omni-  
 moda vitæ spiritualis obliuio: perinde ac si huius  
 sæculi perpetui ciues futuri essemus & ad futuram  
 vitam nunquam migraturi. Sed qui Deo vacant  
 ipsi quæ se totos tradunt, circa tēporalia negligē-  
 tes sunt: quemadmodum ista turba quæ Christū  
 sequebatur ita in hoc intenta fuit vt neque sui nec  
 ciborum recordata sit. Porro adimpletum hic ef-  
 se cernimus illud quod olim prædixerat Esaias. *Et  
 fluent ad eum omnes gentes, & ibunt ad illum  
 populi multi & dicent. Venite ascendamus ad  
 montem Domini & ad domum Dei. Iacob & do-  
 cebit nos vias suas & ambulabimus in semitis ei-  
 us, quia de Sion exibit lex, & verbum Domini  
 de Hierusalem. Igitur vt ad alia procedamus se-  
 quamur non segniter Christum: feruor enim hu-  
 ius populi locordiam nostram redarguit multis  
 in rebus. Primo namque sequebantur Christum  
 propria sponte nec vocati quidem, nos autem to-  
 ties vocati, minime sequimur. Sequebantur præ-  
 terea per mare in desertum, per rupes & montes  
 arduos procul à suis domibus, nos vero propin-  
 quorem Christū habemus in limine certe, & ta-  
 men tarde venimus eo vbi audire & videre posse-  
 mus. Illi gregatim & milleni Christū sequebatur,  
 apud nos vero vix hic & illic vnū videas qui  
 Christo syntero studio adhærescat. Tanto magis  
 hoc exemplo edocti torporem nostrum excutere  
 debebamus. Quo enim carere minus possumus  
 quam Christo? Aequum igitur est vt omnē spiri-  
 tualem cibum ab illo expectemus, & apud ipsum  
 quæramus. Beati omnes illi qui cum Daniele  
 cecere possunt. Et nūc domine quærimus te, ex toto  
 corde, & sequimur te, &c. *Et excepit eos.* In quo Chri-  
 sti benignitas insinuatur, ad quam hortatur Apo-  
 stolus dicēs, Suscipite iauicem sicut Christus sus-  
 cepit vos in honorem Dei. *Et loquebatur eis de reg-  
 no Dei.* Attende non de secularibus, sed, de regno  
 Dei Christus loquebatur, quia qui de terra est de  
 terra loquitur, Christus vero qui de cælo venit, de  
 cælo loquitur. Maxime enim cognoscitur homo  
 in verbis, quia voces signa sunt conceptū internorū,  
 stat enim, sententiā, Ex abundantia cordis os lo-  
 quitur. Sed cū Christus totū hominē sanū fecerit,  
 non solū animas sed & corpora sanabat, qua pro-  
 pter sequitur in cōtextu. *Et eos qui cura indigebāt,  
 sanabat.* In quo ostenditur perfectio dilectionis  
 eius, de qua Ioannes ait. Filij nō diligamus ver-  
 bo neque lingua, sed opere & veritate, quia qui vi-  
 derit fratrem suum necessitatem habere & claufe-  
 rit viscera eius, quomodo charitas dei manet in il-  
 lo? Hic fuit mos Christi redēptoris nostri vt in A-  
 ctis legitur, qui pertulit beneficiō & sanando  
 omnes oppressos a diabolo. Docuit in quā & sana-  
 uerit, vt tu dicas quod vita nostra verbo & opere  
 cōsistat, & neque decēda sunt quæ facere non licet,  
 neque facienda quæ dicta sunt abutū. Vide et-  
 iam quod prius prædicauit & locutus est eis de*

Esai. 2.

Dan. 10.

Rom. 15.

Ioan. 3.

Luc. 6.  
Ioan. 7.

1. Ioan. 9.

Act. 10.

regno Dei, & deinde sanauit eos à languoribus corporis, quia prius agendum est de animæ salute, quam de corporis incolumitate. Vnde ipse Saluator ait. Primum querite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adicientur vobis, scilicet, externa & temporalia. Principalius igitur de animæ salute cura est habenda, quam de corpore. Sed iam nunc inter fideles quid nisi de corpore agitur? Quid queritur nisi corporis valetudo, & sensibus delectabilia? Hæc totis viribus appetunt homines, hæc diligentissime querunt, propter hæc caduca & temporalia mare circumunt & aridâ, frigus, calorē, labores & sudores, pericula & vitæ discrimina in his aggregandis & adipiscendis facile tolerant. Curabat igitur Christus dominus prius animæ infirmitates, prædicans illis regnum Dei, deinde corporis languores, cuius gratia ipsum mundi redemptorem omnis illa turba, hilari animo subsequēbatur. Similiter paralyticū in Capharnaum intra tectum demissum curauit ab animæ infirmitatibus dicens primo, sili remittuntur tibi peccata tua, & postremo curauit corporis languores. Sic etiam & alium paralyticū sanauit in corpore & anima qui iacuerat in piscina Bethsaida triginta & octo annos, cui postea dixit. Noli amplius peccare. Itaque omnes isti à languoribus oppressi ad medicum cœlestem celeriter currebant, & ideo impetrarunt non solum à corporalibus infirmitatibus sanari, verum etiam ab animæ vlcibus. Nos etiam si laboribus aut infirmitatibus detinemur ad Christum accedamus veluti isti fecerunt, iuxta illud. Multiplicatæ sunt infirmitates eorū, postea accelerauerunt. Ad Deum ergo nos perducunt & ad auxilium implorandum cogunt, liberatque à peccatis quæ alias committeremus, nisi ab ipsis infirmitatibus impediremur. ¶ Expende etiā quod tripliciter Saluator noster misericordiam apud istos operatus est. Primo, fatigatus excipiebat eos. Secundo, infirmos docuit. Tertio, infirmos curauit, & tandē famelicos satiauit. Ex his docet nos quid agere debeamus, quia omnis Christi actio est nostra instructio, & ipse ait, exemplum dedi vobis ut quemadmodū ego feci ita & vos faciatis. Oportet enim nos hospitalē esse, quēadmodū Paulus ait. Hospitalitatem nolite negligere. Secūdo, docere alios. Docētes omnes gētes. Tertio infirmos curare, sicut Dominus præcipit dicēs: Infirmos curare denique hæc beneficia tribuit nō omnibus, nō in quā pigris, sed his qui studiose illū querūt, & sequuntur in labore itineris & in deserto. Illis in quā qui non segniter Deū querunt, & qui libenter verbum Dei audiunt, & auditū non fastidiunt. Sequitur in cōtextu. Dies autē cepit declinare. Assignat tempus euangelista ad maiorē certitudinem veritatis, & vt magis miraculū hoc cōmendaret. Statim post meridiē hoc miraculū factum fuisse cōstat: hucusque enim detinuit Christus turbā, vt & patientiā eorū probaret, & locū daret miraculo cū ex necessitate operaretur, & ipsi iam famē paterentur. Ierpēde autem quā assiduis fuerit Christus in docēdo qui vsque ad diē vespere nō cesauerit docere turbas, ita vt necesse fuerit à discipulis moneri vt dimitteret turbas vt cibū sumerent, idque & tēpus & locus videretur postulare. Ad eo Dei filius animarū salutē studebat, vt oblitus cibū & corpori humano necessaria aduētante iam vespere adhuc præ-

dicacioni vacaret, & adeo populus erat intentus verbis Dei, vt nec recordaretur quidē huic necessitati, prouidere. Hoc exemplū est imitandum certe nobis fidelibus tādē cōcionatoribus quā auditoribus, nunc tamē nondum plene elucescit dies cum iam agitur de cibo & potu, omni que hominū fere cura ad corporis alimentū dirigitur, & ad eodē est illis insita hæc cura ac si nulla alia esset futura gloria nec vita, cū tamē alia sit huic valde dissimilis alia, que vita querēda, quo circa hanc stultam satis & nociuam solertiam ingemiscit propheta dicēs. Væ qui cōsurgitis mane ad ebrietatē scētandā, & opus domini negligitis. Tandē Christus adeo erat prædicacioni deditus & populus attētionē, vt necesse fuerit Apostolorum meminisit cibi. quia propter sequitur in cōtextu. Et accedētes duodecim dixerūt illi. Dimitte turbas vt euntes in castella, villas, que circa sunt sumunt. Et inueniant escas, quia hic in loco deserto sumus. Nulla est discordia inter euāgelistas de hac re, quia cōsiderantes discipuli quod iā transiret meridies & quod Christus adhuc prædicaret, dixerūt illi quod dimitteret turbas, quibus Christus iussit parari illis ad manducandū vt hic dicit Lucas, & statim post hæc dixit soli Philippo. Vnde ememus panes vt manducent hi? Ex his ergo dictis euāgelistarū simul sumptis colligitur vna plena narratio, inter quos nulla est cōtrarietas cū vnus euāgelista suppleat, quod alius præmittit. ¶ Obserua autē quod discipuli qui Christo familiares erāt rogauerūt ipsum pro turba, sic etiam cū mulier illa Cananæa clamabat post Christum. A postoli præces fuderūt pro illa & quod notatu dignū est, mulier illa Cananæa nō petiuit ab Apostolis auxilium ad hoc, nec turba, hæc sumpsit illos patronos, sed ipsimet spē sua ad Christum accedētes rogauerūt illū pro turba. Dicat ergo hoc populus Christianus, & semper intēdat patrociniū miseris & egētibus præstare, potissime quibus ad hoc patet aditus, vt illi qui appropinquāt regibus & principibus & prælati. Nobiles, diuites, & populorū capita, protegere debent pauperes, & eos qui laborāt infirmitate, & pro eis rogare & alloqui iudices, eosque tueri & defendere ab iniuriis & dolis, quæ passim illis fiunt. Sed pro dolor nō modo opera hæc charitatis impēdūt, imo multī istorū quemadmodū Doeg ille Idumæus familiaritate coniūctus regi Sauti, cui obsecutus zania feminādo dicēs quod Abimelec sacerdos panes dederat Dauidi, quæ quidē monitio anam præbuit Sauli regi superbo vt interficeret octoginta quinque sacerdotes & euerteret ciuitatem Nobe. Hoc idem fecisse viros Ceilæ & Cipheos aduersus Dauidē, scriptura cōmemorat. Tale quidē semper est patrociniū & auxiliū istorum qui principibus & magnatibus adharēt parūpēdentes cōmodum pauperum, nec dicētes principibus & subditorum bona, sed potius ea quibus in irā promouēt illos vt puniant & persequantur subditos, quēadmodū faciebat Saul cōtra Dauidē, motus zizaniis Doeg & aliorū. ¶ Præterea, nullus de turba hoc petiit a Christo, quia nouerāt illū prudentissimū & cōsequenter nō eum latere quid eis necesse esset. Sic tu omnia dispositioni diuinæ cōmmitte & cōmenda iuxta illud beati Petri. Omnem sollicitudinem vestram prouidentes in eū, quoniam ipsi cura est de vobis. ¶ Denique nec Apostoli dixerunt Christo, quod

quod fatiaret turbas, sed quod dimitteret, nōdum enim crederant tantam posse fatiare multitudinem, quia nihil tale hucusque viderant eum fecisse, ideo ex fidei imperfectōne hoc dixerūt, quia adhuc non sufficienter de Christo sentiebāt, quæ oportebat sentire & credere, nā quando Christus eis iussit parare turbæ cibum, respondere debuerāt non non possumus, tu vero domine poteris si vis, sed dixerunt, nō habemus nisi quinque panes. Et Philippus interrogatus respondit, deutorum denariorū, &c. Verū licet ex fidei defectu argui possint discipuli, tamen laudādi ex alia parte videntur, quia curam habuerunt turbæ, & dominum pro ea rogauerunt. Admonet locus iste prælatos, successores quidē Apostolorum vt solliciti sint & solertes pro necessitatibus pauperū, sicut sciūmus ex historijs veteres episcopos fuisse, & Paulus sollicitus fuit de collectis pauperū. Sed non item nostrū temporis prælati, quinimo multi eorū maiorem curā habent vt delitiose viuant, ita vt possimus lugere quod olim Ieremias. Paruuli (inquit) petierunt panē, & non erat qui frangeret eis. Paucior enim seipos & nō gregem, ita vt de eis vere dicatur. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipos. At autem ad illos. Vos date illis manducare. Discipuli dicunt Christo, dimitte turbas, sed Christus ait, date illis manducare, quia diuinę maiestati nō placuit ieiunos dimittere, nec licet quidem fidelibus & ecclesiasticis viris dimittere pauperes famelicos, sed dare illis manducare. Hoc enim munus est Ecclesiasticorū, & sic olim hospitalia pauperū consueuerunt iuxta ecclesiæ situaria, vt in promptu essent pauperes, & in hūc finem concessi sunt tot reditus ecclesijs, vt viri ecclesiastici haberēt vnde subuenire possent pauperibus. Et Christus dominus nō solum ad cantus & cæremōnias instituit in ecclesia tot sacerdotes & ministros, imo ad hoc vt hospitales & pauperū fautores perpetuo essent, magis enim diligit misericordiam quā sacrificium, & pietatem quam cantica & organa. Vnde Amos propheta. Putant quod tranguit instrumenta & cantica Dauid bibentes in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur super cōtritione Ioseph. Arbitrantur suis musicis instrumentis se demones expellere quemadmodū Dauid, demones autem magis timēt Dauidis charitatē, quam ipsius cātica. Quapropter vt Ecclesiastici sint patres pauperū nolite ecclesia quod sint vxorati, nā si modo confobrinis & cognatis remotis bona ecclesiæ applicant, quid fieret cum filijs legitimis. Charitas qua olim ecclesiastica personæ erga pauperes vtebatur, fuit occasio Christianis, tot, tantaque prædia ecclesijs applicandi, confidebant enim id in obsequiū Dei futurū, fructusque prædiorum recte distribuendos inter ministrōs & pauperes. ¶ Secūdo cōmmentat locus iste curā quam patres & prælati & gubernatores reipublicæ debēt habere de suis. Iacob curam habuit cū audiuit quod frumenta venderēt in Aegypto, & non filij eius. Vnde eis dixit. Quare negligitis? Sic nec hæc turba curā habebat de cibo, sed Christus illā habuit. ¶ Tertio insinuat quemadmodum Deus necessaria præbet omnibus illis qui vestigia sua sequuntur & nunquā in necessarijs deficit. Fac vt officio præstes & nō deficiet tibi Deus sicut non defuit istis. Erat sanctus

propheta Daniel in lacu leonum in Babylonia, atque ibi Deus victam ei præbuit. Sic prouidit Eliæ præcipiens viduæ Sareptanæ, vt pasceret eum, & etiam carnes ei ministrans. Sic filijs Israel prouidit in deserto pane cœlesti & manna suauissimo. Ideo dominus ait. Videte volatilia cœli, quæ non seminant neque nent, & dominus pascit illa. Quapropter Dauid ait in Psalmo, Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. Necessarijs oblitū sequebantur hi homines Christum in deserto, sed nihil eis defuit. Fac vt officio præstes, & seque re Christum, minime pertimescas, ipse tamen te iuuabit atque in rebus necessarijs tibi non deficiet, scriptum est enim. Nō vidi iustum derelictū, nec semē eius querens panē. ¶ Quarto aduerte, quod sicut Christus dedit his victū per manus Apostolorū, sic dat pauperibus per manus diuitum. Bene poterat Deus ex aere illos alere, vel facere quod nō famelicerent, & idipsum nunc pauperibus concedere, quos Deus poterat diuitijs omnibus affluentes facere, cum nullo labore nec sumptu omnes possit diuitijs cumulare, sed voluit in mundo esse pauperes, famelicos, atque omnium rerum penuria, indigentiaque laborantes, vt in diuites beneficis esset, quia cupit hoc mediū eos salutē consequi, & pauperes etiam Christianitatem habentes regnū cœlorum adipisci. ¶ Quinto obseruandum quod Philippo dicit. Vnde ememus panes vt manducet hi? In quo verbo duo consideranda sunt. Primum quod de panibus interrogat. Cur domine nō queris nisi de solo pane? Vnde (inquit) ememus panes? sunt quidē alia multa de quibus esset cura habēda. Vnde ememus bombycē ad cōficiendā tunicā muliebrē aliaque diuersi generis, & artis vestes, quas hominū mulierūque elatio & vanitas excogitauit? Dic quæso vnde ememus armillas, annulos, emblemata, dextrocheria, strata, puluinos ferici gauisapini, cartæque ad mūdum muliebrē spectantia, quæ nō nisi multis nūmis quibus caremus, cōparatur? Vnde ememus tot res, quibus indigemus, vt possimus vanitatē & superbiam nostrā diu sustinere? Vnde ememus ea, quæ seculi huius perituri, & caduci deliramēta fouēt, & enutrient? Soli sine cibi domine curā habes? Nunquid ignoras multos esse, qui victui necessaria omnino spernunt, vt mundi vanitates possint cōseruare? Sed estote solius cibi curam habere, cur interrogas de solo pane? cur non queris vnde habebimus capones, perdicēs, gallinas, phasianos, attagines, pavones, ceruos, vitulas? Quia hæc omnia superflua sunt, hoc autē necessarium: illud ad ostentationē, & istud ad sustentationem. Vnde Paulus, Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Paterfamilias, qui filijs suis alimenta tribuit, præbet sane necessaria, sed non ligurationes, cupediaque. ¶ Secūdo interrogauit, vnde ememus panes? nō quod aliquid ignoraret, quia Euangelista dixit. Ipse enim sciebat quid esset factururus: sed interrogauit Philippū, & suos discipulos consultauit, vt doceret ne cōsilia minorum parūpēdantur: sed quamuis prælati simus, & docti, & literati, atque sapientes, sciamus homines esse & errare posse, & alios quāuis minores sint, aliquando bona cōsulare, & sapienter loqui. Moyses vir sapientissimus, & qui cū Deo quotidie loquebatur, audiuit consiliū Ietro Madianitæ, & gentijs. Naamā

Matt. 6.

Matt. 9.

Luc. 5.

Ioan. 5.

Psal. 15.

Ioan. 12.

Hebr. 4.

Matt. 22.

Luc. 10.

Es. 5.

Ioan. 4.

Matt. 15.

1. Reg. 22.

1. Reg. 23.

1. Reg. 26.

1. Pet. 5.

Dan. 14. 3. Reg. 17. Esod. 16.

Matt. 6.

Psal. 36.

1. Tim. 6.

Exo. 18. etiam Syrus, cum indignas reuenteretur in curru suo, audiuit consilium seruorum suorum, quod non est aspernatus: sed illis acquiescens descendit, & lauit se in Iordane, & mundatus est à lepra. Pyropus autem cælatus pretium suum nequaquam perdidit: sic etiam ille, qui sapiens est nihil suæ scientiæ deperdit: eum alium consilium minus sapientem, sicut aurum minoris aestimatur, quam Pyropus seu carbunculus, &c. Iosepho ipsiusmet consilia obfuerunt, quia somniauit spicas ipsammet adorare, & Solē, Lunam, vndecimque stellas cultum ei, & reuerentiam præbere, propter quod in odium fratrum incidit, & ab ipsis venditus est. Somnia vero aliorum ei maxime profuerunt, nam somnia pinicernæ, & pistoris, & somnia Pharaonis eum magnopere in Aegypto extulerunt, & in maximos dignitatis & honoris gradus collocauerunt. Eodem fere modo tibi ipsi propria consilia perniciem & calamitatem adferunt: aliena vero emolumentum. Multi prælati consilia subditorum superbe despiciunt, seipsum sapientissimos, & prudentes existimantes. Christus dominus omnium, & æterna sapientia consulit Philippum & simplices, atque idiotas piscatores: sciens quid est facturus: & tu adeo arrogans es, ut consilium subditorum contenas? Opus est ut principes & prælati habeant iuxta se viros sapientes, cum quibus consulant sua negotia: ideo throni sunt in cælo iuxta cherubim, ut scias quod illi qui in throno potestatis, & dignitatis sedent, sapientes consulant, & habeant iuxta se à quibus illuminentur. Quare in Apocalypsi legitur quod qui sedebat in throno habebat in circuitu iuxta se viginti quatuor seniores. Non poterat gressum dare, nisi impingeret in senibus, in quibus est sapientia. Sic qui sedet in cathedra prælaturæ, circumdatus esse debet senioribus, & sapientibus, non tantum ætate, quantum moribus, sensu & intellectu: nam ut sapiens ait, Senectus venerabilis est non diuturna, neque numero annorum computata. Sic Dominus dixit Moyse, Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel quos tu nosti, quod senes populi sint, & magistri. In eo quod ait, Quos tu nosti quod senes sint, insinuat quod non de his, qui canos habebant in capite loquebatur: sed de his quos conuersatione, & experientia agnoscebat. Moyse viros esse prudentes, sensatos, & morigeratos: ij enim eligendi sunt ad consilia, & regimen populi, consilio enim istorum facilius operaberis, & moueberis. Orbis enim inferiores motu proprio ab occidente in orientem parum ambulant: cælum solis in vnicuique anno integro reuolutionem complet: alij etiam cæli per mille annos vix vnum circulum motu proprio perficiunt. Verum ad motum alterius cæli, scilicet, primi mobilis intra viginti quatuor horarum spatio ab oriente in occidentem, omnes isti cæli inferiores totum circunt orbem. Sic tu, qui per te ipsum solus, & tuo tantum fretus consilio pauca perficis, & operaris: aliorum suffragio multo plura, & maiora perficies. Subiice te aliorum consilio, libenter patere ab alijs moueri: & videbis quid sis acturus. Sed o superbia prælatorum nostri temporis, arrogantia, fastus, & ambitio. Turimos inuenies, qui maiorum obediencie subiecti multis annis vixerunt: at postquam vident se prælatos, & liberos ab obedientia, nolunt satigari vterius iugo obedientiæ, nec alicui obtemperare,

sed volunt sua libertate gaudere, & extendere habenas, quicquid cogitant, quicquid appetunt, & desiderant, denique, & quicquid volunt, & cupiunt, statim opere adimplent. Hac de causa sapientes odiunt, literatos, & viros probos, & cordatos abiciunt, odiunt, & à se elongant: stultos autem, & idiotas insipientes, & fatuos in socios asciscunt, & secum ducunt, & indiuidui comites sunt. Cur ita? Quia cum sapientibus subditi sunt, & cum stultis prælati, & domini. Dominari volunt, non subijci, & sua libertate gaudere: non consilio sapientum obtemperare. Cum pijs subditi sunt, nam ipsi in illicitis obuiant prælati: discolori tamē laudant prælatum, licet malum agat, & si prælatus domum incendere voluerit, statim ignem adducunt. Per paucos inuenies subditos, qui positi in dignitate, & officio prælaturæ, velint consilio vti sapientum, & subicij viris optimis: quia dominari volunt, non subijci. Natura hæc infirma, & imbecillis, libertate gaudet, & fruatur illa, nisi ratione, & Dei spiritu, & virtute regatur. Sec. Sed ad contextum. *At illi dixerunt, Non sunt nobis plusquam quinque panes & duo pisces: nisi forte nos eamus, & eramus in omnem hæc turbam escas.* Ex quo patet quod isti panes discipulorum erant, & non aliorum: & etiam patet quia dixerunt, dimitte turbas, quod non dixissent si indignissent ipsi cibo sicut turbæ, sed dixissent, eamus & quæramus omnibus cibos. Quæro, si dominus dixerat apostolis, Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamēta, &c. Quomodo hic panes portabant? Dicendum quod hoc illis præcepit cum ad prædicandum mittebat eos: verum hic à prædicatione redibant apostoli sequuturi dominum, & ex consuetudine aliquid secum acciperant, sicut alio in loco commemoratur eos fuisse panis oblitos. Discant hic prædicatores verbi Dei, quam austeram oporteat vitam habere: cum hic apostoli magni principes ecclesiæ non lauta conuiuia, aut cibos secum portabant sed panes hordæacos, & paucissimos. Discant etiam ab apostolis humanitatem quam habebant, qui præsentem necessitatē videntes parati sunt omnes suas pecunias exponere, & ipsi iue emere escas ad turbas satiandas ne deficerent: exemplo enim magistri didicerunt esse hospitales. Arguitur nostra tenacitas, & animus nullo commiserationis affectu vincibilis. Ipsi necessaria impartiri erant parati: sed nos pauperibus de his etiam, quæ superflua habemus, & quibus non vtimur, non largimur: nimium nobis videtur quicquid alijs in necessitate impartimur, ita ut exempla sanctorum apostolorum apud nos Christianos nunc sint quam rarissima. *¶* Obserua quod istos quinque panes vnus puer portabat, & habebat: ut inquit Ioannes. *¶* Comendat Christus dominus ecclesiā suam diuo Petro, constituitque episcopos animarum pastores. Apostolos sanctos, & virtute præditos: ijs animas comendat, & officium prædicandi: crumenam verò & pecuniam Iudæ tradit, & panis alimentum corporeum, puero custodiendus datur. *¶* Quid hoc est domine? Pueri ne cura panis & cibi comedendi committenda fuit? In hoc videbis quā parvipendat Deus res has temporales & in quāto precio habeat res spirituales: animas & res spirituales comendat hominibus virtutis scætoribus & sanctis & bonæ fugis: at res temporales cuius, etiā negligenti committit curandas, & cibum

& cibum victumque corporeum puero ad ministrandum dat. Non sic faciunt multi episcopi, qui non constituunt sibi Oeconomos & obsonatores nisi homines præditos & fideles, & bonæ mentes, ne furentur. Ut confidant clauas pecuniarum, vel triticij, vel honorum temporalium, quarum meliorem, & optimam conscientiam: at verò ecclesiæ beneficia, & præbendas pueris cõferunt, quia cõsobrini, & cõsanguinei sunt: res temporales comendant hominibus iā puberibus perfecti iulicij, & conscientiæ: at vero animarum curā committunt puerulo, & bona spiritualia comendant infantibus. E contra dominus Iesus. Quando Deus prædixit mortem Moysi, statim ipse habuit curā quod Deus traderet populum, cui ipse præerat, homini digno, & iusto, & dixit. Prouideat dominus Deus spiritum omnis carnis, hominē qui possit esse super multitudinē hanc, & possit exire, & intrare, &c. *¶* Expende etiā hominū conditionē, quæ quidē hæc est impossibilia facere, quæ deo facillima sunt. Sic Moyses ferè dixit hæc verba, quæ apostoli dixerunt diffidentes, sexcēta millia pedum huius populi sunt, & tu dicis dabo eis esum carniū mēse integro, &c. Vides quæ natura, & ratio facit, ac cogitat in necessitate quæ tantum præsentī frumento inhiat, & si quid horum desit, nullius consilij est. At fides longe alios oculos habet, qui non tantum ea, quæ in præsentia sunt vident, sed Dei omnipotentiam considerat. Multa miracula viderant apostoli, & ipsi fecerant: nūc autem cum necessitas adest, dubitare incipiunt & diffidere. Ioānes dicit quod Philippus diffidens dixit, discipulorum denariorum, &c. Et Andreas subdidit, est puer vnus hic, &c. Sed hæc quid sunt inter tantos? Quod Lucas in genere de paucitate fidei apostolorum loquutus est: Ioānes specialiter dixit de Philippo, & postea de Andrea fratre eius. Vbi vide quomodo vnus homo peccans adducat alium ad peccandum. Diffidētia Philippi adduxit Andream post suum peccatū: sic Eua traxit Adā ad peccandū, postquam ipsa peccauerat: & filia maior Loth traxit minorem, &c. Hæc autē discipulorum incredulitatē scribunt Euangelistæ, ut ex ipsis discamus non diffidere, & ardentius petamus. Domine adauge nobis fidē: cum tamen difficile sit in necessitate fidere. Erant ferè quinque millia hominum, & nullus alium iuuare poterat, sed nec apostoli, nisi solus ipse Christus: sancti multum valent apud Deum ad nostrum adiutorium: attamen sine ipso Deo parum profunt. Verum ut tu videas quod non tractat nos Christus iuxta exigentiā meritorum nostrorum, nisi secundum suam bonitatē, & clementiā. Non enim secundum opera iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suā misericordiā saluos nos fecit, sicut enim pater miseretur filiorum, miseretur est dominus nobis, recordatus est enim quod puluis sumus, &c. Ideoque non oblatibus quod apostoli non credebant, & quod diffidebant: tamē dominus suæ benignitatis non oblitus, miraculū facere non dubitauit. Sed ut miraculi magnitudinē ostendat, scribit Euangelista numerū virorum, qui illic erant, dicēs. *¶* Erant autem fere viri quinque millia. Dicuntur viri masculini sexus à viginti annis & supra valētes ad bella procedere. De mulieribus verò, & paruulis, qui forsitan numerū virorum vicerunt, non fit mentio, quia secundum cõsuetudinē legis, soli viri numerari

consueuerunt. Matthæus & Marcus simpliciter dicunt quod erant quinque millia virorum, non curates de tali excessu, vel defectu tantillo. Consuetudo enim scripturæ est, ut ponēdo notabilē quantitatem in magnitudine, vel multitudine, non curet de modico quod forte superfluit, aut deficit. Sic enim in veteri testamēto dicitur homines tot annis vixisse, & raro, vel nunquā fit mētio nisi de annis, cum tamē non sit verisimile, quod omnes illi vixerunt tot annis præcise, quasi eodē die morientes, quonati fuerunt. *¶* *Ait autē ad discipulos suos. Facite illos discumbere per conuiuia, quinquagenos.* Non arguit eos de fide modica & fragili, sed dicit, facite discumbere: si autē illi tūc temporis instarēt dicētes. *¶* Quorsu debent sedere, cum quinque panes non sufficiant ut quisque possit ne buccellā quidē accipere? Tūc sanē Christus eos reprehēderet. Non valde Deus miratur quod peccata & flagitia committamus, quia ipse cognouit figmentum nostrū, & scit nos esse imbecilles & ad peccandum pronos: attamen maxime scandalizatur cum ad peccandū renitimur, & contendimus, & ad peccatū tanquam ad vomitum reuertimur in ipso perseuerantes & consistētes mordicus & maxima cum obstinatione. Peccauerunt quidē apostoli credentes Christum haud quaquā posse quinque panibus tot turbas reficere: Christus autē nullo modo eos reprehendit, aut verbū vllum durum illis exprobrat. Attamen si cum eis præcepit ut facerēt turbas discumbere, ipsi inisterent & replicarent dicentes non opus esse, cum modici essent panes ad tantā turbam reficiendā, tunc equidē Christus tanquā renitētibus, & in sua modica fide persistentibus eis obuiaret. Sed ipsi apostoli sancti ad se reuertētes, & perpendentes miracula quæ paulo ante viderant magistrum suum edere, pœnituerunt præteritæ culpe, credideruntque Christum dominū posse totā illam multitudinē hominum satiare, & sic magistro suo optemperarunt sine renitentia, & dubio suæ potestatis, sicut antea fecerant. Sic etiam Diuo Petro cum nolebat Christum ei pedes lauare prima vice non eum reprehendit, sed blandē eum alloquitus est, dicens. *¶* Quod ego facio tu nescis modo. *¶* Quia vero fuit pertinax, & cõtumax, & semel atque iterum fuit inobediēs, tunc eum acriter redarguit dicēs. *¶* Si non laueo te, non habebis partē mecum. *¶* Aduerte homo diligenter, quod si quidē tanquā imbecillis lapsus es, attamen surgere ne moriens, & ad te iterum reuertaris, & cõuertaris, te ipsumque corrigas sicuti fecerunt sancti isti apostoli. *¶* Hominū est peccare, demonum vero perseuerare: si quidem peccas, sit tanquam casus, & forte fortuna, non vero data opera, vel prudēs, & sciens, cum pertinacia tanquam proteruius, & versutus: pecca tanquam homo, non autem tanquam dæmon. Reuertere confestim ad Deum, non autem sis obduratus tanquā dæmon. *¶* Hoc deslebat propheta Baruch super Israel dicēs. *¶* Quid est Israel, quod in terra inimicorum est? Inuenterasti in terra aliena, cõinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum descendētibus in infernū. *¶* Præterea etiā si Christus eos verbis non reprehēdit, operibus tamen obiurgauit: nā satis eorum incredulitatem taxauit cum viderunt quid Christus fecerit & miraculum ingens quod patrauit, & ipsi confusi & suspensi essent propter incredulitatem qua prius affecti, & commaculati fuerant. Sic etiam Deus te



reprehendit operibus, aegritudines, & erumnas inferendo, ut te ipsum corrigas & emendes, & ad bonam frugem confugas: & non solum per seipsum, verum etiam per opera & exempla suorum servorum. Quid nam esse putas cum vides vicinam tuam tota integra quadragesima ieiunantem, omnibusque quadragesimalibus diebus sacrum & concione audientem, nisi reprehensionem, quam Deus tibi infert, tibi (inquam) qui cenam capis, & dormis vsque ad meridiem? Sancta vita illius & exemplo te reprehendit Deus, & castigat, &c. **¶** Obserua autem quod precipit, ut per conuiuia sedent quinquageni ordinati: quia ut Paulus ait, ea quae a Deo sunt, ordinata sunt. Et iterum. Omnia honeste, & secundum ordinem fiant in vobis. Multum enim Deum offendit confundere, quae ipse voluit ut essent discreta. Ideo prohibuit dominus agrum diuerso semine seminari, animalia diuersarum specierum coire, & vestem diuersis liciis textam gestare. Hac de causa lucem diuisit Deus a tenebris, aquas ab aquis, & a terra aquas segregauit. Et in Leuitico praecipit, ut membra vituli, qui offerebatur in sacrificio, essent ordinata, strue lignorum ante composita. Vides quomodo Deus etiam ligna, & omnia vult quod sint composita, & ordinata? Ioseph etiam in Aegypto voluit ut fratres ordinatim sederent in mensa, primogeniti iuxta primogenita sua: & minimi iuxta aetate sua. Sed iam nunc mundus imago est inferni: vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Tanti se facit cerdo & furor, quanti eques & nobilis: tam opipare vult comedere, tamque sumptuosa, & nitida vti veste, qui paruos habet numeros quam qui ingetes. Nemo vult seipsum agnoscere, nec expendere iuxta id quod possidet. Et sic videntur multos pigneros, aere alieno oppressos, denique perditos eo quod nullum obseruat ordinem & modum in expendendo. Vnusquisque, & si non tatas habeat possessiones, & bona sicut alius, vult tamen haberi aequum bonum imo melior alio. Et sic mundus ad interitum ruit, & homines consumuntur, & pereunt omnino: adeo, ut nullus sit, qui argenteum quidem possideat. Cur queso? Quia in sumptibus, & expensis modus, & ordo non seruat, &c. **¶** Et ita fecerunt. Sicut praecipit dominus ita apostoli fecerunt, quod certe non facerent, nisi crederent quod posset illos satiare ex illis quinque panibus, nam si non crederent, dicerent. Ad quid praecipis, ut sederent, cum non sint nobis, nisi quinque panes? Tamen credentes fecerunt quod iusserat dominus, in quo facto duo considera. Primum est quomodo iam apostoli proficiunt in fide, ita ut credant simplici verbo Christi, nihil interrogantes, neque dubitantes. Docemur eorum exemplo ne in Dei mandatis curiose quid disquiramus cur hoc, vel illud praecipit Deus, aut qui fieri possit, sed simpliciter credere, & morigerari debemus, sicut Abraham, qui credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Cum Christus loqueretur cum Nicodemo de arduis rebus fidei male ille interrogauit dicens. Quomodo possunt haec fieri? Noli metiri opera Dei, tam parua mensura sicut est tuus intellectus & mens. Si ergo Deum, & res suas comprehendere, ob id solum Deo non credere: non enim debeo ego credere Deo tam minimo, quem meus intellectus capit. Ideo quanto minus Deum allequor, tanto intelligo eum esse incomprehensibilem, & immensum: & quia est tam

incomprehensibilis & infinitus, propterea eam adoro, & habeo pro Deo meo omnipotenti, eique credo. Non disputant hic cum Christo apostoli: sed simpliciter audiunt, credunt, & obediunt. Cur queso perijt Eua? Quia cum demone disputauit & disseruit quid Deus ei praecipit. Quando dabo ei dicit, car praecipit vobis Deus vt de ligno vitae ne comederetis? deberet sane ipsa respondere. Deus nobis hoc praecipit, & hoc factum est, me illi obedire. Cur praecipit, non est subditi inquirere: quoniam eius officium est obtemperare, & non disputare. Vnde Paulus Corinthiis suis ait. Timeo autem ne sicut serpentes euam seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri, & excidant a simplicitate, quae est in Christo. Sed de his aliis. Secundo vide sanctorum apostolorum obedientiam, qui nihil cunctantes, aut interrogantes fecerunt quod Dominus praecipit. Sic Abraham obedientiam multis nominibus in scriptura commendatur, qui sic domino praecipienti obediuit, & ob filium voluit sacrificare, vera enim fides, & obedientia non disputant, sed simpliciter obediunt. **¶** Discamus ab apostolis hanc praecipit obedientiam, & sedulo in omnibus obedire praepositis: obedientiam enim quasi equus in paradysum vadit alieno sensui & alienae voluntati, quasi pedibus alienis, innitendo: adeo velocius vadit, quia pedes, quibus innititur, velociores sunt propriis. De his Salomon ait. Via eius, via pulchrae. In Numeris etiam habetur, quod vas, quod ligaturum desuper non habet, sit immundum. Alliga tuam voluntatem, quae est vas Dei, submitendo illam, & colligando illam voluntati Praelati, si non vis esse vas reprobatum a templo domini. Omne malum, & infortunium quod Agar contigit vt a domo domini sui exterminaretur, propterea ei accidit, quia noluit esse obediens dominae suae Sarae: & sic ei inobediens non defuerunt angustiae, gemitus, arumque; in deserto, sicut nec tibi deerunt nisi obediatis: nec extra obedientiam inuenies requiem, nec perfectum gaudium. Ideo, Reuertere (dixit angelus) & humiliare praelato tuo, &c. **¶** Et discubuerunt omnes. Quemadmodum sancti apostoli simpliciter credebant, & faciebant quod illis Christus iniunxerat, sic faciebat & populus. Sic quando praelati ecclesiae bene viuunt, oves eadem faciunt. Nemo, cur discubere debent, interrogat, sed simpliciter obediens, spe bona discubebant. At vbi se parant homines, ibi Deus liberet sua opera facit: imò nulla est alia causa quod parcus Deus in nos sit, quam quod illi obstat. Tabet nos discubere, sed ne mo est qui obsequatur. Quisquis autem illo iubente non discumbit, & more gerit, eum quoque non patitur. Nullus enim potest edere de panibus Iesu, nisi obediens Iesu, & fecerit quod praecipit illi deus: sic etiam non sedebat in mensa Iesu in regno eius caelesti, si non obseruauerit praecipit, & mandata, quae ipse tradidit. Obserua etiam quod discubuerunt omnes in deserto illo super terram, pauci enim eorum habebant vestes pretiosas, si enim habuissent, vix recubere voluissent super terram, vt intelligas non multos sapientes, nobiles, aut diuites ex Christi pane manducare: vel certe si diuites, & nobiles erant, haec contemnentes in vili humo sederunt. Itaque hi diuitias, & delicias contemnunt, & in nouissimo loco recubant, vt edere possint. Ergo ad edendum panem hunc requiritur ea animi modestia, vt non te

Genes. 3.  
2 Cor. 11.  
Genes. 22.  
Prou. 3.  
Num. 19.  
Gen. 16.  
Genes. 3.  
2 Cor. 11.  
1 Cor. 3.  
Iudi. 7.  
1 Cor. 15.

eredas altiori loco dignum, quam humili terra. Tunc requiritur ea obedientia ad domini voluntatem, vt si te ex regio throno ad puluerem descendere praecipit, non murmures, sed facile te praebas. Eant nunc postpositi homines, auro, & purpura tecti, est superbi, est inflati vt cibo caelesti satiantur. Non sapit cibis hic pleno stomacho, nec sapit manna his, qui cepis, & alijs sunt satiati. Sed procedamus. **¶** Accipis autem quinque panibus, & duobus piscibus, suffecit in caelum. Iam incipit Christus suam omnipotentiam declarare. Distulit dominus miraculum, & expectauit vt famem turbae paterentur, & imbecillitatem discipulorum expertus est, & cum iam omnino desperata sunt, facit miraculum, vt melius cognoscatur. Ita in nuptijs aquam non conuertit in vinum, donec vini penuria omnibus innotuisset: nam si statim succurreret, antequam necessitas esset manna festa, nemo crederet eius virtute id factum fuisse. Sed duo hic dicit, primum quod accepit panem, & pisces: secundum quod suffecit in caelum. Sed singula haec obseruanda sunt. Primum accepit panem: cum isti panes erant in manu pueri, non sufficiebant ad satiationem illam maximam multitudinem. At cum Christus illos in suis manibus sumpsit, creuerunt, & multiplicati sunt. Sic opera quae tu facis per se, & in tuis manibus, parui momenti sunt, sed cum in manibus Christi ea posueris multiplicabit illa diuina virtus, & augebit frugem iustitiae nostrae. Nam vt Paulus ait, non qui seminant, aut qui plantant, sed incrementum dat Deus. **¶** Expende etiam, quod bene poterat Christus creare panes de nouo, absque eo quod multiplicaret illos quinque panes: sed noluit nisi quod discipuli eius offerrent illos panes. Vult namque nos ei offerre id quod ex nostra parte possumus: ipse vero reliquum perficiet, quod quidem est praecipuum. Non ergo ij panes sufficiebant nisi Deus miraculum fecisset. Nequaquam vult Deus totum perficere: imò quod tu etiam aliquid agas, vt caelum merearis. Veruntamen est quod opera nostra ex se non sunt digna, vt mereantur gloriam aeternam, at per merita Christi & gratia diuina adiuuante, & fauente consequemur, & merebimur gloriam. Minime vult Deus totum facere, imò quod sumus & nos adiutores Dei, & cooperatores Christi offerentes ei panes, & facientes ex nobis id quod possumus, tunc autem Deus nos adiuuabit, & gratiam dabit, eiusque adiutorio, & fauore miraculum fiet. Minimum quidem fuit quod fecit Gedeon & eius socij, quando Madian vicerunt: attamen voluit Deus illam victoriam dare Gedeoni, & illis trecentis viris: non verò propter illos timidos, & imbecilles, quos eiecerunt, & repudiarunt. Deus est qui facit sanctos iuxta illud Pauli. Non ego, sed gratia Dei mecum. Veruntamen haec gratia non confertur a Deo nisi illis qui se disponunt & preparant, & vtuntur bene accepta gratia. Non totum es tu facturus, quandoquidem sine gratia Dei nihil omnino potes: nec totum debes Deo relinquere te nihil agente, & operante. Tu ex tua parte fac quod teneris, & Deus ex sua faciet id quod est praecipuum, & utroque operante, scilicet tu & Deus & Deus & tu, tunc fiet miraculum. Homines offerunt panes, Christus autem miraculum facit. Parum prodesset quod homines offerrent panes, nisi Christus suam adiuuaret omnipotentiam. Nec etiam Christus vult sua omnipotentia vt nisi ei dederimus panes. Re-

quidem poterat te in caelum deducere, sine hoc quod tu aliquid adderes: attamen vult quod tu etiam labores, & offeras panes, & facias quod potes. Totum igitur gratiae, magis quam viribus nostris ascribendum: tamen & viribus nostris, quia gratia non facit sine viribus nostris, sed nec vires nostrae faciunt nisi pleno gratiae Dei cooperantis: illa excitante, illa dirigente, ac adiuuante, fiunt a nobis opera eadem gelicae functionis, grata Deo, & meritoria vitae. Ideoque vult a nobis panes, quos accipies in manibus multiplicauit, deditque virtutem satiationis turbas. **¶** Secundo postquam accepit panes suffecit in caelum. Docet totum quod agimus, et quicquid in nobis est, Deo ascribere, siquidem omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. Quicquid enim agimus propter Deum facere studeamus, praesertim eleemosynam, intenti soli in Deo: & oculos nostros, & intentionem ad ipsum solum Deum eleuando. Vnde dominus, Cum facis eleemosynam noli tuba canere ante te, &c. sed pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Vidua Eliae clausit post se ianua. Docet etiam sustentationem nostram, quae per cibum est, a Deo expectare: ideo debemus oculos nostros ad Deum erigere quasi ab eo suscipiuri quod petimus. Et cum in omnibus debeamus oculos nostros attollere ad Deum, etiam in petitione cibi corporalis. Ideo dicitur in Psalmo. Oculi omnium in te sperant domine, & tu das illas escam in tempore opportuno. Et quia Deus, ad quem respicimus est in caelis, debemus oculos in caelum erigere. Ideo Dauid. Ad te leuavi oculos meos, qui habitas in caelis. Sicut oculi ancillae in manibus domine suae: ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Obserua autem quod aliquando Christus facturus miracula, aspicebat in caelum quasi petens aliquid ab eo, interdum non aspicit, sed cum potestate loquitur quasi nihil ab alio suscipiens. Volebat enim aliquando operari in potestate propria, vt non crederetur minor patri: vt Arriani putauerunt cum esset ei naturale operari miracula. Sed leuabat oculos aliquoties ad patrem: vt ostenderet quod in quantum homo minor erat patri. **¶** Et benedixit illis & fregit. Solebant Iudaei benedicere eleuando manum, & ponendo illam apertam super id quod erat benedicendum, vt in Leuitico habetur de Aaron summo sacerdote. Iacob etiam posuit manum super capita Ephraim, & Manasses. Verba autem, quae dicebant, habetur in libro Numerorum. **¶** Potest tamen hic accipi, benedicere, pro multiplicare bona, vt saepe sumitur in sacris literis: de qua benedictione iam in superioribus loquuti sumus plura. Quomodo autem Iudaei benedicebant panem & vinum cum sedebant in mensa, inferius differemus cum venerimus ad locum vbi Christus corpus & sanguinem suum consecrauit. Hic vero nolo amplius immorari in ijs benedictionibus, quia vt ego existimo, hoc quod hic dicit Dominus Lucas sub nomine benedictionis, credo non fuisse benedictionem eo modo quo sumitur benedicere alijs in locis, nam hoc quod hic dicit benedicit, intelligitur & sumitur pro gratias agere: & inquit Dominus Ioannes, quod accepit Iesus panes & cum gratias egisset, distribuit: saepe enim in scriptura sacra benedicere sumitur pro gratias agere, seu laudare. Sic in Deuteronomio dicitur. Obserua vt benedicas dominum cum

Gen. 48.  
Num. 6.  
Psal. 122.  
Gen. 48.  
Num. 6.

Rom. 13  
1 Cor. 14  
Leuit. 19.  
Genes. 1.  
Leuit. 1.  
Genes. 43  
Iob. 10.  
Genes. 22  
Rom. 4.  
Gala. 3.  
Iaco. 2.  
Ieron. 3.

credas

\* Ee 5 fac atiq

3. Esd 9, fatiatus fueris Et illud, Benedixit. Et dicit dñm Deū  
 Tob. 4. altissimum. Et Tobias, Omni tēpore Benedic Deū  
 Dan. 2. Et in libro Daniel dicitur, Benedixit Daniel Deū.  
 Et Dauid sepe hoc vocabulo vtitur per gratijs agē  
 dis Deo. Potest etiā dici quōd benedixerit Chri-  
 stus panes more Iudeorū, dicēs. Benedictus sis do-  
 mine Deus noster, Rex mūdi qui educis panē de  
 terra. Et post hęc gratias egerit, vt ait Ioannes.  
 Itaq; vtrūq; verisimile est quod fecerit. Voluit au-  
 tē benedicere, ac gratias agere pro corporali cibo,  
 vt doceat nos Deo grātiās agere cū ad mēsam acce-  
 dimus, & quōd Deū benedicamus. Sic in primo Re-  
 gū habetur quōd puellę dixerūt Sauli. Nō est co-  
 mesturus populus, donec ille (scilicet Samuel) ve-  
 niat: quia ipse benedicet hostię, & deinceps come-  
 dēt, qui vocati sunt. Propter hęc potius in isto mi-  
 raculo benedixit, & gratias egit, quam in alijs: nō  
 enim inuenitur in alio benedixisse, nisi in hoc mi-  
 raculo. Et distribuit discipulis suis vt ponerent ante  
 turbas. Nō ipsemet, sed per suos discipulos panes  
 porrigit turbis, ne fraude, aut prestigio aliquo rē-  
 geri suspicari quis possit. Vbiq; negotiū ita institu-  
 it, vt fides nostra per id cōfirmaretur. Multiplica-  
 tio autē hęc fiebat tū in manibus Christi frangētis,  
 quā in manibus discipulorū portantiū, quā in ma-  
 nibus rursus turbarū frangentiū, & in oribus mā-  
 ducatiū. Multiplicabat autē illos diuina poten-  
 tia conuertendo aliquā materiā in panem: nam  
 quaelibet materiā est in potentia obedientiali ad  
 Deū, vt de illa faciat quod voluerit: & cum natu-  
 ra per successiones alterationum suarū possit cō-  
 uertere qualemcunq; rem in panem, potest tamē  
 Deus illud subito facere, & ita Christus poterat  
 ærem, aut quamcunq; aliā materiā subito in pa-  
 nem conuertere, de quo turba aletetur. Accipien-  
 do igitur panis maiorē quantitatem siue hoc fie-  
 ret per multiplicationē non addita aliqua quanti-  
 tate, siue per conuersionē alicuius materiæ extrin-  
 secæ in panē, maximum erat hoc miraculū. Ad  
 nostrā vero eruditionem aliqua in hoc contextu  
 obseruanda sunt. Primū quod discipulis suis, qui  
 apostoli erant, principes terræ, doctores orbis, & se-  
 raphim ecclesiæ militantis, iubet vt seruiant popu-  
 lis: vt tu dicas humilitatē: quantumcunq; enim  
 aliqua dignitate fulgeas (quæ maior dignitate apo-  
 stolica esse nō potest in terris) debes humiliare te-  
 ipsū, & pauperculis, & famelicis seruire, & mi-  
 nistrare. Hęc est Christi Iesu doctrina, in cuius  
 schola docetur illud. Qui maior est, inter vos, fi-  
 at sicut minor: & qui p̄cessor est, sicut ministra-  
 tor. Secundo in hoc quod ait quōd discipuli di-  
 stribuebant, discimus munus esse p̄latorū ciba-  
 re & alere populū cibo spiritali intelligētē, & po-  
 puli eum recipere. Non se insinuet vulgus, nec se  
 intericiat in officiū & munus p̄lati: sed conten-  
 tum sit recipiendo cibū fractum per manus p̄la-  
 ti. Hoc voluit nobis Deus significare & innuere  
 cum legē dixit, deditq; Moyse. Nōluit namq; po-  
 pulū in montem ascendere cum Moyse, sed quod  
 maneret ad radices montis: & quod ab ipso Moy-  
 se legē susceperet. Pernicies, & nocumentum mai-  
 us nullū alicui potest accidere Reipublicæ quam  
 quod populus velit suffragia habere, & suū inter-  
 ponere consiliū inter consules & primates Reipu-  
 blicæq; gubernatores, & sic maius incommodum &  
 infortunū quod ecclesię contingere potest, nullū

aliud est, quam quod vulgus & imperitā multitu-  
 do velit per seipsam doctrinā accipere, & imbibe-  
 re, nō vero eam velle sibi communicari per ma-  
 nus p̄latorū, & concionatorum: Sed nunc cer-  
 tones & factores cōcionantur apud Lutheranos.  
 Inter alia, quę ab ecclesiæ p̄sulis optime pro-  
 uisa, & constituta sunt ab ipsiq; hæreticæ impie-  
 tatis disquisitoribus recte animaduersa & ordina-  
 ta, illud etiā nō minimam laudem meretur, quod  
 vernaculas Biblias prohibuerunt & interdixerūt.  
 Inscius populus doctrinā & scientiam concipiat  
 à Theologis, & concionatoribus & ab ijs tāmum-  
 modo, & per manus istorū sapientiam accipiat, &  
 per manus eorū comedat panem vitę, & doctri-  
 nę, sicut etiā populus hic comedebat panē, quem  
 apostoli illi ministrabant. Nequaquā contē-  
 dat suisinet manibus cibū percipere, ne illo suffo-  
 cetur, sed cum disceptū manibus sacerdotum ac-  
 cipiat. Tertiō docemur hic quanta bona nobis  
 largiatur Deus per manus sanctorū suorū in bea-  
 tudine sibi assistentium, prout experti sunt plu-  
 rimi in p̄latis beatus Iacobum cernentes, & in-  
 maris periculis alios cōm inuocant sanctos. Hoc  
 quōd Christus fecit cū hac turba distribuens ei pa-  
 nem per manus apostolorū & nobiscum sæpe fa-  
 cit, largiens bona plurima intercessionibus, & me-  
 ritis eorū. Obserua quartō quōd panes Christi  
 ponuntur nō otiosis, non in ciuitate, quasi in sy-  
 nanoga, vel in dignitate seculari residentibus, sed  
 inter deserta quærentibus, Christi. His qui renun-  
 tiantes paternas domos, & delicias, sequuntur  
 dominum. Sed de his iam diximus. Sequitur. Et  
 manducauerunt omnes, & saturati sunt. Qui ad  
 Dei mensam comedunt, semper sunt saturi, &  
 contenti. Sic Dauid in persona iustorum. Domi-  
 nus pascit me, & nihil mihi deerit. Qui Deum  
 diligit, est satur, quia qui mūdo obsequitur,  
 & obtemperat semper cibis inhiat, & est fame-  
 licus, vnde egregius P̄saltes. Diuites egerunt,  
 & esurierunt, inquirentes autem dominum non  
 minuentur omni bono. Et filius eius Salomon.  
 Iustus comedit, & replet animam suam, venter  
 autem impiorum insaturabilis. Cum quis plures  
 habet diuitias, tunc plures habet indigentias,  
 vbi multæ diuitiæ, ibi multi, qui comedunt eas,  
 quanto ditiores & locupletiores sunt, tanto plu-  
 res habent sumptus & expensas, quas sustinere  
 debent, & sic semper eis defunt nummi, & ære  
 alieno opprimuntur. Et si multas habeant digni-  
 tates, semper tamen plures alias affectant, &  
 concupiscunt, nec eis vnquam saturantur, & ab  
 ipsa dignitatum & honorum mensa insaturabi-  
 les surgunt, nam honoribus nunquam munda-  
 ni saturantur. Vide Amam, cui rex Assuerus  
 nimis fauebat, & quem maxime extollebat, cui  
 omnia prospere, & honorifice succedebant,  
 cumque super omnes ab Assuero deligeretur, &  
 solium eius super omnes principes regni colla-  
 tum esset: cunctiq; serui regis, qui in foribus  
 palatij versabantur ei genua flecterent, & adorarēt  
 Amā, tamē tristis, & sine solatio erat, dixitque ad  
 vxorem, & amicos postquā eis omnes dignitates  
 suas, & honores retulit. Et cum hæc omnia habe-  
 am, nihil me habere puto quādiu videro Mardo-  
 cheum Iudæum sedentem ante fores regias. Mul-  
 tominus saturant delitiæ & voluptates, & quic-  
 quid

quid in mundo est. Quamobrem in persona om-  
 nium mundanorum dixit filius ille prodigus. E-  
 go hic fame perco. Hoc inferius suo loco interpre-  
 tabimur, & etiam illud quod antea saluator dixit  
 in parabola filij prodigi, quod facta est fames in  
 regione illa: Lege ibidem. Sed cum tantam famem  
 patientur qui mundo seruiunt, tamen ij, qui  
 à Deo pascuntur, saturantur, & cōtenti sunt,  
 vt satis est hic videre. Et sublarum est quod super-  
 fuit illis, fragmentorum cophini duodecim. A dier-  
 te quomodo in mensa Dei omnia abundant: sicut  
 in mensa mundi omnia defunt. Voluit tamen  
 dominus vt superesset ad euidentiā miraculi,  
 nam poterat aliquis dicere quod illa non fuerit  
 vera saturatio, sed quod imaginarie visum fuerit  
 comedentibus quod saturabatur. Sed manētibus  
 reliquijs illius saturationis nullus dicere poterat  
 quod fuerat phantasia, sed veritas rerum. Ad  
 nostram vero eruditionem discamus quantum  
 possit hospitalitas, & quomodo nostra multi-  
 plicatur cum damus ea indigentibus. Illa vidua,  
 quæ pauit Heliam ex elemosyna ditata est, nec  
 farina, neque oleum defecerunt ei. Multo plura  
 fuerunt collecta, quam administrata: plus lucri  
 factum, quam datum. Quinque panes appositi  
 fuerunt: sed duodecim cophini collegerunt. Cre-  
 scit enim quod das pauperi famelico. Vnde in  
 Prouerbis habetur. Honora dominum de tua sub-  
 stantia, & de primitijs omnium frugum tuarum  
 da pauperibus, & implebuntur horrea tua satu-  
 ritate, & vino torcularia tua redundabunt. Ali-  
 qui diuidunt propria & ditiores fiunt, alij rapiunt  
 nō sua, & sunt in egestate. Discamus ergo paupe-  
 ribus elemosynas elargiri, quandoquidē nō solū  
 interiori merito corā deo erimus maiores, sed etiā  
 in rebus externis augmentabimur. Māna si serua-  
 batur, corrumpetur, & vermibus saturabatur. Sic  
 bona tēporalia corrumpuntur si seruentur. Ideo do-  
 minus inferius admonet dicēs. Vendite, quæ pos-  
 tidetis, & date elemosynā. Et iterū. Facite vobis  
 amicos de mōmōna iniquitatis, vt cū defeceritis,  
 recipiant vos in æterna tabernacula. Et quia hæc  
 duo loca inferius exponemus, de hac re aliquid  
 dicturi, nūc cætera cōsideremus. Aduerte quod  
 precipit Christus, vt colligatur fragma, ne pereāt,  
 quia nō vult deus beneficia, quę in te cōfert, in te  
 etiam perire: imo quod gratis sis, & Deo accepta  
 referas. Sic Dauid. Quid retribuam domino, pro  
 Gene. 43. omnibus, quę tribuit mihi. Sic fratres Ioseph resti-  
 tuerūt pecunias, quas ille liberaliter dederat. Ergo  
 terea, nec vult dominus vt dona eius prodigaliter  
 cōsumas, sed sumere solū quod tibi necesse est.  
 Exod. 16. Sic de mōna noluit dominus vt colligeret filij Is-  
 rael, nisi quod necessariū erat. Colligite (inquit)  
 ex eo, quod ad vescendū sufficit. Sed quid facitis  
 qui necessaria, aut potius superflua in immensum  
 multiplicatis? suscipite ad mēsurā necessitatis ves-  
 stre munera & dona altissimi: vbi etiā docemur,  
 quā mala sit superfluitas. Nō est parum dominus,  
 sed quia nouit quā mala pariat abūdētia, voluit  
 nos ad mensurā suis vt donis. Et cū pluit māna  
 de celo in magnacopia descendere fecit, vt videas  
 quā largus sit dominus: voluit tamē ex copia nos  
 tantū quæ necessaria sunt sumere, vt discamus eti-  
 am in reuā a fluctu seruare modestiam, & parci-  
 tatem. Ne donis Dei abutamur, neque cōmittamus

vt pereat nobis, quicquā quo pauperi succurri que-  
 at. Credit nōnulli honorē consistere in eo, quod  
 res destruat, & pereat: expēdere ita, vt res cōsu-  
 mātur & pereat & nullus fructus, & emolumentū  
 ex eis percipiatur ab hominibus, nequaquā est libe-  
 ralitas, imo vanitas, & insania. Liberalis sane Chri-  
 stus erat, & sic abūde & liberaliter prouidit, quod  
 potius superfluit quā defuit. Attamē iubet vt colli-  
 gatur, & seruetur res, quæ periret ni custodiretur.  
 Cupit & vult Deus nos esse liberales, sed nō pro-  
 digos, nec profusos & dispersos. Mala enim, quæ  
 sequuntur ex prodigalitate, & profusione, hæc sunt,  
 scilicet, paupertas vsq; ad mendicitatē, sicut filius  
 prodigus, qui cupiebat implere ventrē suū de sili-  
 quis porcorū, & nemo illi dabat. Frequenter etiā  
 aliena auferit, qui prodige cōfert: vt videre est in no-  
 bilibus & equitibus, qui cū grādij aris alieni sum-  
 ma sint onerati, & supra modū sumptuosi & pro-  
 fusi sint, versurā faciūt, suos oppidanos, & villicos  
 excoiāt, & depredātur: vt pecunias, quas debēt,  
 soluat, & vt sibi victū parēt. Quorū stultitia tā ma-  
 gna est quod rē illā, quā super omnia amāt face-  
 re, ita volūt facere, quod diu facere nō possint. Hęc  
 stultitiā ostēdit nobis Philosophus dicēs. De re fa-  
 miliari impartiēdū est, sed moderate: quid enim  
 stultius, quā quod libet facias, curare vt diū  
 facere nō possis? Præterea stultitia prodigi magna  
 est, qui nihil videtur de diuitijs quærere nisi pecca-  
 ta: peccat enim in acquisitione earū, & in largitio-  
 ne, & alius habet inde vtilitatē: & videtur plus di-  
 ligere proximū, quā seipsum, cū tamē in veritate,  
 nec proximū, nec se diligit, licet ex stultitia sua ef-  
 fūdāt, Ipse quoq; dolū est sine fudo, & ideo nō est  
 mirū si effūdāt quicquid acceperit. Et vt con-  
 cludam, insipientior videtur quam auarus quan-  
 tum ad hoc, quia auarus insipiens est quantum  
 ad Deum solum, sed prodigus quantum ad Deū,  
 & quantum ad mundum. Dies me deficiet dicen-  
 tem, si mala quæ ex prodigalitate proficiuntur,  
 & emanant, persequi velim: quandoquidem  
 multa bona cessant, quæ faceret quidem prodi-  
 gus, ni magnam æris alieni summam conflaret,  
 &c. Obserua autem, quod vt Ioannes ait, cum  
 homines illi viderunt signum quod fecerat Ie-  
 sus, laudauerunt illum dicentes. Quia hic est ve-  
 rē propheta, qui venturus est in mundum. Cum  
 Christus eiciebat dæmonia, & alia miracula fa-  
 ciebat, non sic laudabant eum: sed nunc quia  
 saturati erant, & dederat eis escas laudant illum.  
 Sic multi in prosperitate cum Deus dona illis di-  
 uitiis, honores, cibos, aut bona temporalia,  
 laudant Deum: sed cum venit tribulatio, aut de-  
 ficiunt temporalia, siue cibi, murmurant, detra-  
 hunt, impatientes fiunt, sic filij Israhel cum exie-  
 runt de Aegypto, & viderunt Aegyptios mortuos  
 in mari, quia Deus vindictam fecerat de inimicis  
 eorum, cantauerunt laudantes dominum, & di-  
 centes. Cantemus domino, gloriose enim n̄ agni-  
 ficatus est, equum & ascensorem proiecit in ma-  
 re. Sed cum non habebant quid manducarent, &  
 defecerat farina, quam tulerunt de Aegypto, mur-  
 murare ceperunt contra dominū eo quod eduxe-  
 rit eos de Aegypto, &c. Iucundum est igitur hoc  
 miraculum, multo tamen iucundius fit si con-  
 sideremus quid per hoc Christus significare vo-  
 luerit nobis. Vt enim si quis indolens librum  
 videret

Psal. 32.

Psal. 33.

Prou. 13.

Ecc. 5.

Luc. 22.

Hebr. 1.

Hebr. 3.

3. Reg. 17

Prou. 3.

Exod. 16.

Luc. 12.

Luc. 16.

Psal. 115.

Gene. 43.

Exod. 16.

Luc. 15.

Exod. 15.

Exod. 16.

videat ornatum, & literis scriptum elegantibus magnopere delectatur, & collaudat etiam scriptorem, sed quid scriptura contineat, ac complectatur, penitus ignorat: verum si quis eiusmodi librum non modo videat, verum etiam legere, & intelligere possit, bis delectatur, primo ex aspectu libri, secundo ex intellectu scripturae, & verborum. Sic etiam fit cum hoc, & aliis miraculis Christi. Eleuans itaque Christus oculos, vt hoc miraculum faceret, docuit omnes consolationes, & omnia auxilia ab illo nobis esse petenda, qui aperit manum suam, & implet omne animal benedictione: a quo (vt Iacobus ait) omne datum optimum, & omne donum perfectum, tanquam a patre luminum descendit pro quo gratiae sunt Deo agendae. Vnde Paulus. Omne quodcumque facitis in verbo aut opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo. Et iterum. Siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. Docet etiam haec historia omnibus quaerentibus Dei regnum, iustitiam, & gloriam, nunquam defore vite necessaria, sicut istis non defuit qui Christum sequebantur. Non defuerunt carnes Eliae, nec Danieli cibus in lacu Leonum, nec filiis Israel manna in deserto, nec viduae Sareptanae, quae paut Eliam. Consolatur nos hoc miraculum, nam si ita potens est Deus, vt lilia, rosas, & flores agri vestiat, & volatilia caeli pascat: quanto magis credentes, & in vocatione sua ex charitate per obedientiam ipsum sequentes, & in eo omnem spem suam colloquant, conseruabit, pascet, & eorum curam geret? Ita promisit dicens. *Quae* primum regnum Dei, &c. Sic in psalmo. Non est inopia timentibus eum. Et iterum. Non vidi iustum derelictum, nec semper, &c. Et rursus. Iusta cogitatum tuum in Dominum, & ipse te enutriet. Aegyptum enim paut per Ioseph, & Agar in solitudine. Docet etiam externa subsidia non esse reiicienda quoad haberi possunt. Potuisset quidem Christus ineffabili sua potentia sustentare istos, vt olim Moysen, & Eliam, sed noluit nisi ex quinque panibus, quia illic aderant. Poterat Noe liberare ab aquis constituens eum in nubibus, vel in alio quo vis loco, sed noluit nisi naturali remedio. Docet Episcopos, & praelatos ecclesiae, vt curam gerant subditorum, & vt sint solliciti de eorum non solum animabus, sed etiam de corporibus: sicut hic Christus qui postquam docuit turbas, paut eas ex quinque panibus, idcirco enim, vt recte monet Ambrosius, aurum habet ecclesia, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat necessitatibus. Docet etiam nos hoc miraculum, corporalem cibum esse donum Dei: Deus enim est, qui dat escam omni carni. Et rursus, Dante, te illis colligent: aperiente te manu tuam, omnia implebuntur vbertate. Et Salom, Benedictio domini, diuites facit. Docet vt haec vana mundi contemnamus, & Christum sequamur in penitentiae deserto, & vitae austeritate. Docet fidem, obedientiam, denique & liberalitatem, atque pietatem, in subleuandis proximorum nostrorum necessitatibus. Ad monet praelatos qualem curam gerere debeant subditorum, & pauperum: & subditos docet obtemperare illis & obedire in omnibus his, quae non sunt contra animam suam. Haec doctrina scripta est in hoc miraculo, quod similitudinem refert libri de arati, e nblem mate que or-

nati, & depicti ad fabre. Hanc legamus doctrinam ad nostram vtilitatem. Sed iam ad contextum accedamus, & audiamus Euangelistam dicentem. *Et factum est cum solus esset orans, erant cum illo discipuli.* Solus dicitur quod erat, quia tota turba iam abierat. Sic dicitur quis quod est solus, quando est tantum cum suis familiaribus, & domesticis. Docet vitare impedimenta distractiones, & quod solus ores, & loca solitaria quaeras. Tu autem cum oraueris (docet Christus) intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum. *Obserua etiam quod Christus diuertit ad orandum, & tamen non relinquit discipulos suos. At tu deseris, & relinquis oues tuas, nec te segregas ad orandum, sed ad oblectandum & voluptatem capiendam, ad bacchandum & crapulandum. Moyses cum ascendit ad orandum in montem: & si in locum suum substituit optimum coadiutorem, populus tamen idola coluit. Denique abiit Christus in montem, & segregatus est vt solus oraret: quia post miraculum quinque panum voluerunt turbam facere illum regem, atque ideo, vt ait Ioannes, fugit in montem ipse solus. Docet hoc factio Christi mundi contemptum, & vt fugiamus honores & vanitates mundi. *Et interrogauit illos dicens. Quae me dicunt esse turbae?* Non ex ignorantia quaerit, sed vt occasione responsionis discipulorum, instruat eos. Praeterea, Quaerit de eo, quod de seipso dicunt, nam praelatos (iuxta apostoli doctrinam) non solum debet bonus & sanctus esse in interiori conscientiae suae, sed etiam necesse est quod habeat bonum nomen & existimationem apud omnes exterius. Oportet illum testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt. Deo debes bonam conscientiam, & proximis bonum exemplum. Sic in Leuitico habetur quod cum Moyses voluit vngere ex Dei praeepto Aaronem in summum sacerdotem, elegit eum coram omni plebe, vt scirent omnes, & certi essent quod qui praestantior est in populo, & sanctior, dignus sit sacerdotio. Vtinam tales essent praelati nostri temporis. & tales essemus omnes nos, vt vere de nobis posset illud praedicari, quod scriptura asserit de illa nobili & potenti foemina Iudith. Non erat, qui loqueretur de ea verbum malum. Et Lucas noster de parentibus Ioannis Baptistae dixit quod erant incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela. Ex quibus sequitur barbaros, inanimos, & excordes eos esse, qui dicunt, fecerim ego id ad quod teneor, & vnusquisque asserat quodcumque ei placuerit. Recte quidem facis, cum praestas id quod debes: at vero contemnere & aspernari bonum nomen, & famam propriam, hominum est perditio, & nullius frugis. Ideo Seneca. Qui famam contemnit, hic flagitiosus est, ait inhumanus. In Leuitico legimus quod non vult deus sacrificium de fermento, & melle: quia ista mali odoris sunt, si cremetur. Nihil deo magis displicet, quam si mali odoris, & fame sis. Non sat tibi est si bonus sis, & si mel dulcissimum retineas: nisi cum hoc bene oleas. Dulce est mel, sed quia male olet si coburnatur, respuit illud Deus. Christus vero non contemnit famam, cuius exemplum, est regula & norma vitae nostrae: & tu nihil curas, quid de te dicatur? Sed dices. *Quomodo debeo ego tot hominum ora obtemperare, praecipue tempore, in quo sunt hominum**

Math. 6

Exod. 32

Ioan. 6

1. Tim. 3

Leuit. 8

Iudith. 8

Luc. 1.

Leuit. 2.

Math. 16

linguae adeo maledicae, & procaces, vt etiam sanctorum & beatorum vitas quidam hominum audeant proteruè commaculare? Ad hoc tibi doctrinam quandam in memoriam reuocabo. Quare quiddam de te dicatur ad similitudinem Christi, tunc autem consideram, num quod de te dicitur verum sit, an falsum. Nemo, te melius hoc scire potest. Tu naque es iudex & arbiter tuae propriae conscientiae, & quid agas probe nosti. Ergo si quod male de te profertur, verè narratur, corripe vitam, & reuere ad frugem meliorem: de hoc autem nihil curare, brutior procul dubio est. At si falso & cum mendacio ignominiam, & dedecus pateris, contemne dictum, & sententiam, & tunc poteris dicere, fecerim quod debeo, & vnusquisque dicat quicquid libuerit, & solare cum apostolo dicente. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Ideoque sanum quidem est consilium quaerere, & peruestigare quid de te dicatur, & de hoc curare: na si verè de te queruntur, & obmurmuratur, proderit sanè tibi ad correctionem: si vero falso, inseruiet ad maius meritum, imo vt cautius, & cum maiori cura vitam degas. Verum hic tria obseruanda sunt. Primum horum est, quod non quaerit Christus de aliis, sed de seipso solum. Hoc tempore tota cura, & studia versatur circa inquirendum & inuestigandum de aliis, quid na de Petro, vel Ioanne dicunt? Quomodo obit suum munus, quamnam viuendi rationem habet, qua via sibi vitam parat? De te ipso percitare: de alio vero non cures, nec sis sollicitus. Ne scrutaris vitam alienam, fed tua. Te ipsum obserua, & considera quid de te dicant. Secundò aduerte, quod hoc non inseruiet iniquos & improbos, qui sunt mendaces: sed apostolos, qui boni erant: na quamuis tu bonus sis, si improbum & flagitiosum interroges, quid de te sentiat, iniquum sane te esse profert: si pecuniam & eleemosynam largitor, & erogator fueris, te prodigum esse affirmabit. Si deuotioni & orationi deditus, hypocritam te esse inquiet. Si vero homo nequam & perditus fueris, sicuti ille sanctissimus te iudicabit. Propterea Christus non interrogat malos, sed bonos. Et in euangelio Matthaei dixit, *Quae dicunt homines esse filium hominis.* Nam non solum inquit a bonis, sed etiam scire cupit quid de ipso dicant homines, qui vtuntur ratione, qui loquuntur vt homines: & meritò horum est habendus respectus, non verò quorundam qui tanquam canes famam & nomè boni iustorum corrodunt, & bonos maledictis & conuitiis insecantur. Tertio amicitia tibi conuictos & socios interrogare debes quid de te alij sentiant: nam ipsi optimè te norunt. Sunt quidam qui apud externos & ignotos angelum dicuntur: sunt etenim circa omnes, urbani, affabiles, & politici: & existimant oppidani eos nullo crimine & facinore esse maculatos, imò vero esse angelos & sanctos: at intra proprios parietes, & domos habent fe ad suos tanquam daemones. Si ex comibus tuis quaeras, quis na sis: te sanctum esse asseuerabit: at si domesticos interroges & seruos tuos, vxorè, & liberos, te draconem esse dicent & scorpionem, quia nullus tuam miseriam & auaritiã potest tolerare, nec bile atram & pessimum tuum ingenium, & animi duritiã suffere: denique affirmabunt te pestem esse infestissimam. At illi respondent 19 d. x. ut, Ioannè Baptistam, alij autè Heliam, alij vero quia vnus propheta de prioribus surrexit. Deus bone quare confuso maior no-

bis potest aduenire? Et quid aliud magis superbia nostra & elatione arguit? Quid hic inquit isti delicati, & delicio si mundam, confecti ex sacchari glutine, & penidio, qui ex minima quaque re, & dicto confunduntur, iniuriaque afficiuntur? De Christo (cum sit eademmet sanctitas, & bonitas) non omnes idè sentiunt, nec in vnum conueniunt, sed alij hoc, alij vero illud de eo profertur, eiusque vita diuersas patitur opiniones, & sententias: & vis tu o homo vas immunditatis plenum, & flagitiis referentem, vt omnes te in numerum Diuorum referant, omnes vno ore te laudent, & quod nemine discrepante dicat te sanctum esse? Christi vita statera appendeatur, & ait Ioannes quod vni dicebatur bonus est, & alij non, sed seducit turbas: alij autè, non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit: alij vero, quomodo potest homo peccator hanc signa facere: ita vt schisma esset inter eos. Et tu cum tot habeas, qui te laudent, & te in caelum efferant cum sanctis, cur quaeris, & molestè fers, quod duo, vel tres de te murmurènt? Si homines te cognoscerent, etiã illi, qui laudibus te exornant & decorant, te maledictis & conuitiis insecrarentur, cum verò tot habeas, qui (malus cum sis) te bonum & sanctum predicant & iudicant valde insolens, & elatus es, quãdoquidè vis, vt omnes (nullo depto) te laudent, & quaeris si vnus vel alter hoc quoque non presset. Praeterea solatur nos locus iste, vt si quando aliqui de nobis iniqua sentiãt, diuersas aduersasque opiniones de nobis habeant, patietè feramus & cum Christo domino solatiū capiamus, qui cum esset is, hominum tamè flagitiosas, & proteruas linguas nequaquam potuit subterfugere & alij hoc, alij vero illud de illo proferebant. Sic Paulus: Per gloriam, & ignobilitatè, per infamiam, & bonam famam. Discamus itaque, habere patientiam, quãdo proximi & fratres nostri sinistra aliquã & aduersam opinionem de nobis conceperint, & quãuis in eo, quod de nobis dicunt minime peccauerimus: cogitemus: nos aliqua occulta, & incognita crimina commisisse, quae ipsi ignorant, et falsis conuictis; illis criminibus quae nobis cofingunt, & obiciunt, solumus verorum poena. Nec simus adeo vani & leues vt existimemus nos Christo domino meliores futuros & ab omnibus collaudados. Discamus etiã sic viuere vt quãuis reprobis velint nobis crimina obicere, sit vita nostra tam sancta & pura, vt non possint nostra bona opera taxare nec aliquid in ea inueniãt reprehensione, & nota dignum. Aduerte quod populus, & si Christum non trahebant iuxta merita ipsius, nec iuxta dignitatem suam per sonam, quia cum esset filius Dei, non eum talem iudicabat, attamè existimabat eum esse Ioannè Baptistam, aut Hieremiam, aut prophetam, non iniquum erat videri Ioannè Baptistam, aut prophetam. Sic viuere, vt homines ab ipsa virtute tua compulsi & coacti, velint non lint, te bonum praedicent. Sed dubia duo hic oriuntur videtur. Primum est cur discipuli non dixerunt, quod de Iesu dicebatur quod erat transgressor legis Moysi, & sabbati violator Samaritanus, potator vini, vel aliquid simile? haec omnia dicta fuerunt de Christo. Quia quamuis haec diceretur de Christo, sciebant tamen apostoli id esse mendacium & iniquitatem apertam, & noluerunt apostoli esse nuggeruli, neque Christo domino nugas referre, quod officium & munus non est sane apostoli, vel alicuius

IOANN. 9.

2. Cor. 6.

IOANN. 9. Mar. 11. IOANN. 8.

ferri



Dei, sed dæmonis, & inferorū ministri. Discamus etiā quod quādo audimus malū aliquod aut ignominia cōtra proximos nostros recitari, cū absunt (præcipue cū nobis cōstat esse mendaciū, quod audimus) ne eis acerba, & iniqua nūtia deferamus, sicuti quidā faciūt, qui sub specie amicitia aliis aures nugis onerāt, quibus eos defatigāt, & macerāt, atq; affigunt sine commodo aut vtilitate aliqua: quod sane ad nihil aliud cōfert nisi ad afferendam pœnam & ærumnam, & ad seminandum discordiam, & zizania. Quando aliquid audis de proximo tuo, quod tibi sic accidisse videtur aut saltem vero similiter potest sic esse, sanū quidem est cōsiliū & amicitia fratris admonere, vt se corrigat & emēdet si sic est. At vero si id, quod audis, tibi cōstat falsum esse, respōde pro absente fratre, & obstrue os murmurantis, & confusurronis, nec aliquid dicas ei, de quo fuit obmurmurātū, quādo quidem ad nihil aliud proderit, quā ad dolorem & pœnā. At dolendum sane est videre mundi statū, quandoquidē quosdam videbis, qui nihil aliud agunt, quā nugas texere, & excogitare iniqua nūtia, vt fementent controuersias & discordias inter fratres, quod detestatur dominus, vt ait sapiens, & abominatur anima eius. Secundu dubium est, cur in populo venit hæc fama, & vnde populus habuit oppinionē vt putaret Christū esse Ioannem Baptistam, aut Heliam, aut vnum ex prophetis? Vnde orta est hæc opinio? In hoc capite paulo superius scribit noster Lucas quod Herodes audiens famā Iesu, dixit. Quem ego decolauī Ioannem, ipse est, surrexit a mortuis, & virtutes operantur in illo. Et eadē verba ait Matthæus. Dixit Rex suis quandā ineptiam, & insciam, & quāuis ineptia fuit & mendacium, tamen quia à Rege prolatum tantum habuit robotis & auctoritatis, quod populus ei credit, & inde exierūt omnes dicentes, Ioannes Baptista est, Ioannes Baptista est, Nihil amplius opus fuit, quā quod rex id affereret vt Christus pro Ioanne Baptista haberetur, cū tamē Ioannes non esset sicut nec ego sum. Reges, Principes & Prælati prius aduertāt bene quid dicant, & quomodo loquātur, nā sciant, omnia sua verba trāscribi. Homo abiectus & popularis quicquid vult effatur: & quicquid cōmendatur, & excogitat, eloquitur: nec tamen alicuius valoris est quicquid dicit. At vero cū homo est grauis cum suæ personæ qualitate dicta sua corroborat, & sic omnes ei fidem habent, & sic suis verbis auctoritatem & fidē adimunt quibus volunt. Ad vitādum hoc periculum debent prius cognoscere, & recognoscere quid dicant. Ob id solū, quod Herodes semel tantū verbum insanum & ineptum protulit, ob id (inquā) solum tota illa gens credidit quod Christus erat Ioannes Baptista. Ieroboā Rex Israēl facillime vniuerso illi populo vitulorū cultū, & veri Dei, ac legis contemptū persuasit. Et nunc Reges intelligite erudimini, qui iudicatis terram. Discite bene viuere, & loqui discite & sapienter: nā vos imitantur, & sequuntur reliqui omnes. Putauerunt autē esse Heliam propter veritatis acque iustitiæ superabundantiam: Secundo propter miraculorū eminentiam: & tertio, quia Helias credebatur venturus ad populū Iudæorum, iuxta illud Malachia. Ecce ego mittā vobis Heliam. Vnū igitur populi sententijs, & iudicijs, exquirat & inter-

rogat Dominus quæ nam sit opinio discipulorū ideo sequitur in contextu. Dixit autē illis. Vos autem, quem me esse dicitis? Qui plus tēporis in scholis consumpserunt, tenentur plus scire, quam qui heri inceperunt dare operā. Populū, qui non est adeo illustratus ac vos estis, nec tot cōciones à me audiuit, nec tot miracula vidit, non est mirū esse insipientē, & inscium, nec me cognoscere. At vos qui mei estis apostoli, & familiares, quiq; semper me auditis, & comitamini, obligati estis ad altiorē & præstantiorē cognitionem de me concipiendam. Vtinam pauperuli villici qui montes incolunt ac terras vbi nunquam audiunt concionem, non surgant in die iudicij sicuti Ninuitæ, multosque ciues & vrbano homines ac sapientes condēnent: quandoquidē illi simplices & illiterati plus Dei assequuntur, & melius ei seruiunt, quā multi superborum sapientū, subtilēsq; Sophistæ. Aduertite quod qui plus à Deo accepistis, magis obnoxij, & deuincti estis ad ei inferiendū melius, quā rustici & simplices. Apostoli plus tenebantur ad cognoscendum Christū dominum, quam reliqui: & propterea ab eis sciscitatur suā opinionem, et vt quam de ipso conceperunt opinionem proferant in medium. Respondens Simon Petrus dixit. Petrus solus respondit, quia erat os totius collegij apostolici sicut caput, & maior, & excellentior non solū hic pro omnibus respōdit: sed etiā alibi sæpe. Cum dominus de mundi contemptu loqueretur, pro se, & omnibus dixit. Ecce nos reliqui mus omnia: & sequuti sumus te. Et cū loqueretur parabolam Christus de seruo vigilante, dixit Petrus. Domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? Et cum Christus dixisset apostolis, vultis & vos abire? Ipse respondit. Domine ad quem ibimus? Verba vite habes. Sic modo respondens solus ipse pro omnibus ait. Christum Dei. Ad Petri successorem pertinet certificatio dubitationis de fide: & sic Papa Christi vicarius: & Petri successor iudicaturus est de dubijs fidei. Errauerunt aliæ ecclesiæ, scilicet, Antiochena, Alexandrina, Constantinopolitana, &c. Sed nunquam ecclesia Romana. Ambas naturas diuinā & humanam in vnitatem suppositi confessus est diuus Petrus, humanā quidem, vocando illum Christum regē vnctum, & non sicut antiqui Reges, & summi Sacerdotes Israel, sed fuit anima Christi vnctā ab instanti suæ conceptionis, vnctā (inquā) oleo gratiæ & spiritu sancto. Vnde Esaias. Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, &c. Confessus est diuinitatē saluatoris, appellando eum filiū Dei verū, & vt inquit Matthæus, filiū Dei viui, ad differentiationem Deorū mortuorum Gentilium, qui falsi & vani erant, qui tanquā mortui habetes oculos non vident, pedes habentes nō ambulāt, &c. Ideo vocatur à Christo beatus, quia fides principij est, & fons beatitudinis, & per quam peruenitur ad beatitudinem: per hanc enim beatitudo meretur: quia actus fidei etiam tenet se ex parte voluntatis, & ideo possumus mereri per fidem, quia voluntas iubet intellectui vt assentiat articulis fidei. Et quia hæc fides est donum Dei, addidit Saluator loquens beato Petro. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Per carnem & sanguinem intelligit omne quod est humanum, totā rationem, & intellectum naturalem, aut doctrinam quæ non ex edita capacita-

capacitatem nostri intellectus. Et sic non potuit Petrus hoc assequi per seipsum, sed per diuinam reuelationem, quia omne datum optimum (vt Iacobus ait) & omne donū perfectum de sursum est descendens à patre lumine. Essentialiter omnes diuinæ personæ reuelauerunt hoc Petro: sed dicitur quod pater reuelauit attribuitque, quia est fons & origo totius deitatis. Quapropter super hanc petram, hoc est super hanc fidei firmitatem, quam modo confessus est, (ait Christus) ædificabo ecclesiam meam. Et quia ecclesia est fundata super hanc firmam petram, & veritatē infallibilē, portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Per portas Christus intelligit potestatem, & belli instrumenta & apparatus, arma, &c. quæ solent esse in ciuitatibus bene munitis ac fortibus, quæ sunt inimicorum terris oppositæ. Sic intelligitur Genesim. Possidebit semen tuum portas inimicorū tuorum. Et quod alibi ait scriptura. Portas hostiū domini subuertit. Sic etiā intelligendū est illud Ezechielis. Contrafractæ sunt portæ populorū. Hoc est, euersa est vrbis, quæ erat fortitudo populorū: vel cuius fortitudinē homines admirabantur. Apud veteres enim in portis vrbium fiebant iudicia, ideo ait sancta scriptura in Deuteronomio. Deferent signa virginitatis eius ad seniores vrbis: qui in portis sedent. Et in psalmo. Non cōfundetur cum loquetur inimicus suis in porte. Ac si dicat, Non timebit vix iustus cum ei aduersarij intenderint litem: nulla afficietur ignominia, cum responderit accusatoribus in iudicio, quod fieri solet in vrbis porta. Ibi erant Iudices, & satellites, & arma, & tormenta bellica. Et Hieremias volens significare nullum esse Hierosolymæ robur, & nullam fortitudinem dixit. Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt. Itaque portæ inferi sunt dæmonis maching, & munitiones, & fortitudines, vires, & stratagemata ac artes: sicuti est robur & vires mundi, ac eius sapientia, diuitiæ, minç potestas & caullationes. Omnes hæc copix & phalanges legionēque ecclesiam sanctā oppugnarūt: sed tandē ipsa victrix euasit, semperq; de exercitibus & copiis dæmonis triumphum in egit. Potest quidem Petri nauis procellis maris turbulenti, & furibundi agitari, attamen non obrui nec submergi. Potest ecclesia Dei sancta pati molestias & persecutiones, attamen nō vinci nec expugnari, aut corruere. Stat sententia, Portæ inferi non præualebunt aduersus eā. Cur? Quia super hanc fidei veritatem ædificabo eā. Ruit domus, quæ falso nititur fundamento, & quæ super paleas & arenā est edificata, & constructa. Dominus ille dux, de quibus saluator inquit quod quædā erat fundata super arenā: altera vero super petram firmā, cum vti superueniret, & tēpēstates, corruit illa, quæ male firmata & stabilita erat: altera vero immobilis & firma permāsit, & incōcussa. Domum ædificabit, ac Ecclesiā erigere voluit Arrius, & posuit mendacia in fundamento, quia quicquid docebat, error erat & heresis impudētissima. Quantum durauit hæc domus? Quis mille aureos promittas, nō inuenies aliquē Arrianū. Quid de illis factū? consumpti sunt: & tempus domum hanc iniquam & turpē solo æquauit ac omnino subuertit: quia male firmata. Vbi sunt? quo abire Manichæi, Priscilianistæ, Sabelliani, Armenij, ac aliæ pene innumeræ hereticorum peruersæ, &

maledictæ scæ, quæ contra sanctā ecclesiā catholicam insurrexerunt? Perierunt omnino. Mendacium ipsum per se corruit. Et quauis hæc hereses habuerunt Reges, & Imperatores eas fouētes, & defendētes: attamen (vt videtis) omnes humanæ vires nō potuerūt, nec possunt vnū mendacium defendere & tueri. Et hi Lutherani, qui nunc tam elate, & superbe viuūt, quā citissime erūt absumpti, tāquam sal in aqua: ita vt nulla vnquam si reliqua recordatio eorum, sicuti nec aliorum hereticorum, qui præterierunt. Viuat fides catholica: viuat ecclesia Romana, quæ fuit tempore apostolorum, & est, eritque per sæcula sempiterna. Hæc est, quæ semper durat, manetque firma, & constans: & quæ nunquam ruit, labitur, aut deficit. Habens vires, & robur veritatis pro fundamento, quomodo cadet? Hoc solū deberet cōfundere hos maledictos hereticos, videre scilicet manifestē re ipsa, quod omnes, qui se segregauerunt & se iuxerunt ab obedientia summi pontificis Romani, perierit: & quod ecclesia Romana in æternum durat. Insurgat Nerones, Diocletiani, Decij, Turcæ, Mauri, & denique Lutherani: nā ipsamet veritas Iesus Christus ait. Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Hos omnes suos inimicos conculcat, & aduersus omnes semper victor euasit. Discamus per tyrannorum scuitiam, & hereticorum persecutiones ecclesiam catholicam magis, ac magis illustrari, & corroborari. Quod luculenter testatur Hilarius de ecclesia loquens. Dum persequitur, inquit, floret: dum opprimitur, crescit: dum cōtemnitur, proficit: dum læditur, vincit: dum arguitur, intelligit: tūc stat, cū superari videtur. Lege Chrysostomum in sermone de Pentecoste. Et ait vltorius Christus beato Petro. Et tibi dabo clauēs regni celorum. O felix temporum mutatio, & vicissitudo: Beata & fortunata aures, quæ hoc audierunt. Solet faber ferrarius ex veteri gladio, qui iam habet assumptū chalybē: & plenus est æugine, & rubigine, cū incudi reddēdo, cōficere clauēs. Electo primo parētē è paradiso, & clauso cæli ostio propter peccatum, posuit Deus cherubin, vt esset custos ianuæ cælestis, gladium in manu habentē. Et sic clausum fuit cælū, & paradysus, vsque ad obitū filij Dei, absque eo quod aliquis illuc ingrederetur. Sed nunc ex gladio cōficat Christus Iesus clauēs, mutans iustitiam in misericordiā, & aperiuntur ianuæ regni cælestis per sanguinem Christi, & conceditur diuo Petro, eiusque successoribus, auctoritas & facultas obserandi, & referandi, quæ est auctoritas, & iurisdicctio ecclesiastica, si olim clauderetur cælum, nunc homines habent auctoritatem illud aperiendi. Et si olim de Deo dicebat Dauid, Deus vltionum Deus: nunc de eo inquit Diuus Paulus, Pater misericordiarū, & Deus totius cōsolationis. Ingreddimini ergo Christiani per has portas misericordiæ, anteq̄ omnino vobis claudantur, sicuti accidit virginibus fatuis & insipientibus. Introite in hanc vitam penitentiam agentes, antequam vobis dicatur. Clausa est ianua. Et vt intelligatis quod in hac vita hæc portæ aperiuntur, non autem in alia, & quod hic absoluitur peccata mortalia, non vero postea, addidit Christus dicens. Quodcunq; ligaueris super terram, &c. Super terram, inquit, non autē sub terra: vt intelligas, quod nunc, quamdiu super terram

Pro. 6.

Mat. 14.

Reg. 12. Psal. 5.

Mal. 4.

Mat. 11.

Gen. 22. Iud. 5. Iud. 26.

Deut. 22.

Psal. 26.

Mat. 19.

Luc. 12.

Ioan. 6.

Esai. 16.

Mat. 16.

Psal. 113.

Hila. li. 7. de Trini.

Genes. 3.

Psal. 93. 2. Cor. 1.

Mat. 25.

capacita.

degis, debes ad pedes sacerdotis genua flectere, vt te à peccatis absoluat: nam post hanc vitã, si in peccato mortali oberis, vt in infernũ detrudaris, nõ tibi ianuam caelestis habitaculi aperiet clauis Diui Petri. Ideo nunc debes emolumentum & vtilitatẽ excerpere ab ista Petri potestate, quandoquidẽ viuis super terrã te prosterne sacerdotis pedibus, qui clauis habet regni caelestis in manibus suis, &c. ¶ Sed vt concludam, vnum hic obseruandum esse cenfeo. Quod scilicet Diuus Petrus hoc tã celebre testimonium fidei quod prestiterit propter quod tãtopere fuit à Christo exornatus, hoc inquam testimonium protulit cũ esset inter apostolos, & reliquos suos condiscipulos. Inter bonos Christum constitetur beatus Petrus esse filium Dei: quẽ postea inter impios in atrio Pontificis iuramento negauit. Ex quo docemur, & admonemur confortiũ malorum fugere, & bonorũ societatem amplecti. Homines iustos cõparat scriptura lignis, quã plãtantur secus decursus aquarũ: malos autẽ spinis, iuxta illud, quod egregius Pfaltes Israel loquutus est dicens. Præuaricatores quasi spinæ euellentur vniuersi. Homines in vere cum æstuãt, ad vmbas arborum confugiunt: sed colubri, lacerti, & ista animalia venenata sub spinis, & vepribus confugiunt, & ibi latent. Sic vir bonus, & pius ad bonos confugit, & cum iustis sociatur, tãquam ad arbores. At tu, qui solum vadis ad malos, & iniquos, & solum communicas, atque agis cũ peccatoribus, & infamia ignominiaque aliqua notatis, quid vis me de te affirmare, nisi quod malus & iniquus sis & lacertus, ac vipera, vel coluber, siquidem spinis te adiungis? Vt speculum, quamuis mundum, & splendidum sit, contaminato tamen flatu circumstantium, inficitur: sic qui est honestate præditus, impiorum conuersatione cõtaminatur. Vnde ait **Ecclesiasticus 13.** Ecclesiasticus. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Si cõtigerit vt planeta alioquin benecolus, & salutaris alius astris maleuolis, & male influentibus fuerit coniunctus, malam influentiam mittet. Ita vir pius si impios nimia familiaritate comprehenderit, impius efficietur: vniuersique enim eorũ mores, quibus familiariter vtitur, plerumque imitatur. Iudæi, quia conuersationem habuerunt cum gentibus, idola eorum coluerunt: & (vt ait psalmographus) commixti sunt inter gẽtes, & didicerunt opera eorum & seruiert sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalũ. Sicut dulcis Iordanis fluuius, cum in Asphaltitem insalubrem Palesting lacum ingreditur, redditur insuauis, & virtutem amittit: sic qui est cum sceleratis amicitia coniuuctus, eorũ vitis contaminatur, etiam si antea virtuti incubisset. Merito igitur dicebat Ecclesiasticus. Discede ab iniquo, & deficiet mala abs te. Et Apostolus ad Corinthios, & ad Galatas. Medicum sermentum totã missam corumpit. Saul Rex Israel inter suos insaniebat, sed inter prophetas, prophetabat. Sic Petrus inter Apostolos Christum constitetur esse filiũ Dei: & inter impios Iudeos, in domo Caiphæ negat. Discite ergo confortiũ bonorũ diligere. Sed ad cõtextum reuertamur. At ille increpauit illos, præcepit ne cui dicerent hoc, dicens. Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & principibus sacerdotũ, & scribis, & occidi, & tertia die resurgere.

Hoc dixit ne impediretur passio sua, vt satis ex litera colligitur: quia venit redimere nos per mortem suam, nam si dominum gloriã cognouissent, non crucifixissent illum Iudei, quia populus illũ defenderet. Oportuit autem filium hominis pati, non quia aliter genus humanum liberari ab omnipotenti Deo nequiter absolute loquendo: sed quia nullus fuit alius modus tam aptus. Rursus necessariũ fuit nõ necessitate absoluta, sed ex suppositione, quia Deus ita prædixit: & necessitate cõditionata, videlicet scripturæ verficari deberet. Bene autẽ dixit, resurgere, tãquam potestate propria: non suscitare, tanquã virtute aliena. Vnde in psalmo ait dominus. Ego dormiui & soporatus sum, & exsurrexi, quia dominus suscepit me. Fertera à senioribus principibus & doctoribus dixit quod erat reprobandus, qui sanctiores & doctiores, & principaliores esse videbantur. Sic in libro Daniel, inscribitur. Egressa est iniquitas à senioribus Israel, qui videbantur regere populum. Hoc sanẽ videbis etiã sepius in ciuitatibus, & rebus publicis huius seculi, quod gubernatores & rectores, qui dederat vitia corrigere & emẽdare, & reficere, ad meliorẽque formã reducere respicias: potius illas vitis suis perdunt & destruunt. Et vniã hoc etiam nõ perueniat ad religiones, vbi vt plurimũ, prælati, & seniores, & doctiores, præcipuique sunt magis dissoluti, & plus luxui dediti & prophani, & id quod professi sunt, minus obseruant: cũ hi secundũ rationẽ, & vt par erat deberet alios ad meliorẽ formã, & viuendũ rationẽ restituere (non solo verbo, vt nũc est in vsu) at opere virtutis, sanctitatis, humilitatis, & exẽplo virtutum. Sed de his satis, quia hi & si male viuunt, nolunt tamẽ redargui, & reprehendi: imo vero collaudari in suis vitis, & illi tantũmodo, qui eos laudant, & in cælum euehunt, plurimũ apud eos pollẽt, maximeque gratia & auctoritate præstãt, &c. Sequitur in contextu. *Dicebat autem ad omnes.* Videlicet ad turbã in generali, secretiora namque sua mysteria solis reuelauit discipulis: sed quã ad salutẽ omnium exiguntur, omnibus patefecit. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum: &c.* Optime postquã loquutus est dominus de sua passione, agit de sequela eius & negatione sui ipsius, & crucis labore vniuersiuique nostrum: vt doceat atque insinuet quod non sufficit cũ fuisse mortuũ pro nobis, & quod sanguinẽ suũ effuderit, sed quod etiam opus est nos eum sequi illũ imitãtes, & nos ipsos abnegantes, frãnantes & cohibẽtes appetitũ sensitiuũ, & tollentes crucẽ poenitentiã & laborum. Ne vanẽ & insanẽ aliquis existimaret solã Christi passionẽ sufficere, & mortẽ ipsius ad nos saluãdos, absque eo quod nos nihil faceremus. Optime quidẽ Christus mundi saluator cũ suã passionis mentionem facit, & eius quod pro nobis præstitit, statim agit de eo, quod nos præstare debemus, si volumus frui fructu, & meritis suã passionis sanctissimã. Ait. Si quis vult propter arbitrii libertatẽ: voluntariẽ enim vult Deus vt seruiamus ei, non coactẽ. Ideo Dauid in psalmo. Voluntariẽ sacrificabo tibi domine. Et iterũ, voluntaria oris mei beneplacita fac Domine. Voluntarius minister habet premiũ: coactus, dispensat obsequiũ sicut Apostolo dicente, cognouimus. Dicit enim, Vã mihi si non euangelizauero. Si enim volẽs hoc ago, mercedem habeo:

Mat. 14.

Psal. 1.

2. Reg. 23

Ecclesi. 13.

Psal. 105

Ecclesi. 7.

1. Cor. 5.

1. Cor. 2.

Psal. 3.

Dan. 13.

Ecclesi. 15.

Psal. 59.

Psal. 118.

1. Cor. 9.

1. Jo. 6.

1. Jo. 11.

Ecclesi. 15.

habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Vide voluntarium executorem caelestis arbitrii. Liber erat ex omnibus, & omnium seruus est factus, voluntate vtique, non necessitate: vt plurimum lucraretur. Sic Esaiã dicit dominus. Quem mittam? Et dixi. Ecce ego, mitte me. Et dixit. Vade & dices populo huic. Poterat dominus seruo suo Esaiã imperare, quẽ sciebat dignũ vt mitteretur: sed maluit eum spontaneẽ oblationis nõ fraudare mercede, qui vt ipse se offerret, præstolatus est. Et quamuis eius sciret affectum, expectauit tamẽ vocem, vt cumularet gratiam. Et quia ipse voluntariẽ sese offerret, mittitur ad populũ. Ideo Dauid nõ solũ voluntaria operis, sed voluntaria oris beneplacita vult esse: quia ea, quẽ dicimus bona, voluntaria esse debent. Prophetauit & Caiphã dicens, quod expediebat quod vnus homo moreretur: sed hoc non erat voluntariũ ministeriũ, quia loquebatur inuitus, & quid diceret nesciebat. Nequaquã Deus acceptat nisi voluntaria obsequia. Sed dices, quandoquidem scit Deus multos esse, qui malẽ libero arbitrio vtuntur, & qui condemnantur, ac nolunt ad Christum dominum accedere, quãuis eos vocat. Nonne melius erat Christi eos post se etiam inuitos, & repugnantes trahere, quã in voluntate ipsorũ suam salutẽ relinquere? Dico quod non: nam si Deus hominẽ vi, & inuitẽ hominẽ in cælũ raperet, non ei tantũ contulisset beneficium: quantũ si ipsemet homo illuc tenderet sponte: nã relinquendo hominẽ in manu consilij sui, vt eligeret quod ei magis placuisset, egit cum homine honorificentiã, & secundũ dignitatẽ suã personã. Sit ita, quod homo quidam in foro, vel platea posuisset ingẽtes diuitias auri & argenti, & pretiosorum lapidũ. Et præconi iuberet, vt omnibus alta voce referret, quod quicquid vult diuitias erat in forũ vbi quantum earũ libuerit accipiet ad libitũ. Dic (amabo) si hic homo hoc nõ faceret, sed homines inuitos, & renitẽtes traheret in forũ ad capiẽdas diuitias, nonne eis iniuriã inferret? Quod nam maius beneficium, quẽnã maior dignitas, & vrbãnitas, relinquere hominẽ istum diuitem reliquos homines in libertate sua vt eant sponte in forum quãsitum diuitias: aut inuitos: secũ ducere? Manifeste sanẽ cõstat, quod maior est vrbãnitas, & longẽ maius beneficium, relinquere in vniuersiuique arbitrio sumere quantũ diuitiarum placuerit: quã inuitos eos trahere. Hoc e quidem modo Dominus Deus nobis pecunias & diuitias caelestes elargitur, quas nunquam poterimus comprehendere sensu, & cogitatione, & inquit. Si quis vult venire post me. Aduertite, quod quicunque eas voluerit, accipiat libetẽ. Ipse dominus eas cõfert, ipse nos vocat, ipse nõ inuitat, imò & adiuuat, & gratiã suã nobis cõfert, vt eamus, & accipiamus has diuitias. Maius est hoc beneficium, quã si nos inuitos duceret. Agit nobiscũ vrbãnẽ, & maxima cũ comitate: tanquã cũ hominibus in dignitate, & honore cõstitutis. Ideo ait, si quis vult. Relinquit hoc in manu nostra, & suppliciter à nobis petit, nõ verò cõpellit: & adiuuat nos vt eamus, & accipiamus has ingẽtes diuitias. Eques, & nobilis aliquis habet duo seruorũ genera, quosdã captiuos, & emptos: quosdã verò cognatos & cõsanguineos, qui sunt nobiles, & honorati: prioribus imperat velint nolint at à posterioribus vrbãnẽ & comiter petit. Sic nos

sumus serui nobiles, & cõsanguinei Dei: at reliquẽ creaturã, sicuti cælũ & terra, Sol, Luna & stellã, & omnia reliqua, sunt tanquam mancipia Dei, à quibus nõ petit, sed imperat. Sic tẽpore Iosue imperauit Soli vt staret, & gressum comprimeret, & caelestibus orbibus ne mouerentur: & motũ cohiberũt statim. Tẽpore passionis suã præcepit Soli, & Lunã ne lucẽ præstaret: præcepit igni ne cõbureret sicuti fecit in clibano Babyloniã, & sic nõ combussit Sidrac, Misac, & Abdenago. Præcepit aquẽ Iordanis vt retro flueret, & Leonibus ne comederẽt Danielẽ, & coruis vt cibũ ministrarẽt Helig, & Balenã vt Ionã seruaret & postea imperauit vt eum in terrã euomeret. Cum his creaturis nõ egit vrbãnẽ & cũ comitate: sed absolute eis imperauit. Sed nõ sic egit cũ homine qui nobilis & præstans est, quia non vultei imperare tanquam seruo, sed petere tanquam nobili, & illustri & cognato: relinquendo totum in manu ipsius, & prius voluntatem suã exigẽdo. Inuenit paralyticum in piscina, & ait ei, Vis sanus fieri? Occurrit ei cæcus, & ait illi, Quid vis vt faciam tibi? Quod si dominus hoc præstabat in corporis infirmitatibus: multo melius in infirmitatibus animẽ: quia si Deus vult quod aliquis credat, nõ vult eũ credere, nisi volẽdo credere. Idẽ facit in amore, nã non vult vt eum amemus nisi velimus amare spõte. Sic Deus creauit hominẽ, vt Ecclesiasticus dicit in hunc modũ. Deus ab initio constituit hominẽ, & dereliquit eũ in manu cõsilij sui. Apposuit tibi aquã & ignẽ, ad quod volueris porrigere manum tuã. Volũtas est libera nec potest ei vis inferri, nec compelli, & sic dixit Diuus Augustinus, quod in intelligibile erat quo pacto voluntas sit volũtas, & non sit libera. Hanc ergo hominis voluntatẽ nõ vult Deus cogere, & compellere, sed relinquere hominem liberũ, vt eligat quicquid ei placuerit, & sic ait hic, si quis vult: tum, quia (vt dicebamus) cũ homine ageret vrbãnẽ & comiter, tum etiã vt maius præmium, & ampliorẽ gloriam homini tribueret. Maius est meritũ hominẽ sua industria consequi gloriam, quã quod eã gratis, & nullo merito cõsequatur: quia honorificentius est mereri coronã propriis meritis, quã sine illis. Cum Deus ponit gloriam, & infernã similiter in manu hominis, & quod eligat gloriã, & viã cæli, cum possit viã inferorum ingredi: hoc est maius meritum & maior honor, quã si vt ei gloriã condonaret sine meritis & gratis. Et sic Deus non cogit, nec compellit aliquid, imo vero inquit. Si quis vult venire post me. In manu tua relinquit, & in tua voluntate hoc ponit, vt facias quod tibi placuerit. ¶ Obserua autem quod non in numero plurali, sed in singulari ait. Si quis vult venire post me: vt significet quã pauci sint, qui Christum sequuntur: & quã pauci sint, qui seipos abnegantes, crucẽ Christi tollant. Ac si clarius diceret. Inter tot & tantos, qui spõte carnis desideria perficiunt, & viã concupiscentiã ingrediuntur, mundoque & demõni obsequantur: est ne aliquis qui me sequi velit? Inter tot, qui prope, & veluti gramatophori, & tabellarij ad inferos currũt, ni quid reperitur aliquis, qui velit in cælũ abire? Inter quã plures, qui amplã, & latã vitorũ ac perditionis viã ingrediuntur: est ne aliquis, qui compressum & arctum virtutis iter, & quod in beatorum sedes recta ducit, velit confice-

Iosue. 10.

Mat. 27.

Dan. 3.

Iosue. 3.

Dan. 14.

3. Reg. 17.

Ionã. 1.

Ioan. 5.

Luc. 18.

Ecclesi. 15.

Mat. 23.

re? Proh dolor, quæ est ista cõfussio, & verecundia nostra, vt sint penè innumerabiles, qui mudi vestigia sequantur, & pauci admodum, qui Christi vestigia terantur? O facinus indignum, & flagitium execrandum. Cecinit buccinam Siba filius Boeri & sequutus est eum omnis Israel: pauci autem Dauid. Vocat proditor ille Siba, & omnes eum sequuntur. Vocat mundus, vt decipiat te, vocat caro, vt sedet & maculet te, vocat dæmõ vt te perdat & prosternat omnino: & vocat Christus Iesus Rex gloriæ vt te saluet: & vt in cælum euehat: & tamè sunt tot, qui Sibam sequuntur, & tam pauci qui Christum Iesum verum Dauidem sequuntur. Dolendum sanè est quod querat Christus Dominus, vel vnum saltè qui eum sequi velit, & dicat. Si quis vult venire post me. Pauci sequuntur Christum, quod plorat Michæas. Heu mihi, quia factus sum sicut qui colligit racemos in autumno: non est botrus ad comedendum, &c. Præterea sub hac particula, si, intelligit & significat desiderium quod habet, vt similes ei efficiamur. Samaritanæ ait, Si scires donum Dei. Paulus etiã Agrippæ. Opto in modico, & in magno, nõ tantum te, sed omnes fieri tales, qualis ego sum. Et alibi. Imitatores mei estote sicut filij charissimi, &c. ¶ Expende etiam Christi bonitatem, & clementiam. Si quis vult, cuiuscunque conditionis sit aut status. Principes huius sæculi: non quoscunque ad suum admittunt obsequium, sed eos, qui apud eos gratia, & nobilitate pollent: at Christus dominus omnes indifferenter admittit. Ideo Paulus. Nõ est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, nec liber, non est masculus, neque femina. Sed miserum sane & dolendum est, videre quam paruipendimus nos seruos Dei effici, & transcribi in albo suæ domus. Si Rex iuberet præconi vt intonaret quod quicunque vellet scriberetur in ipsius albo, nullus esset qui non scribi vellet: & tamen nolumus ad Deum accedere nos inuocantem. ¶ Obserua etiã quod venire, hic, non est venire gressu pedum, sed affectum & mortem. Sic in Genesi dicitur, quod Rebecca abiit interrogare dominum. Quo abiit? ex loco in quo nõ erat dominus, ad locum in quo erat? Non: quia vbi que est Deus. Cælum, inquit, & terram ego impleo. Non de loco ad locum abiit: sed de vita ad vitam, de actu ad actum, de bonis ad meliora transiit. Absurdum enim esset Rebecca mulieri sanctæ, & sapienti, & à viro eruditissimos edocet vt putaret aliquo loco dominum esse conclusum. Sic tu mutando affectus & vadens de vita ad vitam, opus est vt vadas ad Christum, & sequaris illum. ¶ Perpède quoque quod non dicit, si quis vult venire post me, sed post me. Multi Christum sequuntur non propter Christum sed propter bona quæ habet. hi nõ Christum sequuntur, sed ipsius bona. Sunt mercenarij, & serui quod eorum interest, sequi, & seipsos amantes: quandoquidè suum proprium lucrũ, & commodum querunt. Sic Sichem, & Emor pater eius, & populi Sichemitarum circumciderunt se, in quo videbatur idola despiciere & vilipendere, & sequi veram religionem: sed non acceptum fuit Deo hoc obsequium & seruitium, nec eis feliciter cessit, quia non fecerunt hoc propter Deum, sed propter proprium commodum, & vtilitatem. Dixerunt enim. Si circumcidimus masculos nostros, substantia eorum, & pecora, & cuncta quæ possident, nostra erunt. Aduerte quod debes sequi Christum, propter Christum. Dignus

sane est vt ei obsequamur, & in seruiamus propter seipsum. Et quia amor proprius maxime obstat Christi sequere, inquit statim dominus. *Abneget semetipsum. Qui Christum sequi debet, necesse est vt Christum diligat, & quod eum propter seipsum diligat, seipsum abnegans: nõ aliter, nõ Christum, sed bona ipsius sequitur.* Abneget itaq; semetipsum. Nõ tantum sua, aut suos, sed semetipsum: hoc est propriam arbitrij sui voluntatem, quia homini neque proprium: nihil intimius, & nihil potest esse amabilius. Per hanc brutis animantibus præstat, per hanc frui, & vt valeat, per hanc sui ipsius potens, suam actionem dominus constituitur, vt agendo bene laudem mereatur: malè autem, vituperio, & punitione dignus habeatur. Quapropter recte seipsum abnegasse dicitur, quicunque arbitrij sui libertatem sibi adimit, statuens nihil deinceps propria voluntate gerere, sed in omnibus dicere cum Christo. Non mea voluntas, sed tua fiat: atque ex animo precari, nõ mea voluntas, sed tua fiat, sicut in cælo, & in terra. In cælo enim non fit nisi Dei voluntas. In omnibus Dei voluntatem obserua, nõ vero tuam propriam sensualem, & appetitiuam. Et hoc est seipsum abnegare. Da Deo voluntatem tuam. Hæc est quam Deo reddere debes abnegando temetipsum. Si hanc habes, nullam habebis requiem: & si hæc derelinquis, viuens sicuti in paradiso super terram. In tritremi manducant, & bibunt, & captius habet aliquam requiem. Sed qui propriam voluntatem sequitur, nullum habet otium, neque solatium. Vnde Dominus, Seruietis Diis alienis: qui nõ dabunt vobis requiem die ac nocte. At si hanc desideris habebis tranquillitatem, & quamuis parum labores, multum mereberis: & si hanc habes, quamuis multum insudes & labores, nihil meriti consequeris. Vnde quidam dixerunt. Quare ieiunauimus & nõ aspexisti, humiliuimus animas nostras, &c. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. O quantum debent ad hoc attendere religiosi, ne scilicet inueniantur in illis sua propria voluntas, quandoquidem iam abnegant se in sua professione ne perdant meritum obedientiæ, & multorum bonorum, quæ faciunt, & laborum, quæ patiuntur. Aduerte ergo, quod vera abnegatio sibiipsum est quod te offeras Deo in holocaustum. Holocaustum est, quod te totum offeras Deo, absque eo quod aliquid reserves tuæ propriæ voluntatis: sed quod totus te Deo sacrifices. Hoc enim inter holocaustum, & sacrificium interest, quia omne holocaustum oblatio, & sacrificium est: non tamen vice versa. Holocaustum dicebatur sacrificium illud, quod totum igne cremabatur: ita vt nihil ex eo in sacerdotis vsum remaneret: qualis erat oblatio omnis & bouis, & capræ, & turturis, & columbæ, hæc enim tota igne comburebantur, & ideo holocaustum dicebatur. Oblatio autè erat, quæ non tota consumebatur igne, sed ex ea aliquid in sacerdotis vsum seruabatur, vt panis, farina, & oleum, & similia. Oblationem facit, qui sua pauperibus distribuens partem aliquam, qua se alere possit in suos vsus seruat. Holocaustum vero facit qui vendit omnia, quæ habet, & dat pauperibus: vt sequatur Christum liberius. Holocaustum fecerunt Apostoli, & holocaustum faciunt monachi, qui omnem suam suppellectilem, & corpus suum, & suam voluntatem sic Deo consecraverunt, vt negantes seipsos in omnibus, nihil volunt, nisi prælati voluntatem explere.

explere. Opus est vt holocaustum fias domino, & igne dilectionis Dei totus cremeris. Propriam voluntatem, quã multi pro Deo habent, & pro Deo colunt, debes tu comburere, & sacrificare Deo in holocaustum, nolendo nisi solū id quod Deus vult. In Exodo habetur quod Aegyptij colebant pro Diis bruta animantia, & tanquam tales ea adorabant. At vero contra filij Israel appellabant abominationes, quos Aegyptij Deos dicebant, & sacrificabant, & occidebant in honorem & obsequium veri Dei, animalia illa quæ ipsi loco Deorum colebant. Hoc ergo modo iusti tanquam veri Israelitæ, appellant & dicunt abominationes Deos huius sæculi, qui sunt appetitus & propria voluntas quã inique adoriunt tanquam Deum suum. Sacrificat boni & iusti hos deos falsos, & abominatur eos, & execratur, & vilipendunt pro gloria veri Dei. Et sic quicunque voluerit Deo offerre sacrificium gratiæ, videat quid mundus adoret, & hoc Deo offerat, & sacrificet. Nec rem nimis arduam facis cum teipsum negas propter illum, qui propter te voluit tantopere se negare, vt diceret. Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Est enim propria voluntas sicut coruus, qui ei, qui nutriuit eum, oculos eruit. Et quod peius est, quod sua cæcitate, & perniciè non intuetur. Vt enim ceruus sceminae cupiditate incensus accurrat ad absconditum venatoris, rugitũ ceruæ fingentem, ductusque appetitu, dum existimat se ad desideratam ceruam festinare, currit velocissimè ad mortem ipsam, & ad venenatam venatoris sagittam suscipiendam: sic qui propria voluntate & appetitu ducitur, quanto celerius ad res desideratas contendit, tanto perniciosius ad mortem ipsam amplectendam accurrat. Iter facis super equum infrenem, alligas calcarias pedibus, & habenas fers in manu, si autem vult in præcipitium te conicere, refrenas illum: quod si consisti, adhibes calcarias. Sic te habere debes cum corpore tuo & sensualitate, si aliquando voluerit tibi se explere & ingurgitare, vitiumque sese immergere & commaculare, suffrenationem adhibe diligenter. Post concupiscentias tuas non eas. Ne incedas post bestiam, nam te ad precipitium deducet: sed dic cum Dauid. Deduc me in semitam mandatorum tuorum, quia vt iumentum factus sum apud te. Sunt plures, qui patrem ac matrem, insuper & vitam propriam continent: at paucissimi qui seipsos annegent sensualitatem frenando rationique subiuciendo, vitia comprimendo, ac propriam voluntatem nostram abnegatione Dei voluntas habet plenum dominium in nobis: & hominis voluntas sic est in Dei voluntate transformata, quod omnia aduersa propter ipsum Deum æquo animo ferat. Qui in via perfectionis laborat sequi Christum Iesum, abneget semetipsum. Merito enim debemus nos abnegare cum nihil iuris habeamus in nobis. Sunt autem septem causas quarum qualibet sufficeret hominem compellere, vt fateatur in se nihil iuris habere. Has late scribit Diuus Anselmus in libro de mensuratione crucis, quas breuitatis causa hic non referimus. Sed quia nõ sufficit quod tuæ voluntati non obsequaris, sed quod etiam te exerceas in operibus virtutis & religionis: sequitur in contextu. *Et tollat crucem suam quotidie.* Ponit duas partes iustitiæ, scilicet declinare à malo, quia ait, abneget: & aliam, facere bonum, tollat crucem.

Expende quod non dicit ferat crucem: sed tollat. Ponit differentiam Basilij inter ferre crucem, & tollere: quia ferre crucem, est ferre labores à Deo delatos, & immisos, vel æquo, vel iniquo animo. Sed tollere est animo læto, & audio nõ solū accipere, sed rapere crucem libenter, gratanter, & voluntariè. Vult Deus suos sponte, & cum lætitia labores sufferre nec solū hoc sed etiã præcurrere ad agendum vitam asperam, & poenitentem. Ideo de Christo ait Euangelista non sine mysterio quod baiulans sibi crucem exiuit in Caluariam locum. Nõ inquit Ioannes quod eam super Christi humeros imposuerunt, sed quod ipse eam assumpsit: sed Simoni Cyrenæo imposuerunt crucem Christi. Iob nõ solū sufferrebat crucem, sed etiã deferebat eam, quandoquidè post tot ærinas, & labores dicebat. Dominus dedit, dominus abstulit, &c. Sic Paulus ad Colossenses ait, Gaudeo in passionibus pro vobis. De apostolis etiam legitur in Actis. Ibant apostoli gaudentes à conspectu cõcilij, &c. Quapropter Christus ait discipulis. Cum vos oderint homines, gaudete. Igitur non solum feramus, sed tollamus gaudentes, & libenter crucem. Tollere autem crucem est veteres exuere mores, affligere ac macerare carnem ieiuniis, orationibus, & vigilijs. Sic Paulus. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte, &c. Castigare se, est præscindere concupiscentias, frenare gula, arcerem ardentem libidinis flammam: cæteraque vitia radicitus euellere. Id, quanta horreat caro, mire tamen probat spiritus, mire placet & Christo. Sic enim euades superior te ipso, si per crucem à victoria tui ipsius inceperis. Hæc crux poenitentiae, & mortificationis est: quã nos portare debemus. Non enim solū istam quam milites sancti Iacobi, & Benedicti, & hospitalis beati Ioannis Baptiste fixam pectori gestant: sed nostri potius abiectionem, & mortificationem. Nam eorum multi, quos nunc retulimus, in suam damnationem crucem illam deferunt. Diabolus enim qui olim fuit deuictus per crucem hæc ipsa nunc cruce ab illis gestata in veste, & non in corde, plurimos eorum secum trahit in chaos: non enim decet superbiere, eo quod crucem in pectore geris, nõ decet per auaritiã redditus decimales congregare, nõ in vxoris & filiorum vestibus sericis, & prolixioribus caudis, & deauratis scâdalij aliarumque vanitatum ineptiis, ecclesiæ bona consumere. Nõ decet (inquam) tibi canibus, & auiibus, nec patrimonio Christi alex exponere. At qui in honesta tui, & tuorum sustentatione huiusmodi redditus expendit: armis, & equis semper te paratum exhibeto. Sed de his, alias. ¶ Obserua autem quod duobus modis crux tollitur: cum per abstinentiam affligitur corpus, aut cum per compassionem proximi affligitur animus, iuxta illud Pauli. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scâdalizatur, & ego nõ vror? Corporalis verò dupliciter tollitur, cum suapte sponte sumitur: vel cum ab aliis imponitur in afflictionibus, & patienter tolerat. De hac Paulus ait, semper mortificationem Iesu Christi in corpore vestro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus vestris. Vnde sicut angelus occidebat Aegyptios, & pertransibat domos in quarum postibus erat sanguis agni in superliminari: sic tu si cuti & illi Israelitæ, debes inungere sanguinem agni Christi Iesu fores externas tuorum, quod fit: teredo mortificationem crucis Christi in corpore tuo.



¶ Obserua etiā quod dicit, crucem suā : vnusquisque crucem suā portet: nam crucem Christi portare, impossibile nobis est, impossibile humanis viribus profus: nostrā vero ferre, gratia cooperante & factu facile, & iucundum, etiā si caro reluctetur. Neminem Deus obligat ad impossibile: vnusquisque secundum vires, quas habet, tollat crucē suam, & præstet quod potest, laboretque pro viribus. ¶ Præterea dicit etiam suam, nā vnusquisque debet ferre crucem propriam, & desinere alienā. Nō est status, quāuis magnus & augustus sit, qui non suam habeat crucē. Crux regis, est labor ille, quem habet in audiendo tot gentes, & in subscribendo, & negocia expediendo, iubēdoque, vt omnibus iustitia præstetur. Crux prælatorū, est obligatio illa, quam habent inuisendi oues suas docēdi, ac curam illarum gerēdi. Crux sacerdotum est pensum horarium persoluerē, & preces assidue fundere, castēque & sancte vitam degere. Crux religiosorum est ieiuniū, orationes, vigiliæ, & obedientia, quā prælatis præstare & exhibere tenētur. Suam quoque crucē habent cōiugati, & sane grauissimā, præcipue si forte mulier rigida & feroci litigiosaque se copularunt & adiunxerunt: & sātis grauis crux est familiam alere, honorē & dignitatem domus augere, filiis necessaria parare. Omnes habent crucem in hac vita, nullusque laborē potest subterfugere. Ait ergo Christus. Tollat crucem suā vnusquisque. Aduerte quod crucem tuā arripas, alienam vero desinas. Quam plurimos videre licet, qui omnem suam curam, & sollicitudinem collocant in perscrutanda clericorū vita, & monachorū, precesne fundāt, num præstent id ad quod secundū professionem suā tenentur. Desine & omitte hæc. Tolle crucem tuā, & sine alienam, suat multæ coniugateque omittētes curā domus suæ, & obsequiū quod viris suis debent, & obedientiam, quæ crux earum est: hanc crucē prætermittunt, & abiciunt, & suscipiunt monialium crucē, & induunt vestes in clusarū, ecclesias, & sacella visitant, stationes percurrunt, quibus omnibus martiriorum scintillam, & feritatem in se conuertunt & inflammant, vnde rixæ, & discordiæ ingētes oriuntur. Sacerdos inspicit quæ eius crux sit, & hanc tollat, & sinat alienam: nec se immisceat vitæ monachi. Coniugatus similiter obligationem suam consideret, perspicat statum suum, & vocationem, & vnusquisque sollicitus sit de sua vocatione, vita & statu: de alieno vero non curet. Quia homines se immiscent iis, quæ ad se non pertinet, oriuntur sapissime dissensionēs, & discordiæ maximæ in hoc sæculo calamitoso: nam sunt multi, qui alios volunt reticere, & in meliorem formam restituere, se vero nullo modo corrigunt, nec emendant: imō vero obliuiscuntur, de vita aliena agunt, non de sua. ¶ Obseruandum quoque est quod quotidie dicit vt tollamus crucem nostram. Quotidie ferre crucem, est semper animū habere paratum ad crucē, & mala pati: si ita Christi gloria exigeret. Siquidem multa præcepta Christiana ad hanc solam obligāt animi præparationem, vt est præceptum de seruando, & parcendo inimicis, & alia. Ideo Paulus dicit. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore vestro circumferentes, vt vita Iesu manifestetur in corporibus vestris. Vnde quod non dicit aliquando, sed, semper,

hoc est, vt quotidie, & omni tēpore cum Christo moriamur, sperantes cum ipso resurgere. Igitur is fert crucem suam quotidie, qui se quotidie mortificat, suas affectiones, & voluptates negat, se ab hac terrena vita se iungit, &c. Quotidie itaque Christi crucem accipe, & pœnitentiam age. Nam qui propter crimina ducuntur ad suspēdium (si sapiunt) nihil aliud curant, quàm animam suam, vt pote qui breui exactam dabunt Deo vitæ rationem. Diuitias autem, honores, delicias, nec cogitant quidem. Vult ergo Christus nos horum, qui ad crucem feruntur, statum imitari, vt semper de animæ nostræ remedio solliciti, nihil terrena curemus: vt qui cito, & exacte rationem vitæ nostræ si mus daturi. Verum quia non satis est vt crucem baiules, nisi Christum sequaris, adiungit. Et sequatur me. Quia laboriosum, & molestum est seipsum abnegare, & crucem tollere, ad laborem extenuandum inquit quod sequamur eum: nam in Christi societate omnes labores, & ærumnæ fiunt dulces, & suauis. Si thoracē, vel lorica induis reat & sine molestia incedis: at si super humeros cōiicis eā, nimis te onerat & grauat. Sic Christus, & iugū eius, qui illud nō induit, sentit onus & grauitatem: sed qui induit, dulcedinē, & iucunditatem. Ideo Paulus. Induimini Dominū Iesum Christum. Et Christus nos vocat, quia si nobiscū vadit, omnia nobis sient dulcia, iucunda, & suauia. Obserua autē quod multi portāt crucē, & diabolus etiā crucē portat & satis graue, sed nō propter hoc beatus est, nec erit, quia nō sequitur Christū. Portāt mali crucē suā velint nolint: sed dominū nō sequuntur. Lassati sumus (dicit ipsi) in via iniquitatis, & ambulauimus vias difficiles. Sed qui dominū sequitur, huic mūdus crucifixus est, & ipse mūdo: imo qui Christi sunt, carnem suā crucifixerūt cū vitis & cōcupiscentiis. Is maxime attingit euāgelicæ legis summā, quæ charitas est, qui maxime cōtendit Christū amore, factisque imitari, Christus ante oculos inscribitur ex cuius vita viuendi regula sumenda est. Quapropter aduerte quod quatuor sunt genera hominū, qui crucē portāt. Alij enim voluntarie eam portant, vt pij homines: alij inuiti, vt mūdani, & impij, qui & ipsi nō sine cruce sunt, sed repugnātes, & renitētes eā portant, quæ admodum Simō Cyrenæus: alij crucē portant, sed alienam: suā enim fugiūt, & abiciūt, vt hypocrite: sed alij crucē quidē portant, sed Christū nō sequuntur, quin potius diabolū, vt omnes impij. Tu igitur vide vt crucē tuam portes, & Christū sequaris: tunc enim sequimur Christū cū eius vitā imitamur, sic Iacob dixit Esau. Præcedat Dominus meus ante feruū suū, & ego sequar vestigia eius: sicut videro paruulos meos posse. In libro enim Iudicū habetur quod Abimelech iudex, & princeps terræ precidit ramū arboris, & posuit in humeros suos dicens suis. Quod me videritis facere, facite. Et illi præcedētes ramos de arboribus sequebantur ducē. Sic Christus dux nosker & magister, & iudex accepit super humeros crucis arborē, & illā baiulauit, atque in ea pepedit. Nūc vero ad suos clamat, Si quis vult venire post me, tollat crucē suā, & sequatur me. Ac si diceret quod olim suis dixit Abimelech. Quod me videritis facere, cito facite. O quā bonus dux & Imperator est Christus, qui suis militibus nihil præcipit, quo ipse prius nō præstiterit. Se-

Rom. 13.

Sapi. 5. Gala. 4. Galat. 5.

Gene. 32.

Iudi. 9.

rit. Sequamur igitur nostrū imperatorē & ducē, & exeamus, vt ait Paulus, extra castra in proprium eius portates: sicut Isaac sequebatur patrē suum Abraham operatus lignis, quibus in sacrificiū erat cōburendus. Si nō sequeris Christū dominū in pœnitētia, & carnis maceratione, imitans vitā ipsius: signū est euidēs quod nō sub eius vexillo militā exeres. Sed erim vero quam multi sunt qui nomē Christiani habent, sed in vitā sunt inimici Christi Iesu, quorū Deus venter est. Horū sequela Christi est vitis, turpitudinibus carnis indulgentiæ, & omni generi lasciuia, & luxuriæ incubere, &c. Alij sunt, qui cū audiūt, quæ de cælo & gloria nuntiātur, vel quæ & quāta bona iustis, & sanctis Deus in cælo elargitur, maximē excitantur & impelluntur ad Christi Dei vestigia vrgēda, & ad crucē manum iniiciūt, incipiuntque pœnitentiā agere, & orare & ieiunare: sed pœnitentiæ duritie perterriti, metuque grauitatis pœnitentiæ percussis, nimia fragilitate, & imbecillitate animi ad vitā, & flagitia reuertuntur, crucēque pœnitentiæ derelinquūt. Filij Israel audientes fertilitatē terræ promissionis preparauerūt se ad pugnā, & ad possidendā eā: sed cum audissent quod ibi erant gigātes robustissimi voluerūt reuerti in Aegyptū, & etiā ob itineris difficultatē cepit populū federe: sic multi audiūt exploratores cali dicentes bona, quæ Deus habet in gloria. Nōne explorator gloriæ est Paulus, qui ait. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. Cū homines audiūt hæc nūtia, maxima afficiūt hilaritate, & gaudio, ingentesque cōcipiunt animos ad expugnandā, & obsidendā gloriā ipsis promissam: sed cum audiunt quod arcta est via quæ ducit ad vitam & quod tollant crucē, & Christi austerissimam vitā imitentur, atque illū sequantur, ob itineris difficultatē, & laborē reuertuntur ad Aegyptū, & ad ea, quæ sunt mūdi, quæ iā reliquerāt. Audiāt isti quod Paulus ait. Si fuerimus socij passionum: erimus, & cōsolationum. Multi volūt socij esse cōsolationū, sed non passionū. Multos habet Christus, qui cum sequuntur vsque ad cibum capiendum: sed paucissimos, qui se ipsos abnegēt, & eum sequantur baiulātes sibi crucē. Omnis itaque qui Christum sequi voluerit, abneget semetipsum & crucē suam tollat. Sed quia alieui molestum & arduū videretur labores & ærumnæ vitæ præsentis sustinere, quia naturaliter homines carnem & sanguinē, & seipsos diligunt tollit modo hoc impedimentū dicens. Qui enim voluerit animā suam saluam facere, perdat illam, nam qui perdidit animā suam propter me, saluam faciet illam. Ac si diceret, existimatis ne quod quia corpus affligitis, ei nocetis? At fallimini: nā in hac re euāgelica, qui perdit, lucratur: & qui lucrū capit, perdit. Qui corpori indulget, illud destruit: & beneficiendo ei, nocet omnino: nam nutrit illud in gehennā: & e cōtra, qui illud affligit, & castigat, nocumētū ei in inferēdo, ei omnino prodest, & benefacit, nam aliter nutrit illud in gloriam sempiternā. Itaque crucē pœnitentiæ, & ærumnæ corporales nequaquam debemus perhorrescere & formidare: nā si vos ipsos diligitis, & amatis, vos ipsos affligite, nam hoc est omnino vobis ipsis prodesse. Qui volunt vitam suam corpoream conseruare, eique indulgere, nec eam propter me perdere, sicut faciunt qui ne corporis vitam amittant, metu mortis Christum ne-

gant, inquam, perdunt corpus & animā simul propter quod igne inferni in sempiternū torquentur. At vero illi, qui propter Christum vitam perdunt, & martyrio exponunt eā, & eā Christo domino offerunt, ij lucrantur illā quia in æternū viuent in cælo: perdere hoc modo, est lucrum facere. Perdidit vitā pro Christo Diuus Stephanus, & consequutus est vitā æternā in cælo. Sic eā perdidit Apostoli, & martyres, & omnes illi, qui pro Christo mortui sunt: sed visi sunt oculis insipientium mori, ipsi autē sunt in pace. Sic dixit sanctus ille martyr Machabæus Antiocho tyranno Regi. Tu quidem scelestissime in præsentī vita nos perdis: sed Rex mūdi defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitæ resurrectione suscitabit. Sic ergo perdere animam pro Christo est saluare: velle animā saluare, est eam perditioni exponere, iuxta illud Pauli. Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autē spiritu vitia carnis mortificaueritis, viuētis. Ponit, & constituit Apostolus in vno homine duos homines, quorum alter est homo interior, & alter exterior: vnus est lex spiritus: alius vero est lex carnis: & sunt tam vniti, quod ambo sunt vna, & eadem res: & tā differentes, & diuersi quod vita vnus est mors alterius: & tam cōtrarij, quod vt vnus viuat debet alterū destrui. Et propterea vt vni detur vita, necesse est alterū occidere. Si ergo interficimus hominē carnē, qui est vitā hæc corporea perdendo eā cum Christo, in spiritu viuemus, & viuet postea corpus simul cū anima in æternū. Aduerte autē quod anima in scriptura tripliciter accipitur, vno modo pro homine toto, obtulerit sacrificiū, id est, homo, qui obtulerit. Et septuaginta animæ dicuntur egressæ de femore Iacob, & intrasse in Aegyptum. In Genesi etiam habetur. Et animas, quas fecerant in Arā: hoc est, seruos, & ancillas, quas emerant dum manerēt in Aram. Secundo accipitur pro vita. Sic psalmista accepit cum dixit. Anima mea in manibus meis semper, id est, vita mea semper est in periculo, quia habeo eam in manibus. Et in primo Regi, si quis quaesierit animā meam, quaeret & animam tuam. Id est, qui voluerit me occidere, volet occidere te. Tertio accipitur pro spiritu, & sic in cōmuni vsu accipimus. Sic in Leuitico dicitur Anima carnis in sanguine est. Accipitur hic pro vita, & tūc dicitur quod perdere accipitur dupliciter, vno modo pro amittere: alio modo pro destruerē, & secundū hoc est duplex sensus. Primo modo, qui animā, id est, qui vitam saluat hic, & conseruat, nolens pati aliquod malum, sed frui voluptatibus, perdet eam, scilicet in futuro amittet, quia non inueniet eam pro gloria, sed pro gehēna. Secundo, qui vult animam suam saluā facere, id est, saluare in futuro, perdet eā, id est, necesse est quod destruat eam in præsentī. Qui enim spōte labores tolerant, dicūtur animā destruerē, id est, vitā, quia mouentur in laboribus. Et vterque sensus redit ad idē: scilicet, quod nō potest haberi simul hoc, & in futuro iucūditas: sed necesse est hic, aut illic iucūditate carere. Sed iā homines nihil aliud curant quàm animā seruare, & crucem repellere. Tot sunt apothecæ vini generosi, tot delicata, & lauta conuiuia, tot vestes pretiosæ, tot deliciarum inuenta. Nunquid hæc crucem Christi sapiunt? Væ vobis, qui habetis hic cō-

Sapi. 3. 2. Mac. 6.

Rom. 8.

Leui. 2.

Gene. 46. Gene. 12.

Psal. 118.

1. Reg. 22.

Leui. 17.

Cor. 4.

Luc. 6.  
Iob. 21.  
Psal. 72.  
Psal. 143  
Sap. 6.

solationem vestra. Væ his, qui ducunt in bonis dies suos. Væ his, qui in labore hominū non sunt. Væ his, quibus nō est ruina maceris, nec transitus, aut clamor in plateis eorū. Væ his, qui nuac rosis coronantur, & nō est pratū quod luxuria eorum non pertranseat. Sanē inueniunt animā suā nunc, sed in futuro perdent eā. ¶ Obserua autem quod nō quomodocunq; opus est vt perdas illā, sed propter Christum: ideo dixit. *Propter me.* Non martyre efficit ipsa mors, sed causa mortis. Etiā se morti obtulit Cosdrus Atheniensis Rex, & Curtius ille, qui se misit in hiatū terræ: attamen nec ij, nec alij quam plures Romani, & antiqui Gentiles martyres fuerunt: nec quia hęc perdidit vitā, aliam inuenerunt, quia non eam perdidit propter Christū, sed propter suā vanitatem. Finis, quē habere debemus, cum mundo renuntiamus, & cum carnē frenamus vitāque perdimus, denique in omnibus quęcunq; agimus, debet esse Christus dominus: & hic solus finis nostris operibus, & actionibus valorem, & meritum tribuere debet. Et sic Saluator noster magna cura & diligentia, cum agit in euāgelio de eo quod præstare debemus, loquitur sæpius de causa, & sine propter quem nostra opera, & actiones fieri debent. De mundi contemptu, & diuitijs dixit. Omnis qui reliquerit patrē, aut matrē, aut filios, &c. propter me. Et de persecutionibus ait. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint propter me. Et nunc de mortificatione carnis, & de martyrio loquens ait, propter me. Docet itaque locus iste omnia quę facimus propter Christū facere, & quod non solum nihil iacturę est perdere propter Deū, sed lucrosū valde. Sūt multi, qui se perdere putāt quod sibi propter Deū auferuat, nō quod pauperibus tribuūt, quod sibi propter ieiunia subtrahūt, quod falsum esse multa loca scripturę testatur. Et mirū valde videtur quod gratissimus sit homo, qui cū decē docuerit, viginti lucratur: & ingratus sis ei, qui te perdēdo miserā vitā, & qui vix est vnus diei, lucrari te docet sempiternā. Sed procedamus. *Quid enim proficit homo, si lucratur vniuersam mundum, se ipsum autē perdat, & detrimētum sui faciat?* Hoc dixit ad tollendū argumentū, quod posset oriri ex precedentibus. Nā dixit. Qui voluerit animā suam saluā facere, perdet illā: & e contrario, & ita videbatur dari commutatio vite pro vita. Et quia magis mouēt præsentia, quā futura, quia certiora sunt, & habēt esse, quapropter magis vellent homines perdere vitā in futuro, & habere in presenti, quā perdere in presenti, & habere in futuro: ideo ostendit quod bonum illud, quod in futuro expectatur, est valde maius, quam quod in presenti est: omnia enim, quę hic perdūtur parua sunt: ideo potius debemus perdere bona hęc, quā animam in futuro, quia nullū æquiualens pro anima potest dari. *Quod enim lucrū poterit subuenire tam magno damno?* Vnde impij positi in inferno dixerunt. Quid profuit nobis superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Obserua quod in hoc significatū esse sere fieri non posse vniuersum mundum sine animę detrimētō lucrari. Qui enim volunt diuites fieri, in ciidunt in tentatione, & in laqueū diaboli. Iulius Cæsar, Alexander Magnus, qui ferē totū mundū subiugauerunt, quid ex hoc lucrati sunt? An nō &

Matt. 19  
Matt. 5

Sap. 5.

1. Tim. 6

animę, & corporis, necesse? Quā ergo cōmutatio poterit dare homo pro anima sua? Diuimus ergo peccata elemosynis redimimus: commutamus lachrymas, contritionem, ieiunij pro anima nostra. Ille siquidē sanguis redemptio nostra est. Sed post mortē non est pretiū, nō est commutatio: nō frater noster non redimet, redimet homo? Quid habet homo de vniuerso labore, quo laborat sub sole? vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Dormierunt somnū suum, & nihil inuenerūt viri diuitiarū in manibus suis. Si habueris in serinio & capsula Venetiarum thesaurū, & dominus fueris totius orbis quid inde? Nunquid hęc omnia poterūt te à morte liberare? Nū ab inferis te reuocabūt, si in peccato ab hac vita decesseris? In rigoroso, & ærumnoso illo mortis cōflictu quid proderit Regem aut potentē fuisse, aut diuitis, voluptatibus & honoribus huius sæculi abundasse? Sed procedamus. Forsitā aliquis timore gehēnæ, vel attrachus glorię dulcedine, vellet perdere vitā temporālē, & sæculi lucra, sed erubescet habere Christū hominē crucifixum in Deū: ideo subdidit protinus. *Nam qui me erubuerit, & meos sermones: hic filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua & patris, & sanctorum Angelorū.* Non solū quicunq; non crederit, sed qui erubuerit me, hoc est, erubuerit confiteri fidē meā, laudem meā, doctrinam meam & huiusmodi: est enim de necessitate salutis exterior confessio quā amittit erubescēs. Intellige cōcurrentibus debitis circumstantiis: quia est præceptū affirmatiuum. Erubescere tamen Christū ex suo genere mortale peccatū est: posset tamen propter imperfectionē actus esse veniale, sicut in qualibet transgressionē præcepti. Verū multū sunt, & nunc qui erubescunt Christiani esse. Verē non desunt Nicodemi, qui minime audent confiteri publicē Christum. Et sunt quos pudet pietas, & erubescit esse pauperes Christi, humiles & ministrare pauperibus, & infirmis. Non sic ille, qui dicebat. Non erubescō euangeliū, virtus enim Dei est. Præterea multi non erubescunt confitendo per humilitatē sequi Christum. Ideo Ieremias. Cōfusi sunt quia abominationē fecerunt, quinimo confusione nō sunt confusi, & erubescere nescierunt. Hi quidem qui de peccatis non erubescunt de Christi humilitate erubescunt: hunc filius hominis erubescet, quia non cognoscerit eum inter suos: abiiciet eum à suis, & indignum suis habebit illū. Vnde ipse Dominus alibi ait. *Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum: qui autē contempnit me, erunt ignobiles.* Non est, o anima, tuus sponsus tam ignobilis, quod de eius ignobilitate erubescas. Nobilis in portis vir eius, cum sederit cum senatoribus terrę. Nec est difformis, quia speciosus forma præfilijs hominum: & cādor est lucis æternę, & splendor glorię. Petro videbatur quod erat dedecus Christi vt ei pedes lauaret, sed Christus de hoc se honorat. Sic multi erubescunt seruire Deo in officijs humilitatis. Hodie apud multos Christianos, viuere Christianē, dedecus est. Mira infania. Ipsi pagani fidē Christianam honorabilem reputant, multi vero Christiani opprobriū reputāt. Recordare tu opprobrij quod Christus pro nobis sustinuit, & ne erubescas eum. Si quis viderit Christū in solēnitare paschali corā tot nationibus in cruce nudum, paruā reputabit verecundiam quam pro Christo

1. Pet. 1.  
Psal. 48.  
Ecc. 1.  
Psal. 73.

Ioan. 3.

Rom. 1.

Iere. 8.

1. Reg. 2.

Pron. 31.

Psal. 44.

Sap. 7.

Ioan. 13.

Hebr. 12  
Pron. 10  
Iob. 6.  
Iere. 20  
Iere. 23  
Pron. 1.

1. Cor. 15  
2. Cor. 12

Ioan. 3.

Rom. 1.

Iere. 8.

1. Reg. 2.

Pron. 31.

Psal. 44.

Sap. 7.

Ioan. 13.

Christo sustineret. Vnde Paulus admonet dicens. Curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorē fidei, & consummatorē Iesum. Et si hoc satis nō est, vt non erubescas Christum, vide quod maiorē erubescētiā patieris in iudicio. Vnde in Proverbijs dicitur. *Quod timet impius: veniet super eum. Et Iob. Qui timet pruina, veniet super eum nix. Et Ieremias. Confundentur vehementer, qui non intellexerunt opprobrium sempiternum, & ignominia æternam, quę nunquam obliuione delebitur. Et iterū. Dabo vos in opprobriū sempiternū, & in ignominia æternam: &c. Tunc enim Deus redibit de morte eorum: Ego quoque in interitu vestro ridebo &c. Obserua autē loquendi modū, primum de se loquitur, cū ait. *Quis me erubuerit:* deinde tanquam de altero loquens, ait hunc filius hominis erubescet quia scilicet adiecturus erat. Cum venerit in maiestate sua & patris: vbi que nos docēs cū magnifice quicquā dicturi de nobis sumus, oportere id omni cū modestia fieri, & semper fugiendam esse iactantiam. Sic Paulus post multa bona ait. Non ego, sed do. *minuunt* alibi cum diceret reuelationes, & scientiam, tanquam de alio loquens ait. Scio hominem ante annos quatuordecim raptū huiusmodi vltiq; ad terciū cælū, &c. Aduerte autē quod metaphorica est hęc locutio, sicut dicitur Deus irasci, quia Christus non erubescet in die iudicij sed erubescet quo ad effectū. Sed quia ardua erāt, quę Christus dixerat de abnegatione sui, & crucis baiulatione, consequēter promissione quadā solati, & remuneratione ad illa inducit dicens. *Dico autem vobis, verē sunt aliqui hic stantes: qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei.* Non solum vt consolaretur suos hęc dixit, sed etiam ne quis putaret hęc vana esse, quę de maiestate dicit, & de patre, & de Angelis, certo affirmat aliquot ex suis auditoribus non visuros mortem, nisi prius videant regnū Dei, quod iam iam maiestatem dixerat. Loquitur tamē de transfiguratione sua post paucos dies futura, quia in transfiguratione mōstrata est quadā species regni Dei. Et hoc dixit pro Petro, Iacob, & Ioāne qui post hęc, vt statim sequitur, viderunt Christū transfigurātū in lumine, & claritate, in summitate mōtis Thabor. Vide quomodo Christus non vult omnia premia, quę dat suis remittere in aliā vitam. Cognoscat fragilitatē nostram, & vult nos consolari in hac vita. ¶ Expēde etiam quod bene dicit quod sunt aliqui hic stantes. Si volumus mortē non timere stemus vbi Christus est: vita nostra, Christus est, & ipsa est vita, quę mori nescit. Non ergo satis est stare, nisi vbi Christus est, stetur. Soli illi non gustabunt mortem, qui possunt stare cū Christo. Præterea gustare mortē dicit, & nō mori, quia pij nō moriūtur, sed gustant mortē, quia ferē non sentiunt eā: nam sicut qui solū dapes prelibat, non vero comedit, nec in stomachū mittit: sic iusti maxima cū dulcedine moriuntur, & transeunt ex hac vita non sentientes mortem. Iniqui mortem comedunt, at vero boni tantūmodo gustāt: & quā citissime pertransit per bonos mors: & ipsam mortē viuunt in æternū. Sed iā nūc scribit noīter euāgelista Lucas quod modo dixit, quod nō essent aliqui gustaturi mortē, donec videāt regnū Dei, ideo subdit dicens. *Factū est autē post hęc verba serē dies octo, & assump**

sit Petrū, Iacobū, & Ioannē, &c. Mos est ducum, & Imperatorū suis militibus in memoriā reuocare diuitias spoliōrū illius pouincię quā expugnare volunt, vt milites animos adsumant ad prælium, cupiditate spoliōrū allecti & inflāmati. Non aliter Christus Dominus, cū suis A postolis dixisset. Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucē suā, &c. Hoc enim totum est laboriosum & nimis durū corpori nostro mortali, & passibili: ne exanimētur, & deficiāt propter hos labores, ostēdit eis modo præmiū magnū, quod consequentur in gloria illi, qui se ipsos abnegauerint, & crucem poenitentię acceperint. Transfigurans se in mōte, & ostēdēs gloriā suā corā tribus discipulis ex precipuis significauit illis, quod sic videbunt Christū Iesum transfigurātū, & gloriosum in cælo, qui in hac vita sumeret crucē poenitentię super humeros, & eū sequerentur. Ostendens eis diuitias spoliōrū cælestiū, vt animos prærites cōcipiant exhortatur, & animū eis addit & vim, vt possint quoſcūque perferre labores (quāuis ingentes.) Hęc cogitatio tantā vim & robur addebat Paulo Apostolo vt diceret in secūda epistola, quā Corinthijs scribebat. Propter quod nō deficiamus, sed licetis, &c. Id enim quod in præſenti momētaneū est, & leue tribulationis nostrę, supra modum in sublimitate æternū glorię pōdus operatur in nobis, nō contēplantibus nobis, quę videtur, sed quę nō videtur: quę enim videtur, temporalia sunt, quę autem non videtur æterna sunt. Et rursus in alio loco ait. Nō pugno quasi in incertū, &c. Et ad Timothæū. De cætero reposita est mihi corona iustitię, &c. Ostēdit ergo Christus Iesus discipulis suis iudiciū quoddā seu adumbratam quandā effigiem glorię quam possidebunt, & habebūt in cælo, vt sic benē sperare discant, nec deficiāt in laboribus vitę præſentis in memoriā reuocātes magnū præmiū & retributionem, quā sperant. ¶ Præterea loquutus de passione ducit illos ad transfigurationem, quia passio Christi via est ad gloriā, per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Amplectamur Christi crucē in hac vita, si volumus Christi in gloria videre. Igitur quia res valde notabilis est myterium hoc transfigurationis dominicę exprimit euāgelista tēpus, personas, & locum in quo accidit, tanquā res memoratu digna. De tēpore sic ait. *Factum est autē post hęc verba serē dies octo.* Alij euāgelistę dixerūt, post sex dies, sed nulla est repugnātia, quia hic inclusiuiuē loquitur Lucas: alij vērō exclusiuiuē. Illi enim loquuntur de sex diebus intermedijs: Lucas autē diem illum, in quo dixit illa verba, & diē transfigurationis includit. Vide quomodo Christus nō tardat implere quod promisit. Dixerat enim Apostolis quod aliqui eorum non essent morituri donec prius viderent regnum Dei, loquens de sua transfiguratione gloriosa: sed nunc quod promisit impleuit. Non debuit inter promissionē, & impletionē promissi nisi modicū tēporis spatium interuenire, scilicet vniū septimanę. Vtinam hos sic seruemus, quę promissimus Deo, & sic opere adimpleamus fidē quā ei dedimus in baptismo quod videlicet ei seruire, & dæmonis operibus renuntiare deberemus, sicut Christus adimplet promissā. At cuna Deus tam fideliter promissis stet quod prius cælum & terra transibunt, quam verba ipsius: nos è

2. Cor. 4

1. Cor. 9.  
2. Tim. 4.

Act. 14

**Luc. 21.** contra passim frangimus fidē quā ei dedimus. Sed de his alias. Qui autē fuerit cum Christo in hac gloriosa trāsfiguratione, insinuat euangelista dicens. Et assumpsit Petrū, & Iacobū, & Ioannē. Iacobū hunc fuisse fratrem Ioānis & filium Zebedaei, qui Iacobus maior dicitur, nemini dubiū esse oportet cū id expresse dicat Matthaeus. Solet enim scriptura, quae in vno loco dimisit, in alio suppleat. Fratres Ioseph dixerūt in Aegypto. Merito hec patimur, quia peccauimus in fratre nostrā, vidētes angustias animae illius, dū deprecaretur nos: & **Gen. 42** nō audiuimus. Nō tamē legimus quod eos deprecatus fuerit quando eiecerunt eū in cisternā: neque quādo vendiderunt illū: sed scriptura supplet in vno loco, quod dimisit in alio: certum est enim quod Ioseph deprecabatur illos. Multa sunt alia loca, quae alibi memini me adduxisse ad hoc propositū ex scriptura. Itaq; vnus euangelista declarat saepe alii, & dicit vnus ea, quae alius praetermisit.

**Amb. cō. in Luc. lib. 7.** Hoc dixerim propter Ambrosiū, qui quia nō aduertit ad Matthaeū dixit hūc Iacobū esse episcopū Hierosolymitanū, & Iacobū Alphai, seu minorē. Quapropter in interpretatione vnus euangelista meminisse semper oportet illius Augustini dictū quod videndū est quid alij euangelista de illa re dicāt, cū saepe vnus declarat alium, & suppleat, quae alius dimisit. Sic in Matthaeo legimus quod Iesus dixit Petro. Antequā Gallus cāter, ter me negabis. **Mar. 14.** Hoc intelligere nō poteris, nisi Marcū contulas, cuius sunt verba. Priusquā Gallus vocē bis dederit, ter me negabis. Intelligēdus est ergo Matthaeus antequā Gallus cāter: id est, antequā desinat canere, vel absoluat cantū suū, ter me negabis. Solet enim Gallus circa mediā noctem, & manē cātare. Et ad hunc sensum facile trahitur quod Lucas, & Ioānes dicunt. ¶ Aduerte autē quod, vt post pauca dicemus expediens fuit vt Christus trāsfiguraretur, & quod essent testes ipsius trāsfigurationis, et si omnes Apostolos secū adduceret eum, hoc oportebat vt in secreto esset vsque post resurrectionem, & alij eorum essent imbecilles, nō expediebat vt omnes viderēt Christum trāsfigurātū. Secundo nō expediebat quod Iudas videret hanc trāsfigurationē iuxta illud Esaiæ. Tollatur impius, ne videat gloriā Dei. Si Iudas hanc gloriā videret, fortē secretum quod oportebat, non serualet: & etiam ei maius supplicii, & poenam afferret cum se damnatū videret, & gloriā, quam perdidit, cum vidit Christū trāsfiguratum in mōte. Et sic Christus misericorditer cum eo egit celādo ei gloriā, qua frui non debebat. Si autem alios videret secū in mōtem duceret, relicto suo Iuda in conualle, esset scandalum notabile Iudae, & obmurmuraret, & afferbat Christum occasionem scandali. Ideo oportebat quod essent sufficientes testes huius trāsfigurationis, & quod nō omnes essent Apostoli, sed aliqui. ¶ Sed cur tres Apostolos assumpsit, & nō plures, aut pauciores? vt adimpleret legē, quam ipse fecerat. Nihil enim fecit Christus casu sicut homo, sed omnia fecit magno consilio. Dedit enim legē, & in ea dixit. In ore duorū, vel triū stat omne verbū. Et hanc legem vult Christus seruare. ¶ Sed cur hos tres potius adduxit, quā alios? Primo, vt Chrysostrōmus ait, quia isti excellentiores erant alijs. Scit Christus vnum quocumque iuxta merita tractare, & secundū ratio-

nem, & iustitiā laudare. E contra mūdus, qui Iudam in montē erigit, & extollit, & Petrū in conualle relinquit. Malos dignitatibus, gloria, & diuitijs cumulat, & in mōtes euehit dignitatū: bonos vero in angulis inclusos finit, & praetermittit, & dedecore, ignominiaq; maxima afficit. In curijs regū, & principū plus fauor, quam virtus, valet: pluris diuitiae & pecuniae, quā iustitia, aestimatur. Qui apud reges fauore, & autoritate plurimum pollēt, nō sūt sapiētes, & probos homines ad reges aditū habere. Maxime enim timēt quod si a regibus cognoscatur, maioribus afficiatur honoribus, quā ipsi. Et propterea alios quaerunt ignobiliores se, insipientes scilicet, & stultos, quos sibi submittere possint, vt hoc modo dignitate, & fauore suum conseruet. Et haec est causa cur semper ostiū clauditur viris insignibus, & prudentibus: & reseratur stultis, & imprudētibus, nā sic grati Regibus melius se conseruet. In arbore illa quā vidit Nabuchodonosor, aues superuolabant, bestiae vero sub arbore incedebant. At vero nunc videmus bestias, hoc est homines bestias similes, & vitijs deditos, ac stultos sicut bestiae, collocatos super frōnem arboris, & dignitates, diuitias, imperiumque obtinere: bonos vero & sapiētes, qui sicut aues, suis ingenijs maxime in altū efferuntur, hos (inquā) demissos & abiectos, & ab omnibus cōculcatos & cōtritos cernimus. De istis Salomō dixit. Sicut qui mittit lapidem in acerū Mercurij: ita qui tribuit insipienti honorē. Gētiles, qui vanē colebāt idoli Mercurij, vnusquisque secū ferebat lapidē in honorem Dei sui. Ergo, sicut qui idoli colit, surripit honorem quē Deo debet, & idolo impiē desert: ita qui honorat, & dignitatē tribuit insipienti, est tanquā idolatra, qui furatur honorē debitum sapienti, & eum applicat stulto, qui similitudinē & effigiem refert idoli quod nec intelligit, nec audit, quāuis aures, oculos & manus habet. Sic de istis ait Zacharias. O pastor, & idoli derelinquēs gregē, &c. Sic tribuere honorē insipienti est mittere lapidē in acerum Mercurij. In Hebraeo autē habetur, sicut qui ligat infunda lapidē, sic est, qui dat stulto gloriā. Lapis natura sua deorsum fertur, quia omnē graue appetit deorsum tendere. At si ponas eū in fundibulo, propter vim brachij illi impressam, ascēdit per aërem contra suā naturā, veluti si esset auis. Sic nec stultus, nec improbus homo ad ascēsum & imperiū nati sunt: nec ad gubernationē aliorum procreati: at tamē tāta est vis & robur fauoris, & nūmi vt contra omnē naturā rationem volent, & imperēt, quos potius decebat subditos esse, & alijs parere, omnibusq; demitti. Sic videbis stultū nimis elatum & euectū. Quid? stultus ille, cū sit velut lapis insensibilis sine mente, & iudicio superuolitat? extulit & euectit illum vis fauoris: habuit in curia brachiū: & quia corā rege, aut corā summo pontifice habuit brachia tam altē ascendit, cum reuera esset sicut lapis grauis, & immobilis. Sed non sic Christus, imo vero aliter, nam meliores, & magis benemeritos in altū euehit, & ad gloriā mōtis extollit: relinquēs ceteros in valle. ¶ Secūdo assumpsit hos tres, quia tēpore prospero debent homines se parare ad tēpore aduersum, & sinistrum. Hi tres erant visuri Christū tre. nebundū in hōto tēpore passionis, & ne tunc scandalizaretur in eo propter carnis infirmitatē, ostendit modo gloriā suam vt tuac

tunc nō diffidant. Et sic modo voluit eos praemio laboris quē propter Christū pati debebant. Nā si Diuus Petrus (dum tamen ante vidisset hanc gloriosam trāsfigurationē) eū negauit in passione, & omnes illi fidē resurrectionis perdidit: quid quāso fecissent nisi hęc diuinitatis signa vidissent? ¶ Tertio assumpsit hos tres, quia erāt arcanorum obseruatores, & necesse erat custodire, & celare mysteriū trāsfigurationis vsque dum Christus resurgeret, sicut Christus ijs tribus praecipit dicēs. Nemini dixeritis visionē hanc, donec filius hominis à mortuis resurgat. Erant ij discipuli maxime secreti obseruatores. Aliquos homines videbis, qui sunt veluti cribrū, & vānus, quae totā aquam iniectam, effundit: sic ij nullū non secretū manifestant. Inquit Plinius, & Pomponius Mela quod in Palestina est quidā lacus, in quo quicquid proijcitur, supernat: non vero submergitur. Sic ij nihil in intimā sui cordis partē proijciunt, & immittunt: imo vero arcana, & secreta omnia patefaciūt. ¶ Obserua autē quod Christus corā paucis trāsfiguratur in monte, & paucis ostendit gloriā suam: ignominia autem ostendit in monte coram multis gentibus in sua passione publicē, & in die paschae. Similiter quādo voluit Deus dare legē in monte Sina, & ostendere gloriā suā, solus Moyses ascendit cū Deo, & praecipit ne vllus homo ascēderet, nec iumentū accederet ad montem. Sed nos superbe agimus ostendentes omnibus siquid gloriosum, si quid laude dignū habemus: infirmitates autē, & defectus nostros abscondētes, & celātes. Si quis nobilis est ex patre, accipit cognomen patris. Quod si nobilior est ex parte matris, relinquit cognomē patris, & accipit matris, imo in proavis quē rit cognomen aliquod honorificū & illustre, &c. Loca autē trāsfigurationis ostendit euangelista dicēs. Et ascendit in montē vt oraret. Hic mons dicitur Thabor, distās à Naim per septē milliaria, & per decē à Nazareth: iacet ad orientalem partem cuiusdam amplissimi agri, solus, absque eo, quod aliquis alius mōs sit iuxta illum per quatuor, aut quinque milliaria. Latitudo eius à meridie ad Septentrionē excurrit: & sic per has partes ad meridiē protenditur, vt super planiciē illā ex edificatis videatur, ita vt sine labore, aut defatigatione aliqua possit quiuis ad eum ascēdere. Est editissimus amplus, & aequalis, & taliter proportionatus, vt nec terrae pugillū habeat, qui ei proportionē suā & aequalitatē adimat. In hunc montem excelsum seorsum ascendit Christus vt oraret: docens nos, quod locus sequestratus à turbis, & negotijs seculi aptus esset orationi. Sic Moysi apparuit dominus in rubo in mōte Dei cum minasset gregem ad interiora deserti. Similiter in mōtis altitudine suscipit legem, & Agar in solitudine vidit Angelū domini. Sic etiā Heliae apparuit Angelus in mōte, & cibauit illū. Et Christus saepe mōtem ascēdebat ad orandū. Mons igitur, & solitudo, locus aptus est ad diuinas apparitiones, instructiones, & contemplationes. ¶ Obserua autē quod hic ascēsus in mōtem, cū affirmatur in scriptura de personis virtute praeditis, semper (vt Origenes ait) intelligitur ad maiora bona. Filij Iacob quādo prima vice ascēderunt de Aegypto in Canaam ad patrem suum Iacob cum tritico, non dicit scriptura quod ascen-

derunt, sed quod fuerunt, ait enim. Portantes frumenta in asinis, profecti sunt. Sed secunda vice postquam venerunt in Aegyptū, quando reuertebantur in Canaam dicit scriptura quod ascēderunt de Aegypto & venerunt in terram Canaam. Cur hec? quia prima vice tenebatur Simeō in vinculis, & afflicti erant: atque idē non dicit, ascēderunt in Canaam, sed cum secūda vice reuertebantur gaudentes ibant, & ad nuntiandū patri quomodo Ioseph viueret, & dominaretur in omni terra Aegypti. Sic Christus daturus legem ascendit in mōtem, videns enim turbas ascendit in montē, & docebat eos. Cum satiauit turbam ex duobus piscibus, & quinque panibus ait Ioannes quod subijit in montem Iesus, & ibi docuit, & dedit manducare. Ascendit etiā in crucē, & mundū redemit: ascēdit etiam in ascensionē, & dedit dona hominibus. Ascendisti in altum (ait egregius psaltes) cepisti captiuitatē, dedisti dona hominibus. Itaque semper ascensus est ad faciendū aliquod bonum: sicut hic ascendit ad gloriā suam ostendit discipulis. Itaque ascensiones Christi sunt vt faciat bonū, & aliquid boni impartiat. Sed nō sic ascendit homines, nā multi ascendunt, sed non ad benefaciendum, sed ad nocendū: & ad suum damnū, & detrimentum. Ad suum nocumentum oriuntur alae formicis. Quam plurimos vidimus honestos, humiles, & virtute praeditos: postquā vero ad honores & dignitates sunt promoti, eos vidimus elatos, tumidos, vanos, tyrannos, denique insanos. Multi in infernum sunt detrusi, qui forsitan, non eo descenderent, nisi praelati crearentur. Multi etiam sunt in inferno, qui si pauperes fuissent agricolae salutem cōsecuti essent. Et quia mercaturam exercuerunt, vsurisq; & negotijs se tradiderunt: hic diuites facti sunt & tandem fuerunt damnati. Saul bonus erat, & humilis, postquam autē regia dignitate, & imperio se vidit exornatū, superbus effectus est, & damnationis poenā incurrit. Dauid quoque qui cum affligeretur, & persequeretur bonus erat, nec voluit occidere inimicum suū cū posset, postquam se vidit euectū, & dignitate condecoratum, adulter fuit, & Vriam iussit interficere, populūque numerari. Sed tamē videmus quod quamuis ascensus tātopere sit periculosus, omnes tamen ascendere nituntur: omnes gubernare cupiūt, honorari, ac magni fieri. Aduerte ergo quod si ascendis, tanquam Christus ascēdas, vt beneficias, non autē vt noceas, nec vt inique, & turpiter viuas, nec vt elatē incedas. ¶ Praeterea obseruandū est, quod in montē excelsum adduxit hos tres discipulos, vt gloriā suam illis ostēderet: vt doceat omnes qui hanc videre desiderant, non in infimis iacere voluptatibus, nō illecebris capi carnalibus, non terrenis adhærere cupiditatibus: sed aeternū amore ad superna semper erigi: & angelicā munditiā, pietatis & pacis, & dilectionis, & bonitatis, & iustitiā vitam, quantū mortalibus possibile est, semper imitari debere, iuxta illud Apostoli. Conuersatio nostra in caelis est. ¶ Tertio, vt frui possimus visione gloriā debemus in mōtem ascēdere: nam nisi quis exaltetur, non est dignus diuinis cōtemplationibus. Moyses solus in montem ascēdit ad recipiendam legem: at populus tanquam carnalis, mansit ad montis radices. Oportet in altum ascendere, & affectus penitus euellere, & desideria

**Gen. 42.**  
**Gen. 43.**  
**Matt. 5.**  
**Ioan. 6.**  
**Psal. 97.**  
**1. Reg. 9.**  
**1. Reg. 24.**  
**2. Reg. 11.**  
**2. Reg. 24.**  
**Philip. 3.**  
**Exod. 19.**

**Deu. 4.**

**Prov. 20.**

**Zacha. 11.**

**Matt. 26.**



nostra extirpare & à terrenis, & infinis abducere, & super omnia, quæ mudi sunt ascendere, taliter, quod omnium terrenorum domini efficiamur, nec ijs sæculi rebus subiacemus. Quæ sursum sunt quaerite, quæ sursum sunt sapite, nō quæ super terrā: hac via sternitur: nec tibi difficile & arduum fiat, quādoquidē Deus præit. A scendere aduerso itinere, laboriosum sanē est: sicut Paulus ait. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnū Dei. In Canticis legitur quod Salomon fecit ferculū, columnas eius fecit argenteas: reclinatoriū aureū, sed ascensum fecit purpureū. Vide quod per sanguinem debes ascendere ad montis verticē, & ad gloriā requiem, & tranquillitatē: & quod si nūc non sunt martyria, est tamen tuipius abnegatio, & tuæ propitiæ voluntatis, & sic ad cælū debes ascendere. Denique in montē ascendit, & transfiguratur, vt doceat quod nō est quaerēda gloria in valle huius mundi, sed in cælo. In illo mōte quaerenda est gloria in quo beneplacitum est Deo habitare: sursum corda habētes. Multi enim sunt qui viuūt vitā terrefrē, qui semper cogitat terrena, qui semper loquuntur aut de diuitijs, aut honoribus, aut delitijs. Sunt verō qui viuunt vitā cælestē, vt qui cogitat quomodo placeant Deo. Hi, qui sic viuūt gloriabuntur in mōte. De his Dauid inquit. Quis ascendet in montē domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Respondit, dicēs Innocens manibus, & mūdo corde, qui nō accepit in vanum animam suam, &c. Per innocentiam manū, intelligit opera bona. Sunt bona opera, sed cordida. Das elemosynā propter vanā gloriā, opus fordidū est. Dicit missam in peccato mortali: opus est fordidū, non prodest ad gloriā. De istis operibus ait Esaias, vniuersæ iustitiæ nostræ tanquā pannus menstruatus. Opus innocēs, est opus optimis circumstantijs vestitum, vt elemosyna propter Deum, & missa in statu gratiæ celebrata. Ait, Et mundo corde, cor mundum, id est alienum ab omni concupiscentia, à concupiscentia deliciarū, & auaritiæ, &c. Nō enim fat est abstinere à malis operibus nisi abstinemus etiā à malis cogitationibus. Addidit. Qui non accepit in vanum animā suā. Accipit animā in vanum, qui nō accipit eam in illud, ad quod accipit eā. Creatus est homo (ait Augustinus) vt summū bonū intelligeret: intelligēdo, amaret: & amādo, possideret: & possidendo, fruere. Si circa Dei amorē, & cognitionē versaris non accepisti in vanum animā, alias in vanū accepisti illam. Quarta ait. Nec iurauit in dolo proximo suo: id est, vt non decipiat proximum. Decipiunt proximum, qui in dolo iurāt falsum, vt mercatores, & vendētes, & homines bifrontes, qui aliud coram te dicunt, & contrariū cum absens es. Isti grauius sunt puniēdi quam fures, & latrones, quia illi auferunt pecuniam: & ista fama, & honorem, qui multo pretiosior est. Si ergo vis ascendere in montē domini, & in locum sanctum eius, & ibi videre Christum gloriosum, & transfiguratum: opus est vt habeas istas quatuor conditiones. Sed ad contextum. *Et facta est oratio, species vultus eius altera.* Orans, transfiguratus est, quia in oratione transfiguramur ex bestijs in homines: & oratio non est nisi medium vt transfigurerur homo in Deum. Ideo Job. Nunquid ad præceptū tuum eleuabitur accipiter, &c. quatit alas ad aerem, & est ibi inge-

miscēs, & suspirās. Sic renouatur homo interior, & spoliatur homine veteri peccati, luce diuina illustratus. Transfiguratur in oratione, & contemplatione ex superbo, in humilē: ex inuidio, in charitatis amatorem & sectatorē, &c. Et transformatur ex homine in Deū. Sic filij Israel non poterāt videre faciem Moysi, quia erat sicut lēdida facies eius ex domini consortio. Reuertebatur: transfiguratus & resplendens. Porro transfigurari e. figurā mutare, quæ dupliciter accipitur. Primo modo accipitur figura pro qualitate resultant, ex terminatione lineamentorū, & cōsideratur in superficie corporis, & est de quarta specie qualitatis, quæ vocatur forma: & isto modo nō potest aliquid transfigurari, nisi mutet lineamenta. Alio modo accipitur pro habitudine corū, quæ exterius apparet in homine, siue sit dispositio in corpore, siue in vestibus siue in vtroq; Et isto modo dicitur aliquis transfigurari, quādo mutatur color eius vel aliquæ qualitates de ijs, quæ apparere possunt, nō facta mutatione aliqua in quantitate, nec in lineamentis. Sic etiā transfiguratur aliquis, quando mutat vestes, & accipit alias omnino distātes in figura, & colore, quia tūc homo nō cognoscitur, & putatur esse alius, sicut si vere figuram mutasset. Primo modo Christus nō est transfiguratus, quia semper tenuit quantitātē sui corporis, & figurā corporis humani, ita vt ex figura sua solita possit cognosci quod ipsemet erat. Sed secūdo modo transfiguratus est, quia fuit facta quædam mutatio in eo tam ex parte corporis, quā ex parte vestitiū, nā color vultus eius apparuit nitidior, & resplēdit sicut Sol, & vestimēta eius facta sunt alba sicut nix. Et istud dicitur transfigurari, quasi aliā haberet figurā. Non tamen mutatus est vultus eius ad aliā figurā, sed ad aliam qualitātē lucis, vel fulgoris. Hęc mutationē vocat hic noīter Lucas alterationem speciei, quia dicit quod facta est species vultus eius altera. Nō dicit, alia, sed altera: quia nō fuit alietas substantiæ, sed alteritas superueniens gloriæ: gloria enim non tollit, sed perficit naturam. Ideoque facies Christi non fuit variata, nā manēte veritate carnis, & eadē figura corporis Christi, claritas ista superuenit: quæ quidē claritas fuit vera corpore perceptibilis, in corpore Christi verē existēs ad ostensionē claritatis, quā promiserat in sanctis post resurrectionem esse futurā. Obserua autē quod hęc claritas transfigurationis, & resurrectionis, siue glorificationis, in tribus conueniūt: in tribus verō differūt. Conueniūt primo in substantia, quia eadē claritas substantialiter est vtraque. Sed differūt perfectione, quia claritas gloriæ perfectior est, & maior. Secūdo conueniūt in existētia, quia vtraque vera claritas est: differūt autē quia claritas gloriæ habet esse permanentis, claritas autē transfigurationis in trāsitu fuit. Tertio conueniūt in subiecto: vtraque enim est in corpore hominis, naturā eius non trāsmutans substantialiter: differunt autem quia corpus subiectū claritatis transfigurationis est corruptibile, claritas autē gloriæ est in corpore incorruptibili. Gloria hęc corporis nihil aliud fuit, quā quædam redundantiā, quā anima corpori communicauit. Ad quod sciendum est quod anima Christi in sue conceptionis instanti, fuit vnita verbo, & Deū vidit, & gloria plena fuit. Attamen hac animæ gloria nequaquā corpus fruebatur, nec anima corpori eam

Exod. 34.

Iud. 14

Matt. 26

Iuan. 9.

Exod. 32.

Act. 9.

Gen. 2.

ri eam communicabat: nā si corpus huius gloriæ participes fieret, esset impassibile, nec moreretur. Ergo vt Christus posset nos redimere, erat hęc animæ gloria detenta, & repressa, abſque eo quod corpori communicaretur. Cū filij Israel in terrā promissā proficiscerentur, necessario transire debebant mare Rubrū, in quo eis dominus singulare contulit beneficiū. Nam vt sicis pedibus trāsirent, impetus aquarū retrocesserunt cōtra propriā inclinationē & naturam, vt populus pertrāsiret. Sic etiam necessario fuit, quod (vt dominus Iesus moreretur, & pateretur pro nobis) animæ eius gloria retrocederet, & se colligeret, nec se corpori communicaret: nam si corpori se cōmunicaret, non poterat sanē mori. In anima Christi erat portio superior, & inferior: secūdo superiorem Deum contēplabatur, Deoque fruebatur, & ad eū habebat respectum, & secūdo inferiorem habebat respectū ad creaturas. Secūdo superiorem minimē patiebatur: at verō secūdo inferiorem. Sic & dicebat. Tristis est anima mea vsque ad mortē. Habet se hoc negotium portionū animæ Christi ad modum illius quod agitur inter clericos habentes beneficium ecclesiasticum, & bona patrimonialia: nā de bonis & redditibus ecclesiasticis decimas non soluant, at verō de patrimonialibus sic. Eodē modo Christus secūdo bona superioris portionis, decimas nō soluebat: at secūdo bona inferioris, sic, quod gloria animæ in corpus resultaret, pati nō posset & sic passio eius impediretur, & nostra redemptio: & sic mirabiliter repressā fuit animæ gloria, ne in corpus resultaret. Non tamē ob id miraculose passus fuit sed naturaliter fame, siti, & frigore laborauit, &c. quemadmodum cretus ille, cui Christus dominus oculorū lumen, & splendorem tribuit, qui cæcus à suæ vitæ initijs & exordio extitit: qui & si per miraculū visum recepit, tamen postea per naturā cūcta prospiciebat. Sic Christus naturaliter patiebatur, quamuis miraculo nō carebat, ipsam animæ gloriā in corpus non emerge-re: nā si gloria corpus ipsum afficeret, & imbueret, Christus minimē flagella, clauos, &c. persentiret: nam vsque adeo ipsa delectaretur gloria, quæ perfuebat, quod his corporis sui pœnis, nequaquam cōmoueretur: illa enim, quæ summa afferunt voluptatē, & iucunditatē, solent efficere plerumque non solum ne suauī aliarū rerum delectabilium gustu teneamur, sed etiam ne dolorem & cruciatū rerum asperarū sentiamus. Diuo Tiberio incensæ prunæ, rosæ purpureæ videbatur. Moyse tanta capiebatur voluptate dum Deo in monte familiariter utebatur, vt per quadraginta integros dies famis cruciatu nequaquā opprimeretur vexareturque. Hoc idem Paulo accidit, qui Damasci tribus diebus & tribus noctibus mansit absque cibi, & potus sumptione, intentus totus rebus diuinis, conspicensque diuini numinis fulgentissimā speciem & naturā. Adamus in ipso somno, quem Deus in artubus ipsius profundē immisit, fuit maxime elatus, magnasque cælestium arcanorū habuit præsentiones & nouitias: quo factum est, ne cōstā ablationem ex qua consiliū Eua, sentiret. Hic est præcellens ille beatorum status, quos nullo modo huius miseræ vitæ pœne conturbāt, aut aliquo mœore vel tristitia miserabiliter, & luctuose conficiunt & contorquent, non solum

quo ad ipsam animam, sed nec quoad ipsum corpus: nam ipsa animæ gloria corpus etiam ipsum mirificē complet. Quod vsque adeo verū est, vt si vnus beatorū cum gloriā quā habet infernum ingrederetur, & in medio pœnarū, quæ illic malis irrogantur, constitisset, fructio illius beatitudinis, quam possidet, sufficeret ei pœnarum molestiam & angorē auferre penitus. Hoc ergo maximo privilegio caruit Christi anima, quæ cum in illo temporis momento, quo fuit condita beata extitisset, quoad superiorem portionē, & quoad inferiorem, nequaquam: imo in cruce habuit maximū dolorē & corpus ipsum adeo nudū istius animæ gloria erat, vt ne minimū quidē haberet, & ideo patiebatur pœnas. Sed in trāsfiguratione anima, corpori gloriā hęc, quā repressā habebat, cōmunicauit: & resplēdit facies eius sicut Sol, & vestimēta eius facta sunt alba sicut nix. Itaque in trāsfiguratione nouū nō extitit miraculū, imo verō antiquū miraculū fuit dissolutū. Vnde, vt Augustinus ait in epistola ad Dioscorū, claritas corporum in gloria beatorum procedet ex beatitudine animæ: sicut latera ex natura sua est opaca, sed si intromittitur illic lucerna, incipit splendere, nō luce sua, sed lucernæ intro existentis: ita corpora nostra tenēbrosa sunt, lucebunt tamen in die iudicij, nō luce propria, sed luce animæ intra corpus in existētis, & ita hic in transfiguratione resplēdit corpus Christi, nō ob aliud, nisi quia anima erat beata & illa retinebat gloriā suā ne rediret in corpus: sed hodie soluit repressiōē ad tempus, sicut qui obstruit aquæ ductus alicuius fontis ne exeat aqua, & postea soluit. Gloria itaque animæ redundauit in corpus, & hoc ad tēpus, & per modum qualitatis, non quidē permanentis, sed transeuntis: ideo corpus Christi nō fuit beatum, sicut nec Paulus in raptu, quāuis viderit diuinā essentia. Et fuit in hac gloriosa transfiguratione tanta claritas corporis, quod ait eāgelista, quod factus est vestitus eius albus, & resplēns. Data fuit vestibus Christi miraculose quædam qualitas ad modum albedinis veri manentis. Et cum isto colore fuit quidam fulgor, vt esset ille color quasi radios quosdā nitoris mittens. Nam colores participant lucem, & quāto fuerit color perfectior, participat magis de luce, quousque veniat ad emissionem quandā radiorum. Matthæus dicit quod fuerunt vestimenta alba sicut nix: quia nix habet excellentiā quandā, quia nō solū habet albedinē intēsam, sed etiā propter magnitudinem lucis participat, radios aliquos emittit: & ideo oculos offendit, & ob hoc nix nō solū dicitur alba, sed etiā splēdens. Alia etiā sunt alba quæ nō habent splendore: sed quia Christi vestimēta alba fuerūt & splēdida, assimilata sunt nixi, quia fuit ibi albedo radiosa. Totum itaque corpus fuit gloriosus, vsque ad vestimenta. Igitur vestimenta in se non fuerūt gloriosa, sed sicut pars cæli, quæ vicinior est soli, est magis lucida: sic ex illustratione aëris vestimenta Christi lucida, & alba fuerūt. Moyse habebat claritatē in facie proueniētē ex splendore, sed manus eius erat leprosa. At verō hic omnia sunt referta & cumulata immensitate gloriæ: corpus, facies in super & vestimenta. Facies enim eius resplēdit sicut Sol, & vestimenta eius sicut nix fuerunt alba. De facie, quamuis dicat Matthæus quod resplen-

2. Cor. 12

Matt. 17

Exod. 4.

resplenduit sicut sol, intelligit tamē quod maximo incremento, multūq; nominibus solis splendorē eā superauit: comparauit tamē eā euāgelista cū illa re cū quā potuit eā cōferre, sol enim splendorior est omnibus planetis, & syderibus celi. Cur ergo suū splendorē per totū nō sparit orbem, vt nō solum discipulis suæ trāsfigurationis gloria innotesceret: sed omnibus hominibus per totū orbē disper sis? Dico quod in potestate corporis glorificati est ostēdere suā claritatē, vel nō. Sic Christus post resurrectionē suā apparuit gloriosus, & tātū discipulis, & nō alijs. Miraculum sanē fuit quod Christi anima gloriā suā corpori nō cōmunicaret, miraculū etiā exitit quod postquā eam cōmunicat totū nō impleuit orbem. Si ergo illa ipsa gloria, quā tūc discipulis ostēdit, minor erat ea, quā nūc in celo beatis manifestat, & tribuit, nec tamē imbecilles discipulorū oculi eā percipere & sufferre valuerunt: quid (amabo) erit in celo, quando videbimus eum, & fuerint corpora nostra glorificata? Resulit Sol in clypeos aureos, & resplendent montes ab eis. Mētionem facit cuiusdam tam clari, & rutilantis exercitus: quod sole radijs suis arma feriente, & percutiente, vicini montes fulgebant, propter lumen radiorum per montes dispersum reflexumque. Quando exierit Sol iustitiæ, & induerit animas nostras, fulgebunt corpora nostra propter participationē, quam corpus consequitur ex animæ gloria. ¶ Haftenus de Christi gloriosa trāsfiguratione: sed nunc operæ premium est scire cur Christus voluerit trāsfigurari, & hanc gloriam istis discipulis ostendere? Nihil enim Christus sine causa egit. Trāsfigurari itaque voluit triplici ratione. Primo, vt labores nostros leuiotes, & iucundiores redderet, & vt in illis animos nobis adderet, cū videamus quanta sit gloria, quæ nobis tribuetur in celo quandoquidem tanta fuit hæc, quā in trāsfiguratione aperuit vt Petrus eius immensitatē admiratus, dixerit. Faciamus hic tria tabernacula, &c. Oportet enim vt finis cognoscatur: nā cognitio sine, & gloria, quā operamur, nequaquam deficiamus animoque linquamur. Sagittarius non rectē iacit sagittam, nisi prius signum, & scopū mente oculisque attigerit: in quo sagitta est affigenda. Sic populo Iudaico, vt eos in terrā promissam deduceret, eo quod iter esset laboriosum, & asperum, in columna nubis eis præibat. Quemadmodum in circuncisione principium stipendij nobis contulit, sic hic in trāsfiguratione præmij principium nobis est elargitus. Proposuit nobis hic quādam gloriæ effigiem, vt nos ad eam alliceret, & incitaret: sicuti filijs Israel per speculatores ostendit magnū illum vuarū racemū supra lignum trāsuersum, & pendentem, vt desiderij terræ promissæ eis adderet atq; augetet, falsūq; atq; tedium Aegypti ingereret. Optimē notat Christus dominus ignauos & pigros esse homines, ad labores, nisi spe præmij ad eos impellerentur: vnde hic quoddam præmij proponit principij, ne in laboribus deficiamus, & vt animos assumamus.

1. Cor. 9. Vnde Paulus. Debet qui in spe arat, arare: & qui triturat spe fructus percipiendi. Sic David antequam certamē iniret cum Goliath gigante, dixit. Quid dabitur viro, qui percussit eū? Et respondit. Dabitur ei Rex magnis diuitijs, & filiam

suā dabit ei: & domū suā faciet absq; tributo in Israel. Proposuerat Christus discipulis suis id quod propter nomē suum pati deberet. Qui vult venire post me, &c. Et in synagoga suis flagellabūt vos, ante reges, & præsidēs ducemini. Et iterum. Si me persecuti sunt, & vos persecutentur. Sēper itaq; prædixit eis plures labores. Poterat illi dicere. Domine nullus laborat sine premio, ideoq; pro laboribus, & pro morte quid nobis prestabis? Atq; ideo Petrus dixit. Ecce nos reliquimus omnia, & sequimur te: quid erit nobis? Quid dabitur viro, qui percussit Philiskēū hūc? Poterat tunc eos ad E. laīā remittere, qui ait. Oculis nō vidit Deus absque te, quæ præparasti diligētibus te. At tamē voluit eis minimā ipsius gloriæ partē ostendere, quæ fuit ipsius corporis claritas, & splendor. Lōge aliter Christus, quā solent mercatores huius ætatis, quibus mos & cōsuetudo est, id quod est melius in panno, emētibus exhibere: vnde nos hoc factō fallere intendunt, sicque deteriorē pannū emimus. Christus dominus descendit, vt hominibus gloriā videret: at poterat mūdus dicere. Domine exhibe istius mercis aliquid signū. Noli nos clausis oculis emere. Libet (inquit dominus). Atque ita in montē ascendit, veridicos testes, numeroque sufficientes, secū ferēs qui de merce, quā vendere nititur, abūdē, & fideliter testentur. Exhibuit signū panni, quia nō ostēdit totā gloriā, sed partē, scilicet claritatē. Fecit Christus nobiscū, quod solēt facere parentes cū filijs paruulis, quos tenerrime diligūt. Dicit pater filio, vt pergat in scholā: ipse vero flagellorū metu, formidat. Pater autē illum inducit ad idē dicēs illi, dabo tibi gemmā. Et filius dicit. Ostēde illā. Et pater, Ecce illā: & clausa manu nō ostēdit totā, sed partē gemmæ. Tunc filius ductus cupiditate gemarū pergat in scholā. Ita à simili Christus optat vt omnes seruemus præcepta, quæ sunt multis laboriosa. Prædixerat Apostolis plures labores, & flagella, & promiserat dicēs. Merces vestra copiosa est in caelis. Poterat Apostoli dicere. Ostēde nobis istā gemmā. Ait Christus. Ecce eā. Ostēdit itaq; eis in hac trāsfiguratione, partē gemmæ: quā eis integrā, & perfectā erat daturus. Et vt nobis omnibus, & toti ecclesiæ esset solatiū in hac peregrinatione, & labore itinēris, trāsfigurari voluit. Cōsideratio enim præmij (vt Gregorius ait) minuit vim flagelli. Nam si illi milites Assyrii vidētes pulchritudinē Iudith, dixerūt: Quis nō pugnabit pro Israel, qui tā decoras habet mulieres? quanto magis pugnare debemus nos cōtra mūdi illecebras, & diaboli tētamēta, pro pulchritudine patriæ caelestis? Hac cōsideratione animū sumebat Paulus in omnibus laboribus suis: atq; ideo dixit. Saluatorē expectamus dominū nostrū Iesū Christū: qui reformabit corpus humilitatis nostræ, cōfiguratū corpori claritatis suæ. Quōsdā videre licet, qui per sterquilinā, & loca immunda diuagantur, obsolescentes, sordidos & veteres pannos colligentes, quos aspicere tantummodo, nauisem, & vomitum excitat. At deserunt eos in molendinum, conciuicūque in aquam, postmodū vero diligentissimē cōterunt, ac, tandē optimū & cādidissimū conficiūt papyrū. Sic ait Paulus quod reformabit Christus corpus humilitatis nostræ. Necessē est quod corpus nostrum sub incudem reuocetur, & renouetur, & denique

Mat. 10. 16.

Mat. 19. Luc. 18. 27. 64.

Mat. 13.

1. Cor. 15.

Mat. 5.

Iud. 16.

Phi. 3.

Mat. 18. Luc. 16.

nique multis ieiuniorum, flagellorū, vigiliarū & poenarū ictibus perficiatur, vt hoc modo cohiberetur, fatigatū, humiliatumque, dominus Deus illud reformet, & glorificet, candidūque, vt papyrus reddat. Quid si vidiffes corpus aliquod gloria repletum & beatum? in maximū sane stuporē rapereris. Quales erant discipuli, Christi Dominū trāsfiguratū conspiciētes: Petrus dixit. Domine bonū est nos hic esse: faciamus, &c. Si nobis Deus corpus affectū gloriæ decore, & splendore ostendēret illudque super nubes cōstitueret & collocaret: quod si aspiceremus maximo stupore perfunderemur, tātaque admiratione afficeremur, vt nec cibi potulque sumptio in mentē veniret, nec poenam aut dolorē aliquē sentiremus. Fulgebūt enim iusti sicut Sol, in conspectu Dei. Quis crederet quod ex vilissimis & sordidis pannis conficienda essēt tā candida, & excellentissima papyrus? Attamē hoc possunt humani ingenij vires & acumē, & si hoc possint, post papyri contritionē, & veluti quoddā eius martyriū. Quis etiam crederet, quod corpus adeo graue, tā crassa materia affectū, tāq; corruptibili compositū massā, possēt Aquilam agnitae & pernicitate superare, atque adeo ipsū ipsum claritate, & nitore vincere? At hoc, ingenij præstat diuinum. Id quod homo in veteri, & sordido panno agit prius eū conterēdo: hoc ipsum dominus deus efficit in hoc nostro corruptibili, & mortali corpore, prius in hoc sæculo illud laboribus crucians & affligēs. Aduerte ergo, o homo quod quo magis obsolescat & sordidus panno teritur, & cōculcatur, eo papyrus cādidior, & præstatiōr est atque tenuior. Et quod quo plus hic affligis & attritus fueris, eo plus in celo eueheris. Omnes quidē resurgemus (ait Paulus) sed non omnes immutabimur. Boni, & mali omnes resurgemus: sed nūquid omnes immutabimur? corruptibilitatē in incorruptibilitatē, & gloriā? Nō omnes immutabimur. Qui mutabuntur: Qui corpus humiliauerint. Reformabit, inquit, corpus humilitatis nostræ. Nō superbos, nō deditos deliciis, & voluptatibus, &c. Sed mortificatos, & humiles, & poenitētes. Aduerte etiā quod mali, sicuti bibula papyrus exhibent obscuro, & fetidi, non verō sicuti candida papyrus: sic enim solū exhibunt iusti. Ideo Paulus. Nō omnes immutabimur. Optimē igitur postquā labores, & poenitentia prædicauit, trāsfiguratur, propter eorū, & omnium nostrū cōsolationem, vt sciamus eū Christo glorificatos, & ascendere in celum. Expectemus Saluatorē nostrum, qui reformabit, &c. ¶ Sed dicēs. Et hoc etiā Christus poterat facere ostendēs infernum, nam etiā ex timore poenæ, & tormentorū poterant Apostoli amplēti labores, & fugere delicias. Cur non ostendit inferni poenas, sicuti ostēdit gloriā? Imperfectis, & incipiētibus inferni metus, & terror est antē oculis proponēdus: perfectis vero, gloriæ amissio exhibēda. Fortiores minx veris fuit, cum audiūt. Non cōmigrabis in celū: quam Detrueris in tartara. Vult Christus nobiscū agere, tanquā cū viris iam adultæ ætatis, & grandioribus: non vero tanquā cū impuberibus, & infantibus, qui flagellis indigēt. Ideo Christus sepē. Nō intrabitis in regnū caelorum. Auarus ille diues, qui quinque germanos fratres habebat, volebat eos inferorū durissimis & atrocibus poenis deterere, sed respondit Abraham.

Habent Moysen, & prophetas, audiāt illos. Non vt tu vis, sed alijs grauioribus poenis perterreficēt: cum illis dicetur, quod nō intrabunt in regnū caelorum. Sic perterre fecit Christus Diuum Petrum dicens ei. Non habebis partē meū. Cum verō Diuus Petrus istius comminationis vim intellexit, multo plus ea territus est, quā si eum in nulle cōiiceret inferorū habitacula. Hæc est differētia legis gratiæ, & scriptæ: quod illa fuit lex timoris, sed hæc amoris. Descendit Christus in hunc calamitosum mundū, vt homines amore ad se traheret, & alliceret: & vt eis dona caelestia, æternaque exhiberet, non vero vt timore, & per vim eos ad celū deduceret. Ideo posuit Deus hominē sub celo, supraque terrā collocauit, & elementa, quæ inter nos & ipsum celū adiacent, nos adiuant vt celū melius videamus: sunt namque transparentia. In quo nobis significauit, velle se nos celū intueri, & ad illud anhelare, atque illud obnixē diligere. Ac proinde noluit celū occultare, vt videntes illud, dies noctesque, illud contempleremur, meditemurque. At vero terra, & aqua sunt elementa crassa, & obscura, suaque dēsitatē impediunt nos, quominus inferorū teterimas sedes cōspiciamus: quia multo maior comminatio, & labor est tantum bonū amittere, quale est illud, quod oculis ipsis intuemur, quā quod nobis malū & infortunij illud, quod nobis terra ipsa & aqua occultat, adueniat. Ecce cur Christus gloriā suā Apostolis aperuit, nō vero inferorū horrendas, & calamitosas sedes. Igitur, vt concludā, voluit Christus trāsfigurari, vt videntes Apostoli & nos ipsi gloriæ immensitatē, & præmij celsitudinē, quæ nobis parata est, labores huius sæculi nequaquā formidemus: imō vero omnē curā & diligentia cōstituamus in mādatorum Dei sedula obseruatione: ac, si opus fuerit, sanguinē effundamus, vitamque ipsam mortū exponamus pro Christo domino, quadoquidem tā ingēs, tā excelsum tamq; præstans præmij nobis post hanc miserā vitā, manet in celo. ¶ Secūdo, voluit Christus trāsfigurari, propter ecclesiæ cōsolationem. Nam nisi Christus (cum pauper esset honorū temporalium, afflictus, & crucifixus) aliquid suæ gloriæ signū, & specimē diuinitatis exhiberet ecclesiā a gentibus derideretur, aspernareturq;: & insuper affirmaret nos insanos, & fatuos esse, quandoquidē hominē adeo pauperi, & sputo, abiectoque fidē habebamus. Propterea oportebat Christi honori suo prospicere, & ecclesiæ suæ ingētes suæ diuinitatis diuitias patefacere in ipsa trāsformatione. Hoc est flagitabat, à Deoque petebat David in psalmo. Memor esto domine opprobrij seruorū tuorū: quod cōtinui in sinu meo multarū gentiū. Prospice igitur domine honori tuo, & ostēde quis sis. Si hic esset nobilis, & pulchra, honestaque fœmina, eāque parentes eius cuidā viro nuptiū darēt, eo quod fama increbuit esset ipsum ex India quā plures opes aduexisset, isque multa scriinia in fœceri domū grauiā, clausaque asportasset: post modū vero, eū vidiffes per plateas deambulātem incomitatū, pauperē, attritis vestibus & obsoletis, sanē doleres vicē illius honeste adulescētule, diceresque. Sanē fœmina illa decepta fuit: existimauit nāque se diuiti coniungi, at contrā accidit, decepta fuit. Ipsa vero marito suo sic inclamarēt, o sponse, si diues es, signū præbe aliquod diuitia-

Ioan. 13.

Psal. 88.

rum, quod nullū aliud melius est, quā si vestibus ornatis indutus incedas, mihi que dextrocheria, & annulos, aliaque huiusmodi ad mundū muliebri spectātia, contribueris: ne vicini me contēnant, & abiciant, addatque me deceptam esse. Si homo hic tunc tēporis scriinia referasset multo auro, argētoque cōferta, vestesque sericas, purpureasq; eduxisset, easque mulierē induisset ac si regina foret, ipse vero auratis, & pretiosis vestibus indutus incederet, famuli autē cū aureis cathenis ad collū appēsī post ipsum sequerētur, quid iā totus populus intonaret? nisi, videte quam bene, & feliciter nuplit vicina nostra, fortunata equidē & beata euasit. Sic gētes ecclesiā Christo domino pauperi, & afflicto desponsatā intrūtes, eā deludebant, vili que pendebāt. Sic Paulus. Nos prādicamus Christum crucifixū. Iudaeis scandalū, gētibus stultitiā. Ideo ad solamē ecclesiā suā, ostēdit dominus in trāsfiguratione sua diuitias ingētes, quas recōditas, & inclusas in animā suā scriinio prācellētī habebat. Et ad ruborē & confusionē incredulā, & pertinacis synagoge, ad verecūdiāq; & stuporē ineptae gētilitatis glorię suę immēsum splendorē, & diuinitatis incōprehensibilitatē manifestauit in monte. Quid quæro narras? Eū ad discipulo, & famulo traditū ac vēditū? Aspice ergo quo pacto duo tāte authoritatis viri (Moyfes scilicet, & Elias) ei in mōte Tabor, famulētur atq; obtēperēt diligētē. Quid? ei fuisse in faciē excreatū? Verū quidē est, sed respice, & perge in mōtē, & videbis faciē eius fulgentē sicut Sol, vsque adeo vt Sol respectu illius nigredinē terribilē referat. Quid? verberibus fuisse affectū, cruciq; crudeliter affixū? Vade igitur in montē, & aspice eum plenū gloriā, & splendore immēso. Vide etiā montē illū splendentē ad multā noctem, ac si esset meridies. Si spoliāt eū vestibus suis tanquā maleficiū, & perditū hominē, superq; illas fortes mittit: aspice quæso nūc eas splendidiores auro, niueque candidiores. Prospicit ergo Christus dominus honori suo. Nos autē fideles letemur in transformatione domini nostrā vero fides vires roborque sumat, quandoquidē homo hic abiectus, & summissus, est verus Dei filius. Caput eleuet ecclesiā fidelis, obmutescat synagoga, taceāt gentes in stuporē & confusionē maximā adductæ propter gloriā almæ transfigurationis Regis nostri Iesu Christi.

¶ Tertio transfigurari voluit propter seipsum, vt celebraret Pascha corpori suo. Triginta annorum spatii excedebat, ex quo Christi sacrū corpus acerba & frequēter poenitētia macerabatur, dilaniabatur, malē tractabatur, afflictabatur, & deniq; ieiuniorū aspero cruciatu in perniciē, & interitū ruebat: nec diē aliquē latū & festiuū ducebat. Et prāter labores, quos Christus ob nostra scelera perpeti voluit, ex eius oculis aquarū fluentia indies promanabāt, cor autē eius tristitia operiebatur, cū videret flagitia hominū, ludos, luxurias, adulteria & blasphemias, quas frequēter audiebat, & multitudinē animarū, quæ in infernū præcipites ducebantur. Vt ergo tūc sper corporis sui labori, & fatigationi cōsuleret, voluit trāsformari, celebrās, saltem semel in vita, festū & Paschā corpori suo afflicto, & calamitoso. Sicut tu facis festū quotidie corpori, & nunquā animæ: sic Christus (qui semper festū animæ celebrabat, nūquā vero corpori) voluit nūc corpus exhilarare, eiq; aliquid solatiij & gau-

dij cōcedere, vt vltra in laborū aspero itinere progrediretur, cū tot, & satis magni eū ad frōte manerent labores. Vt ergo nos doceret, quod est vite progressus & excursus sit nimis durus, & acerbis, expedit tamē aliquando aliquid solatiij corpori cōcedere: propterea voluit transformari. Sed hoc tēpore iā nō licet, homines doctrinā hāc docere, nec eis dicere, vt corpori indulgēat, & morē gerāt quādoque: imo vero ē cōtra necessē est eis in memoriā reuocare vt animā suę saluti cōsulāt, quādoquidē eius tantopere obliuiscitur, corporis verō, nequaquā: nam vt est hominū vita flagitiis cooperta & coinquinata, vidētur ianuerē & significare se anima carere & destitutus esse, nullāque post hāc vitā manere. Igitur cū Christus trāsfiguraretur, quod cōtingit audiamus euangelistā dicentē. *Et ecce duo viri loquebātur ei illo. Erant autē Moyfes, & Elias visi in maiestate.* Vt scēculis innotescat dominū nō strū Iesum Christū ad legē, & prophetis testimoniū suę diuinitatis habere, eundēque esse dominū legē, & prophetarū: cuius ad obsequium legislator Moyfes, & prophetarū Zelotes Elias, venerit. Accusabāt Iudaei Christū dominū tāquā legis Moyfi trāsgressorē, & violatorē: & quāuis ipse dixerat, Nō veni soluere legē, sed adimplere, nō tamē crediderūt ei, imo potius dixerūt. Tu testimoniū perhibes de te ipso, testimoniū tuum non est verū. Si ergo eius testimonio fidē nō vultis habere, credite legislatoris vestri testimonio: nēpe Moyfi, & credite testimonio tā præstātis, & magni prophete, vt est Helias: magnus legis Zelotes: quādoquidē in ore duorū, vel triū, stat omne verbū, præsertim cū hi duo testes adeo sint veraces, & tāte existimationis. Nā si Christus (vt asseritis) est legis trāsgressor, cur Moyfes ipse, qui vobis dedit & constituit legē, venit ad obsequendū, & obtemperādū ei? Quod si legis contēptor, & violator à vobis iudicatur: cur etiā adest vt ei cultū, & reuerentiā exhibeat magnus ille legis Zelotes Helias? Aduerte autē quod Moyfis (qui mortuus erat) anima, accipit aliquod corpus ex aere, in quo apparuit, & loquebatur sicut faciūt Angeli, quando nobis apparent, & hoc sufficiebat, nō ab aliquo portatus ex sinu Abrahæ, venit, quia erat purus spiritus, & nullius grauitatis, & sic subito poterat ire, quouellet. Elias autē homo erat viuens, & mortalis, quia nō habebat dotes gloriæ vt posset subito per dotē agilitatis ire, quo vellet, oportuit quod ab aliquo portaretur. Credo quod ab Angelo portatus sit, sicut portauit Abacuc de Iudæa, in Chaladæ, & ita in prima vice portatus fuit in curru igneo. Visi sunt autem in maiestate: hoc est in magna claritate, & dignitate. ¶ Observandū autē quod claritas Moyfi, & Elię, nō fuit eiusdē generis cum claritate corporum in patria, sicut fuit claritas Christi: sed fuit quædā claritas, sic se habens ad illā, sicut fides in via, ad visionē in patria: & ideo aspectum Apostolorū nō offēdebat: quod non fuit de claritate Christi. Et huius ratio est, quia anima Christi glorificata fuit, non tamen anima Moyfi, nec Elię: & ideo corpori eius potuit cōueniēter attribui claritas gloriosa, nō autem corpori Moyfi, aut Elię, ne prius esset gloria in corpore, quā in anima. Aliter tamen fuit in apparitione Samuelis, quia ibi fuit, vñū corpus formatū ex aere, & apparuit esse corpus Samuelis per opus diaboli. Anima etiā Moyfi quæ-

Matth. 1. Reg. 29. Deut. 17. Dan. 14. 1. Reg. 28.

Matth. 20. Exod. 5. 3. Reg. 17. Exod. 33. Psal. 128. Eccl. 11. Deut. 32. Ion. 3.

quæ venit de limbo, nō amisit poenā carentiæ visionis. ¶ Aduerte etiam quod testes ex veteri, & ex nouo testamēto adduxit Christus, quia ad gloriā creati sunt tā antecessores, quā præcedētes. Sed precipuē qui erāt ex nouo testamēto, quā qui ex veteri, plures enim ex nouo testamēto saluātur, quā ex veteri: vtrique tamē pauci sunt, quia multi sunt vocati, pauci verō electi. Adduxit autē hos duos, potius quā alios, quia cū Christus dixisset antea, qui voluerit animā suā saluā facere, &c. Vt corda discipulorū confortaret, adduxit hos duos in exemplum, quia Moyfes exposuit vitam pro Christo, quādo se obtulit Pharaoni, & Helias Regi Achab. ¶ Aduerte etiā quod hic Deus promissis stetit, promiserat Moyfi, posteriora mea videbis, quia vidit Christū in carne. Supra dorsum meū fabricauerūt peccatores, id est, supra humanitatē Christi. ¶ Præterea inter viuū, & mortuū trāsfiguratur Christus, ex quo vtilissimū nobis datur exemplū, vt si volumus Deū in cælo trāsfiguratum videre, omnia nostra inter mortē, & vitā collocemur, vt vno oculo in vitā directo, alterū in mortē spectamus: & tanquā in sequentē mortē, omnia ad nihilū reditura. ¶ Expende, quo pacto Christus in gloria suā trāsfigurationis mortuū ante oculos cōstituit. In quo docet, quod diebus festiuis & iucundis memoriā mortis habeamus, nobisq; ante oculos obuersetur præsens: ne magnitudo honoris, & foelicitatis mūdane nos extollat, & in superbiā deducat. Ideo sapiens ait. Si annis multis vixerit homo, & in iis omnibus letatus fuerit, meminisse debet tenebrosum saperēt, atq; intelligerēt: & nouissima prouiderēt. Mors cū venerit, victa erit, si antē quā venerit præmeditabitur. Nullū telum poterit à morte melius defendere, quā ipsius met mortis memoria, & recordatio. Nec aliquid reperies, quod te melius à morte liberet: quā ipsius contēplatio. Vita sapiētis, est mortis meditatio. Indignus efficitur solatiij in mortis agōne, qui mortis in vita obliuiscitur. Mortē, quę (vt clare patet) cōtraria est vite, assumpsit Deus tanquā mediū assequēdi vitæ. Tā iucundā, dulcēque Christus moriēs, nostrā fecit mortē, vt mortis nomē omnino deperderet, vitæque instrumentū vocaretur, quandoquidē per eā gloriæ vitæ cōsequimur. Itaq; id quod antē Christi Domini mortē, mors erat, nūc sane vita est. Vita (inquam) bonis: & ostiū aternæ mortis, reprobis & sceleratis. Est delectus, in quo strenuis militibus stipēdia soluitur, timidi verō missi sūt, & à militia abdicantur. Mors diuersum cōfert præmium iis qui in vita diuersi & differentes sunt. Da operā, vt sis ex iis, qui optimū assequuntur præmiū. Niniuite audientes sententiā mortis quā Ionas prædicabat, poenitentiā egerūt. Aduerte quæso quantum emolumentū secū ferat mortis cogitatio, quandoquidē in illis peccatoribus tūc extitit causa mutationis. Nequaquā vinceris, si fueris tētatus, dū modo mortē contēplens. Ne tātopere vitā diligas, vt mortis obliuiscaris. Tūc citius moreris, cū oprabilius viuas. Mortis memoria efficit ne homo in profperis superbiat. Pulchrū, & honestū est vitā ante mortē cōsumere: posteaq; secure reliquā tui temporis partē expectare. Si reliquos è vita cōmigrare cernis, cogita te quoque ad mortē gestum facere, quandoquidē tā properē curris (& si te quiescere

existimas) ac illi, quos quotidie mori cernis. Cū si bi duæ cymbę in mari obuiāt, existimāt qui hac vltimū se tardo cursu pergere, qui vero illa, cōcitatō: cū re vera vtriq; æquo properēt cursu. Sic quidā, cū reliquos è vita euolare cōspiciunt, credūt se immortales esse, & cōquiescere in vita, dū reliqui vitæ cursum cōficiunt & absolvunt. Caue dixeris mortē te imparatū adoriri, cū te quotidie aliorum interitū cōmoneat. Si morte cōtēplaris, in timore vitā deges. Qui per vias niue multa coopertas iter faciūt, nihil omnino vidēt, cū do: nū aliquā ingrediūtur, ideo periculosum tūc est ingredi loca periculosa. Sic, qui per vitæ huius albos, & prosperitates pergūt, quæ sicut nix lique fiunt, & in nihilū vergūt, quādo alterius vitæ domū ingrediūtur per hostiū mortis, nihil vidēt. Sic moriūtur impij turbati, & furibūdi, se ipsos omnino nesciētes. Ex diuitijs, ad paupertatē gradū faciunt: ex honore, & trāquillitate, in ærūnas, & miserias tēdūt. In morte obliuiscuntur sui, quia in vita obliui sunt Dei. Difficile potest tunc malus saluti suę prospicere, propter huius mūdi lucē cōmentitiā. Nullū præsentis remedium habēt, quā cum multo, ante id quod postea accidet, speculātur, mortem ipsam in vita præmeditantes: tāquā Helias, qui ad os spelūcæ erat aspiciēs, & contēplās. Sed de his iā satis. ¶ Obseruandum est etiā quod fecit Christus in hac sua gloriosa trāsfiguratione, quod imperatores facere solēt in regnis suis, scilicet ad comitiā conuocare magnates, & ciuitatū oratores, negotiaq; ipsarum agētes. In cuius curia duo sunt. Primū iurāt principē in regē. Secundo tractātur ea: quę spectant ad vtilitatem publicā. Ita Christus cōuocauit hodie magnates omnium ciuitatū. Ex ciuitate limbi, venit Moyfes, ex paradiso, venit Helias, & ex mundi ciuitate, venerūt Petrus, Iacobus, & Ioānes, tanquā procuratores, negotiorū que gestores. De iis comitijs dicit Dauid. Principes populorum congregati sunt cū Deo Abrahā. In iis comitijs prima iurauerūt Christū redemptorē nostrū in regē & licet euangelista, nō dicāt, maxime credendū est, quod prostrati cū multis lachrymis, & deuotione adorauerūt Christum regē. Et Moyfes, quia senior, dixit illud, Magnus es tu & facies mirabilia: tu es Deus solus. Helias etiā nomine suo, & nomine Enoch dixit. Vere tu es Deus absconditus. Videris mortalis, finitus, & limitatus: & es immortalis, infinitus, & omnipotens. Cōfessus est etiā Petrus dicēs. Tu es Christus filius Dei viui. Ecce quomodo iurauerūt eū in regē. Secundo: quod fit in comitijs, est quod tractēt, & loquātur de his, quæ pertinent ad vtilitatem publicā & bonū comune. Nihil tam necessarium fuit mūdo, & limbo, quā Christi passio, & nostra redēptio: & ideo hoc negotium tractatum est in iis comitijs, propter quod ait Euangelista. *Et dicebant excessum eius quē complectur erat in Hierusalem.* I. loquebantur de excessu passionis, & agebant ei magnas gratias, & deprecabantur vt eam acceleraret. Dicitur autē passio Christi excessus, quia soluit plus quam debebamus. Fecit Deus legē de nō remittendo peccatum Adæ & filiorū eius, si nō offerretur ei obsequiū maius in genere obsequij quā peccatū Adæ fuerat displicis in genere delicti. Cōstituit se Deus fidei suę pro bonis, & soluit plus quā debebamus: vna enim gutta sanguinis Christi suffecit pro redemptione totius

1. Reg. 29. Psal. 45. Psal. 85. Esai. 45. Matt. 16.



tibus generis humani, tamen dedit totū sanguinē suū. Ecce quomodo fuit excessiua, quod ad satisfactionē. Sed obsecro domine, si vna gutta sufficeret cur soluisi totū sanguinē? Ad ostendendū excessiuum amorē. Accidit nonnunquā te inimicū in vincula coëcisit tuū, propter centū aureos, quos ei credidisti, tuque adeo bonus & mitis es, vt non solum pro eo centū illos aureos soluas, sed etiam mille, si à te quærerēt, cur hoc facis? respōdebis, vt eū in meū amorē plus deuinciā, obnoxii que reddā. O immēsa dei bonitas, quādoquidē vt nos obligaret ad sui amorē, non solū ei essemus infesti & inimici) pro nobis exsoluit quod debebamus, sed etiam ulterius processit. Sufficiebat gutta vna sanguinis sui, vt nos redimeret: sufficiebat sanguis in circūcisione effusus: nā propter suppositū infinitatē, omnes eius operationes infiniti sunt meriti & valoris. Attamē tantā sanguinis copiam effundere voluit (iuxta illud psāli. Copiosa apud eū redēptio) vt nos ad se amandū plus astringeret. Hoc Paulus ait. Commēdat Deus charitatē suā in nobis, quod eū inimici Dei essemus, &c. & Ioannes ait. Maiorē charitatē nemo habet, quā vt animā suā ponat quis pro amicis suis. At Christi charitas maiorē omnium charitatē antecelluit, cum pro inimicis mortuus sit. Excessus etiā fuit ex parte Christi in dolore: nam dolor ipsē, adeo extitit excessiuius, vt omnes dolores & seculi huius mortes multi hominibus superaret. Excessus fuit etiā in persona, cū caput vt mēbra euaderēt illæsa, periculo & mortis patibulo se exposuit Christus caput nostrum morti se obtulit, vt nos, ipsius mēbra protegeret, atque defenderet. Cogitare debet, nō solū immensitatē pretij, quod pro te exhibuit, nec solū etiā excessiuum quē pro te pertulit dolorē: sed etiā quis sit ille: qui patitur, & quis pro quo patitur: & sic videbis amorē excessiui si cogitas Deum esse, qui patitur, pro homine vili, atque abiectio. Hoc considerabat Paulus dicēs. Qui eū sit splēdor gloriæ, & figura substantiæ eius, &c. purgationē peccatorū faciēs. Priusquam dicat, quo nos pacto à peccatis nostris mūdauit, ostēdit immensitatē, & præcellētā Saluatoris, asserēs esse splēdorē gloriæ, & figurā substantiæ patris. Splēdorē gloriæ vocauit illum, quia est immēsa claritas patris, nā nomē gloria, nō significat, sed auget significationē. Nā splēdor suū habet ex igne substantiā, & est simul cū igne, & radius cū sole. Ex quo enim sol est, illi coradij. Sol radiorum causa est, & ignis est splendoris. Non Sol ex radiis, sed radij ex Sole gignuntur: & splēdor ex igne producitur. Ita vnigenitus ex patre est genitus, est autē vna eū mēte, vt verbū eū eo qui genuit, & splendor eū igne, & radius eū sole. Sed vnū quodque nō per se subsistit, sed in illo, ex quo productū est habet subsistentiā. Filius autē Dei splēdor gloriæ nō est aliqua patris operatio nō subsistēs, sed substantia viuēs, & per se subsistēs. Sed ne quis existimaret verbū æternum aliquid esse accidentale, eo quod Paulus dixerit illud in figura, addidit dicēs. Figura substantiæ eius. Si gillū exprimit in cera figurā, que sunt lineæ, & arborū signa & imagines, quas insculptas habet: nō vero imprimit metallū & substantiā illā, ex qua sigillū constat. In æterna ergo filij generatione nō sic contingit: nā eū pater hanc eduxit, & extraxit figurā, non fuit aliquid extrinsecū & accidentale,

sed substantialis figura, quia genitus fuit ex omnibus, quæ sunt de substantia patris. Ideo ne aliquis in errorē laberetur, credēs figurā hanc accidēs esse, dixit Apostolus. Et figura substantiæ eius. Aspicere ergo quā excessiuius fuit hic amor, quo te Christus fuit prosequutus, qui cum is esset, nempe splēdor gloriæ, & figura substantiæ eius, se ipsum obtulit morti & improperio: vt nostra peccata purgaret. Ipse pharmacū accepit, sel & acetū gustans, seque morti tradidit, vt seruū liberaret. Igitur excessiua fuit Christi passio ex parte ipsius redēptoris. Primum, propter excessiuiū sanguinē pretiū, quod soluit. Secūdo, propter excessiuiū dolorē, quē passus est, cū caput esset, pro mēbris, & cū esset filius dei, & figura substantiæ eius, pro nobis peccatoribus. Ex parte etiā Iudæorū fuit excessus passio Christi primo in malitiā, quia eorū malignitas & peccatū excessit omnē malitiā: & sic adeo fuit magna, vt omnē malitiā: & mūdi peruersitates superaret maximo interuallo. Sic asseruit David in persona Christi. Ego autē sum vermis, & nō homo, opprobriū hominū. & abiectio plebis. Comparat Christi mortē morti vermis, nā doletis cū videtis taurū interfici, aut arietē occidi, vel aliud quoduis animal obire: at vermis morte nequaquam dolere soletis: imo vero illū conculcatis, nec eius doletis vicem. Sic de Christo non doluerunt improbi illi, & perfidi Iudæi, siquidē nec illi potū cum exposceret, dederunt, sed sel & acetum porrexerunt ei: & quamuis viderunt eū morti dānatum & cruci affixum, nō tamē ipsorū fatiata erat malitiā, imo vero illic deludebant ei, ac probris afficiebāt. Ex parte etiā Iudæorum secūdo fuit excessus in modo, nam adeo concitate, & prope fuit iudicatus, vt iustitiæ modū non seruauerint, nec habuerint: nam eadē die captus & crucifixus fuit, nullū appellationi locū relinquentes, nec testes ipsos examinantes nec ratiabitionē exigentes, &c. De hoc itaque excessū loquebantur Moyses & Helias, redentes illi gratiam pro tanto beneficio. Obserua autē quod quædam modū doctoribus, die ipso, quo gradus honore condecorātur, reprehensionis nota afficiuntur: sic nūc, quādo pater æternus doctoris honore filiū exornat (dicēs, hic est filius meus dilectus ipsum audite) eū passionis acerba nota, & ignominia afficiūt. Similiter in magno illo & honorifico palmarū festo, vidēs ciuitatē, fleuit super illā. Expende ex iis, quā varij, & mixti sunt omnes huius vitæ honores, & iucunditates: quamque plenæ luctus, & amaritudinis sunt omnes mundi lætitiæ, & festiuitates. Omnes istius vitæ hilaritates, & consolationes refertæ sunt & cumulatæ tristitia: nec in ea licet inuenire perfectum & purum gaudiū sed omnia sunt infecta infinitis miserijs, & laboribus. Hoc voluit dominus hic innuere: quādoquidē cū vellet tātisper gloriæ corpori imperitari, hic etiam acerba passionis recordatio nō desuit, quā passurū erat hoc ipsum corpus quod tūc tāta fruebatur gloria & prosperitate. Aman maxima pollebat gratia, & fauore apud regem Assuerum, maximeque lætus erat, eo quod à Regina Hester inuitatus erat, sed illico tristis remansit, quia ante Mardochæū incebat, honore & reuerentiā præbens ei, quæ antea oderat. Tristitia & dolor omnes huius vitæ res comitatur & illis, qui beate & feliciter viuunt, minima quæque dolorē: & maiorē afferunt

afferūt acerbissimū. Quod cū Dei permisso cōtingat vt verā amplectamur vitā cœlestē: nūquā tamē desunt (proch dolor) qui eā dulcē, & suauē esse existimēt. Cogitatio tātum amaritudinis, quæ per mūdi voluptates, & delicias diffusa latē est, sufficiebat, vt omne terrenæ consolationis genus odio haberemus. Cū rex David esset nimis lætus ob partē de inimicis insignē victoriā, spoliāq; militibus diuideret, ecce ex improuiso ingreditur nuntius, mortē Saulis enarrās, suiq; fidelissimi amici Ionathæ, & totius Israelitici populi amissionē nuntiās, subitoq; omnem victorię letitiā, in lachrymas, & tristitiā acerbissimā cōmutauit, & cōuertit. Meditare, quā subito tristitia cor occupat iucunditate expletā. Discē nō diligere gloriā mundi presentis: si nō vis acerbā, turbulētā, & funestā vitā degere. In hac trāsfigurationis gloria, cū sit adeo sancta, honesta, & debita laboribus, quos Christi sacri corporis patiebatur, tamē voluit dominus eā memoria duræ passionis cōmisceri. Cur ergo permittet mūdi voluptates, & sordidas delicias à tristitia, & dolore immunes & alienas esse? &c. Obserua etiam quod in gloria loquantur de passione: vt discas, quod nemo potest ire ad gloriā, nisi per passionē, & ignominia crucis. Sicuti qui vult vinū vedere, præconi prius parū eius exhibet, vt qui emere velit, prelibet, & degustet: præconi q; cōmēdat, vt pretiū intonet. Sic Christus volēs ostēdere suā cœlestē gloriā, & exhibere eā venalē, dedit eā præconi, qui est pater æternus quādo dixit. Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Aestimatores fuerūt Moyses, & Helias, qui pretiū istius glorię cōstituerunt, quod fuit Christi crudelis passio, nā sine hac nō sufficiūt omnia nostra opera ad cōsequēdam nec promerēdā gloriā. Sed est hic magnū mysteriū nō prætereūdū. Obsecro domine, vocas magnates ad comitia, vt tractet de tua morte? Quis vnquam Regū hoc tractauit in propria curia? Reges quādo vocāt ad comitia, potius tractāt de vtilitate propria, s. de redditibus, & de exigenda pecunia & postea de cōmuni vtilitate. At Rex hic cœlestis multo aliter, nam potius agit de nostra, quā de sua vtilitate. Loquebatur de passione, non vero de resurrectione, quia resurrectio, fuit Christi specialis vtilitas: & quāuis etiā extiterit nostrū cōmodū, tamē abundantiorē ex Christi passione fructū excerpimus. Et sicut in comitijs, nō est attendēdū, nec curādū propriū regis emolumentū, sed regni, & cōmunitatis. Sic Moyses, & Helias, qui munus, & officii legatorū obibāt, tēquā boni negotiorū gestores non agūt in ijs comitijs de resurrectione, quæ Christi propriū & speciale fuit cōmodū, sed potius de passione, per quā totus mūdus fuit redēptus & in libertatē iucundissimam assertus. Omne regni incōmodū & detrimētū ex cōtrario oritur: quia omnes conātur Regi blādini, voluntati eius obsequi, & parere, cōmodis in seruire, vt in eos beneficia cōferat, dignitatibus efferat, diuitijs cumulet & amplifcet: paucissimi vero agūt de cōmunis cōmodi cōseruatione, deq; Reipublicę amplificatione. Causa vero cur Respub. tā præpostere gubernatur, & regitur, ea est, quia omnes quærent, quæ sua sunt, & non quæ Iesu Christi. Hinc est quod vocauit Moysē & Helī, & nō alios, vt ait Chrysolomus, vt Petrus qui illic aderat & futurus erat prælatus, & pastor ecclesię, acciperet exemplū in Moysē, & illū imitaretur, qui adeo cōmune

bonū dilexit, & populū sibi cōmissum, vt vellet potius vitā, & populi salutē quā salutē suam: dicebat enim dño. Dimitte illis hanc noxā, aut dele me de libro, quē scripsisti. Adducitur ergo Moyses vbi erat Petrus, ac si Christus diceret ei. Inspice, & fac secūdū exemplar quod tibi in mōte mōstrātū est. Sed euangelistā audiamus quid de Petro, & de suis socijs dicat. Ait ergo. Petrus vero, & qui cū eo erāt grauari erāt somno. Hinc apparet noctē, aut matutina hora octaua dici, hæc fuisse gesta: Ideo Lucas dixit, ferē dies octo. Iesu siquidē orante, Petrus, & Iacobus, & Ioannes à prolixa oratione repente somno retrahūtur: propter quod verisimilius est quod post aliquas noctis horas hoc fuerit. Credi-derim etiā, quod Christus immisit in illis istū soporem: & hoc innuitur, quia dicit. grauari erant, quod notat quādā violētā ab aliquo, idest, ab extrinsecō fieri. Sic Deus immittit somnum, quibus vult, vt Deus immisit soporē in Adā, quando extrahere voluit vnā de costis eius. Sic misit soporē super omnia castra Saulis, nā dicitur. Nō erat, qui videret, & intelligeret, & euigilaret, sed omnes dormiebant: quia sopor domini irruerat super eos. Id est sopor immisus à Deo. Fuit autē iste sopor immisus à Deo super discipulos, vt nō viderēt discipuli quomodo Christus incipiebat trāsfigurari: quia illud erat admirādū, & forte eis esset occasio ad putādum quod fiebat res fantastiçæ, & magicæ. Sic nō viderūt quādo veniebat Moyses, & Helias, nec quando recesserunt, & cessauit fulgor in facie Christi: sed solū viderunt eū redactū ad statum in quo prius erat antē trāsfigurationē. Et euigilantes viderūt maiestātē eius & duos viros, qui stabant cū illo. Viderūt claritatē magnificā, & eminentiā eius supra Moysē, & Helī. Cognouit autē Petrus illos esse Moysē, & Helī, quos antea nunquā viderat, quia Christus, audietibus Apostolis alloquebatur nominatim Moysē, & Heliam, sicut amici cōueniētes solēt se inuicē ex nomine salutare. Potuit etiā cognoscere eos ex verbis eorū vel ex similitudine ad pictos Moysē, & Heliam. Potest etiā dici quod cognouerūt eos in illo lumine glorię. Sic & nos in beatitudine cognoscemus omnes, quos voluerimus: quanuis antea nō videremus eos. Tuq; , qui nūquā tuū vidisti patrē, quia antequā in lucē fuisses editus, è vita migravit, eū iucundē foeliciterq; in gloria cōspicies, atque probē cognosces. Et beatus cū Adamū, aut Ioannē Baptistā, aut D. Petrū: vel aliū quēcūq; sanctorū, videre voluerit: illico eius intuebitur ora, & dulci fruatur cōspectu, quē dū hic agerēt habebāt, quanuis splēdidiorē, & nitidiorē nec in beatorū præcellētī domicilio gestēt. Obserua autē, quod vigilātes viderūt maiestātē eius: vt tu discas, quod nemo nisi vigilās, videt Christi gloriā. Ideo Paulus, Vigilate iusti: & nolite peccare. Mirabilis erat somnus Ionę, qui, cū periclitaretur omnes qui eorāt in nauigio, & esset in medio maris, cū datus tātis periculis, ipse dormiebat sopore graui obrutus. Quāti etiā & nūc in hac vita periculis plena, & miserijs abūdātī, nesciētes an forsītā hodie redditori sint rationē iusto iudici, ipsi vtraq; dormiunt aure. Hoc plorans Paulus dicebat suis Corinthijs. Ideo inter vos multi imbecilles, & dormiunt multi. Oportet ergo, vt vigilēs, & à somno cōsurgas, vt cū mors venerit videas Christū glorificatū in cęlis: nā si mors te dormientē inuenierit, scito

Exo. 32. Exo. 25.

Gen. 2. 1. Reg. 26

1. Cor. 6. 1. Ion. 1.

1. Cor. 11.

\* G g quod

Psal. 129

Rom. 5.

Ioan. 14.

Nabr. 1.

Psal. 21.

Luc. 19.

Hesler.

Phi. 2. Chryf. hom. 57 super. Mast.

1ero. 51

quod nunquā vigilabis, sed vsq; in aeternum dormies, iuxta illud quod in Ieremia habetur. Inebria bo eos, vt sopiatur, & dormiant somnū sempiternum. *Et factum est cum discederet ab illo, ait Petrus ad Iesum. Præceptor bonorum est nos hic esse.* Mattheus ait, quod Petrus respōdit, dicens. Bonum est nos hic esse, &c. Ad quid respōdit Petrus? Nō est respōsio, sine quæsitō. Vocat Deus ad comitia, & negotiorū gestorū ciuitatū suffragia exposcit, & agit in ijs comitijs de communi bono, & de humani generis libertate. Quid vis tu Moyses? Domine vt moriaris, nosq; a sordido illo limbi teterimoq; carcere extrahas. Te expectat, qui illic detinentur: ad te anhelant: teque vnū verū liberatōrē postulant. Et tu Helias, quid ais? Dñe, vt vitā pro nobis exhales, & effundas omnino, totus enim orbis ad interitū præcepit: nisi tu succurras, sanguinēq; pro nostra liberatione penitus effundas. Et tu Petre quid dices? Respōdens autē Petrus ait. Dñe bonū est nos hic esse. Ego cōtrariā statuo sententiā, meaq; opinio, & cōsiliū illud est dñe, vt hic nos tuamur, impetū que inimicorū frāgamus: deniq; ne te neci tradas: sed hic cōsistamus, & faciamus tria tabernacula. O quā malē procuratoris munus obibat D. Petrus. Agit de proprio cōmodo, nō autē de cōmuni Reipublicæ vtilitate. Ideo Beatus ait Augustinus. O Petre mundus perit, & tu secretū quæris? Nescis Petre quid dicas. Restās magna peragenda negotia, & magna statuēda sacramēta. Nōdū enim stabilitū est sacramentū eucharistiæ, humanū genus nō est redēptum. Detinentur animæ in limbo vniculis cōstrictæ, & colligatæ expectatēs dulcē libertatē. Et quia Petrus fruitur gloria montis iuxta suū desiderū, & animi votum, elatus, & hilaris ob magistrū sui indulgentiā erga se, mortuorū, & vindictorū cura nequaquā angitur, & cōtristatur. Attēdit, ne spe vestrorū heredi innixi, & fulti, somno indulgeatis. Quot & quātū ē vita decedat, qui malē parta minimē restituit nec debita sua soluit, omne spem & curam in hæredes suos trāsmissentes? Hæres verò diuitijs, & voluptatibus afluens, conquisit, cibo, & potu minimē indigens, bonis defuncti iucūdē perfruat, defunctus vero meritis peccatorū pœnas in purgatorio luēs: heres vero nihil aliud dies noctesque meditatur, nisi voluptates, vitam iucundā, & latana agens: nec sacris, alijsq; suffragijs afflictū defuncti animā à purgatorio extrahere contendens. Petrus nō curat de animabus, que erant in inferno, quia ipse dulcem, & iucundā ducit vitam, secundaque fortuna fruitur & gloria. Quando defunctus te hæredē in toto esse cōstituit quid aliud egit, nisi quāndā sempiternā sui memoriā animo tuo infixā, & impressam relinquere quā nulla obliuione deleres, & raderes? Ne sis segnes in vita, nec obliuiscaris bonorū operū, credēs & sperās hæredes, & fidei cōmissarios pro te soluturos: nā ij sepenumero, id, quod hic Petrus, agūt. In vita eleemosynis incūbe, benē, & honeste actis tēpus cōsume: nō vero hæc in tēpus mortis transmittas. Ideo Christus loquēs de eleemosyna dixit. Te autē facit te eleemosynā. Nō dixit. Te testante, sed te faciēte. Tu tuis manibus eleemosynā elargire, aliaque bona opera miseris, & squalidis cōtribue. Nolunt multi eleemosynas facere: sed moriētes: quæ secū ferre nō possunt pauperibus erogari cōmendant. Nō ergo eleemosynæ nos sequatur, sed præueniāt nos, vt recipi mereamur in cæli. Sicut mu-

nera præmittimus his, quorū gratiā habere volumus: & victū ante mittimus ad locū, quo vadimus. Ideo in ecclesiastico habetur. Ante mortē benefac amico tuo: & secundū vires tuas exponēs da pauperi. Nonnē valde amens & infans es, dū existimas, & credis plus te a maturū amicū tuū, quā tu teipsum amas? Si ergo tu nullū tui curā geris, cur credis alium habiturū? Cum tā segniter tecum te habeas, & te tantoperē diligas: crede alios etiā negligenter tua pertractaturos negotia: quandoquidē nō te plus diligūt, imo vero minus, ac tu te diligis. Si tu erga teipsum iniquus es, & segnis: non credas alios tibi profuturos, tuique curā habituros. Episcopi eiusq; vicē gerētēs, magnā deberent curā gerere vt testamēta exequerētur statim: at in nostra Hispania hæc signiter pertractātur, &c. q. Obserua autē quod non solū hac vice, sed alia etiā vice voluit Petrus impedire Christi passionē, quādo dixit. Absit à te domine. Cui Christus respōdit, vade Sathana, quia nō sapi, que Dei sunt. Nunc in eadē perstat inficitia, quia vidit quod Moyses, & Helias agebāt de passione Christi. Ab hac appellat sentētia D. Petrus, & ait, minimē sed in hoc monte tuti erimus ab Iudeorū impetu, & incurſu, trāquillēq; degemus. Et sic hoc, quod dixit, D. Petrus, ait Origenes dæmonis suggestione, & impulsu accidisse: nā sicut Deus vitur iniquis & sceleratis, vt eorum ministerio & opera, bonos torqueat & affligat, sicut A. sūre vsus fuit tanquā virga furoris sui, vt I. rael supplicio afficeret, & pœna. Et Nabuchodonosor appellatur seruus Dei, nō quod amicus Dei existeret, sed quia Dei voluntatē exquebatur cū Israel cruciabat. Sic dæmō ē cōtrā vitur bonis, vt eis mediantibus iniqua agat. Bonus & sanctus erat D. Petrus, sed tamen hoc, quod dixit, dæmone suggerētē, & imperatē asseruit. Voluit enim Sathanas ore Diui Petri nostrā impedire libertatē. Nā si benē Diuus Petrus loquutus fuit, cur ergo inquit Euāgelista, quod nesciebat quid diceret? Quēadmodū omnis virtus donū Dei est, & ab ipso Deo profluit, sic omne mēdaciū, & inficitia à dæmone tanquā ab impuro fonte promanat. Et mēdaciū sanē erat asserere bonū esse illic cōsistere, & manere: nā non bonū, sed malū, & perniciosum erat. Hoc etiā facit nūc frequētē diabolus, nā vitur ijs, qui homines bonæ frugis videntur, sicuti clerici infcij & religionis vinculo sacramētōq; colligati, quos cū credas esse sanctos, & doctos, te decipiunt, aientes, Abi sis, ne existimes hoc esse peccatū, & flagitium, restē tu quidē facies hoc exequēdo. Horū ductu, & ministerio quā plures secū dæmō in infernū præcipitat, &c. q. Sed dic, amabo, vnde initiū traxit hoc imprudēs Diui Petri assertū? Sanē ab inordinato, & imprudēti amore, quo Christū Dñm cōplectabatur. Nō diligebat Christum eo modo, quō ipse vult diligi. Inurbanē & imprudētē Christi diligebat humanitatē. Amor hic imprudēs creatarū rerū sepenumero anſam, ad Dei offensam præbet. Adamus nobis exēplo est, de quo inquit Augustinus, quod peccauit Adā, nē cōtristaret dilicias suas, scilicet Euam. Et hinc oritur, quā plures homines matrimonio colligatos, in infernū a recta ire, quia imprudenter, & præposterē vxores diligunt suas: quā pluresque patres, quia plus satis inuicēque ordine liberos amant suos, & vt eis ingentes diuitiarum cumulos relinquāt: deniq; multos inferorum sedes recipiūt, eo quod amicorū gratiā contēserē

Ecol. 14.

Math. 16

Orti. h. 3. super Mat. 16. 10. 10. 27.

Aug. 11. h. 11. cap. 11.

ad att. 6

serē deliquerūt, &c. q. Secūdo potuit hoc etiā euenire Petro, vt hæc diceret, quia dulcedine gloriæ captus, optabat ibi permanere, & terrenorū obliuiscere. Sic ait Diuus Chrysostomus. In quo datur nobis doctrina, quod ideo nō obliuiscimur terrenorū, quia nō amamus cælestia. Nam (vt Anselmus ait) quo amplius quisque vitæ cælestis dulcedinē degustat, eo amplius fastidit omnia, quæ placebāt infimis. Merito Petrus visa domini maiestate, repentē cūstorū, quæ nouerat, terrenorū obliuiscitur, & solis ijs, quæ videbat cupit adhærere, ibique cū Iesu optat habitare. Cū quis incipit Dei degustare dulce dinē, omnino renuit mūdi gustare iniquas & turpes voluptates. Quid nec in sermone mūdi incidere, nec de eo aliqui narrare, aut audire. Si in altū contemplationis, & cōsiderationis diuinarū rerū ascēderes, repētē omnia quæ in mūdo sunt, fastidires, respuceres, & abijceras. Paulus, tanquā homo cuius cōuersatio in cælis erat, omnia abiecta, & vilia esse cēstibat, ac proinde aiebat. Omnia arbitratus sum vt stercola. Si tātilla cælestis gloriæ gutta sic Petrus inebriauit, quid erit, cū tā ingēs diuinitatis alluies animas nostras plenē irigauerit in cælis? Inebriabūtur à torrētē vberitate tuæ. Si tantillū deliciarū gloriæ gustauerit homo, cōstetum obliuiscitur omniū terrenarū voluptatū: omnes mūdi illecebras, & cupidias cōtēnit, & fastidit. Deū que apertis alis cōcupiscit, ad eumq; cōtēdit. Quādo seruus ille Abraham iussu Dñi abiit in Mesopotamiā, quæsitum vxorē Isaac, cū ei obuīa veniret Rebecca, fecit periculum, quo cognouit Dei voluntatē esse, vt illa vxor Isaac existeret. Dedit ei in aures aureas, & armillas in manibus eius. Postea in vxorē filio dñi sui eā à parētibus exposcit, qui mētē adoleſcētulę cognoscere cupiēs, interrogauerūt eā. Vis ire cum homine isto? Respōdit illa, vadā. O magnū dei mysteriū, & arcānū, nā mox vt alicui gloriæ obides præbes dñe, que illi aperis, & manifestas per fidē (hoc est enim in aures aureas, & armillas ei in manibus dare, qui sunt amor, & charitas delitiarūq; cælestes (ex templo omnia terrena despiciēs & cōtēnit, deliciasq; paternas paruipēdit teq; iucū dissimē sequitur. Cū Elias propheta Dei gloriā & maiestātē corā se prætereuntem videret, pallio suo oculos textit: nam mox vt quis Dei fruitur delitijs, omnibus terrenis oculos claudit, & obstruit. Ideo Petrus omniū mūdanorū oblitus, & magistri sui gloria delinitus, ait. Bonum est nos hic esse: omniū huius sæculi obliuiscitur voluptatum, omnia deserit, & respuit, vt cū Christo Dño cōmoratur. Præterea, si sic absorptus est Petrus, videns Christi humanitatē glorificatā: quid erit in cælo cū viderimus Dei maiestatem gloriosam? &c. Quanto maior erit dulcedo videre regē Angelorū in cælo in decore suo? Ideo Dauid in psalmo. Quā magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quā abscondisti timentibus te? Quo amplius quis degustat dulcedinem vitæ cælestis, eo amplius fastidit terrena. Vnde Dauid. Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terrā? Deus cordis mei & pars mea in aeternum Admonet locus iste, vt omnia hæc terrena, diuitias, delicias & quicquid mūdos habet, vt cōtemnamus amore cælestis patriæ: quandoquidē tāta dulcedine repletus est Petrus, videndo Christi metamorphosin, vt omnium rerū sit oblitus, & quasi à seipso alienatus. Nā si tam bonum est nos hic esse, videndo Christi transfigurationē: quanto melius erit videre Deum, & frui diuina essentia in cælo in omne æter-

Aug. 11. h. 11. cap. 11.

Philipp. 2. Phil. 3.

Psal. 35.

Gen. 24.

1. Reg. 19.

Esa. 33. Psal. 30.

Psal. 72.

nitatē? Expende etiā, non esse crucē, nec afflictionē totam iustorū vitam: sicuti existimāt multi hominum mundanorū. Pius dominus, & iustorū pater, suorum electorū curam gerit: scitq; in hoc mundo eos cōsolari, temporeq; opportuno eos conuenire, eisq; apponere delibandos gloriæ gustus, & delicias, ne oneri succumbant, aut in via deficiant, imō vero animos suānt ad labores futuros. Quā magnē vero sint hęc delitiæ D. Petrus nobis significauit, quā doquidem tam erat à sensu alienus tunc temporis, vt quid diceret prorsus ignoraret: nec memoria tenebat res humanas præ magnitudine gustus, quem illic capiebat. Existimant mūdani, & perditii homines, se solos perfrui hoc mundo, cū reuera minimū solatijs spiritualis, quod hic iusti habent, multis nominibus lōgoq; interuallo superet omnes omniū malorū voluptates, & delicias. Ne existimēt totum solatiū Deū in aliā vitā reseruasse, quandoquidē in hac etiā vita multas suis tribuit, & cōcedit delicias, vt ex ijs, quæ hic ait D. Petrus, intelligere licet. Sed Petrū vltā audiamus. *Faciamus tria tabernacula, vnū tibi, & vnū Moysi, & vnū Helie.* Tu vero Petre, vbi nam eris? Vbi nā erit Iacobus, & Ioannes socij, comites tui? Quod si inquis, quod eritis cū Christo: quæro nunc, vbi erit frater tuus Andreas? cur eius nō recordaris? Attēditē quantū malū inuehat prospera fortuna. D. Andreas, adduxit Petrū in verā dei cognitionem, vt D. Ioannes in suo scribit euāgelio. Et Andreas introduxit Petrū in palatiū, eūq; corā Rege statuit: nūc vero cū se Petrus regi acceptū videt, & in dignitate & honore constitutū, iā penitus obliuiscitur eius, qui cū in tantam euexit amplitudinem, & gratiā Regis. Quotidie hoc accidit, quod quis alio procurante, gratia & fauore plurimū valet apud principes: postquā vero omnia prosperē & felicitē sibi cōtingere videt, obliuiscitur illius, qui ei aditū ad tantos dignitatis gradus præbuit atque aperuit, neque eius aliquam rationem habet. Quā plures videbis, qui cum in cœnobijs suis agūt, humiles atq; probi sunt: at cū episcopi, prælides, Abbates, aut domini creantur, neminē nō respuit, omnes ignorāt, imo vero seiplos nesciūt. Prospera fortuna homines in insaniā cōijcit, efficitq; ne se ipsos cognoscant, & amicorū obliuionē ingerit, & ne eorū à quibus quamplurima receperunt beneficia, recordentur. Ioseph, pincernæ Pharaonis dixit. Memēto mei dum bene tibi fuerit. Cum, ait, omnia tibi ex animi sententiā succedēt, quod est tēpus obliuionis, oro te vt mei recorderis. Probē norat Ioseph secundam & prosperam fortunā homines in obliuionem aliorum inducere, ac proinde dixit vt tempore prospero eius memoriā cordi infixā haberet. Ideo etiā Dominus in Deuteronomio, cū promitteret vrbes, quas ipsi nō edificauerunt, dixit. Caue tibi ne obliuiscaris Domini Dei tui. Sūmē debet in hoc laborare seruus Dei, vt cū ditior fuerit, & opulentior tunc plus Dei sui, qui omnia cōtulit, recordetur. Non sicut Petrus, & sicut alij multi faciunt. Olim vir desideriorum Daniel, qui præpositus à Rege Nabuchodonosor, recordatus est sociorum eius Sidrac, Misac, & Abdenago, vt etiam ipsi essent principes super prouincias. De Petro autem dicit euāgelista, quod hæc dixit. *Nescis quid dixeris.* Errabat Petrus, quia finē suum ponere volebat in hoc mūdo, cū Paulus dicat quod nō habemus hic ciuitatē manentē, sed futurā inquirimus. Cum esset peregrinus, cupiebat esse terrę habitator. Non ergo

Ioan. 6.

Gen. 40

Deut. 6.

Dan. 2.

H. br. 13

in hoc mundo vivere debemus tanquā habitatores eius: quandoquidē sumus viatores, & peregrini, in cælumq; iter facimus. De veteris testamenti sanctis inquit Paulus quod facti sunt se peregrinos esse in terra, & tanquā viatores debebant in spelūcis & tūgurijs: nec aliquā in hac vita requiē habuerūt: cum semper peregrinaretur. Attende ergo, o charissime, ne vitā ducas in hoc sæculo, ac si es habitator, cū vere viator sis, velocissimē neq; in aliā tēdas vitā. Caim incepit edificare ciuitatē in terra, & amisit ciuitatē in cælo. Primus (qui voluit in hac vita degere, ac si esset habitator, cū verē esset viator) exitit Caim, qui fuit dānatus si teviatorē, & peregrinum ducis quicūq; huius vitę laborē bono, equoq; animo ferēs, in mentē reuocās te cras in cælestem domū, & habitaculū peruenturū, vbi requiē & solatiū capies se in piteriū. Et quēadmodum viatores & peregrini nihil aliud dies noctēq; cogitāt, nisi domos ad quas gressum dēdunt: sic etiā tu nihil aliud, quā cælū, meditari debes, semperq; tibi dies noctēq; ante oculos obuersetur eterna illa vita, ad quā incitato cursu iter facis. Properas in domū patris tui, nihil aliud cogita, quā quo pacto accedere debes, quā incundē recipieris, obliuiscis omniū rerum huius inuolucris & turbulētū exilij. Nesciebat Petrus quid diceret, quia volebat huius sæculi habitatorē cōstituere. Secūdo errabat quia suū proprium quærebat & affectabat solatiū, nō vero populi, & cōmune. Sic etiā & nūc successores Petri, & omnes ferē prelati Ecclesię seipfos, & suos pascūt, nō autē oues Christi. Vnde Ezechiel plorans dicebat. Vā pastoribus Israel, qui pascēbāt semetipfos, &c. Nō ne greges à pastoribus pascuntur? Quid ergo hoc est, quod nunc iā nō pastores oues, sed ipsę oues pastores pascunt? Oues ipsę pastores alūt, crassos, rubicūdos, & nitidos reddunt: ipsę vero macie penē cōcidunt. Tertio errabat, quia cū esset Apostolus, & vocatus, vt animabus salutis iter ostēderet, & vt eis vitilis foret, volebat tamē ipse vitā tranquillā, & quietam ducere in eremo. Optima quidē Mariar at necessaria Martha Pulchra sanē Rachel at fœcūda Lia. Publici, & cōmunes viri, nō debent vitā agere eremiticā. Dixit dñs Moyfi. Descende, peccauit populus tuus. Domine (poterat ille dicere) versabor in cōtēplatione tui. Nolo, sed descēde. Esse Christianū, idē sonat, ac pistoris, vel aurificis, vel alicuius alterius artificij officij: & sicut artifices, nō sibi ipsis, sed alijs viuūt, sic Christianus tantum alijs, ac sibi viuere debet. Ideo Paulus. Nemo quod suū est quærat. Et alibi, vnusquisque vestrū proximo suo placeat: vnusquisque enim mandauit Deus de proximo suo. Quapropter idē Paulus dixit: Cupio dissolui, & esse cū Christo: manere autē in carne, magis necessariū propter vos. Sed ad cōtextū. *Hic autē illo loquēte, facta est nubes, & obumbravit eos* Hoc est discipulos: prestitit enim tēperamentū discipulis vmbra sua, ne à multitudine lucis splendētis in facie Iesu sicut Sol, opprimerētur oculi corporei. Præterea in eo, quod ait, quod facta est, innuit quod tunc facta est miraculose: & ideo non naturaliter facta est, sed supernaturaliter: nā ista nubes durauit paruo tēpore, nā mox vt intrauerunt discipuli Christi in nube, & audita est vox de nube, statim soluta est: quæ si naturaliter facta esset, maiori tēpore duraret, & nō solueretur sic quasi ab intētionē. Fuit etiā facta ad occultandū celsationem claritatis Christi. Noluit enim Christus, quod discipuli videret quādo ille incepit trāsfigurari,

ri, fumēdo fulgorē: neq; quādo illum deposuit. Deum, sicut in veteri lege loquebatur Deus de nube densa, & in datione legis loquebatur de medio caliginis, & fumi, quæ vocabatur nubes densissima: quia vox nō poterat formari nisi in aliquibus organis, & illa necessario sunt dēsa: nā si in aere claro, & liquido formaretur vox, viderētur illa organa aut ipse formās, quę Iudæis essēt occasio idololatrię: dē fecit in nouo testamēto, ne etiā discipulis esset occasio idololatrię, quia infirmi erāt. *Et intravit in nubē illis in nubē.* Elias scilicet & Moyfes. Quia nō dicitur quod nubes venit ad eos, sed quod ipsi intrauerūt in nubē, quæ, teste Petro, supereminēs describitur, dicēdo de cælo, nā si nō esset eminentior, non sonuisset vox de ipsa exiens tanquam de cælo. Ideo intelligendū est quod Moyfes, & Elias eleuati sunt paululū à terra vsque ad nubē illā inclusiue: & hoc significatur per id, quod dicitur, intrantibus illis in nubē. Vnde hinc dicit Lucas causatum timorē discipulorū: & merito, timebāt enim se relinqui vidēdo Iesum cū Moyse & Elia intrare in nubē. Timebāt etiā Dei maiestatem admirantes. Hinc Ezechiel de pēnatis animalibus ait. Cū fieret vox, quæ erat super firmamentū eorū super mittebant alas suas. Sic cum fieret vox patris super Christū, A postoli ecclesię firmamentū, in tāta maiestatis virtutes suas humiliant. Sic iusti in Dei cōtēplatione, perfectiones dei speculātes, omnē de suis viribus præsumptionē deponunt: & maculas cordis, & minima peccata venialia, in luce diuini radij vidēt. Atoni nō apparēt nisi ad solis radiū, ad quod vidētur, quāuis minutissima quædam sint corpuscula, eo quod aer radijs solaribus illustratur. Sic iusti luce ipsa, quam ipsi Deus cōmunicat, vidēt manifestē culpas suas & imperfectiones, quāuis minimæ sint quod non sic iniquis, & sceleratis accidit, qui cū inter densissimas & obscuras tenebras versentur, separati, & semoti ab iustitię sole, nō vidēt magna sua scelera: ideo cum sint mali, se bonos iudicant, quia nō se vidēt: quēadmodum iusti cū sint boni, se peccatores esse credunt, quia à Deo illuminantur, suaq; propria certū errata, & si minima, seq; humiliant, & prosternūt coram infinita illa luce, & maiestate Dei. Vnde Iob. Oculus meus vidit te, propterea ego in cinerē, & fauilla pœnitentię ago. Sicut phoenix auis ad solē alas expandēs ac percussēs sese cōburit, in cinerē, quæ cōuertit & se in vermen redigit. Ita homo est nimis iustus sit, intrans in Dei lucē, & immensam maiestatem, videbit se nihil esse, imo puluerē, & cinerē se esse affirmabit. Sancti Apostoli in maiestate illius lucis, quā in monte cōspexerunt, & corā illa beatifica visione se demittūt, & abiiciūt penitus. Et ceciderūt in facies suas. Expēde etiā, quod super facies suas ceciderūt: nam vnusquisque cadit iuxta modū, quo ambulat. Cum Apostoli incederēt tanquam boni, cominus, sic etiā cominus ceciderunt super facies suas. Sic cecidit Abdascoram Elia. At vero mali retrorsum gradū faciunt sicque cadūt vt ambulānt. Sic Iudæi ceciderunt retrorsum. Sic etiā Heli sacerdos de sella cadens. Dic mihi nūc & tu, si discipuli Christi tū iusti, & perfecti, tantū timuerūt vidētes Christum in nube cū maiestate, & audientes vocē patris tam gloriofam, & tam dulciter resonātem, nec de pœnis cōminantē: quanto magis timebunt & terrore concutientur reprobi in die iudicij: quandoquidem audient illam horrendā, & tremēdam vocē, dicēte. *Ite maledicti in ignē æternum?*

Exod. 24. Exod. 19. 2. Pet. 1. Ezech. 1. Iob. 42. 3. Reg. 18. Ioan. 18. 1. Reg. 4. Math. 23. 1. Cor. 10. Rom. 15. Eccl. 17. Philip. 1. 1. Cor. 10. Rom. 15. Eccl. 17. Philip. 1. 1. Cor. 10. Rom. 15. Eccl. 17. Philip. 1. 1. Cor. 10. Rom. 15. Eccl. 17. Philip. 1.

Quid facient, cum viderint Christum in nube cum potestate magna, & maiestate? &c. ¶ Observandum deniq; est, quod nō ceciderunt antē facies suas quādo viderunt Christi faciem trāsfiguratā, & splendētē: sed quando audierunt vocem tremendam. Quando peccator aliquis beatitudinē videt, nō humiliat se, nec demittit caput, imo vero stat: & sic nō quætes ab peccatore, etiam si magnus sit, & multis flagitijs inquinatus, velit ne beatus esse, qui nō dicitur, maximē. Si vero addas, existimas ne te gloriā assequaturū? maximē, inquiet. Si vero dicas. Quid ergo iniquē viuis respōdet, pœnitentiā agam, nā & latro misericordiam assequutus est. O ingens dementia, & insania. Nā in sacris voluminibus lego latronē istum, cum malē vixisset, salutē adeptum fuisse: at innumerabiles lego, qui cū iniqui & perditam trāsgressissent vitā damnati, sunt. Imo aliqui, sicut Saul, & alij, qui aliquādo sanctē vixerunt tādēmq; dānati sunt ē gratiaque exciderunt. Cū ergo tot sint damnati, quia vitā iniquā trāslegerunt: vis tu vnum sequi, qui salutē adeptus est, cū esset antea iniquus, & perditus homo? At quando nubes Helij & Moysem circūdedit, valdē timuerūt longēq; magis audientes vocem, nā memoria iudicij, & horreda vox, quę intonabit, surgite mortui, venite ad iudicium, peccatores timidos reddit. *Et vox facta est de nube dicens.* Hęc vox facta est per Angelū, nam diuina substātia, vel persona, per se ipsam nuquam format aliquā vocē. Angelus itaq; loquutus est, q tamē nomine Dei hoc dixit, & ideo potuit formare verba, quasi Deus pater loqueretur, quia vice eius prolata est, vt daret testimoniū de Christo, quę testi ficabatur cōplēda esse in eo oīa quę scripta erāt in lege, & prophetis. Verūm quia de hac voce plura diximus in superioribus, cum de baptismo agebamus, nunc quid vox dixerit, videamus. *Hic est filius meus dilectus.* Nō affuerunt in baptismo discipuli, ideo cōueniens erat quod nūc audirēt hanc vocem. Et hic addidit vox aliquod, quod prius nō fuerat dictum, scilicet, ipsum audite, quod nō poterat cōuenienter dici, nisi præponeretur. Hic est filius meus dilectus. Dixit autem hic est filius meus dilectus ad ostendendū eius excellentiam: quia non est filius eius adoptiuus, sicut nos, sed naturalis. Matthæus addidit, quod hęc vox dixerit. In quo mihi benē cōplacui, quæ etiā verba noster Lucas in baptismo Christi dicta esse ait, vbi ea exposuimus. Nūc Lucā audiamus. *Ipsū audite.* Acti diceret. Non audiat Moysem, quia trās lato sacerdotio, necesse est, vt legis trāslatio fiat. Nō audiat mūdū, qui docet delicias, & honores appetēdos. Ipsum audite, qui præcipit cōtempnū diuitiarū dicēs. Quid prodest homini, si vniuersum mūdū lucretur, anime vero suę detrimentū patiatur? Nō audiat mūdū, qui præcipit dignitates, & honores optandū: sed ipsum audite, qui ait. Nisi quis humiliauerit se sicut paruulus iste, nō intrabit, &c. Nō audiat mundū, qui dicit vobis, vt vindictā appetatis: sed ipsum audite, qui ait, diligite inimicos vestros, &c. Si quis te percussit in dextera maxillā, præbe illi alterā. Sinite falsas priscorū expositiones, qui aiunt. Diliges amicū tuū, & odio habebis inimicū tuū: & audite illū, qui ait. Ego autē dico vobis diligite inimicos vestros, &c. Ipsum audite, qui si vobis inferiorum pœnas cōminat: potens est ad vos flagellandum, & torquendū. Ipsum audite: quia si vobis gloriā pollicetur, potēs est vobiscam cōturbare. Ipsum audite: quia Deus est, &

doctrina eius non est huius sæculi, sed ex cælo. In ipsi verbis resoluunt totā legem enangelicam eamque in Christi ore cōstituit: qui eius est filius vnigenitus. Ad ostendendū quod discipuli deberent per omnia obedire Christo, dixit hoc verbum, ipsum audite. Ostendat Deus Christum per fulgorem corporis eius magnæ esse authoritatis: ideo restabat quod obediretur ei. Sic fecit Deus cum Moyse, nā nō voluit per se dare populo omnia præcepta legis, sed pauca: cætera vero per Moysem: vt autē populus crederet Moyfi, voluit eum facere magnę authoritatis: & ad hoc loquutus est cum eo audiente populo vniuerso, & ex tunc crediderunt quicquid Moyses diceret. Ita Christus corā discipulis accepit authoritatem magnā, & postea dictum est, ipsum audite, acsi diceret. Iā nō est opus quod ego loquar vobis dādo præcepta: sed quicquid iste dixerit tenete auribus cordis & corporis ei obediēdo. Si grauius peccauerunt qui Moysem seruum Dei non audierunt, neq; eius iussionibus paruērunt, quam enoximter peccant, qui vnigenitum Dei filium nō aduertunt, nec per obedientiā venerātur? Si ergo illum misericorditer nunc vocantem nō audieris, audies illum postea in iudicio venientē, & pœnas cōminantem. Sed procedamus. *Et dñs fieret vox inuētus est Iesus solus.* Hoc est à Moyse, & Helia separatus. Quādo hęc vox prolata est, iā recesserant Moyfes, & Helias: nā dum facta esset hęc vox audientes eā discipuli, ceciderunt in facies suas, timueruntq; valdē. *Et accedēs Iesus dixit eis. Surgite & nolite timere.* Et tunc inuētus est ab eis Iesus solus, cessauitq; claritas sui vultus: & ita poterant eū irruerberatis aspicere oculis. Hinc habetur quod A postoli nec viderunt incipere gloriā Christi, nec desinere: sicut nec viderunt venire, nec recedere Moysem, & Helia. *Tūc accessit Iesus, & tetigit eos.* O felix tactus. Tetigit Ezechielē, & Danielelem, & ad tactum eius cōfortati sunt. Tetigit Saulū, qui magno impetu & furore ad destrundā Ecclesiā properabat, & dixit: Dñe quid me vis facere? Tu ergo roga eum vt tēgat te, & excitet à fopore peccati. *Et ipsi tacuerūt, & nemini dixerūt in illis diebus quicquā ex his qua viderāt.* Hoc fuit ex præcepto Christi ne alij discipuli trīstaretur, aut inuiderent, & ne passio Christi impediretur: ideo dixit eis, vt Marcus dicit. Postquā silentium imposuit Apostolis, quia oportebat ire Hierosolymā, & multa pati & reprobari, &c. Nā si maiestas eius diuulgaretur, populi impedirēt passionē eius resistēdo, & sic impediretur redēptio nostra. Ideo præceptū hoc silēdi obligabat tātū vsq; ad resurrectionē: & post te nebūt alij discipulis reuelare, & prædicare illud sicut cætera gesta, &c. Tertio oportebat silere, nā si discipuli tā admirāda & excellēda de Christo prædicarēt, & postea Iudæi viderēt eum tam acerbam & ignominia dedecoreq; plenā pati mortē: suę doctrinæ minimē fidē haberent: sicq; iacturā facerent res tantopere fidei cōducentes. Quarto, quia euangelij prædicatores primū, quod gentibus euulgare & cōcionari debēt, est mors, & crux dñi nostri Iesu Christi: quo experientia cognito, diligētēque perspecto cōcionentur postmodū Christi diuinitatem, quod Apostoli fecerunt, præstiteruntque diligenter. Ideo Paulus Nos prædicamus Christū crucifixū Ingēs esset insania, & stultitia, si puerulū, qui adhuc primaliteratū ignorat rudmēta docere velles elegantē depingere exarareque characteres. Decebat sanē prius populo pœnitentiā, crucē, mortē, passionē m-

Exod. 19. 1. Cor. 10. Dan. 9. dñ. 9. Marc. 9. 1. Cor. 10. \* G g 3 que



q̄ te predicare: postea vero immensam trāsformatiōis gloriam, & præcellentiam. Sequitur in contextu. *Factum est autē in sequenti die descendētibz illis de monte, occurrit ei turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit dicens, Magister obsecro te respice in filium meū, quia unicus est mihi. Et ecce spiritus apprehendit eum, & subiit clamare, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit dilanians eum.* In primis verbis huius cōtextus vbi ait quod hoc sit factum in sequenti die descendētibz illis de monte, insinuat euangelista quod vt iam diximus, in nocte facta fuerit transformatio: & sequens dies est artificialis, hoc est ab ortu solis: nō enim est verisimile quod tota illa nocte, & nocte sequenti persequerentur soli in monte. In tertia, & persecutiōne, quā spiritus malus huic adolescentulo infligebat, insinuat graue odiū, quo dēmo genus profecit humanū, quantūq; dāmonē ipsum hostē nostrū odisse debemus, nec ei in aliquo obedire, & mortē gerere, nec cōsensum prestare eius iniquis & falsis persuasionibus, quādoquidē nobis tantopere nocēt. Respicere, inquit, in filiū meū. Respicere, id est quod oblectari aut misereri. Sic Dauid. Iniquitatē si aspexi in corde meo, nō exaudiet dominus. Hoc est, si ego in animo meo delector iniquitate, nō exaudiet Deus preces meas. Ita intelligitur illud Genes. Dixit Deus, fiat lux & facta est lux. Et vidit Deus lucē. Et Paulo post vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erat valdē bona. Hebraismus est, quo sæpē vitur diuina scriptura, vbi, videre, id est quod oblectari: & nō videre est iratū se ostēdere, vt apud Iob. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? Respicere ergo filium meum, at pater, & auxiliare ei. *Aduerte autē quod iste filiū infirmum: & sic durē a dāmonē vexatum ad Christum adducit. Multos & nunc inuenies huic similes, qui semper deteriora, & peiora dant atque offerunt Deo. Si filius gibbosus, lippus, foetidus, aut claudus est, ad monasterium adducit. Deiq; obsequio consecrat: si quis vero aspectu pulcher, aut robustus est, hunc mundo, & nuptiis, ac eorū ministerio seruat. Quapropter Deus iussit primogenita, & meliora ei offerri. Ita & de iumentis fit, ita vt per Malachiā dicat. Maledictus dolosus, qui cum in grege suo masculum, & robustum habuerit, debile domino offert. Ideo voluit, vt asinus non offerretur, sed redimeretur pecude, quia dominus respuit. Et rogans discipulos tuos, vt eicerent eum, & non potuerunt. Nō satis erat precari magistrū, vt curaret eius filiū, sine vlla discipulorū vel commemoratione, vel taxatione.*

**Exo. 13.** Cogitare debuerat vel se, vel ipsum filiū in causa esse cur nō eiecerint nō culpam in Christi discipulos reicere. Sic nunc multi tunc benē orare putāt, cum in alios culpā reiciunt, & aliorū defectus carpunt. Illi qui abscederunt caput Isboeth petebant a Dauide mercedē, dicentes mala de Saule, & appellantes eum inimicū Dauid, vt sic gratiam eius conciliarent. Sed puniti sunt a Dauide. Sic iste hic facit, acculans discipulos: Et Christus punit illam increpans eum, sicut Dauid Recab, & Baana. Sed ius dimisit, aduerte quod discipuli nō potuerunt illum enecare, & defectus iste fuit partim ex imperfectione fidei patris huius vexati, & afflicti adolescentis. Ait enim Matthæus. Accesserunt discipuli ad Iesum secretō, & dixerunt. *Quare nos non potuimus eicere eum? Et dixit illis Iesus. Propter incredulitatem vestram. In Marco etiam legimus, quod Christus*

dixit patri huic. Si potes credere, omnia enim sunt possibilis credenti. Et exclamans pater pueri, cum lachrymis dixit. Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Obserua autem quod multi etiam in hoc sunt similes huic, qui quando nō possunt excusare peccata sua, maioribus impingunt peccata. Sic Adam Deo impingit culpam suam dicens. Mulier quā dedisti mihi. Hic ex paruitate fidei non meruit salutem filio suo, & Apostolis ingerit culpā. Vnde egregius Psaltes dominū orat dicens. Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. *Respondens autem Iesus dixit ei. O generatio infidelis, & peruersa, vsquequo ero apud vos, & passus vos? Infidelis, quia nō creditis: & peruersa: quia malē de discipulis narratis, & dicitis. Hæc est generatio de qua in psalmo habetur. Hæc est generatio, quæ non direxit cor suum: & non est creditus cū Deo spiritus eius. Et in Deuteronomio. Generatio praua, atq; peruersa. Nō tantū istū hominē arguit, sed totū populū Iudæorū propter incredulitatem. Viquequo ero apud vos? Hoc est, nō multū tēpus erit, quia infra dixit eis. Ecce dāmonia eiicio, & sanitates perficio hominū, & cras, & tertia die consummor. Verū tamen apud fideles semper presens futurus erit, per sacramentā presentia, ipse enim ait. Ecce ego vobiscū sum vsq; ad consummationē sæculi. Fuit enim dominus nō sicut cū Lucifero fuerat in celo, neq; sicut cū Adā in paradiso, neq; sicut cū Moysē in synagoga, cū iis nō fuit vsq; in finē sæculi: fuit cū illis quidē, sed non vsq; in finē perseuerauit. Sicut humanitatem, quā semel assumpsit nū quā dimisit, neq; dimittet, ita nec Christianitatē. Ea enim ratione Messias noster dicitur Emanuel, id est, nobiscū Deus: vt quā diu duraret ipse, eius etiā duraret nomen, duraret item & nominis veritas. Vide quid synagoga meruerit, eo quod dominus se ipsum, & suā gloriosam presentia tulerit ab eis. Hæc maxima punitio est. *Quod autē Christus tā seuerē respōdeat, & ipsos obiurgat, nō tædio fit, sed multō magis ex cōmiseratione: quia dolet infirmitatē fidei nostrę. Ac si quis medicus si egrotū videat cōtra sua præcepta agere dicat. Viquequo accedam ad domū tuā? quousq; artis perdā industria: me aliud iubente, & te aliud agēte? Vt autē videas cōpassionis & non iracundiæ verba esse, statim iubet Christus, patrē dāmoniaci bene sperare, & filiū adducere, ideo ait. *Adduc huc filiū tuū. Poterat absentē curare, sicut filiū reguli, sed magis oportebat ad Christi gloriam, vt presentis opitularetur: nā aliā potuissent inuidi Pharisei dāmonium a se ipso voluntariē, & nō ex imperio Christi exiisse. Miraculum enim coram omnibus erat magis insigne & apertū: & patrē, & alios, qui illic aderant voluit Christus de incredulitate sanare, in quo laborabant. Et cū accederet elisit illum dāmonium, & dissipauit. Scilicet ad terram deiicendo. Cernebat dāmonium illud sibi esse ad Christi imperium exeundum, & idcirco tāquam hostis hominum omnes vires exercuit, vt ante discessum quanto possēt malo illum afficeret. Eadē feritate vtuntur dāmones aduersus hominum animas cū eos cernunt velle ab eorū potestate ereptos ad Christū redire. Tunc enim grauiorē in eos excitat pugnas, variisq; tētationibus tāquam machinis oppugnat, vt ab optimo instituto auocentur. *Quare tūc maiori vigilātia standum in acie est, & nō solum illi hominū conatus pertimescēdi, sed pro certo indicio, hoc est appropinquantis salutis.****

salutis. Ideo ait sapiens. Accedens ad seruitutē Dei, prepara animā tuā ad tentationē. Nō sentit homo tētationes, cū agit vitam quæ diabolo placet: quia ipse spē se se diabolo subdit, quē pacificē possidet. Sed cū diabolus videt quod ē manibus vult præda fugere, tūc mouet machinas, ne fugiat, vt cum isto dāmoniacō fecit. Dissipabat itaque illum, & ad terram deiiciebat. ¶ Perpende quod prima intentio diaboli, est ad terram deiicere: & deinde per diuersa vitia præcipitare. Præterea scuit, dum cogitatur exire, quia inuitus & reuēns relinquit hominem. Deinde, si sic scuit in puerum, quid de nobis cogitandum censet, qui diu noctūque nulli, nisi Sathanæ inseruimus? Considera etiam modū loquentis scripturæ sacræ, nam cum de bonis loquitur, quamuis labores, famem, dolores patiatur: nō tamē inquit scriptura, quod labores apprehendat iustos & sanctos, nec quod bonos elidat, & dissipet, quo pacto hoc affirmat de malis. De Aegyptijs inquit scriptura, quod obtinuit eos famem: quod tamē nō ait de Hebræis, quāuis in eorū prouincia esset etiā famem: licet scriptū sit quod inualuit famem super terrā, nō tamen est scriptū q̄ obtinuit famem Jacob, aut filios eius, sicut scriptū est de Aegyptijs. Quāuis veniat ad iustos famem, tamen non obtinet eos, quia gloriatur in ea. Paulus, In fame, siti, & nuditate in ijs, ait, gloriabor. Quod iustis exercitium virtutis est, poena est peccati iniustis. Sic etiā tēporibus Abraham dicit scriptura q̄ facta est famem super terrā. Vide elegantiam scripturæ (vt optime differit Origenes) quia poterat dicere, descendit Abraham in Aegyptū, quia inualuerat famem super eum, sed nō dixit, sed inualuerat famem super eum, sed cū loquitur de peccatoribus, ait. Inualuit famem super eos. Idē dicitur de Isaac. Ex quo sequitur, q̄ terra potest pati famē, id est, hi, qui terrena sapiūt, sed famem & tribulatio nō iustos, sed peccatores inuadūt. Sic dēmo inuaserat hūc puerū, & illidebat eū, q̄ iustus nō solet facere, nec de illis sic loquitur scriptura. *Et increpauit Iesus spiritū immundū, & sanauit puerū, & reddidit illū patri eius. Nō puer vim patiens, sed diabolus vim inferēs increpatur, quia qui peccantē vult sanare, vitium debet arguere, & repellere: sed hominē amādo refouere. Dilige inimici naturam, quia bona est: nō tamē vitia, quæ odisse debes. Dominus enim diligit omnia, quæ fecit: & diabolū diligit, non peccatū, sed naturā. Malitia itaq; inimici odio habēda est, nō tamē natura. Sanauit autē puerum expellēdo dāmonē. Dices forsītā, nonne spiritus ille immūsus volūtate Domini inuaserat puerum illū? Vtique, nā si in porcos illa legio intrare non poterat, nisi permittētē Christo, multo minus sine Domini auctoritate in homines habent potestatem. Cur ergo Iesus hunc increpat? Reprehēdit deprauatum eius animū, & male affectū erga homines voluntatē. Non enim torquent homines, vt Deo obediant, sed odio, quod in homines, & in ipsum Deum habent. Sic in prophetis reperies Deum conuertere quod gentes, quæ captiuum duxissent Iudæorū populū, crudelius eū tractauissent, quā ipse voluisset: quāuis Deus ipse eundē populū in hostiū manus tradidisset. In eundem modum reprehendē di: verū etiam si dum iuste, que impiā castigant, si id cum odio faciunt, & vlciscendi, & lædēdi appetitu. Arguit itaque illū, & expellit, & sanat puerū. Disce quod non poteris salutem acquirere, nisi prius ex-*

pueris dāmonē, & eieceris, quia ipse est causa mortis. Quid prodest si vulner curas: intus vero sagittæ spiculum relinquis? Ita Christus tanquam peritus medicus principiū & causam infirmitatis abstulit, eieciens prius dāmonium, & postea sanans puerū. *Stupebant enim omnes in magnitudine Dei. Id est in tam magnifico signo diuinæ potētiae ostēsiuo, tam imperialiter factō vehementer mirati sunt: imo ex consideratione effectus ad contēplationem, admirationēq; causæ permoti sunt, ita vt diuinæ potētiae immensitate, & amplitudinē sint admirati. Omnibus autem mirātibz in omnibus, quæ fiebant, dixit ad discipulos. Apostolis loquutus est tanquam familiaribus, & amicis, & istis reuelauit sua secreta sicut dixerat eis. Vobis datum est nosse mysteria regni Dei, cæteris autem in parabolis. *Ponite vos in cordibus vestris sermones istos. His verbis significauit rem de qua loquutus esset, maximi esse momētū, & ponderis, is enim est communis loquendi mos, vt quando insigne aliquid, & quod maioris sit vtilitatis, & periculi, dicturi sumus, prius moueamur vt quod dicimus diligenter obseruetur: Ideo nunc antequam de re tam mirabili, sicut fuit Christi passio, loqueretur, cōmendat quod vult dicere: vt attentiores eos faciat, & memoriter eā teneat vt cū eam viderint, ne offendātur, sed paratos inueniat eos illa tribulatio. Ait ergo. Ponite in cordibus vestris sermones istos, ac si diceret. Alij mirātur in me opera diuinę potestatis, quæ facio: vos autem quoniam estis mei secretarij, & amici mei, nō solum hæc debetis ponere in codicibus, vt faciūt multi, sed in cordibus. In corde enim meo abscondi eloquia tua. In cordibus, in quā, vestris, nō in alienis, & nō vestris: sicut illi, qui bene prædicāt, & in cordibus aliorū imprimit: quæ tamē ipsi nō agunt, faciētes contra illud apostoli. Nō audeo aliquid loqui, qui per me nō efficit Christus. Ponite ergo in cordibus vestris, iuxta illud Proverbiōrū. Describe illa in tabulis cordis: et inuenies gratiā, & disciplinā bonā corā Deo & hominibus. Quid igitur tā tenaciter memoriæ cōmēdabunt Christi passionē: ideo sequitur in cōtextu. *Filiū hominis, futurū est vt tradatur. Optime loquutus de passione, filiū hominis se nominat: vt scias q̄ secundū humanā naturā passurus est, nō secūdu diuinā. In manus hominū. Scilicet, a Iuda in manibus Iudæorū, a Iudeis autē in manibus gentiliū. Quod autē hic dicit, hominū, sonat nō in naturā, sed in vitium, vnde Paulus Cū sit inter vos zelus, & contētio: nonne carnales estis, & secundū hominē ambulatis? Obserua autē q̄ loquutus est Christus de sua passione, cū omnes mirarētur de sua passione, vt preueniret suos apostolos, ne deficerēt in sua passione: ac si apertius eis diceret, si factū hoc meū arguit in me diuinā esse potestātē, videte ne excidat. videte ne obliuiscamini, tempore enim futuro efficaciam videbitis argumenta humanæ infirmitatis in me. Sicut ergo vos delectat diuina mea potestas, ita nec vos offendat humana mea infirmitas, licet enim tanta mea potestas sit, vt possim quæcunq; velim, vt possim pellere vnico verbo omne dāmoniorum genus, tamen futurum est vt filius hominis tradatur in manus peccatorum. Futurum est, vt qui etiam dāmones fugat, ab hominibus vinciat. Futurum est, vt qui homines ab omnibus malis liberat, ab hominibus capiatur. Sed quid apostoli? At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, vt non sentirent illud, & timebant eum.***

Psal. 65.

Gen. 1.

Iob. 13.

Exo. 13.

Mal. 1.

Exo. 13.

2. Reg. 4.

Matth. 17.

Mar. 9.

Gen. 3.

Psal. 114.

Psal. 77.

Deut. 31.

Luc. 13.

Matth. 23.

Esa. 7.

Ioan. 4.

Exo. 2.

Gen. 44.

Orig. ho.

16. in Ge.

2. Cor. 12.

Gen. 12.

Orig. ho.

16. in Ge.

Gen. 26.

Sap. 11.

Matth. 9.

Zacha. 1.

si interrogare de hoc verbo. Præ nimio enim amore non poterant credere ipsum esse moriturum. Non tam de tarditate intellectus hæc ignorantia, quæ de amore nascebatur. Non tamen audebant de hoc interrogare, quia iam antea audierunt Petrum dure increpare à Christo, se occidendum prænuñtante, eo quod persuaderet oppositum, & audiuit: vade post me Sathana, non sapias ea, quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Verum si hæc de causa timebant eum interrogare de intellectu verborum istorum, apparet quod utique considerauerunt eum de passione sua profari. Ad quod est dicendum quod quidam eorum suspicabantur hoc ipsum, sed dubij erant non intelligendo plenarie, & ideo quæpiabant interrogare, sed formidabant redargui Sed ad cõtextum. Intravit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. Ex hoc orta est cau-

Matt. 15

Chry. ho.

6. in Mat.

Matt. 17.

Matt. 20

Luc. 22.

sa hæc cogitandi (vt ait Chrylostomus) quia audierunt quod Christus dixerat Petro quod daret didrachma pro se, & Iesum, & ei promiserat primatum. Diabolus mouit corda eorum ad hanc contentione, nam videns proficere viros bonos in virtute, nititur eicere eos ab illo bono: quia quos tentatione carnis non superat, videns illos victores, tentat de vana gloria, vt sic deiciat, & faciat credere quod magnus sit, & sanctus, & tunc ingerit desiderium principatus. Nunquam enim diabolus deest tentandi occasio: & si vincas, iterum atque iterum reuertitur ad certamen, vt vincat. Permissit autem dominus tantam imperfectionem suis charissimis inesse discipulis, non sine maxima, & rationabili, & vtilissima causa. Ex hoc enim fides Christiana potissimum confirmatur, quod primi illi prædicatores tantæ imperfectionis fuerunt: & subito tantæ perfectionis in omni sapientia virtute, atque cõstantia sunt effecti: quod certissimum est argumentum non nisi diuinitus fieri potuisse. ¶ Obserua autem quod sciens diabolus dominandi ambitionem, certam esse ruinam hominum, & angelorum discipulos dñi hac adorsus est tætionem: videlicet in hoc loco, & cum Iacobus, & Ioannes ad dexteram, & sinistra sedere petierunt, & cum imminente passione dñi facta esset cõtentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Multo studio cauenda est dominandi cupido, quæ non parit apostolis domini pauperculis viris, qui simplici tunica a niebatur, & parco cibo cõtenti erant, qui nullos redditis, aut villas, aut castella possidebant: nihilo minus in hominibus ita nudis, & omni destitutis auxilio humano, exardescit ambitionis ignis. Ideo hoc dixerim, vt caueat vnusquisque ab hac peste, quæ hominibus etiã tam spiritualibus aduersatur. Nutritur in domibus regum, & ad pauperculos agricolas vsque diffunditur, si quidem beatos apostolos Christi ausa est aggredi, bis inter se contententes de dignitate, & præcellentia. Admonet locus iste vt in omni statu sinus suspecti de hac maledicta peste: & licet aliud malum non haberet nisi crucem, & torturam quã dat ambitionibus summopere fugienda est ambitio. Sunt enim quædam peccata, quæ crucem suam secum baiulant. Non (inquam) Christi crucem, nec boni latronis, sed durissimum mundi supplicium. Ea sunt ambitio, odius, & inuidia quæ maxime vitia torquent cor, somnum, & quietem auferunt, ac totum hominem inanius curis, & sollicitudine obruunt. Quapropter secum crucem baiulare dicuntur, in qua peccator in singulos dies, & noctes supplicium patitur. Si enim inuisus es omnia proximi bona, erunt tibi tormentum. Si odium geris: quicquid boni accidit illi quem odis,

immanium cruciatuum causa existit. Si ambitiosus, quoties alios euictos cernis, nimio dolore cõpressus, cogitabundus semper incedis, tecum reuoluens cuiusmodi dignitatis à Rege, vel Papa vel à quouis alio principe, seu prelato decorari possis, at qui bus id modis sit consequendum, exquiris. Et sic totus disturbatur curis ambitiosus, omnibus inseruit, vrbanius omnibus loquitur, omnes veneratur, vt illi iuuent in sublime ascendere. Miserunt utique, seruitutis iugum, & nimium auersares à sanctorum cogitationibus. ¶ Obserua etiã quomodo in cogitatione sit peccatum, nam apostoli in cogitatione peccauerunt cogitantes quis esset maior, quos Christus arguit, quod non fecisset, nisi peccasset. Vnde saluator remouens salfam doctrinam scribarum, & Phariseorum dixit prædicans in mote. Audistis quod dictum est antiquis. Non moechaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est in corde suo. Non solum cõsentiendo in quocumque peccato mortali, licet, verbis, aut factis non cõpleat, mortaliter peccat, sed etiã quauis non cõsentiat in opere nefario si aduertit ad delectationem morosam & impiam cogitationem, & positue cõsentit in eã. Sed de his nolo modo loqui protrahere sermonem. Noluit autem pius dñs impias ambitionis cogitationes apud suos dilectissimos discipulos permanere atque, ideo ait euangelista. At Iesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum: & statuit illum secum se & ait illis. In hoc ostendit Deum esse, cuius solius est hominum cogitationes cognoscere. Vnde dñs Samuel dixit, Homo videt, quæ apparerent, Deus autem intuetur cor. Et Paulus. Tu nostri corda filiorum hominum. Hoc deberet aduertere omnis qui in occulto peccat, Deum scilicet habere in specore suorum aeternum, in super & cogitationum. Bene etiã dicit cogitationes eorum nam cogitationes elationis hominum sunt non Dei neque à Deo: Deus enim non immittit tales cogitationes, imo eas detestatur, iuxta illud quod in Prouerbijs ait. Superbiã, & arrogantiam ego detestor. Vide etiã quã diligenter Christus statim occurrit cogitationibus iniquis, ne crescerent, doceret vt vitia in initijs extinguamus: nam plerumque inutilis fit medicina cum morbi ob diuturnitatem fuerint robustiores. Videmus arbores, quæ nunc in radicibus terræ adhererent, quo primò tempore plantatae fuerunt virgæ fuisse, quæ tunc leui manu euelli potuissent, nunc vero fortissimis machinis non possunt euelli. Atque hoc est quod in paratibus vehementer reprehendo, qui si filios in ætate teneriorum castigaret, ac minima eorum vitia obseruaret, non haberent eos dum adoleuerint, ita contumaces. Non enim repente fit homo sceleratus, sed ab exiguis initijs paulatim crescit. Non vides flumina quo pacto fiant magna? Nam ubi ortum habent, exigui riui sunt sed collectis per spatia aquis multiplicatur. Si videris puerum medacem, vel ad ludendum acrius affici, corripe illum in tenera ætate, ne postea facinorosum illum habeas. Virga atque, correptione tribuit sapientiam, ait Salomõ: Puer atque, qui dimittitur voluntati suæ pudefacit matrem suam. Et rursus. Erudi, inquit, filium tuum, & refrigabit te, & dabit delicias anime tuæ. Nunc vero parentes ipsi fouent filios suos in his vitijs: cum eis ludunt, & iocantur: nec cogitant quod ait quidem sapiens. Lacta filium tuum, & pauentem te faciet: lude cum illo, & contristabit te. Et Salomon. Institue puerum iuxta viam suam, etiam cum tenuerit non recedet ab ea. Igitur cum omnia vitia in initio sint euellenda, & pestis ambi-

Matt. 5.

1. Reg. 16.

Rom. 8.

Prouer. 8.

Prou. 20.

Prou. 22.

Ecc. 10.

Prou. 22.

Gen. 30.

Matt. 11.

Rom. 13.

Gala. 4.

Matt. 25.

Ioan. 10.

Zach. 2.

Hebr. 2.

Matt. 2.

Psal. 132.

Abd. 1.

Iob. 15.

Luc. 14.

ambitionis omnia corrumpat bona, optimus magister Christus statim curat hoc maximum malum. Posuit autem puerum in medio eorum, vt humilitatem doceret, & suaderet non solum verbis, sed & actibus, & exemplo: magis enim facta mouent, quam verba, & plus gestis quis mouetur ad bonum agendum, quã verbis. Ad hoc deberent multi prelatorum aduertere, multique prædicatorum attendere, qui alios solo verbo virtutes docent, verbisque multi sunt, & prolixi, nec inopia laborant: vitam vero perditam, & sceleratam agunt. Posuit Iacob virgas coram oculis ouium, vt agnos pareret maculosos iuxta varietatem & diuersitatem colorum virgarum. Non aliter Christus statuit coram discipulis hunc infantem, vt cernerent discipuli humilitatis exemplum, quod sequi deberent, optime enim norat dominus quod magis mouet ad bene agendum, facta, quã verba. Vnde & alibi seipsum dans in exemplum, dixit: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Igitur cum statisset puerum in medio eorum, dixit eis. Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me suscepit, & qui eum me receperit, recipit eum qui me misit. Docet his verbis Christus non prælationem: sed humilitatem, & paupertatem esse querendam. Potest enim ita exponi, iuxta propositum ad quod adduxit huc paruulum, Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, id est, proprietates, & formam huius innocentis pueri propter me in se acceperit, imitatusque fuerit, me recipit: id est, me spiritualiter induit, & mihi veniatur, placet, ac incorporatur, sicut ait Apostolus. Induimini Deum nostrum Iesum Christum. Qui autem ita me recipit, recipit eum, qui me misit, quia in eo pater per gratiam magnam manet. Porro mitti cõuenit Christo qui à patre mittitur, quia ab ipso proccedit. Vnde Paulus. At postquam venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Docet etiã pauperes pro eius amore esse suscipiendos. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Nam sicut qui recipit Christum, recipit patrem quia ipse & pater vnus sunt: pari ratione, qui paruulum recipit, recipit Christum, quia ex charitate, quã diligit eos, efficiuntur vnus cum eo, quia dilectio vnit amates & ex duobus facit vnum. Et simili modo iniuriã eis illatam, sibi iudicat factã, quæma modum per Zachariam dominus fatetur dicens. Qui tetigerit vos, tetigit pupillam oculi mei. ¶ Aduerte autem, quod hoc non solum de illo puero, quem Iesus posuit in medio, intelligitur, quamuis videatur de illo solo loqui, dicens. Quicumque susceperit hunc puerum: sed etiam de omnibus alijs pueris, hoc est humilibus, & paruulis, intelligitur. Singulare enim nomen pro plurali, & vniuersali ponitur, vt mos, & cõsuetudo est apud Hebræos. Vnde illud Pauli, Nuncquam angelos apprehendit, sed semet Abraham apprehendit, Abraham pro quouis homine accipitur. Et illud Matthei. Rachel plorat filios suos: id est, mulieres omnes, filios suos trucidatos, plorabant. Et in psalmo, vnguetum quod descendit in barbam, barbam Aarõ, scilicet summi sacerdotis. Et sicut in scriptura Babylon, Sodoma, Aegyptus, pro qualibet gente in qua su natus: ita Hierusalẽ, & Bethleem pro iusto, & electo. Et in Abdia. Quomodo scrutati sunt Esau? Id est, Idumæos vastauerunt? Et Iob. Impleuit vento sub sole ventre. Sic in præsentiarum. Quicumque susceperit puerum istum, id est, omnem humilem, & abiectum. Deinde hæc verba corroborat Christus dicens. Nam qui minor est, hic maior est. Et hoc, quia ad magna præmia ordinatus, iuxta illud. Qui

se humiliat, exaltabitur. Et pari ratione, qui magis se humiliat, magis exaltabitur: quia quanto sumus humiliores, tanto sumus à tumore superbiæ inaniiores: & quanto inaniiores à tumore superbiæ, tanto pleniores dilectione: & quanto hac pleniores, tanto maiores: de ipsa enim scribitur. Maior horum est charitas. Et in ecclesiastico. Quanto maior es, humilia te in omnibus & coram Deo inuenies gratiam. Vel ideo, quanto quis minor, est maior, quia quanto quis humilior, tanto Christo similior, & per hoc tanto Christo proximior. Christus autem est maximus, sed quãto aliquis est maximo propinquior, tanto est maior igitur quanto quis minor, tanto est maior. Ideo inter viros spirituales non debet esse cõtentio de primo loco, sed de postremo. Nam qui desiderat primatum in terris, inueniet cõfusionem in celo: nec inter filios computabitur, qui de primatu tractauerit: nec aliquis festinet quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur, quonia non qui maior fuerit in honore, ille iustior est, sed qui iustior, ille maior est. ¶ Obserua autem quod inter Theologicas virtutes maior est charitas, sicut inter Cardinales est maior Prudentia, quia alias gubernat virtutes. Quapropter si queras quomodo humilior erit maior, cum charitas sit maior virtutum. Dico quod Christus non dicit humiliter esse in celo ratione humilitatis, sed ratione aliarum virtutum, quas assequetur quis per humilitatem. Cum cernimus quod domus alicuius fundamentum, magnam, amplam & profundam esset, dicimus magnam, & augustam futuram domum, quæ illic est cõstruenda: magnitudo vero domus, eiusque amplitudo non est ratione fundamenti, nam fundamentum domus non nitidum nec politum est, sed rude, crassum & impolitum: sed quia erigitur, & educitur nimis profunde, colligimus domum magnam, & sumptuosam euasuram. Sic in proposito ait Christus, si vultis scire, quis sit maior, dico vobis quod qui est minor, licet non solum ratione humilitatis. ¶ Expede etiã in hoc loco nullos magis à Christo diligendos, quã qui nulla ambitione tenentur, sed humiliter de semet ipsis sentiunt: hi enim tales similes sunt Domino, quo nemo alius. Hinc Christus. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Illi vero, qui honores & dignitates ambiunt, maxime Deo dissimiles existunt. Sequitur in cõtextu. Respondens autem Ioannes, dixit. Preceptor videmus quendam in nomine tuo eicentem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Dixerat Christus, quicumque receperit puerum istum in nomine meo: intellexerat Ioannes, & bene non de sola receptione ad hospitium, sed in structiore, & doctore, aut etiã quomodolibet approbando: & propterea inquit de eiciente dæmonia in nomine Iesu an sit prohibendus, vel approbandus. Solis apostolis dederat Christus potestatem sanandi morbos, & expellendi morbos, & dæmones, & quia putabant hanc dignitatem nulli alij cõmunicandam, nisi solis duodecim, ideo eiecerunt eum, & prohibuerunt illum, qui dæmonia eiciebat: & cum Christus loqueretur de susceptione hospitum: ideo recte querat an fecerit bene, vel male illum expellendo: in quo ostenditur quod bono animo egerit, & si malum forsitan fuerit, quod paratus est corrigi. Humilitatem exemplo Ioannis docet locus iste: hic namque sanctus apostolus, ea, quæ bona intentione fecit, dubitans de facto an sit bonum, ita humiliter suum opus Christo manifestat animo humili, vt correctionem suscipiat. Tu vero de

1. Cor. 13  
Ecc. 3.

Matt. 11

\* Gg

his que apertè mala sunt, nō vis argui, neq; corripi. Vide etiā quāta sit virtus nominis Christi, vt etiā ij, qui indigni erāt tanto munere, & Christum nō sequebātur, ad appellationē nominis Christi eice-  
**Matth. 7** rent demonia. Ad nostram autē eruditionē discamus ex hoc loco non gloriari in donis ijs gratuitis, vt predicationis gratia, literatura, pulchritudine, aut quolibet alio dono: cū hæc dona cōmunicari videamus, & dari etiā illis, qui Christum nō sequuntur. Vnde dominus. Multi dicēt mihi in illa die, Nōne in nomine tuo prophetaui mus, & dæmonia eiecimus? &c. Sequitur, Discēditē à me omnes, qui operamini iniquitatē. Et Paulus aperte dicit. Si habuerō spiritū prophetiæ, & nouerim mysteria omnia, charitatē autē nō habeam, nihil sum. Christiana enim perfectio in Dei dilectione cōsistit, quæ quidē in volūtate est: spiritus autē prophetiæ, & scientia, in intellectu est: cuius actus prius est, quā actus voluntatis, & ideo hæc dona esse possunt sine charitate, sicut res prima, sine secūda. Itaq; poteris scire mysteria omnia, & habere prophetiæ spiritum, & non esse in charitate: similiter, & fidē, sicut iste habebat, quia sine ea miracula nō faceret, & hac fretus dæmonia eiciebat, & nihilominus Christū nō sequebatur, &c. Discamus secundo nō habere de alijs inuidiā, quāuis aliqui habeant ea, quæ nos habemus. Multos reperies, qui singulares esse volunt, si aliquid bene & probē faciunt, cupiunt se solos, & nō alios hoc facere: ægreque ferunt si alij simili gratia polleat, quia ipsi: quod si alij simili ingenio & gratia præstet, quia ipsi, mordent illos, & lacerant corroduntq; aliorum ingenia, ac si Deus memor esset solū illorū, & non aliorū: vt alius prædicet, quid ad te? Tu etiā prædica. Non tollit ille quod tuū est, sed adiuuans ab illo. Volebat Ioannes, quod tantū ipse, & sui discipuli eijcerent dæmonia, & nō alius, quātū eijceret in nomine Christi: quia nō sequebatur eos, & quia nō erat ex eorū confortio, & gremio. Sic etiā inuenies inter monachorū ordines aliquos, qui si vident in alia religione aliquos doctos & literatos homines, qui aliquē disertū, & doctum cōponunt librū, quiq; insignes concionatores sunt, ægre, & moleste ferūt, quod eorū religioni nō dederit nomē, in situtiq; additi nō sint. Cuperent Deum illos huiusmodi gratia priuasse, quia iuxta factionis nō sunt: sicuti hic Ioānes volebat illū gratiā, ad faciēda miracula habere: ratio verō quā præbet est, quia non sequitur nobiscum: quasi verō Deus alligaretur, & teneretur solū beneficia illis cōferre, qui sunt tui cōnobij, & ordinis, nō vero alijs. Hæc est impia, & iniqua emulatio: alienaq; ab omni charitate, & virtute. Hæc eandē emulationē habuit olim Iosue, qui cum vidisset Heldad, & Medad prophetas dixit Moyssi. Dñe mi Moyse prohibe eos. Et discipuli Ioānis hoc liuore agitati emulantes magistri honorē, dixerūt Ioāni, Rabbi, qui erat tecū trās Iordanē, cui tu testimoniū perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniūt ad eū. Hoc modo apostolus Ioannes locutus est Christo, quia volebat quod illa potestas daretur solis apostolis, & non extraneis. Sicut multi nūc omnia officia, & dignitates cōferunt suis: nec sciūt bonū facere nisi proprijs, & necessarijs. Sed quid Moyse respōdit Iosue, audi. Quid, inquit, emularis pro me? qui sibi tribuit, vt omnis populus prophetet: & dedit eis dñs spiritū suū? Hęc magna Moyssi charitas deberet per omnes religiones d. uerari, omnes Christianos amplecti, vnu

quisq; vero magno affici gaudio deberet cū omnes dei munere ingenio & gratia, qua præstat, frui videret. Ioānes etiā Baptista respōdit suis discipulis, qui suū honorē nō vt decebat æmulabantur. Hoc ergo gaudiū meum impletū est, illū oportet crescere, me autē minui. Sic tu deberes gaudere de bono, & gloria tui fratris: deq; bono nomine, & fama, quā habet. Quid autē Christus respōdeat apostolo Ioāni, & discipulis, qui prohibuerāt illū, qui dæmonia eiciebat, audiamus. Et ait ad illos Iesus, Nolite prohibere, qui enim nō est aduersum vos, pro vobis est. Nullus est medius inter eos, qui sunt pro Christo, & inter eos, qui sunt contra Christum, tā in moralibus, quā in religiosis actibus: ideo qui nō est cōtra nos, pro nobis est. Ideo iste, qui actū religionis exercebat pro Christo erat. Loquitur tamen hic Christus de actione deliberata specialiter in genere moris per operationē ad operantē. Nā tunc nullū opus est indifferens, nā bonū, & malū opponūtur priuatiuē: habitus verō, & priuatio immediate opponūtur circa propriū susceptibile in determinato tēpore. Ideo nolite prohibere bonū faciētē. Vnde in Prouerbijs dicit Salomō. Noli prohibere benefacere eum, qui potest: si vales, & ipse benefac. Sed historiam prosequamur. *Faciū est autē dū complerēt dies assumptionis eius, & ipse facie suā firmavit, vt ierit in Hierusalem.* Quia instabat tēpus passionis eius, & mortis, sed vsus est euangelista vocabulo digno maiestate Christi, nā moriturus quidē erat, non tamē detinēdus à morte, sed surrecturus, & assumēdus in cælū. Vel, sicut ait Paulus, in gloria, cum scribens Timotheo, inquit, Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, apparuit angelis, prædicatus est gētib; creditus est in mūdo, assumptus est in gloria. Præterea ostendit locus iste magnanimitatē in Christo, quā mōstrabat etiā exterius volēdo ire in Hierusalem, nō obstātē quod Iudæi volebant illum occidere. Ostēdit etiā quod spōte patiebatur, & nō inuitus, quādoquidē volūtariē ibat & spōte obtulit se corā inimicis, & posuit se in manibus eorū. Ideo Esaias, oblatus est, quia ipse voluit. Præterea in eo quod ait Lucas, quod facie suā firmavit, eius constantiā, & animū perpēde, præstēdit enim euangelista in facie, animi constantiā ostēdere & magnanimitatē. *Et misit nūcios ante cōspēctū suū, & euates intrauerunt in ciuitatē Samaritanorū, vt pararent ibi.* Samaritani, nec Iudæi, nec gētiles erant, sed mixti: quia Assyrii erāt, & quinque libros Moyssi receperant postquā Salmanasar Rex Assyriorū captiuas duxit decē tribus, & nihilominus idola colebant, vt historia quarti libri Regū refert. Christus vero quāuis sciret quod Samaritani nō illū erāt recepturi, nihilominus mittit ad eos nūcios, vt nō possent se excusare dicētes. Si misisset ante, suscepissēmus eū: sed nō venit ad nos, ideo nō recepimus. Multo minus poteris te excusare corā Deo, quandoquidē tot nūcios ad te mittit, & tot conciones, & inspirationes, tot sacramēta, totq; vocādī modos & vias. Inexcusabilis est omnis homo. Minorē excusationē habebūt Iudæi, quā Samaritani siquidē eis Christus dixit. Si opera nō fecissem, que nullus alius fecit, peccatū nō haberēt: nūc autē excusationē nō habēt de peccato suo. Nullus itaq; corā Deo potest se excusare, quādoquidē ad omnes nūcios mittit, omnesq; vocat, & inuitat, omnibus necessaria ministrat, & nemini negat suū auxiliū & fauorē: nec Pharaoni suum auxiliū & fauorē subtraxit & negauit, sed prædica-

prædicatōrē Moysem misit, & multa miracula fecit corā eo. Secundo misit nūcios ad Samaritanos, quāuis sciret quod nō erant illū recepturi propter bonū, & commodū discipulorū, vt discerēt Christi magistri sui exēplo patietes esse quādo illos nō recepissent hospites ad quos diuertebāt: sciētes etiā quod patrē familias nō receperūt. Misit itaq; nūcios ad ciuitatē Samaritanorū. Sed quid illi? *Et non receperūt eū, quia facies eius erat euates in Hierusalem.* Fuit autē duplex ratio quare nō receperūt eū: vna ratio, quia Iudæi nō contūtur Samaritanis, sicut olim Hebræi cum Aegyptijs. Illicitum est Aegyptijs comedere cū Hebræis. Quia autē Christus erat Iudæus, noluerūt eū recipere. Tantū q; erat dissidiū, & discordia inter Iudæos, & Samaritanos, vt nō solū hospitium & cibū, verū etiā potum aquæ existimaret mulier illa Samaritana nephas esse Iudæo porrigere: ac proinde cū Christus ab ea petiuit aquā, respōdit illa. Quo modo tu Iudæus cū sis, poscis à me bibere, quæ sum mulier Samaritana? Tā acerbæ & atroces erāt discordiæ, & factiones, quæ inter vtrūq; populū intercedebāt, vt etiā aquæ potū timeret mulier illa Samaritana homini Iudæo, & defatigato præbere: nullam aliā ob causam, nisi quia Iudæus erat. Nō desunt autē similes dissensiones, & discordiæ, inter Christianos: imo vero atrociore & crudeliore, quas dñs sua misericordia auertere dignetur, &c. Alia ratio propter quā illū recipere noluerunt, fuit ista, quā dat euāgelista, dicit. *Quia facies eius erat euates in Hierusalem.* Dicebat enim Samaritanus quod locus orationi aptus erat apud illos in illo monte Garizim. Sic dixit mulier illa Samaritana. Patres nostri adorauerunt in mōte hoc, & vos dicitis, quia Hierosolymus est locus vbi adorare oportet. Et ideo Samaritani odio prosequēbantur omnes euntes in Hierusalem ad adorandū: & quia Christus ibat ad solennitatem Paschale ad adorandū in Hierusalem, propterea tanquā directē euntē cōtra ipsos Samaritanos, noluerūt illū suscipere. Phrasim vero scripturæ, & modū loquēdi obserua in eo quod dicit, quod facies eius erat euates in Hierusalem. Deū enim ostēdere facie alicui, est illi fauere: sicut abscondere est non fauere. Ideo Dauid. Deus virtutū cōuertē nos: ostēdere facie tuā, & salui erimus. Hoc est, prosequere nos fauore tuo, & salutē cōsequemur. Et ostendēs dñs Moyssi quo modo iratus esset puniturus populum Israel dixit. Abscondā facie meā ab eo, & erit in deuorationē. Et apud Esaiā. In momēto indignationis abscondi facie meā parūper à te. Et rursum idem propheta in pios Iudæos alloquens, aiebat. Peccata vestra abscondērent facie eius à vobis. Et Dauid. Facie tuam, inquit, illumina super seruū tuū. Igitur, quia Christus volebat honorare Iudæos sua præsentia proficiens Hierosolyma, dixit Lucas quod facies eius erat euates in Hierusalem. Expēde Iudæorum ingratiadinē. Christus propter ipsos à Samaritanis eijcitur, & exterminatur, quia ad visitandos Iudæos pergebat, & ad eos honestandos, & fouendos iter faciebat: Iudæi vero impij, & scelerati (qui misisco gaudio, & lætitia Christū recipere deberēt) qui vt eorū opinioni, circa adorationē in Hierusalem faueret (à Samaritanis male tractabatur) sunt præcipui carnifices qui cō Christo proteruē opponūt & obijciunt. Quod si Samaritani Christū (eo quod Iudæis fauebat) se sua ciuitate sceleratē expellunt: ob eam ipsam causam deberent Iudæi vrbem Christū recipere, eiq; misisco fauere. At vero ipsi

nō solū illū nō recipiūt, nec ei fauēt, sed etiā è suis finibus extermināt, eiq; crudeliter vitā admūt. Vnde Esaias in persona dñi cōuertitur de ipsis dicens. *Esai. 1.* Væ gēti peccatrici, populo graui iniquitate, &c. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autē spreuerunt me. Sed tu de ingratitude Iudæorū miraris: tuā tamē nō intueris. Similiter etiā eo quod deus in te beneficia cōfert, honoribus ornat, diuitijs cumulat, alijsq; infinitis donis & gratijs quotidie cōplet à tuis inimicis dehonēstatur, eiusq; auctoritas, & grauitas imminuitur, quia inimici tui, & inuidi dolēt de bono, & felicitate tua. Tu vero propter cuius amorē deus iniurijs afficitur, cū ei ob hoc ingentes gratias agere deberes, eū indies magis ac magis offēdis. Propter beneficia in te à Deo collata, ab inuidis, & inimicis tuis laceratur, & cōuitijs cōmaculatur: gratiæ vero, quas ei refers, nullæ aliæ sunt, quæ expellere eū ab animæ tuæ do micilio, & iniqua & perditā vita tuā eū deinceps cruci affigere, sicuti impij Iudæi faciebāt. Sequitur. *Cū vidissent autē discipuli Iacobus & Ioānes dixerūt, domine vis dicamus vt ignis descēdat de cælo & cōsumat illos? Quia isti duo fuerant cum Christo in mōte in trāsfiguratione, & viderant dñi potestātē, & maiestātē, & quod despiciatur in terra, quia magni erāt zelatores honoris magistri sui, cōmoti furore volebant perdere eos ad similitudinē Helix, quē in mōte viderāt: qui zelās Dei honorē, fecit ignē de cælo descēdere, & occidere duos principes quinquagenarios cū militibus suis. Sed quia Dei honorē nō secundū scientiā zelabāt, poterat eis dici illud, quod Paulus Romanis scribēs ait. Testimonium perhibeo illis, quod emulacionem Dei habēt nō secundū scientiā: si cut duo filij Iacob Simeon, & Leui zelo iniuriæ sibi factæ cōmoti destruxerunt vrbem Sichimorū. Obserua autem quod quāuis isti duo apostoli inniterēt auctoritati scripturæ, scilicet in facto Helix, qui nuntios Ozochiæ igne de cælo misso cōbussit, tamē nō audēt hęc exercere castigatiōnē sine magistri voluntate. Hic etiā mos à nobis seruādus est: quāuis enim aliquid agamus, quod videatur in nnti scripturis sacris: videndū tamē est an rectē eas scripturas presenti negotio accommodemus: quod nisi rectē fiat, nihil profuit facras literas cōsuluisse. Nā & hæretici putāt se suas rationes tueri diuinis auctoritatibus: sed falluntur. Quare? Quia Christū nō consulūt, nec eius in terris vicariū. Si Papā, qui Christi vicarius est, & eius omnimodū potestātē habet in terris, consulēt, nō errarent. Ioannes & Iacobus scripturā habebāt, sed ne errarent Christum consulūt. Docet enim locus iste ne in rebus agendis curramus tantū ad scripturam, eam ad libitum interpretantes, sed cōsulamus sanctam ecclesiam Romanā que nunquam errauit nec errare potest. Docet etiā locus iste, vt nihil velimus sine Christo. Est & forma quædā orandi nobis præscripta, vt sic oremus, vt nostrā voluntatem resignemus, dicentes Deo. Si tu vis, fiat, &c. Sic isti discipuli dicunt. Dñe vis dicamus, &c. In omnibus quæ agere destinas, voluntatē tuā cū Dei volūtate cōiungere, & cōglutinare debes: semperq; te illi submittere, sic, vt nihil facias, priusquā Deū diligenter cōsuleris, eiusq; voluntatē probē intellexeris. Sic sanctus Rex Dauid orabat Dominum dicens. De-*

Matth. 7

1. Cor. 13

Pro. 3.

1. Tim. 3

Esai. 53.

Psal. 79.

Deut. 31

Esai. 54.

Esai. 59.

Psal. 118

4. Reg. 17

Rom. 1.

Ioan. 10.

Num. 11

Ioan. 3.

Rom. 101

Gen. 34.

Psal. 142



*Sap. 6.* nec secundum Dei voluntatē ambulastis: sed quid Dñs respōderit discipulis, audiamus. *Et cōuersus increpauit illos dicens. Nescitis cuius spiritus estis.* Non discernitis differētiā inter vetus & nouū testamētū. Tēpore Heliē erat tēpus iustitię, & vindictę, nūc autē tēpus est misericordię: hæc enim est gratia noui testamētī. Nō discernitis inter spiritū, & spiritū: hoc est inter spiritum noui testamētī, & veteris. Sic in psalmo Dauid, qui veteris erat testamētī, cecinit dicens. Ad faciendā vindictā in nationibus, increpationes in populis. Sed Zacharias, qui gratiā noui testamētī nūtiabat, nō ait, Ad faciendā vindictā, sed, Ad faciendā misericordiā cū patribus nostris. Præterea credebāt se moueri isti apostoli zelo & spiritu rectitudinis, & ipsi mouebāt zelo amaritudinis, quod nō debebant facere, sicut dicitur in epistola Iacobi. Quod si zelum amarū habetis, & cōtentiones sunt in cordibus vestris: nolite gloriari, & mēdaces esse aduersus veritatē. Alibi etiā monet scriptura. Nolite omni spiritui credere, sed probate si spiritus ex Deo est spiritus enim Christi, spiritus māsuetudinis est, secundū illud. Spiritus Domini super me, eo quod vnixerit me, ad annuntiandum māsuetudinis mī. Et iterū. Ecce seruus meus suscipiā eū: dedi spiritū meū super eū. Sequitur. Calamū quassatū nō cōteret, & lignū fumigās nō extinguet. Hūc spiritū isti debuerāt habere tanquā boni discipuli, & imitatores magistri. Christus enim nō venit peccatores destruere, sed vt illos saluos faciat: vt statim ipse dicit. Vnde Paulus. Fidelis sermo & omni acceptioe dignus, Christus Iesus venit peccatores saluos facere, quorū primus ego sum. ¶ Discamus ex hoc loco nō cōtemnere peccatores, siquidem Deus eos, qui hodie iniqui sunt, potest cras æquos, & bonos reddere. Si quispiā, quia in manu statuarij vidit ligni stipitē vilē, cōtēneret lignū, quia informe videtur, velletq; illud in ignē coniicere, malefaceret fanē. Artifex illum dolabit, & optimē expoliet, sic, vt postea ex eo imaginē quandā, & statuā perfectam, pulchrā, omnibusq; numeris absolutā cōficiat. Potētiōr est Deus homine: si ergo homo potest ex vili & rudi ligno pulchrā reddere, & effingere imaginē: cur Deus nō poterit ex peccatore iustum & sanctū hominē cōficere? Multi sunt, qui hac in re D. Ioānē & Iacobum imitātur. Cuperent enim quod statim peccatores obirent. Sic sunt multi, qui cum aliquē vident, recte nō incedentē, eius obitum, & necē statim vellent. Velles ne, o homo, simile supplicium Deum in te exercere? cuperēsne cum peccas, super te caelestē ignem descendere qui te absumeret? Nūquid vellent ij apostoli, quod quādo peccauerūt, simili crudelitate erga ipsos dominus vteretur? Non ergo proximis similia mala & flagella imprecari debēt aut exoptare. Quod tibi nō vis, alteri nō facias. Vnusquisq; misericordiā sibi desiderat, iustitiā vero alijs cōcupiscit. Vna mēsurā hā Deo metiri volumus, alios vero alia diuersa. Sed scriptum est. Eadē mēsurā, quā alijs mensi fueritis, eadem remetietur vobis. A postolus etiā ait. Qui stat, videat ne cadat. Si superbe rigidus, & acerbus iudex erga fratres extiteris, permittet Deus te in similia peccata prolabi, de quibus proximos condēnas, vel in alia deteriora & grauiora, vt superbiā tuā cohabeat. Sicuti se habuit Petro, qui cum nimī sibi tribueret, alios vero despiceret, vilis omnibus cecidit. Sed ne aliū de exempla petamus, aspice hos Samaritanos quos apostoli cupiebant caelesti igne cōburi & cōcrema-

ri, postquā spiritus sanctus suis eos radijs collustrauit, primi in fidei receptione extiterunt. Propter quod scriptum est in apostolorum Actus. Cū audissent apostoli, qui erāt Hierosolymis quod Samaria recepit verbū Dei, miserūt ad eos Petrū & Ioānē. Si ergo Christus Ioānis & Iacobi precibus annueret, quomodo ad frugē se reciperēt meliorē, salutē adipiscerentur? Si Deus Dimā latronē occideret, cū furabatur, alijsq; peccatis coinquinabatur: quomodo postea cōuerteretur in cruce, dum cum Christo erat? Si Deus mortē Paulo afferret cū Dei Ecclesiā vexabat: quomodo tāto concionatore fruere, eiusq; mirificis epistolis delectaremur? Deus bone, quam lōgo intervallo Deus hominibus melior extat? Igitur procul sit à Christianis indignatio, procul à magnanimis cupiditas vltionis. Nō cōmouetur Christus cōtra Samaritanos, vt doceat quod nō habet vltionis studium perfectā virtus, nec vlla est iracundia, vbi plenitudo est charitatis: nec excludēda est infirmitas, sed iuuanda. Docet enim locus iste ne vindictā sumamus, de his, à quibus iniuriam patimur. Maior enim perfectio requiritur, exigiturq; à nobis tēpore gratię: quā ab illis, qui sub lege fuerunt. Sic Dominus in Matthæo loquitur. Dicitū est antiquis. Oculum pro oculo, dentē pro dente. Ego autē dico vobis nō resistere malo. Et iterū. Audistis quod dictū est antiquis. Diliges proximū tuum, & odio habebis inimicū tuū. Ego autē dico vobis, diligite inimicos vestros. Ergo necesse est vt discipuli dñi ducātur spiritu māsuetudinis, & dilectionis: nō spiritus odij, & inuidie. Nescitis, inquā, cuius spiritus estis. Nō regimini caelesti spiritu, sed terreno. Serui Dei spiritu caelesti debent regi non mundano. Quapropter (vt similitudine beati Alselmi vtar) in anima tres sunt naturę, scilicet ratio, voluntas, & appetitus. Ratio assimilatur angelis: appetitus, brutis animalibus: voluntas vtriusq;ue. Voluntas inter rationē, & appetitū media est, aliquādo enim ad rationē, & aliquādo ad appetitū se habet. Sed quādo ad rationē se cōuertit, & sapit rationabilia, & spiritualia, dicitur homo rationalis & spiritualis: quādo vero ad appetitū se tenet, & sapit quę sunt carnalia & irrationaliū animalū, dicitur homo carnalis, siue animalis. Vnde Paulus. Animalis homo nō percipit ea, quę Dei sunt, spiritualis autē diiudicat omnia. Ita secundū affectionē dicitur homo, cuius spiritus sit caelestis, vel terrestris. Isti vero apostoli nesciebāt quo spiritu ducebātur, quia putabāt se duci spiritu zeli dei, & honoris magistri: & ducebātur spiritu vindictę, & terrestris, nō tamen caelesti. Deniq; obseruandū quoq; hic est, quod hoc nomē spiritus varia acceptioe sumitur in scripturis, aliquādo pro vēto, vt in psalmo. In spiritu vehemētī cōteres naues Tharsis. Et in Ioāne. Spiritus vbi vult spirat. Cū vero dicitur de Christo. Clamās emisit spiritū: indubie pro anima ipsius ponitur. Cū autē dicitur de seruo Amalechitę Aegyptio. Cum comedisset reuersus est spiritus eius, & refocillatus est, accipitur pro viuacitate, seu fortitudine. Et cū Paulus dicit. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus, accipitur pro spiritu sancto. Et cum dicitur, Nolite gaudere, quia spiritus subiciuntur vobis: accipitur pro dæmonibus. Porro cum hic dicitur, Nescitis cuius spiritus estis, accipitur pro vehemētī zelo, seu impetu animi, siue ad bonū, siue ad malū. Christus vero increpauit eos quia peccabant hoc dicendo: & credo quod tātū venialiter peccauerūt isti duo apostoli.

*Act. 8.*  
*Luc. 23.*  
*Act. 9.*  
*Matth. 5.*  
*1. Cor. 2.*  
*1. Thess. 5.*  
*Luc. 10.*

*foli.* Et fuisse fortassis affectus ille vindictę mortale peccatū, nisi extenuasset illud ignorantia, vel impetus animi nō deliberasse, vt venialis esset. Sed iam Christū audiamus vltra dicētē. *Filius hominis nō venit animas perdere, sed saluare.* Hoc est iā nō est tēpus vt cōtemptores meos perdā, sed vt ipsos beneficijs, māsuetudine, verbis, & factis ad resipiscētiā alliciā. Nō enim misit Deus filiū suū in hūc mūdū, vt iudicet mūdū, sed vt saluetur mūdus per ipsū. Primus aduentus filij hominis est iudicari, & occidi ab impijs, ad quos saluādo venerat: secundus verō aduentus erit, vt impij iudicētur ab ipso. Si Deus puniret peccatores, & illos nō expectaret ad pœnitētiā: qui saluaretur? Nō tātū steterūt tibi anime, quāti Christo, siquidē pro eis sanguinē suum effudit, quod tu nequaquā præsististi. Si tāto pretio eas emisses, quāto Christus: nō tātopere velles deū statim peccatores disperdere, & penitus extinguere. Peccatorum causa ē celo in terras descendit, magna que patientia eos expectat & suffert, orās, & petēs ab eis vt cōuertantur, & vsq; ad exactā etatē, & postremā senectutē eos pręstolatur, & expāsīs brachijs in vltima eos recipit canicie. Vnde ipse dñs per Elaiā ait. Audite me domus Iacob, & omne residuū domus Israel. Qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. Vsque ad senectā ego ipse & vsq; ad canos ego portabo. Ego feci, & ego serā: ego portabo, & saluabo. Discamus fortitudinē, & virtutem nostrā in Deum exercere. Volebāt Iacobus, & Ioānes fortitudinem suam ostēdere in vindictā: sed aliter dominus, cuius potētia est ad subleuādū miserōs. Didicit hoc Dauid ab eo, atque ideo dixit. Fortitudinē meā ad te custodiā. Nō ad inimicos meos debellādos, sed ad te placandū. Sed cū Christus fortissimus gigas esset nō in debellādīs inimicis, sed in subleuandīs pauperulis exercuit, nō enim venit destruere, sed saluare. Docet Christus nō ideo esse piū eo quod nō possit offensas sibi illatas vindicare, cū sit fortis: aut necessitate, sed potius voluntate. Docet etiā cū mala in proximos videmus exintimis cōmoueri. Docet demū nō expectare vindictā de his qui te cōtemnūt, aut offendūt: sed patiēter eorū cōuersionē expectare, exēplo eius: perfecta enim virtus nō habet studiū vltionis. Et abierūt in aliud castrū. Meruerunt sanē optimē Dei irā, & supplicij, sed dñs mitigauit legē, & iustitię rigorē. Sic enim Moysem fecisse legimus, qui vidēs vitulū, quē filij Israhel fecerāt vt adoraret, proiecit de manu tabulas legis ad radicē mōtis, & fregit eas: vt populo parceret, fregit tabulas legis: quoniam nisi tabulas fregisset, populo nō peperisset. Nā lex dicit. Qui immolat dijs, occidetur, præterquam Deo soli. Noluit Moyse cū tabulis, hoc est, cū rigore legis ad populū delinquentem venire, sed tabulas placare, si ipse legis rigore vtens, eos occidisset. Ad hūc modū cū pręstolatus aliquis instigatē pietate iuxta legis rigorē peccatū subditi puniat, sed illi misereatur, timēs ne ex atroci punitione exacerbatus in peius ruat, tūc tabulas frāgit, & legis authoritatē relinquunt. Hoc autē nullus sanæ mētis dicit esse peccatū, si instigatē charitate id factū fuerit: cū videlicet remissione illa prælatus, spirituali subditi salutē prospiciat. Pastor enim nō tā curare debet legis aut statutorū obseruatā, quā omni suarū profectū. Si tamen met ex obseruatā legis subditi deteriorē fieri, & spectat per māsuetudinē & misericordiā se lucraturū sub-

ditū, rigorē legis eū flectere oportet, vt subditi animi, pro qua Christus mori dignatus est, lucretur. Nā Moyse pro eo quod tabulas fregit, nō legitur à deo reprehēsus. Deus enim ipse sæpē facit hoc ipsū, parcēs peccatoribus, sicut nūc fecit cū istis Samaritanis nō puniēs homines impios, & barbaros, qui hospitij quod ex lege naturæ itinerantibus debetur, nō dederūt Christo, & hominibus sanctis: sed diuer tēs ab illis & vadēs in aliud castrū. Hoc idē nobiscū quotidie facit, nā si iuxta merita puniret, vā nobis, vbi nunc essemus? Sed vt ait Dauid sicut pater miseretur filiorū, misertus est nobis Deus, & recordatus est quoniā puluis sumus. Vadit, & diuertit in aliā viam, quasi non videat peccata nostra, nec illa sciat, vt nō puniat iuxta demeritorū exigētiā. Ideoque abijt in aliud castrū, dissimulās peccata eorū, & nolēs cogere eos ad hospitij cōtra volūtātē ipsorū. ¶ Ad nostrā autē eruditiōe, admonet locus iste potius fugere homines impios, quā cū illis contendere, aut litigare. Quia erat iurgium inter pastores Abraham, & Loth, diuisio facta est inter eos: dixit enim Abraham ad Loth. Ne quęso sit iurgij inter me & inter te, & inter pastores tuos, & inter pastores meos, &c. Quāuis bonus esset Loth, tamē vt iurgia, & quæstiones fugeret, voluit Abraham separari à Loth. Tantū bonus Chriticola pacē debet diligere, & horrere quæstiones & discordias, vt omnia temporalia, si res postulauerit, perdat: quā vt pacē perdat, aut amittat. Docet igitur locus iste perfectā māsuetudinē, quę decet Christi seruos, iuxta illud. Seruū dñi nō oportet litigare, sed māsuetū esse. Sed de his alias, nūc autē ad cōtextū. *Filius autē ambulāri.* *1. Tim. 2.* *bus illis in via, dixit quidā ad illū sequar te quocūque ieris.* Ostēdebat volūtātē sequēti perfectē, sed aliud habebat in corde. Volebat enim sequi Iesum, intentione, qua Simō Magus desiderabat habere potestatem miracula faciēdi, vt de miraculis diuitias lucraretur. Ne accesseris (inquit Ecclesiasticus) duplici corde. Sed Christus, qui corda intuetur, & cogitationes hominū videt, vt potē quia Deus, nō ad verba, sed ad cogitationē, & intentionē istius, qui Christū sequi volebat, vt diceret, respondit dicens. *Vulpes foueas habēt et volucres celi nidus, filius autē hominis nō habet vbi caput suū reclinet.* Ac si diceret, Cur sequi me vis, vt diues fias, me, inquā, pauperē & nudū hominē: adeo inopē, & rebus omnibus destitutū, quod nō habeo domū, nec locū, nec vbi caput meū reclinē? Erras, si me sequi vis hac intentione, cū ego pauperissimus sim, & discipulis meis, ea quę habebāt, relinqueret præceperim. O quot habet etiam nūc iste imitatores. Multos videbis, qui se faciūt ecclesiasticos, & sacris initiātur, nō vt Deo seruiūt nec vt illū sequantur, nec vt ad eū propius accedant, sed vt sibi victū, & vestitū parēt, vt diuites fiant, & quia credūt se hac via facile posse creati Canonicos, Abbates, & Episcopos. Hi tūc Christū sequuntur, nō vt ei inferuiāt, sed vt ditescant. Existimāt se abudētiorē victū habituros per Ecclesiā quā per sæculū, ac proinde sacris initiātur. Similes sunt ij Sichē & Emor patri eius, qui sibi præputia absciderūt vt opes adipiscerentur ingentes: dixerūt enim. Si circumcidimus masculos nostros: ritū gētis imitātes, & substātia eorū, & pecora, & cūcta quę possidēt nostra erūt. Derelinquebāt hi idola, & ad verū Deū appropinquare, vt diceret. Quod quidē tu quoq; hos imitās gentiles cū mūdo renūtiās, & ad Deū accedis, ad eiusq; altare vadis, nō vt sanctior fias, aut melior, & denotior.

*1. Tim. 2.*  
*Act. 3.*  
*Eccle. 1.*  
*1. Cor. 2.*  
*Exod. 32.*  
*Exod. 22.*  
*1. Thess. 5.*  
*Luc. 10.*  
*1. Tim. 34.*

tior, sed vt sis diues, credēs cō sanguineū tuū in te be-  
 neficiat, & dignitatē quā habet collaturū, & Regē,  
 & Papā te in Episcopū promoturū. Illi Magi, qui  
 venerūt ab oriente, accesserūt ad Christū natū in  
 Bethleem, nō vt diuites fierēt à Christo, sed è cōtra  
 vt Christū pauperē dītarēt, atq; idē obtulerūt ei  
 munera ex apertis thesauris. Sic tu accessisti ad al-  
 tare, vbi Christus est, aduerte ne eo animo id agas  
 vt bonis tēporalibus abūdes, sed spiritualibus. Et si-  
 cuti illi sancti Magi, noli à Christo ditari, sed è  
 contrario debes Christo bona elargiri, pauperi ele-  
 mosynā erogādo: siquidē Christi agit personam,  
 ipse enim ait: Quod vni ex minimis meis fecistis,  
 mihi fecistis. At vero tu Christū sequeris, & susci-  
 pis vestem clericā, & ordines sacros, quia habet  
 Ecclesia Episcopatus, Abbatias, Canonicatus, & red-  
 ditus. Ioseph veditus in Aegypto fuit, postea verò  
 diues & potēs effectus est: & quāuis illic filios ha-  
 buit, nō tamē legimus reddidit aliquos, aut prouē-  
 tus illis reliquissē, aut primogenita. Quid, quāso,  
 fuit in causa cur cū maximas haberet Ioseph opes,  
 nō tamen filijs primogenita cōstituit? Illud sanē,  
 quā in promissam terrā ituri erāt, quod si primo-  
 genita, & diuitias haberēt, agrē, & molestē ab illis  
 separaretur: ideo noluit aliquid eis relinquere. Sic  
 Christus dominus discipulis suis tātū virtutū, pri-  
 mogenitū statuit, eiq; pręcipit, vt parū, quod ha-  
 bēt, deserāt, nec hunc in numerū discipulorū ascis-  
 cit, quia animo ditescēdi accedebat. Plutarchus dixit  
 qd paupertas est in strumētū philosophię. Si vt mū-  
 di philosophiā intelligamus cōfert maximē pauper-  
 tas: quāto magis vtilis erit vt percipiamus Dei sa-  
 pietiā? Qui Christū sequi cupit, & ab eo cęlestē dis-  
 cere philosophiā, tanquā eius verus discipulus des-  
 piciat, & parui pēdat diuitias, nec eas apud paupe-  
 rē Christū exquirat. Ideo huic, qui Christū sequi  
 volebat, vt ditesceret, dixit illi dominus, Vulpes fo-  
 ueas habent, volucres cęli, &c. Sed singula verba  
 expendamus. Poterat dicere, lepores, aut, cunicu-  
 li, aut aliquod aliud animal, sed potius dixit, vul-  
 pes: quia est animal cauillosum, & astutū, propter  
 quod Christus Herodē vulpē appellauit. Vide tu  
 quāta sit mea paupertas quod animal illud tā astu-  
 tū, quod propter suā malitiā indignū erat fouea, at  
 nihilominus illā habet: sed filius hominis nō ha-  
 bet vbi caput reclinet. Expēde quod nō dicit. Ego  
 nō habeo, vbi caput reclinet: sed filius hominis nō  
 habet vbi caput reclinet, loquitur in tertia persona  
 modestiē causa (vt Chrysostomus ait) vt ad aliam  
 personam referat videatur illa narratio. Sic sancti  
 euāgelistę loquūtur multoties de se ipsis, quasi de  
 alijs vt Matthæus dicit, quod inuenit hominē sedē-  
 tē in theloneo: & nō dixit, inuenit me. Et Ioannes,  
 Venit alius discipulus, qui erat notus pontifici. Et  
 Paulus. Scio hominē ante annos quatuordecim rap-  
 tū, &c. Hoc etiā Moyses quasi de alio loquēs sa-  
 pē dicit. Loquutus est dominus ad Moysē dicēs.  
 Et Ioannes iterū. Erat recūbens vnus ex discipulis  
 Iesū, & nō dicit, Ego, &c. Sic Christus in tertia per-  
 sona loquutus est dicēs, filius hominis non habet  
 vbi caput suū reclinet. Pręterea vocat se filiū ho-  
 minis, vt se verū hominē, & humilē, obnoxiiā cala-  
 mitatibus, & doloribus insinuet. Sic Elaias vocat  
 illū virū dolorū, & scientē infirmitatē. Et quia fili-  
 us hominis accipitur pro re abiecta, appellatur E-  
 zechiel filius hominis, vt eū de fragilitate sua admo-  
 neret, ne ob diuinas visiones sibi ostensas, minio

gaudio efferretur. Et ideo sepē Christus se vocat fi-  
 liū hominis, vt ostēdat, cū esset Deus, infirmitates  
 nostras suscepisse. Vide etiā quomodo qui querit,  
 & qui queritur in hoc differunt, quod qui querit  
 domū nō habet, nec in domo est, imo huc, illuc di-  
 uerſatur. At vero qui queritur domū habere debet  
 vbi eū querāt. Ego, ait Christus, veni ad querēdos  
 peccatores, nō ego domicilio: sed solū per omnes  
 partes diuagari clamās, & intonās, vbi es peccator?  
 Quis mihi illū ostēdit? quo illū reperiat? Laboraui  
 clamās, rauca sunt fauces meę, &c. Ideo domū nō  
 habet, quia querit peccatores: & sicut aduena fuit  
 in hac vita, & peregrinus in hoc sæculo. Quod ad-  
 mirās Hieremias dicebat. Quasi colonus futurus es  
 in terra, & quasi declinās ad manendū. Quia obserua  
 autē quāta fuerit Christi paupertas, vt nos diuites  
 faceret sua paupertate. Desiuit in natiuitate domus,  
 quia sub vili tugurio natus, & in præsepē iacuit.  
 Quid etiā paupertatis, & famis passus est, cū subita  
 persecutione agitur, & in exiliū defertur per deser-  
 tū ad Aegyptū, à pauperulis parētibus cū inopia  
 nutritus est? Nihil in mūdo (cuius opifex & gubēr-  
 nator ipse erat) possidens de elemosynis viuēbat  
 oblati, quas vbi nemo obtulisset, ostiatim medica-  
 bat, sicut Rex Dauid prophetauerat in persona dō-  
 mini dicēs. Pauper ego sum, & medicus, dominus  
 sollicitus est mei. Quē Psalmū Petrus ad literā de-  
 clarat de Christo, & ita sentit D. Augusti. in eodem  
 Psalmo. Et in die, quod exceptus est Hierosolymis  
 cū ramis oliuarum sicut pauper medicus quæsiuit  
 hospitium, & quia illud nō inuenit, reuersus est in  
 Bethaniā ad domū Marthę, vbi in hospitium recipie-  
 batur tanquā pauper peregrinus: tātaq; inopia la-  
 borauit, quod cenaculū, & agnū, vbi cū discipulis  
 māducaret pascha, medicauit: quia nō habuit pro-  
 priā domū vbi pascha comederet, nec agnū. Et si-  
 quidē nullū est in cōtrariū statū decretū, & scri-  
 ptura pauperē, & medicū nō nominat, nulla est ra-  
 tio cur id negetur. Quod si aliquis existimat medi-  
 citatē cū Christi dignitate pugnare, fallitur sanē: si-  
 quidē Christus dominus alias quā plures nostras  
 pœnalitates suscepit nō minus viles & infames. Et  
 cū aliquid de Christo dictū audieris, verificādū est  
 de eo summē, quātum veritas pati potuerit. Itaque  
 eū audis de Christo, Ego sum pauper, & dolēs, fa-  
 lus tua, Deus suscepit me, verifica in Christo sum-  
 ma paupertatē, & summum in passione dolorem,  
 & quod à patre fuit summē in resurrectione susce-  
 ptus. Et cū audis Christū esse nobiscū, intellige mo-  
 dū summū, quo Christus potuit nobiscū esse. Ita  
 & in hoc loco summā rerū tēporaliū abdicatiōē  
 in Christo fuisse intellige. Quod si verecundiā ha-  
 bes, quādo audis Christū medicasse, maiori persua-  
 di verecundiā deberes, quādo ei petēti aliquid dene-  
 gas: nā Deū ostiatim vultū sibi parare, euident suę  
 bonitatis signū est & argumētum: te vero pauperi  
 (qui Christi personā agit) negare quod expoſtu-  
 lat, signū & indicium tuę crudelitatis, & sæuitię.  
 Quod si aliquis asserat, quod mulieres quę seque-  
 batur eū à Galilea ministrabāt ei, vt in capite præce-  
 denti dixit Lucas: hoc illæ nō præstiterūt, nisi post-  
 quā incepit discurrere per ciuitates, & castella præ-  
 dicās: atq; hoc solū illæ faciebāt, quibus ipse sanita-  
 tē restituerat: at vero cū Christus per paruū tēporis  
 interuallū prædicauerit, paruū etiā tēpus interces-  
 sit, quo illę mulieres Christū comitatę fuerūt: qui-  
 nimo nec in hoc tēpore Christū sequebatur sem-  
 per,

1000. 4.  
 1000. 6.  
 1000. 6.  
 1000. 11.  
 1000. 4.  
 1000. 3.  
 2. Cor. 12.  
 1000. 3.  
 Hiero.  
 epist. ad  
 Calpurn.  
 lanarū.  
 Tertul. lib.  
 de baptis-  
 mo fo. 3.  
 Num. 17.  
 Hebra. 9.  
 1000. 4.

per, siquidē eū eo nō erāt, quando à Samaritana a-  
 quā petiuit. Nec etiā diuites erāt oēs illæ femine,  
 sicut nec Maria Salome, quę accipiebant elemosy-  
 nas, quę eis erogabātur, & erāt veluti depositaria,  
 vnde (quamuis Christus crumenas deferret sibi, &  
 discipulis) nō sequitur nō mendicasse: sicut fratres  
 minores sunt mendicātes, & habēt syndicos, & dāt  
 elemosynas alijs vilibus pauperibus. Et discipuli  
 Christi aliquoties victū secū ferebāt, dū cū Christo  
 iter faciebāt quāuis modicū, vt patet in quinq; pa-  
 nibus, & duobus piscibus, quod si obliuiscēbantur  
 cibū parare, postea se vacuos, & inanes reperiebāt,  
 sicut Matthæus narrat quod oblitū sunt portare pa-  
 nes, & cū maledixit sicū, sine prouisione ibat. Ex  
 quo patet nō semper Christo & discipulis necessa-  
 ria fuisse oblata, absq; eo quod ipsi peterēt. Et apud  
 gentiles clare cōstat nullū fuisse, qui eis necessaria  
 offerret: quia erāt Iudæi, ac proinde oportebat eme-  
 re. Ideo in Sichem, quę erat Samaria ierunt disci-  
 puli, vt cibos emerēt: sed hæc suffecerunt de Chri-  
 sti paupertate, & medicatē, quę tanta fuit vt verē  
 dicat, Vulpes foueas habet, &c. Nec solū in vita, ve-  
 rū etiā in morte deest cruci affixo vbi caput reclin-  
 et: & mortuus, alieno vsus est sepulchro. Ad no-  
 strā autē eruditōē, dicamus diuitias cōtēnere, &  
 Christi paupertatē diligere. Magnus equidē est abu-  
 sus quod Christianus tāto ardore, & cupiditate que-  
 rat diuitias huius sæculi, cū suū intueatur redēpto-  
 rē, & magistrū Christū Iesum, adeo pauperem in  
 sua natiuitate, & in vita, & morte, & denique post  
 ipsam mortē. Discamus etiā ex hoc loco superba  
 ædificia odio habere. Verecundiā habet, cū Christia-  
 nus sis, tā magnificas exedificare domos, & turres ex-  
 celsas, cū videas dñm Deū tuū nō habere propriā do-  
 mū, quā inhabitet: nec eā habuit in natiuitate, nec in  
 morte, nec post mortē, siquidē in alieno sepulchro  
 fuit humatus. Vnde dñs. Percutiā domū hyemalē,  
 cū domo æstiuā: & peribūt eburnę domus, & disci-  
 sipabūtur ædes multę. Discat etiā prelati, & præ-  
 dicatores nō admittere ad suū cōfortiū homines lu-  
 cri cupidos, sed expellat eos, sicut Christus hūc qui  
 diues volebat fieri sequēs illū. Multo magis nō sūt  
 ad prædicationē mittēdi inhiātes lucris: cū repellan-  
 tur à cōfortio prædicatorū. Nō sic Paulus, qui dice-  
 bat. Nō quero veſtra, sed vos. Sequitur in cōtextu.  
 Ait autem ad alterū, sequere me. Hic discipulus erat  
 Christi, vt manifestē asserit Matthæus, sicut alter de  
 quo nūc iā egimus, erat scriba. Quis autē hic disci-  
 pulus fuerit, nos latet. Clemēs tamē præſū Alexā-  
 drinus præceptor Origenis, vir (vt D. Hieronymus in-  
 quit) vnde quaq; doctissimus, qui stromatū, hoc est,  
 varietatū octo libros scripsit, ait in strōate. 3. quod  
 fuit Philippus apostolus. Tertullianus autem ait  
 quod fuit Matthæus. Quicūq; ille fuerit, nos tamen  
 ad nostrā instructionē hic admonemur nō esse om-  
 niū, ministerio se diuino ingerere, sed qd ab eo vo-  
 catur, & eligitur velut Aarō, cuius virga tātū floruit,  
 vt apostolus ad Hebręos admonuit. Si enim princi-  
 pes, qui sepius ignorāt, quos ad ministeriū vocant  
 ministros, pro sua volūtate diligūt, nō curātes an  
 alij sint habiliores, aut prudētiores pro solo bene-  
 placito volūtatis suę: cur hoc non licebit Deo, qui  
 optimē scrutatur, & nouit, quos ad suū ministeriū  
 eligit? Ecce scriba ille qui se vltro obtulit nō inui-  
 tatus, reiectus est à Christi cōfortio: alios vero im-  
 præmeditatos vocauit, sicuti Petrus, & Andrę, & Ia-  
 cobū, & Ioannē, qui erāt piscātes: & huic discipu-

lo, quisquis ille fuerit, dilationē petēti ait, vt vadat,  
 & nunciet regnū Dei, & vocat Christus illū, nihil  
 dicētē. Illū, qui ait velle seipsum sequi, missum fa-  
 cit & expellit: & illū, qui imparatus erat, & nihil  
 dicēs, vocat. Sed quid dicit ille? Ille autē dixit, domi-  
 ne permittē mibi primū ire, & sepelire patrē meū. Ad  
 hoc enim se obligatū putauit præcepto legis, quibet  
 parētēs honorare: imō mortuos sepelire est vnū ex  
 septem operibus misericordię, de quo & specialiter  
 ore angelico cōmēdatur Tobias. Dicit et Iesus sine  
 vi mortuū sepeliāt mortuos suos: tu autē vade, & an-  
 nūcia regnū Dei. Pater istius, adhuc viuēbat, sed pe-  
 tebat iste vt expectaret Christus, vsq; dū pater eius  
 obiret, & sepeliret eū: nā si iā mortuus esset, nō de-  
 negaretur ei, quia parū poterat in sepultura patris  
 immorari: nā in dimidia die finiretū inferiæ & se-  
 pultura. Sed quia multū tēporis petebat, prohibi-  
 tus est, dicēdo, sine vt mortuū sepeliāt mortuos suos.  
 Ac si diceret, Nō est necesse quod tu vadas, & man-  
 eas in sæculo vsq; ad mortē patris tui: nā alij sunt,  
 qui possunt sepelire eū. Hoc fecerūt apostoli, nam  
 opus piū erat ministrare cibos pauperibus, quia ta-  
 mē impediebatur per hoc ab oratione, & prædica-  
 tione, & hoc fieri poterat per alios, elegerunt alios  
 septē viros, vt ipsi orationi vocaret. Nō igitur pro-  
 hibetur honorare parētēs, sed mōstrat celestibus ne-  
 gotijs nihil esse præponēdū: spiritualia enim opera  
 pro tēporalibus nō sunt dimittēda, & iste ad maio-  
 rē vitę perfectionē vocabatur, atq; ideo addidit. Tu  
 autē vade, & annūcia regnū Dei: ac si diceret. Sepe-  
 lire mortuos, quod opus est pietatis inferioris, non  
 pertinet ad te, sed ad mortuos: id est, ad homines in-  
 firmi gradus, vel in peccatis manentes, propter quod  
 mortui vocātur. Illi enim nō viuūt verē, neq; felici-  
 ter, in quibus nō viuūt Christus: qui solus vita est  
 animarū nostrarū. Hinc est quod apostolus ad Ti-  
 motheū scripsit dicēs. Vidua, quę in delitijs est, vi-  
 uēs mortua est. Sic Saul cū esset quadraginta anno-  
 rū, & regnasset viginti annis, vt dicitur in actis, ta-  
 men scriptura ait qd Saul erat filius vnus anni cū reg-  
 nare cepisset, & qd duobus annis regnauit in Israel,  
 quia duobus annis regnauit in Dei a micitia & in sta-  
 tu gratię. In ijs duobus annis fuit viuus Saul, nā in  
 alijs mortuus erat corā Deo, nec illius numerātur,  
 aut cōputātur anni corā Deo. Igitur ad mortuos  
 conuenit sepelire mortuos suos. At te autē maiora  
 pertinet, scilicet, qd vadas, & annūcias regnū Dei. Ma-  
 gis laudatur otium Marthę, quā sollicitudo Marthę:  
 atq; ideo, quia spiritualia præſtātiora sūt, nō relin-  
 quēda sunt, p tēporalibus. Pręterea noluit dñs vt adi-  
 ret domū patris, qd occupatio illa poterat nocere ei,  
 quia forte oriretur occasio quod nunquā rediret ad  
 Christū, qd cupiditas rerū tēporaliū in successione  
 patris defuncti & affectio cognatorū forte causarēt ei  
 cōtrariū desiderū, vel tepiditatē aliquā desiderij prio-  
 ris. Ad nostrā eruditōē docemur hinc bonū, ppo-  
 sitū cōteptū citō operi, & executioni mādare: ne ali-  
 quid succedat qd impediāt bonū illud, ita vt nō po-  
 stea fiat. Ideo huic noluit dñs permittēre, vt iret in  
 domum patris, & expectaret mortē eius, ne mutaret  
 ppositū: sed voluit vt statim eū sequeretur relin-  
 quens omnibus. Docemur etiā spiritualia nō relinquere  
 ppter quęq; bonū tēporale, &c. Sed de his satis. Et  
 ait alter, Sequar te domine, sed permittē mibi primū re-  
 nūciareis, qui domi sūt. Sic dixit Helisus ab Helia  
 vocatus, Osculer (in qt) oio te patrē meū, & matrē  
 meā, et sic sequar te. Afficiebatur hic circa suos, cōtra  
 illud,

Exo. 20.  
 Tob. 12.  
 1000. 6.  
 1. Tim. 2.  
 Act. 13.  
 1. Reg. 13.  
 Luc. 10.  
 3. Reg. 19

Matth. 2.

Gen. 37.

Luc. 13.

Chryso.  
hom. 22.  
in Ioan.  
Matth. 9.  
Ioan. 18.

2. Cor. 12.

1000. 13.

Exo. 20.

*Psal. 44.* illud, quod in psalmo habetur, Obliviscere popu-  
*Gala. 1.* lū tuū, & domū patris tui. Aliter fecit Paulus qui  
dicebat. Postquā autē placuit ei, qui me segregavit  
ex utero matris meae, & reuocauit per gratiā suā,  
&c. Cōtinuo nō acquieui carni & sanguini. Caro,  
& sanguis tanquā aduersarij non sunt admittendi.  
*Matt. 10.* Quapropter Christus ait. Veni separare hominē  
aduersus patrē suū, &c. Sequitur. Et inimici homi-  
nis, domestici eius. Præterea aliqui dicunt quod iste  
voluit renuntiare domesticis suis, seu cognatis, siue  
parentibus suis dātaxat vale dicēdo, seq̄ue ab eis li-  
cētando, ne quærerēt eū. Alij dicunt quod volebat  
eorū cōsensum exquirere, & eos super re ista cōsulere.  
*Ait ad illū Iesus, Nemo mittens manū ad aratrū  
& aspiciens retrō apus est regno Dei.* Omnis aris si re-  
tro respiciat inutilē, aut tortuosum facit sulcū, aut  
arantū boū suorū vestigia vulnerabit. Sic qui dire-  
cto tramite, aut spirituali vomere vitia humana  
perfulcās incedit ad dei regnū: si aspectū suū ad vi-  
tia & impia, & vana cōuertit, animā suā vulnera-  
bit. Ille aspiciet retrō qui à bono inchoato deficiēs,  
*Gen. 19.* mēte ad secularia redit. Nō decet vt tu, qui à Sodo-  
ma exijisti, & mundū iā dereliquisti: vt iterū mētis  
affectu ad illū reuertaris. Sic filij Israel postquā de  
Aegypto exierūt corde, & mēte reuersi sunt in Aeg-  
gyptū, cupiētes illic esse, & ollas carniū māducare.  
*Nam. 14.* Quapropter nullus istorū, qui reuertere voluerunt  
in Aegyptū, ingressus est in terrā promissionis: sed  
mala morte perierūt in deserto. Sic etiā perdet deus  
monachos illos, qui postquā è mūdo fugerunt, &  
saeculo reuētiauerunt, & monasticā disciplinā vo-  
uerūt reuertitur ad saeculi negotia, ab incepto re-  
deuntē itinere. De talibus ait Petrus. Melius enim  
erat illis nō cognoscere viā iustitiae, quā post agni-  
tionē retrorsū cōuertit ab eo: quod illis traditū est,  
sancto mādato. Cōtingit enim eis illud veri prouer-  
bij. Canis reuersus ad suū vomitum: & sus lota, in  
volutabro luti. Hoc volēs significare apud Ezechie  
lē dñs, praecepit ne homines tēplū ingressi, eo ostio  
exirēt, quo introierāt, sed ultra tēderēt: ne terga ver-  
terēt, Deū q̄; relinquere viderēt. Iusti ibūt de vir-  
tute in virtutē, vt ait Dauid. Dolēda est sanē incon-  
stātia nostra, & lachrymis deplorāda. Vt enim sub-  
tilis & delicata aurificis statera paruo pōdere mo-  
uetur, vt quodlibet grano superposito, deorsum tē-  
dat: sic nos quacūq; re, siue prospera, siue aduersa,  
perturbamur, & viā optimā, & rectā relinquimus,  
ab eaque defletemus. Quēadmodū Chamæleō ad  
species rerum, quibus admouetur se seq̄; cōuertit,  
mutat colorē: sic nos quacūq; tētatione obiecta,  
mutamus virtutis propositū, & quēcūq; impij co-  
gitationes nos mouēt, & quo volūt, impellūt, trās-  
uerfosq; agūt. Et sicut Chamæleō colorē album nō  
recipit, licet alios recipiat: sic nos ad omnia facile, &  
frequēter, præterquā ad animi candorē, mutamur.  
Oportet ergo in bono proposito perseuerare, &  
seper à bono in melius tēdere, & proficere. De san-  
ctis illis quatuor animalibus ait Ezechiel, quod nō  
reuertebantur, cū ambularet: sed vnū quodq; corā fa-  
cie sua ambulabat. Aeterna sunt ante nos, & retro  
tēporalia, pergētes enim inueniemus aeterna: & re-  
tro relinq̄uemus ista tēporalia. Igitur ante faciē suā  
gradiebantur sancta animalia, quia ea, quae relique-  
rūt, nullo iam appetitu reuertētes, aspiciēbāt. Qua-  
propter iusti ne velut inepti à regno Dei abiiciantur,  
*Philip. 3.* semper ad anteriora se extendunt. Vnde Paulus ait.

Quae retro sunt obliuiscens, ad ea vero, quae sunt  
priora extendēs meipsum, ad destinatū persequor  
ad brauiū supernae vocationis in Iesu Christo. Iu-  
stus enim semper proficere optat, semper ad vltē-  
riora opera exercenda, procedere satagit, vt pergēs  
de virtute in virtutē, videat Deū deorū in Siō. Ob-  
serua autē quod hic ex numero discipulorum erat,  
alioquin nō assimilaretur ei, qui applicuit manum  
suā ad aratrū. Aduerte etiā quisquis putas christia-  
nitatē delicias esse, aut voluptates, aratrū in manus  
tuas cōmendat Christus: nō vosas, nō pecunias, aut  
delicias, & id genus reliqua, quibus mūdus nō tam  
allicit, quā decipit. Admonet igitur locus iste, vt  
in bonis cæptis & inijs perseueremus. Perseuerā-  
tia enim est illa sapiētia, quae attingit à fine vsq; in  
finē fortiter: & disponit omnia suauius. Primus fi-  
nis est, bonū opus incipere, siquidē illic finitur ma-  
lū iuxtā illud. Diuertere à malo, & fac bonū. Alius fi-  
nis est, in bono perseuere incepto vsq; ad eius abso-  
lutionē & exitū. Primū finē habuit mulier Loth,  
malū deuitās cōfortiū, & societate ad dei præceptū:  
sed defuit ei alter finis, qui est perseuerātia, nam in  
itinere retrō caput voluit, propter quod grauiter  
fuit punita: cōuertit enim Deus illā in salis statuā,  
nō lapidis, vel arboris, sed salis infructiferi, & steri-  
lis, nā sale illo voluit nostrae corruptioni remediū  
adhibere, nostraq; fragilitati mederi, vt tā graue timētes  
animaduersionē & suppliciu, Deo obedire-  
mus, in viaq; virtutis perseueraremus. Ideo perse-  
uerātia vocatur donū Dei, & merito: nā sicuti non  
possumus primā mereri gratiā, quae nos Deo gratos  
reddit, sic etiā virtutibus naturae nō possumus mereri  
perseuerātia: nā liberū arbitriū nequaquā per gra-  
tiā destruitur nec perditur: imō vero perficitur, &  
sic quicquid ei libuerit, faciet, etiā in bono nō per-  
seuerare. Ideo perseuerantia Dei donū est, sicuti est  
prima gratia, quā nostris conatibus mereri nō pos-  
sumus. Etiā ait Sapiēs quod perseuerātia ordinat,  
& cōponit res suas cū fortitudine: nā præcipua for-  
titudinis pars, est perseuerātia, sine qua corona nō  
datur victoriæ. Ideo Paulus. Non coronabitur, nisi  
qui legitimē certauerit. Hac fides consistit in eo,  
quod minimē terga vertamus timidi, sicut fecerunt  
filij Effrē de quibus Psalmissa quod cōuersi sunt in  
die belli. Vnde, quia perseuerare est donū Dei, sicut  
boni operis initiū præcipitur in Leuitico nō minus  
seruari decimas, quā primitias. Seruans decimas si-  
cut primitias docuit boni operis perseuerantiam ab  
ipso Deo esse sicuti initiū. Sicut enim sufficiētia ad  
bonū aliquod cogitādum, nō ex nobis, sed ex Deo  
est: ita etiam diuinæ dispositionis est, nō electionis  
humanæ, vt bono, vel malo sine vita nostra termi-  
netur Vtrūq; horū Dauid cōfessus est dicens. Misere-  
cordia eius præueniet me. Et misericordia egere, vt  
perseueraret, in alio psalmo testatus est dicēs. Misere-  
cordia tua subsequetur me, omnibus diebus vitæ  
meae. Docet Christus suo exemplo hanc virtutem.  
Opus cōsummaui quod dedit mihi pater, vt faciā.  
Et Paulus. Bonū certamen certavi, cursum cōsum-  
maui. Videmus debiles mulieres senilis ætatis per-  
seuerādo, peregrinationes longas perficere. Videmus  
naturā continuē operādo ex modica nuce additio-  
ne imperceptibili magnam arborē erigere. Et aqua  
cauat lapidem assidue cadens super illum. Vtinam  
Deus optimus, Max. det nobis in bono perseuera-  
re, vt desideratam coronam adipiscamur. Amen.

# F. DIDACI STELLÆ ORDINIS

MINORVM:

In sacrosanctum Iesu Christi Domini  
nostri Euangelium secundum  
Lucam, enarrationum

TOMVS SECVNDVS.



ANTVERPIAE,

In ædibus Petri Belleri, sub scuto Burgundiæ.

M. D. LXXXIII.

Cum Gratia & Priuilegio.